17. *Patiar, quod vis, ſi dederis mihi arrhabonem, donec mittas, quod polliceris.* 356
18. *Ait Iudas: Quid tibi vis pro arrhabone dari? Reſpondit: Annulum tuum.* ibid.
26. *Attamen vltrà non cognouit eam.* 902*
39. 6. *Nec quidquam aliud nouerat, niſi panem.* 142
7. *Iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph.* 288
49 4. *Effuſus es, ſicut aqua, non creſcas; quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.* 14.320.469.555
5. *Simeon & Leui, fratres, vaſa iniquitatis bellantia.*
6. *In conſilium eorum non veniat anima mea.* 469
7. *Maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorum, quia dura.* ibid.
28. *Benedixítque ſingulis, benedictionibus proprijs.* ibid.

Ex libro Exodi.

1. 21. *Quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos.* 491
2. 2. *Videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus.* 1347
4. 25. *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* 230
5. 16. *En famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur contra populum tuum.* 1187
7. 19. *Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluuios eorum, &c. vt vertantur in ſanguinem.* 797
8. 19. *Induratúmque eſt cor Pharaonis.* 1005
9. 23. *Pluitque Dominus grandinem.* 958
10. 5. *Quæ operiat ſuperficiem terræ.* 1042*
15.10. *Submerſi ſunt, quaſi plumbum, in aquis vehementibus.* 782
19.10. *Lauéntque veſtimenta ſua.* 1101
34.23. *Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Domini Dei Iſraël.* 257

Ex libro Leuitici.

4. 6. *Cúmque intinxerit digitum in ſanguinem, aſperget eo ſepties coram Domino contra velum ſanctuarij.* 924*
12. 2. *Loquere filijs Iſraël.* 451
14. 6. *Tinget in ſanguine paſſeris immolati.* 924
7. *Quo aſperget illum, qui mundandus eſt, ſepties.* ibid.

Ex libro Numerorum.

5. 14. *Si ſpiritus zelotypiæ, &c. vſque ad v.28.* 54
17. *Aſſumétque aquam ſanctam in vaſe fictili.* 55
11.14. *Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi.* 1185
22.11. Ope

22.11. *Operuit ſuperficiem terræ.* 1042*
24. 7. *Fluet aqua de ſitulâ eius, & ſemen illius erit in aquas multas.* 13.463

Ex libro Deuteronomij.

32. 2. *Concreſcat, vt pluuia, doctrina mea: fluat, vt ros, eloquium meum.* 575.576
11. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans.* 499
13. *Vt ſugeret mel de petrâ.* 785*
33.19. *Qui innundationem maris quaſi lac ſugent & theſauros abſconditos arenarum.* 781*.807

Ex libro Ioſue.

3. 15. *Ingreſſiſque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Iordanis autem ripas aluei ſui, tempore meſsis, impleuerat.)* 927
16. *Steterunt aquæ deſcendentes in loco vno. ibid.*
4. 14. *In die illo magnificauit Dominus Ioſue coram omni Iſraël.* 1223
9. 4. *Vtres vinarios ſciſſos.* 1086

Ex libro Iudicum.

1. 12. *Dixitque Caleb: Qui percuſſerit Curiath Sepher, & vaſtauerit eam, dabo ei Axam filiam meam, vxorem.* 284
2. 17. *Fornicantes cum dijs alienis.* 67
8. 33. *Et fornicati ſunt cum Baalim.* ibid.
16. 4. *Poſt hæc, amauit mulierem, quæ habitauit in valle Sorec, & vocabatur Dalila.* 553
18.19. *Veníque nobiſcum, vt habeamus te patrem ac Sacerdotem.* 503

Ex libro Ruth.

4. 9. *Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quòd poſſederim omnia, &c.* 311
10. *Et Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugium ſumpſerim.* ibid.*

Ex libro 1. Regum.

2. 5. *Et, quæ multos habebat filios, infirmata eſt.* 923*
29. *Quare calce abieciſtis victimā meam?* 508
15.11. *Contriſtatúſque eſt.* 1113*
35. *Lugebat Samuel Saulem.* 1236
18.23. *Num parum videtur vobis, generum eſſe Regis? ego autem ſum vir pauper & tenuis.* 408
25. *Sic loquimini ad Dauid: Non habet Rex ſponſalia neceſſe, niſi tantùm centum præputia Philiſtinorum.* 408
21. 5. *Fuerunt vaſa puerorum ſancta.* 159
25.18. *Feſtinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, &c. & poſuit ſuper aſinos.* 1088
40. *Venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & loquuti ſunt ad eam, dicentes: Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem.* 1208
41. *Quæ conſurgens adorauit prona in terram, & ait: Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum domini mei, &c. ibid.*

Ex libro 2. Regum.

1. 23. *Aquilis velociores.* 963*
24. *Filij Iſraël, ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in delitijs.* 1073
12. 3. *Pauper autem nihil habebat omninò præter ouem vnam paruulam, quam emerat & nutrierat.* 408
13. 2. *Cùm eſſet virgo, difficile ei videbatur, vt quippiam inhoneſtè ageret cum eâ.* 549*
18.18. *Dixerat enim: Non habeo filium.* 487
20. 8. *Qui fabricatus leui motu.* 963
23.15. *O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſternâ quæ eſt in Bethlehem.* 14

Ex libro 3. Regum.

1. 3. *Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſraël, & inuenerunt Abiſag.* 166
4. *Dormiebátque cum Rege & miniſtrabat ei: Rex verò non cognouit eam.* ibid.
33. *Ducite eum in Sihon.* 877
34. *Et vngat eum ibi Sadoc Sacerdos.* ibid.

Ex libro 4. Regum.

2. 3. *Egreſſi ſunt filij Prophetarum.* 495*
12. *Pater mi, pater mi, currus Iſraël, & auriga eius.* 503.984
13. *Aſcende, calue: aſcende, calue.* 505
4. 1. *Mulier autem quædam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliſæum, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus eſt, &c. & ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi.* 481
5. 9. *Venit ergo Naaman cum equis & curribus ad oſtium domûs Eliſæi.* 923
10. *Miſítque ad eum Eliſæus nuncium, dicens: Vade, & lauare ſepties in Iordane; & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis.* 923.925
12. *Nunquid nō meliores ſunt Abana & Pharphar, fluuij Damaſci.* 881

Ex libro Tobiæ.

6. 17. *Hi namque, qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſuâ mente excludunt, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus,*

mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. 310.311
18. *Tu autem, cùm acceperis eam, ingreſſus cubiculum per tres dies continens eſto ab eâ; & nihil aliud, niſi orationibus, vacabis cum eâ.* 28
10. 4. *Heu, heu me, fili mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum?* 368

Ex libro Iudith.

10. 3. *Induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ.* 31

Ex libro Eſther.

9. 22. *Eſſéntque dies iſti epularum atque lætitiæ.* 626*

Ex libro Iob.

1. 5. *Mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos; conſurgénſque diluculo, offerebat holocauſta pro ſingulis, dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.* 500.501.502
5. 5. *Et bibent ſitientes diuitias eius.* 708*
7. 6. *Dies mei velociùs tranſierunt.* 963*
9. 13. *Sub quo curuantur, qui portant orbem.* 983
11. 12. *Vir vanus in ſuperbiam erigitur.* 570*
14. 19. *Lapides excauant aquæ.* 1095
15. 16. *Qui bibit, quaſi aquam, iniquitatem.* 167
27. *Operuit faciem eius craſſitudo & de lateribus eius à ruina dependet.* 81*
19. 17. *Orabam filios vteri mei.* 319*
20. 15. *Diuitias, quas deuorauit, euomet.* 733
22. 11. *Et impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri.* 781*
24. *Dabit, &c. & pro ſilice torrentes aureos.* 938
26. 5. *Gigantes gemunt ſub aquis.* 1185
31. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* 284
24. *Si putaui aurum robur meum.* 707*.747
36. *Vt in humero meo portem illum.* 697
38. 34. *Nunquid eleuabis in nebulâ vocem tuam: & impetus aquarum operiet te?* 781

Ex libro Pſalmorum.

Psal. 2. v. 11. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* 987*
4. 5. *Iraſcimini, & nolite peccare.* 1111
5. 11. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* 602
6. 7. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.* 1254
7. *Lachrymis meis ſtratum meũ rigabo.* 1243.1254
8. *Turbatus eſt à furore oculus meus.* 1043*
9. *Exaudiuit Dominus vocem fletûs mei.* 1249
7. 3. *Nequando rapiat, vt leo, animã meam.* 602
9. 8. *Perijt memoria eorum cum ſonitu.* 485
10. *Adiutor in opportunitatibus in tribulatione.* 1012
19. *Patientia pauperum non peribit in finem.* 752*
10. 3. *Vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* 1348
15. 9. *Et exultauit lingua mea.* 564*
17. 5. *Torrẽtes iniquitatis conturbauerũt me.* 938
17. *Aſſumpſit me de aquis multis.* 780*
25. *Secundùm puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius.* 1202
46. *Filij alieni inueterati ſunt.* 666*
18. 6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* 380
9. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* 1044
10. *Timor Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.* 158*
14. *Ab alienis parce ſeruo tuo.* 1032*
21. 15. *Sicut aqua effuſus ſum.* 795.805
ibid. *Factum eſt cor meum, tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei.* 1176
24. 4. *Vias tuas, Domine, demonſtra mihi; & ſemitas tuas edoce me.* 676
25. 6. *Lauabo inter innocentes manus meas.* 1199.1202
29. 4. *Saluaſti me à deſcendẽtibus in lacum.* 99*
31. 6. *In diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* 653
35. 11. *Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te; & iuſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde.* 681
38. 13. *Auribus percipe lachrymas meas.* 1238
41. 1. *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te, Deus.* 811*
3. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* 639*
4. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* 1237
43. 2. *Patres noſtri annunciauerunt nobis.* 494
20. *Humiliaſti nos in loco afflictionis.* 131*
25. *Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terrâ venter noſter.* 981
48. 15. *Sicut oues in inferno poſiti ſunt.* 756
49. 13. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo.* 906
19. *Os tuum abundauit malitiâ.* 608
20. *Sedens aduerſùs fratrem tuum loquebaris.* 614*
50. 3. *Dele iniquitatem meam.* 996
51. 6. *Dilexiſti omnia verba præcipitationis.* 555*
52. 4. *Simul inutiles facti ſunt.* 910*
54. 23. *Non dabit in æternum fluctuationem iuſto.* 814
55. 8. *In irâ populos confringes.* 1010*
9. *Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.* 1082*
56. 9. *Exurge, gloria mea: exurge pſalterium & cithara.* 564

57. 5. Furor

Index locorum S. Scripturæ.

57. 5. Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis. 1108
61. 11. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. 712*
62. 2. Sitiuit in te anima mea. 639
64. 10. Viſitaſti terram, & inebriaſti eam. 1122
65. 12. Tranſiuimus per ignem & aquam. 211
67. 13. Et ſpeciei domus diuidere ſpolia. 316*
21. Deus noſter, Deus ſaluos faciendi; & Domini Domini exitus mortis. 1000
68. 11. Et operui in ieiunio animam meam. 1373*
71. 6. Deſcendet, ſicut pluuia in vellus; & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. 578
7. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. 578
72. 6. Ideo tennit eos ſuperbia. 1031
76. 5. Anticipauerunt vigilias oculi mei. 1048*
77. 51. Et percuſſit omne primogenitum in terrâ Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham. 470*
63. Virgines eorum non ſunt lamentatæ. 36*
80. 17. Et de petrâ, melle ſaturauit eos. 785
86. 7. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. 840*
89. 12. Et eruditos corde in ſapientiâ. 680*
94. 2. Præoccupemus faciem eius in confeſſione. 1112*
96. 11. Lux orta eſt iuſto. 1347
105. 39. Et fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis. 67
108. 7. Et oratio eius fiat in peccatum. 1399
111. 5. Iucundus homo, qui miſeretur & commodat. 725*
113. 5. Et tu, Iordanis, quia conuerſus es retrorſum. 1225
118. 11. In corde meo abſcondi eloquia tua. 674
83. Factus ſum, ſicut vter in pruinâ. 1094
132. Aſpice in me & miſerere mei ſecundùm iudicium diligentium nomen tuum. 572
133. Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniuſtitia. 572
123. 5. Forſitan pertrãſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem. 803*
125. 2. Magnificauit Dominus facere cum eis. 550*
127. 3. Vxor tua, ſicut vitis abundans, in lateribus domûs tuæ. 144. 314
131. 17. Paraui lucernam Chriſto meo. 367
136. 1. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus. 1138
9. Et allidet paruulos ſuos ad petram. 824
137. 7. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. 1009
140. 3. Pone, Domine, cuſtodiam ori meo. 590
4. Non cõmunicabo cum electis eorum. 547*
6. Audient verba mea, quoniam potuerunt. 590*
143. 7. Emitte manum tuam de alto: eripe me & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum. 463. 777
149. 5. Exultabunt ſancti in gloriâ. 724*

Ex libro Prouerbiorum.

2. 18. Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemita ipſius. 102
19. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent ſemitas vitæ. ibid.
5. 5. Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant. 104*
9. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. 105. 513*
15. Bibe aquã de ciſternâ tuâ. 6. 239. 1078*
16. Deriuentur fontes tui forâs, & in plateis aquas tuas diuide. 6. 239. 461. 702. 704. 726
17. Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. 6. 702
18. Sit vena tua benedicta. & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. 29
19. Cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus. ibid.*
Vbera eius inebrient te in omni tempore: in amore eius delectare iugiter. 553
6. 25. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum. 275*
Nec capiaris nutibus illius. 285*
7. 17. Aſperſi cubile meum myrrhâ, & aloë, & cinnamomo. 125
23. Velut ſi auis feſtinet ad laqueum; & neſcit, quòd de periculo animæ illius agitur. 86
9. 14. Sedet in foribus domûs ſuæ ſuper ſellam. 244
17. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt. 49
18. Ab aquâ alienâ abſtine te, & de fonte alieno ne biberis, vt addunt LXX. 759
19. Reſili, ne moreris in loco, neque infigas verbum tuum ad eam; ita enim tranſibis ad aquam alienam, vt addunt LXX. 73
13. 11. Subſtantia feſtinata minuetur. 758*
16. 17. Cuſtos animæ ſuæ ſeruat viam ſuam. 605
22. Fons vitæ, eruditio poſſidentis: doctrina ſtultorum fatuitas. 705
17. 14. Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum. 606*. 804
18. 4. Aqua profunda. verba ex ore viri: & torrens redundans, fons ſapientiæ. 6
22. 14. Fouea profunda, os alienæ: cui iratus eſt Dominus, incidet in eam. 85
24. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo. 444*
23. 21. Quia vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur; & veſtietur pannis dormitatio. 617

28. *Inſidiatur in viâ quaſi latro; &, quos incautos viderit, interficiet.* 288*

29. *Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui ſouea? cui ſine cauſâ vulnera? cui ſuffuſio oculorum?* 204.207*

30. *Nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* ibid.

31. *Ne intuearis vinum, quando flacceſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè.* 141

32. *Sed in nouiſſimo mordebit vt coluber.* ibid.

33. *Oculi tui videbunt extraneas.* ibid.

26. 9. *Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ſic parabola in ore ſtultorum.* 194

27. 16. *Qui retinet eam, quaſi qui ventum teneat.* 259

28. 3. *Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames.* 783*

30. 17. *Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus.* 116

18. *Tria ſunt difficilia mihi, &c.* 909

19. *Viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari.* ibid.

Ex libro Eccleſiaſtes.

1. 7. *Ad locum, vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iteram fluant.* 660

5. 5. *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam.* 556

7. 4. *Melior eſt ira riſu; quia per triſtitiam vultûs corrigitur animus delinquentis.* 1113*

27. *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius.* 236

12. 2. *Antequam tenebreſcat Sol & lumen & Luna & Stellæ.* 1043*

Ex libro Canticorum.

1. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino.* 515

7. *Abi poſt veſtigia gregum.* 154

2. 1. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* 500

5. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo.* 378*

3. 11. *Egredimini & videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* 377.432

4. 3. *Sicut vitta coccinea, labia tua.* 612

11. *Fauus diſtillans, labia tua, ſponſa: mel & lac ſub linguâ tuâ.* 222.887

12. *Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa: hortus concluſus, fons ſignatus.* 145.240.241.887.1136

13. *Emiſſiones tuæ, paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus.* 241

15. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* 780.884.954

5. 1. *Comedite amici, & inebriamini chariſſimi.* 1150

3. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* 214

12. *Oculi eius, ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum.* 1044

14. *Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris.* 30

7. 4. *Oculi tui ſicut piſcina in Heſebon.* 1042

8. 6. *Lampades eius, lampades ignis atque flammarum.* 366

7. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* ibid.

14. *Fuge, dilecte mi.* 436

Ex libro Sapientiæ.

1. 5. *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* 941

Ex libro Eccleſiaſtici.

22. 33. *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me.* 563

23. 24. *Homini fornicario omnis panis dulcis: non fatigabitur tranſgrediens vſque ad finem.* 545*

25. 34. *Non des aquæ tuæ exitum nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi.* 239.256

26. 14. *Ab omni irreuerentiâ oculorum eius caue, & ne mireris, ſi te neglexerit.* 19

15. *Sicut viator ſitiens, ad fontem os aperiet; & ab omni aquâ proximâ bibet.* 19

Ex Iſaiâ Prophetâ.

1. 16. *Lauamini, mundi eſtote.* 656*
Auferte malum cogitationum veſtrarum. 943*

2. 12. *Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantem.* 1325

13. *Et ſuper omnes cedros Libani, &c.* ibid.

15. *Et ſuper omnem turrim excelſam, &c.* ibid.

16. *Et ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne, quod viſu pulchrum eſt.* ibid.

3. 17. De

3. 17. *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion,& Dominas crinem eorum nudabit.* 1073

18. *In die illâ auferet Dominus ornamentam calceamentorum & lanulas.* ibid.

19. *Et torques,& monilia,& armillas, & mitras.* ibid.

20. *Et diſcriminalia, & periſcelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures.* ibid.

21. *Et annulos, & gemmas in fronte pendentes.* 1074

5. 24. *Sicut deaorat ſtipulam lingua ignis.* 611

7. 3. *Filius tuus.* 495*

8. 7. *Propter hoc ecce Dominus addacet ſuper eos aquas fluminis fortes & maltas.* 777*

10.17. *Et ſanctus eias in flammâ: & ſaccendetur & deuorabitur ſpina eius, & vepres in die vnâ.* 1184*

11. 1. *Flos de radice eius.* 500

15. *Et deſolabit Dominus lingaam maris Ægypti.* 611

12. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* 659*.840

13.22. *Et reſponderunt ibi vlula in ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis.* 130*

16. 6. *Audiuimus ſuperbiam Moab.* 1188*

17.12. *Sicut ſonitus aquarum multaram.* 784*

21.14. *Occarrentes ſitienti, ferte aquam.* 1081*

22.13. *Comedamus & bibamas; cras enim moriemur.* 206

23.16. *Sume citharam, circui ciaitatem, meretrix obliuioni tradita: bene cane, freqaenta canticum, vt memoria tui ſit.* 88

26. 2. *Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem.* 661*

14. *Perdidiſti omnem memoriam eorum.* 485*

19. *Quia, ros lucis, ros tuus.* 578*

28. 1. *Væ coronæ ſuperbiæ.* 1033*

Errantes à vino. 191*

2. *Sicut impetus aquarum multarum inundantium.* 784*

30. 7. *Superbia tantùm eſt, quieſce.* 1129*

22. *Diſperges ea, ſicut immunditiam menſtruatæ.* 14*.800*

32.20. *Beati, qui ſeminatis ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis & aſini.* 676*

33.21. *Quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter: locus fluuioram riui latiſſimi & patentes: non tranſibit per eum nauis remigum.* 878*

47. 2. *Denuda turpitudinem tuam.* 12.566*

48. 1. *Et de aquis Iuda exiſtis.* 13*

18. *Vtinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicat flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris.* 9

19. *Et fuiſſet, qaaſi arena, ſemen taum; & ſtirps vteri tui, vt lapilli eius.* ibid.

51. 1. *Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis; & ad cauernam laci, de qaâ præciſi eſtis.* 7

2. *Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos, quia vnum vocaui eam, & benedixi ei.* 484*

10. *Nunquid non tu ſiccaſti mare, aqaam abyſſi vehementis.* 783*

54. 2. *Clauos tuos conſolida.* 1187*

5. *Qui dominabitur tui, qui fecit te.* 443*

59. 5. *Oua aſpidum ruperunt.* 940

60. 4. *Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* 243*

6. *Inundatio camelorum operiet te.* 781*

61.10. *Indumento iuſtitiæ circundedit me, qaaſi ſponſum decoratum coronâ.* 377

Ex Ieremiâ Prophetâ.

2. 13. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, qaæ continere non valent aquas.* 68*.593

18. *Et nunc quid tibi vis in viâ Ægypti, vt bibas aquam turbidam?* 71

20. *In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo, tu proſternebaris meretrix.* 67*

24. *Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui.* 68

25. *Prohibe pedem tuum à nuditate & gattur tuum à ſiti.* 12.70*

3. 2. *Polluiſti terram in fornicationibus tais.* 67*

3. *Frons mulieris meretricis.* 242*

9. *Mœchata eſt cum lapide.* 67

4. 14. *Vſqaequo morabuntar in te cogitationes noxiæ?* 940

9. 21. *Quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras.* 558

12. 2. *Longè à renibus eoram.* 907

Ex libro Threnorum.

1. 1. *Facta eſt quaſi vidua.* 435

3. 44. *Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat oratio.* 962

Ex Baruch Prophetâ.

6. 20. *Nigra fiunt facies eorum à fumo, qui in domo ſit.* 1215

21. *Supra corpus eorum & ſupra caput eorum volant noctua & hirundines, & aues etiam ſimiliter & catta.* 1213

Ex Ezechiele Prophetâ.

4. 3. *Sume tibi ſartaginem ferream.* 101
16. 8. *Ecce tempus tuum, tempus amantium.* 553*
17. 8. *Vt ſit in vineam grandem.* 782
23. 37. *Cum idolis ſuis fornicatæ ſunt.* 67
24. 16. *Tollo à te deſiderabile oculorum tuorum.* 319
27. 6. *Tranſtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico.* 1325*

Ex Daniele Prophetâ.

13. 37. *Venitque ad eam adoleſcens, &c. & concubuit cum eâ.* 554
54. *Dic ſub quâ arbore videris eos colloquentes ſibi.* ibid.
57. *Illæ timentes loquebantur vobis.* ibid.*

Ex Oſeâ Prophetâ.

2. 2. *Auferat fornicationes ſuas à facie ſuâ, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum.* 67*
7. *Vadam & reuertar ad virum meum priorem.* 443*
16. *Vocabit me, vir meus; & non vocabit me vltrà, Baalim.* 445
3. 2. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis.* 8*
4. 14. *Et populus non intelligens vapulabit.* 111*
5. 4. *Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum; quia ſpiritus fornicationum in medio eorum.* 102
10. *Effundam, quaſi aquam, iram meam.* 804. 1106*
10. 7. *Tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumam, ſuper faciem aquæ.* 765. 1103

Ex Amos Prophetâ.

5. 8. *Qui vocat aquas maris.* 777*

Ex Ionâ Prophetâ.

1. 5. *Et Ionas deſcendit ad interiora nauis.* 244*

Ex Nahum Prophetâ.

1. 10. *Quia ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur.* 1184*

Ex Habacuc Prophetâ.

1. 8. *Leuiores pardis equi eius.* 963
3. 5. *Ante faciem eius ibit mors.* 558*

Ex Zachariâ Prophetâ.

1. 15. *Irâ magnâ ego iraſcor.* 1103
3. 4. *Indui te mutatorijs.* 321*
5. *Ponite cydarim mundam ſuper caput eius. & poſuerunt cydarim mundam ſuper caput eius.* 378*
5. 2. *Ego video volumen volans.* 674

Ex lib. 1. Machabæorum.

10. 54. *Da mihi filiam tuam vxorem: & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipſi, digna te.* 409

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

Cap. 4. v. 3. *SI filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant.* 622
5. 28. *Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* 34
8. 25. *Domine, ſalua nos, perimus.* 198
9. 15. *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus.* 389
17. *Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres; alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur.* 1088. 1092
10. 35. *Veni enim ſeparare hominem aduersùs patrem ſuum, & filiam aduersùs matrem ſuam, & nurum aduersùs ſocrum ſuam.* 233
14. 30. *Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac.* 858*
19. 12. *Qui ſeipſos caſtrauerunt.* 909
20. 22. *Poteſtis bibere calicem.* 176
24. 22. *Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro.* 303
26. 22. *Contriſtati valdè cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum, Domine?* 614
39. *Procidit in faciem ſuam.* 982
63. *Ieſus autem tacebat.* 612
27. 65. *Habetis cuſtodiam: ite, cuſtodite, ſicut ſcitis.* 591

Ex Marco.

14. 65. *Cœperunt quidam, &c. & velare faciem eius.* 1043

Index locorum S. Scripturæ.

Ex Lucâ.

1. 74. *Seruiamus illi.* 158
75. *In ſanctitate & iuſtitiâ.* ibid.
2. 48. *Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* 499
7. 12. *Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis,ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ.* 559
38. *Lachrymis cœpit rigare pedes eius.* 960
12. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus veſtris.* 137.367
36. *Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.* 367
45. *Et cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.* 190
15. 13. *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.* 113*
23. 31. *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet.* 1248

Ex Ioanne.

1. 13. *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri.* 318
15. 3. *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis.* 656
19. 28. *Sitio.* 177

Ex Actibus Apoſtolorum.

20. 28. *Quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* 408
28. 11. *Poſt menſes autem tres, nauigauimus in naui Alexandrinâ, quæ in inſulâ hyemauerat, cui erat inſigne Caſtorum.* 1316.1317

Ex epiſtolâ ad Romanos.

1. 14. *Græcis ac barbaris,ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.* 703
13. 13. *Non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs.* 183

Ex epiſtolâ 1. ad Corinthios.

2. 3. *Timore & tremore multo fui apud vos.* 1346
6. 18. *Fugite fornicationem.* 135
7. 1. *Bonum eſt homini, mulierem non tangere.* 292
3. *Vxori vir debitum reddat.* 553*
28. *Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi.* 331
29. *Tempus breue eſt: reliquum eſt,vt,qui habent vxores,tanquam non habentes ſint.* 309*
10. 31. *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis; omnia in gloriam Dei facite.* 548.550

Ex epiſtolâ ad Galatas.

5. 12. *Vtinam & abſcindantur, qui vos conturbant.* 909

Ex epiſtolâ ad Epheſios.

4. 26. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* 1106
5. 25. *Viri diligite vxores veſtras; ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſam tradidit pro eâ.* 454
6. 14. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate & induti loricam iuſtitiæ.* 768

Ex epiſtolâ ad Philippenſes.

3. 19. *Quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt; & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt.* 910

Ex epiſtolâ 1. ad Theſſalonicenſes.

2. 7. *Si nutrix foueat filios ſuos.* 438
4. 4. *Vt ſciat vnuſquiſque veſtrûm vas ſuum poſſidere in ſanctificatione.* 160

Ex epiſtolâ 1. ad Timotheum.

5. 10. *Si Sanctorum pedes lauit.* 1208

Ex epiſtolâ 1. ad Hebræos.

2. 1. *Propterea abundantiùs oportet obſeruare nos ea,quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus.* 655

Ex epiſtolâ 1. Petri.

3. 6. *Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans.* 442
4. 4. *Non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem.* 910
7. *Eſtote itaque prudentes.* 112*

Ex epiſtolâ 1. Ioannis.

3. 3. *Omnis, qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe.* 159*

Ex epiſtolâ Iudæ.

1. 12. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ.* 767

Ex libro Apocalypſis.

1. 4. *Gratia vobis & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt.* 1002

8. *Ego*

8. *Ego ſum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt & qui erat & qui venturus eſt omnipotens.* 1002

7. 14. *Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magnâ.* 1005

10. 2. *Poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.* 846

12.18. *Stetit ſupra arenam maris.* 874

17, 1. *Venit unus de ſeptem Angelis, qui habebant ſeptem phialas; & loquutus eſt mecum, dicens: Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas.* 78

2. *Cum quâ fornicati ſunt Reges terræ; & inebriati ſunt, qui inhabitant terram de vino proſtitutionis ſuæ.* ibid.

4. *Habens poculum aureum in manu ſuâ plenum abominatione & immunditiâ fornicationis eius.* 107

R.P. ALOYSII

R. P. ALOYSII NOVARINI VERONENSIS,

Clerici Regularis.

SACRORVM ELECTORVM

LIBER SEXTVS.

CVIVS TITVLVS,

NVPTIALES AQVÆ.

Locus explicandus & illuſtrandus.

Bibe aquam de ciſternâ tuâ, & fluenta putei tui; deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Prouerb. 5. v. 15. & 16.

PRÆLVDIVM.

Libri nomen, atque delineatio.

1. IN enodandis, & excutiendis diuinarum literarum locis inſtitutum meum ſeruo; nimirum ipſe me ſequor, quia ipſe mihi præiueram; placet veſtigia illa premere, quæ video vel doctiſſimis viris placuiſſe; igitur poſt exhibitum Eucharisticum Agnum, poſt expoſitas Eucharisticas delicias, aliud nũc volumen offero, quod hoc titulo inſignitur, NVPTIALES AQVÆ.

Reſpondet titulus argumento, cùm enim præfixus Prouerbiorum locus aquas ſpectet, eáſque, vt ex omnibus fontibus euincemus, Nuptiales, de illíſque aquis fusè agamus, quæ nuptias tangunt, nuptias ſpectant, aut honeſto quodam velamine nuptias, nuptialéque opus tegunt: hinc factum vt hunc titulum huic libro indiderim. Aquarum ope & præmiſſum Salomonis locum ſuâ luce veſtiui, & nonnulla alia & ex ſacrâ, & ex prophanâ ſcholâ huc aduocata; vt videantur hæ quoque Aquæ in lumen, ſolémque conuerſæ, dum earum auxilio lucem tot locis immiſimus.

Argumentum, quod verſamus, verba quæ excutimus, eò nos adegerunt, vt calamum etiam per aliqua duceremus, à quibus alioquin mens noſtra multum abhorrebat; ſed dabit veniam lector, cùm videat eò nos non iuiſſe, ſed eò adactos; vt lucem rebus obſcuris afferremus, ea quoque nobis tractanda, quæ maiorem cognationem cum rebus, quas tractabamus, habebant, quàm cum puritate; feret hoc æquè æquus lector, nec aliquam puritati iniuriam factam arbitrabitur, cùm puritati aſſerendæ, occidendæ impuritati huc omnia à nobis allata intelliget ex nobis, ex noſtris viderit. Solem hîc omnes

imitabimur, qui luſtrat omnia, omnia illuſtrat; & impura radiis tangens non fit impurus. Quid? quòd, licèt impura tangamus, tangimus tamen purè, & ferè honeſto aquarum vocabulo plura honeſtè tegimus, & illuſtramus, quæ extra aquas vix honeſtè poterant circumſcribi; adeò vt ſi ex vero rem penſemus, puritati potiùs hæc noſtra ſcriptio litauerit, quàm contrà; cùm res quoque naturâ ſuâ non puras & putris vocabulis tractauerimus, & puris oſtenderimus tractatas; næ ille impurus, qui noſtrum hunc laborem audebit carpere; poterit eàdem operâ & ſanctos Patres damnare, qui nobis præiuêre, &, quod magis impium, ipſas diuinas literas, quę illis phraſibus vtuntur, quas nos omni verecundia, ac reuerentia tetigimus, explicauimus. Hîc idem accidet, quod in aquis, quæ eum ferè ſaporem referunt, quem illis affricarunt illa loca, per quæ transierunt; impura mens impuritatis odorem trahet, quia & emittit; pura puritatis, quia puta eſt. Itaque vbique pudicitiæ, ac candori viam ſtrauimus, déque impuris, & purè agimus, & in obſequium puritatis; illáque tanquam obſcura illuſtramus, tanquam impura damnamus; vbique noſtrum calamum, & illo prius mentem ſanctitati ſacrum, ſanctimoniæ ſacram volumus, & in rerum quoque, quæ illi aduerſantur, tractatione aduerſari illi nunquam volumus. volumus ſemper obſequi, quod præmittendum idcirco duximus, ne facilè aliquis quæ hîc damus vellicaret, & tanquam delicatior ſcriptione hac noſtrâ offenderetur, reſque aliâ mente exciperet, ac offerantur.

2\. De aquis igitur nuptialibus luculenter agimus, vt feramur quandoque ad non nuptiales, & extra coniugij alueum hauſtas, quæ idcirco cœnoſæ, & impuræ; ſed ita de iſtis ſcribimus, vt ſcribamus contra iſtas, vtque diuinis literis lucem mutuemus, ad honeſtatis, & pudicitiæ portum calami, & mentis ratem ſtatim vehimus; in meretriciis, furtiuis, & lutulentis adulterij aquis ita calamum tingimus, vt mentem ſemper ab illis auocemus, etiam illorum qui illis madidi, ac tantùm non ſubmerſi, obrutique.

Illuſtratâ ſententiâ quò ad eam partem, quę aquas reſpicit, & pluribus aliis, quę cum iſta cognationem maximam habebant; de bibendi verbo, quod præferunt verba, quæ præferuntur, de bibendi ritibus agimus, de ebrietate nonnulla attulimus, ſed contra ebrietatem; redeo iterum ad aquas, de viduis ago, quæ nuptiale mare enauigauerunt, de virgineo fonte, caſtitatis fluentis, & vniuersè de fragiliori ſexu ſub aquarum ferè metaphorâ multa & in notitiam damus, vt variæ eruditioni famularemur, & in cautionem, vt lectorum profectui.

Ad nuptias deinde calamū porrigimus, de nuptialibus ritibus multa conuehimus ex Gentilium, & Hebræorum monumentis prompta, & ex noſtris; de nuptialibus facibus agimus, de nuptiali coronâ aquarum non penitus obliti, quas ſæpè hîc quoque aduocamus; mariti partes, vxoris characteres exhibemus, liberos quoque coniugij fructus ſub fontium & aquarum nomine deliteſcentes in medium producimus, & vtilium monitorum aquis à parentibus ita irrigandos docemus, vt etiam irrigentur.

3\. Et quia ſub honeſtis verbis multa in diuinis literis deliteſcere oſtendimus, quæ aliquin purè proferri vix poterant, ſi nudè proferrentur, & vt ſunt, hinc occaſionem arripimus de verborum honeſtate, puritate, parcitate tractandi, vt obſcœnitas omnis reiiceretur, ſicque factum, vt multa circa linguæ cuſtodiam monita literis conſignaremus, & etiam ab hoc capite omnium vtilitati ſit conſultum, neque hîc aquas omnino reliquimus; ſæpe huc aquæ aduocantur, & fluenta, vt verba ipſa quæ de verbis in aquis natare, nauigare in aquis videantur.

Porrò cùm producta Salomonis verba aliqui & probæ notæ auctores de diuitiis, & eruditione, ac doctrina fuerint interpretati, hunc ſenſum repudiare noluimus, & licèt tanquam literæ hærentes, eum quem tulimus prætulerimus, tanquam moribus tamen feruientes hunc luculenter ditauimus, illuſtrauimus, vt vbique vtilium monitorum aquis lectoris mentem irrigaremus.

Denique vniuersè de variis aquis varia huc duximus, varia eduximus ex aquis: de mari, de fluminibus, de puteis, de pluuia, de balneis ita egimus, vt à baptiſmalibus aquis, ab aquis oculorum ſiccus noſter calamus non abiret; hicque vtilium rerum tractatione intra aquarum limites conſiſtentes vtilem moribus informandis operam dedimus; naues quoque, ac nauigationem huc traximus, quin nos prius ad ſe quadam cum argumento, quod verſamus, affinitate traxerunt. Ab aquis exorſi, per aquas decurrentes in aquis ſiſtimus, quæ non ſiſtunt.

Prou.17.14. Hæc in iſto volumine præſtitimus; aquas iam dimitto, non vt caput iurgiorum ſim, vt illic apud Salomonem, ſed vt rixis omnibus amputatis gratiam apud æquos lectores ineant, & quod caput eſt caput iurgiis amputem, quæ inter Deum, hominéſque vitia nutriunt, & culpæ fouent; ſed finamus iam calamum aquarum vi per aquas vehi, & de aquis ſcribere, cùm in aquis non poſſit.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

Quid, aquam de ciſterna ſua bibere?

Aquæ *de diuitiis.*
In diuitiarum fluentis *nemo tardus ſit.*
Auari in medio Oceani *ſitibundi.*
Tantalus *eſt qui partis diuitiis parcit.*
Miſera diuitiarum ſitis.
Pumex *auarus pecuniæ ſummâ omnibus negans.*
Bibendi *verbum in vſu, & poſſeſſione diuitiarum.*
Aurum ſitire *quis dicatur?*
Pecuniæ ſitis *in auaro vt punita.*
Guttæ *argenti in terram cecidêre.*
Vox ὑπάρχοντα *quid ſignificet apud LXX.*
Prædicaturus, de ciſterna ſua *priùs bibat.*
Aqua *de doctrina quæ mentes abluit.*
Laudem humanam non quærat, qui doctrinæ aquas *aliis communicat.*
In doctrinæ aquis *cauendum ne quis obruatur.*
Ciſterna aqua *de legitima coniuge.*

4. AD hanc ciſternæ aquam hæret pluribus aqua, fluctuant hîc auctorum ſententiæ, quę diuerſæ, ac variæ, vt in locis obſcuris ſolet accidere; quarum pleræque quò magis vtiles, & ad mores magis accommodatæ, eò magis à literali ſenſu videntur diſſitæ.

Aqua de diuitiis. Multi, ac probæ notæ Auctores, germanum, verbiſque ſenſum cohærentem putant, ſi de propriarum facultatum vſu hæc ſententia accipiatur, vt ſit ſenſus; bibe aquam de ciſternâ tuâ: ex tuis facultatibus victita, in tuos vſus expende, quæ poſſides, alienos fontes non adeas, tuos aliis aperi. Nec abs re opes aquis comparãtur, ſemper enim labuntur, nec vno conſiſtere loco poſſunt. Aquæ diuitiæ ſunt, quæ ſi intactæ, & immotæ maneant, impuræ, & inſalubres fiunt, & immundorum animalium matres; niſi enim eas poſſeſſor & aliis effundat, & in vſum proprium hauriat, noxias ſollicitudines gignunt, fœda cogitationum parturiunt monſtra, & multorum ſcelerum matres euadunt.

Et quidem ſanctus Baſilius de propriarum facultatum vſu hunc locum interpretans, ita ſcribit ſerm. 2. in Pſalm. 14. *S. Baſil.* *Bibe, miſer, ex tuis vaſis* AQVAM, *vt ait Salomon, hoc eſt proprias conſidera* FACVLTATES, *ac ſubſidia vitæ, non ad alienos fontes propera, ſed ex propry fontis ſcaturigine tibi vitæ ſolatia collige.* Quid tanquam miſer Tantalus inter aquas ſiti peris? Quid opibus abũdas, & deficis? Aquis facultates componuntur, quia & ſedandæ ſiti, & ſordibus etiam abluendis deſeruiũt, cùm enim erogantur, animæ munditiam augent.

Nec nouum, inſolénſque aquarum potus diuitiarum poſſeſſionem conferri; etiam Gentilis Poëta huc euaſit, cùm auaros diuites perſtringens, cecinit tritum illud, obuiúmque:

Ouid. 1. Faſt.
Sic quibus intumuit ſuffuſà venter ab vndà,
Quo plus ſunt POTÆ, *plus ſitiuntur aquæ.*

Nouarini Nuptiales Aquæ.

Et ex noſtris ille: *Auarus theſauris ſuis innatant, iudicio ſuo eſt pauper; quærit aquas in aquis:* auarus habere diuitias poteſt; ſed in diuitiis pauper eſt, & quo plus bibit, plus ſitit; auaritiæ enim ſiti ſedandæ nec plenum omnium terrenarum diuitiarum mare ſufficiat. *Phil. Boſ. lib. 2. conſ. 4.* Bibe opum aquas, non tanquam ingens, & inſatiabilis vorago, quæ expleri nunquam poſſit, ſed tanquam fertilis terra, quæ neceſſariam tantùm aquam bibit, ſuperuacuam euomit; *In diuitiarũ fluentis nemo Tantalus ſit.* & ſicut arua, hortique aquis perpluuntur, vt fructus producant, ita & facultatibus vtendum, vt ſcilicet ingens ſpiritualium bonorum copia ex cordis humo prodeat; iiſque aquis ſpiritales virtutum arbores ſumant incrementum. nam pleriſque diuitiarum fluentis ad hoc tantùm vtuntur, vt aliis grandiores, celſioréſque facti, cæteros contemnant, ac premant, ſuper omnes ſuperbia erigantur. Bibe, inquit, & vtere conceſſis opibus, ne Tantalus audias, & aquis innatans ſiti pereas; premet te vel Ethnici Poëtæ calamus, à quo iſtuc in diuites, qui vti diuitiis neſciunt, nec volunt:

Hor. lib. 1. ſatyr. 1.
TANTALVS *à labris ſitiens fugientia captat*
Flumina. Quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur, congeſtis vndique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Eoſdem feſtiuè perſtringit Plautus in ſupplemento Aulul ariæ, tenaces hos diuitiarum poſſeſſores pauperes appellans, & in medio Oceano ſitibundos, & tartareâ ingluuie laborantes. hæc eius verba:

Auari in medio Oceani ſitibundi. Plaut.
Tenaces nimium Dominos noſtra ætas tulit
In opibus magnis pauperes,
Et SITIBVNDOS *in medio Oceani gurgite:*
Nulla illis ſatis diuitiæ ſunt, non Midæ,
Non Craſſi, non omnis Perſarum copia
Explere illorum TARTAREAM INGLVVIEM *poteſt.*

Quæ vtinam in noſtræ quoque ætatis homines torqueri non poſſent.

In Tantali Fabula ſiſtens Tranquillus Moloſſus nobilis, ſed ignotus, ineditúſque Poëta in Luſum ita luſit: 5.

Luſus habet nummos, habeat dii quod facit, idem
In medio ſitiat TANTALVS *Eridano.*

Tantalus ille eſt, qui partis diuitiis adeò parcit, vt iis non vtatur; Paling. in ſcorp. ita canebat: *Tantalus eſt qui partis diuitiis parcit. Paling.*

Hic parto nimium parcens ſit TANTALVS *alter,*
Congregat, & neſcit cui congreget.

Eadem mente Cornel. Gall. eleg. 1.

Imò etiam pœna eſt partis incumbere rebus,
Quas cum poſſideas, eſt violare nefas.
Non aliter ſitiens vicinas TANTALVS *vndas*
Captat, & oppoſitis abſtinet ora cibis.

Demus bibere auarum diuitiarum aquas, inque cupiditatis ſuæ ventrem more traiicere, ſitim non extinguit, ſed excitat; miſera, & infelix diuitiarum eſt ſitis, quæ diuitiis excitari ſolet, non extingui; de hac ſiti ita quidam ex noſtris loquitur: *Sitis diuitiarum miſeris pectoribus aſſidet:* *Miſera diuitiarum ſitis. Ann. Senec.* quo plus habentur, & minus ſitim extinguunt, magis excitant. Verus Seneca epiſt. 15. *Si quid in illis eſſet ſolidi aliquando implerent; nunc haurientium*

SITIM *concitant*; benè, & verè de non veris bonis.

Pumex auarus pecuniâ ſua omnibus negans. Plaut.

Vt magnam ingentium diuitiarum aquam auarus bibat, copioſum diuitiarum imbrem exhauriat, ſiccus tamen ſemper erit, ſemper aridus, aliis exhibiturus, quod expreſſit ab aliis. Pumici comparari poteſt, à quo nihil humoris exprimas. Feſtiuè Euclionem auarum ſenem perſtringebat Plautus in Aulularia act.2. ſcen.4. dum ait:

*P*VMEX *non æquè aridus eſt, atque hic ſenex,*
Quia Diuûm, atque hominum clamat continuò fidem
Suam rem periiſſe, ſeque eradicarier,
De ſuo tigillo fumus, ſi quà exit foràs.
Quin cùm it dormitum, follem obſtringit ob gulam,
Ne quid animæ fortè amittat dormiens.

Bibendi *verbum in vſu, & poſſeſſione diuitiarum.* Horat.

Bibendi quoque verbum in diuitiarum, opúmque poſſeſſione adhibitum reperimus, vt non ſit inſolens ſacras literas vſurpauiſſe. Probatæ Latinitatis auctor Horat. Sat.3. ita canebat:

Filius aut etiam hæc libertus vt EBIBAT *hæres*
Diis inimice ſenex cuſtodis ne tibi deſit?

Aurum ſitire quis dicatur.

Aurum quoque ſitire is dicitur, qui auro inhiat, & diteſcere vltra modum cupit. Notum illud de Marco Craſſo, qui cùm opulentiſſimus eſſet, ſtimulante auaritiâ caſtra in Parthos mouit, ſed pœnas ſtatim dedit, cæſus enim eſt à Pomaxarte, ac ori eius infuſum aurum liquatum, cum hoc Sarcaſmo, *Aurum ſitiſti, Craſſe, aurum ad ſaturitatem bibe.* Caueant auari omnes, ne eandem pœnam ſubeant, & his eiſdem verbis à Dæmonibus irrideantur.

Pecunia ſitis in auaro vt poſtea? Iacob. de Vitr.

Iacobus de Vitriaco refert, quendam fœneratorem tam ardentèr pecunias ſitiuiſſe, vt etiam moriturus teſtamento ſtatuerit, magnam pecuniæ partem ſacco incluſam in eius ſepulchro ſecum reponendam. Eo mortuo præſtitum iſtuc eſt. Cùm autem famula quædam rei conſcia rem cuidam prodidiſſet, nocte venit iſte ad ſepulchrum; aperit, vt aurum raperet, & diues ex aliena dementia fieret; ſed mirum, bufones vidit illius pecuniæ denarios in os auari iniicientes, & de ventre iterum extrahentes, qui eo viſu timuit, & timore tactus intactâ pecuniâ, quam ſurripere cogitabat, abiit. Alibi legitur, vt Collector ſpeculi exemplorum refert *tit. de eleemoſyna, exemplo xxiij.* quod Dæmones pecuniam in ſartaginibus viſi ſunt liquefacere, & in os illius defuncti refundere, dicentes cum horribili clamore: *Aurum ſitiſti, aurum* BIBE. Arrigant hic aures, qui aurum deperèunt.

Gutta argēti in terram cecidère. Theod. Metoch.

Aureliano Imperatore argenti guttas imbris inſtar in terram decidiſſe ſunt qui referant, ſic inter alios Theodor. Metochita in hiſtoria Roman. plures ſtuduiſſe hac aqua ſitim ſuam extinguere, ſi verè in argentum coaleſcere potuit, non eſt, quod reuocetur in dubium; humani pectoris humum ſi irriget pluuia iſta, adeò non eam fœcundat, vt ſterilem etiam reddat, fructibus producendis inidoneam; ſolet terra hiſce aquis perpluta ſpinas, tribulóſque germinare: de diuitiarum aquis plura infrà cenſeremus, nunc Salomonis verba preſſiùs nobis excuneanda.

Huic explicationi, quâ per aquas opes intelliguntur, tantum aliqui tribuunt, vt hanc eſſe L X X. Interpretum mentem putauerint, adeò vt fas non ſit, ſi L X X. ſequi velimus, hæc verba in alium ſenſum flectere; hi enim in ſequentibus pro illis verbis, *habeto eas ſolus*, habent: ἔςω σοὶ μόνῳ ὑπάρχοντα, quæ ſic aliqui vertunt: *Sint tibi ſoli facultates*, adeò vt conſtet apertè Salomon hic de facultatibus, opibúſque loqui. Ita inter alios Ianſenius in huius loci commentario, qui hac ſententiâ explicatâ, ſubdit: *Hunc ſenſum ſecuti L X X. videntur, qui habent: ἔςω σοὶ μόνῳ ὑπάρχοντα, ſint tibi ſoli facultates.* Sic ille.

Vox ὑπάρχοντα quid ſignificet apud L X X.

Placet hic ſenſus, diſplicet L X X. Interpretum lectioni adeò inniti, vt aliò eos reſpexiſſe affirmari nequeat. Vox ὑπάρχοντα his auctoribus impoſuit, quæ *facultates* tantùm apud illos ſignificat. Falluntur, nam hìc participium eſt, vnde vertendum erat: *ſint tibi ſoli poſſeſſa*, quam lectionem Latini, & correctiores codices habent. Ex quo fit, vt parum firmitudinis in L X X. lectione hæc expoſitio habeat, cùm ita à Volgata nihil ferè diſſideat. Ergo ita de facultatum vſu explicandus hic locus eſt, vt aliam quoque ſententiam etiam iuxta L X X. mentem ſub his verbis ſubeſſe dicamus, quam poſtea dabimus ex omnibus fontibus illuſtratam.

6.

Prædicaturus, de ciſterna ſua priùs bibat. S. Greg.

Alij hìc per aquas ſcientiam, atque doctrinam intelligunt, vt ſit ſenſus: Non ſatis eſt ſapientiæ aquas in alios docendo deriuare, tu quoque qui alios edoces, ex illis bibe, & audi ipſe quod dicis, & præſta quod loqueris. Huc ſpectauit ſanctus Gregorius curæ paſt. part.3. cap.25. dum ait: A*QVAM prædicator de ciſterna ſua bibit, cùm ad cor ſuum rediens priùs audit ipſe quod dicit.* Bibit ſui fluenta putei, ſi ſui irrigatione infunditur verbi, vbi benè ſubiungitur: *deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide.* Rectum quippe eſt, vt ipſe priùs bibat, & tunc prædicando aliis influat. Hæc & alia plura in hanc ſententiam ſanctus Gregorius.

Aqua de doctrina quæ mitti abinit. Prou. 18. 4.

Porrò aquarum ſimilitudine doctrinam, ac eruditionem ſignificari tum in ſacris, tum in prophanis literis tam obuium eſt, vt probatione non indigeat. Luculenter de hoc egimus in primo ſacrorum Electorum libro: quę conſulere is, qui ſenſum iſtum illuſtrare voluerit, poteſt. Salomon quoque alibi doctorum verba aquæ, eique profundæ comparat, nam cap.18. v.4. ait: *Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons ſapientiæ.* Aqua verba ſunt, quia mentes irrigant, vt fructum producant, & peccatorum ſordes eluunt. Pulchrè hunc locum verſat Rabanus Maurus nouiſſimè editus, qui lib.1. in Prouerbia Salomonis cap.18. ita ſcribit, producta verba explicans: *Verba ſapientum* A*QVÆ comparantur, quia lauant mentes audientium, & irrigant. Ne vel peccatorum ſorde deformes remaneant, vel doctrina cœleſtis inopiâ tabeſcant, & quaſi nociuâ ariditate deficiant: & quia eadem doctorum verba fidelium quædam myſtica latent, & occulta, quæ ſolertiore comprehendantur induſtriâ, quædam verò aperta, & cunctis audientibus facilia ad intelligendum profluunt, rectè hæc & aquam profundam, & torrentem dicit eſſe redundantem.* Quàm malè ſcientiæ aqua vtuntur, qui eâ non ſordes abſtergunt, ſed nouas adiiciunt; tumorem, ac ſuperbiam addunt, quibus anima maculatur. Pluuia, dum in terram decidit, & cadentes herbas, ſolóque ſe inclinantes perpluit, eas erigit, caput enim copioſo imbre adſperſæ extollunt, quæ deprimi imbrium copiâ videbantur. Idem ferè hìc accidit, nam dum humana mens doctrinarum imbre perpluitur, niſi ſe cohibeat, caput erigit, & per ſuperbiam extollitur, humiléſque cogitationes doctrinæ irrigatione

B Raban.

gatione, per iactantiam eriguntur;& licèt multa producto libro de his aquis à nobis dicta, alia tamen illic indicta, hìc in lectoris vtilitatem adiicientur, quod vbi literali, historicóque ſenſui illuſtrando laborauerimus, à nobis fiet; nam hunc explicatum ad moralem potius ſenſum ſpectare, quàm ad hiſtoricum, facilè ſibi doctus lector ſinet perſuaderi.

Laudem humanam non quærat, qui doctrinæ aquas aliis communicat. Prou.5.17.

Ad doctrinæ aquas eiuſdem Salomonis verba aliqui vocant, quæ habet idem Salomon cap. 5. Prouerb.v.17. *Habeto eas ſolus,nec ſint alij participes tui*: quæ videri illis contraria poſſint, quæ præmiſerat: *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide*; ſed non ſunt; nam & aquas in plateis diuidimus, & ſoli eas babemus, quando & doctrinæ fluenta aliis communicamus, & tamen per eam laudes humanas non quærimus, quibus mens velut lethifero veneno inficiatur. Scitè B. Salonius Viennenſis Epiſcopus hìc:*Soli*, inquit, AQVAS *habemus, quando de prædicatione noſtra laudes humanas non quærimus: alienos Dæmones vorat; nam tunc malignos ſpiritus in prædicatione noſtra nobis ſocios facimus, quando per ſuperbiam intumeſcimus.* Sic ille: quod etiam vrget ſanctus Gregorius *hom.12.in Ezechielem*,quem vide.

B.Salon.

B.Rab.

Ab hac mente non abit B. Rabanus Maurus lib.1. comment. in Prouerbia Salomonis, dum ait: AQVAS, *& in plateis diuidimus, & tamen ſoli poſſidemus, quando & exteriùs latè prædicationem fundimus, & tamen per eam laudes humanas conſequi minimè ambimus.* Et non fatuus audiat,qui labores ſuos inani gloriæ ſacrat, & in doctrinæ fluentis hominum laudibus opprimi, obruique deſiderat? Qui in ſcientiæ mari ſubmergi non vult, laudes hominum minimè quærat, quæ tanquam breuia, tanquam Syrtes, tanquam Scylla, tanquam Charybdis timendæ,ac fugiendæ.

In doctrinæ aquis cauendum ne quis obruatur. B Ægid.

Tandem cauendum eſt, ne in his doctrinæ aquis altum quis petat,altiora ſerutans, quàm deceat. Hìc optimè cadit B. Ægidij monitum, qui, vt in aureis eius dictis babetur, cuidam multa inquirenti de inſcrutabili Prædeſtinationis myſterio,ſic reſpondit:*Sufficit* RIPA MARIS *ad lauandum pedes, manus, & totum corpus: ſtultus eſt qui altum petit; ſufficit ſcientia benè, beatéque viuendi.* Tangit cautio iſta omnes illos, qui temerario auſu diuina ſcrutari volunt, & imbecilli humani ſenſus captu cœleſtia myſteria metiri; quo vitio hæretici,ſuperbiæ mancipia,ferè laborant. Ex his quæ diximus patet,minimè alienam eſſe hanc exponendi rationem, quà per aquas doctrina, & ſcientia intelligitur. Sed, vt verum fatear, myſtica potius, & moralis hæc explicatio eſt, quàm literalis, vt ex verborum ſerie, & ex his quæ deinceps producemus, apertè conſtabit.

Ciſterna de legitima eſt iuge.

Ego de legitimis nuptiis hunc locum interpretor, vt aquarum, ac ciſternæ ſimilitudine, & metaphorà purus coniugij vſus adumbretur, in bunc ſenſum: *Bibe aquam de ciſternà tuà*, id eſt, propriâ, & legitimà coniuge vtere,quæ ciſternæ more puras, ac defæcatas tibi aquas exhibebit. Aliis etiam hæc expoſitio placuit, ſed quia tacta potiùs eſt, quàm fusè, ſolidéque firmata, hinc moroſiores quorundam calamos inuenit, qui eam non ita probarunt, vt alteri expoſitioni libentiùs adhærerent, præſertim LXX. Interpretum veſtigiis inſiſtentes. Ne igitur vellicationi vlli hic ſenſus pateat, illum luculentiſſimè ex omnibus fontibus firmabimus, & illuſtrabimus: quo fiet vt non ſolùm de literali, germanôque borum verborum ſenſu nulla deinceps ſuperſit dubitationis nebula, ſed & eàdem operà multis aliis ſacræ Scripturæ locis, lucem & plerunque nouam immittemus, ac aliorum Auctorum tum ex noſtris, tum ex prophanis loca tecta, & ſubobſcura aperientur,& nudabuntur.

CAPVT II.

Aquam ex ciſternâ ſuâ bibere, de legitimo coniugij vſu intelligendum, ex Hebraïco fonte probatur.

Hebraïca lingua puritas.
Aquam de ciſternà ſuà bibere de nuptiali opere.
Hebræorum phraſis.
Filij *ex muliere velut ex ciſterna prodeunt.*
Filij *è cœlo ſperandi.*
Pœnæ *inflicta à Deo admonitionis loco ſunt.*
Viam ſibi ad alia dona *accipienda aperit, qui gratus pro acceptis eſt.*
כרה *quid?*
Emere vxorem *quid ſit?*
Fodere vxorem ſibi, *quid?*

HEBRAICÆ linguę tanta eſt puritas &honeſtas,vt inboneſtæ rei proprio vocabulo careat; hinc illud doctiſſimi Oleaſtri in cap.25. Deuteronomij: *Adnotarunt hic Hebræi nullum eſſe* NOMEN *in linguâ Hebræa, quod propriè pudendum, aut inboneſtum ſignificet, ideóque putarunt linguam vocari ſanctam.* Sic etiam antè docuerat R.Moſes Ægyptius;ex quo factum eſt, vt in ſacris litteris multa obſcurè dicantur, quia honeſtis, puriſque verbis teguntur; maluit quippe Deus,ſanctitatis, ac puritatis amator plures à nobis ſenſus ſubduci, & multorum locorum intelligentiam nos fugere, quàm quòd honeſtatis, ac puritatis exemplo careremus: ſatius enim fuit multis multarum ſententiarum ſenſum claudi, quàm omnibus obſcœnitatis ianuam aperiri. Ergo lingua illa ſancta audire non poteſt,quæ paſſim impudicarum rerum narratione polluitur,& auditorum aures inceſtat. Sed ad rem. 7.

Hebraica linguæ puritas. Oleaſt.

Aquam de ciſterna ſua bibere de nuptiali opere.

Præmiſſis verbis boneſtà inhoneſtæ rei periphraſi legitimi coniugij vſum ſignificari, & aquam de ciſtern à ſuà bibere apud Hebræos nil aliud eſſe, quàm propriam vxorem cognoſcere, mihi adeò certum eſt, vt mirer in alium ſenſum Interpretes conceſſiſſe in verbis iſtis explanandis:fors hoc ideo accidit, quia ex antiquis Hebræorum monumentis, atque ruderibus ſimilem phraſim reperire non potuerunt, quà veluti face huic ſententię prælucerent.Occurrit nobis,dum antiquos Hebræorum libros volueremus.

Et vt videat lector vix aliò, quàm ad nuptiale opus præmiſſa Salomonis verba vocari poſſe, antiquiſſimi Doctoris verba producemus, qui eidem aquæ metaphorâ vtens in re ſimili nos docet Hebræis hunc loquendi morem vſitatum eſſe, & ſimilem ſententiam ad ſimilem ſenſum allicíendam. Antiquiſſimus igitur Hebræorum Pater, ac Doctor Ben-Syra,qui nepos,vt ferunt, Ieremiæ fuit, dicta quædam, monitáque ad poſteros tranſmittere de nuptiarum vſu, marita-

s i t i m *concitant*; benè, & verè de nnn veris bonis.

Pumex auarus pecunia ſua omnibus negans. Plaut.

Vt magnam ingentium diuitiarum aquam auarus bibat, cnpioſum diuitiarum imbrem exhauriat, ſiccus tamen ſemper erit, ſemper aridus, aliis exhibiturus, quod expreſſit ab aliis. Pumici comparari poteſt, à quo nihil humoris exprimas. Feſtiuè Euclionem auarum ſenem perſtringebat Plautus in Aulularia act.2. ſcen.4. dum ait:

P v m e x non aquè aridus eſt, atque hic ſenex,
Quia Diuûm, atque hominum clamat continuò fidem
Suam rem periiſſe, ſeque eradicarier,
De ſuo tigillo fumus, ſi quà exit forás.
Quin cùm it dormitum, follem obſtringit ob gulam,
Ne quid animæ fortè amittat dormiens.

Bibendi verbum in vſu, & poſſeſſione diuitiarum. Horat.

Bibendi quoque verbum in diuitiarun, opúmque poſſeſſione adhibitum repetimus, vt nnn ſit inſolens ſacras literas vſurpauiſſe. Prnbatæ Latinitatis auctnr Hntat. Sat.3. ita canebat:

Filius aut etiam hæc libertus vt e b i b a t *hæres*
Diis inimice ſenex cuſtodis ne tibi deſit?

Aurum ſitire quis dicatur?

Aurum quoqne ſitire is dicitur, qui auro inhiat, & diteſcere vltra modum cupit. Notum illud de Marco Craſſn, qui cùm opulentiſſimus eſſet, ſtimulante auaritiâ caſtra in Parthos mouit, ſed pœnas ſtatim dedit, cæſus enim eſt à Pomaxarte, ac ori eius infuſum aurum liquatum, eum hoc Sarcaſmn, *Aurum ſitiſti, Craſſe, aurum ad ſaturitatem bibe.* Caueant auari nmnes, ne eandem pœnam ſubeant, & his eiſdem verbis à Dæmnnibus irridcantur.

Pecunia ſitis in auaro vt poſt al Iacob. de Vitr.

Iacnbus de Vitriacn refert, quendam fœneratorem tam ardentèr pecunias ſitiuiſſe, vt etiam moriturus teſtamentn ſtatuerit, magnam pecuniæ partem ſacco incluſam in eius ſepulchro ſecum reponendam. Eo mortuo præſtitum iſtuc eſt. Cùm autem famula quædam rei ennſcia rem cuidam prodidiſſet, nocte venit iſte ad ſepulchrum; aperit, vt aurum raperet, & diues ex aliena dementia fieret; ſed mirum, bufnnes vidit illius pecuniæ denarios in os auari iniicientes, & de ventre iterum extrahentes, qni eo viſu timuit, & timore tactus intactâ pecuniâ, quam ſurripere cogitabat, abiit. Alibi legitur, vt Collectnr ſpeculi exemplnrum refert *tit. de eleemoſyna, exemplo xxij.* quod Dæmones pecuniam in ſartaginibus viſi ſunt liquefacere, & in os illius defuncti refundere, dicentes cum horribili clamore: *Aurum ſitiſti, aurum* b i b e. Arrigant hic aures, qui aurum depereunt.

Gutta argenti in terram cecidiſſe. Theod. Metoch.

Aureliann Imperatore argenti guttas imbris inſtar in terram decidiſſe ſunt qui referant, ſic inter alios Theodor Metochita in hiſtoria Roman. plures ſtuduiſſe hac aqua ſitim ſuam extinguere, ſi verè in argentum coaleſcere potuit, non eſt, quod renocetur in dubium; humani pectoris humum ſi irriget pluuia iſta, adeò non eam fœcundat, vt ſterilem etiam reddat, fructibus producendis inidoneam; ſolet terra hiſce aquis perpluta ſpinas, tribulóſque germinare: de diuitiarum aquis plura infrà cenſeremus, nunc Salomnnis verba preſſiùs nobis excuneanda.

Huic explicatinni, quà per aquas opes intelliguntur, tantum aliqui tribuunt, vt hanc eſſe L X X. Interpretum mentem putauerint, adeò vt fas non ſit, ſi L X X. ſequi velimus, hæc verba in alium ſenſum flectere: hi enim in ſequentibus pro illis verbis, *habeto eas ſolus*, habent: *ἔσω σοὶ μόνῳ ὑπάρχοντα*, quæ ſic aliqui vertunt: *Sint tibi ſoli facultates*, adeò vt conſtet apertè Salomnn hic de facultatibus, npibúſque loqui. Ita inter alins Ianſenius in huius loci commentarin, qui hac ſententiâ explicatâ, ſubdit: *Hunc ſenſum ſecuti L X X. videntur, qui habent: ἔσω σοὶ μόνῳ ὑπάρχοντα, ſint tibi ſoli facultates.* Sic ille.

Vox ὑπάρχοντα quid ſignificet apud L X X.

Placet hic ſenſus, diſplicet L X X. Interpretum lectioni adeò inniti, vt aliò ens reſpexiſſe affirmari nequeat. Vnx *ὑπάρχοντα* his auctoribus impoſuit, quæ *facultates* tantùm apud illns ſignificat. Falluntur, nam hìc participium eſt, vnde vertendum erat: *ſint tibi ſoli poſſeſſa*, quam lectionem Latini, & correctiores codices babent. Ex quo ſit, vt parum firmitudinis in L X X. lectinne hæc expoſitin habeat, cùm ita à Vulgata nihil ferè diſſideat. Ergn ita de facultatnm vſu explicandus hic locus eſt, vt aliam quoqne ſententiam etiam iuxta L X X. mentem ſub his verbis ſubeſſe dicamus, quam poſtea dabimus ex omnibus fontibus illuſtratam.

6. Alij hic per aquas ſcientiam, atque doctrinam intelligunt, vt ſit ſenſus: Nnn ſatis eſt ſapientiæ aquas in alins docendn deriuare, tu quoque qui alins edoces, ex illis bibe, & audi ipſe quod dicis, & præſta quod loqueris. Huc ſpectauit ſanctus Gregorius curæ paſt. part.3. cap.25. dum ait: A q v a m *prædicator de ciſterna ſua bibit, cùm ad cor ſuum rediens priùs audit ipſe quod dicit.* Bibit ſui fluenta putei, ſi ſui irrigatione infunditur verbi, vbi benè ſubiungitur: *deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide.* Rectum quippe eſt, vt ipſe priùs bibat, & tunc prædicando aliis influat. Hæc & alia plura in hanc ſententiam ſanctus Gregorius.

Prædicaturus, de ciſterna ſua priùs bibat. S.Greg.

Porrò aquarum ſimilitudine doctrinam, ac eruditionem ſignificari tum in ſacris, tum in prophanis literis tam nbuium eſt, vt probatinne non indigeat. Luculenter de hoc egimus in primn ſacrnrum Electorum libro: quę conſulere is, qui ſenſum iſtum illuſtrare voluerit, poteſt. Salomon quoque alibi doctorum verba aquæ, eique profundæ comparat, nam cap.18. v.4. ait: *Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons ſapientiæ.* Aqua verba ſunt, quia mentes irrigant, vt fructum producant, & peccatorum ſordes eluunt. Pulchrè hunc locum verſat Rabanus Maurus nouiſſimè editus, qui lib.2. in Prouerbia Salomnnis cap.18. ita ſcribit, producta verba explicans: *Verba ſapientum* a q v æ *comparantur, quia lauant mentes audientium, & irrigant. Ne vel peccatorum ſorde deformes remaneant, vel doctrinæ cæleſtis inopiâ tabeſcant, & quaſi nociuâ ariditate deficiant: & quia eadem doctorum verba fidelium quadam myſtica latent, & occulta, quæ ſolertiore comprehendantur induſtriâ, quædam verò aperta, & cunctis audientibus facilia ad intelligendum profluunt, rectè hæc & aquam profundam, & torrentem dicit eſſe redundantem.* Quàm malè ſcientiæ aqua vtuntur, qui eâ non ſordes abſtergunt, ſed nouas adiiciunt; tumorem, ac ſuperbiam addunt, quibus anima maculatur. Pluuia, dum in terram decidit, & cadentes herbas, ſolóque ſe inclinantes perpluit, eas erigit, caput enim copioſn imbre adſperſæ extollunt, quæ deprimi imbrium copiâ videbantur. Idem ferè hic accidit, nam dum humana mens doctrinarum imbre perpluitur, niſi ſe cohibeat, caput erigit, & per ſuperbiam extollitur, humiléſque cogitationes doctrinæ irrigatione

Aqua de doctrina quæ mẽtes abluit. Prou.18.4.

B Raban.

gatione, per iactantiam eriguntur;& licèt multa producto libro de his aquis à nobis dicta, alia tamen illic indicta, hìc in lectoris vtilitatem adiicientur, quod vbi literali, hiſtoricóque ſenſui illuſtrando laborauerimus, à nobis fiet; nam hunc explicatum ad moralem potius ſenſum ſpectare, quàm ad hiſtoricum, facilè ſibi doctus lector ſinet perſuaderi.

Laudem humanam non quærat, qui doctrinæ aquas aliis communicat. Prou.5.17.

Ad doctrinæ aquas eiuſdem Salomonis verba aliqui vocant, quæ habet idem Salomon cap. 5. Prouerb.v.17. *Habeto eas ſolus,nec ſint alij participes tui:* quæ videri illis contraria poſſint, quæ præmiſerat: *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide*; ſed non ſunt; nam & aquas in plateis diuidimus, & ſoli eas habemus, quando & doctrinæ fluenta aliis communicamus, & tamen per eam laudes humanas non quærimus, quibus meos velut lethifero veneno inficiatur. Scitè B. Salonius Viennenſis Epiſcopus hìc: *Soli*, inquit, AQVAS *habemus, quando de prædicatione noſtra laudes humanas non quærimus: alienos Dæmones vorat; nam tunc malignos ſpiritus in prædicatione noſtra nobis ſocios facimus, quando per ſuperbiam intumeſcimus.* Sic ille: quod etiam vrget ſanctus Gregorius *hom.12.in Ezechielem*, quem vide.

B. Salon.

B. Rab.

Ab hac mente non abit B. Rabanus Maurus lib.1. comment. in Prouerbia Salomonis, dum ait: AQVAS, *& in plateis diuidimus, & tamen ſoli poſſidemus, quando & exteriùs latè prædicationem fundimus, & tamen per eam laudes humanas conſequi minimè ambimus.* Et non fatuus audiat, qui labores ſuos inani gloriæ ſacrat, & in doctrinæ fluentis hominum laudibus opprimi, obruique deſidèrat? Qui in ſcientiæ mari ſubmergi non vult, laudes hominum minimè quærat, quæ tanquam breuia, tanquam Syrtes, tanquam Scylla, tanquam Charybdis timendæ, ac fugiendæ.

In doctrinæ aquis cauendum ne quis obruatur. B Ægid.

Tandem cauendum eſt, ne in his doctrinæ aquis altum quis petat, altiora ſcrutans, quàm deceat. Hìc optimè cadit B. Ægidij monitum, qui, vt in aureis eius dictis habetur, cuidam multa inquirenti de inſcrutabili Prædeſtinationis myſterio, ſic reſpondit: *Sufficit* RIPA MARIS *ad lauandum pedes, manus, & totum corpus: ſtultus eſt qui altum petit; ſufficit ſcientia benè, beatéque viuendi.* Tangit cautio iſta omnes illos, qui temerario auſu diuina ſcrutari volunt, & imbecilli humani ſenſus captu cœleſtia myſteria metiri; quo vitio hæretici, ſuperbiæ mancipia, ferè laborant. Ex his quæ diximus patet, minimè alienam eſſe hanc exponendi rationem, quà per aquas doctrina, & ſcientia intelligitur. Sed, vt verum fatear, myſtica potius, & moralis hæc explicatio eſt, quàm literalis, vt ex verborum ſerie, & ex his quæ deinceps producemus, apertè conſtabit.

Ciſterna de legitima coniuge.

Ego de legitimis nuptiis hunc locum interpretor, vt aquarum, ac ciſternæ ſimilitudine, & metaphorâ purus coniugij vſus adumbretur, in hunc ſenſum: *Bibe aquam de ciſternâ tuâ*, id eſt, proprià, & legitimâ coniuge vtere, quæ ciſternæ more puras, ac defæcatas tibi aquas exhibebit. Aliis etiam hæc expoſitio placuit, ſed quia tacta potiùs eſt, quàm fusè, ſolidéque firmata, hinc moroſiores quorundam calamos inuenit, qui eam non ita probarunt, vt alteri expoſitioni libentiùs adhærerent, præſertim LXX. Interpretum veſtigiis inſiſtentes. Ne igitur vellicationi vlli hic ſenſus pateat, illum luculentiſſimè ex omnibus fontibus firmabimus, & illuſtrabimus: quo fiet vt non ſolùm de literali, germanóque horum verborum ſenſu nulla deinceps ſuperſit dubitationis nebula, ſed & eâdem operâ multis aliis ſacræ Scripturæ locis, lucem & plerunque nouam immittemus, ac aliorum Auctorum tum ex noſtris, tum ex prophanis loca tecta, & ſubobſcura aperientur, & nudabuntur.

CAPVT II.

Aquam ex ciſternâ ſuâ bibere, de legitimo coniugij vſu intelligendum, ex Hebraïco fonte probatur.

Hebraïca linguæ puritas.
Aquam de ciſternâ ſuâ bibere de nuptiali opere.
Hebræorum phraſis.
Filij *ex muliere velut ex ciſterna prodeunt.*
Filij *è cælo ſperandi.*
Pœnæ *inflictæ à Deo admonitionis loco ſunt.*
Viam ſibi ad alia dona *accipienda aperit, qui gratus pro acceptis eſt.*
כרה *quid?*
Emere vxorem *quid ſit?*
Fodere vxorem ſibi, *quid?*

HEBRAICÆ linguę tanta eſt puritas 7.
& honeſtas, vt inhoneſtæ rei proprio vocabulo careat; hinc illud doctiſſimi Oleaſtri in cap.25. Deuteronomij: *Adnotarunt hic Hebræi nullum eſſe* NOMEN *in linguâ Hebræa, quod propriè pudendum, aut inhoneſtum ſignificet, ideóque putarunt linguam vocari ſanctam.* Sic etiam antè docuerat R.Moſes Ægyptius; ex quo factum eſt, vt in ſacris litteris multa obſcurè dicantur, quia honeſtis, puriſque verbis teguntur; maluit quippe Deus, ſanctitatis, ac puritatis amator plures à nobis ſenſus ſubduci, & multorum locorum intelligentiam nos fugere, quàm quòd honeſtatis, ac puritatis exemplo careremus: ſatius enim fuit multis multarum ſententiarum ſenſum claudi, quàm omnibus obſcœnitatis ianuam aperiri. Ergo lingua illa ſancta audire non poteſt, quæ paſſim impudicarum rerum narratione polluitur, & auditorum aures inceſtat. Sed ad rem.

Hebraica linguæ puritas. Oleaſt.

Aquam de ciſterna ſua bibere de nuptiali opere.

Præmiſſis verbis honeſtâ inhoneſtæ rei periphraſi legitimi coniugij vſum ſignificari, & aquam de ciſternâ ſuâ bibere apud Hebræos nil aliud eſſe, quàm propriam vxorem cognoſcere, mihi adeò certum eſt, vt mirer in alium ſenſum Interpretes conceſſiſſe in verbis iſtis explanandis: fors hoc ideo accidit, quia ex antiquis Hebræorum monumentis, atque ruderibus ſimilem phraſim reperire non potuerunt, quâ veluti face huic ſententię prælucerent. Occurrit nobis, dum antiquos Hebræorum libros volueremus.

Et vt videat lector vix aliò, quàm ad nuptiale opus præmiſſa Salomonis verba vocari poſſe, antiquiſſimi Doctoris verba producemus, qui eidem aquæ metaphorâ vtens in re ſimili nos docet Hebræis hunc loquendi morem vſitatum eſſe, & ſimilem ſententiam ad ſimilem ſenſum alliciendam. Antiquiſſimus igitur Hebræorum Pater, ac Doctor Ben-Syra, qui nepos, vt ferunt, Ieremiæ fuit, dicta quædam, monitáque ad poſteros tranſmittere de nuptiarum vſu, marita-

lique opere agens, ad hunc modum loquitur: סופר מלמד ישא בתולה ואל ישא בעולה כי מי מי הבתולה יהיו לך לבדך ומימי הבעולה כבר שאבם לעדיך id eſt: *Scriba docens ducat virginem, & ne ducat eam, quæ maritum habuit, nam* AQVÆ VIRGINIS *ſibi ſoli erunt,* AQVAS *verò* EIVS, *quæ maritum habuit antè alius præter te hauſit.* Sic ille. Ex quibus verbis apertiſſimè conſtat, Hebraico more aquas de nuptiali opere vſurpari, & aquarum metaphorâ mulieris cognitionem ſignificari. Igitur eadem ac Salomon phraſi vtens antiquiſſimus iſte Doctor Hebræorum facem Salomonis verbis præfert, vt deinceps in dubium vocari non poſſit, germanum, literæq; cohærentem eſſe ſenſum, quem his verbis dedimus; nec expungere, aut vellicare deinceps aliquis audebit interpretationem illam, quæ verba iſta Salomonis de nuptiis, legitimoque nuptiarum vſu exponit.

Ben-Syra.

Hebræorum phraſis.

Quid? quod idem auctor eidem metaphoræ inſiſtens, & ciſternæ nomine mulierem intelligens, ad hunc modum ſcribit כי מי ישא בתולה מתוקים ומוסיפין כח ומימי אשה זקנה מרים כלענה ומתישים כח כבור שתיה בו מים ושאבם הדוד hoc eſt: *Aqua mulieris, quæ* VIRGO *iuuenis eſt,* DVLCES *ſunt & augent vires: ſed* AQVÆ MVLIERIS VETVLÆ AMARÆ *ſunt vt abſinthium, & debilitant vires: vt ciſterna quæ aquas habuit, quas venus hauriendo abſorpſit.* Ita Ben-Syra, qui tantam ſuo iſto loquendi modo Salomonis verbis lucem immittit, vt cæcutiat, qui ſub aquarum, ciſternæque metaphorâ Ben-Syræ verbis adiutus nuptias, purúmque nuptiarum vſum latêre non videt.

Filij ex muliere velut ex ciſterna prodeunt.

Nec alienum à ſacrarum literarum vſu eſt, ciſternæ, ſeu lacui fœminam comparari; nam apud Hebræos fœminæ nomen, atque ciſternæ cognationem inter ſe habent: quod notauit nobilis Iſaiæ interpres Forerius explicans illa verba: *Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis,* Iſa. 51. v. 1. Per petram Abraham intelligit, per cauernam laci Saram, vnde ſtatim ſubdit: *Propterea attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos,* v. 2. ait fœminam cum ciſternâ magnam habere non ſolùm nominis ſimilitudinem, ſed etiam rei, vt ex fœminæ vtero filij velut ex ciſternâ aqua, profluant: hæc eius verba: *Cauernam. Sicut effodiuntur* AQVÆ *ex ciſternâ, ſic filij ex ventre Saræ: videturque alluſio eſſe ad etymon nominis quo fœmina dicitur Hebræis* נקבה *nam voce* מקבה *ab eodem verbo deducta, id eſt, cauea, ſiue cauerna, vtitur.* Sic ille.

Iſa. 51.

Forerius.

Sed & Chaldaicus fons hanc exponendi rationem probat, & fulcit, & ciſternæ nomen ad mulierem eleganter transfert; nam, vt habetur in Dictionario Syro-Chaldaico, vox גר foueam, & ciſternam ſignificat, & etiam membrum, quo fœmina eſt. Hinc accipit lucem illud Prou. 22. *Fouea profunda os alienæ*

8. Nec abs re mulier quæ prolem gignit, ciſternæ comparatur; nam ſicut ciſterna aquis repletur, quæ è cœlo cadunt, ſic nec mulier ſperare filios niſi à Deo poteſt, nec poſtulare, niſi ab ipſo, debet. Nouit hoc illa, quæ omnium extitit mater cùm filium genuit: *Poſſedi,* inquit, *hominem per Deum,* Gen. 4. v. 1. hoc eſt, Dei munere & gratiâ filio ditata ſum, non ſolius naturæ viribus, id quod expendebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 10. in Geneſim: ex his verbis hoc etiam colligens, quàm vtilis pœna ſit, quæ probam mentem mulieri ingenerauit; *& dixit: Poſſedi virum per Deum. Vide quomodo pœna inflicta mulierem emendauerit, melioremque reddiderit, nam puellum natum non naturæ, ſed* DEO ACCEPTVM REFERT, *ſuámque gratitudinem dederat; vidiſti quomodo pœna admonitionis loco illis fuerit? Poſſedi enim, inquit, hominem per Deum, non natura, inquit, puerulum mihi dedit, ſed diuina gratia.* Aditum Dei donis præcludit, qui Dei dona in Deum non refert.

Filij à cœlo ſperandi.

Gen. 4. 1.

S. Chryſ.

Pœna inflicta à Deo admonitionis loco ſunt.

E contra viam ſibi ad alia dona aperit, qui pro acceptis gratus Deo eſt, hinc de eadem prima matre ſubdit Moſes: *Rurſúmque peperit fratrem ſuum Abel:* grata pro primo ſecundum filium à Deo accipit, & munus munere cumulatur, quia diuinæ gratiæ tributum, non nudæ naturæ; ab eodem calamo res eſt, ſic enim pergit idem ſanctus Pater eodem loco: *Quia pro nato filio* GRATA FVIT, *& prius beneficium agnouit, aſſecuta eſt & aliud. Talis enim eſt Dominus noſter, quando in primis gratitudinem declaramus, & benefactorem agnoſcimus, largiùs ſua dona nobis erogat; itaque quia & iſta Deo partum adſcripſit, propterea & alium accipit puerulum; ſumma enim poſteaquam ſubintrauit mortalitas, conſolatio erat filiorum ſucceſſio.* Vis munera muneribus addi, & donis dona? gratus donatori ſis: noua repudiat dona, qui priora gratiarum actione non excepit. Sed rurſus ad aquam, ad ciſternam.

Viam ſibi ad alia dona accipienda aperit, qui gratus pro acceptis eſt.

Gen. 4.

S. Chryſ.

Ex his, quæ de aquis, de ciſternâ, foueàque diximus, fors aliqua lux Oſeæ verbis, quæ obſcura, & implexa omnibus Interpretibus, immitti queat; ſic autem de muliere, quam in vxorem duxerat, Propheta loquitur cap. 3. v. 2. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis.* Cur *fodiendi* verbo cùm de vxore agit, vtatur, laborant auctores vt explicent. Ribera rem ad Hebraicum fontem reuocat, & verbum כרה quod hîc habetur, emendi ſignificatione ſumendum affirmat. Eius verba, eius mentem ſubiicio; ſic ille ſcribit in horum verborum commentario: *Locus totus ita obſcurus eſt, vt haud ſciam, an à quoquam fuerit ſatis explicatus:* כרה *quod fodere ſignificat, ſæpè idem eſt, quod emere; vnde & fodio in eadem ſignificatione ponitur, vt* Geneſ. 50. *In ſepulchro quod fodi mihi in terrâ Chanaan, ſepelies me, id eſt, quod emi, &* Deut. 2. *Aquam emptam haurietis, & bibetis: Hebraicè, Et aquas fodietis ab eis argento: Chald. Et aquas emetis ab eis argento, & bibetis. Atque ita hoc loco accipitur apud Prophetam, vnde LXX verterunt: καὶ ἐμισθωσάμην, mercede eam comparaui, ſiue conduxi; ita enim legit Ambroſius epiſt. 39. Pagninus: Poſſedi eam mihi. Iſidorus Clarius: Emi.* Hæc Ribera: quæ expoſitio ſuo digna auctore eſt, opportuna, cohærens, nec vllo pacto reiicienda. Hoc vnum huic expoſitioni officit, quod vidit quoque ipſe Ribera, quòd ſcilicet inſolens omnino ſit, & inuſitatum *fodiendi* verbo vti pro *emere, & acquirere.* Non diſpliceret igitur (mallem in hac re alios ſequi, quam aliis præire) fodiendi verbo idcirco vſum in re vxoria Prophetam, quia mulier, quæ in vxorem ducitur, ad modum lacus, & cauernæ ſe habet, ex qua filij tanquam riui, & fontes erumpunt. Erit igitur ſenſus, *fodi eam mihi quindecim argenteis,* hoc eſt, vt eâ velut vxore vti poſſem, quæ ad modum cauernæ, & laci ſe habet, quindecim argenteos inſumpſi; tanti enim mihi empta vxor eſt; quo pacto Deuteronomij 2. v. 6. pro eo quod noſter habet: *aquam emptam haurietis, & bibetis,* Hebraicè eſt, *& aquas fodietis ab eis argento,* Chald. *& aquas emetis ab eis argento:* ita & hîc *fodere ſibi vxorem*

כרה quid? Emere vxorē quid ſit

Oſe. 3. 2.

Riber.

Fodere vxorē ſibi quid ſit

eſt eius aquas legitimè poſſe bibere, & exhibitâ pecunia mulierem in vxorem comparaſſe, (nam nuptiæ olim emptione fiebant) & nuptiales aquas in nuptiali opere licitè haurire. Hæc mea de obſcuro hoc loco coniectura, ſed coniectura, quæ traditæ à Ribera expoſitioni minimè aduerſatur, ſed eam ſupponit. Etiam verbum Hebræum כרה nobis fauet, quod de aquis dicitur, vnde ad vxorium opus transferri facilè potuit, cùm aquam ex ciſternâ ſuâ bibere, atque adeò mulierem velut lacum, ac ciſternam fodere elegantiſſimâ metaphorâ de nuptiali opere honeſtè dicatur.

Sed quia hîc ſumus, vtque firmius ea firmentur, quæ hucuſque attulimus, mulierem cum aqua, cum mari cohærere, adductis noſtrorum auctorum, aliorúmque dictis euincamus.

CAPVT III.

Aquæ & mulieris cohærentia: fœminæ nexus & Oceani.

Viſcera fœmina aquæ, *&* mari *comparata, ex quibus filij velut piſces egrediuntur.*
Generatio filiorum iuſtitiæ fundamento innitatur.
Filij in matris vtero vt naues in *mari.*
Aquæ *metaphora in vxore.*
Tria orbis mala: *fœmina, flamma, fretum.*
Inexplebilis fœmina, vt & mare.
Vxor aquæ inſtar *concupiſcentia ignem extinguentis.*
Tantalo *pares amantes in aquis ſitiunt.*
Tantali *pœnam ſentit qui mulierem amat.*
Ab amica domo vt à Nili aquis *canis, abit.*
Aqua terræ nubit; *terra, aqua vxor.*

9. TVTIVS calami remis ſcriptio in hiſce aquis vehetur, ſi fœminæ, & aquarum; Oceani, vxoriſque cohærentiam, nexúmque adductis auctorum ſententiis explicemus, & illuſtremus, quod præſenti hoc capite fiet.

Viſcera fœminæ aquæ & mari comparata, ex quibus filij velut piſces egrediuntur.
Iſa. 48.

Viſcera fœminæ mari comparantur, quia ab eius vtero filij egrediuntur, ſicut à mari piſces, ſeu quaſi arenæ, quæ ad littus euomuntur. Iſaiæ 48. v. 19. *Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps vteri tui vt lapilli eius*, vnde non mirum ſi Abrahæ poſteritas arenæ comparatur, ait enim Deus: *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris*, Gen. 22. 17. Sed Oleaſter Iſaiæ verba explicans, hæc ad noſtram mentem habet: *Comparat viſcera fœminæ ipſi mari, quoniam ab vtero fœminæ egrediuntur proles, ſicut à mari piſces, & reptilia.* Piſces ab aquis amaris naſcuntur, & amari, ſalsíque non ſunt, nec filij vitiorum amaritudinem habere debent, ſi fors in parentibus fuerit.

Oleaſt.

Generatio filiorum iuſtitiæ fundamento innitatur
Iſa. 48.

Sed obiter expendo nexum horum verborum. Hæc Dei verba, quæ mittit Propheta v. 18. *Vtinam attendiſſet mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris*; ſtatim de ſemine, & prole infert: *& fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps vteri tui vt lapilli eius.* Rectus ordo, nec inuertendus, vt diuinorum præceptorum obſeruatio, pax, atque iuſtitia præmittatur, & huic veluti fundamento filiorum generatio innitatur, vt referre parentum virtutes filij naſcituri poſſint. Parentum iuſtitia tanta ſit, tanta ſit eorum pax, vt flumini, imò & mari comparetur, & filij tantæ iuſtitiæ veluti innatent.

Aquas in fœmineo vtero, quibus filij veluti naues ferebantur, habetur Gen. 25. vbi de Iacob, & Eſau ait diuina Scriptura: *& collidebantur in vtero*; Symmachus διενήχετο, id eſt, *in ſimilitudinem nauis in ſuperficie ferebantur*, vt habet Scholiaſtes. Pergo, & vxoriis aquis calamum ferri adhuc feram, ferat & lector qui hæc leget. 10.

Filij in matris vtero, vt naues in mari.
Gen. 18.
Symmach.

Aquæ metaphorâ de vxore Lucij, quam conſtuprauerat, vſus eſt Auitus Imperator, dum ei occurrens, ſicuti refert Trithemius lib. 45. Annalium, dixit: *Pulchras quidem thermas, Luci, habes, ſed* FRIGIDA LAVAS, *tetrum inſinuans præter naturam fluorem vxoris*, addit Trithemius.

Aquæ metaphora in vxore.
Trith.

Inter tria orbis mala, fœmina cenſetur, & mare; ſcitè ille:

Quæ mala ſunt hominum rebus tria maxima ſcire
Quæris? habe paucis: FOEMINA, *flamma,* FRETVM.

Tria orbis mala, fœmina, flamma, fretum.

Idem aliter explicat alius Poëta, dum canit:

Ignis, AQVA, *&* MVLIER, *cunctorum extrema malorum,*
Si quid habent in ſe publica dicta ſalis.

Fœminam cum mari ille verrebat canens:

Omnia cùm poſſunt expleri, tempore nullo
Expleri poſſunt FOEMINA, *flamma,* FRETVM.

Inexplebilis fœmina, vt & mare.

Infidum mare, vt infida & fœmina; malaciâ pelagus plerunque decipit quos velit, fœmina malitiâ; inter mala, eáque maxima, quæ mundum obſident, fœmina recenſetur, & mare.

Vxor in hoc aquæ pariatur, quia ignem illum, & ardorem extinguit, qui in viri medullis ardet; ſcitè ille;

Vxor aqua inſtar concupiſcentia ignem extinguentis.

Igni ſubtrahito lignum, ieiunia ſeruans
A muliere ſede, ſicut ab igne procul.
Si tuus iſtorum neutro conſumitur ardor:
Vxor ducenda eſt; hæc erit INSTAR AQVÆ.

Tantalo in mediis aquis ſitienti, amans eſt ſimilis, qui amicas aquas ſitit, quas bibere nequit; hinc illud Poëtæ illius: 11.

Tantalo pares amantes in aquis ſitiunt.

Me Clitia abſentem reuocat, pellitque ſequentem,
Huc illuc ſic nos, parue Cupido, trahis.
TANTALVS *in media ſitiens eluditur vnda:*
Me SITIS *in medio nectare iugis habet.*

Tantalo pares amantes; dum ſitim extinguere nequeunt, quâ laborant, aquis licèt proximi. Politianus ad Amicam ita ſcribebat:

Tantali pœnam ſentit qui mulierē amat.
Polit.

Allicis, expellis, ſequeris, fugis, es pia, & es trux:
Me vis, me non vis, me crucias & amas.
Promittis, promiſſa negas, ſpem mi eripis, & das:
Iam iam ego vel ſortem Tantale malo tuam.
Dura ua ferre SITIM *circum ſalientibus vndis,*
Durius in medio necta e ferre SITIM.

Ab amica ſe fugere quidam Poëta aſſerebat, domúmque eius præterire, vt à Nili aquis bibens canis, Ioachimij Ballaij hæc ſunt verba:

Ab amica domo, vt à Nili aquis canis abit.

Cur ſic te fugiam, tuámque limen
Cur tam præteream, canem vt BIBENTEM
Ex Nilo perhibent, Marina, quæris.

Vxorem aquis, fœminam fluentis hucuſque comparatam audiuimus, addo & aquæ elementum nuptias amare, ferre aquam terræ nubentem, terram aquæ vxorem quidam dixit, & epithalamium in hunc modum cecinit:

Aqua terræ nubit, terra aqua vxor.

Nulla niſi in terris generatio fit, vel in vndis:
Vniit ergo ſagax hæc elementa Deus,

Vt nihil humano generi generabile deſit,
Terra ſuperfuſa ſubiacet VXOR AQVÆ.
Vxor aqua Tellus, aqua terráque ſunt globus vnus,
Res bene conueniunt vocibus; humor, humus.

CAPVT IV.

Aquæ nuptiales notione, & vſu: nonnullis ſacræ Scripturæ locis lux immittitur, & loca iam producta illuſtrantur.

Sitire, & ſitis *quid in impuris voluptatibus?*
Virginis violator cui comparatus, qui in vaſis Deo conſecratis bibere *voluit.*
De aquis Iuda *exire, quid ſit?*
Aquam de ſitula exire *filiorum procreationem ſignificat.*
Aquarum metaphorâ *viri congreſſus cum muliere honeſtè ſignificatus.*
אמה *quid?*
Aqua *de immunditia.*
Ciſterna *Bethleem Virgo; quæ Dei filium peperit.*

12. VIDIT olim per ſomnium Mardochæus aquas in lucem, ſolémque conuerti, *Eſther* 10. v. 6. quid ſi idem nobis non per ſomnium, ſed verè accidat? Accidit; nam aquæ metaphora, quam ex Hebræo fonte aperuimus, tam magnam aliis locis lucem affert, vt in ſolem conuerſa videatur; ex his igitur, quæ diximus, quædam alia loca aperientur, & nudabuntur, quæ viciſſim ea quæ tradimus magis aperta reddent, firmiora, & illuſtriora.

Et in primis cùm bibere de nuptiali opere dicatur, etiam ſitire ad eandem rem ſpectare videtur, quo verbo honeſtè res inhoneſta ſignificatur, Iſaiæ 47. v. 2. *Denuda turpitudinem tuam, tranſi flumina.* Aquila habet צמאך quæ vox ſonat *ſitiens tuus*, quod ita explicat ſanctus Hieronymus lib. 13. in Iſaiam cap. 47. vbi ita ſcribit: *Denuda turpitudinem tuam. Aquila:* צמאך *cuius etymologia apud eos ſonat* SITIENS TVVS, *vt inexpletam Babylonis indicet voluptatem.* Qui libidinibus, qui voluptatibus dat operam, ſatiari, expleríque non poteſt, cùm ſitiens harum aquarum hauſtu ſitire non deſinat, ſed ſitis ipſo potu magis irritetur, & excitetur. Ad hunc ſenſum allicienda & illa Ieremiæ verba cap. 2. v. 25. *Prohibe guttur tuum à ſiti*, id eſt, à libidinoſa appetentia.

צמאך *quid?*
Sitire, & ſitis in impuris voluptatib⁹.
Iſa. 47. 2.
S. Hier.
Ier. 2. 25.

Huic metaphoræ inſiſtit etiam ſanctus Ambroſius, qui Virginis corruptorem perſtringens, Baltaſſari eum comparat, qui in vaſis templi Domini bibere cum ſuis amicis, & concubinis auſus eſt; adeò vt maiorem pœnam mereatur, qui ex virgineo vaſe luxuriæ haurit aquas, ſitímque ſuam explere ex vaſe rationabili, Deóque conſecrato temerarius audet, quàm meruit Baltaſſar ex Deo ſacris vaſis bibens, Daniel. 5. Verba ſancti huius Patris, quibus in corruptorem inuehitur, cap. 9. ad Virginem lapſam, hæc ſunt: *Baltaſſar ille Rex Perſarum, qui in vaſis Domini, quæ de Templo Hieroſolymis fuerunt à patre eius ablata, bibere cum ſuis amicis, & concubinis vſurpauit, ipſa nocte Angeli manu percuſſus, crudeli morte punitus eſt. Quid de te arbitraris, perdite pariter, & perditor, qui* VAS RATIONABILE *conſecratum Chriſto, ſanctificatum Spiritui ſancto impiè temeraſti, polluiſti ſacrilegè?* Sic ille. Audiant, qui ex virgineis, Deoque ſacris vaſis aquas bibere audent, aut certè cupiunt, quàm grauem pœnam mereantur, quam ingens eorum temeritati ſupplicium debeatur.

Virginis violator ei comparatus, qui in vaſis Deo conſecratis bibere voluit.
S. Ambr.

Portò ſicut bibere de ciſternâ, ſeu de fonte ad mulieris cognitionem honeſtè transfertur, ſic etiam de aquis exire filij dicuntur, qui à parentibus prodeunt. Hinc illud Iſaiæ 48. v. 1. *Et de aquis Iuda exiſtis*, id eſt, *de cognatione Iuda*, éxque Patriarcharum ſemine; nam & Chaldæus Interpres ſic vertit ומזרעית *& de cognatione*, quod notans Iſidorus Clarius, ait: *Ionathas vertit, de cognatione Iuda, ſemen ſcilicet liquidum* AQVAM *vocans.* Nec ſanctus Hieronymus aliò ſpectauit, qui verba hæc expendens in huius capitis commentario, ait: *De aquis Iuda exiſtis, euφημότερον*[?], AQVAS *vocans pro ſemine, vt nequaquam eos virtutum Patriarcharum filios oſtenderet eſſe, ſed carnium.* Sic ille. Satius eſſet ſi Patriarchas virtutibus referrent, & potiùs gloriarentur ſe Abrahæ filios ſanctitate, ac moribus eſſe, quam genere, & ſanguine. 13.

De aquis Iuda exire, quid ſit?
Iſa. 48.
Chald.
Iſid. Clar.
S. Hier.

Suam hic lucem accipit quoque Numerorum locus, nam cap. 24. v. 7. ita loquitur Balaam: *Fluet* AQVA *de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas*, hoc eſt, populi ex illo naſcentur, vt notauit etiam noſter Agellius in Pſal. 123. v. 4.

Aquam de ſitula ſuam exire filiorum procreationē ſignificat.
Num. 24. 7.
Agel.

Præterea ad has aquas vocare illud poſſumus quod habetur Gen. 49. *Effuſus es ſicut aqua*; quibus Iacob filij Ruben ſcelus arguit, qui auſus eſt patris cubile temerare, & vxorem eius comprimere, ſicut habetur Gen. 35. 22. *Abiit Ruben, & dormiuit cum Balâ concubinâ patris ſui.* Aquarum ergo metaphora eius ſcelus honeſtè circumſcribit, vnde & ſtatim ſubdit: *quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.* Hoc notauit quoque Iſidorus Clarius ad hæc verba: *Effuſus es ſicut aqua*, ſic enim habet: *Videtur exprimere voluiſſe ſcelus ipſum, & concubitum cum vxore patris:* nam aquarum metaphorâ honeſtè viri congreſſus cum muliere ſolet exprimi. Imò, vt ſcribit R. Dauid de Pomis in ſuo dictionario אמה membrum, quo viri ſumus, ſignificat, & riuum aquarum, vt videas quàm opportunè aquarum nomen ad opus quod honeſtè nominari nequit transferatur. Aqua de menſtruatæ quoque mulieris immunditia dicitur: Iſaiæ 30. v. 22. *Diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ.* LXX. apud ſanctum Hieronymum legunt, *Diſperges ſicut aquam menſtruatæ.*

14.
Aquarū metaphorâ viri cum muliere congreſſus honeſtè ſignificatus.
Gen. 49.
Iſid. Clar.
R. Dauid
אמה *quid?*
LXX.

Ciſternam de matre dici probant & illa verba 1. Reg. 23. v. 15. *O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem!* in ciſterna illa Virginem Dei matrem futuram, à qua prodire Dei filius homo factus debebat, plerique vidêre. Sophronius Archiepiſcopus Conſtantinopol. orat. 1. in Chriſti natiuit. CISTERNA *hæc*, inquit, *ſacroſanctiſſimam Virginem deſignabat, quæ & vtero geſtatura, & vterum paritura erat.* Sanctus Ambroſius lib. de Apologiâ Dauid cap. 17. ita rem verſat: *Si altiùs velis ſpectare, expectare, & introſpicere myſterium; &* SITIEBAT *Dauid, non* AQVAM *de lacu, quæ eſt in Bethlehem, ſed oriundum ex Virgine Chriſtum ſpiritu præuidebat: non bibit oblatam aquam, ſed Domino profudit, ſignificans ſitire ſe Chriſti ſacrificium,*

Ciſterna Bethlehem virgo quæ Dei filium peperit.
1. Reg. 23. 15.
Sophron.
S. Ambr.

ſicium,non natura fluentum illud,ſitire ſe fontem æternum,non qui periculis quæreretur alienis, ſed pericula aliena depelleret; ſed harum aquarum decurſu aliò noſter calamus fertur, vocatur ad alia iis quæ attulimus valde cognata.

CAPVT V.

Aquam bibere, aut etiam tranſire flumen, ad coniugij vſum honeſtè traductum, ex Græco fonte confirmatur.

Ex aqua supernè profluente *non bibit adulter,ſed ex ea quæ in imo eſt.*
Fluuium tranſire *de nuptiali opere.*
Aqua *de nuptiali opere.*
Naufragium *nuptiarum.*
Secundas nuptias *qui quærit, iterum ſe irato mari committit.*
Mulier naufragium *in terra.*
Pudoris,& caſtitatis naufragium.

15. EX his, quæ hucuſque ex Hebraïcis monomentis adduximus,tam firmè, ſolidéque id quod propoſueramus, euincimus, vt deinceps nullius mẽs in his aquis fluctuare poſſit, nec ambigere, ad nuptiale opus has aquas traducendas: & vt rimas omnes occludamus, & eâdem operâ alia tum noſtrorum, tum prophanorum loca illuſtremus, iſtuc idem ex Græco fonte confirmabimus.

Ex aqua ſupernè profluente non bibit adulter, ſed ex ea quæ in imo eſt.

Et quidem aquam bibere apud Græcos eſſe rem cum muliere habere, non eſt quod in dubium vocemus: hac enim honeſta loquendi phraſi Græci vtebantur; vt ſuaſuri,legitimâ vxore vtendum eſſe, quæ puras, & illimes aquas exhibet, ex puris, & supernè fluentibus aquis bibendum eſſe dicerent,nec limoſis,ac fæculentis, quæ in imo ſubſidunt, ſitim eſſe extinguendam, hoc eſt, putres, & inertes aquas ex meretricibus non eſſe hauriendas. Ad hunc modum loquitur Muſonius ex Socrate apud Stobæum de intemperantia ſerm. .eius verba produco: *Socrates dicebat perinde facere adulteros, ac ſi qui nolint ex* AQVÂ SVPERNÈ PROFLVENTE *bibere: ſed ex illa,quæ in fundo ſubſidit, ac deterior eſt.* Hæc Socrates aduersùs illos,qui legitimas vxores,& puras coniugalis complexus aquas deſpiciunt, & meretricias voluptates tanquam limoſas, & cœno infectas aquas conſectantur.

Muſon.

16. Ad hos vxorios fontes aliqui vocant illud Heſiodi monitum:*Non eſſe*,ſcilicet, PERENNEM FLVVIVM *pedibus tranſeundum, niſi effuſis precibus.* Quo honeſto verborum integumento illud indicabat non eſſe vxori congrediendum niſi ante fuſas Diis preces: ita Heſiodi verba expoſuit Ioannes Grammaticus,quod notauit Cœlius Rhodiginus lib.27. Lect.antiq. cap.. in hunc modum:*In Ergis præcipit Heſiodus: Non eſſe* FLVVIVM PERENNEM PEDIBVS TRANSEVNDVM, *niſi prius affuſis precibus. Id eò dicit, tradit Proclus, quod opinarentur veteres, omnem quidem aquarum naturam, vt quæ alendi, augmentandique vim poſſideat,ſacram eſſe Diis,quos ζυγίους vocant. Præcipuè verò perennes* FLVVIOS *putaſſe diuinos, quia indeficientem, æternámque Deorum ſubſtantiam imitentur; nec me fallit Ioannem Grammaticum illud Heſiodicum arbitrari allegoricè intelligendum, nam fluuij nomine vxorem putat accipiendam perpetuò habitantem cum viro; monere autem Poetam vxori non congrediendum, ante fuſas Diis preces, vt ſeminis profuſioni adſit Deus volens, & propitius,quam vocat καλλίῤῥοον εἰς καθαρὰν,καὶ νόμιμον*, id eſt, *puram,legitimam.* Rectè, & laudabiliter. Falſum numen aufer, verum ſubſtitue, & vtile, Chriſtianoqoe calamo dignum monitum habes; alioquin brutis ſimilis videtur eſſe, qui nuptiali operi preces non præmittit, & orationes; ſed de hoc paulò pòſt plura in lectoris vtilitatem conuehemus.

Heſiod. Fluuium tranſire de nuptiali opere.

Ioan. Gram.

Cœl.Rhod.

Aquarum metaphorâ, & bibendi in nuptiali vxorióque opere alij quoque ex Græcis Auctoribus vſi ſunt. Achilles Tatius lib.5. de Clitophantis, & Leucippes amoribus,aquæ hauriendæ phraſim adhibet, vt rem inhoneſtam honeſtè ſignificet; hæc huius auctoris verba ſunt: *Largam tu mihi quidem* AQVÆ COPIAM *offers, verùm ne* HAVRIAM,*vetas; tantóne tempore, vt propter* FLVVIVM *ſedeam*, SITÍMQVE *explere non poſſim? Næ ego Tantali menſæ haud diſſimilem rerum ſortita ſum*; ita mulier iſta de nuptiali opere ſub aquæ hauriendæ metaphora, & ſitis extinguendæ loquitur; aquã nuptialem haurire mulier cupiebat, quæ præbere aquam viris ſolet,dum ſe.

Aqua de nuptiali opere.

Achil.Tat.

Porrò cùm fluminis in morem ſe mulier habeat, vt ſuperiùs tetigi, cauere vir debet, ne infelix ſubeat naufragium,& in vxoriis aquis mergatur; nam, ni ſibi caueat,in his fluctibus miſer abſorbebitur. Feſtiuè Græcus quidam auctor à ſecundis nuptiis homines auocat, maris, & naufragij metaphorâ: lib. .epigram.Græcorum: 17.

Naufragium nuptiarum.

Εἴ τις ἅπαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει
Ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον. id eſt,
Si quis ductâ ſemel vxore alteras etiam attentat nuptias,
NAVFRAGVS *enauigat bis profundum difficile.*

Vel,vt ligatâ oratione,quidam tranſtulit:
Qui capit vxorem defunctâ vxore ſecundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

Alius eâdem mente:
Altera poſt vnam coniux cui ducitur,audet
NAVFRAGVS *infidum rurſus adire ſolum.*

Bellicarius ita de nuptialibus aquis canebat:
Qui ductâ repetit thalamos vxore ſecundos,
Bis graue,& iratum NAVIGAT *ille fretum.*

Secundas nuptias qui quærit iterũ ſe irato mari committit.

Huic eidẽ ſimilitudini inſiſtẽs Barbonius aiebat:
Coniuge defunctâ cui rurſus ducitur vxor,
In Pelagi, FRACTA NAVE,*pericla redit.*

Caueat quiſque ſibi, ne in hoc mari periclitetur; animæ ue ſuæ ratem ſcopulis allidat, quæ hìc latent,& in breuia impellat, quæ non breui finiuntur,damna minantur,ſed perennatura.

In muliere naufragium timendum eſſe monebat Anaſtaſius Nicænus quæſt.64. *Quid eſt,* inquit, *mulier? in terra* NAVFRAGIVM, *theſaurus cadiuum,cordis lethalis concurſus.* 18.

Mulier naufragium in terra.

Anaſt. Nicæn.

Naufragij metaphorâ ſæpe auctores vtuntur, cùm de pudoris, & caſtitatis amiſſione agitur. Franco Abbas tom.11. de Gratia Dei, Magdalenam, *Pudoris naufragium*, vocat: *Procedat*,inquit, *illa in ciuitate quondam celebri notiſſima, notiſſima dico, non famâ bonâ, ſed infamiâ, honeſtatis opprobrium*, PVDORIS NAVFRAGIVM: Et paulò pòſt. Ecce NAVFRAGIA LVXVRIÆ *paſſa ipſa in littore ſtans Magdalena, ad portum pœnitentiæ vocat, porrectáque manu piæ interceſſionis emergentes iuuat.*

Pudoris, & caſtitatis naufragium.

Franc. Abb.

iuuat. Sed hanc metaphoram luculentiùs alibi verſamus; ad nuptiales iterum aquas redeamus, éxque Latino fonte quod hucuſque probauimus comprobemus.

CAPVT VI.

Aquæ potum, fluminis tranſitum, vndarum fluctus ad nuptiale opus ſæpè vocari, ex Latino fonte ſtabilitur, & illuſtratur.

Ab omni aqua bibere *de mulieris cognitione.*

Ad littus coniugale *ætatis ebullientis fluctus franguntur, ſiſtuntúrque.*

Alienum flumen *tranſeundum non eſſe, ad aliena vxoris vſum traducitur.*

Aquam bibere *in obſcœno ſenſu.*

Iordanis *aquis nuptiæ ſignificatæ.*

Aqua, *&* nauigatio *in meretricij habitus deſcriptione.*

Neptunus *à nuptu.*

Nubentes, aquam, *& ignem contingebant.*

Mariti nomen aquis *vt adhæſerit.*

Maritus alienus fluuius *fieri non debet.*

Tanquam vniones *ſponſi in aquis nullam aquam ſpectant quàm è cœlo cadentem.*

Nuptiarum cœna piſcibus, *qui ex aquis, nobilitabantur.*

Piſces *inter nuptialia.*

A propria conſcientia, non aliunde, hauriendа lætitiæ aqua.

19. EXERTAM veritatem protuliſſe videmur, quum in Salomonis verbis explicandis aquam ad cõiugij vſum vocauimus, opúſque nuptiale aquarum metaphorâ ſignificari diximus, quod cùm ex Hebraico, & Græco fonte ſatis luculenter euicerimus, hîc vt funiculum omnem excutiamus, Latinum fontem adibimus, ne vllus reliquus ſit dubitationis locus; & eâdem operâ, quod ferè nobis ſolemne, alia loca nudabimus, & quoſdam priſci æui ritus exhibebimus.

Apud Latinos aquam mulieris congreſſum ſignificare, certiſſimum eſt. Sanctus Ambroſius hac phraſi vtitur Exhortat. ad Virg. dum ita loquitur, virginem alloquens: *Attende, virgo, ſacra præſertim profeſſionis, & ab hominis irreuerentis oculis caue, & ſi ad tempus præterierit quaſi viator, tamen os ſuum aperit, & ab omni* AQVÂ PROXIMÂ BIBET, *vt ſe inebriet. Nullus ſit tuus ſine matre progreſſus, quæ ſit anxia tui cuſtos pudoris.* Sic ille. Quis non videat, hîc rem turpem honeſtâ verborum circumloquutione tegi, & aquam bibere eſſe cum muliere rem habere?

Ab omni aqua bibere de mulieris cognitione.
S. Ambr.

Reſpicit ſanctus iſte Pater ad illa Eccleſiaſtici verba, quæ cap. 26. v. 14. & 15. habentur, vbi Sapiens ad hunc modum loquitur: *Ab omni irreuerentiâ oculorum caue, & ne mireris ſi te neglexerit, ſicut viator ſitiens* AD FONTEM *os aperiet, & ab omni* AQVÂ PROXIMÂ *bibet.* Vbi per honeſtam allegoriam rem turpem ſignificat, & mulieris procacitatem, & impudentiam, quæ omni immunditiæ ſe exponit, & luxuriæ ardorem impuris, ac fæculentis impudicitiæ aquis extinguere tentat, ſitímque explere. Hanc inhoneſtæ rei in honeſtis verbis ſignificationem notauit etiam Ianſenius hîc; *Loquitur,* inquit, *de turpi re per allegorias honeſtè, ſed intelligibiliter more Hebræorum, vt honeſtatem doceat, & ſcortationis opprobrium depingat: ſicut, inquit, viator ſitiens os ſuum aperiet ad quemuis* FONTEM *occurrentem, & ab omni* AQVÂ PROXIMÂ *ſibi bibet; ſic & illa libidinis auida quemuis admittet ſine diſcrimine, vt ſatiet ſuam libidinem.* Sic ille. Nec aliò ſpectauit Vgo Carenſis, qui verba hæc exponens noſtræ menti ſuccinens ait: *Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet, & ab omni* AQVÂ PROXIMÂ *bibet. Auctor hîc turpitudinem rei, verborum venuſtate palliat. Vult enim dicere, quòd filia fatua ſe exponit omni immunditiæ, vt compleat ardorem luxuriæ ſuæ, ſicut viator ſitiens bibit de omni aquâ, quam inuenit, licèt immunda, vt refrigeret* SITIM *ſuam.* Hactenus Vgo: ex cuius verbis habemus, nec nouam, nec inſolentem hanc phraſim eſſe, quâ aquarum, ac potionis metaphora res turpis, & obſcœna honeſtè, ac pudicè tegitur, & velut obuelatur.

Eccleſ. 26.
Ianſen.
Vgo Car.

20. Ab aquarum ſimilitudine in re coniugij non longè abiit ſanctus Auguſtinus, qui coniugale littus vocat, ad quod ætatis ebullientis fluctus ſiſtere debent, ac frangi. Ita loquitur lib. 2. Confeſſ. cap. 2. *Quis mihi moderaretur ærumnam meam, & nouiſſimarum rerum fugaces pulchritudines in vſum verteret, earúmque ſuauitatibus metas præfigeret, vt vſque ad* CONIVGALE LITTVS *exæſtuauerit fluctus ætatis meæ, ſi tranquillitas in eis non poterat eſſe ſine procreandorum liberorum contexta.* Hæc Sanctus hîc. Fluctus maris, pelagíque æſtus vbi littoris tetigerint arenas ſtatim detumeſcũt, & deficiunt: idem in coniugali hoc littore fiat: frangantur ad hoc omnes libidines æſtus, fluctus omnes luxuriæ, vbi hoc littus lambere inceperint, deſæuiant, perpetuâque malaciâ qui mare enauigant perfruantur.

Ad littus coniugale ætatis ebullientis fluctus franguntur, ſiſtuntúrque.
S. Aug.

Hoc ſenſu accipi ſolet & illud: *Per alienum* FLVMEN *ne tranſito*; id eſt, alienam mulierem ne tangito, ab eius cognitione abſtine, quæ alieni iuris eſt.

Alienum flumen tranſeundum non eſſe, ad aliena vxoris vſum traducitur.

Aquam bibere in obſcœno ſenſu ſumpſit & Ouidius ex aliquorum mente 2. Amor. Eleg. vlt.

Quod licet, & facile eſt, quiſquis cupit, arbore frondes
Carpat, & è medio FLVMINE *ſumat* AQVAM.

Aquam bibere in obſcœno ſenſu.
Ouid.

Eodem ſenſu idem auctor explendam ſitim dixit 2. de Remedio amoris:

Explenda eſt SITIS *iſta tibi, quâ perditus ardes,*
Cedimus, è medio iam licet amne bibas.
Sed BIBS *plus etiã quàm quod præcordia poſſunt;*
Gutture fac pleno ſumpta redundet AQVA.

21. Vel Iordanis aquis nuptiæ ſignificabantur, quæ idcirco ſub Ioſue aruerunt, quia per Ieſum Virginitas mundo inuecta eſt, per quam faciliùs, citiúſque ad cœlum pergeremus; non debent hîc ſancti Hieronymi verba deſiderari, qui lib. 1. aduersùs Iouinianum cap. 12. ita loquitur: *Tranſcendam,* inquit, *ad Ieſum, filium Naue, qui antè dictus eſt Auſe, ſiue, vt rectiùs habetur in Hebræo, Oſee, id eſt, Saluator. Ipſe enim, ſecundùm epiſtolam Iudæ, ſaluauit, & eduxit populum Iſrael ex Ægypto, & in terram promiſſionis induxit. Hic Ieſus ſtatim vt venit ad Iordanem:* AQVÆ NVPTIARVM, *quæ ſemper in*

Iordanis aquis nuptiæ ſignificatæ.
S. Hier.

in lege fluxerant, ac effulta ſunt, & ſteterunt, & ſiccis pedibus, ac nudis populus omnis tranſiit, & venit in Galgala.

Aqua & nauigatio in meretricy habitus deſcriptione. Cic.

Etiam Cicero mulietis impudicitiam ob oculos nobis ponens aquæ meminit, & nauigationis; orat. pto M. Cœlio ita loquitur: *Si denique ita ſeſe geret, non inceſſu ſolùm, ſed ornatu, atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione,* AQVIS, *nauigatione, conuiuiis, vt non ſolùm meretrix, ſed etiam procax videatur.*

Neptunus à nuptu. Lipſ.

Idem Cicero Neptunum, qui maris, aquarumque Deus habebatur, à nuptiis deductum putat; ſic enim locum eius 2. Natur. Iuſtus Lipſius emaculat, 1. Saturn. cap. 2. *Vt a porta Portunus, ſic* NEPTVNVS *a* NVPTV *prioribus literis paulatim immutatis*; cùm priùs ineptè legeretur *Neptunus à nando.* Sed ſi in nuda re ſiſtamus, etiam à nando, quia in nuptiis nauigatio quædam eſt, vt indicauit ille, qui dixit ſecundas nuptias ineuntem naufragum bis profundum difficile nauigare.

Nubentes aquam & ignem contingebant. Plutarch.

22\. Ad has nuptiales aquas flecti illud Romanorum inſtitutum poteſt, quo nubentes aquas, & ignem contingere videbantur, vt hoc ritu ſignificaretur, mundas, & ſanctas permanere debere, quæ nubebant, quum ignis purget, aqua expiet, & abſtergat. Ritus huius, & cauſæ meminit his verbis Plutarchus Quæſt. Centur. Romanæ: *Cur nubentem attingere* IGNEM, *&* AQVAM *iubent? Vtrum quod horum inter elementa, & principia hæc fœmina, ille mas ſit; atque ille matris exordium inſundat, hæc ſubiecti, & materia vim? An quia ignis purgat, &* AQVA *expiat? debet autem munda, & ſancta quæ nupta eſt permanere.* Hucuſque Plutarchus, qui Chriſtianâ veſte dignum monitum ex priſco Gentilium ritu exſculpſit.

Mariti nomē aquis vt adhæſerit.

Tanta eſt coniugij, & aquarum connexio, & agnatio, vt mariti nomen aquis non ſemel adhæſerit, qood ſubiecta exempla euincunt. Claudius Marius lib. 3. ita loquitur:

Mar.

Rura MARITAT AQVIS.

Alcimus lib. 1. de mundi origine:

Alcimus.

LYMPHA MARITAVIT *ſitientis viſcera terræ.*

Vetus Poëta:

Vetus Poëta.

Nimus comam reſoluit de MARITIS IMBRIBVS.

Et paulo pòſt:

MARITVS IMBER *fluxit almæ in ſutura coniugis.*

Nonn.

Nonnus 3. Dionyſ. *Nilus dicitur Ægypti* MARITVS *humidus.*

Maritus à limine fluuius fieri orbandet. S. Greg. Naz.

23\. Non igitur mirum ſi & maritus fluuio comparetur, qui coniugis agrum irriget, & fœcundet. Hac metaphora vtitur ſanctus Gregorius Nazianzenus, virum admonens, ne alienus fluuius efficiatur, aliis quàm vxori ſuæ placere ſtudens, hæc eius verba orat. in dictum Euangelij: *Canendum tibi eſt, ne* FLVVIVS *efficiaris, atque aliis potius placere ſtudeat, quàm* VXORI TVÆ: *quod ſi aliò fertur cupiditas tua, parti quoque tuæ libidinem præſcribis.* Sic ille.

Tanquam vniones ſponſi in aquis nullam aquam expetant quam de cœlo cadentem. Franc. de Sales.

Vni vxori vir placeat, placeat vni viro vxor; alias quàm mariti vxor aquas non ſitiat, non bibat; alias quàm vxoris aquas maritus non quærat. Magnus ille auctor iure monebat, vt ſponſi tanquam vniones ſe haberent, qui licèt immenſi maris aquis ambiantur, nullam tamen aquæ guttam recipiunt vnionibus producendis, niſi quæ à cœlo cadat; idem hic fiat, nullam aliam voluptatem ſponſi quærant, niſi quæ à legitimi matrimonij vſu eſt, matrimonium enim à cœlo eſt.

Nuptiarum cœna piſcibus, qui ex aquis nobilitabantur. Epich. Var.

24\. Et vt definiam: cum aquis cognationem nuptiæ habent, vt nuptiarum cœnæ piſcibus, qui ex aquis ortum habent, non ſine aliqua, vt opinor, religione, nobilitarētur; quod in more apud antiquos fuiſſe innuit Epicharmus nobilis Poeta, cùm nuptias Hebes deſcribit. Idem habet in Timone Antiphanes. Varro in fragmento Satyræ ſexageſ. *Tum nuptiæ videbant oſtreas lucrinas.* Plautus in Aulularia, vbi de Euclionis filiæ nuptiis hæc habet:

Plaut.

Dromo deſquama PISCES, *tu Machærio*
Congrum, Murænam exdorſua quantum potes.

Eòdem reſpicit in Caſina in nuptiis Olympionis, & Caſinæ.

OL. *In re præſenti ex copiâ* PISCARIÂ
Cōſulere potero quid emam. ST. *Æquè oras, abi.*
Argento parci nolo, obſonato ampliter.

Et eadem ſcenâ amator ſenex iubet emi
Sepiolas, lepadas, lolliguncculas.
Hordeias.

Piſces inter nuptialia. Antip.

Piſces in nuptiis adhibent, quia inter ἀφροδισιακὰ vires magnas habere putabant, quod non latuit Antippum Comicum, qui amatori teſtacea apponit, hæc eius verba: *Si quis adoleſcens amicam habet, & patrimonium dilapidat, huic appono* SEPIAS, *ac Lolligines.* Antiquis enim perſuaſum erat marina omnia ſalaciora eſſe, quod è mari ſit orta Venus, vnde & libidini fore deditos præſagiunt, qui piſces in horoſcopo habuerint, quia & in piſcem ſe vertiſſe Venerem putauerunt; quò reſpexiſſe videtur Manilius lib. 4. Aſtronomic.

Manil.

Scilicet in PISCEM *ſeſe Cytherea nouauit,*
Cum Babyloniacas ſubmerſa profugit ad vndas,
Anguipedem alatos vngues Typhona ferentem
Inſeruitque ſuos ſquamoſis piſcibus ignes.

A propria conſcientia non aliunde haurienda lætitia aqua. S. Ambr.

Denique vt vtili aliquo monito rem obſignem, aquam ex ſuis fontibus bibit qui non aliunde, quàm à ſe ipſo, ſuaque conſcientiâ haurit iucunditatem, ac lætitiam: ſcitè ſanctus Ambroſius lib. 2. Hexaëmer. cap. 12. *In te ipſo*, inquit, *ſuauitatis tuæ gratia eſt, ex te pullulat, in te manet, intus, id eſt, in teipſo, quærenda iucunditas tua eſt conſcientiæ, ideo ait; Bibe* AQVAM *de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus*; turbida, & cœnoſa eſt, quæ à mundi lacubus hauritur, à ſæculi ciſternis.

EXCVRSVS I.

Antequam nuptialibus ſe quis aquis committat, fundere preces debet.

Antequam ſe mari *committerent* orationem *fundebant.*

Orationi *vacent* nuptiale mare *nauigaturi.*

Oratio *fundi debet ne anima* ſcapha *ſcopulis illidatur.*

Non ſine precibus per nuptiales aquas *quis feratur.*

Ante nuptias *fuſa preces.*

Preces ante matrimonium.

Sacrificiis in nuptiis Deos *ſibi reddebant propitios.*

Nuptiale ſacrificium.

Porcus

Porcus in nuptiis *immolari cur ſolitus eſſet?*
Cain,& Abelis ſacrificia *in nuptiis.*
Thus *in nuptiis.*
Oratio *loco thuris.*
Oratio *ſternenda ante nuptiale opus.*
Coniugum corona,*oratio.*

25. *Antequam ſe mari committerent orationẽ fundebant.* Petron. Syneſ.

OLim, qui ſe pelago committebant, orationem fundebant priùs, vt felix,ac fortunata nauigatio eſſet. Ex Ethnicis hoc indicauit Petronius in Satyrico, vbi quidam: ADORATIS, inquit, *priùs* SYDERIBVS *intro nauigium.* Ex noſtris Syneſius in deſcriptione Pentapolitanæ calamitatis: *Sed cùm vt ad nauam conſcendam quiſpiam vocabit, pauliſper vt expectet ab illo petam. Primùm enim* AD DEI TEMPLVM *accedam, tum altare circuibo, pretioſiſſimum pauimentum lachrymis perfundam,non priùs abſcedam, quàm ianuam illam, Thronúmque illum oſculatus fuero.* Proba conſuetudo,& digna, quæ in exemplum eat, vt ita contra fluctus, & procellas orationis ſulu nos muniamus.Per mare nauigat,qui vxorem ducit;preces ergo fundendæ,ne in vxoriis aquis quis mergatur. Probum eſt in hac re, vtiléque Euariſti Papæ, & Martyris monſtum epiſt. 1. vbi ita ſcribit: *Biduo, aut triduo* ORATIONIBVS *vacent,& ſanctitatem cuſtodiant, vt bona ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placeant.* Multi ſub nuptialibus aquis latent ſcopuli, ne ergo animæ nauis illidator, preces adhibeantur, vt probè hic cadat Beati Chryſoſtomi cautio, qui hom. 41. ad Populum Antiochenum, ita vniuersè monet: *Multi per ſingulos dies ſcopuli, & frequenter illiditur ſcapha, atque ſubmergitur; propterea nobis opus eſt* ORATIONE *matutinâ præſertim,& nocturnâ:* quæ licèt omnibus ad euitanda, quæ eminent, diſcrimina, neceſſaria ſit, magis tamen ferè eâ indigent,qui nuptialia æquora legunt,& per coniugij mare nauigant huc ſpectabat quod ſuperiùs tetigimus,illud Heſiodi, *non eſſe fluuium perennem pedibus tranſeundum, niſi priùs effuſis precibus;* hoc eſt, non eſſe vxorem cognoſcendam; niſi præmiſſis precibus.

Orationi vacent nuptiale mare nauigaturi.

Oratio fundi debet,ne anima ſcapha ſcopulis illidatur S. Chryſ.

Non ſine precibus per nuptiales aquas quis feratur. Heſiod.

26. *Ante nuptias fuſa preces* Achil. Tat.

Solitos Gentiles ante coniugij opus fundere preces, & Deos exorare, vt nuptias felices, ac fortunatas eſſe vellent, indicant pleríque ſcriptores. Meminit huius ritus Achilles Tatius de Clitoph. & Leucipp. Amor. lib. 8. in calce: hæc eius verba: *Patrem ob ſororis nuptias poſtera die* SACRA FACTVRVM *comperimus. Affuimus itaque vt vnà operaremur.* DEOSQVE *ut noſtras omnium nuptias felices, fortunatáſque eſſe vellent,* PRECAREMVR. Deos aufer, & Deum verum pone,& Christiani mente dignum morem habes.

Antequam quis nuptiali ſe mari committat, preces effundere debet, vt felix coniugium ſit: fuit in exemplum Iſaac; *qui,*vt ait Syluester Petra-ſancta metaphora 48. *egreſſus dicitur ad meditandum in agro, & inclinata quidem veſperâ, vigilans Deo, & in eius obſequia, quando quies noctis, & ſomnus corporis inſtare videbatur. Veriſimile autem eſt,* PRECES *eius ad Deum tum fuiſſe,vt matrimonio (quod procurari interea temporis non ignorabat) eſſet beatè, eſſet feliciter & vt cederet ad virtutem ſibi, & promiſſe: nec aliter deinde fuit.* Feliciora coniugia eſſent, ſi orationis, & precum fuſu initiarentur, ingentia diſcrimina multas, & magnas tribulationes parturiunt, quia orationis opus negligitur,preces non ſternuntur.

Preces ante matrimoniũ. Gen. 24. Sylu. Petr. ſanct.

Sacrificiis etiam Deos ſibi propitios reddebant in nuptiis, quod aliis obſeruatum quoque eſt. Camelis ob id nupturas virgines vſas tradit Gyraldus in hiſt. Deorum, ſyntagmate 17. dum ait: *Arabes pingues, & ſaginatos Camelos in ara ignoti Dei* SACRIFICABANT, *nupturæ virgines Camelis Deos propitiabantur.* Rebecca futura Iſaaci vxor camelum aſcendit, & ad ſponſum ducitur, Gen. 24. 61. Bonum omen;nam Camelus honeſtiſſimum animal,ac adeò verecundum,vt fœminam congreſſurus, ſolitudinem, locáque deſerta petat,ne videri facile poſſit. Noſtræ virgines nupturæ non Camelos Deo offerant, ſed honeſtate, ac verecundiâ referant. Sed pro vt Camelus ex turbidâ aquâ bibit, quam ſi puram reperit, cœnoſam motu reddit, eos ſignans, qui rixas,ac lites amant, abeſſe à nuptiis omninò debet,quæ coniugum concordiâ, ac pace ſtabiliendæ ſunt. Sed de hoc infrà.

Sacrificiis in nuptiis Deos ſibi redd bat propitios. Lil. Gyrald.

27. De nuptiali ſacrificio loquitur ille apud Euſtachium lib. 6. *Soſthenes,ac Panthia rem faciebant, cùm vterque porrectis in* PRECES *manibus vbere cum fletu in verba hæc erupit: Iupiter pater, hoc tibi pro Iſmene* NVPTIALE SACRIFICIVM *eſto.*

Nuptiale ſacrificium Euſtach.

Porcum in nuptiis immolari ſolitum reperio, quod antiqui Reges, ac ſublimes viri factitabant. Diſco ex Varrone lib. . de re ruſtica cap. 4. *Quòd nuptiarum initio antiqui Reges, ac ſublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali noua nupta, & nouus maritus primum porcum immolant.* Vt vel ita ſignificarent firmum inter eos fœdus feriendum,pacémque ſtabiliendam;nam huius animalis occiſione fœdus feriebatur, páxque initiabatur, quod idem auctor habet eodem loco his verbis: *Quod initiis pacis fœdus cùm feriretur,porcus occiditur.* Sed ad noſtros.

Porcus in nuptiis immolari cur ſolitus eſſet? Varr.

Putant aliqui, ſacrificia illa, illas oblationes Caini & Abelis fuiſſe nuptiarum causâ, *Credibile eſt,* inquit Syluester à Petra-ſancta metaph. 9. *dum inirent ambo nuptias, (quas Abel non expleuerit,) eos maiore apparatu* SACRIFICASSE, *vt propitium coniugio,& proli Deum haberent.*

Cain, & Abelis ſacrificia in nuptiis. Sylu. Petr. ſanct.

Thus in nuptiis,coronáſque adhibitas indicat Plaut. in Aulul. vbi Euclio ſenex:

Nunc THVSCVLVM *emi, & haſce coronas floreas,*
Hæc imponentur in foco noſtro Lari
Vt fortunatas faciat natæ NVPTIAS.

Thus in nuptiis. Plaut.

28. Quaſi felices eſſe ſine ſertis, & thure nuptiæ non poſſent. Sed ritu ſanctiori hæc ſuperſtitio veſtiri poteſt, vt thuris loco, oratione, quæ per thus ſignificatur, vtamur. Innuit hoc Abraham, qui vxorem duxit nomine *Cethuram* Gen. 25. nomen myſterio viduum non eſt, & cùm *incenſum* ſonet,ad orationem nos vocat. Acutè Origenes hic, cuius verba hæc ſunt: *Patriarcharum coniugia ſemper indicant aliquid myſticum. Cethura interpretatur* INCENSVM, *& bonus odor ille Cethuram ducit vxorem, & bonus Chriſti odor efficitur, qui ſine intermiſſione* ORANDO *offert Domino ſemper incenſum in conſpectu ſuo.* Hæc Origenes. Ergo qui vxorem ducit, orationis non obliuiſcatur, quin adeò frequenter,& aſſiduè eam ſternat, vt videatur orationem ipſam, vt ita dicam, in vxorem duxiſſe.

Oratio loco thuris. Orig.

Orationem ſternendam Deo priùs quàm vxor cognoſcatur, opportunè docuit Angelus, qui Tobiæ hoc monitum exhibuit, cap. 6. Tob. v. 18. *Tu autem cùm acceperis eam, ingreſſus cubiculum per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud niſi orationibus vacabis cum ea,* Ita nuptiæ initiarentur,& fortu

Oratio ſternenda ante nuptiale opus. Tob. 6. 18

fortunatiora viderémus coniugia,ſanctiores thalamos,melioréſque thalami fructus.

Coniugum corona, oratio.

Olim ſponſi coronabantur, de quo ritu fusè ſuo loco dicemus;nobilior ſpôſo, nobilior ſponſæ corona aptabitur, ſi fundat ille preces, fundat illa, vt felix connubium ſit; nam, vt aiebat ſanctus Gregorius Nyſſenus à nobis alibi productus Oratio NVPTIAS CONTRAHENTIVM CORONA EST; Eiuſdem mentis fuit & ſanctus Ephrem,dicens: *Oratio coniugum corona*; hac ſe coronâ redimiant ſponſi, ne in ea breuia incurrant, quæ in nuptiarum mari timeri poſſunt, cauere debent,vt eos ſcopulos vitent,qui ſub coniugij aquis deliteſcunt.

EXCVRSVS II.

Puræ nuptiarum aquæ.

Puritas coniugalis *commendata.*

Mulier tanquam cerua *ſcortatores perſequatur vt ſerpentes.*

Draconibus, *&* Vrſis *ſauiores alterius thori inuaſores.*

A nuptiali thalamo *Venus, & Cupido abſit: pudor,& pietas aduocetur.*

Coniuges ob caſtimoniam eburneo ventri *camparati.*

Coniugij veſtes *patriæ liberandæ adhibitæ.*

Monimenta coniugij, arma caſtitatis.

Vidua inter hoſtes caſta, *quæ in coniugio hoſtis non fuit caſtitatis.*

Caſtitatis corona *ſponſos exornet.*

Quantâ caſtitate *inſignes priſci æui coniuges.*

Caſtus coniugum *amor.*

Viri qui caſtitatem *ab vxoribus exigunt, vxoribus caſtitatem ſeruent.*

Syrarum mulierum continentia.

Continentiæ lex *& viris & fœminis communis.*

Vir caſtitatis exemplum *mulieri ſe exhibere debet.*

Maritus alienus ſtuuius *haud efficiatur, ſoli vxori placere ſtudeat*

Coniugij præſul Deus *vicem abſentis mariti tuetur.*

Excubias Deus *ſeruat vt deprehendat adulteros.*

Cuſtos, *&* præſul *coniugij Deus.*

29. AQVÆ metaphorâ nuptiæ, nuptiarúmque opus circumſcribitur, fónſque ex quo vir bibet, vxor dicitur, quia purus, ac caſtus coniugij nexus, vſúſque eſſe debet, à quo omnis impudicitia exulet,omnis impuritas Huc ſpectauit etiam Salomon, vxorem venæ,ac ceruæ nomine indigitans ſic enim ille loquitur Prou.5. v.17. *Habeto eas ſolus. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ,cerua chariſſima,& gratiſſimus hinnulus.* LXX. prima illa verba ſic extulerunt. *Fons aquæ ſit tibi ſoli.* Quam lectionem habet, & explicat ſanctus Chryſoſtomus in Pſal.9. *Sed hic quidem,*inquit,*loquitur de* VXORE, *vt eâ fruamur. cum temp rantia, fontem vocans eam, &* CERVAM PROPTER PVRITATEM *congreſſus coniugalis.* Fons, puríque fontis vena vxor eſt, & puritatem colere debet, qui huius fontis aquas ebibit.

Puritas coniugalis commendata.
Prou. 5.17.

Mulier tanquam cerua ſcortatores perſequatur vt ſerpentes.
Vgo Car.

Etiam ceruæ nomen coniugalem hanc puritatem indicat: Cerua ſerpentes odit, & mulier impudicos, & ſcortatores, qui velut ſerpentes mordent. Scitè Vgo Carenſis ad hæc verba: *Illa coniux ſit tibi chariſſima, quæ ſicut* CERVA *ſerpentes,ita perſequitur ſcortatores.*Eòdem ſpectat etiam Rabanus lib.1.in Prouerbia Salomonis,ita enim ille habet: *Illa ſit tibi ſemper chariſſima coniux,quæ ſicut* CERVA *ſerpentes ita perſequatur ſcorta & ſuis effuget ab ædibus.Sit natus ex ea filius & ipſe caſtitatis amator gratiſſimus.* Vides tanquam ſerpentes fugandos homines? mancipia cenſe, nec aberrabis,quin abhorrebis ab ipſis: etiam ab externo calamo rem habes: Plutarchus ἐν τῷ ἐρωτικῷ, *Generoſa fœmina, quæ deuinxit ſe iuſto viro,* VRSORVM *potius, &* DRACONVM *amplexus ſuſtinebit, quàm tractationem, & concubitum alterius viri.* Audin'? & feres hæc monſtra, & admittes hos ſerpentes,qui dum blandiuntur enecant?

Rab.

Draconibus, & Vrſis ſæuiores alterius thori inuaſores.
Plut.

30. Coniugij puritatem eleganter expreſſit ſanctus Paulinus, quum à nubentium thalamis Venerem, & Cupidinem eliminauit, ſic enim ille cecinit epithalamio in Iulianum,& Vxorem:

Abſit ab his thalamis vani laſciuia vulgi,
IVNO, CVPIDO, VENVS, *nomina luxuriæ.*
Sancta Sacerdotum venerando pignora pacto
Iunguntur: cocant PAX, PVDOR, *&* PIETAS.

A nuptiali thalamo Venus, & Cupido abſit pudor,& pietas aduocetur.
S.Paul.

Felix coniugium, fortunatæ nuptiæ,à quibus & impuritas, & impudicitiæ nomina exulant, quáſque pudor, & puritas iungit, & nectit, & ſanctitatis fœdere copulantur.

Ebur caſtitatis, ac puritatis Hieroglyphicum eſſe ſolet, hinc probum illud monitum B.Vmberti cap.23.de tribus malis incontinentiæ: *Sit,* inquit, *cor noſtrum per caſtimoniam* THRONVS EBVRNEVS, *ſit fons clarus.* Quidni coniuges eburneo ventri comparentur, cùm vbique caſtitatem, ac coniugalem puritatem præ ſe ferre debeant? Cant.5.v.4. *Venter eius eburnêus diſtinctus ſapphiris.* Oculi ſapientes ſunt, venter coniugati, vt pleriſque placet. qui idcirco eburneo ventri comparantur, quia puritatem, ac candorem præ ſe ferre debent, & caſtimoniam ſtudioſè colere. Pulchrè ille: *Dei caput Chriſtus, oculi ſapientes,* VENTER CONIVGATI,*qui ebori ſimiles ob puritatem,ac caſtimoniam.*

Coniuges ob caſtimoniam eburneo ventri comparati.
B.Vmb.
Cant.5.14.

31. Tantâ caſtitate pollere coniugium debet, vt & nuptialibus veſtibus quidam caſtitatis odor affricetur, & munimenta reddantur caſtimoniæ, quæ ſponſarum erunt ornatus,hinc Iudith pudiciſſima vidua improbiſſimorum hominũ ſe oculis obiecit impauida, quia nempè priùs *induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ,* Iudith ·o.5. coniugij veſtibus ſe non ornauit tantùm, ſed & muniuit, vt caſtitatem ſuam inter caſtitatis hoſtes tueretur; nimirum caſtitatis ſpiritum nuda veſtiméta, quibus in nuptiis vſa fuerat, inhalare viduæ potuerunt, eámque ab impudicorum inſultibus tueri. Audiendus hîc S.Ambroſius lib.de viduis, ante medium,vbi ait: *Diuturnis mœroribus,& quotidianis roborata ieiuniis ſancta Iudith, quæ ſæculi oblectamenta non quæreret, periculi negligens, mortiſque contemptu fortior, vt commentitium ſirueret dolum, veſtem illam iucunditatis, quam viuente viro* VESTIRI *ſolebat, ſe induit, quaſi placitura viro ſi patriam liberaret?* coniugij veſtibus

Coniugij veſtes patriæ liberandæ adhibita.
Iudith 10.5.
S.Ambr.

vtitur vt coniugis ineat gratiam: coniugij indumentis non luxui ſeruiens, ſed populi totius vtilitati, à qua mente illæ viduæ abeunt, quæ nimia veſtium pompâ defuncto viro multorum ſaluti nocent, nocent ſuæ. Pergit paucis interiectis ſanctus Pater: *Et benè* CONIVGALES PVGNATVRA RESVMPSIT ORNATVS, QVIA MONIMENTA CONIVGII ARMA SVNT CASTITATIS; tantâ nimirum puritate nitêre coniugium debet, vt vel inter pericula puros coniuges ſeruent vel nuda coniugij inſignia: mori coniux poſſit, ſuperſtitis coniugis puritas non moriatur.

Monimenta coniugij, arma castitatis. Idem.

Addit: *Neque enim vidua aliis aut placere poſſet, aut vincere: quid cætera proſequamur, quod inter tot millia hoſtium* CASTA *permanſit?* non facilè inter hoſtes caſta permanſiſſet, ſi caſtitatis hoſtis in coniugio fuiſſet, cùm virum extulit, *Nec cibo maculata, nec adulterio, non minus ſeruata caſtitatis ex hoſtibus reuexit trophæum, quàm patria liberata*; Ex vtroque titulo magna, inſignis ob vtrumque.

Vidua inter hostes casta, quæ in coniugio hostis non fuit castitatis.

32. Seimus olim ſponſos coronatos: coronabant nuptiæ ſponſos; nobilior corona, qua exornêtur, caſtitas erit: & quidem caſtitatem ſanctitatis coronam eſſe cenſebat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 247. dum ait: *Si optimè noris, quod certè veriſſimum eſt, licèt vecordes homines id negent, intemperantium pœnas, caſtitatem ſanctimoniæ coronam adferre; quorſum ergo illam, quam fugere oportet, conſectaris, eam verò, quam conſectari, fugis?*

Castitatis corona sponsos exornet. S. Iſid. Peluſ.

Tantâ puritate inſignes priſci æui coniuges erant, vt illis & pudica coniunctio eſſet pudori; ita loquitur, ita obſeruat Minutius in Octauio, dum ait: *Tantum abeſt inceſti cupido, (à Chriſtianis) vt nonnullis* RVBORI SIT ETIAM PVDICA CONIVNCTIO; quo pudore aliqui non corripiuntur ob impudicam.

Quantâ castitate insignes priſci æui coniuges. Minut.

De caſto coniugum amore ita canebat ſanctus Paulinus Epithal. in Iulianum, & vxorem eius:

Castus coniugum amor. S. Paulin.

Concordes animæ CASTO *ſociantur* AMORE
Virgo puer Chriſti, virgo puella Dei.
Chriſte Deus parili duc ad tua fræna columbas,
Et moderare leui ſubdita colla iugo.

33. Debent verò viri, qui ab vxoribus ſuis tantam exigunt caſtitatem, ipſi viciſſim eam ſuis vxoribus ſeruare, quod monuit ſanctus Auguſtinus lib. 2. de adulterinis coniugiis, efferens Syrarum mulierum continentiam, quæ per multos annos aberant à viris, nec tamen ab illis coniugalis caſtitas aberat: hæc eius verba: *Quinimo cùm à fœminis vtique habentibus carnem, tantam flagitant* CASTITATEM, *vt, quando ab vxoribus diutiſſimè peregrinantur, velint eas ab adulterino concubitu incontaminatas feruorem tranſigere iuuentutis: & plurimæ pudiciſſimè tranſigant, & maximè Syræ, quarum mariti negotiandi quæſtibus occupantur, iuuenes adoleſcentulas deſerunt, & vix aliquando ſenes ad aniculas reuertuntur* Hactenus ille. Digna res, quæ in exemplum eat: Et pudicitiam à Syris mulieribus cæteræ mulieres diſcant.

Viri qui castitatem ab vxoribus exigunt, vxoribus castitatem seruent. S. Aug.

Syrarum mulierum continentia.

Viros, qui ſeueri mulierum iudices, & oculati muliebris pudicitiæ arbitri ſunt, ipſi tamen omnis impudicitiæ cœno conſpurcantur: perſtringit etiam ſanctus Aſterius hom. *an liceat dimittere vxorem*, vbi obſeruat, continentiæ legem non fœminis tantùm, ſed etiam viris à Deo datam; ſed præſtat ipſum audire. *Hæc porrò*, inquit, *continentiæ lex non* FOEMINIS *tantùm, ſed etiam* VIRIS *à Deo lata eſt, qui tamen legiſlatoribus adhærentes humanis, per vos libidinari ipſis licet, ſeueri quidem iudices ſunt, & arbitri caſtitatis muliebris, ipſi verò cum ſumma impudentia in plures inſaniunt, & iuxta prouerbium, aliorum Medici, infinitis vlceribus ſcatent: & ſi quis eos horum flagitiorum arguit, lepidam, & iocularem defenſionem adhibent.* Hactenus ſanctus Aſterius.

Continentia lex, & viris, & fœminis communis. S. Aſter.

Quid? quòd Chriſtus in Euangelio luxuriam, ac libidinem damnans viros alloquitur, dicens: *Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo*, Matth. 5. ℣. 28. 34.
Non quòd etiam mulieres ſub hac lege non contineantur, ſed quia viri præcipuè eam ſeruare debent, facilè enim erit, vt eorum exemplum ſequantur mulieres; alioquin vir libidinem vxori præſcribit qui libidini vacat, & nuptiarum fontem collutulat, & conſpurcat: *Mulieris exemplar vir eſt*, IN VIRO IGITVR ETIAM FOEMINAM DOCET, *cùm illi cautio exhibita, exhibita & iſti cenſeatur*: vt alibi notabam.

Vir castitatis exemplū mulieri ſe exhibere debet. Matth. 5. 28.

Porrò & Salomonis verba ad virum etiam accommodat ſanctus Gregorius Nazianzenus, vt ſcilicet alienus fons non efficiatur, neque aliis placere ſtudeat, quam ſuæ vxori. Orat. in dictum Euangelij, ita ſcribit: *Fons aquæ*, ait ille, *ſit tibi proprius, nec eum cuiquam extero impertias, pullus gratiarum tuarum, & ceruus amicitiæ tuæ conſuetudinem vitæ tecum habeat. Quocirca tibi cauendum eſt, ne* FLVVIVS ALIENVS *efficiaris, atque aliis potius placere ſtudeas, quam vxori tuæ. Quod ſi aliò fertur cupiditas tua, parti quoque tuæ libidinem præſcribis.* Itaque purus fons efficiatur, nullique extero ſit communis, qui vxoris ſuæ fontem purum deſiderat, nec aliquo alienæ impudicitiæ cœno turbidum, & fæculentum.

Maritus alienus fluuius haud efficiatur ſoli vxori placere ſtudeat. S. Greg. Naz.

35. Alienum torum nemo inuadat, nemo alienis nuptiis inſidias ſtruat, qui latendi ſpe, aut impunitatis prætextu alienam vxorem inceſſat, nam coniugij præſul Deus eſt, eſt & cuſtos. Præclarè ſanctus Ambroſius lib. 1. de Abraham cap. 2. *Adeſt*, inquit, PRÆSVL CONIVGII *Deus, quem nihil lateat, nullus euadat, nemo irrideat, vicem abſentis mariti tuetur, ſeruat excubias, imò ſine excubiis deprehendit reum, antequam faciat, quod parauerat; in animis ſingulorum, in mentibus vniuerſorum crimen agnoſcit: & ſi maritum adulter fefelleris, non falles Deum: & ſi iudicem fori luſeris, non euades iudicem totius mundi: ille grauiùs vleiſcitur iniuriam inopis, contumeliam imprudentis mariti: maior eſt enim iniuria auctoris, quàm cuſtodem thalami ſpretum eſſe.*

Coniugij præſul Deus vicem abſentis mariti tuetur. S. Amb.

Excubias Deus ſeruat, vt deprehendat adulteros.

Coniugij præſulem, ac cuſtodem Deum eſſe idem ſanctus Ambroſius habet lib. 1. de Abraham Patriarcha cap. 7. vbi ait: *Cognoſcimus velut* PRÆSVLEM, CVSTODÉMQVE CONIVGII ESSE DEVM, *qui non patiatur alienum torum pollui. Et ſi quis fecerit, peccare eum in Deum, cuius legem violet, gratiam ſoluat; & quia in Deum peccat, ſacramenti cœleſtis amittit conſortium*: Hoc ſi ſeriò ſecum cogitarent homines impudici, non facilè alienum inuaderent torum, alienáſque nuptias temerarent.

Cuſtos, & præſul coniugij Deus. Idem.

CAPVT VII.

Quædam aquæ nuptiis adnexæ, nuptiis affines, agnatæ thalamis.

Vxorē ducens aquis obruitur, *& nō moritur.*
In mari fluctuat *qui vxorem duxit.*
Aquæ, *quæ* fluunt *ab oculis, nuptiis agnatæ.*

Imperator

Imperator ſponſæ futuræ obuiam ibat, ad locum qui ad fontem *dicebatur.*

Maris tempeſtatibus *agitur qui longè eſt à coniugali littore.*

Aqua *in maritalis copulæ diſpenſatione.*

Vir zelotypiâ laborans aquis ſuis *vritur.*

Aquæ potus *nupturis interdictus.*

In nuptialibus aquis *memor quiſque ſit illarum aquarum quibus in baptiſmo eſt ablutus.*

Piſces *ſuper vxoris pedes proiecti.*

Conuiuia duo *nuptiarum causâ qui apud aliquos celebrata?*

Sponſa vt ornari *ſolita?*

Edulia *ad ſponſam miſſa.*

Quædam matres filiorum amore fluctibus *ſe commiſerunt.*

In flumine *qui à quodam mulier quæſita?*

In vxoria fouea *cecidit, qui alias vitabat.*

36.

Vxorem ducens aquis obruitur & non moritur. Scitè dictũ

HVCVSQVE nil vxoriis aquis calami noſtri rectè, vt ita dicam, duximus, ſuperſunt alia hiſce aquis proxima, & agnata, quæ hic ſilentij aggere coërcenda non putamus, & in primis huc illud facit, quo amicus amicum feſtiuè à nuptiis, ab vxore ducendum auocabat, dixit enim: *Viſne te doceam* AQVIS *obrui, & non mori* annuenti, reſpondit: *Vxorem duc.* Sic enim vir aquis quodammodò ſepelitur, nec tamen moritur, ſed inter aquarum fluctus miſer, & infelix viuit.

De vxorio mari, vt ita loquar, ita cecinit Bellicarius ex incerti auctoris mente:

In mari fluctuat qui vxorem duxit.

Qui ducit vxorem, in MARI *ceu fluctuat,*
Sciunt id omnes, & ſcientes ductitant.

Aquæ, quæ fluunt ab oculis nuptiis agnatæ. Pſal. 77. Hebr.

Ex alio etiam capite aquæ nuptiis affines, agnatæ thalamis, & ſpōſis, & verò nec illæ aquæ, quæ ab oculis fluunt, longe à nuptiis abſunt. lachrymis diuites, gemitibúſque terrenæ nuptiæ ſunt, vt paucas ab his aquis queas eximere; Pſal. 77. *Virgines eorum non ſunt lamentatæ*; nec fuſæ pro eis lachrymæ, nec ipſæ lachrymas fuderunt; ex Hebræo aliqui vertunt: *Virgines eorum non nupſerunt*; ſic apud Titelmanum; ac ſi in idem recideret, & virgines nuptiis addici, & ad lamentum eas recurrere, vel alios pro illis lamentari.

37.

Imperator ſponſæ futuræ obuiam ibat ad locum qui ad fontem dicebatur. Codinus.

Imperator ſponſæ futuræ terrâ aduenienti obuiam ibat ad locum, qui *ad fontem* dicebatur, quod affirmat Georgius Codinus lib. de Offic. aulæ Conſtantinopol. cap. 22. n. 2. *Et quidem*, inquit, *ſi* SPONSA *terrâ adueniat, conſuetudine receptum eſt, vt locum petat, quem* AD FONTEM *nominant: ſi in triremibus tunc aſcendit propè templum Blachernarum extra ciuitatem vbi cōmodum fuerit.*

Maris tempeſtatibus agitur qui longè à coniugali littore, &c. S. Aug.

Maris tempeſtatibus agitur, qui longè à coniugali littore fluctuantis ætatis, æſtuantiſque fluctibus; ſanctus Auguſtinus lib. 2. Confeſſ. cap. 2. ita loquitur: vt etiam ſuperiùs aliò ſpectans tetigi, *Quis mihi moderaretur ærumnam meam, & nouiſſimarum rerum fugaces pulchritudines in vſum verteret, earúmque ſuauitatibus metas præfigeret, vt vſq; ad* CONIVGALE LITTVS *exæſtuarent fluctus ætatis meæ, ſi tranquillitas in eis non poterat eſſe ſine procreandorum liberorum contenta, ſicut præſcribit lex tua, Domine.* Præſtat ad hoc littus corporis ratem appellere, quàm in luxuriæ mari vndis, & fluctibus ſepeliri.

Aqua in maritalis copulæ diſpēſatione. Gilleb. Abb.

Ad nuptiales aquas illud facit quod ait Gillebertus Abbas ſerm. 37. in Cant. *Paulus benè nouit, quibus* AQVIS *quemlibet hortum irriget,* CONIVGATIS *copulæ maritalis vſum diſpenſat.*

Aquis ſuis vri, qui ob laſciuam vxorem zelotypus eſt, in igne frigêre, qui de pudica, & caſta, feſtiuè Poeta quidam ſignificabat his verſibus:

Vir zelotypiâ laborans aquis ſuis vritur. Poet.

Zelotypus quidam eſt, caſta de vxore maritus;
De laſciua alter coniuge Zelotypus.
Huius, an illius melior fortuna, priórque
Si quid es expertus, ſcire profectò potes.
Plus ſatis ille ſuo nimirum friget in igne:
Iſte ſuis autem ſe nimis VRIT AQVIS.

Aqua potus nupturis interdictus. S. Aug.

Etiam aquæ potum nupturis puellis interdictum obſeruo; Sanctus Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. cap. 8. de ſua matre ita ſcribit: *Vnde etiam curam dominicarum filiarum commiſſam ſibi diligenter gerebat, & erat in eis coercendis, cùm opus eſſet ſanctâ ſeueritate vehemens, atque in docendis ſobria prudentia. Nam eas præter illas horas quibus ad menſam parentum moderatiſſimè alebantur etiamſi exardeſcerent* SITI, *nec* AQVAM BIBERE SINEBAT *præcauens conſuetudinem malam, & addens verbum ſanum: modò aquam bibitis, quia in poteſtate vinum non habetis: cùm autem ad maritum veneritis, factæ dominæ apothecarum, & cellariorum, aqua ſordebit, ſed mos potandi præualebit. Hac ratione præcipiendi, authoritate imperandi frenabat auiditatem tenerioris ætatis, & ipſam puellarum ſitim formabat ad honeſtum modum, vt iam non libêret quod non deceret.*

In nuptialibus aquis memor quiſque ſit illarum aquarū quibus in baptiſmo ablutus. S. Greg. Naz.

Porrò qui nuptialibus ſe aquis commiſit, vxorem duxit, liberis auctus eſt, ſemper illarum aquarum ſit memor, quibus in baptiſmate ablutus fuit, vt puritati licet, animam rebus omnibus anteponat. Ioſerenda hic verba ſancti Gregorij Nazianzeni, qui epiſt. 198. ad Theotecnum ita ſcribit: *Magna res eſt vxor, & chara res filia: hauddum tamen animæ anteponenda: Veniat tibi in mentem te* BAPTISMI *gratiam recens conſecutum eſſe. Eſt autem non vulgaris periculi, donum illud cruore contaminare: aliâque rurſum purgatione opus habere.* 38.

Piſces ſuper vxoris pedes proiecti. Deſcript. Afric.

Ductâ domum vxore ſponſus domo egrediens piſces emittere ſolemni ritu ſolet, quos ſuper vxoris pedes proiici iubet; in Africæ deſcriptione hæc legimus: *Quamprimùm maritus domum egreditur (quod ſeptimo ferè fit die) bonam* EMET PISCIVM *copiam, quos autem per matrem, aut aliam quamlibet mulierem ſuper pedes vxoris proiicere iubet, id enim ex antiqua conſuetudine pro bono habent auſpicio.*

Cōuiuia duo nuptiarum causâ qui apud aliquos celebrata.

Additur ſtatim: *Solent & alia inſuper duo in ſoceri ædibus parari* CONVIVIA, *alterum pridie quàm elocetur filia: hic totam noctem ſaltando, atque iocando tranſigunt. Poſtridie mulieres ad ſponſam exornandam veniunt, capillos comunt, genas minio tingunt: manus verò ac pedes nigros reddunt, ſed mox ea perit tinctura & elegantia: alterum eodem die exhibetur conuiuium. Sponſam autem loco quodam eminentiori ſtatuunt, vt ab omnibus facilè videatur, tum quæ ſponſam adornarunt, lautè excipiuntur. Vbi ad viri domum deducta, ſolent mariti parentes grandia quædam vaſa pane, oleo frixo mulsóque referta ad ſponſam mittere, cum aliis quibuſdam eduliis quorum enumerationem breuitatis gratiâ hoc loco omiſimus, quæ omnia inter amiculos per ſponſum vocatos conſumuntur. Eâ nocte quam ſaltando tranſigi diximus nuptiis intereſſe ſolent tibicines, & ſuccentores, qui alternatim nunc tibiis,*

Sponſa vt ornari ſolita.

nunc voce ſatis elegantem edunt harmoniam: ſemper ſoli tripudiare conſueuerunt, & finita cantiuncula, ſtipem aliquam cantoribus adiiciunt, quod ſi quiſquam ſaltatorem honore afficere velis, iubet eundem genuflexum ante ſe ſiſtere, illique totam faciem pecuniis tegit, quas tibicines non excipiunt. Fœmina ſolæ ſeorſum à viris ad propriorum tibicinum concentum ſaltare ſolent. Hæc (vbi diximus) ita geruntur cùm ſponſa virgo eſt. Viduarum nuptias minori cum reputatione percipiunt. Sed ad aquas redeamus.

Edulia ad ſponſam miſſa.

39. Pleraſque matres fluctibus ſe filiorum amore commiſiſſe refert Sabellicus lib. 3. cap. 4. his ferè verbis: *Carthaginenſium matres cùm tertio bello Punico ex omni nobilitate lectiſſimi adoleſcentes in Siciliam mitterentur, eos fletu, & lamentatione querulâ ſunt ad naues vſque comitata: tum ex his quædam à filiorum complexibus auulſæ, vbi oram ſolutam viderunt, nauimque portu egredi, dolore ſtimulanti in ſubiectos fluctus deſilierunt.*

Quædam matres filiorum amore fluctibus ſe commiſerũt. Sabell.

Ad vxorias aquas & illud aducho quod his ferè verbis refert Goſcalius ſerm. 32. *Quidam habebat vxorem valde pertinacem, quæ cecidit in flumen, & ſubmerſa eſt, & vir eius quærebat eam contra flumen ſurſum: & cum interrogaretur quare eam quæreret contra flumen, & non inferius; Reſpondit: Vxor mea ſemper mihi fuit contraria ore, & opere, ſicut ergo fecit in vita, ſic eam arbitror feciſſe in morte, vnde credo quod fluuium aſcenderit.*

In flumine qui à quodam mulier quæſita? Goſcal.

Ioanni Manardo Ferrarienſi, Medico celeberrimo prædixerat Aſtrologus, in fouea periturum. Vitabat proinde Manardus ſuperſtitioſè omnes foſſas, ſcrobes atque foueas: quoad vxore iuuenculâ ductâ periit. Extat in Elogiis Iouij talis in eum iocus:

In FOVEA *qui ſe periturum dixit Aruſpex*
Vates verus erat: coniugis illa fuit.

In vxoria fouea cecidit qui alias vitabat. Iouius.

CAPVT VIII.

Aquâ, vxorum caſtitas, aut etiam Virginum probari ſolita.

Candente ferro *vxorum pudicitia olim probata.*
Trina circuitio *circa ſuggeſtum.*
Ieiuni *qui aderant dum ferrum ferueſieret aut aqua.*
Formula *adiurationis.*
Alia ferri feruentis adiuratio, *aut feruentis aquæ.*
Ferrum feruens, & feruentem aquam *vt adiurarent, ac benedicerent.*
Aqua feruens *vt porrigeretur.*
Ferrum candens *vt à ſuſpecto portaretur.*
Lapis in aqua *feruenti accipi à ſuſpecto ſolitus.*
Manûs in fontem *iniectione vxoris caſtitas explorari ſolita.*
Aquæ frigidæ, *aut* calidæ *vſus in reis deprehendendis.*
Ritus in aquæ examine *ſeruari ſoliti.*
Ieiunium *trium dierum præmiſſum.*
Miſſa iudicij *celebratur.*
Aquæ *adiuratio.*
Alia adiuratio *aquæ.*
Formula alia *aquæ adiurandæ.*
In aquam *veſtibus exuti mittebantur, Euangelium priùs oſculantes.*
Iudicium aquæ *frigidæ.*
Aquæ *examen interdictum.*
Infantes *Rheni vndis expoſiti, vt probaretur an legitimi: & mater à crimine liberat.*
Cc'tarum *conſuetudo in hac re.*
Canis indicio *exploratæ virgines.*
Vitiatæ virgines ſeu adulteræ veſtis ſigno *prodebantur.*
Fontibus *virginum pudicitia explorata.*

AD nuptiales aquas vocari ille ritus poteſt, quo aquis vxoris caſtitas, & pudicitia probari olim conſueuerat; de qua re aliqua hic chartis conſignabo, de ferro candenti prius dicturus, in eundem finem adhiberi ſolito. 40.

Candenti ferro vxorum pudicitiam olim probatam, adeò vt ab adulterio immunes cenſerentur, ſi tacto ignito ferro nihil læderentur, notum eſt; illud non item, aliquando ipſummet maritum forcipe ferrum præbuiſſe, vxorémque ter ſacrum ſuggeſtum in templo circuiuiſſe; ita quandam mulierem factitaſſe docent hæc Ioannis Cantacuzeni verba lib. 3. Hiſtoriæ cap. 27. *Didymatichi ciuis haud ignobilis vxorem adulterio pollutam ſuſpicabatur, nec fallebatur. Eam ſuſpicionem præ Zelotypia celare non ſuſtinens, probationes eam poſcebat, quibus refutatus ſuſpicari deſineret: alioqui exemplo peſſimo miſeram cruciaturum minabatur, quæ tam petulanter matrimonij ſacra contaminaſſet. Probatio hæc erat, vt* FERRVM CANDENS *in manus ſumeret: aliter credere ſe non poſſe.* Et paucis ſubiicit de trina circuitione: *Maritus quia facere non poterat, quin aliquo minimè dubio argumento ſuſpicione ſe exolueret, ſolam in quoddam templum ſeducit,* FERRÚMQVE *quantùm poſſet igneſcere curans, & forcipe corripiens, manibus coniugis imponit, ac ter ſacrum ſuggeſtum circumire iubet. Quod vt fecit, támque illæſa manſit, quàm ſi ignem nullum tetigiſſet, maritus veritatis vim admiratus, abiectâ ſuſpicione, ferrum ſuper ſuggeſto reponi mandat: quem quia nimium eandebat vſtulando penetrauit, & in terram decidit.*

Candẽti ferro vxorum pudicitia olim probata.

Ioan. Cant.

Trina circuitio circa ſuggeſtum. Idem.

De ferri huius feruentis adiuratione, ſicut & feruentis aquæ aliqua habeo digna, quæ in lectoris notitiam veniant tanquam non adeo obuia, & trita; & in primis obſeruo ieiunos fuiſſe, qui aderant huiuſcemodi adiurationi: In ordine Archiepiſcopi Dunſtani hæc de hac re habentur; *Incipit adiuratio ferri, vel aquæ feruentis: In ſimplo vnum pondus, in triplo tria* FERRVM *æquiparet pondera, & in illa adiuratione non adſint, vt prædiximus, niſi ieiuni. Et dictis Litaniis ſic Sacerdos in loco vbi ferrum accenditur, vel aqua inferueſcatur, adiurationem initiando inchoet.* 41.

Ieiuni qui aderant dum ferrũ ferueſieret aut aqua. Ord. Dunſt.

Deus qui per ignem ſigna magna oſtendens, Abraham puerum tuum de incendio Chaldæorum quibuſdam pereuntibus eruiſti, Deus qui rubum ardere ante conſpectum Moyſi, & minime comburi permiſiſti, Deus qui ab incendio fornacis, Chaldaicis pleriſque ſuccenſis, tres pueros tuos illæſos eduxiſti: Deus qui incendio ignis populum Sodomæ, & Gomorrhæ inuoluens, Loth famulum tuum cum ſuis ſaluti donaſti.

Formula adiurationis.

Deus

Digitized by Google

Deus qui in Aduentu ſancti Spiritus illuſtratione ignis fideles tuos ab infidelibus decreuiſti. Oſtende nobis in hoc paruitatis noſtræ examine virtutem eiuſdem ſancti Spiritus, & per huius IGNIS FERVOREM *diſcernere fideles, & infideles vt à tactu eius, furti, vel homicidij, vel adulterij cuius inquiſitio agitur conſcij exhorreſcant, & manus eorum, vel pedes comburantur aliquatenus. Immunes verò ab eiuſmodi crimine liberentur penitus, & illaſi permaneant. Per Dominum noſtrum.*

Alia ferri feruentis adiuratio, aut feruentis aquæ. Idem.

Aliam quoque adiurationem ſubiicit his verbis: *Deus iudex, iuſtus, fortis, auctor, & amator pacis, patiens, & multum miſericors, qui iudicas, quod iuſtum eſt, & rectum iudicium tuum, qui reſpicis ſuper terram, & facis eam tremere. Tu Deus omnipotens, qui per aduentum filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti mundum ſaluaſti, per eius paſſionem genus humanum redemiſti, hanc aquam feruentem, (vel hoc ferrum feruens) ſanctifica, qui tres pueros Sidrach, Miſac, & Abdenago iuſſu regis Babylonis in camino ignis accenſâ fornace ſaluaſti illæſos, & per Angelum ſanctum tuum eduxiſti. Tu Clementiſſime pater dominator omnipotens, præſta vt ſi quis innocens de furto hoc, vel homicidio, vel adulterio, ſeu maleficio, in hoc* FERRVM FERVENS, *(vel in hanc aquam feruentem) miſerit manum ſuam, ſaluus, te præſtante Domino noſtro, permaneat: & ſicut tres pueros ſupradictos de camino ignis ardentis liberaſti, & Suſannam de falſo crimine eripuiſti; ſic manum innocentis Omnipotens Deus ab omni læſionis inſaniæ ſaluare dignare, & ſi quis culpabilis, vel noxius, & tumido corde, induratóque pectore, vel ſuperbâ mente, reus de hoc furto, vel homicidio, aut adulterio, ſeu maleficio manum miſerit in hoc ferrum, (vel aquam feruentem;) tu Deus omnipotens iuſtiſſimâ pietate, & rectiſſimo iudicio illud declarare, & manifeſtare digneris, vt anima eius per pœnitentiam ſaluetur; & ſi ille nocens, vel culpabilis ſit, & per aliquod maleficium vel per herbas aut per cauſas diabolicas indurauerit, & peccatum quod fecit confiteri noluerit, tua dextera quæſumus Domine hoc declarare dignetur.*

42. *Ferrum feruens, & feruentem aquam vt adiurauerint, ac benedicerent.*

Poſt ſecundam ſubiicit & tertiam ſub his verbis: *Deus innocentiæ reſtitutor, & amator, qui auctor pacis es, & iudicas æquitatem, te ſubnixis rogamus precibus, vt hoc ferrum ignitum ordinatum, vel hanc aquam ordinatam ad iuſtitiam, & examinationem cuiuſlibet dubietatis, benedicere, & ſanctificare digneris ita vt ſi innocens de hoc furto, vel homicidio, vel adulterio, vel maleficio, vnde purgatio quærenda eſt, in hoc* IGNITVM, *& tua benedictione ſanctificatum* FERRVM, *vel in* HANC AQVAM FERVIDAM, *& tua benedictione ſanctificatam, manus, vel pedes immiſerit, tua benigniſſimâ miſeratione illæſus appareat. Si autem culpabilis, atque reus contempſerit, & quaſi tentator iudicium tuum adierit, aut per herbas, vel quæcunque tentamenta, ſiue molimina maleficioſa, peccata ſua contueri, & defendere inflatus per afflatorem malitiæ contra veritatis tuæ examen voluerit, iuſtiſſime, & miſericordiſſime Domine Deus ad hoc virtus tua, quæ omnia ſuperat, in eo cum veritate, quæ permanet in ſæculum ſæculi, declaretur, quatenus iuſtitiæ tuæ non dominetur iniquitas, ſed veritati ſubdatur falſitas, & vt cæteri hoc videntes ab incredulitate ſua te miſerante liberentur. Qui viuit.*

Aqua ſtrenuè porrigeretur.

Poſt has adiurationis formulas claudit: *His peractis* AQVA BENEDICTA *cunctis adſtantibus detur ad degustandum & aſpergatur per totam domum, & ferrum proferatur, quod à culpato coram omnibus accipiatur, & per menſuram nouem pedum portetur, manus ſigilletur, ſub ſigillo ſeruetur, & poſt tres noctes aperiatur, & ſi mundus eſt, Deo gratuletur. Si autem inſanies crudeſcens in veſtigio ferri inueniatur, culpabilis, & immundus reputetur.*

Ferrum candens vt à ſuſpecto portaretur.

In aqua feruente accipiat homo LAPIDEM *qui per funem ſuſpendatur in ſimpla probatione per menſuram palmæ, in tripla autem vnius vlnæ; manus verò ſigilletur, & aperiatur, vt ſuprà diximus in conſecratione ferri.* hæc ibi, quæ quia non obuia omnia volui in lectoris notitiam, verborum omnium, & rituum recenſione, peruenire.

Lapis in aqua feruenti acceptus à ſuſpecto ſolitus.

43. *Manûs in fontem iniectione vxoris caſtitas explorari ſolita. Acta.*

Porrò præter ignitum ferrum, etiam aqua adhibebatur explorandæ innocentiæ, & caſtitati in vxore; & ea quæ adduximus euincunt, euincunt & ea quæ dicemus; Manûs in fontem iniectione probatum an mulier pudicáne eſſet, an ſecus, apparet ex hoc, quod in vita ſancti Gangulphi Martyris narratur apud Surium 11. Maij: *Gangulphus cum die quodam familia eius diuerſis eſſet miniſteriis occupata cum ſola coniuge prædij ſui fines luſtrando circumiuit. Interim ad quendam veniunt fontem, vbi his vxorem vocibus compellat: Multa quidem de te coniux paſſim feruntur fœda, & indigna natalibus tuis, & adhuc mihi quidem certò non conſtat, verène an falſò illa dicantur. Tum illa etiam intrepide iurando falſos de ſe rumores ſparſos ait, nec ſe vnquam alieno concubitu pollutam. At Gangulphus: Diuina, inquit, prouidentia, quam nihil fugit, vt ſe res habeat, iam certis declarabit indiciis.* EN FONS HIC PROPOSITVS EST, NEC FRIGIDVS VALDE NEC IMMODICÈ CALIDVS: *In hunc immitte manum, & è fundo lapillum extrahe: Et ſi quidem à culpa es aliena nihil mali patiêris: ſin autem polluta es, non ſinet Deus latêre ſcelus tuum. Illa beati viri, ſicut alios omnes, ita hos quoque ſermones vecordiæ adſcribens, incunctanter manum iniecit in fontem. Ecce autem, ſimul atque lapillum ad ſe retrahere conata eſt, membris ferè omnibus obrigeſcit, & in digitis, & brachio quouſque* AQVA *pertigit, abſtractâ cute, nuda caro cernitur, nihilque aliud miſera illa niſi repentinum interitum expectat.*

44. *Aqua frigida aut calida vſum in reis deprehendendis. Hincmar.*

Et verò quia hic ſumus de ritu illo nonnulla hic inſerenda, quo olim aquâ vtebantur, vt reos deprehenderent; hoc porrò iudicium *aquæ iudicium* dicebatur, quæ aut frigida, aut calida adhibebatur: Hincmarus pro Lothario: *Hoc examinandus iudicio colligatus in* AQVAM *dimittitur, & aut purgatus ſtatim iudicio arbitrorum abſoluitur, aut vſque ad purgationem colligatus iudicio examinatur.* Idem Hincmar. contra Hincmar. Laudum: *Præfati homines, quia non liberæ conditionis ſunt, aut cum* AQVA FRIGIDA, *aut cum aqua calida, inde ad iudicium Dei exirent.*

Ritus in aquæ examine ſeruari ſoliti.

Ritus, qui in hoc aquæ examine ſeruabantur, varij erant pro locorum varietate: in ordine Dunſtani Dorobernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi peculiares quidam ritus habentur, quorum plerique hic ſubiicientur; & in primis trium dierum ieiunium præmittebatur, Miſſa, quæ dicebatur Miſſa iudicij, celebrabatur, poſtea in aquam mittendi recipiebant Chriſti corpus, cùm priùs ad veritatis manifeſtationem inuitarentur; dabo hic verba Ordinis Dunſtani: *Peractis coram Sacerdote* TRIVM DIERVM IEIVNIIS, *cùm homines vis mittere ad iudicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debet. Accipe illos homines, quos vis mittere in aquam, & duc eos in Eccleſiam, & coram omnibus illis cantet Presbyter Miſſam, & faciat eos ad ipſam Miſſam offerre.*

Ord. Dunſt.

Ieiunium triû dierum præmiſſum.

Miſſa iudicij celebrabatur.

Cùm autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos Sacerdos cum adiuratione, & dicat. Adiuro vos N. per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & per veſtram Chriſtianitatem quam ſuſcepiſtis, & per vnigenitum Dei Filium, & per ſanctam Trinitatem, & per ſanctum Euangelium, & per iſtas ſanctas Reliquias, quæ in iſta Eccleſia ſunt, & per illud Baptiſmum, quo vos Sacerdos regenerauit, vt non præſumatis vllo modo communicare, neque accedere ad altare, ſi hoc feciſtis, aut conſenſiſtis, aut ſcitis quis hoc egerit. Si autem tacuerint, & nulli hoc dixerint, accedat Sacerdos ad altare, & communicet. Poſtea verò communicet illos quos vult in aquam mittere; cùm autem communicauerint dicat Sacerdos ante Altare: Corpus, & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit vobis ad probationem hodie.

45. De aquæ adiuratione ſic habet idem ordo Dunſtanenſis: *Expletâ Miſſâ faciat ipſe Sacerdos* AQVAM BENEDICTAM, *& pergat ad locum, vbi homines probentur. Cùm autem venerit ad ipſum locum, det illis omnibus bibere de aqua. Poſtea verò coniuret aquam vbi culpabiles mittat.*

Aqua adiuratio. Idem.

INCIPIT ADIVRATIO AQVÆ.

Deus qui per aquarum ſubſtantiam iudicia tua exercens diluuij inundatione millia populorum interemiſti, & Noë iuſtum cum ſuis ſaluandum cenſuiſti. Deus qui in mari rubro cunctos Ægyptiorum inuoluiſti, & agmina Iſraelitica imperterrita abire iuſſiſti: Virtutem tuæ benedictionis his aquis infundere, & nouum, ac mirabile ſignum in eis oſtendere digneris, vt innocentes à crimine furti, vel homicidij, vel adulterij, aut alterius noxij, cuius examinationem agimus, MORE AQVÆ *in ſe recipiant, & in profundum pertrahant: conſcios autem huius criminis à ſe repellant, atque reiiciant, nec patiantur recipere corpus quod ab onere bonitatis euacuatum ventus iniquitatis alleuauit, & in hanc conſtituit. Sed quod caret pondere virtutis, careat pondere propriæ ſubſtantiæ in aquis. Per Chriſtum.*

Addit aliam adiurationem aquæ in hunc modum: *Adiuro te creatura* AQVÆ *in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creauit, & iuſſit miniſtrare humanis neceſſitatibus: qui etiam iuſſit ſegregari ab aquis ſuperioribus. Adiuro etiam te per ineffabile nomen Ieſu Chriſti Filij Dei viui, ſub cuius pedibus mare, & elementum diuiſum ſe calcabile præbuit, qui etiam baptizari ſe in aquarum elemento voluit. Adiuro etiam te per Spiritum ſanctum, qui ſuper Dominum baptizatum deſcẽdit. Adiuro te per nomen ſanctum, & indiuiduæ diuinitatis, cuius voluntate aquarum elementum diuiſum eſt, & populus Iſraël ſiccis pedibus ſtatim tranſiuit, ad cuius etiam inuocationem Eliſeus ferrum quod de manubrio exierat ſuper aquã natare fecerat: vt nullo modo ſuſcipias hos homines N.N. ſi in aliquo ſunt culpabiles de hoc quod illis obiicitur, ſcilicet aut per opera, aut per conſenſum, vel per conſcientiam, ſeu per vllum ingenium, ſed fac eos ſuper te natare. Et nulla poſſit eſſe contra te cauſa ficta, aut vllum præſtigium inimici quod illud poſſit occultare. Adiurata autem per nomen Chriſti præcipimus tibi vt nobis per nomen eius obedias, cui omnis creatura ſeruit, quem Cherubim collaudant dicentes, ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum, qui etiam regnat, & dominatur per infinita ſæcula ſæculorum.*

Alia Adiuratio aquæ.

46. Subiicit & aliam adiurationem aquæ in hunc modum: *Adiuro te creatura* AQVÆ *per Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & per tremendum diem iudicij, & duodecim Apoſtolos, & per ſeptuaginta duos Diſcipulos, & per duodecim Prophetas, & per viginti quatuor ſeniores, qui aſſiduè Dominum laudant. Et per centum quadraginta quatuor millia, quæ ſequuntur agnum, & per omnia agmina ſanctorum Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatuum, Poteſtatum, Virtutum, Cherubim, atque Seraphim, & per omnia millia ſanctorum Martyrum, Confeſſorum, & Virginum. Adiuro te per ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per quatuor Euangelia, necnon & per ſeptuaginta duos libros veteris, ac noui Teſtamenti, & per omnes ſcriptores ſanctos, ac Doctores eorum. Adiuro te per ſanctam Eccleſiam Catholicam, & per communionem ſanctorum, & per reſurrectionem eorum, vt fias aqua exorcizata, adiurata, & obfirmata aduersùs inimicum hominis diabolum, & aduersùs hominem, qui ab eo ſeductus furtum hoc, vel homicidium, aut adulterium, vnde ratio agitur, perpetrauit: vt nullatenus eum in te ſubmergi, aut in profundum trahi permittas, ſed à te repellas, atque reiicias, neque patiaris recipere corpus, quod ab onere bonitatis inane eſt factum, ſed quod caret pondere virtutis, careat pondere propria ſubſtantia in te. Innocentes verò à prædicto crimine more aquæ in te recipias, & in profundum innocua pertrahas. Per Dominum noſtrum.*

Formula alia aquæ adiuranda.

Poſt has autem coniurationes aquæ, exuantur homines, qui mittendi ſunt in aquam, propriis veſtimentis, & oſculentur Euangelium, & Crucem Chriſti, & aqua benedicta ſuper omnes aſpergatur, & qui adſunt omnes ieiunent, & ſic proiiciantur ſinguli in aquam.

In aquam veſtibus exuti mittebantur Euangelium priùs oſculantes.

De aquæ frigidæ iudicio ita Vuipertus lib. 1. cap. 2. de Brunonis parentibus: *Vtrìum integrè reddidiſſent rerum ſuarum decimationem ſub indicio aquæ frigidæ perſcrutabantur.* In capitulari Ludouici pij Imperat. cap. 12. *Vt examen aquæ frigidæ quod hactenus faciebant omnibus interdicatur ne vlteriùs fiat;* quod nunc quoque abolitum eſt.

Iudicium aquæ frigidæ. Vuip.

Aquæ examẽ interdictum.

Olim quiſquis adulterij ſuſpectam vxorem habebat infantes ex ea ſuſceptos Rheni fluminis vndis exponebant, ac ſi quidem crimine mater vacabat, nullum ipſis à flumine imminebat periculum, ſi verò adulterij crimen incurriſſet, peſſum ſtatim ibant: quò ſpectabat ſanctus Gregorius Nazianzenus carm. ad Nicobulum: 47.

Infantes Rheni vndis expoſiti, vt probaretur an legitimi. & mater à crimine libera. S. Greg. Naz.

Tum me
Natorum è numero procul eiice, non ſecus ac ſi
Sim SPVRIVS *liquidas Rheni compertus ad*
VNDAS
Degeneremque aquilam Phœbi vis ignea monſtrat.

Celtis maximè conſuetudo hæc familiaris fuit, vt alibi dixi. In Anthologia Græcorum Epigrammatum de hoc more extat epigramma:

Celtarum conſuetudo in hac re. Anthol.

Audaces rapido Celta NOVA PIGNORA
RHENO
EXPLORANT: *non hos genitrix priùs vbere*
largo
Alma fouet, vitreas fluuij quàm venit ad vndas:
Lympha nouum capit alta genus, quod remigis
inſtar
Vmbo regit, fluidique effulcit corpus alumni
Et fœtum ſic vnda probat, lectúmque iugalem
Damnat adulterij, &c.

Vides aquâ explorare ſolitos, an fœtus legitimus eſſet, & an vxor puras nuptiarum aquás alterius commixtione fœdauiſſet?

Aliter ab aliis factum, nam adulteras, vitiatáſque virgines deprehenſas Iuſtiniani tempore Canis indicio, quem ex Italia Andreas quidam per prouincias circumduceret, narrat Theophanes, & Anaſtaſius, & Cedrenus.

Canis indicio exploratæ virgines. Theoph.

Alius in hac re mos apud Græcos Byzantij viguit, nam vitiatæ virgines, ſeu nuptæ adulteræ ad ſtatuam quandam accedentes, ſtatim veſtis 48.

Vitiatæ virgines ſeu

ſignô

Adultera ve-ſtis ſigno pro-debantur.

ſigno prodebantur; Huiuſce rei ἐν πατρίοις C. P. his verbis meotio fit, Omitto Græca, quia plura: *Erat Byzantij Veneris ſtatua, ad quam Virgines vitij ſuſpectæ cum accederent, ſi quidem illibatæ eſſent, ſecure diſcedebant, at verò corruptarum ſtatim veſtis reducebatur patefactis pudendis: nuptis etiam fœminis, quæ clandeſtinis adulteriis ſe fœdaſſent, idem planè accidit; cæterùm ſoror vxeris Iuſtini, eam Veneris ſtatuam comminui iuſſit, quod & eius poſt adulterium pudenda detecta ſint, cùm inde præteriret, & equo vecta ad* BALNEAS *Blachermanas proficiſceretur.* Sic ibi. Huiuſcemodi nos flumina ſi haberemus, puriores nuptiales aquæ eſſent, neç adulteriis tam faeilè fœdarentur.

Fontibus, Virginum pudicitia explorata. Euſtath.

Fontibus, Virginum pudicitiam exploratam indicat id quod narrat, aut fingit Euſtachius lib. 8. de Iſmeni, & Iſmenes amoribus in hæc verba: *Virgines nonniſi immani are parabantur, maximè poſt Dianæ* FONTEM, *& arcum, quibus inclyta Artemis virgines ſuas* EXPLORARE *amat:*

Vt quos naſcentes EXPLORAT GVRGITE RHENVS

Etenim nobilis illa ciuitas eſt clariſſimo Dianæ templo, cuius in medio imago numinis aurea, manibus arcum tenens conſpicitur. Scaturiunt ſimulachri ad pedes bullis ingentibus FONTES MAGNI, *fluminis ſtrepitum imitantur,*

Qui tarde primum clementi flamine pulſi
Incedunt, canique ſonant clangore cachinni.

Vt tu affirmares, oculis illos arbitratus. HI FONTES *virginum, virginalémque ſcrobem effoſſam indicant: cùm de alicuius pudicitia dubitatur, Lauro coronata caput virgo* FONTI *mandatur: quæ ſi pudicam ſe non mentita eſt, nullúſque caſtitatem eius imminuerit, manet arcus immoto numero, tacitiſque molliter vndis virgo innatat. Si verò Dionæi cuiuſpiam aura venti virgineam tædam extinxit, dedítque*

Secreto amanti floris vſuram ſui;

ſtatim arcu reducto Dea, virgo, & virginum cuſtos, ſagittam emittere videtur contra illius caput quæ virginitatem ſimulauit. Infelix ſagittamen dum caput aquis immergit, vibrata in lenes fluctus vnda ſtrepitu clangente coronam aufert. Hoc ritu omnes è Barbaris coronata, & fonti permiſſæ explorata ſunt. Quæ intacto ab vndis capite iterum coronatæ reuerſæ ſunt, illas magnâ pecuniâ venditas reliquerunt, reliquæ non ſignati floris triremi reddita inter mulieres, aurum are, quod dicitur, virgineam lauri coronam barbaris amplexibus permutarunt. Hæc ille loco producto ſed quia nos aquæ aliò trahunt, calami nauem aliò ferri libenter ſerimus.

CAPVT IX.

Quæ dicantur in diuinis Literis *aquæ furtiuæ?*

Furtiuæ *Hæreticorum aquæ.*
Qui ſe, & ſua commoda quærit non communem vtilitatem, furtiuas aquas *bibit.*
Aquæ furtiuæ *voluptatis lenocinia ſignificant.*
Furtum *de adulterio.*
Furari *alieni tori inuaſor dicitur apud Græcos.*
Res furtiuæ *de clandeſtinis amoribus.*
Furtiua *Venus.*
Furtiuæ aquæ *illicita connubia.*
Furtiuæ aquæ *illicitam Venerem ſignificant.*
Furtiuæ *adulterij* aquæ *cur ſuauiores putentur?*
Cur voluptas illicita *iucundior?*
Libido furtiua *nunquam ſatiatur, & ſibi pœnitudinem relinquit.*
Adulteri aſino vecti *per vrbem, idque per aliquot dies.*
Nudi *Eccleſiam circuire iubentur, qui extra nuptiales aquas alias quærunt.*
Adulterij *voluptas non vera, ſed* contumelia.
Adulteram nec videre *paſſus Ioannes.*

Furtiuæ hæreticorum aquæ. Prou 9 17. S. Greg.

49. EX his, quæ hucuſque de vxoriis aquis diximus, obuium erit intelligere, quænam furtiuæ aquæ in ſacris Literis dicantur. Salomon ita loquitur Prou. 9. v. 17. *Aquæ furtiuæ dul'ciores ſunt.* Scio varios horum verborum explicatus, varios interpretes excogitaſſe. Hæreticorum doctrinam per furtiuas aquas intelligit ſanctus Gregorius lib. 25. moral. cap. 17. Beda, & Vgo Carenſis, & B. Rabanus eam viuendi rationem, qua animus ſua potius quærit commoda, quàm aliena ſignificari volunt. Sanctus Bernardus epiſt. 82. eos perſtringens qui ſua communi vtilitati præferunt: *Libenter,* inquit, *carebo quantolibet etiam ſpirituali quæſtu, qui non poſſit acquiri, niſi cum ſcandalo. Denique ſi propriam quiſque quietem communi prætulerit vtilitati, quis iam veraciter dicere poterit: Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum? Vbi erit, quod iterum dicit Apoſtolus: Nemo ſibi viuit, & nemo ſibi moritur? Sed dicis: Vnde ergo mihi tantum deſiderium, ſi ex Deo non eſt? Pace tua dixerim, quod ſentio:* AQVÆ FVRTIVÆ *dulciores ſunt, & huiuſmodi omni, vt ita loquar, abſinthio amariorem dulcedinem ab Angelo Satanæ ſub prætextu Angeli lucis,* SITIENTI CORDI *tuo infundi non dubitat, quiſquis eius aſtutias non ignorat.* Hæc, & alia plura in hanc ſententiam Beatus Bernardus, digna quæ eorum mentibus inſideant, qui coiomunibus commodis neglectis, neglectâ communi pace, & quiete, ſua tantùm quærunt, furtiuas ebibunt aquas, eam vitæ rationem ineunt, quæ aliis ſcandalo eſſe poſſit, iure in furtiuis hiſce aquis abſinthij amaritiem ſentiunt à vera dulcedine exules facti.

Qui ſe, & ſua commoda quærit nõ communem vtilitatem, furtiuas aquas bibit. S. Bern.

Aquæ furtiuæ voluptatis lenocinia ſignificant. S. Ambr.

Per furtiuas aquas voluptatis lenocinia intelligere videtur ſanctus Ambroſius lib. 1. de Abel, & Cain cap. 4. vbi paulò aliter hæc verba efferens ait: *Illa in medio ſtans:* BIBITE, *inquit, & inebriamini, vt cadat vnuſquiſque & non ſurgat. Ille apud me primus, qui omnium perditiſſimus: ille meus eſt, qui ſuus non eſt: ille mihi gratior, qui ſibi nequior. Quis eſt ergo inſipientior, diuertat ad me & indigentibus ſapientiâ præcipio dicens: Panibus abſconditis ſuauiter vtimini, & aquam furti dulciorem bibite. Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Tranſiet vita noſtra tanquam veſtigia nubis, & tanquam nebula diſſipabitur. Venite ergo fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creaturâ tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis antequàm marceſcant, nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra, vbique relinquamus ſigna lætitiæ. Hæc omnia relinquentur, nihil ſecum quis feret, niſi quod corporis voluptate perceperit.* Fatuus, delirúſque qui his verbis, his lenociniis aurem præbet, negligenda hæc omnia ſunt, & forti

animo repudiandæ, furtiuæ voluptatis aquæ non bibendæ, alioquin emoræ mentis ſe prodet, qui cœlo natus, & ex cœleſtium voluptatum torrente potandus, bibere ex terrenis, ac cœnoſis aquis furtiue volet.

50. Optimi hi explicatus, ſed nonnihil à literali ſenſu abeunt. Ego illi metaphoræ inſiſtẽs, quam hucuſque explicui, cenſeo per furtiuas aquas illicitas Veneris voluptates ſignificatas, & illegitimas libidinis illecebras, nam cùm vniuerſè aquarum nomine coniugij vſum honeſtè circumſcribi probauerimus, furtiuas aquas vocans, illicitas intelligit; nam furtum de adulterino concubitu dicitur, quæ notio prophanis maximè familiaris eſt.

Furtum de adulterio.
Tibul.
Virg.

Tibullus:

Celari vult ſua FVRTA *Venus.*

Virgilius 4. Georg.

Vulcani, Martiſque dolos, & dulcia FVRTA.

Seruius: per furta *adulteria* intelligit.

Et 6. Æneid.

Suppoſtàque FVRTO *Paſiphaë.*

Ouid.

Ouid. 2. Metamorph.

Hoc certè FVRTVM *coniux mea neſciet, inquit.*

Et ex noſtris Prudentius *Periſteph.* hymno 10.

FVRTA *mœcharum valent.*

Furari alieni tori inuaſor dicitur apud Græcos.

Apud Græcos quoque alieni tori inuaſor furi comparatur in hoc diſticho:

Οὐχ ὅτινες μιχεύειν ἐπέρχεται ἀλλοτρίας ἀνὴρ
Λέκτρον, ὑποκλέπτειν ἀλλοτρίαν ἄλοχον.

Hoc eſt; vt vertit Eilhardus Lubinus:

Non ſanctis lectis gaudebat occultus vir
Lectum FVRATVS *alterius vxoris.*

51. Et vniuerſè res furtiuæ de clandeſtinis amoribus dicuntur. Plautus in Amphitryone Act. 1. Scen. 1. *Si furtiuis rebus ſe ſciat operam dare.* FVRTIVAM VENEREM, dixit etiam Ouidius in 2. de Arte, & paſſim prophani ſcriptores in clandeſtinis amoribus *furti* nomen adhibent.

Res furtiua de clandeſtinis amoribus.
Plaut.
Furtiua Venus
Ouid.

Cohærenter igitur per furtiuas aquas illicitam Venerem intelligamus, vt literæ adhærentes vix aliò flecti producta verba poſſint, cùm enim aqua, vt ſuprà fusè probauimus, de vxoris vſu honeſtè dicatur, furtum autem clãdeſtinum, illicitùmque concubitum ſignificet, quis in dubium vertat per aquas furtiuas alieni tori inuaſionem pudore circumſcribi? B. Rabanus lib. 1. comment. in Prouerbia Salomonis cap. 9. cùm per furtiuas aquas hæreticorum doctrinam expoſuiſſet, addit tandem literæ inhærens: *At iuxta literam mulier adultera in* AQVIS FVRTIVIS, *& pane abſcondito prohibita, & illicita concubia dulciora eſſe aſſeuerat.*

Furtiua aqua illicita concubia
B. Rab.

Firmat hanc mentem, hunc explicatum Clemens Alexandrinus 3. Pædag. cap. 11. vbi ita loquitur: *Abſconſos panes iucundè tangite, & dulcem furti aquam,* FVRTIVAM HANC DICIT VENEREM. *Hinc adiutus Boetius Pindarus: Dulcis eſt, inquit, furtiua cura veneris* Ita Clemens. Furtiuus, & adulterinus cõcubitus iucundior eſſe ſolet, quicquid enim non licet, magis deſideratur; ac proinde dulcius, iucundiúſque eſſe videtur, licet alioquin non ſit: ingens deſiderium dulcedinem quandam affert. Quid? Nónne Iupiter in pluuiam, in bouem conuerſus dicitur, vt furtiuis hiſce voluptatibus iucundiùs frueretur? Neptunus quoque aliíque ſub diuerſis integumentis latuerunt, vt furtiuas adulterij aquas biberent. Philoſtrati in epiſt. hæc ſunt verba: *Non adeò manifeſta poteſtas exhilarat, vt illicita, &* ARCANA *voluptas. Omne verò furtiuum ſolet eſſe delectabile. Sic etiam Neptunus ſub purpureo fluctu ſubiit, & Iupiter ſub auro, aqua, boue, dracone, ac ſub aliis integumentis latuit: vnde Bacchus, & Apollo, & Hercules exiſtunt, ex adulterio nati Dij.* Sic ille.

Furtiua aqua illicitam venerem ſignificant.
Clem. Alex.

Furtiuæ adulteræ aquæ cur meliores putentur?
Philoſtratus.

52. Cur verò voluptas hæc illicita furtiuis aquis comparetur explicat Vgo Carenſis hic, eius verba dabo licet pluſcula, quia & mentem noſtram firmant, & totam ſententiam illuſtrant: ſic ille ſcribit. *Aquæ furtiuæ dulciores ſunt: lenitas ad luxuriam quæ dicitur aqua Gen 49. Ruben effuſus es ſicut aqua, non creſcas. Furtiuæ dicuntur huiuſmodi aquæ, quia* FVRTIM *id eſt in abſcondito potantur Iob. 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem dicens, non me videbit oculus. Vel furtiuæ dicuntur, quia omnis voluptas huiuſmodi extra propriam vxorem furtum eſt, & ideo dulcior eſt peccatori. Sed quanto dulcior eſt hic in culpa, tanto amarior erit poſtea in pœna; quia quâ menſurâ menſus fueris delectando in peccato, eàdem remetietur tibi in ſupplicio. Matth. 7.* Hucuſque Vgo.

Cur voluptas illicita iucundior?
Vgo Car.

Sed hæ aquæ valdè amaræ ſunt, ſuíque pœnitentiam relinquunt, nec concupiſcentiæ ſitim extinguunt, ſed magis acuunt, & accendunt. *Libido* FVRTIVA, inquit ſanctus Hieronymus epiſt. ad matrem, & filiam; *tranſacta ſemper relinquit pœnitudinem, nunquam ſatiatur, & cùm videtur extincta reaccenditur, vſu creſcit, & deficit, nec rationi paret, ſed impetu fertur.* Vt verò vera voluptas non ſit, quæ eſſe putatur; verè ſit contumelia. Benè ſanctus Cyprianus de bono pudicitiæ: *Dicendum eſt etiam, quod adulterium voluptas non eſt, ſed mutua* CONTVMELIA; abeant qui honori ſibi ducunt alienum torum inuadere; & famam, nomènque ſuum tam infami, iniuſtòque ſcelere maculare.

Libido furtiua nunquam ſatiatur, & ſui pœnitudinem relinquit.
S. Hier.

Adulterij voluptas non vera, ſed contumelia.
S. Cypr.

Contumeliæ notâ adulterij crimen laborare, Adulteris pœna à pleriſque populis indici ſolita confirmat, Apud Stobæum de Legibus ſerm. 44. ex Nicolai ſcriptis: *Adulterij conuictus per Vrbem vna cum muliere* CIRCVMDVCITVR *ſuper aſinum ad dies aliquot*, quod quam copioſam contumeliæ ſegetem contineret, cogitare apud ſe quilibet poteſt.

Adulteri aſino vecti per vrbem idque per aliquot dies.
Stob.

53. In Anglia qui extra matrimonium mulieribus commiſcentur, deprehenſi, Sacerdotis imperio die feſto in proceſſu cleri, ac populi adeſſe iubentur, & retentis femoralibus nudi Eccleſiam circuire, ardentem cereum manu geſtantes. Si quem pœnæ pudet, is auro noxam redimit. Mannus quidam Florentinus, qui ſæpè datâ pecuniâ, effugiſſet pœnam, rurſus deprehenſus ſubire potiùs quàm dare argentum ſtatuit. Die dictâ, ad Eccleſiam longo pallio tectus venit, eóque in media turba virorum, fœminarúmque depoſito, omni ex parte nudus remanſit; ac indignante ſacerdote, ac femoralia vt ſumeret, iubente: minimè, inquit, gentium; pudenda quæ peccauerunt pœnam ſubeant; ita ferè Æneas Siluius lib. 1. de dictis, & factis Alphonſi.

Nudi Eccleſiam circuire iubentur, qui extra nuptiales aquas alias quærit, apud Angl.

Æneas Sylu.

Qui ſapit, ab hiſce furtiuis aquis ſe ſubducet, nec negatas tantùm repudiabit, ſed & oblatas; exemplum in Ioſepho Patriarcha habemus, habemus in Ioanne, quos in adulterarum fugam ita inter ſe conferebat ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 174. VESTIMENTVM, inquit, *Ioſeph cùm adulteram fugeret, dereliquit: Ioannes ne videret adulteram, ipſum* PROIECIT ET CORPVS. *Ioſeph ne adulterium faceret libens carcerem ſuſcepit: Ioannes vt argueret adulterium, eremum carcere commutauit.* Magna vtriuſque virtus fuit, magna erit & imitantium; & imitatio eò magis neceſſaria, quò

Adulteram nec videre paſſus Ioannes.
S. Pet. Chryſ.

nos

Digitized by Google

nos in his certaminibus imbecilliores, infirmioréſque.

CAPVT X.

Aquæ nexus, & adulterij; fluminum, & adulterorum.

Redargutionis poculum bibere *de adulterio ſuſpecta mulier apud Hebræos tenebatur.*
Zelotypiæ lex *quæ?*
Qui negat *quæ debet Dei miniſtris, ire plerunque ſub infamiæ notam ad illos cogitur.*
Mulier adultera iumentum *quoddam.*
Sancta *cur aqua diceretur, quæ mulieri de adulterio ſuſpectæ præbebatur?*
Adulteri in mare *proiiciendi.*
Adultera in flumen *ſe proiecit.*
Ab aquis libera quæ adulterij aquas *minimè biberat.*
Innocens pudicitia à flumine *eximitur.*
Adultera in flumen *acta.*
In flumen *ſe proiecit qui alienas biberat aquas.*
Naufragium *in adulterio.*
Nec vappam nominabant *qui ex torcularibus hauriebant vinum.*
Res ad nuptias *transfertur.*
Iordanis aquæ *mulierem adulteram diuinitùs eiiciunt.*
Adultera naui fluctibus agitatæ *ſimilis.*
Adultera apud nonnullos tondetur, *&* vulneratur.
Apud Saxones *adultera vt puniretur?*
Adulteræ Solonis lege nec ornari *fas erat, nec publica ingredi* templa.

54. NEc à propoſito argumento, nec à præfixi loci, quem illuſtramus, ſententiâ longè abibimus, ſi de aquarum ritu agemus, qui in adulterij nudatione, ac retectione apud antiquos ſeruabatur.

Redargutionis poculum bibere de adulterio ſuſpecta mulier apud Hebræos tenebatur.
Philo.

Obſeruo igitur in more apud priſcos Hebræos fuiſſe, vt mulier de adulterio ſuſpecta redargutionis poculum bibere cogeretur, quod rem occultam, tectámque proderet. Verba chartulæ inſcribebant, quæ aquâ delebantur in fictili, móxque aqua mulieri probandæ præbebatur, ſicque abibat expectatura pudicitiæ præmium, aut intemperantiæ pœnam; nam epota aqua vtrùm innocens, vel ſecus mulier eſſet oſtendebat. Audiendus hîc Philo, qui lib. de ſpecialibus legibus moris huius in hæc verba meminit: *Si cum iniuria mariti te implicaſti nouis amoribus, ſcito te deuotam diris omnibus, quibus manifeſtè pœnam lues corpore.* BIBE IAM REDARGVTIONIS POCVLVM, *quod incerta, occultáque nudabit, ac reteget. Eadem verba inſcripta chartulæ deleat aqua in fictili, móxque* BIBENDAM *mulieri porrigat. Illa poſt potum abeat expectatura pudicitiæ præmium, aut extremam pœnam intemperantiæ.* Ita Philo.

Zelotypiæ lex quæ.
Num. 5. 14.

Ex his intelligimus legem illam zelotypiæ, de qua Deus loquitur Num. 5. v. 14. & deinceps in hunc modum: *Si ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falsâ ſuſpicione appetitur, adducet eam ad Sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem ſati farinæ hordeaceæ. non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus, quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium offeret igitur eam Sacerdos, & ſtatuet coram Domino, aſſumétque aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cúmque ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum execratione maledicta congeſſit, adiurabítque eam, & dicet: ſi non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſſimæ, in quas maledicta congeſſi. Sin autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro: his maledictionibus ſubiacebis: Det te Dominus in maledictionem, exemplúmque cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur; Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit mulier, Amen, amen. Scribétque Sacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere. Quas cùm exhauſerit, tollet Sacerdos de manu eius ſacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponétque illud ſuper altare ita duntaxat vt prius pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare: & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cùm biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur: eritque mulier in maledictionem, & in exemplo omni populo. Quod ſi polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. Iſta eſt lex zelotypiæ*; hucuſque Moſes, quæ verba ideo omnia hîc expoſui, vt & titus, de quo agimus, notitiæ noſtræ integriùs obiiciatur, & aliqua etiam expendantur, excutiantúrque.

Qui negat quæ debet Dei miniſtris ire plerunque ſub infamiæ notam ad illos cogitur.
R. Salom. Lyran.

55. Et in primis non caſu accidit, quod poſtquam de primitiarum ſolutione egerat, ſtatim de zelotypiæ ſacrificio hæc quæ præmiſimus, Moſes ſubderet; vt nimirum ab hoc nexu diſceremus plerunque dedecus quo ob vxoris impudicitiam aliquis notatur, aut certè ſuſpicionem, quâ torquetur ab eo naſci, quod Deo negligat ſoluere, quæ Deo debet; & Rab. Salomon rem ſic verſat apud Lyranum hîc: *Iſtud hîc dictum de ſacrificiis immediatè ponitur poſt illud, quod dictum eſt de retentione primitiarum, ad deſignandum, quod qui in hoc defraudat Sacerdotem, meretur vt confuſibiliter appareat coram Sacerdote, adducendo* VXOREM SVAM *pro adulterij ſuſpicione*; & plerunque accidit, vt propter ea, quæ Dei miniſtris iuſtè debentur, & iniuſtè negantur, multa aduerſa permittat Deus contemptoribus euenire.

Mulier adultera iumentū quoddam
Abul.

Nec illud indiſcuſſum abire debet, quod in hoc ſacrificio zelotypiæ non triticum, vt in aliis adhibebatur ſed hordeum; *decimam*, inquit, *partem farinæ hordeaceæ*; cur non potius triticeæ? an vt vel hinc adulterij, damna, deformitatémque colligeremus, quod homines conuertit in bruta? Benè Abulenſis hîc quæſt. 24. *Iſta farina, quæ hîc offerebatur, non erat de tritico, ſed hordeo, quod eſt contra communem legem aliorum ſacrificiorum; & ponebatur* HORDEVM, *quia hordeum eſt cibus beſtiarum; ſic autem inquirebatur hîc crimen beſtiale, ſcilicet an fœmina ſequens deſideria beſtialia declinaſſet ad alium virum.* Id quod antè tetigerat etiam R. Salomon apud Lyranum hic in hæc verba:

R. Salom. Lyran.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

verba: *Non dicit ſimila, ſed* HORDEACEÆ, *quia iſtud eſt vile ſacrificium*; Adducit R. Salomon aliam rationem, quia hordeum eſt pabulum iumenti, *ui adultera aſſimilatur*; Tantùm à dignitate ſua abit, quæ hoc vitio deturpatur.

Sancta cur aqua diceretur, qua mulieri de adulterio ſuſpecta prebebatur. Num.5. Abul.

Aqua porrò iſta quam bibere videbatur de adulterio ſuſpecta, & coram Sacerdote vocata, dicebatur ſancta, ſic enim habes in productis verbis: *Aſſumétque* AQVAM SANCTAM *in vaſe fictili*; quæri poteſt, cur ſancta diceretur: Abulenſis hic quæſt.16. duplicem rationem affert in hunc modum: *Vocatur hic* AQVA SANCTA, *quæ ſecundum R. Salomon erat de aqua ſacrificiorum, ſcilicet de illa, quæ erat in labro æneo in atrio tabernaculi; in quo lauabantur Sacerdotes, & vocabatur ſancta, quia erat ad vſus ſacros*; addit ſtatim: *Vel ſecundum Ioſephum, & hiſtoriam ſcholaſticam vocabatur ſancta, quia in ea diluebatur nomen Dei tetragrammaton, & ſanctificabatur aqua ex eo.* Hæc ille. Sed ad alias aquas pergamus, quæ tamen adulteris cognatæ, cognatæ adulteriis ſunt.

Adulteri in mare proiiciendi.

56. Adulteros cum aquis cohærere, in mare proiiciendos, qui nuptiarum candorem adulterio conſpurcati ſinunt, cenſebat quidam; hinc illud:

In MARE *cornutos iaciendos Pontius, inquit,*
Pontia reſpondet, diſce NATARE *prius.*

Quædam, quæ ſe adulterij aquis polluerat, aquis ſepeliri voluit, rem his verſibus repræſentat Boiſſardus:

Adultera in flumen ſe proiecit.

Polluerat thalamos, & erat deprehenſus adulter
Iámque erat extremo proxima ſupplicio.
Vt poſſet moritura mori, & præcurrere fatum,
Præcipitem mediis ſe dedit Anna VADIS.

Ab aquis libera, quæ adulterij aquas minimè biberat. Molan.

Aliter accidit Genoueſæ Palatinæ, nam hæc, vt refert Molanus in MSS. Codd. adulterij falsè accuſatur à Golooe milite, qui inſidias eius pudicitiæ ſtruxerat, aduenit Sifridus Dux eius maritus, ait Golon thorum eſſe adulteratum, & ſubmergendam cum prole ſuggeſſit; quod mox maritus irà percitus fieri decreuit; vxorem mergendam famolæ adducũt, ſed in nemore relinquunt, & pro eius lingua linguam canis Goloni attulerunt, vixit ipſa in ſolitudine, tandem inuenta à marito, à marito excipitur; aquáſque euaſit, quas eius pudicitia non meruerat.

57. Obſeruo & flumen pudicitiæ falsò accuſatæ fauiſſe, nam iuuenis quidam à matre de non commiſſo ſcelere accuſatus in flumen iudicis ſententiâ damnatus proiicitur, ſed liber euaſit, & mater percuſſa fulmine interiit. Petrus de Natalibus rem his verbis narrat lib.1.cap.8. *Dum iuuenis Chriſtianus, & pulcherrimus à matre laſciua de crimine nefando attentatus fuiſſet: ille flagitium execraretur: mater in iuuenem crimen retorſit, & eum Iudici accuſauit, qui dum Andream Apoſtolum in ſuum patrocinium aduocaſſet, Iudex iratus puerum in ſaccum pice linitum iuſſit mitti &* IN FLVMINE *iactari, ſed orante Apoſtolo mulier à fulmine percuſſa interiit, iuuenisque mortem euaſit.* Vides, quàm vtile Sanctorum patrocinium ſit; iuuenis iſte in aquis non periit, nec libidinis fluctibus abſorbetur, quia in vtriſque aquis Beatus iſte Apoſtolus manum ei porrexit, ne periret.

Innocens pudicitia à flumine eximitur. Petr. Natal.

Ex ſuæ igitur ciſternæ aquis quilibet bibat, vxorem propriam cognoſcat, non alienam, ne aquis pereat, mulier itidem puras coniugij aquas adulterio ne polluat, ne in aquis pereat. Narbonenſis quidam vir vxoris propter impudicitiam ſuſpectæ è medio tollendæ tale iniit conſilium. Mulum triduanâ ſiti excruciatum ſummo manè rus profecturus, ruſticationis prætextu vxori ſubiecit. Salit mulier ſitibundum animal rei neſcia, vbi ad Rhodanum ventum eſt, mulus concitato curſu in flumen ſeſe præcipitem dedit, ſimúlque & ſuam, & Domini ſui in adultera coniuge punienda ſitim extinxit; quæ nuptiales aquas turpiter adulterij crimine collutulauit, in aquis pœnas luit.

Adultera in flumen acta. Lud. Guicciard.

Alius ſponte hanc pœnam ſubiit, & quia ex alieno fonte bibere non potuit, in amnem ſe præcipitem dedit. Plutarchus in Theſeo rem habet: Soloon Athenienſis miles Theſei vxorem Antiopam Amazonem deperibat. Eam per internuncium alloquutus, cùm repulſam tuliſſet, in amnem ſe præcipitauit in Ponto, qui ab eius nomine Soloon dictus eſt. Aquas expetiuit alienas, & in aquas ſe proiecit, ſed nocentiores quæ ex aliena vxore bibeotur, quàm illæ, quarum fluctibus quis obruitur.

In flumen ſe proiecit, qui alienas biberat aquas. Plut.

De adulterio, & adultero ſub aquæ, ac naufragij metaphora loquutus eſt etiam Valerius Maximus lib.8.cap.1. dum ait: *Callidius Bononienſis in cubiculo mariti nocte deprehenſus, cùm ob id cauſam adulterij diceret inter maximos, & grauiſſimos* INFAMIÆ FLVCTVS *emerſit tanquam fragmentum naufragij, leue admodum genus defenſionis amplexus*: nempe infamiæ fluctibus fertur, aut opprimitur, qui adulterij aquas impudicus impudicè bibit. 58.

Naufragium in adulterio. Val. Max.

Aliam mentem ebibe, hos ſcopulos fuge, hos fluctus, hæc breuia, hæc pericula, ſanctè coniugium cole, quod ſanctè iniiſti. Olim cùm ex torcularibus vinum haurirent, nec ea quidem reſpondere ſuperſtitiosè volebant, quæ vappam ſignificarent. Iuſtiùs, meliúſque in nuptiis fiat. Exſint omnia ea, quæ vappam ſapiunt, potúmque inficiunt, exſint omnia impura tum verba, tum res. Pulchrè ſanctus Chryſoſtomus in cap.4. ad Coloſſ. hom.12. vbi ſuperſtitionis ritum referens, ita eos perſtringit, qui nuptias ſcortationibus, & impudicitiis polluunt: *Quando aliquid quidem facitis etiam verbis tenus contraria omnia deprecamini, vt quando* VINVM HAVRIS *ex torcularibus, vt reſponderis quidem quæ* VAPPAM *ſignificant. Hic autem in nuptiis cùm ſit moderatio, & temperantia vappam introducitis hoc enim eſt ſcortatio.* Pergit & vnguenti ſimilitudine hoc idem habet: *Matrimonium*, inquit, *eſt vnguentum, cur cœni fœtorem inducis in compoſitionem vnguenti?*

Nec vappam nominabant qui ex torcularibus hauriebant vinum. S.Chryſ.

Res ad nuptias transfertur.

59. Porrò, quia de adulteris, & inceſtis aquis agimus, obſeruo Iordanis aquas mulierem adulteram inſuper & infanticidam diuinitùs fugiſſe; rem his verbis narrat B.Gregorius Turonenſis lib.1. de gloria Martyrum cap.88. *Mulier* ADVLTERA *ab Iericho Ciuitate, cuius hæc erat conſuetudo teterrima, vt quoties à ſcorto concipiens partum condidiſſet, ſtatim ſuffocatum terra reconderet, vt ſcilicet fieret occultum hominibus, quod Deum, & eius Angelos non latebat. Ilicet cùm dies ſanctus Epiphaniorum aduenißet, & omnes in Iordanem deſcenderent abluere tam vulnera corporis, quàm animæ cicatrices, hæc cum reliquo populo ad littus acceſſit. Cúmque leuatis vſque ad geniculum veſtimentis, vt amnem ingrederetur (mirum dictu) fugit aqua ante pedes eius: illâ quoque inſequente, fluuius ad ripam aliam premebatur. Hæc videntes populi, mirati ſunt tale factum in die celeberrimo contigiſſe, cognoſcentéſque mulierem eſſe facinoroſam, interrogant quid mali fecerit, vt hæc ei in tali confrequentatione populi eueniſſent. At illa conuerſa ad populum crimen fatetur, dicens: Septem iam à me paruulos editos interfeci, quos de inceſtu concipiens, metui publicare: octaua* adhuc

Iordanis à qua mulierem adulteram diuinitùs eiicit: B.Greg.Tur.

Digitized by Google

adhuc die præterita ſugillaui. Rogo ergo vt fundatis pro me orationem ad Dominum quatenus remiſsâ iniquitate, peccare iam deſinam, ne me cœleſti ira conſumat. Hac eâ loquente, omnis populus proſtratus ad terram, precem fudit ad Dominum, vt miſericorditer ignoſceret, quod adminiculante ignauiâ deliquiſſet. Poſt orationem verò mulier extenſis per terram brachiis, ſpiritum exhalauit. Quod ob hoc contigiſſe reor, ne crimen indultum iteraretur vlteriùs. Cognouit autem populus delictum, cur aqua fluminis ante faciem mulieris receſſiſſent: Impletúmque eſt illud Salomonis prouerbium, quia ſpiritus Domini fugit fictum. Miraculum hoc ab ore Ioannis Diaconi factum ita cognoui: adſerebat enim ſe, tunc temporis fuiſſe præſentem.

Adultera naui fluctibus agitatæ ſimilis. S.Fulg. Naui fluctibus agitatæ adulteram mulierem comparat ſanctus Fulgentius ſerm. 9. ex his, qui nuper in lucem exierunt, ait quippe: *Adulteram deducebant. Adduxerunt multi vnam, ad vnius Domini indulgentiam. Trahite Iudæi, trahite, eiicite de iniquitate adulteram mulierem, liberate de fluctibus apertis* RIMATAM TABVLIS NAVEM. *Conſuluiſtis naui confractæ, nouit eam artifex Dominus compaginare, concludere, caſtigare, linire. Exſiccauit de illa humoroſam ſententiam, at vobis remanet conſcientia. Non bene voluiſtis malitia remos tenere contra miſeram nauem, ecce vos incipietis calumnia veſtra internis fluctibus laborare, & illa incipiet velis pudicitiæ nauigare.* Sed quia huc vecti ſumus, nonnulla, quæ alibi dicta, de adulterorum pœnis ſubiiciamus, vt huius criminis vitandi cauſa etiam ab hoc capite deſumatur.

60. *Adultera apud nonnullos tondetur, & vulneratur. Stat. Mut.* Adultera apud aliquos præter alias pœnas, quibus ſubiacet, tondetur, verberatúrque per Ciuitatem: in ſtatutis Mutinenſibus lib. 3. Rub. 57. hæc leguntur: *Si quis de cætero in Ciuitate Mut. vel diſtricta adulterium commiſerit cum nupta muliere, condemnetur in centum libris Mut. Mulier verò nupta, quæ commiſerit adulterium tondeatur, & verberetur per Ciuitatem Mutinæ, & amittat dotem, quæ dos perpetuò ſit mariti, & eius hæredum. Si verò quis commiſerit ſtuprum cum Virgine, condemnetur in centum lib. Mut. Si verò cum vidua, vel aliâ muliere honeſtè viuente, condemnetur in quinquaginta lib. Mut. Si verò cum famula, vel pediſſequa alicuius, vel alia muliere leuis vitæ, & conditionis, condemnetur in 10. lib. Mut. Et in prædictis caſibus aliquis vltra prædictas pœnas non poſſit condemnari, nec de prædictis poſſit niſi per accuſationem procedi. Si verò aliquid prædictorum maleficiorum commiſſum fuerit per vim, capite puniatur. Quicunque autem Monialem ſacratam, vel profeſſam carnaliter cognouerit, vel de Monaſterio extraxerit, capite puniatur. Et eâdem pœnâ puniatur ille, qui inceſtum commiſerit cum aliqua ſibi coniuncta vſque in quartum gradum incluſiuè computando gradum ſecundum ius Canonicum. Ille verò, qui ſodomiam commiſerit, tam agens, quam patiens, igne concremetur.*

Apud Saxones adultera vt puniretur. Ioan. Gerbr. Qui olim apud Saxones adultera puniretur, colligitur ex Epiſtola B. Bonifacij ad Anglorum Regem, quam Ioannes Gerbrandus refert in ſuo Chronico Belgico lib. 3. cap. 11. inter alia autem hæc habet: *In antiqua Saxonia, vbi nulla eſt Chriſti cognitio, ſi virgo in paterna domo, vel maritata ſub coniuge fuerit adulterata, manu propriâ ſtrangulatam cremare, & ſuper foſſam ſepulturæ corruptorem ſuſpendere: aut cingulo tenus veſtibus abſciſſis flagellant eam caſtæ matronæ, & cultellis pungunt, & de villa in villam miſſæ occurrunt nouæ flagellantes, donec interimant.*

Adulteram hac pœnâ puniuit Solon, vt ornari ei ampliùs non liceret, nec intrare publica templa, ne alias matronas inficeret ſua præſentia, quod ſi ſe ornauiſſet, cuique licebat eius veſtimenta diſcindere, ornatum diripere, quin & eam verberare, dummodo abſtinerent a mutilatione, & morte; *Adultera Solonis lege nec ornari ſiuebatur, nec publica ingredi templa. Æſchin.* Æſchines orat. in Timachum ita ſcribit: *Solon autem, legumlatorum celeberrimus, ſcripſit more antiquorum, & grauiter de diſciplina matronarum. Mulierem enim, in qua* ADVLTER DEPREHENSVS *fuerit, ornari non ſinit, nec in fana publica intrare; ne ſuo interuentu integras matronas corrumpat: quod ſi intrauerit aut ſeſe ornauerit, quemuis dilacerare eius veſtimenta, & ornatum diripere iubet, & eam verberare: hactenus tamen, ne vel occidat, vel mutilet, eo modo talem mulierem tali dignitate priuans, ac vitam ei morte acerbiorem reddens.*

Huc ſpectabat etiam Demoſthenes in Neæram: *In qua*, inquit, *muliere deprehenſus fuerit* ADVLTER, *ei in nullum templum populare licet ingredi, cùm in ea & peregrinis mulieribus, & ancillis, liberum aditum præbuerint leges, tum ſpectandi, tum ſupplicandi gratià: Solas iſtas mulieres ingreſſu publicorum fanorum leges prohibent, in quarum aliqua adulter fuerit deprehenſus, ſin ingreſſæ fuerint, contemptis legibus, impune quouis modo mutilari licere, vita modò parcatur: & mulctandi eas poteſtatem lex cuiuis obuio dedit.* Sed quia calamum hiſce lutulentis aquis iam commiſimus, ad alia quoque his, quæ diximus, affinia ferri ferendum eſt. Feratur igitur.

CAPVT XI.

De cœnoſis adulterij aquis quædam alia obſeruata.

Proles adulterina, *& legitimâ aquis diſcriminata.*

Aquæ adulterij *inſimulatam mirè liberant.*

באר *quid?* Adulteræ *nexus, & putei.*

Berſabeæ *nomen in Chriſti genealogia omiſſum ob commiſſum ab eâ adulterium.*

Mulierem in adulterio *deprehenſam cur defenderit Chriſtus?*

Apud AEgyptios quomodo adulteri *punirentur?*

Ferreæ catena collo adulteri *alligatæ.*

Apud Saxones fornicarij, *&* adulteri *vt puniti?*

Adulteri *deterrentur.*

Securi, vtriuſque adulteri *corpus conſciſſum.*

Vterque oculus adulteris *erutus.*

Adulteri *vt puniti apud alios, vt punita adulteræ.*

Adulteræ *mulieri templi ingreſſus interdictus.*

Molli lanâ coronati adulteri.

Miles quâ pœnâ punitus ob adulterium.

COGNATA adulteria fontibus, & fontes adulteriis ſuperiùs tetigimus, alia hic producenda, quibus firmetur adulteria cum aquis cohærere, ita tamen vt extra aquas excurrere nobis liceat, & alia de adulteris, &

adulte

adulterorum pœnis hîc vniuerſè implantare.

Proles adulterina, & legitimo aquis diſcriminata.
Iul. Imp.

Aquâ adulterium, fœtúmque adulterinum probatum apud antiquos inſolens non eſt, vt de Celtis conſtat, vt ſuperiùs monuimus, quò ſpectabat Iulianus Imperator epiſt. ad Max. phil. in hæc verba: *Nullam omnino Celtis* RHENVS *iniuriam facit, qui ſpurios infantes vndis abripit, tanquam impuri lecti vindex: quos autem ex puro ſemine ortos agnouit, in ſumma aqua ſuſpendit, matriſque trementis manibus reddit, & quaſi verum, incorruptúmque caſti, & laudabilis coniugij teſtimonium ſeruato infante perſoluit*; & Nonnius lib. 13. Dionyſ.

Nonn.

RHENVS *liber contra infantes armatur, tanquam index*
Et occultum partum diſcernens generationis,
Occidit prolem ADVLTERINAM.

Aqua adulterij inſimulatam mirè liberant.
B. Greg. Tur.

Furtiuas adulterij aquas illa non biberat, nec bibendas aliis exhibuerat, quæ à viro adulterij inſimulata, iuſſa aquis mergi, illæſa euaſit; digna res, quæ in omnium notitiam inſeratur. Beatus Gregorius Turonenſis lib. 1. Miraculorum cap. 70. his verbis eam offert: *O quantum innocentia præſtat! quantùm mens pura meretur? Nam diſſimili ſorte alia mulier à viro ſuo adulterij crimen accepit. Quod coram Iudice diutiſſimè denegans, cùm propriâ confeſſione ſuperari non poſſet, diiudicatur* IMMERGI. *Delihinc concurrente ad ſpectaculum populo, ad pontem ducitur amnis Ararici, connexóque cum fune lapide molari collo eius, præcipitauerunt eam in flumen, increpante deſuper viro, atque dicente*, ABLVE NVNC AQVIS *abundantibus fornicationes, immunditiáſque tuas, quibus ſæpe maculaſti ſtratum meum. Sed Domini pietas, quæ inſontes perire non patitur, prouidit ſtylum ſub aquis, quem videre homo non poterat: qui ſuſcipiens funem ſuſtinuit mulierem, ne ad fundum fluminis perueniret. Et erant vtraque ſub aquis, mulier ſcilicet, & petra ſtyli illius lance librata. Cúmque iam vel occubitum peteret, propinqui feminæ illius depoſcunt à Iudice, vt liceret per alueum torrentis cadauer parentis inquirere. Acceptâ itaque indulgentiâ, deſcenderunt ad locum, in quo præcipitatata fuerat mulier: Viderúntque eam pendere cum lapide, miſſóque vnco abſtraxerunt illam, intelligentéſque eſſe viuam, velociter ad Baſilicam, quæ erat flumini proxima, tranſtulerunt: timebant enim ne iterum mergi iuberetur à iudice. Interrogabant autem mulierem qualiter ſub pelago viuere potuiſſet, reſpondit: Non mihi aliter quàm ſomnium viſum eſt, nec ampliùs aquas ſenſi, niſi cùm in his proiecta deſcendi, aut ab his iterum ſum reſumpta ſurrexi. Et mirabantur omnes, non potuiſſe eam mori in tali diſcrimine. Saluauit enim eam propria conſcientiæ fides, & Dominus quem iugiter imprecata eſt. Deinde parentibus indulta, nec à viro, nec à Iudice eſt ampliùs inquiſita.*

באר *quid? Adultera nexus, & puteo.*

In diuinis Literis adulterio infamis Berſabea adeò cognata aquis fuit, vt vel nomine ipſo illas contineat, nam באר שבע poteus iuramenti, ſeu ſatietatis interpretatur, & באר *beer* de puteo dici, & de fonte notiſſimum eſt, vel in nudo mulieris nomine timere rex debuerat, nè illius aquis illegitimus, ac furtiuus mergeretur: Quid? quod captus eſt Dauid, cùm mulier ſe lauaret: abluebat ſè mulier, mulieris viſu, & amore
63. maculatus eſt Rex, & in ſcelus incidit, quod lachrymis poſtea eſſet eluendum.

Berſabeæ nomen in Chriſti genealogia omiſſum ob commiſſum ab ea adulterium.
B. Rab.

In Chriſti genealogia Berſabeæ nomen conſultò omiſſum aliqui putant, quod adulterio maritalem torum violauerit. B. Rabanus Maurus lib. * in Matth. cap. 1. ad illa verba: *David autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ*; hæc habet: *Quæritur cur tres reliquæ extraneæ mulieres nominibus propriis ſint poſitæ, cur ſola non nominetur* BARSABEE, *ſed hoc ſolùm dicatur, quod vxor fuerit Vriæ? igitur hoc ideo putatur factum, quia tres aliæ ſupraſcriptæ licet crimino ſæ fuerint, in partubus tamen filiorum, per quos currit genealogia, non ſolùm non culpari, ſed etiam laudari meruerunt. Hæc verò adulterio ſimul & homicidio perpetrato Dauidi Regi genuit filium, in tantum culpabili coniugio vt meritò in ſaluatoris genealogia videatur non nominata: nomen verò viri eius, id eſt, Vriæ quaſi iuſti hominis ponitur, vt ex hoc etiam ſceleris immanitas memoretur, dum vxoris causâ occiſus, in memoriam reuocatur.*

Mulierem in adulterio deprehenſam cur defenderis Chriſtus.
Ioan. 8. 3.
Oleaſt.

Quod ſi aliquis reponat, mulierem in adulterio deprehenſam ab accuſatorum violẽtia Chriſtum exemiſſe, Ioan. 8. v. 3. reſponderi poteſt, illam inuitè cognitam, & in loco, vbi non erat clamandi locus, & ſe ab impudicorum hominum vi ſubripiendi ſpes; ita Oleaſter in cap. 22. Deuter. *Et aduerte*, inquit, *aliquos voluiſſe adulteram illam, quæ Chriſto à Phariſæis delata eſt, fuiſſe ex huiuſmodi inuitè cognitis in agro, vbi non erat clamandi locus, quam lex quidem à morte abſoluebat.* Deinde non defendit crimen, defendit reſipiſcentem ſed quia hîc ſumus, alia de adulteris, adulterorúmq; pœnis ſubiiciamus, præter ea, quæ ſuperiùs dedimus.

Apud Ægyptios, vt tradit Diodorus Siculus 64.
lib. 1. Bibliothecæ, ſi quis ſine vi adulterauerat, virgis cædebatur ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur. Exiſtimabant enim mulierem ſeſe ad illicitam incontinentiam exornantem oportere eâ parte mutilari, quâ maximè facies exornatur, vt ibi pœna eſſet, vnde plerunque culpa naſci debet.

Apud Ægyptios quomodo adulteri puniren tur.
Diod. Sic.

Nonnullæ Gentes ferreis catenis collo adolteri ſaxa alligabant, vt omnibus ludibriis expoſitus ſolo terrore fragiliorem ſexum arceret à corruptela. Rem his verbis habet Olaus Magnus lib. 6. cap. 18. de Oſtrogothis: *In foro ſtabat ſtatua gigantæa, Turonis Longi nomine, ad cuius genua publicâ quæſtione corripiebantur malefactores, præcipuè* ADVLTARI, *licet raro reperti, qui inter brachia ſtatuæ connexa ferreis catenis ſaxa indicibili confuſione, ac aliis ludibriis in collo eleuata tenebant, maximè in terrorem fragilioris ſexus haud corrumpendi* Rariùs in hoc ſcelus homines incurrerent, ſi ſeuerè plecterentur.

Ferrea catena collo adulteri alligata.
Olaus Mag.

Apud Saxones fornicatores, & adulteri grauiter puniebantur; varia huius punitionis genera tangit Bonifacius in ea Epiſtola, quam ad Athelbaldum Regem Moricorum in Anglia ſcripſit, eum à ſceleſtiſſimâ vitâ quam ducebat, abducere, & ad meliorem frugem reuocare ſtudens; dabo eius verba, quia digna ſunt, quæ hîc ad aliorum cautionem inſerantur, poſt multa enim quæ dixerat, ſic Regem alloquitur: *Propterea obſecramus, & conteſtamur, fili chariſſime, clementiam tuam per Chriſtum Filium Dei, & per aduentum eius, & regnum ipſius, vt ſi hoc verum ſit, quod in iſto ſcelere verſaris, & vitam tuam pœnitendo corrigas, & purificando emendes, & memoreris, quia indecens eſſe comprobatur, vt imaginem Dei, quæ in te creata eſt, per luxuriam in imaginem, & ſimilitudinem maligni Diaboli conuertas.* Poſt hæc etiam Paganorum ritibus Regem coërcet: Pergit: *Ipſi Pagani verum Deum ignorantes, naturaliter quæ legis ſunt, & quod ab initio Deus conſtituit, cuſtodiunt in hac re, quia propriis vxoribus fœdera ſeruantes, fornicatores, & adulteros puniunt. Nam in antiqua Saxonia ſi Virgo paternam domum cum adulterio maculauerit, vel ſi*

Apud Saxones fornicarij, & adulteri vt puniti.
Bonif.

mulier

Adulteri deterrentur.

mulier maritata fracto fœdere matrimonij adulterium perpetrauerit, aliquando cogunt eam propriâ manu per laqueum ſuſpenſam vitam finire, & ſuper buſtum illius incenſæ, & concrematæ corruptorem eius ſuſpendunt, aliquando congregato exercitu fœmineo flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt virgis cadentes, & veſtimenta eius abſcindentes iuxta cingulum, & cultellis ſuis totum corpus eius ſecantes, & pungentes minutis vulneribus cruentatam, & laceratam de villa ad villam mittunt, & occurrunt ſemper nouæ flagellationes zelo pudicitiæ adductæ, vſqueque eam aut mortuam, aut vix viuam derelinquant, vt cæteræ timorem adulterandi, & luxuriandi habeant. His, & aliis à fœdo luxuriæ ſcelere, quo infamis Rex erat, Regem deterret Bonifacius, quæ vtinam omnium Regum, Principúmque virorum mentibus inſiderent, ne regiam dignitatem libidinis cœno macularent.

65. *Securi, vtriuſque adulteri corpus conſciſſum.* Heracl.

Teredius quidam Rex legem tulit in adulteros, vt vtriuſqoe corpus ſecuri conciderctur, huiúſque legis exemplum in filium edidit, proinde in numiſmate iuſſit inſculpi alterâ in parte ſecurim, alterâ duos vultus ex eadem ceruice prominentes. Ita Heraclides in lib. de Politiis, & Stephanus de Vrbibus.

Vterque oculus adulteris erutus. Ælian.

* Zaleucus Locrenſium legiſlator ſanciuit, vt adulteris vterque oculus erueretur. Cúmque eius filius fuiſſet in adulterio comprehenſus, & tota Ciuitas in patris honorem pœnam remitteret, aliquandiu repugnauit, tandem precibus victus, ſuo prius, deinde filij oculo erutis debitum ſupplicij modum legi reddidit, admirabili æquitatis temperamento, ſeſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem partitus: ſic refert Valerius Maximus, & Ælianus lib. 13. variæ Hiſt.

Adulteri vt puniri apud alios, vt punita adultera. Heracl.

Leprei populi deprehenſos in adulterio per triduum vinctos circa ciuitatem ducebant, mox toto vitæ tempore contemptibiles, & infames habebant; Adulteræ verò diebus vndecim in foro ſtare diſcinctæ cogebantur, tunicâ perlucidâ circumveſtitæ, deinde hac infamia notatæ dimittebantur, vt tradit Heraclides libro, quem citauimus de Politiis.

66. *Adulteræ mulieri templi ingreſſus interdictus.* Demoſth.

Apud Athenienſes adulteræ mulieri templorum ingreſſus interdicebatur, quod ſi ingreſſa contra legem fuiſſet, exiens quælibet à quolibet obuio pati poterat præter mortem, vt ſcilicet diutius in ignominia viueret: ita ſcribit Demoſthenes in oratione aduerſus Neæram.

Molli lanâ coronati adulteri. Ælian.

A Cortinenſibus, vt ait Ælianus lib. 12. variæ Hiſt. adulteri molli lanâ coronabantur, atque ita ad magiſtratus per ciuitatem traducebantur, vt illis mores molliſſimos exprobrarent.

Miles quâ pœnâ punitus ob adulterium. Vopiſc.

Vopiſcus de Aureliano hæc habet: *Solus denique omnium militem, qui* ADVLTERIVM *cum hoſpitis vxore commiſerat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, eaſdémque ſubitò dimitteret, vt ſciſſus ille vtrinque penderet: quæ res ingentem timorem omnibus fecit.* Qui ſuæ ſaluti, quin & famæ conſultum vult, fæculentas adulterij aquas vitabit, vxoriis contentus, ſi maritus; & puris caſtimoniæ fluentis, & pudicitiæ, ſi à coniugio liber; Nubere Deo qui cupit repudium offerat impudicitiæ.

Ex his, & aliis, quæ afferre hîc poſſemus, ſatis liquet eſſe admodum graue adulterij crimen, vt iure in hanc ſententiam afferre liceat illud Euphronis apud Stobæum ſermone ſexto:

Οὐκ ἔςι μοιχοῦ μεῖζον οὐδ᾽ ἓν κακὸν, id eſt: *Non eſt adultero maius vllum malum.*

CAPVT XII.

Aqua de Idololatria dicitur, quæ fornicatio quædam eſt, quoddam adulterium.

Idolorum cultores adulteris *comparati.*
Mœchandi *verbum ad idololatriam tranſlatum.*
Meretrix *idolorum cultrix.*
In collibus, *& ſub* arboribus *Dij culti.*
Adulterium *de idolorum cultu.*
Aquarum nomine idololatria *ſignificata.*
Aqua ſolitudinis idololatria.
Ciſternæ confractæ Idola *dicta.*
Falſorum Deorum cultus *diſſipatæ ciſternæ comparatus.*
Idola *ciſternis, & lacubus detritis cur comparata?*
Sitis *de idolorum cultu.*
Bibendi *verbum ad idololatriam tranſlatum.*
Calix *veneno plenus, poëta venenum idololatriæ commiſcens.*
Idololatriæ, *&* adulterij *collatio.*

FREQVENS in ſacris Literis eſt, vt idolorum cultores adulteris comparentur; & idololatria, fornicatio, ſeu adulterium dicatur; idolorum enim adoratores relicto veri Dei connubio Diis tanquam mœchi adhærent, & cum mutis ſimulachris fornicantur: hinc illud Pſalm. 105. v. 38. *Et fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis*, id eſt idola, quæ nihil aliud ſunt, quàm commentitia eorum cogitata, ſtultè coluerunt. Et Iud. 2. v. 17. *Et fornicantes cum Diis*, & v. 33. *Et fornicati ſunt in Baalim.* Ezech. cap 23. v. 37. *Cum Idolis ſuis fornicatæ ſunt.* Ieremiæ cap. 3. verſ. 2. *Polluiſti terram in fornicationibus tuis.* Chaldæus ſenſum expreſſit dum legit: *Ream feciſti terram in idolis tuis.* Eodem ſenſu etiam mœchandi verbum vſurpatur Ieremiæ cap. 3. verſ. 9. *Mœchata eſt cum lapide*, hoc eſt, idolum lapideum coluiſti relicto veri ſponſi, veríque numinis toro. Sub ligno tanquam meretrix proſterni, eſt Deorum ſimulachra venerari. Ieremiæ cap. 2. verſ. 20. *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.* Idola ſcilicet colens, eligens ea loca, quæ tibi religioſiora, & opportuniora viſa ſunt, nam antiqui moris erat, vt celſioribus in locis, & in lucis, ac ſub frondoſis arboribus ſacra idolis facerent, vt colligitur ex libro Deuteron. cap. 12. verſ. 2. & ex lib. 2. Reg. cap. 14. verſ. 13. Item ex lib. 4. Reg. c. 16. v. 4. aliiſque locis. Hunc ſenſum

67. *Idolorũ cultores adulteris comparati.*
Pſal. 105 38.
Iud. 2. 17.
Ezech. 23. 37.
Mœchandi verbum ad idololatriam tranſlatum.
Ier. 3. 9.
Meretrix idolorum cultrix.
Ier. 2. 20.
Chald.

firmat Chaldaïca paraphraſis, quæ ſic ſe habet: *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu colebas idola.*

In collibus & ſub arboribus Dij culti.
S. Cyr. Alex.

In quibus verbis habes & in collibus Deos cultos, ſubque arboribus id præcipuè præſtitiſſe; vtrumque olim in vſu, quin in abuſu, quod crederent hoc Diis ſuis gratum; inſerenda hic verba ſancti Cyrilli Alexandrini in cap. 4. Oſeæ; vbi hæc habet, ad huius praui ritus lucem omnibus tenebris obſcuriotis: *Sacrificabant enim colles, & montes conſcendentes, & terrenis celſitudinibus dæmones ſub terram detruſos venerantes. Deinde aris ſub quercu, & populo excitatis operabantur nymphis, forſitan Hamadryadibus ſecundum figmenta Græcorum honorem iſtum ſacrantes. Scribunt enim illorum Poëtæ præcipui & ſtirpes, & ligna amari ab impuris dæmonibus, quæ ipſis neſcio quo modo Nymphas nominare complacuit.*

Adulterium de idolorum cultu.
Oſee 2. 2.
Chald.

Etiam adulterij nomine idolorum cultus ſignificatur, Oſeæ 2. v. 2. *Auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum.* Chaldæus ad noſtram mentem: *Auferat opera ſua mala à conſpectu cultus ſui, & cultum idolorum ſuorum de medio ciuitatis ſuæ.* Ex qua lectione conſtat per adulteria idolorum cultum intelligi.

68. Cùm igitur fornicatio & adulterium tantam cognationem cum idolis, idolorúmque cultu habeant, vt ex productis ſacræ Scripturę locis colligimus, hinc factum eſt, vt ſicut aqua de adulterio, meretriciòque opere, & vniuerſe de fornicatione, atque luxuria honeſtè dicatur, eâdémque quoque metaphorâ in Idololatria circumſcribenda vſurpetur, quod frequens in diuinis Literis eſt, vt ex locis, quæ hic aperiemus, & explicabimus apparebit, nam ex his, quæ de ſiti, bibendi notione, de aquis, fluminibus, ac mari diximus, loca multa aliàs ſubobſcura ſuâ luce veſtiemus, & exornabimus.

Aquarũ nomine idololatria ſignificata.
Agell.

In primis aquarum nomine idololatriam ſignificatam non eſt quod ambigamus: hac metaphorâ vſus eſt Græcus quidam auctor apud Agellium in titulo Pſal. 119. Explicans quænam ſint cantica graduum: ſiue aſcenſiones, ſic enim ait: τοῦτο ὠνόμασται ὅτι ὥσπερ ἐξ ὑδάτων οὕτως ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας καὶ τῶν ἔργων αὐτῆς ἄρχονται οἱ ἐπιστρέφοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ τῶν ἀναβαθμῶν ἐξομολογεῖσθαι: id eſt, *Aſcenſiones ideò dicti ſunt, quod tanquam ex* AQVIS *ſic ab* IDOLOLATRIA, *& eius operibus qui conuertuntur, incipiunt à primo Pſalmo graduum confiteri.*

Aquæ ſolitudinis idololatria.
Ier. 2. 24.
LXX.
S. Chryſ.

Hinc intelligemus, quid ſint aquæ ſolitudinis apud LXX. qui locum illum Ieremiæ cap. 2. v. 24. *Onager aſſuetus in ſolitudine in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui*, ſic verterunt: *Vias ſuas dilatauit ſuper aquas ſolitudinis; in deſideriis animæ ſuæ ſpiritu portabatur:* Per aquas autem ſolitudinis non aliud opinor ſignificarunt, quàm idola, idolorúmque cultum; ſubſignat huic ſenſui etiam ſanctus Chryſoſtomus hic in catena, quam nouiſſimè edidit Ghiſlerius noſter, ſic enim ſcribit, verba hæc exponens: ὕδατα ἐρήμου τί φησί; τὴν ἀσέβειαν, τὴν εἰδωλολατρείαν, id eſt AQVAS SOLITVDINIS *quid vocat? Impietatem, & idololatriam.* Ita ſanctus Chryſoſtomus.

69.
Ciſternæ confractæ idola dicta.
Ier. 2. 13.

Ex his obuium erit & verba exponere, quæ ſunt apud eundem Ieremiam cap. 2. v. 13. vbi ita Deus conqueritur: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*; hoc eſt, veri Dei cultum reliquerunt, & ad Idola colenda confugerunt ciſternas diſſipatas falſorum numinum puriſſimo veri numinis cultui, ac fonti impiè, ac ſtultè præferentes. Chaldaica paraphraſis ſic hunc ſenſum præfert, dum vertit: *Cultum meum reliquit* (populus meus) *cuius causâ adducebantur ſuper eos bona, ſicut* FONTEM *aquarum; qui non deficit, & errauerunt poſt* IDOLA, *quæ ſunt quaſi* CISTERNÆ *confractæ, quæ non poſſunt continere aquas*; ſic illa. Vbi vides Dei dona, ac beneficia fonti, qui non deficit, comparari, cùm bona quæ aliundè ſunt, facilè ſiccentur, & deficiant; Iuxta Vulgatam lectionem Deus ſe fonti comparat, iuxta Chaldaïcæ paraphraſis verſionem bona quæ à Deo, nunquam deficienti fonti comparantur, vt ita colligeremus illa bona hoc nomen non mereri, quæ ſine Deo ſunt, aut à Deo, Deíque amore nos auocant. Chald.

Per fontem Dei cognitio intelligi hic quoque poteſt, per ciſternas diſſipatas falſus ſimulachrorum cultus: quò ſpectauit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 1. Glaphyrorum in Geneſim in hæc verba: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis, & foderunt ſibi* CISTERNAS *diſſipatas, quæ aquas continere nequeunt. Námque cultus iſte falſus eſt quaſi ciſterna rupta, vt ex qua nemo poteſt haurire illud verbum viuificum, ſed ſincera Dei cognitio re vera eſt fons vitæ.* Sic ille.

Falſorum Deorum cultus diſſipatæ ciſternæ comparatus.
S. Cyr. Alex.

Idola qui ciſternis comparant, lacubúſque detritis, ita ex Ieremiæ mente, verbiſque explicabat ſanctus Optatus Mileuit. lib. 4. *Illud, quod in Ieremia Propheta te legiſſe commemoraſti, exhorruiſſe cælum, quod duo maligna populus Dei fecerit, vt derelinquerent fontem aquæ viuæ, & foderent ſibi lacus detritos, qui non poſſent aquam continere. Legiſti quidem ſed vt ſe res habet, intelligere noluiſti: ſtudio criminandi ad conuitium Catholicorum cuncta componens, multum ad arbitrium tuum declinare conatus es. Si enim putas per Prophetam ſic dicta eſſe omnia, vt ad tempora noſtra pertineant: excuſa tu Iudæos, de quibus hæc dicta eſſe conſtat, qui dimiſerunt Deum viuum, Deum verum, Deum, qui illis beneficia præſtitit. Et fecerint ſibi Idola, hoc eſt, lacus detritos, qui non poſſunt aquam continere ideò perennis maieſtas exundat. Sicut in fontem aqua largiter defluentibus venis exuberat. Idola verò ſi non fiant non ſunt, &* LACVS *niſi fodiatur, ſinus capaces habere non poteſt. Lacus ſine arte, & ferramentis cauari non poteſt: nec Idolum ſine artifice fieri poteſt: In Idolis virtus naturalis nulla eſt, ſed hominum errore adiungitur, & applicatur, æſtimatur in Idolo virtus, quæ illic nata non eſt: lacus eſt arte detritus, cuius fabrica vitiata eſt, aquam ne habeat, & acceptam continere non poſſit: Sic Idolum nec de ſe eſt aliquid, & dum colitur nihil eſt. Hoc eſt quod dicit Deus, duo mala feciſſe populum ſuum, quia ſe reliquerat fontem aquæ viuæ, & defoſſos, & detritos ſibi fecerat lacus. Etenim Iudæorum populus deſeruerit veram* AQVAM; *non nouerat maieſtatem Dei, & Idolorum inquinatam ſecutus fuerat religionem.* 70.

Idola ciſternis, & lacubus detritis cur comparata.
Optat. Mil.

Porrò ſicut aquæ de Idololatria dicuntur, ita & ſitiendi verbum huc eâdem metaphorâ traductum reperio, vix enim alium ſenſum admittunt hæc Ieremiæ verba cap. 2. v. 25. *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur ſuum à ſiti*; pedum nuditatis, ac gutturis nomine obſcœnum neſcio

Sitis de Idolorum cultu.
Ier. 2. 25.

neſcio quid ſignificat, & Idololatriæ obſcœnitates honeſto verborum tegumento aperit, ſed ſignate id ſitis nomine facit, idolorum cultum intelligens: fauet Chaldaica paraphraſis quæ ſic ſe habet: *Os tuum ne colat idola*, vt per ſitim ſimulachrorum cultum ſignificet, quod placuit etiam ſancto Chryſoſtomo, qui in catena Græca in Ieremiæ cap. 2. ita ſcribit: *Nunc eam adhortatur, ne in* IDOLORVM *cultu laboret eundo ad montes, ne inani eorum deſiderio teneatur, hoc enim ſibi vult guttur tuum à* SITI; Lethalis hæc ſitis eſt, lethalis potus.

Chald.
S Chryſ.

71. Etiam bibendi verbum ad idololatriam ſignificandam tranſlatum eſt, Ierem. 2. v. 18. *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?* ac ſi diceret: quid eſt, quod idololatriæ Ægyptiacæ ſtudio tenearis, & eum Diis Ægypti impiè fornicceris, relictis puris veri numinis aquis, quas eius cultores ebibunt, iiſque viuificantur?

Bibendi verbum ad idololatriam tranſlatum.
Ier. 2. 15.

Tandem & calix veneno plenus artem ſignificat, quæ idolorum cultum docet. Origenes in catena Græca in cap. 51. Ieremiæ ita loquitur: *Omnis Poëta excellens calicem aureum comparauit, venenum immiſcens idololatriæ.*

Calix veneno plenus Poëta venenum idololatria commiſcenti.
Orig.

Idololatriam, & adulterium ita inter ſe conferebat ſanctus Chryſoſtomus, vt hoc crimen illo quodammodò maius videatur, idque ſic ex Pauli verbis & Chriſti, colligebat homil. 62. in Ioannem: *Hoc adeò apud Deum ſceleſtum videtur, vt ſi vxor ab idololatra viro, ipſo nolente diſcedat, puniatur, ſi ab adultero, minimè. Conſidera ergo huius morbi malitiam: nam ſi qua fidelis, inquit, habet virum infidelem, & ipſe conſentit habitare cum illa, non dimittat ipſum. De fornicatione autem. Si quis dimiſerit vxorem ſuam præter rationem fornicationis, facit ipſam mœchari.* Sed ad impuras vitandáſque meretricias aquas redeamus, quæ huc nos duxerunt, ita nos ab illis abducere omnes curabimus.

Idololatriæ ac adulterij collatio.
S. Chryſ.

CAPVT XIII.

Aquæ meretriciæ, meretriciæ ciſternæ, meretricium mare.

Ciſternæ *meretricum ſine pudicitiæ aqua.*
Lupæ *meretrices dictæ.*
Lupo, *&* leænæ *par mala mulier.*
Meretrix in mundo ſentinam *nauis refert, &* cloacam.
Impuras muliebres aquas *impurus petit.*
Imbre aureo *ſtuprum ſignificatum.*
Aliena aqua, *illicita voluptas.*
Ex fonte alieno *bibit, qui ſenſus delectationes amat.*
Aquâ *meretrices vtebantur.*
A meretricio complexu ad balneas *olim ibant.*
Clepſydris *meretrices vtebantur, vt horas multis diuiderent.*
Dies pleraque amatoribus *diuidunt.*
In modum fluuij *rapidè feruntur. meretrices.*
Amatorum ſuorum opes tanquam rapidi fluuij *rapiunt meretrices.*
Nouarini Nuptiales Aquæ.
Mari *meretrices comparatæ, quia omnia abſorbent.*
Suorum amatorum ſugunt *opes, & ſanguinem impuræ mulieres, tanquam hedera.*
Amantium cenſus expiſcantur *meretrices.*
Lucra *non* amatores *amant meretrices.*
Meretrix tanquam malorum omnium fons *reiicienda.*
Venus luxuriæ mater ex mari *orta.*
Meretrix magna ſuper aquas *multas ſedens cur dicta?*

HONESTÈ non minùs quàm eleganter aquis meretricium opus ſignificatur, & ciſternarum nomine meretrices circumſcribuntur. Sancti Hieronymi verba ſunt: *Bibat de* FONTIBVS *ſuis, & non quærat ciſternas luparum diſſipatas, quæ puriſſimas aquas pudicitiæ continere non poſſunt.* Sic ille epiſt. 12. ad Gaudentium, de infantulæ educat. Per lupas meretrices intelligi, notius eſt quàm vt opus ſit hîc pluribus probari. Ariſtenetus epiſt. 18. *Mulier nomine Thelxinoe, pudicam ſimulata, veſtem ſuper oculos adducens, ſenſimque inde reſpiciens, malis artibus illectabat improuidam iuuentutem: præferebat quippe* LVPA *feriſſima manſuetiſſima ſpeciem canis*; lupæ autem dicuntur à rapacitate, & voracitate. Sanctus Chryſoſtomus hom. 44. in Geneſim, lupum Ægyptiam mulierem vocat, quæ Ioſepho inſidias ſtruxerat, imò & leænam; hæc huius ſancti Patris verba ſunt: *Licebat videre rem nouam, & admirabilem, agnum in* LVPI, *imò* LEÆNÆ *vngues incidiſſe, & ſaluari potuiſſe. Et ſicut columba aquilæ damnum effugit, ita & iuſtus ab illius manibus euaſit.* 72.

Ciſterna meretricum ſine pudicitia aqua.
S. Hier.
Lupa meretrices dictæ.
Ariſt.
Lupo, & leæna par mala mulier.
S. Chryſ.

Meretrix aquis impuris, & malè olentibus referta eſt, vt ſentinam referat, & cloacam; huc ſpectabat etiam ſanctus Thomas opuſc. de regimine principum lib. 4. cap. 14. vbi ait: *Hoc facit meretrix in mundo, quod* SENTINA *in mari, quod* CLOACA *in palatio; tolle cloacam, & replebis fœtore palatium, & ſimiliter de ſentina: tolle meretrices de mundo, & replebis ipſum ſodomia:* in hoc ſolo bonæ, quod maius malum ſuo malo tollunt.

Meretrix in mundo ſentinam nauis refert, & cloacam.
S. Thom.

Muliebres aquas petebat ille qui dicebat: (Philoſtrati verba ſunt in epiſtola ad mulierem:) *Neque fons ait, Ne* BIBAS; *neque pomum, ne capias; neque pratum, ne accedas; ſequere mulier tu etiam leges, &* SITIM *viatoris æſtuantis ſeda, quem tuum ſydus perdidit.* 73.

Impuras muliebres aquas impurus petit.
Philoſt.

Per imbrem, decidentémque è cœlo aquam impurum neſcio quid video ſignificatum: Veteres Poëtarum fabulæ imbrem aureum, & in eo ſtuprum Iouis finxerunt; quò ſpectabat Terentius in Eunucho, vbi rem appoſitiſſimè deſcribit, vt videre apud ipſum eſt: in re decantatiſſima, & in poëticis caſtris notiſſimâ diu non moror, ad noſtros flecto, ad ſacra me conuerto.

Imbre aureo ſtuprũ ſignificatum.
Terent.

Etiam Salomon de meretricibus loquẽs aquarum metaphorâ vtitur, nam Prouerb. 9. v. 19. iuxta lectionem LXX. in vulgatis enim codicibus verba hæc deſiderantur, ita monet: *Reſili, ne moreris in loco, neque iniicias verbum tuum ad eam, ita enim tranſibis ad aquam alienam*; hoc eſt illicitis voluptatibus frui voles, ſi procacem mulierem ſpectes. Qui per anguſtum pontem tranſeunt, ne labens aqua caput tentet, & decidant, auertunt

Aliena aqua, illicita voluptas.
Prou. 9.
LXX.

tunt oculos; idem hîc fiat, & maiori cautione, quia maius ab his muliebribus fluentis nobis periculum imminet.

74. *Ex fonte alieno bibit. qui ſenſus delectationis amat.* Clem. Alex.

Alienas aquas non bibit, & ab alieno fonte abſtinet iuxta Clementis Alexandrini mentem, qui delectationis fluentum vitat; ſic ille ſcribit 3. Pædag. cap. 2. ad Salomonis verba ex LXX. lectione ſpectans: *Ab aliena*, inquit, AQVA ABSTINE, *& ex* FONTE ALIENO *ne biberis, titillantis ſenſus delectationis fluentum nos vitare admonens*: quod in illis maximè voluptatibus præſtandum, quæ contra pudicitiam pugnant, puritatem auferunt, in ſanctimoniam arietant.

Aquâ meretrices vtebantur. Lamprid.

Iure aqua de meretricibus, meretricióq; opere dicatur, quum luxuria hîc fluat, & ſuos vndis ſepeliat, ſed aliâ etiam ratione aquæ nomen hîc conueniat, quia ſcilicet verè aquâ meretrices vtebantur, vnde & Lenoneam miniſtri gerebant, quod ſignificat Lampridius in Commodo Anto. *Auriga*, inquit, *habitu currus rexit, gladiatoribus conuixit*, AQVAM *geſſit, vt lenonum miniſter.*

A meretricio complexu ad balnea olim ibant. S Chryſ.

Et non olim in vſu, vt ſtatim à meretricio complexu ad balnea irent tanquam immundi? ex quo ritu luxuriæ fœditatem colligit in hunc modum ſanctus Chryſoſtomus in Epiſt. 1. ad Cor. cap. 6. hom. 18. *Ab auaritia quidem, fraude, & rapina non curarit quiſquam* IRE IN BALNEVM, *ſed citra vllum diſcrimen redit domum. A concubitu autem cum meretrice, tanquam totus effectus immundus venit ad lauandum. Ita turpiorem quandam exiſtimationem ex hoc peccato habet conſcientia.* Sed maior eſt luxuriæ fœditas, & altiùs hæret, quàm vt aquis valeat abſtergi, niſi ſint oculorum.

75. *Clepſydris meretrices vtebantur vt horas multis diuiderent.* Athen.

Etiam dum Veneri indulgerent, aquâ vtebantur vt tempus metirentur. Metyche meretricula ad Clepſydram neſario vacabat operi, vnde & Clepſydra dicta eſt, quod habet Athenæus lib. 13. cap. 8. Sed cur, inquies, id factum: An quia horas adulteris corpus ſuum proſtituentes mulieres diuidebant? Scio id factum, neque enim perdita hæc libidinis mancipia vni tantùm locare ſuum corpus volebant, cupiebant pluribus. adeò vti tempus ſingulis diuidere neceſſe fuerit, horas autem clepſydris olim metiebantur. Audi

Seneca.

Senecam, cuius hæc ſunt verba lib. 3. de beneficiis, cap. 16. *Quam inuenies tam miſeram, tam ſordidam, vt illi ſatis ſit vnum adulterorum par? niſi ſingulis* DIVISIT HORAS, *& non ſufficit dies omnibus? niſi ad alium geſtata eſt, apud alium manſit?*

Dies plereq; amatoribus diuidunt.

Quem morem vtinam noſtrum hoc ſeculum ignoraret; auditum nobis eſt, has prodigioſæ luxuriæ fœminas amaſiis ſuis dies diuidere, vt multorum ſaluti obeſſe poſſint, & eorum opes exhaurire, non ſatis illis cum vno perire, niſi cum multis infeliciùs pereant.

76. *In modum fluuij rapidè feruntur meretrices.* Plaut.

Meretrices aquis comparat etiam Plautus, aitque ad modum fluuij rapidè ferri, & amatorum ſuorum fortunas ſecum rapere. Sic autem habet in Bacchid. vbi Piſtoclerus in meretrices incidens ait:

Rapidus FLVVIVS *eſt hic, non hac temerè tranſiri poteſt.*

Cui Bacchides:

Atque Ecaſtor apud hunc FLVVIVM *aliquid perdendum eſt tibi, manum da, & ſequere.*

Amatorum ſuorum opes tanquam rapidi fluuii rapiunt meretrices. Idem.

Sed elegantior eſt maris ſimilitudo, quam exhibet in Truculento, vbi Geta ſeruus aliquid de mercede meretricis decerpere volens, quam per ipſum Pynarchus Dominus mittebat, opes, quibus herus affluebat, ritu fluminis in mare aquas exonerantis, & euomentis in meretrices ipſum erogare affirmat his verbis:

Nam hoc aſſimile eſt, quaſi ex FLVVIO, *qui* AQVAM *deriuat ſibi,*
Niſi deriuetur enim, omnis ea AQVA *abit in mare.*

Vbi auferre aliquid de mercede cogitat, ne in mare in riuos non ducta abiret tota.

Deinde meretricem cum mari feſtiuè componit, dum ſubdit:

Mari meretrices comparata, quia omnia abſorbent. Idem.

Meretricem ergo item eſſe reor, MARE VT EST, *quod des deuorat, nec vnquam*
Abundat. At hoc ſaltem ſeruatum tibi æſtuat: Eccum apparet? huic des
Quamuis multis, nuſquam apparet, neque datori, neque acceptrici.

O verè, ô pulchrè! Et tam fatui, delirique mortales, vt in ſæuientia hæc maria ſubſtantias ſuas euomant, exitium ſuum, animæque mortem ſuis ſumptibus ementes?

Eandem ſimilitudinem idem auctor verſat in Aſin. Act. 1. Scen. 2. meretrices mari omnia abſorbenti conferens, ſic enim eas alloquitur:

MARE HAVD EST MARE, VOS MARE ACERRIMVM,
Nam in mari repperi, hîc elaui bonis.

Omnia quippe inſatiabiles abſorbent, nihil euomituræ.

Sugunt opes, ſugunt ſanguinem hederæ pares; ſcitè Poëta ille: 77.

Suorū amatorum ſugunt opes, & ſanguinem impura mulieres tanquam hedera.

Enecat amplexu ſerpens hedera, arboris alta
Quo ſuſtinetur, ſtipitem.
Sic & amica procax, HEDERÂ *formoſior albâ,*
Lentis adhærens brachiis.
Quem ſemel amplexa eſt, laſciuo occidit amore,
SVGENS OPES, *& ſanguinem.*

Amantium cenſus expiſcatur meretrices. Coſtal.

Sitit cultoris ſui opes meretrix, eáſque modis omnibus expiſcatur; Peritè Coſtalius meretricum ſectatores premens:

IMBIBIT *humorem lethali noxia morſu*
Dipſas, & in venas frigida virus agit.
Paulatimque ſitim miſeros effundit in artus,
Et ſicca indignis conficit oſſa modis.
Inſani meretrix cenſum EXPISCATVR *amantis,*
Poſcit & accenſa pignus amicitia.
Captique propoſitis retinet præcordia philtris
Huius, & immemorem non ſinit eſſe ſui.

Lucra, non amatores amant meretrices. Vet. dict.

Meretrix marſupium viris præfert, lucra amat, non amatores; ſcitè in ſententiis Ethico-politicis:

Meretrix minùs VIRVM *amat, magis* MARSVPIVM;

Et frequens: *Solum iſtuc, & nihil illum; aut illum propter iſtuc.*

Meretrix tanquam malorum omnium fons reycienda. Bigus.

Meretrix tanquam omnium malorum fons eiicienda è domo eſt; Bene Bigus:

Cùm fruſtra vitij SICCETVR RIVVLVS *omnis*
Ni FONTEM *validis clauſeris aggeribus:*
Incaſſum ploras, incaſſum pectora cædis
Expellenda priùs turpis AMICA *domo.*

78. *Venus luxuria mater ex mari orta.* Ouid.

Adeò cohæret ex hominum mente cum aquis, & fluentis meretrix, & pudicitiæ proſtitutæ fœmina, vt Venus, quæ luxuriæ & mater, & Dea dicitur, ex mari orta feratur; ſic cecinit eius mancipium Ouidius epiſt. Didûs ad Æneam:

Quia mater amorum
Nuda Cythereiacis edita fertur AQVIS.

Ergo

Ergo qui mergi non vult, ab his ſe aquis ſubducat, ſæuum hoc luxuriæ mare viret, & qui perire timet, bibere alienas aquas deſugiat.

Meretrix magna ſuper aquas multas ſedere cur dicitur Apocal.

Tandem ex noſtris ſanctus Ioannes mulierem meretricem ſuper aquas ſedere vidit, audiuitque multos Reges, qui voluptatum venerearum poculum ſiccauerunt, ebrios ea potione redditos, Apoc. 17. v. 1. & 2. hæc habentur de Babylone, ſeu vt alij volunt de Roma, quæ meretricis nomine ſignificatur ob idololatriam: *Venit vnus de ſeptem Angelis, qui habebant ſeptem phialas, & loquutus eſt mecum, dicens: veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt Reges terræ, & inebriati ſunt, qui inhabitant terram de vino proſtitutionis eius.* Gloſſa per meretricem Antichriſtum intelligit, & malos, qui eius ſemper erunt, *qui iam ſedet ſuper aquas, id eſt, iam regnat ſuper malos præſentes, quos attrahit ad ſe luxuriâ.* Alij per hanc meretricem Mahometicum regnum intelligunt, vt Lyranus; alij verò Romam Chriſto non ſubiectam, nec Romano Pontifici, qui Chriſti vices in terris gerit: nobis ſufficit cum meretrice aquas cohærere; ſed vlteriùs calami remo vſi nauigemus, vt ex meretricio hoc mari tandem exeamus, tractationiſque noſtræ cymbam purioribus aquis committamus.

CAPVT XIV.

Lupanaria, & meretrices ad littora.

קדשה meretrix *dicta, quia in locis ſeparatis degebat.*
קדש *quid?*
Separata *dicebantur ſcorta.*
Meretrices in ſepulchris.
Sepulchra *meretricum diuerſoria.*
Monumenta *lupas abſcondebant.*
Buſtuariæ *dictæ meretrices, quia inter buſta.*
Libidinis *cognatio, &* ſepulchri.
Veneri *mors affinis.*
Capiſtrum *ſuper femora.*
Libidinis mancipium ad mortem *ducitur.*
בוא *quid?* mortis *nexus, &* libidinis.
Mortem *celatam habet meretrix.*
In ſepulchro *ſe virgo quædam ob pudicitiæ amorem clauſit.*
Scorta, & proſtibula *in littore.*
Littus *meretricium.*
Acta de littore, *vbi impuræ mulieres.*
Virgines ad littus *miſſæ, dotalem pecuniam quæſituræ.*

79. ADHVC aquis calamum intingimus, abſit vt mentem: meretrices in littore ſtare conſueuiſſe, & ibi lupanaria fuiſſe probandum nobis eſt, ex antiquitatis monumentis, ſic enim aquarum metaphorâ, quam verſamus magis illuſtrabimus, & pleraque digna ſcitu lectori offeremus, lucémque ſacris Literis, vbi ſeſe occaſio dabit, immittemus.

Meretrix dicta quia in

Et vt altiùs exordiar, obſeruo priſco æuo in vſu fuiſſe, vt meretrices, & ſcorta ſeparata ab aliis forent. Id vel ex eorum nomenclatura conijci poteſt, nam meretrix à ſeparatione *Chedeſſah* vocatur. Scitè Oleaſter in cap. 38. Geneſis: *Meretrix dicitur* Chedeſſah *id eſt ſeparata, quod ſepararetur à Ciuitatibus, & maneret in loco ſerrato.* Id & vniuersè de ſcortis affirmat idem auctor in cap. 23. *Dicitur autem ſcortum maſculum, & fœmina à* Chadas, *quod eſt ſeparare, quoniam huiuſmodi ſcorta ſolebant eſſe ſeparata à Ciuitatibus in locis ſecretis.*

locis ſeparatis degebat. Oleaſt.

Ex his procliue erit Oſeæ verba aperire, & illuſtrare, cap. 4. ſic habet: *Et cum effeminatis ſacrificabant*, in Hebræo eſt vox קדשות quæ de ſcortis dicitur, Aquila *συνηλλαγμένους* id eſt *mutatos* habet, quia ſcilicet naturam ſuam quodammodò mutauerunt, de viris facti fœminæ; Theodotion legit *κεχωρισμένους* id eſt *ſeparatos*, à populo ſcilicet. Proba lectio, quam tamen non adeò probè videtur explicare Ribera hic, nam per ſeparatos, eos intelligit, *qui ſibi videbantur à vulgo aliquid plus habere.* Magis arridet, quod & magis cohæret cum integra ſententia, cæteriſque verſionibus, per ſeparatos ſcorta, & luxuriæ mancipia intelligi, quæ priſci illius æui more à populo ſeparari conſueuerant, præſertim cùm vox קדשות quæ huiuſcemodi ſcorta ſignificat, à ſeparatione (à verbo ſcilicet קדש) dicatur.

קדשה *quid?* Olc. — Aquila. — Theod. — *Separata dicebantur ſcorta.*

Etiam in ſepulchrorum locis degere quandoque meretrices ſolebant. Catullus Ruffæ meretriculæ hoc domicilium dat, ait enim illam ſolitam verſari in ſepulchretis, vt raperet cœnam de rogo. Scholiaſtes Ariſtophanis in Equit. ad ea verba *εἰς Κεραμεικὸν* ait fuiſſe duos Athenis Ceramicos, vnum vbi erant ſepulchra bello occiſorum; alterum vbi *ἦσαν τε καὶ προεστήκεσαν αἱ πόρναι*, id eſt, *erant & proſtabant* MERETRICES. Scitè ſanctus Chryſoſtomus hom. 29. ad populum, vbi de luxuria correpto ita loquitur: *Non lapidibus ſeipſum cædit, ſed ſceleribus. Ex hoc fit, vt nunquam ſit in ſeipſo, ſed* IN SEPVLCHRIS *verſetur. Sepulchra ſunt meretricum diuerſoria, cum multo fœtore, multa putredine ſunt.* Ergo etiamſi ſepulchra meretrices non inhabent, iam fœdo ſuo ſcelere ſepulchrum quamlibet domum facient. 80.

Meretrices in ſepulchris. — Schol. Ariſt. — *Sepulchra meretricum diuerſoria.* S. Chryſ.

In monumentis operi neſario dediſſe impuras mulieres operam indicat Martialis, dum ait, monumenta lupas, id eſt meretrices abſcondiſſe.

Monumenta lupas abſcondebant. Mart.

Abſcondunt ſpurias, & MONVMENTA *lupas.*

Hinc etiam buſtuariæ dictæ, quia inter buſta, atque cadauera proſtabant, quod notauit etiam Turnebus lib. 13. cap. 19. ex illo Martialis:

Buſtuariæ dictæ meretrices, quia inter buſta.

Ad viſtar inter BVSTVARIAS *mœchas.*

Hunc morem etiam apud Hebræos viguiſſe aliqui non alienè putant. Vnde & Salomon Prou. 2. v. 18. vbi de meretrice loquens, ait: *Inclinata eſt ad* MORTEM *domus eius, & ad inferos ſemitæ illius*, hoc eſt intra ſepulchrorum tumulos.

Prou. 2. 18.

Magna libidinis, & ſepulchrorum cognatio, magnus nexus; ad mortem enim currit, imò morti proximus eſt, qui libidinis caſtra ſectatur; Eleganter Prudentius in Pſychomachia, vbi in libidinem ita calamum vrget: 81.

Libidinis cognatio, & ſepulchri. Prud.

Dona hæc ſunt, queis victa iaces lutulenta libido
Nec mea poſt Mariam potis es confringere iura.
Tu Princeps ad MORTIS *iter, tu* IANVA LETHI,
Corpora commaculans, animas in tartara mergis:
Abde caput triſti iam frigida peſtis abyſſo,
Occide proſtibulum.

Veneri mors affinis.

Plut.

Veneri Mortem cognatam eſſe ſignificabat etiam priſcus ille Romanorum ritus, quo in ædem Libitinæ, quæ Venus putabatur ea vendebantur, quæ ad ſepulturam ſpectabant. Plutarchus in cauſis rem his verbis habet: *Quid cauſa eſt, quod in æde Libitinæ, quæ ad* SEPVLTVRAM *pertinent, vendere conſueuerunt? Libitinam nihil aliud niſi Venerem eſſe exiſtimantes.*

Capiſtrum ſuper femora

Iob 15.

Libidinis mancipium ad mortem ducitur.

S. Aug.

Et non mortis inſtrumenta Venus, & libido ſectatoribus ſuis offert? offert; & ſi probè ſpectes, in femoribus capiſtrum, quo ad mortem ducaris, deprehendes. Iob 15. v. 27. *Operuit faciem eius craſſitudo, & de lateribus eius aruina dependet.* Sanctus Auguſtinus annotat. in Iob. hæc poſtrema verba ſic offert: *Et fecit capiſtrum ſuper femora;* quam lectionem ita in noſtrum ſenſum explicat: *Vt libidinibus ſuis colligaretur, quo vinculo duceretur ad* MORTEM: tanquam bos, aut vitulus.

בוא *quid?* *Mortis nexus & libidinis.*

Mortis, & Veneris nexus etiam ex Hebraicæ linguæ vi colligitur, apud Hebræos idem verbum בוא ſignificat & occumbere, & rem cum muliere habere; Gen. 18. v. 11. quia בא *occubuerat ſol.* 2. Samuel. 3. v. 7. *Ingreſſus es ad concubinam Patris mei*, in fonte eſt באחה, quarum notionum nexu ſignificatur luxuriam, & mortem ita inter ſe cohærere, vt vix abiungantur.

82.

Mortem celatam habet meretrix.

S. Chryſ.

In ſepulchretis meretrices latent, & mors ſub meretrice celatur, & abſconditur, vt verus fuerit ſanctus Chryſoſtomus, cuius hæc ſunt verba hom. 14. ad populum Antiochenum: *Meretrix amare neſcit, ſed inſidiatur tantùm: venenum habet ipſius oſculum, & toxicum os pernicioſum. Si verò non ſtatim apparet, propterea ipſam magis fugere oportet, quoniam obtegit perniciem, &* MORTEM *habet celatam.* Ergo qui mortem horret, & animæ, & corporis, meretricis domicilium nunquam ſubeat.

In ſepulchro ſe virgo quædam ob pudicitiæ amorem clauſit.

Palad.

Sanctiùs, cautiúſq; virgo illa, quæ ſepulchrum inhabitauit, ne alij mortis occaſio fieret, & ab hominum oculis ſe ſubduxit, ne quiſpiam periret, hæc fuit Virgo Alexandra, de qua Palladius Epiſcopus in Lauſiaca hiſtoria cap. 4. *Narrauit*, inquit, *mihi hic Beatus, de quadam ancilla nomine Alexandra, quæ relicta ciuitate in* MONVMENTO *ſe incluſit, per foramen accipiens quæ erant neceſſaria, neque in virorum, neque in mulierum conſpectum veniens ſpatio decem annorum, & interrogata cur id faceret? Quidam, inquit, inſano mei amore tenebatur, & ne eum viderer moleſtiâ afficere, vel in inuidiam vocare, malui me viuam in hoc monumentum inferre, quàm offendere animam, quæ facta eſt ad imaginem Dei.* Proh! quàm ſanctè, quàm ſapienter! Inſigant hæc menti, quæ vultum ſuum proſtituunt, & in aliorum perniciem, & in ſuam. Sed iam, quod promiſimus, ad aquas, littúſque pergamus.

Scorta, & proſtibula in littore.

Quint.

Seneca.

Hippocr.

Prud.

Scorta, & proſtibula in littore olim proſtare conſueuiſſe, non eſt quod ambigamus. Indicat hoc Quintilianus Declamatione 14?. *Fortaſſe*, inquit, *etiam natus eſt ingenuus, fortaſſe rapto ex aliquo* LITTORE *prætextam fortuna reddidit.* Apertiùs Seneca lib. 1. Controu. 2. *Caſtam te putas, quia inuita meretrix es: nuda in littore ſtetit ad faſtidium emptoris.* Sic ille. Idem innuit Hippocrates lib. 1. de morbis vulgaribus. Vbi enim induxit *Mulierem, quæ* IN LITTORE *decumbebat, trimeſtri fœtu grauidam*; nihil vetat capi de meretrice. Prudentius lib. 1. in Sym.

Temulentus adulter
Iuuenis expoſitam ſecreti in LITTORIS *acta.*

Ariſtides oratione de non agendis comœdiis collocat huiuſcemodi mulierculas *ἐν τοῖς στενωποῖς in angiportis.* Scholiaſtes Ariſtophanis in Irena, in eo loco quo nauicularij ſolent confluere. Hinc & Horatius lib. 1. Ode 25.

Schol. Ariſt.

Horat.

Inuicem mœchos anus arrogantes
Flebis in ſolo leuis ANGIPORTV.

83.

Littus meretricium.

De meretricio littore ita canit ſcitus Poëta.

Thaida ne tangas prohibes, Gaborina, vetáſque:
Leges ad LITTVS *quemlibet ire ſinunt.*

Probanda littoris ſimilitudo, nunquam itio ad illud probanda eſt, ſi eò ſpectet, quò euntes ſpectabant.

Acta de littore vbi impuræ mulieres.

Cic.

Acta, vt hoc obiter moneam, propriè de littore dicitur; Huc facit illud Ciceronis in Verrem: *Quod vbi nuntiatum eſt, tametſi in* ACTA *cum mulierculis iacebat ebrius.* In vulgatis legitur: *Tametſi noctu.* Sed malè, nam Verris ibidem exprimens luxum ita ait: *Ita illam ad partem, vbi is per eos dies tabernaculis poſitis caſtra luxuriæ collocarat.* Habes igitur in littore lupanaria olim fuiſſe conſtituta.

Virgines ad littus miſſæ dotalem pecuniam quæſituræ.

Iuſt.

Cypriis mos erat, quod tradit Iuſtinus lib. 8. ex Trogo virgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam quæſituras in quæſtum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas; ſed ab his littoribus ſoluamus calamum, ſinamúſque aliò nauigare, ita tamen vt extra aquas non feratur.

CAPVT XV.

De meretriciis aquis alia huc aducuntur.

Balneatoribus *meretrices comparatæ.*

Luxuriæ fluctus.

Sub vada *cæca ſuos amatores trahit mulier impudica.*

Mergit *oſculis, & verbis impudica mulier.*

Amatorum ebibit *ſanguinem meretrix.*

Amatorum cruorem ebibunt *laſciuæ mulieres.*

הער *quid?*

Ad laqueum *currit qui ad mulierem pudicitiæ hoſtem.*

Quot monſtra *in vna meretrice lateant?*

Leonina rabies *in meretriciis blanditiis.*

Scorta amicæ *cur dicerentur?*

Peculiari habitu *incedere meretrices apud nonnullos tenentur.*

πόρνη meretrix dicta quod mentem obcæcet.

Viris ſenatoriis meretricem *in vxorem ducere olim interdictum.*

Impius Corinthiorum ritus de meretricum numero.

פלק *quid?*

Carcer *quidam meretrix.*

Olim cum cantu, *& Lyræ pulſatione vrbem circuibant meretrices.*

Meretrices extra ciuitatem *apud Abyſſinos.*

Meretrices in templum ire *non poterant.*

Filio meretricis cur ingreſſus in templum *interdictus?*

Mere

Meretricius, *& fucatus* vultus *in mundanis illecebris.*

In fœmineo Oceano *multi naufragium paßi.*

84. SVPERSVNT adhuc alia de meretriciis aquis, quæ huc afferenda, ne dum hic omittuntur, pereant, dabimus illa, vt tamen nos religio corripiat, ſi alia non ita aquis proxima, proxima tamen argumento, quod tangimus, tangamus.

Balneatoribus meretrices comparata.
Alcæus.

Balneatoribus cur meretrices fuerint comparatæ diſces ex hac ſententia, quæ inter Alcæi fragmenta reperitur;

Πόρνη, καὶ βαλανεὺς ταυτὸν ἔχουσ᾽ ἐμπειρίαν ἴσως
Ἐν ταυτᾷ πυέλῳ τόν τ᾽ ἀγαθὸν τόν τε κακὸν λόει,
id eſt,
Mos BALNEATORVM, *idem eſt &* MERETRICVM,
Bonum, malúmque eodem induunt labro.

Luxuria fluctus.
Theoph. Alex.

De luxuriæ fluctibus ita loquitur Theophilus Alexandrinus epiſt. paſchali 2. *Omni voluptate calcatâ, & compreſſis luxuriæ* FLVCTIBVS, *qui aduerſum nos crebrius intumeſcunt, cæleſtibus miſceamur choris, vt iam nunc illuc mente tranſlati, & anguſtiora videntes loca, ſimus quod futuri ſumus.*

Sub vada cæca ſuos amatores trahit mulier impudica.
Fauſt.

Mergetur qui meretricia audit verba, ſcortum Sirena refert, cantu tranſeuntes decipit, vt vndis inſepeliantur; Pulchrè Fauſtus Andrelinus:

Nil aliud ſcortum eſt, niſi blanda, & ſubdola Siren
Quæ trahit humanũ ſub VADA CÆCA *genus.*

85. Iure profundæ foueæ os impudicæ mulieris componit Salomon, cùm ait: *Fouea profunda os alienæ; cui iratus eſt Dominus incidet in illam;* Prou. 22. 14. Fouea eſt os impuræ meretricis, quia mergit verbis ſuis, oſculiſque quos capit; Benè, & ad hanc mentem opportunè Rabanus Maurus lib. 2. in Prouerbia cap. 22. *Fouea profunda os alienæ; cui iratus eſt Dominus incidet in illam. Qui verba, vel oſcula meretricis libenter amplectitur, quaſi* IANVAM IAM GEHENNALIS PVLSAT ABYSSI, *citóque mergetur, ſi pedem cautus non retrahit, ſi non membra cætera à vicinia cohibet foueæ pœnalis, in quam nullus omnino niſi filius iræ illabitur.* Quis recenſere poſſit omnes illos, quos abſorbuit fouea iſta meretricia, & ſepeliuit?

Merget oculis & verbis impudica mulier
Prou. 22. 14.
Raban.

Amatorum ebibit ſanguinem meretrix.
Plaut.

Mulier impudica, vt potum offerat, dum ſe; at etiam illorũ ſanguinẽ videtur ebibere, qui in illã amore feruntur. Plautus in Curcul. act. 1. ſcen. 2.

Peſſuli, heus peſſuli, vos ſaluto lubens
Vos amo, vos colo, vos peto, atque obſecro
Gerite amanti mihi morem amœniſſimi,
Suſſilite obſecro, & mittite iſtanc foras,
Quæ mihi miſero amanti EBIBIT SANGVINEM.

Amatorum cruorem ebibunt laſciuæ mulieres.
S. Chryſoſt.

Verè ſuorum amatorum ſanguinem ebibunt impudicæ mulieres, quod ex noſtris etiam aſſeruit ſanctus Chryſoſtomus hom. 14. ad populum Antiochenum, vbi ait: *Quemadmodum venatore retibus extenſis ſylueſtria animalia immittere aggrediuntur, vt ipſa iugulent; ita & meretrices, poſtquam laſciuiæ pennas vndique extenderint per oculos, & habitus, & verba, poſtea ſuos iniiciunt amatores, & colligant, non prius abſtinentes, quàm &* IPSORVM CRVOREM EBIBERINT, *inſultantes poſtmodum, & ipſorum ſtultitiam carpentes, & multum de ipſis riſum fundentes.* Quis tam fatuus, ac delirus vt riſus materia ſui exitio eſſe velit?

Pennas extendunt impuræ mulieres, vt in-
86. cautos capiant, & illaqueent; apud Hebræos, vt hoc notem, quod hîc optimè quadrat verbum הֵעִיר quod notauit R. Dauid de Pomis, & *illaqueare* ſignificat, & *fornicari*, vt laqueos à fornicatione non abeſſe ſciremus, vnde & Salomon eum qui impuræ mulieris blanditiis decipitur, aui comparat, quæ in laqueum incidit, Prou. 7. v. 23. ita loquitur: *Velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit, quod de periculo animæ illius agitur;* vbi R. Salomon Iſaac, *Ita ſtultus feſtinat quemadmodum auis, quæ ad laqueum accelerat, cum ignoret ſibi conſtructas tendiculas in ſui ipſius perniciem;* qui ſapit aliò auolabit, nec ſinet ſe meretriciis blandiciis decipi.

הֵעִיר *quid?*
Ad laqueum currit qui ad mulierẽ pudicitiæ hoſtem.
R. Daui.
R. Sal.
Prou. 7. 23.

Quot monſtra in vna meretrice lateant.
S. Pet. Dam

Quot monſtra, quot mala ſub forma meretricia lateant, habes ex ſancti Petri Damiani verbis, qui calamo blanditium velamen, quod primâ fronte præferunt, auferens, ita loquitur epiſt. 55. *Interea vos alloquor pulpamenta Diaboli, proiectio Paradiſi,* VIRVS MENTIVM, *gladius animarum,* ACONITA BIBENTIVM, TOXICA CONVIVARVM, *materia potandi, occaſio pereundi, vos inquam alloquor gynacea hoſtis antiqui* VPVPÆ, VLVLÆ, NOCTVÆ, LVPÆ, SANGVISVGÆ. *Affer, affer ſine ceſſatione dicentes; venite itaque audite, ſcorta, proſtibula, ſaua, volutabra porcorum pinguium, cubilia ſpirituum immundorum, nymphæ, ſyrenæ, lamiæ, Dianæ.* His ille nominibus meretricum mores depingit, vbi vides in meretrice multas feras collatebrare, & ipſam omnibus ſæuiorem omnes claudere, illarum feritatem plenè oſtendere ferarum omnium antrum, atque ſpelæum.

Leoninam rabiem in meretriciis blanditiis 87.
latêre ſi quis dixerit, non alienabit. Fulco de Diogillo epiſt. ad Petrum Abaelaidum: *Leoninam,* inquit, *meretricum ferociam, quamprimùm ad ſe introeuntibus oſtendunt, ſerpentinæ deceptionis aſtutiam.*

Leonina rabies in meretriciis blãditiis.
Fulco.

Scorta amicæ cur dicerentur?
Plut.

Scorta *amicæ* dicebantur, ſiue tributa, deſcriptiones, carceres, cuſtodiæ apud Athenienſes, vt ita nominis aſperitatem emollirent; Plutarchus loquens de Solone: *Quod autem recentiores aiunt, Athenienſes, aſperitatem rerum benignis, & blandis vocabulis contegentes, inuidiâ nominis vrbanè emollitâ, ſcorta appellare amicas; tributa, deſcriptiones; præſidia ciuitatum, ſtationes, carcerem, cuſtodiam; id primum vt videtur Solonis commentum fuit: qui æris alieni condonationem, oneris excuſſionem nuncupauit.*

Peculiari habitu incedere meretrices apud nõnullos tenentur.
Stat.

Publicæ meretrices peculiari habitu incedere per Vrbem tenentur apud Brixianos; nam in eorum ſtatutis hæc lex habetur: *Iudices victualium, vel milites domini Poteſtatis, & Communis Brixiæ teneantur, & debeant operam dare cum effectu, quod qualibet meretrix publica portare debeat (dum vadit per ciuitatem Brixiæ) vnum* MANTELLVM PIGNOLATI ALBI: *cum zona panni rubei: larga per tres digitos, ad partem inferiorem dicti manteletti, qui mantelettus ſit longitudinis vſque prope cingulum, & porteeur veſtitus: & qualibet meretrix reperta ſine manteletto, vt ſuprà, puniatur, & condemnetur in ſoldis centum plan. applicandis Communi Brixiæ, quotiens contrafecerit: & quilibet poſſit eſſe accuſator, & habeat medietatem condemnationis, & credatur eius ſacramento, cum vno teſte fide digno, quam condemnationem ſtatim abſque alia ſolemnitate facere teneantur; & ſi dicti iudices, vel dicti milites fuerint negligentes in inueſtigando, & operam dando vt ſuprà, cadant in pœnam ipſo iure, & facto, quotiens fuerit negligentes librarum decem plan. applicandarum pro dimidia accuſatori, & pro alia dimidia communi Brixiæ.*

88\. *Πόρνη meretrix dicta quod mentem obcæcet.* Suid. Anon. *Viris ſenatoriis meretricem in vxorem ducere olim interdictum.* Procop. *Impius Corinthiorum ritus de meretricum numero.*

Meretrix apud Græcos πόρνη dicitur, quia nimirum, vt ait Suidas verbo, πεπήρωται *mentem excæcatam habet:* habet, ſed & alienas excæcat, vetus ille: *Nihil adeo mentem cæcam reddit, quam impuræ mulieris illecebra impura*, eóque nocentiores, quò magis blandæ.

Viris ſenatoribus interdictum lego meretricem vxorem ducere, legis huius, & huius moris meminit Procopius lib. 9. Arcanæ hiſtoriæ his verbis: *Cùm viris Senatoriis quod priſca lege cautum eſt*, VXOREM DVCERE MERETRICEM NON LICEAT.

Impius Corinthiorum ritus, quorum votum erat ſolemne, *vt dij aug ant meretricum numerum*, nimirum qui impuritati litauerant ab impuris numinibus poſtulabant, quod nudam redoleret impuritatem.

פלק *quidā Carcer quidam meretrix.*

Non leue meræ meretriciæ crudelitatis argumentum, quod a Chaldæo fonte deſumitur; nam Chald. פלק cōcubina dicitur, ac eadē vox in Vaicra rab. c. 30. carcerē ſignificat: magna rei cognatio vt nominis, concubina enim, meretriciáque mulier carcer animæ eſt, corporiſque verè carcer teterrimus, ac infernalis, quo infelices mortales clauduntur, & neſciunt.

Olim cum cantu, & Lyra pulſatione vrbem circuibant meretrices. Iſa. 23. 15. Oleaſt.

Olim meretrices Vrbem circuiſſe, vt cantu, & Lyræ pulſatione amantes prouocarent putat Oleaſter, & colligit ex his verbis Iſaiæ cap. 23. v. 15. *Sume citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, benè cane, frequenta canticum, vt memoria tui ſit*; Subdit Oleaſter: *Et putarem quondam*, MERETRICES *obliuioni traditas hæc feciſſe, cùm ad hominum memoriam redire vellent, circuiſſe videlicet vrbem* CANTANDO, ET PVLSANDO LYRAM, *vt amatores ad ſe prouocarent.*

89\. *Meretrices extra ciuitatem apud Abyſſinos.* Arch. *Meretrices in templum ire non poterant.* Lact. *Filio meretricis cur ingreſſus in templum interdictus.* Deut. 23. Clem. A. ex.

Abyſſini extra ciuitates, & oppida meretrices excludunt, vbi eis de rebus neceſſariis, de communi ærario proſpicitur.

Apud Athenienſes meretrici nefas erat templum ingredi, quod indicat Lactantius lib. 1. cap. 10. cuius verba alibi producta hic poſſunt omitti.

Filio meretricis cur ingreſſus in templum prohibeatur, Deut. 23. ita explicat Clemens Alexandrinus adhort. ad Gentes; *Significat eum, qui pro vno ſolo, qui eſt Deus, multos ſibi falſò nomine adſcribit Deos, ſicut is, qui natus eſt ex meretrice multos adſcribit ſibi Patres, propter veri patris ignorantiam.* Idem dicendum de iis, qui verum Patrem non agnoſcunt, ab aliis auxilium petunt, relicto Deo, quod cohæret cum illo quod ſuperiùs diximus Idolorum cultum adulterij, & fornicationis nomine circumſcribi in ſacris Literis ſolere.

Meretricius, & fucatus vultus in mundanis illecebris. S. Nilus.

Qui rerum terrenarum affectu ita decipiuntur, vt earum vanitatem, deformitatémque videre nequeant, illis ſunt pariandi, qui meretricum amore inſaniunt, quæ turpitudinem ſuam adſcitis pigmentis, & formis adulterinis operiunt, vt falſa pulchritudine vere fallant; Hoc volebat ſanctus Nilus, cuius hæc ſunt verba in Aſceticis: *Nobis idem accidit, quod illis qui amore* MERETRICVM *turpiſſimarum inſaniunt. Illæ enim cum naturali careant pulchritudine, adulterinam aſſumunt, atque ita feritatem ſuam tegunt, & amantium oculos decipiunt. Semel enim rerum præſentium vanitate ſuperati, materia turpitudinem affectione decipiente, cernere non poſſumus.* Nemo hac clementia corripiatur, vt res mundanas pluris æſtimet, quàm mereantur. Larua ab illis, & fucus eximatur, ne nos nobis eximant, acquirant ſibi, dum perdunt.

Præſtat, vt aquis definiam, qui ab aquis exorſus ſum, à femineo mari mentis ratem eximere, & à ſequioris ſexus Oceano ſe ſubducere, ne nouis naufragiis hoc mare reddatur inſame. monuit iſtuc cultus ille auctor; cuius hæc ſunt verba: *Vide quanta toto* FÆMINEO MARI *magnorum tabula natent, totum inter Europam, Africam, Aſiam, Indiam vtramque pelagus, lacera virorum claſſes naufragio ſuo operuerunt:* multorum nos exitus, exitiúmque à femineis hiſce diſcriminibus auocant.

In femineo Oceano multi naufragiū paſſi.

CAPVT XVI.

Vorago de luxuria, illicitôque coniugio.

Immunditia vorago.

Carnis delectatio, puteus dæmonum, vorago *animarum.*

Mulier procax vorago.

Proſtibulorum vorago *quàm noxia.*

Luxuria vorago.

Perſici exitij vorago.

Perſarum *inhoneſtas qualis, & vnde orta?*

Perſarum matrimonia *propudioſa cum matribus.*

Filij ex iis nati honorati, & nobiles.

Chriſti aduentu *abolita impia hæc conſuetudo.*

A voluptatum carnalium gurgite *auocare nos debet mors, imminénſque iudicium.*

Carnis illecebra flagitiorum gurges.

In aqua carnalis voluptatis *luxurioſi vt ranæ ſe vocibus inuitant ad luxuriam.*

Libidine correptus ebullire *vt feruens aqua dicitur.*

Noxia aquæ *deſideria quæ carnem ſapiunt.*

AQVAM de nuptiali opere dici, flumènque ac mare ad maritale opus honeſtè traduci huc uſque ex omnibus ferè fontibus ſatis firmè, vt opinor, euicimus, & multis eâdem operâ tum noſtrorum, tum prophanorum locis ſuam lucem immiſimus: Hic, vt eidem metaphoræ inſiſtimus, voraginem de illicitâ venere, illegitimiſque nuptiis dici, probabimus, vt diſcat quilibet quàm cautè hæc flumina, hæc nuptiarum maria enauiganda, ne hac voragine abſorbeatur, vndiſque nunquam emerſurus ſepeliatur. 90.

Immunditia vorago. S. Aug.

Et in primis immunditia omnis, omniſque impuritas vorago quædam dicta eſt: Beati Auguſtini hæc ſunt verba lib. de ſancta virginitate: *Indigni*, inquit, ſunt, *qui ab immunditia* VORAGINE *liberati ſunt, vt ad eos imitandos mittatur illibata virginitas.*

Carnis delectatio, puteus dæmonum, vorago animarum. Pet. Cel.

Vorago eſt, quia animas vorat, & perdit, nam vniuersè quælibet carnalis voluptas ad inſtar voraginis ſe habet. Addit Petrus Abbas Celenſis puteum Dæmonis eſſe: ſic ille ſcribit lib. 2. epiſt. 1. loquens de ſuperflua carnis delectatione: *Hæc radix eſt peccati, totius honeſtatis tinea, fouea vitiorum, puteus Dæmonum*, VORAGO ANIMARVM,

quin

quin non animarum tantum, ſed etiam corporum. Addit: *Recludite obſecro, recludite feram iſtam peſſimam, quæ deuorat Ioſeph noſtrum, vel potius filios Iacob, & Ioſeph.* Vorago eſt, & fera, & vndis obruit, & mordet, & licet ridere videatur, dum mulcet, ferit tamen, & ſæuit: caueis recluduntur feræ & in ſpectaculum, & in munimen, ne obuiis noceant. Maiori cautione claudendo hæc voluptatis, ac delectationis fera eſt, ne nos ad mortem lædat, ne mordeat, abſtinentiæ, & mortificationis cauea coërceatur, ne ſæuire ad libitum poſſit.

Mulier procax, vorago.

Mulier procax, & quæ ſuis illecebris viros decipit, & quodammodò vorat, vorago eſt, & cùm virgo, aut certè virago audire debeat, paululùm immutato nomine vorago dici poteſt. Seriò ille luſit de muliere loquens dum hos verſiculos edidit: qui circumferuntur:

Mulier melle mollior
Et quò nitentior, eò nocentior
Quæ dum te fouet, ſibi fauet.
Eſt non virgo, nec VIRAGO, *ſed* VORAGO
Quæ viros vorat, & amando mandit.

I, & muliebribus illecebris fide; qui voraginem non times; ad effrontem mulierem accede, vt te abſorbeat, & nunquam euomat, niſi priùs vires, opes, & quod magis eſt, animam rapuerit.

91.
Proſtibulorũ vorago quàm noxia.
S. Chryſ.

Periculoſum eſt matrimoniale littus legere, & nuptiales coniugij aquas nauigare, quàm exitiale erit ad meretricias voragines, & proſtibula corporis nauem appellere? Probè arguit ſanctus Chryſoſtomus hom. 9. in 1. epiſt. ad Cor. *Si hi,* inquit, *qui matrimonium inierunt, acerbiſſimam plerunq; hanc vitam eſſe iudicarunt, quid de iis dicemus, qui in* PROSTIBVLORVM VORAGINEM *prolapſi ſunt?* Ac ſi diceret, ſi placida coniugij nauigatio, plerìſque tam moleſta, & acerba ob pericula, ob amaritudines quibus obſidetur, vita eſt, quid de meretricij operis, luxuriæque voragine cenſendum eſt? Cogitet qui mentem habet, quam ferè hæ aquæ auferunt.

Luxuria vorago.
S. Pet. Dam.

Etiam matrimonium ſi illicitè ineatur, & vniuerſè illicita omnis Venus, & luxuria vorago quædam eſt: Sanctus Petrus Damianus opuſc. 14. cap. 7. *Quam vt in* LVXVRIÆ VORAGINEM *decidentes caput effringerent;* Hinc aperiemus, quid Perſici exitij vorago ſit apud ſanctum Iſidorum Peluſiotam, qui lib. 1. epiſt. 464. ita loquitur: *Nonnulli perſæpè cum ſpurcis fratribus ſeſe contaminarunt. Atque item alij cum filiabus ſuis, quas ex meretricio concubitu extulerant. Ac libidinoſa temulentia,* PERSICI EXITII VORAGO *ipſis facta eſt.*

Perſici exitij vorago
S. Iſid. Peluſ.

Reſpicit, opinor, ad Perſarum luxuriam, qui omnes honeſtatis terminos egreſſi, etiam cum matribus, ac ſororibus miſcebantur, & cum iis matrimonium inibant. *An non audis,* inquit ſanctus Chryſoſtomus hom. 7. in 2. ad Corinth. *Perſas nemine cogente cum matribus ſuis miſceri, nec vnum, aut duos, ſed vniuerſam gentem?* Lexicon Alexandrinum moris initium ponit, & moris incrementa. Sic enim habet: *Ninus alter Saturni filius, qui matrem Semiramidem in vxorem duxit. Vnde* PERSIS *accepta lex parentes, & ſorores in conſortium tori adſciſcendi. Vnde Picus Iunonem ſororem matrimonio ſibi copulauit.* Sic illud.

Perſarum inhoneſtas qualis, & vnde orta
S. Chryſ.
Lex. Alex.

92.
Perſarũ matrimonia propudioſa cum matribus.
Philo.

Quid? quod filios ab hoc illegitimo matrimonio natos nobiliſſimos arbitrabantur, cùm & honoratiores Perſæ cum matribus contraherẽt. Vtrumque Philo ſignificat lib. de ſpecialibus legibus, dum ait: *Honoratiores* PERSÆ *cum matribus contrahunt matrimonia, & natos inde arbitrantur nobiliſſimos (vt ferunt) dignantur ſolio: quo nihil excogitari poteſt magis impium.*

Filij ex iis nati honorati, & nobiles. Chriſti aduentu abolita impia hæc conſuetudo.
S. Chryſ.
Orig.

Sed impia hæc lex, quæ tam altè harum gentium mentibus inſederat, abolita Chriſti aduentu eſt, & Euangelij prædicatione ablata, adeò vt Perſæ, qui vel cum matribus, & filiabus, ac ſororibus inceſta connubia inibant, virginitatem poſtea coluerint, quod tradit ſanctus Chryſoſtomus ſerm. de Pentecoſte in hæc verba: *Antiquitus gentis* PERSARVM *filij parentibus ſociabantur connubio, & ſoror fratri iungebatur impunè, nunc verò virginitatem appetunt.* Idem tradit Origenes, quod alibi obſeruabam.

A voluptatis carnalium gurgite auocare nos debet mors, imminẽſque iudicium.
S. Aug.

Vitanda igitur nobis omnis libidinis, & luxuriæ vorago eſt, & à carnalium voluptatum illecebris puritatis nauis abducenda, à carnalis voluptatis gurgite, nos mortis metus, diuinique iudicij reuocare debet, quod in ſe factum fatetur ſanctus Auguſtinus lib. 6. confeſſ. cap. 15. vbi Deum alloquens ait: *Nec me reuocabat à profundiore voluptatum carnalium* GVRGITE *niſi metus mortis, & futuri iudicij tui.* Quàm fatuus, atque delirus, qui mortis cogitatione, iudicìſque timore hos gurgites, has voragines non vitat; & carnis illecebris deceptus flagitiorum gurgite mergitur, quod ſibi quoodam accidiſſe idem ſanctus Pater affirmat his verbis lib. 2. Confeſſ. cap. 11. *Carnis, & ſcatebra pubertatis, & obnubilabant, atque obfuſcabant cor meum, vt non diſcerneretur ſerenitas dilectionis à caligine libidinis. Vtrumque in confuſo æſtuabat, & rapiebat imbecillem ætatem per abrupta cupiditatum, atque merſabat* GVRGITE *flagitiorum.*

Carnis illecebra flagitiorũ gurges.
Idem.

93.
In aqua carnalis voluptatis luxurioſi vt ranæ ſe vocibus inuitant ad luxuriam.
S. Ant. Vlyſſ.

Vorago impudicitia, & luxuria eſt, eſt abyſſus quædam: ſanctus Antonius Vlyſſiponenſis ſerm. in Dom. 6. poſt paſcha ita loquitur: Pſalm. 41. *Abyſſus abyſſum inuocat, id eſt luxuria luxuriam inuocat, ſicut rana ranam,* addit: *Luxurioſi ſunt ranæ qui in* AQVA *carnalis voluptatis ſignis, & vocibus ſe ad luxuriam inuitant.*

Libidine correptus ebullire vt feruens aqua dicitur.
S. Aug.

Etiam qui libidine corripitur ebullire tanquam feruens aqua dicitur, ſanctus Auguſtinus lib. 2. Confeſſ. cap. 11. de ſe loquitur: *Obſurdueram ſtridore catenæ mortalitatis meæ, pœna ſuperbiæ animæ meæ, & ibam longiùs à te, & ſinebas, & iactabar, & effundebar, & diffluebam, &* EBVLLIEBAM *per fornicationes meas, & tacebas.* Rem, vt res fuit, fatetur iſte ſanctus, vt ſe deiiciens, miſeriámque ſuam manifeſtaret, extolleret miſerentis Dei pietatem, ac miſericordiam.

Noxiæ aquæ deſideria, quæ carnem ſapiunt.
Rich. Vict.

Noxiæ aquæ deſideria ſunt, quæ carnem ſapiunt, orandus Deus eſt, vt has aquas ita congreget, vt appareat arida, ſcitè Richardus Victorinus in Pſal. 28. *Sed qui conuertit mare in aridam, facilè poteſt præcipere, vt congregentur* AQVÆ, *quæ ſub cælo ſunt in locum vnum, & appareat arida. Quia ſæpe ad vocem iubentis Domini, huiuſcemodi carnalium deſideriorum reuerſæ ſunt aquæ euntes, & redeuntes quoadusque ſiccaretur vniuerſa ſuperficies terræ. Quoniam vox Domini ſuper aquas, quantumlibet multas, quantumlibet magnas.*

Felix qui ab hiſce aquis aridus, ſiccus ab hiſce fluentis eſt.

CAPVT

CAPVT XVII.

Luxuriæ aquis, libidinis fluētis nonnulla alia huc aduehuntur.

Carnis deliciæ aquâ *ſignificata.*
Venus, & luxuria ab aqua.
Luxuria fons è *quo cætera vitia manant.*
Carnales voluptates aquas *referunt.*
Aqua *Veneri extinguendæ adhibita.*
Fides libidinis fluenta *conſumit.*
Fabula de Venere *ex* aquis *orta variè verſatur.*
In aquis *impudicus amor feruet.*
Amantium naufragia.
Amor impurus fluit, refluitque *vt mare.*
In amaritudinem *deſinit impurus amor.*
Venus *à veneno non diſtat.*
Luxuriæ tempeſtate *nemo abripiatur.*
In libidinis aquis *ſe plures immergunt.*
Fluctus *aquarum impudicarum in caſtitatis ſcopulum franguntur.*
In corporis nauigio *libidinum ſentina nec videnda.*
Tity pœna *libidinis cauſa.*
Serpenti *luxuria comparata.*
Quàm magnam iniuriam Deus patiatur, cùm eius imago luxuriâ *ſordidatur.*

94. PVRè impuras etiam aquas traiiciemus, de luxuriæ aquis, & carnalibus fluentis hic aliqua exhibebimus, non vt bibantur, ſed vt vitentur; notitiam nutrire debent, quæ offero, non extinguere ſitim, non irritare: in impurarum aquarum contemptum de his aquis impuris ago, non in commendationem.

Carnis deliciæ aquâ ſignificata. Guillel. Pep.

Deliciæ etiam carnis aquâ ſignificantur: hinc Exod. 12. prohibetur agnus aquâ coctus comedi; Guillelmus Pepiuus hic: *Illi comedunt agnum coctum* AQVA, *qui in* DELICIIS CARNALIBVS VIVVNT, *vt ſunt multi concubinarij in tali ſtatu ad altare accedentes.*

Venus, & luxuria ab aqua.

In homine cùm ſint quatuor elementa, duritia à terra eſt ab aëre faſtus ira ab ignibus; Venus, & libido ab aqua eſt, Pulchrè nupetus Poëta, ſed probæ notæ:

Terra, vnda, aura, ignis, ſunt corpore quatuor hoſtes,
Hinc nobis Faſtus, Duritia, Ira, Venus.
VNDA PARIT VENEREM, *ventosâ Faſtus ab aurâ eſt;*
Duritia è terra, ignibus Ira venit.

95. *Luxuria fons è quo cætera vitia manant.* Rich. Vict.

Luxuriam fonti, ex quo alia vitia profluunt ita comparabat Richardus Victorinus part. 2. in Apoc. cap. 1. *Duo*, inquit, *videntur vitia principalia, malitia, & luxuria, ex quibus quaſi* FONTIBVS *duobus cætera mala quaſi* FLVMINA *ſunt profluentia.*

Carnales voluptates aquas referũt. Philip. Abb.

Aquæ luxuria comparatur, aquæ conferuntur carnales voluptates, atque adeò vt culpæ pœna reſponderet, diluuij aquis luxurioſos homines carnales mergere Deus voluit; huc ſpectabat Philippus Abbas Bonæ-ſpei de Obed. Cleric. cap. 6. in hæc verba: *Rectè carni, quæ nullo in cœleſtia deſiderio ferebatur,* AQVAS *diluuij Deus ſuperinducere comminatur, & interficere omnem carnem, quæ ſpiritui noluit obedire, ſed propriis voluptatibus inſeruire, quæ noluit paſſiones corporis execrari, ſed in illis ſenſu perdito volutari, & quæ luxuriæ rheumatibus, & locis humentibus delectabiliter eſt immerſa, tribulationum profluuio, velut aquarum diluuio pœnaliter ſit ſubmerſa.*

96. *Aqua Venerî extinguendæ adhibita.* Pet. de Nat.

Aquam ad Venerem extinguendam opportunam opportunè aſſerebat ille Poeta:

Is facilè extinguet VENERIS *flagrantia tela*
Qui meminit Gehennæ, qui Phlegetontis AQVÆ.

Aqua ipſa elementaris libidinis flammis extinguendis adhibita legitur. Petrus de Natalibus lib. 9. cap. 19. de ſancto Aniano Epiſcopo ita ſcribit: *Die quadam dum mulieres tranſeuntes aſpectu impudico reſpexiſſet, cupiens Euangelium vt ſonat ad literam obſeruare, oculum ſibi ſubulâ perforauit, carnem quoque ſuam ieiuniis, & vigiliis macerans ſæpius ad extinguendam flammam libidinis ſe* IN VASE AQVÆ FRIGIDÆ SVBMERGEBAT.

Fides libidinis fluenta conſumit. S. Ambr.

Sanctus Ambroſius fide libidinis fluenta abſumenda dicebat, cùm diceret ſerm. 1. *Fides libidinis* FLVENTA *conſumit.*

Fabula de Venere ex aquis orta variè verſatur. Forcat.

Venerem ex aquis ortam fabulantur Poetę, rectiùs ex vino dicerent traxiſſe originem, cùm vina luxuriam foueant, nutriántque. Pulchrè Forcatulus:

Emerſam ex VNDIS *Venerem cur pingis Apelle?*
Spumifero natam tu mage pinge mero.

Ex fluctibus Venus orta perhibetur, vt marinis fluctibus inconſtantiorem amorem noſceremus: Pulchrè idem Forcatulus:

Quàm ſcitè genitam dixerunt Cyprida PONTO
Antiqui? FLVCTVS *ſunt vtrinſque graues.*
Vis tamen haud vexat tumidos Aquilonia nautas,
Quandoque quin curuet lenior aura ſinus.
Aſſiduâ ſed amans vrgetur quiſque procellâ
Sic Luna occiduum fértque refertque fretum.

97. *In aquis impudicus amor feruet.* Paſch.

Venerem in aquis feruentem his verſibus depingit nobis Paſchaſius lib. 6. Epigr.

Vror & in lachrymas meus hic euanuit ardor,
Vt lachrymis oculi fluminis inſtar eant.
Ignem nec lachryma, lachrymas nec temperet ignis
Scilicet in gelidis Cypria feruet AQVIS.

Amantium naufragia.

De Venere ex aquis orta ita ludebat ſcitus quidam Poeta:

Si Venus orta ſolo eſt, & ſi glomerante procella
NAVFRAGVS *in ſcopulos eiiciatur amans.*
Sic & amor ſi mori, & ſi funeſta cupreſſus
Morti ſacra, maris lenta reuoluit aquas.
Lilia non Veneri, violæ, myrtúſve, roſæque,
Vna ſed è cunctis ſacra cupreſſus erit.

Amor impurus fluit, refluitque vt mare.

Paulò aliter alius in eadem ſcholâ peritus rem verſabat:

Vſque FLVIT *fugitiuus amor,* REFLVITQVE *viciſſim*
Vt mare: quid mirum? nam VENVS *orta mari.*
Nulla fides Veneri, leuis eſt, intérque planetas
Ponitur: haud inter ſydera fixa, Venus.

98. *In amaritudinem deſinit impurus amor.*

Verè aquis Venus par, par libido fluminibus, quia mare fluminum in mare deſinit: deſinit in amaritiem, licet initio dulcedinem præ ſe ferat; venuſtè ille, & eleganter:

Principium dulce eſt, at finis amoris amarus
Læta venire Venus, triſtis abire ſolet.
FLVMINA *quæſitum ſic in mare dulcia currunt,*
Poſtquam guſtarunt æquor, AMARA FLVVNT.

Venus à veneno non diſtat.

Venus, vt hoc quoque, quia hic ſumus, adiiciam, à veneno vel ipſo nomine non admodum diſtat, vt re ſciremus eſſe viciniorem: Pulchrè ille:

Per venas veniens priſci dixêre venenum
Quantulum ab hoc etymo diſcrepat ipſa VENVS?

Libidi

Luxuria tempeſtate nemo abripiatur. S. Iſid. Peluſ.

Libidinis tempeſtate abripi, ſubmergique qui mentis nauem timet, ab alienæ pulchritudinis aſpectu abſtineat, quod Cyri exemplo ita firmat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 173. *Cyrus, qui Pantheram fœminam tametſi incomparabilis pulchritudinis eſſe diceretur, ne videre quidem voluit, non ſolum a* LIBIDINIS TEMPESTATE *in tranſuerſum abreptus non fuit, verùm etiam ob continentiam clarus euaſit.*

99. *In libidinis aquas ſe plures immergunt.* Pſal. 29. 4. S. Aug.

In libidinis impuritate *mergendi* verbo vtitur ſanctus Auguſtinus tanquam libido aqua quædam eſſet, in quam ſe mergunt libidinis mancipia. Enarrat. 2. in Pſal. 29. ad illa verba: *Saluaſti me a deſcendentibus in Lacum*, ſeu vt ille habet: *Saluum feciſti me*; ita ſcribit: *Qui ſunt qui deſcendunt in Lacum? omnes peccatores* MERGENTES *in profundum: lacus eſt enim profunditas ſæculi, quæ eſt iſta profunditas ſeculi? abundantia luxuriæ, & nequitiæ: Qui ergo libidinibus ſeſe* IMMERGVNT, *& terrenis deſideriis, deſcendunt in Lacum.*

Huc ſpectabat & illud Poëtæ illius canentis:

Nec luxus vllus, MERSÆQVE LIBIDINE *vita Campanis modus.*

Fluctus aquarum impudicarum in caſtitatis ſcopulū franguntur. S. Cypr.

Impudicarum aquarum fluctus frangi in caſtitatis ſcopulum debent: ita aſſerebat ſanctus Cyprianus de ſingularitate Clericorum in calce: *Huius* (caſtitatis) *retinaculis omnis obſcœnitas frenatur, & compedibus eius calces furentis libidinis ſtatuuntur: In hanc velut in* SCOPVLOS *franguntur impetus qualeſcunque ſanguinis inundantis; & in illa ſedatur ſpumantis humoris inſania corporalis. Quæ dum ſibi ſubtrahit adminicula concupiſcentiæ, mortua membra ſua cognoſcitur baiulare.*

100. *In corporis nauigio libidinum ſentina nec videnda.* S. Ambr.

Corporis nauigium cupiditatum æſtus patitur, & libidinum ſentinam plerunque circumfert, quæ nec videnda, & vt non videatur, non ſit; ſanctus Ambroſius in Pſal. 118. Octon. 5. ita loquitur: *In hoc nauigio tui corporis mouetur æſtus cupiditatum, & non auertis oculos tuos ne videant ſentinam libidinum, ne aſpiciant mundi huius ſtercora?*

Tytij pœna libidinis cauſa S. Cyr. Alex.

A libidinis vitio Tytij pœna auocare quemlibet poteſt, de quo ita ſcribit ſanctus Cyrillus Alexandrinus homil. 6. de feſtis Paſchalibus: *Alterius verò, cui Tytio nomen, per tota nouem iugera corpus protendunt, geminaſque affixas vultures hominis iecur depaſci tradunt, atque iſti quoque noxam quandam concepta libidinis cauſam æternæ calamitatis præbuiſſe affirmant*, quæ non abeunt ab iis, quæ Poëtæ de hoc ſupplicio tradidêre.

Serpenti luxuria comparata. S. Nilus.

Serpenti libidinis vitium comparabat ſanctus Nilus orat. de fornicatione, *Par eſt*, inquit, *ſerpentis, & libidinis indulgentia, nam vt occaſionem inuenerint, mortem ſtatim afferunt*; blandus videatur hic ſerpens, at ſerpens eſt, omni alio ſæuior, omni nocentior.

Quàm magnā iniuriā Deus patiatur, cum eius imago luxuria ſordidatur. S. Aug.

Denique in Deum maximè iniurius eſt, qui impuritatis maculis, & libidinis luto Dei imaginem ſordidat, & collutulat; rem ſic expendit ſanctus Auguſtinus ſerm. 244. de Tempore: *Si in tabula aut lignea, aut lapidea faceres imaginem tuam, & aliquis impudens homo vellet illam imaginem aut lapidibus frangere, aut aliquibus ſordibus inquinare, velim ſcire ſi contra eum non moueretur animus tuus? Rogo te ſi imaginem pictam in tabula mortua ſic zelaueris, putas qualem iniuriam patitur Deus, quando in nobis imago ſua per luxuriam ſordidatur?* Non meretur Dei imaginem ferre, qui eam per luxuriam ſordidat.

EXCVRSVS III.

Impuris libidinis aquis qui hîc mergitur infernalibus pœnis mergetur.

Qui luxuriæ aquis *hîc ſepelitur, facilè æternis* pœnis *mergetur.*

Libidinis mancipia tanquam piſces *in deliciarum aquis ludentes in ſartagine ferrea ebullient in inferno.*

Infernus *domus meretricis.*

Orco, & Acheronti *ſimilis impudicæ mulieris sanua.*

Acheronti *ſimiles impudicæ mulieres; quia quod deglutiunt, non reddunt.*

Diaboli officina *impudicæ mulieris domus.*

Cubilia ſpirituum immundorum *meretrices.*

Ad meretricium cœnum currunt dæmones.

Diaboli *cauſa mulier impudica, Diaboli armatura.*

Meretrices ſuſtentare infernum *dicuntur.*

Dæmones *mulieris lenones.*

Inferni ſceptrum *mulier.*

Princeps gehennæ *impudica mulier.*

Luxuria ſceptrum.

Ianuam pulſat inferni, *qui verba meretricis libenter audit.*

Oſculi impudici contactus, morſus Diaboli.

Meretrix tartarei proſtibuli *victima.*

QVi meretricium æquor nauigat infernum nauigationis terminum habebit; non aliò naues ducere hæ aquæ ſolent, cùm influant ipſæ in abyſſum, eòque decurrant; Quique impuras impudicitiæ, & luxuriæ aquas bibit, timere debet, ne in æternas mergatur pœnas. Sanctus Auguſtinus merſionis metaphorâ vtens in hac re ſerm. 249. de tempore ita loquitur: *Illi miſeri ſunt, quorum corda ſunt carnali concupiſcentia polluta, quia æternas* MERGITVR *in pœnas; caſtitas enim Angelica eſt vita; caſtitas cum humilitate ſpiritus ſancti merebitur habitationem, quam expellit immunditia libidinum.* 101. *Qui luxuriæ aquis hic ſepelitur, facilè æternis pœnis mergetur.* S. Aug.

Qui in impurarum voluptatum pelago ludūt, pœnas illas ſubibunt, ni meliorem ebibant mentem, quæ in inferno ſcelerum victimis reſeruantur, inque ſartagine ferrea ebullient, qui tanquam piſces in libidinis aquis fuerunt, dum hic fuerunt; vt non alienè huc aliqui vocent ſartaginem illam, cuius mentio fit apud Ezechielem cap. 4. *Sume tibi ſartaginem ferream*; præſtat hic docti auctoris verba ſubiicere, qui voluptatum venerearum piſces ita perſtringens, ait: *Cur non timeant ab extremo, & ſempiterno ſupplicio, quod poſt hanc vitam manet libidinoſos? Ludunt quidem, & laſciuiunt in* PELAGO *ſuarum voluptatum vti* PISCES, *vel in maris ſalo, vel in fluento riuuli enatantes; at ſignum, inquit Ezechiel cap. 4. eſt domui Iſraël, prope oram riuuli, aut littus maris, quæ piſces luſitant, ſignum erexit diuina iuſtitia, vt minaci ſpectro laſciuientium compeſceret intemperantiam; ſed quod tandem iſtud eſt ſupplicium? ſume tibi, dicitur Prophetæ, ſartaginem ferream; ea ad conſpectum veſtrorum*

Libidinis mancipia tanquam piſces in deliciarū aquis ludentes in ſartagine ferrea ebullient in inferno. Ezech. 4. Ben. Scin t. 1. cap. 19.

ſtrorum luſuum, ac deliciarum, ò miſeri piſces, ferrea ſartago gehennalibus flammis inardeſcens ebullit, in hanc è mari, riuulóque huius ſeculi tranſmigrabitis, flammæ poſt aquas ſempiterni cruciatus, poſt fugaces delicias, momentaneáſque voluptates excipient amatores mundi. O ſi has libidinum aquas innatantium mentes innatarent!

Infernus domus meretricis S.Aug.

102. Iuſto timori ineutiendo aptus erit ille nexus, quo impudicæ mulieres cum inferno cohærent, cum gehennâ copulantur; rem hic exemplo, & rei firmandæ loca nonnulla, quà ex noſtris, quà ex prophanis voco, vt omnes ab huius impuritatis ſcopulis in luxuriæ mari auocentur; & in primis obſeruo, inferno meretricis domum comparari, quia neminem repellit, nullum reiicit, omnes in exitium admittit. Sanctus Auguſtinus ſerm. 107. de tempore: *Pro inferis ponitur domus meretricis, quia neminem repellit, omnem intrantem ad ſe trahit.* Addit: *quia ignem* INFERNI *habet domus meretricis.* Quis tam fatuus vt lubens, voléníque ad inferuum ſe conferat, & infernàles incipiat ſubire pœnas? Huc eorum impietas euadit, qui ad infames fœminas decurrunt, & meretriciis ſe immittunt aquis.

Orco, & Acheronti ſimilis impudica mulieris ianua. Plut.

Externi ſcriptores Venerem ita ex aquis natam dicunt, vt Orco, & Acheronti comparent. Plutarchus ἐν τῷ ἐρωτικῷ vnius Poëtæ carmen hoc adducit: *Non eſt Venus tantum, ſed habet multa cognomina, Orcus eſt, æterna vis, inſana rabies.* Orco, & Acheronti ſimilis meretricia domus eſt, quia ſicut quicquid inferni ianuam intrat, nunquam egreditur; ita vbi quis meretricis domum intrauerit, & meretrici adhæſerit, difficilè ad ſalutis viam redit. Hinc illud Salomonis Prou. 2. v. 18. & 19. *Et ad inferos ſemita illius: omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertentur, nec apprehendent ſemitas vitæ.* Vt facilis ad eam aditus pateat, exitus difficilis eſt. Salutis ſuæ obliuiſcuntur qui meretricis infernum adeunt, ſeruiúntque libidini, atque adeò redire ad Dominum contemnunt. Huc ſpectauit & Oſee cap. 5. *Non dabunt*, inquit, *cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum*; ſed erit tam ſuæ ſalutis immemores: *quia ſpiritus fornicationum in medio eorum.* Difficillima eorum ſalus eſt, qui ſe libidini proſtituerunt, & meretricis domum, quæ inferno pariatur, ingreſſi ſunt.

Prou. 2. 18.

Oſe. 5.

Acheronti ſimiles impudica mulieres, quia quod degluttiunt non reddunt. Plaut.

103. Inferno, & Acheronti ſimiles impudicæ mulieres dicuntur, quia opes omnes, & omnia amantium bona deuorant, & deglutiunt, nihil tamen redit, nihil reſtituitur. Plautus in Truculento vnam ex his in hunc modum loquentem inducit, Act. 4. Scen. 2.

Item vt ACHERONTI, *hic ratio accepti ſcribitur*

Intrò accipimus, quando acceptum eſt non poteſt ferri foras.

Fatenti crede, nec cures tuo diſpendio experiri.

Diaboli officina impudicæ mulieris domus. S.Chryſ.

Infernus ſpirituum immundorum habitatio, eſt etiam meretrix, & meretricia domus; Iure ſanctus Chryſoſtomus hom. 2. in Matth. cellam meretriciam *Diaboli officinam* appellat, nam in ea Diabolus ſuæ artis inſtrumenta habet, quibus homines decipiat, & deceptos ad tartara trahat. Dæmonum cubilia meretrices etiam dicuntur Beato Petro Damiano Epiſt. 55. *Audite me*, inquit, *ſcorta, proſtibula*, CVBILIA SPIRITVVM IMMVNDORVM. Libenter ad eas velut ad ſuam habitationem currunt Dæmones, cœnum quippe vt ſues amant, quod habet ſanctus Chryſoſtomus in Pſal. 41. *Quemadmodum*, inquit, *vbi eſt cœnum, eò porci concurrunt: ita vbi ſunt* MERETRICES, *& meretricia carmina, illic congregantur* DÆMONES. Ante Satanicos hoſce porcos margaritas, quod inhibuit Chriſtus, proiiciunt qui ſuas ipſorum animas pro viliſſima, & impuriſſima delectatione Dæmonibus proculcandas & ſpurcitiæ luto immergendas in meretriciis lupanaribus præbent.

Cubilia ſpirituum immundorum meretrices. S.Pet.Dam.

Ad meretricium cœnum currunt Dæmones. S.Chryſ.

104. Porrò cauſa propter quam tanta Dæmonum copia lupanaria adit, & ad meretricum accurrunt domos ea eſt, quam attigit ſanctus Ephræmus Syrus tract. aduersùs improbas mulieres in hæc verba: *Quid eſt meretrix?* CAVSA DIABOLI, *Diaboli conſolatio, arma Diaboli, triumphus tenebrarum, dux delictorum.* Mulier impudica Diaboli cauſa dicitur, quia per eam in animas ius acquirit.

Diaboli cauſa mulier impudica, Diaboli ark matura. S.Ephrem.

Hinc eſt, quod meretrices fulcire, ac ſuſtentare infernum dicuntur, quia magnam hominum multitudinem ad illum ducunt. Prou. 5. v. 5. de meretrice ita loquitur Salomon: *Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant.* Hebraïcè: *& infernum greſſus eius ſuſtentabunt.* Caietanus: *fulcient*, & in hunc modum exponit. Meretrices multos adducendo in INFERNVM, SVSTENTANT illum, id eſt implent ac ſi infernus nutaret, & rueret, niſi impuræ mulieres ingentem hominum multitudinem in illum deferrent, & tanquam naues ad ima decurrentibus vndis in inferna loca veherent.

Meretrices ſuſtentare infernum dicuntur. Prou. 5. 5. Hebr.

Deinde ſancto Ephræmo meretrix Diaboli conſolatio dicitur, quia ſi Dæmones capaces alicuius conſolationis eſſent, eam in lupanaribus inter meretrices haberent, per ipſas quippe, animas quarum ſummo ardet deſiderio falſis, ac venenatis illecebris acquirit, & in inferno demergit, ac ſepelit; vt proinde *Dæmones mulieris lenones* eſſe dixerit ſanctus Chryſoſtomus in cap. 6. epiſt. 1. ad Corinth. Vbi inſuper addit Dæmones ipſos cum meretricibus commiſceri: *Meretrices ornatas ad libidinem non cenſes cum* DIABOLO *coire? ſi quis autem contendat, & contradicat, exuat animam mulierum, quæ ſe adeò indecorè gerunt, & videbit planè ſcleratum illum Dæmonem vehementer cum illis coniungi, ac commiſceri.* Ergo Dæmonem refert, qui impuræ mulieri impurus adhæreſcit.

Dæmones mulieris lenones. S.Chryſ.

Præterea dicitur mulier *arma Diaboli*, quia hac vtitur Diabolus, vt ſua tela in homines iaculetur, vt excelſas etiam turres arietet, & peſſundet. Tandem, TRIVMPHVS *eſt tenebrarum*, quia per ipſam Diabolus triumphum agit, quem amaſiorum turba tanquam captiui, & illecebris velut catenis quibuſdam vincti, victique ſequuntur triumphantem.

105. Hac eadem de cauſa improbam mulierem inferni ſceptrum appellat idem ſanctus Pater Ephræmus Syrus tract. aduerſus improbas mulieres, dum ait: *Quid eſt mulier? iuuenum perditio,* SCEPTRVM INFERNI: Olim Perſarum mos erat, vt ſceptrum in clemētiæ, ac pietatis ſignum extenderent, quod colligitur ex lib. Eſther. Contra hîc fit, nam Tartareus, Satanicúſque Aſſuerus muliebre ſceptrum extendit, non in clementiæ ſignum, ſed ſæuitiæ, non vt erigat correptum timore animum, quod in Eſtherem Aſſuerus fecit, ſed vt animas ad ſua regna detrudat, æterniſque cruciatibus adiiciat; inferni ſceptrum meretrix eſt, inferni ſceptrum habet tanquam princeps: Hinc Prou. 5. v. 11. *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli*: Id eſt, vt aliqui explicant, meretrici, quæ ob ſæuitiam *crudelis* titulum

Inferni ſceptrum mulier. S.Ephr.

Princeps gehennæ impudica mulier. Prou. 5. 11.

circumfert

R.Sal.

circumfert per quandam antonomaſiam. R.Salomon vertit: *principi gehennæ*, quod in impuram mulierem optimè cadit, quæ gehennæ quendam videtur habere principatum ob illorum multitudinem, quos illecebris ſuis ſibi hæc ſubiecerat, & in regnum illum æternis pœnis cruciandos tranſmitit.

Luxuria ſceptrum. S.Aug.

Et verò ſi quod vicium eſt, per quod Diabolus ſceptrum, ac imperium ſuper homines tenear, hoc eſt luxuria, qua tot ſuæ ſeruituti ſubiecit, ſuæ ſubdidit tyrannus tyranoidi. Hanc luxuriæ, libidiniſque vim nouère multi, nouit inter alios ſanctus Auguſtinus, ſic enim ille humiliter fatetur lib.2.Confeſſ. cap.2. *Cùm accepit in me luxuria* SCEPTRVM, *& totas manus ei dedi veſaniæ libidinis.* Sed iam cùm hæc diceret, ab eius ſeruitute ſe ſubduxerat, & caſtus de luxuria triumphabat, qui luxuriæ triumphum auxerat libidinis captiuus. Imitare, qui libidini dediſti manus, & ne in profundum mergaris reſipiſce.

106. *Ianuam pulſat inferni qui verba meretricis libenter audit.* Salon.

Inferni pulſare videtur ianuam qui meretricio oſculo os ſuum, & mentem pollucre ſinit: Salonius in expoſitione myſtica Prouerb. ſic ab impudicæ mulieris verbis, oſculóque omnes auocat; *Qui verba meretricis libenter audit, & oſcula eius delectabiliter ſuſcipit,* QVASI IANVAM PVLSAT INFERNI; infernum ipſum verè aditurus, niſi pedem retrahat, & mentem.

Oſculi impudici contactus morſus Diaboli. Euſeb.

Fuit qui impudici oſculi contactum Diaboli morſum indigitauerit; Euſebius Emiſſenus hom.1. de Symbolo ita loquitur: *Impudici contactus oſculi quid aliud eſt, quam* MORSVS DIABOLI, *& arma peccati?* nemo tanta inſania tangatur, vt tangi oſculis illis velit, quæ nocentiora ſunt, quam ſi Diaboli morſibus quis pateret.

Meretrix tartarei proſtibuli victima. S.Pet. Dam.

Meretrix, vt definiam, *Tartarei* PROSTIBVLI VICTIMA, dicta eſt a ſancto Petro Damiano lib.4. epiſt.8. huic victimæ qui ſe litat, victima fit, & in tartara erit, dum erit tartarus.

EXCVRSVS IV.

Ex impuro, & meretricio poculo bibere, quàm noxium, quàm lethale.

Amatoria pocula lethalia, *& mortem inferentia.*

Poculum meretricium *quale.*

Impuræ mulieres aconita *bibentium.*

Venenum *ad mortem bibit, qui molliori ſexui ſe committit.*

Voluptatis amatorium poculum *fugiendum.*

Mundus fallentibus illecebris *venenatus.*

Venenum *à muliere vt à vipera.*

Impudicæ mulieres tanquam viperæ *ſuorum amatorum caput abſcindunt.*

Vipera ante commixtionem venenum *euomit; meretrix maximè ſumit, vt amatores ſuos perimat.*

Fœmina, quæ poculum *fœtui abigendo ebi-*
Nouiui Nuptiales Aquæ.
berat, in profluentem euecta ſuffocabatur.

Vinum impurum *carnalis voluptatis non videtur ſine vappa.*

Impudicæ mulieres amatores ſuos cædebant, *& alijs afficiebant contumelijs.*

Vapulationis *nexus, &* meretricis.

Mulier mala peccatorum colaphus.

Venenatum exhibent meretrices poculum, mortémque iis illaturum, qui incauti ora, & labra venenatæ potioni admouebunt. Olim impudicæ mulieres philtra, & amatoria pocula adhibebant ad amorem conciliandum vtque ſibi multorum animos deuincirent. Hoc habet ſanctus Chryſoſtomus hom.de muliere, & pulchritudine, in hæc verba: *Et multi quidem ex his, qui meretricibus adhærent, non modo æternam mortem inde ſubierunt, ſed & hic mali malè perierunt, ærumnas a meretricantibus mulieribus perpeſſi, cùm enim contenderent illæ, vt adhærentem ſibi, atque amore ſui penitus aſtringerent* AMATORIA POCVLA *appararunt. Ita deinde in grauem morbum coniectum, & lui, tabique lenta traditum ex hac vita ſuſtulerat.* Hactenus ille. Vides impudicas haſce fœminas pocula in amatorum ſuorum interitum temperare. Peribit, qui lethali huic poculo os admouebit, & mortem cum mulſo bibet. 107. *Amatoria pocula lethalia, & mortem inferentia.* S Chryſ.

Poculum meretricium quale. Apoc.17.4.

Hinc ſuam lucem accipit locus Apocalypſis cap.17.verſ.4. vbi meretrix illa crudelis, atque blaſphema depingitur, & inter alia hæc dicuntur de ea: *Et habens* POCVLVM *aureum in manu ſua plenum abominatione, & immunditià fornicationis eius.* Poculum iſtuc amatorium poculum eſt, quod ſuis in interitum temperat, & offert, qui impudicarum mulierum mos erat, quod ſibi etiam ea verba volunt *plenum abominatione,* Græcè eſt *βδελυγμάτων*, quæ vox veneficiis adſcribi ſolet, & amatoriis poculis, ex impuriſſimis enim rebus fieri amatoria pocula conſueuerant. Diogenes formoſa ſcorta *θανάσιμον μελίκρατον*, id eſt LETHIFERVM MVLSVM appellabat, vt alibi tetigimus, venenum enim continet, & occultè ementita dulcedine, ac voluptate impura mulier, impurum ſcortum. Sanctus Petrus Damianus epiſt. 55. de meretricibus ita loquitur: *Vos virus mentium, gladius animarum,* ACONITA *bibentium.* Aconitum ſuis amatoribus ad mortem offerunt, licet mellitum voluptatis poculum præferant, & oſtentent.

Impuræ mulieres aconita bibentium S.Pet.Dam.

Venenum ad mortem bibit qui molliori ſexui ſe committit, & nimia familiaritate cum iis agit, quibus familiare eſt in præcipitium agere, qui ſe putant iuxta pericula ſecuros, hoc voco illud ſancti Cypriani, (ſi hoc opuſculum huius auctoris eſt) de ſingularitate Clericorum vbi ait: *Ipſi nos fallimus quotiens inordinabiliter credimus æſtimantes per fidem noſtram legis præcepta mutari, vt inter maſculos, & fœminas ſperemus paſſim caſtitatem immobilem cuſtodiri: difficilè quis* VENENVM BIBET, *& viuet.* 108. *Venenum ad mortem bibit qui molliori ſexui ſe committit.* S.Cypr.

Voluptatis amatorium poculum fugiendum. Philo.

Et quidem vniuersè voluptas omnis amatorium ſuis exhibet poculum in mortem, in interitum; reiiciet qui ſapit, & ne exitium ſuum bibat, voluptatis poculum repudiabit; Scitè Philo lib.de Gigantibus, vbi amatorum poculum reiiciendum monet, vt virtutis pulchritudini velut, ferrum magneti adhæreamus; digna ſunt eius verba, quæ hîc recenſeantur: *Nocent,* inquit, *eius munera, quæ mox ablata proſunt. Proinde*

ô anima, ſi quod voluptatis amatorium te inuitat POCVLVM, *declina ab eo, & auerſis oculis ingenuinam natiuamque virtutis pulchritudinem, perge illam intueri, donec amore huius correpta traharis, tanquam a magnete, vt attracta cum adamata cohereas.* O ſelix mens, quæ virtutum magnetem amplectitur, eique indiſſolubili vnitur nexu, reiiciens noxium impuræ voluptatis poculum, quod mortem continet, quam illud ſiccantibus infert. Venenum in hoc poculo latet, cùm mel exhibere videatur. Mundi fallaces illecebras ita detegit Sanctus Paulinus epiſtola 1. ad Seuerum: *Excipit nos mundus iſte variis voluptatibus florens, & fallentibus* VENENATVS *illecebris.* Quidni venenum ſuis ſectatoribus propinet, & voluptatum dulcedine deceptos interimat, quum venenatus ab omni parte ſit?

Mundus fallentibus illecebris venenatus. S. Paulinus.

109. Maximè veneno infecta ea potio eſt, quam mulier impudica ſuis offert, & in perniciem propinat, vt non immerito viperæ ſoleat comparari, vt alio quoque loco aliò ſpectans notabam. Sanctus Ephræmus Syrus tractat. aduerſus improbas mulieres impudicam fœminam ita circumſcribit: *Expetita nubies*, VIPERA VESTITA. Anaſtaſius Nicenus quæſt. 63. in Scripturam de muliere improba: *Quies ſerpentis, Diaboli ſolatium*, VIPERA VESTITA. Sanctus Gaudentius ad Neophytos ſermon. 9. *Turpium fœminarum* COLVBRINI GESTVS *ad concupiſcentiam mouent illicitam.* Vides venenum vel a nudo geſtu emanare, quid ſi de eius lethiferis aquis bibatur?

Venenum à muliere vt à vipera S. Ephræm. S. Gaud.

Ferunt viperas fœminas ſe maſculo commiſcentes ei caput præcidere, adeò vt nexus mortem ei afferat; iſtuc & fœmineæ viperæ præſtant, Chriſtum qui hominis caput eſt, ab hominibus impiæ, impudicæ fœminæ præcidunt, ſi quis ſalutis ſuæ prodigus eis ſe commiſceat. Sanctus Petrus Damianus rem ſic habet epiſt. 55. vbi in meretrices inuehens ait: *Vos* VIPERÆ *vitioſæ, quæ præ impatientis ardore libidinis Chriſtum qui caput Clericorum* (iure & aliorum hominum) *veſtris amatoribus detruncatis.* Quid nocentius & exitialius, quàm his viperis adhærere, quæ vitam ſpiritalem auferant, Chriſtum à nobis abiungant; hinc illud Apoſtoli 1. Cor. 16. *Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur; qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt*; quibus verbis indicat Chriſto ſimul tanquam capiti adhæſere non poſſe, qui meretrici commiſcetur.

Impudica mulieres tanquam viperæ ſuorum amatorum caput abſcindunt. S. Pet. Dam.

110. Viperis impudicas fœminas comparauimus, parum iſtuc eſt; nocentiores, ſæuioréſque viperis ſunt. Vipera ante commixtionem euomit venenum, quod poſt coniunctionem rurſus ebibit: ita tradit Sanctus Ambroſius lib. 5. Exam. cap. 7. vbi de vipera loquens ait: *Peracto coniunctionis munere*, VENENVM, *quod euomuerat rurſus haurire fertur.* Non ita meretricis vipera, venenum non euomit, & ponit, ſed in ipſa coniunctione auget potiùs, vt amatores ſuos perimat. Sanctus Petrus Damianus eadem epiſt. 55. ita de meretricibus loquitur: *Vos miſeris, & incautis hominibus ſic ſanguinem ſugitis, vt* LETHALE VIRVS *eorum viſceribus inſinuatis*; tantùm abeſt, vt ſine veneno ad eos accedant.

Vipera ante commixtionem venenū euomit, meretrix maximè ſumit vt amatores ſuos perimat. S. Ambr. S. Pet. Dam.

Fœmina quæ poculum, quo fœtus vitalis per aboſrum abigatur ebiberit, *in* PROFLVENTEM *deturbata ſuffocabitur*, aiunt capitula Karoli num. 133. ſepeliri etiam aquis meretur, quæ poculum aliis exhibet, vt alias venenet, & ad mortem impellat.

Fœmina quæ poculum fœtui abigendo ebiberat in profluentem iecta ſuffocatur Capit. Kar.

Lethale eſt ex meretricio poculo bibere, licet enim amentitæ voluptatis vinum in eo contineatur, latet etiam venenum, quod ſumptum mortem affert animæ, cùm peſtifera hac potione peccatum illabitur. Mos quarundam gentium erat, vt probum vinum nulli venderet, niſi ſimul emeret, & de corrupto; hic idem fit, licet totum potiùs infectum, corruptúmque vendatur nihil ſine vappa, nihil non infectum: Stephanus Cantuarienſis lib. Alleg. ſuper Abacuc: *In concupiſcentia carnis oſtendit Diabolus eſcam voluptatis, ſed latet aculeus peccati; vel ſi videatur propter voluptatem amplectendam parui penditur. Sic in quibuſdam regionibus caupones nolunt alicui bonum* VINVM VENDERE *niſi emat, & de corrupto.* Vel parua huius corrupti vini gutta omnem voluptatem inficit, & amaram reddit, vbi enim peccatum interuenit, voluptas omnis receſſit, & deperit. Qui ſapit, carnalis voluptatis vinum minimè quæret, cui adnexum corrupta, & arida peccati potio.

Vinum impurum carnalis voluptatis non venditur ſine vappa. Steph. Cant.

Igitur qui ſuæ ſaluti conſultum vult, meretricia deuitet pocula, impuræ voluptatis lethales potiones deuitet. Nemo tam demens ſit, vt flagellum quærat, & cruciamentum; nam talis impudica mulier amatoribus ſuis eſt; vnâ manu poculum porrigit, alterâ flagellat, & verberat. Olim adeò procaces impuræ fœminæ erant, vt amaſiis ſuis alapas infligerent, & eos multis opprobriis fœdarent; impudentiæ huius meminit Sanctus Chryſoſtomus hom. 17. in epiſt. ad Romanos; vbi infamem amatorum patientiam his verbis arguit: *Non vides turpes illos amatores* ALAPAS, *opprobria, ſputa, innumeraque alia incommoda, quæ fornicariæ illæ mulieres infligunt, patienter ferre?* Quo inſaniæ impudicus amor ſuos? 111.

Impudicæ mulieres amatores ſuos cædebant, & aliis afficiebant contumeliis. S. Chryſ.

Illuſtrari hinc poteſt Oſeæ locus cap. 4. *Et populus*, inquit, *intelligens vapulabit* quid ſi vapulationem iſtam ad meretrices referamus, quæ ſuos flagellant, & cædunt? LXX. ad noſtram mentem tranſtulerunt: *συνεπλέκετο μετὰ πόρνης adhærebat meretrici.* Ac ſi idem eſſet flagellis cædi, & impuris mulieribus commiſceri, flagellum quippe, ſuppliciúmque ſuorum eſt. Idem Sanctus Chryſoſtomus in Pſal. 3. *Mulier*, inquit, *mala peccatorum eſt* COLAPHVS, & in ſupplicium ſcilicet, & infamiam impura mulier nata. I, & poculum bibe, quod illa offert, ſi ſupplicia placent, quæ infert, ſi æterna lubent cruciamenta, ad quæ ducit ſuos.

Vapulationis nexus, & meretriciis. Oſe. 4. LXX.

Mulier mala peccatorum colaphus S. Chryſ.

⁂

EXCVR-

EXCVRSVS V.

Voluptatum venerearum aquæ ſuper alueum effuſæ rationem obruunt.

Deliciis Deus modum poſuit, *ne rationem obruerent.*

Amentis, *&* amantis *nexus.*

Ἀφροδίτης *Venus dicta, quia* ſine prudentia.

Prudentia *de caſtitate.*

Ab impuritatis *caſtris* ratio *exulat.*

Concupiſcentia rationem *ligat.*

Ζῶν *quid, & vnde? Luxurioſè viuens, brutis par.*

Impuritatis, & adulterij cæcitas.

Cæca *omnis libido eſt.*

Oculi *in pœnam eruti adulteris.*

Luxuria ſemper ſitit.

Dæmones luxuriâ captos obcæcant.

Luxuria oculos *inuadit.*

Videndi facultatem *libido eripit.*

Eruit ſibi oculos, *qui opum ac voluptatum amori decipi ſe ſinit.*

Oculos *alienos mulier deperit ſuis deſtituta.*

Satanicus coruus *in hominibus carnalibus mentis oculum petit.*

Luxuria more latronum rationis lumen *ſtatim extinguit.*

112. *Deliciis Deus modum poſuit ne rationē obruerent.* S. Amb.

NOxiæ voluptatum aquæ ſunt, & coniugij vſus ſi nimius; ſupra alueum, vt ita dicam, hæc fluenta effuſa rationem obruunt, ac ſepeliunt: & quidem vniuersè de omnibus corporis deliciis ita loquitur ſanctus Ambroſius lib. 1. de Cain, & Abel cap. 4. *Deus deliciis, & gaudiis noſtris* PONIT MODVM, *ne ſuper alueum* EFFVSÆ RATIONEM *obruant*; Coërcet terrenas delicias Deus, amaritudines illis intermiſcet, ne mens, & ratio nimium deliciis madida mergatur.

Amentis, & Amantis nexus. Plato. Poët.

Sed maximè timendum in voluptatum venerearum aquis, ferè enim rationem ſepeliunt; hinc eſt quod Venus dicta eſt huiuſcemodi voluptatum Dea, à *ve* quæ eſt priuatiua particula, & νοῦς, id eſt mens, vt Venus ſignificet *ſine mente*, quia nempe Veneris vſus vt ait Plato vltimo de legibus, mentem hebetat. Etiam apud Poëtas magna amentis & amantis cognatio non ſolùm nominis, ſed etiam rei; hinc ille:

Si ſapis AMENTEM *dicas, non lector* AMANTEM.

Venus dicta, quia ſine prudentia. Prudentia de caſtitate. 1. Pet. 4.

Exulat quippe prudentia, & ratio à Veneris regno. Græcis venus ἀφροδίτη Aphrodiſia dicitur, id eſt, ſine prudentia, nam prudentia cum Venere non cohæret, cohæret cum caſtitate, adeò vt prudens eſſe videatur, qui caſtus 1. Pet. 4. *Eſtote itaque prudentes.* Syriacè: *Eſtote*

Nou.nivi Nuptiales Aquæ.

caſti ac ſi caſtitas prudentiam contineret, nec aliquis futurus ſit prudens, qui caſtitatis non ſit amator.

Ab impuritatis caſtris ratio exulet. Philoſt. S. Chryſ.

Abeſt à Cupidinis caſtris ratio, abeſt prudentia, rationis quippè fur Cupido eſt, amórque impudicus. Mæcius in epigrammate contra Cupidinem ita loquitur: *Prudentiæ corruptor, mentis ſurreptor,* FVR RATIONIS. Philoſtratus in Sophiſtis quendam *delirantem præ amore* vocat. Ex noſtris ſanctus Chryſoſtomus hom. de muliere ait: Fœminam VRENTEM RATIONEM.

113. *Concupiſcentia rationem ligat.* S. Cyr. Hier.

Aquâ diuinitus inſanum ſanitati reſtitutum ſcimus, amentémque curatum. Sanctus Petrus Damianus in vita Beati Odilonis rei huius exemplum refert, contra luxuriæ aquam, inſaniam enim adducit, fatuos, amentéſque eos reddit, à quibus bibitur, & eorum mentem ligat, vt in malorum omnium foueam miſerrimè labantur. Ita ſentit ſanctus Cyrillus Hieroſolymitanus catechesi 2. dum ait: *Si neglectè ſuſceperis concupiſcentiæ incitationem per ratiocinationes radices in ſe figet, &* MENTEM TVAM LIGABIT, *& te detrahet in foueam malorum.* Et ratione præditus homo, ſinet tanquam iumentum aliquod eſſet, rationem ſibi luxuriâ ligari?

Ζῶν, quid, & vnde? Luxurioſè viuens brutis par. Luc. 18. 13.

Et non ligatam rationem habet qui luxuriæ ſe mancipat, cùm iumentorum vitam agat. Luc. 18. 13. de filio prodigo dicitur: *Diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.* Græcè eſt ζῶν, *viuens*, quod de brutis animalibus, quæ eſt ζῶα dicuntur, dicitur, vt ſtatim colligeremus, brutalem eorum vitam eſſe, qui luxuriâ diffluunt.

Impuritatis, & adulterij cæcitas. S. Chryſ.

Verè mentem excæcatam habet, qui luxuriæ aquis madidus eſt; Suidas, quod ſuperius etiam tetigi, à verbo πήρωται, inquit, meretrix dicitur, *quod mentem* EXCÆCATAM *habet.* Habet meretrix, habet & quiſquis libidinis mancipium eſt; rationis enim oculo deſtituitur. Pulchrè ſanctus Chryſoſtomus homil. 8. de Pœnitentia: CÆCITAS *mala eſt adulterium, oculorum eſt morbus non corporis, ſed animæ priùs.* Sic ille.

Cæca omnis libido eſt, quippe quæ rationis oculum eruit. Hinc de Sodomitis, qui oſtium 114.
Loth ingredi volebant, vt hoſpitibus abuterentur, ſcriptum eſt quod percuſſi fuerunt cæcitate: Sic enim ſcriptum eſt, Gen. 19. verſ. 11. *Eos, qui foris erant percuſſerunt* CÆCITATE *à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire non poſſent.* Reſpondet ſceleri pœna, corporis cæcitate damnantur, qui cùm luxuria diffluerent, libidiniſque flammis exæſtuarent mentis oculis iam erant vidui. Scitè ſanctus Ambroſius lib. 1. de Abraham, cap. 6. *Percuſſerunt illos* (Sodomitas) *Angeli cæcitate, vt etiam oſtium domus, quod aperire cupiebant non reperirent, ſimul etiam illud oſtenditur, quia* CÆCA EST OMNIS LIBIDO, *& quod eſt ante ſe non videt.* Oculorum vſu non ſemel impudicus deſtituitur, in ſignum quod interni oculi vſum amiſit. Plura huius pœnæ exempla ſuppetunt, illud ſingulare, quod de Algaro Regulo narrat Polyd. libro quarto Hiſtor. Anglican. Hic Regulus Frideſuidam Ducis cuiuſdam filiam Virginem Oxonienſem ad ſtuprum cogere volens fugientem perſequitur; illa protinus in oppidum ſe recipiente, Regulo

Cæca omnis libido eſt. Gen. 19. 11. S. Ambr. *Oculi in pœnam eruti adulteris.* Polyd.

porta clauditur, lumén que oculorum eodem momento amittitur, vt eadem Sodomitarum pœna plecteretur, qui eodem cum illis ſcelere laborabat. Verùm mox Virgo ſuis precibus Deum Algaro placauit, qui rurſus viſum recepit. Ex quo exemplo diſcimus, quantâ cæcitate laborent, qui Virgines Deo dicatas inſequuntur, quum ſæpe in huius rei teſtationem oculorum vſu priuentur.

Etiam Zeleucus legem tulit, vt adultero oculi eruerentur: huius filius quum ſecundùm ius ab eo conſtitutum vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas pœnam adoleſcenti remitteret, repugnauit Zeleucus, tandem populi precibus victus ſuo prius, deinde filij oculo eruto, ſaluâ lege ſupplicij legem temperauit, iuſtitiæ incorruptæ exemplum præbens. Ita refert Valerius Maximus lib.6. cap.5. Sed interim hac lege oſtendit vt externa cæcitate libido plectebatur, ita internum mentis oculum auferre, vt non mirum, ſi & Cupido velatis oculis pingatur, quum impudicum omnem amorem ingens cæcitas comitetur.

Val.Max.

115\. Samſon quoque Dalidæ captus amore, quæ vel nomine luxuriam ſignificat, cum *ſitula* interpretetur, eius blanditiis deceptus tandem à Philiſtæis excæcatur, vt hinc colligeremus mentis oculis excæcari, qui mulieris ſe blanditiis committit: hinc rem flectit Beatus Albertus Magnus Serm. de ſancto Nicolao; ait enim: *Dalida quæ interpretatur ſitula: ſignat luxuriam, quæ ſemper* SITIT LIBIDINEM, *ad ſinum ſuum inuitat, ibique eum tandiu dormire facit, quoadusque vſus fuerit, id eſt, quandiu vires corporis habuerit. Viribus autem corporis per mortem ablatis abijcit eum à ſe, quem tunc Philiſtæi, id eſt, Dæmones ſapientes excæcant.*

Luxuria ſemper ſitit.

Dæmones luxuria captos obcæcant.
B Alb.Mag.

Luxuriæ eſſe in oculos inuadere, lumináque tetro ſuffundere fumo etiam Prudentius affirmat, dum in Pſychomachia libidinem exhibet pudicitiam aggredientem:

Luxuria oculos inuadit.
Prud.

Exin gramineo campo concurrere prompta
Virgo Pudicitia, ſpecioſis fulget in armis:
Quam patria ſuccincta faces Sodomita Libido
Aggreditur, piceámque ardenti ſulphure pinum
Ingerit in faciem, pudibundaque LVMINA *flammis*
Appetit, & tetro tentat ſuffundere FVMO.

Qui luxuriæ ſordibus eſt refertus rationis oculo iam amiſſo non criminis fœditatem videt, non præſentia mala, non futuras pœnas, non gehennam cui deſtinatus, non cœlo cui natus arridet, cæcus impudicus eſt. Grauiter ſanctus Chryſoſtomus, qui hom. 11. in 1. ad Corinth. hæc in hanc ſententiam habet: *Quando ab impudica libidine capta fuerit anima, ſicut* NVBES, *&* CALIGO *corporis* OCVLOS; *ita cùm illa eripuerit* MENTEM, *perſpiciendi facultatem nihil ſinit videre vlteriùs, non præcipitium, non gehennam, non timorem.* Et poſſet tam fœda committere, in tam pœnitenda labi, qui pœnam cogitaret, eámque æternam: qui perennaturas flammas mentis oculis intueretur, quibus momentanea voluptas ambuienda?

Videndi facultatem libido eripit.
S.Chryſ.

Adultero Zaleuci lege oculi eruebantur: hanc pœnam ſponte ſubit, quin ſui carnifex fit, qui luxuriæ, fœdóque carnis vitio ſeruit, ipſe ſibi rationis oculum eruit, vt cæcus omnino ſit, & in vitiorum omnium præcipitia facile labatur. Scite ſanctus Cyrillus Alexandrinus libro ſexto in cap.11. Ioannis, ſic enim tum de ambitione, opumque cupidine, tum de carnis voluptatibus ſcribit: *Si quis honoris ambitione laborat, aut graui exæſtuat opum cupidine, Æthnæis voluptatum ignibus efferuet, nimirum ſibi ipſi* OCVLOS *eruit, & deſtitutus lumine mentis in foueam iniquitatis agitur præceps:* Diceres Aquilæ aſtutiam hîc adhiberi, Aquila vt ceruum in præcipitium ducat alis ſuis excutit prius puluerem in eius oculos, & excæcat quodammodò, tum ducit ad montis præcipitium, vt præceps ruat, hoc eodem aſtu luxuria vtitur, & libido primùm oculos inuadit, rationis lumen quodammodò eripit, deinde in præcipitium ducit.

Eruit ſibi oculos, qui opum, ac voluptatum amore decipi ſe ſinit.
S Cyr. Alex.

Verè oculis caret qui libidini famulatur; nos quoque cùm mulierculæ cuiuſdam impudentiam perſtringeremus, quæ ad nefarium opus Beatum noſtrum Andream Auellinum ſuis blanditiis allicere tentabat, ſui ſceleris occaſionem in Beati oculos, quorum pulchritudine capta erat, turpiter referens: inter alia his verbis hanc rem tetigimus: OCVLOS *amabat mulier; nil mirum: cæcus impudicus amor eſt, vt videat alienis indiget luminaribus.* Alienos oculos deperit quæ rationis oculo caret. 116.

Oculos alienos mulier deperit ſuis deſtituta.

Tam turpibus, & inhoneſtis more ſuum impudicas delectari, & voluptatum ſuarum cœno volutari, quis non miretur? Itáne cœlo, & perennaturis natum genere ſuo indignis inquinare, & carnis ſordibus carnem, mentémque maculare? Quis tantam cæcitatem non ſtupeat? tantam impudentiam, & amentiam? Apertè colligitur luxuriam mentis oculum primùm petere, & rationis lumen ab eo quem inuadit auferre. Coruus in cadaueribus primùm oculum effodit, vt ſcriptores tradunt; quò reſpexit & Salomon Prouerb. 30. verſ. 17. *Oculum*, inquit, *qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus.* Iſtuc idem in hominibus carnalibus fit, Dæmon enim primùm ab eis intellectum, & rationem aufert, dum in carnis ſcelera eos ſuis artibus allicit. Pulchrè Vgo Victorinus lib. 1. de Beſtiis cap. 35. *Coruus eſt Diabolus, qui in cadaueribus primum* OCVLVM *petit, quia in hominibus carnalibus intellectum diſcretionis extinguit, & ſic per oculum cerebrum extrahit, quia diſcretionis intellectu ſenſum mentis euertit.* Noxius hic coruus, & à cordis arca reiiciendus, vt abeat, & non reuertatur. Noë coruum ab arca dimiſit, vt cognoſceret, ſi iam diluuij aquæ ceſſaſſent. Coruus iſte Satanicus non luxuriæ aquas ſiccatas eſſe nuntiat, ſed augeri ſemper ſtudet, vt illis dum homines obruuntur, & ratio obruatur

Satanicus coruus in hominibus carnalibus mentis oculum petit
Prou. 30. 17.
Vgo Vict.

Latrones domum effodientes, & intrantes, vt eam expilent, lucernam ſtatim extinguunt, ne videri poſſint; nam qui malè agit, odit lucem. Idem hîc fit: Luxuria tanquam latro mentis domum inuadit, vt pretioſa quæque furetur, ſed ſtatim rationis lumen extinguit; quod eleganter explicat ſanctus Chryſoſtomus homilia vndecima in epiſtolam primam ad Corinth.

Luxuria more latronum rationis lumen ſtatim extinguit.
S Chryſ.

Corinth. vbi ita loquitur : *Quomodo latrones, & murorum effoſſores quando volunt aliquid pretioſum capere, lucerná extinctá hoc faciunt, ita etiam in nobis facit libido. Eſt enim in nobis perpetuò ardens* LVMEN RATIONIS; *ille igitur ſpiritus nequitiæ (nempe luxuria) magno impetu irruens flammam illam extinguit, & protinus diripit, ſpoliatque omnia, quæ ſunt recondita.* Proh! quàm eorum conditio miſera, qui libidini ſeruiunt, quum ſpiritales theſauros amittant, & eos ſibi ſurripi animi cæcitate correpti aut non videant, aut non cogitent.

EXCVRSVS VI.

Lethalis in luxuriæ mari latet hamus.

In huius vitæ lætis *latet hamus.*
Voluptas hamus *Diaboli.*
Malorum eſca *voluptas.*
Hamus *in rebus iucundis latet.*
Ne gaudeat qui hamum *habet in faucibus.*
In luxuriæ mari velut hamo *homines capiuntur ad mortem.*
In carnalis voluptatis eſca hamus *latet.*
Muliebribus fucis, & ornatu fœmineo vt hamo *plerique capiuntur.*
Et vocis hamo *mulier viros capit, quod in piſcium captura non fit.*
Extimæ pulchritudinis eſcâ *deceptus hamum peccati trahit.*
Muliebris forma ad modum hami *ſe habet, quo viri capiuntur.*
Vanda *quid Slauis?*
Mulieres in amoris aquis hamis *capiuntur.*

117. LAtent ſub voluptatum terrenarum aquis lethales hami, quibus mortales ad mortem alliciuntur, veluti piſces. Probè monuit ſanctus Nilus in cap. Paræneticis, ſic enim ille loquitur: *Læta*, id eſt, *vitæ huius fluxa ne te oblectent:* HAMI *enim ſunt, animam vt piſces irretientes.* Hoc hamo Satanicus piſcator vtitur, vt homines deceptos in interitum trahat: *Voluptas*, inquit Antonius in Meliſſa Serm. 16. HAMVS *eſt Diaboli ad interitum trahens.* Quis non timeat huius piſcatoris fraudes, & inſidias? Etiam Philo voluptatem homines veluti hamo ineſcantem ita nobis exhibet lib. de mundi opificio: *Omnino ſcire oportet, quod voluptas tanquam laſciua meretricula amatorem appetit, quærens ſtupri conciliatores, per quos illum ceu* HAMO *capiat.* Succinit & Plato, qui vt teſtatur in Catone maiore Cicero, *Voluptatem malorum eſcam*, dicit, quod & homines eâ capiantur, vt hamo piſces.

In huius vitæ lætis latet hamus.
S. Nilus.
Voluptas hamus Diaboli.
Ant. in Mel.
Philo.
Malorū eſca voluptas.
Cic.

Ficta ipſa, & apparens iucunditas, & dulcedo, quæ terrenis rebus videtur adiuncta, eſca eſt, qua hamus, vt magis homines decipiantur, operitur. Eſcam vides? iucunditatem aliquam guſtas? time, & caue latitant ſub illecebris inſidiæ, latitat ſub doloſa eſca doloſus hamus, mortem deglutíes ſi guſtaueris: Audi monentem: ſanctus Ephræmus Syrus ſerm. de recta viuendi ratione ita ſcribit: *Cum ea, quæ ſenſui iucunda ſunt conſpicis, caue ne capiaris iiſdem, nam illis laqueus, & eſca mortis latitat, neque enim nudum piſcator* HAMVM *in aquam demittit:* Ne fide dum eſcam vides, ad mortem alliceris, ſi adhæreas.

Hamus in rebus iucundis latet.
S. Ephræm.

Quid? etiam dum in labentis huius vitæ aquis ludere mortales videntur, dum breuem hanc vitam decurrunt, hamo iam adhærent, nihilque remanet, niſi vt hamum Deus trahat, & qui in aquis ludebat mortis ludibrium fiat. Feſtiuè rem habet ſanctus Auguſtinus in Pſal. 91. ſic enim ille ſcribit: *Noli gaudere ad piſcem, qui in eſca ſua exultat, nondum trahit* HAMVM *piſcator. Nam iam ille hamum habet in faucibus, & quod tibi videtur longum, breue eſt, omnia iſta citò tranſeunt: quid eſt longa vita hominis ad æternitatem Dei?* Ludat licet in labentis huius vitæ aquis mortalis, licet huius ſæculi fluentis exultet, & liber eſſe videatur, tenetur tamen hamo. Sentiet, cum diuinus piſcator hamum trahet, cùm Deus ad vitæ littus & vocabit, & ducet etiam nolentes.

Ne gaudeat qui hamum habet in faucibus.
S. Aug.

Porrò licet vbique hamus lateat, licet terrenæ omnes voluptates doloſá ineſcatione hamum ad fraudem habeant, id tamen præcipue accidit in carnis illecebris, in luxuriæ voluptatibus. Lethalis ſub libidinis aquis hamus latet, qui niſi caueatur mentem auferet.

Diabolus hunc hamum tendit, vt deceptos homines velut piſces ad mortem trahat: qui in luxuriæ mari incautus ludit, eſcámque voluptatis deglutit, hamum ſtatim ſentiet, mortem ſe deglutiſſe deprehendet; ſcitè ſanctus Theodorus Studita ſerm. 65. ita enim ſcribit: *Hæ Diaboli ſunt artes, & facinora. Nos quidem fratres, cohortor, ceu oculi ſe quiſque pupillam tueamur, ne ſponſum Chriſtum creditum Virginitatis theſaurum perdamus, idemque patiamur quod* PISCES *qui carnuncula ineſcatione hamum glutientes ſe induunt in mortem; quippe hamus eſt voluptas perdita, non iucunda, lethifera non vitalis.* Sic ille. Quot hamus iſte, dum non vitatur, æternæ morti addixit? & pœnis non morituris? Quot fefellit impudicæ voluptatis hamus, qui eo cautiùs caueri debet, quo exitialiùs decipit incautos. Lethalis hamus, qui ſub voluptatis eſca latet, lethale peccatum eſt; Satis iſtuc vt ab omni illecebrarum ineſcatione fugeremus. Stephanus Cantuarienſis lib. Allegor. ſuper Abacuh ad illud: *Totum in hamo ſublenabis*, ita in hanc ſententiam ſcribit: *In hamo eſca voluptatis deſiderabilis oſtenditur, ſed vncus tenax latet, qui cum eſca comeditur: ſic in concupiſcentia carnis oſtendit Diabolus* ESCAM *voluptatis, ſed latet* ACVLEVS *peccati.* Quis adeò mentis inops caruneulam prehendere velit, ſciens ſe hamo adhæſurum, qui mortem afferat, eamque niſi reſipiſcat æternam?

118.
In luxuria mari velut hamo homines capiuntur ad mortem.
S. Theod. Stud.
In carnalis voluptatis eſca hamus latet.
Steph. Cant.

Oſtentant inanem pulchritudinem mulieres, cultum fucis illitum exhibent? Caue, latet ſub illa caruncula quam fucatam vides lethalis hamus, latet ſub illecebris mors. Opportunè ſanctus Nilus orat. 11. quæ eſt de luxuria, vbi de ſequioris ſexus inſidiis agens, *Ornantur*, inquit, *oſtentántque ſe iam liberè, & vultus ornatu quid in animo lateat, indicant, intendunt ſu-*

119.
Mulieribus fucis, & ornatu fœmineo vt hamo plerique capiuntur.
S. Nilus.

percilia,& palpebras circumuoluunt,collum aperiunt, & toto corpore delicias agunt, mollibus vtuntur verbis, & dulci vocis ſono auribus blandiuntur, donec animam tuam planè diripiant, & deprædentur. His veluti HAMIS, *atque eſcâ ad mortem raperis imprudens, his retibus, & variis plagis captus traheris ad interitum: Caue ne te blandis ſermonibus irretiant, peſtiferum enim illis venenum ineſt.* Nihil hîc non ad fraudes,& inſidias; omnia ſunt ſine hamo,vncatæ blanditiæ hîc ſunt. Vides etiam a verbis, vocibúſque tanquam ab hamo quodam cauendum.

Et vocis hamo mulier viros capit, quod in piſcium captura non fit.
S.Ambr.

Etiam vox, etiam verba hic ineſcant,& decipiunt. Solent qui piſcibus hamo tendunt inſidias ſilentium ſibi indicere, ne verborum ſtrepitu piſces abeant,nec capiantur. Aliter hîc res ſe habet: verbis ſuis,& colloquiis mulieres in caſſes, ínque retia trahunt,ac veluti quodam hamo capiunt. Loquuntur mulieres, hamum iecisse cogita, & à fraudibus caue. Pulchrè ſanctus Ambroſius lib.6.epiſt.37. *Virilis*, inquit, *ſexus nulle magis lubricus, quàm muliebri decore citò capitur, & maximè ſi ardor mentium alloquiis inflammetur frequentibus, & quaſi facibus ina deſcat, ſi ſpem petiendi hamiat, affectum deferat. Faciant igitur mulieres tua* VOCIBVS SVIS HAMOS. Vides quàm facilè ſit viros à mulieribus capi, & vocibus hamos emitti, piſces quippè ſilentio certiùs capiuntur,homines ſermone.

120. Si ſapis,fœmineo hamo ne accedas, eò tutior eris,quo longiùs diſcedes. Vis videre piſcem,qui muliebri formâ, ac pulchritudine, tanquam hamo captus eſt?qui peccati hamum deuorauit fœminæ ſpecie ineſcatus? Exhibeo,vt alieno periculo diſcas tuę ſaluti conſulere;is eſt regius Propheta, qui conſpiciens mulierem ſe lauantem, tanquam hamum,ſcilicet ſub aquis deceptus extimæ pulchritudinis eſcâ, peccati hamum non minùs turpiter, quàm noxiè quæſiuit,& tandem miſer deglutiuit. Feſtiuè rem habet Theodoretus quæſt.25.in lib.2. Reg ſub his verbis: *Cùm ſimpliciter,non curioſè diſpexiſſet, vidit mulierem, quæ lauabatur, & formæ* INESCATVS *pulchritudine deuorauit hamum peccati.* Fefellit eum ſpecies,decepit forma, doloſam eſcam dum nimis auidè cupiuit, lethalem culpæ hamum deuorauit. Pende illud *ſimpliciter,non curioſè.* Magnus iſte Rex tam fœdè lapſus eſt quia *ſimpliciter* mulierem conſpexit, *non curioſè*;ſtahunt illi qui curioſè eas ſpectant, & oculis quodammodo fœminas deuorant?

Extimæ pulchritudinis eſca deceptus hamum peccati trahit.
Theod.

Muliebrem famam ad modum hami ſe habere quo viri, maximéque Principes,& Reges capiuntur,indicat & illud quod de Vanda hamum nomen claudit quæ Regni Poloniæ hæres erat narratur. Rem his ferè verbis exhibet Guagninus in Vitîs Regum Polonorum: Anno à nato Chriſto DCCXXX. *Vanda filia Craci, vnica hæres regni Poloniæ pulchritudine ſuâ plurimos principes ad ſe alliciebat, & veluti* HAMO *piſces capiebat. Vnde Vanda vel Venda (quæ dictio Slauis hamum, quo piſces capiuntur,ſonat) appellata eſt. Ditagoras princeps humanorum illam per legatos ambiens, ſed ab ea ſpretus,bellum Poloniæ indixit. Illa celeriter vndecunque auxiliis coactis,cum cruentâ clade fudit. Ipſe fugâ elapſus, præ pudore, quod virginis manu fuſus eſſet, gladio proprio ſeſe interemit: Vanda quæ Diis virginitatem vouerat, vt voti compos eſſet, de Ponte in Viſtulam ſeſe præcipitauit. Cadauer in Hoſtiis Dlubnæ, vbi viſtulam influit, in ſcopulo vno milliari à Cracouia diſtans, in Mogila gentili ritu ſepultum eſt.* Fuge hos hamos ſi ſapis, & ne fœmineâ pulchritudine ineſcatus capiaris, oculos aliò flecte.

Muliebris forma ad modum hami ſe habet quo viri capiuntur.
Guagn.

Vanda quid Slauis.

Diximus mulieres ferè hamos viris ad fraudem adhiberi, ſed idem intelligendum eſt de viris reſpectu fœminarum. Prodit ſuos technes ille apud Ariſtenetum lib.1. epiſt.17. qui ita de muliere ſecum queritur: *Velut aſinus lyram ne tantulum quidem videtur auſcultare conſilium meum. Non deſperandum tamen ob iſthæc fortiſſimis amantium, nam & aqua guttam continuè ſtillans, & lapidem cauare condidicit. Denſior ergo adhibenda eſt eſca fugaci,ſi rurſus* HAMVM *vorarit,rurſus captabo.* Huc quippè tendunt virorum in mulieres inſidiæ,vt eas veluti hamo capiant,& ad interitum trahant,illis quippe non ſufficit,ſi ſoli pereant.

Mulieres in amoris aquis capiuntur.
Ariſtenet.

EXCVRSVS VII.

Luxuriæ aquæ in amaritudinis intrant mare.

Deliciæ omnes tanquam fluminum vndæ *corporis valetudinem corrodunt.*

Luxuriæ aquæ *corporis vires debilitant.*

Mel felleum *carnalis amor, & dulce venenum.*

Venenata *luxuriæ dulcedo.*

Feruenti veneno *tincta luxuria.*

Scorpius *carnis voluptas, & fera, cæteris feris nocentior.*

Delectatio impura venenum *in cauda, Scorpionis more habet.*

A nuptiis,luxuriæ Scorpius *debet abeſſe.*

Nuptialis corona *ex amaraco.*

Horariæ *ſuauitates ad æternam ducunt amaritudinem.*

Perſtricti libidinis mancipia, qui Diabolo *ob breuem delectationem animam vendunt.*

Carnalis voluptas inter præſentem, & futuram amaritudinem.

Luxuriæ fructus quàm amarus.

Inferni pœna *præcipuè luxuriæ vitio correptis imminet.*

Libido æternis incendiis *præparata.*

Fœtor *libidinis.*

Libidinis finis *conſiderandus.*

Pede ſicco *deliciarum carnalium aquas tranſire debemus, vt Iordanem Hebræi tranſierunt.*

Præſules & Sacerdotes ſi caſtitatem colunt *facilè & ceteri ſequentur.*

ALiquam luxuriæ aquæ voluptatem præ ſe ferant, voluptas vera non eſt, licet ad verram ducant amaritudinem; flumina intrant in mare, & voluptates omnes, quæ extra Deum, in amarorem vertuntur.Et vniuersè delicię omnes, omniſque laſciuia ad modum fluminis ſe habent, ſicut enim fluminis vndæ ripas exedunt, ita & corpo 121.

Deliciæ omnes tanquam fluminũ vnda corporis valetudinem corrodunt.
S.Chryſ.

corporis deliciæ vires, ac valetudinem abſumunt. Probè ſanctus Chryſoſtomus hom. 55. ad populum Antiochenum : *Non tam vehementer, inquit.* FLVVIALIVM AQVARVM *curſus ripas corrodere, & ſubmittere ſolet, ſicut* DELICIÆ, ET LVXVS *omnia valetudinis noſtra firmamenta facilè ſubruere.* Et corporis voluptates vocabis, quæ corporis oppugnant vires, & valetudinem auferunt? Paria habetidem ſanctus Pater hom. 22. in Ioannem, ſic enim ille loquitur : *Neque ita* FLVVIALIVM FLVCTVVM *vis ripas exedere, & conuellere ſolet vt delicia, laſciniáque bonam valetudinem & vires omnes facilè ſubtrahit. Quodſi medicos percontaberis, omnium propter morborum cauſas inde ortas inuenies.* Quis veras corporis delicias, veras carnis voluptates cenſeat, quæ ſtatim in corpus ipſum armantur, eiúſque firmitudinem, ac robur deiiciunt.

Luxuria aqua corporis vires debilitant. Pallad.

Huc Gentiles quoque ſpectarunt, qui Vulcanum claudum dixerunt, quia Veneris, Cupidiniſque filius fuit, ſignificantes luxuriæ aquas corporis vires debilitare. Palladas lib. 1. Epigram.

Filium habes amorem, coniugem Venerem

Non immerito, ô Ferrarie, CLAVDVS ES *pede.*

Quia ſcilicet corpus debilitatur vſu veneris, & ideò ille claudus.

122. *Mel felleum carnalis amor, & dulce venenum* Idiota.

Non corpori, & multò minùs menti afferre veram voluptatem poſſunt impuræ libidinis aquæ, quum potiùs mentem crucient, & affligant, & veram animæ iucunditatem inficiant, & veneneut. Mel felleum carnalis voluptas eſt, & dulce venenum luxuriæ delectatio, quod dum bibitur, mortem affert. De carnali amore ita loquitur diuino plenus Idiota lib. 1. de amore diuino : *Talis amor* nempe carnalis *eſt laqueus animæ, diſcrimen vitæ, mors ſuauis, blanda percuſſio, interfectio leniens, mel felleum, pernicies delicata,* DVLCE VENENVM, *malum ſpontaneum, ſapida ingulatio, & omnium rerum calamitas* Quis tam fatuus, vt mel felleum traiicere æternà morte plectendus cupiat? Quis tam emotæ mentis, vt venenum bibere velit, quod falsâ dulcedine ingentis amaritudinis flumine mentem corpúſque obruit?

Venenata luxuria dulcedo, Arnold.

Venenatam eſſe luxuriæ dulcedinem etiam Arnoldus Carnotenſis tractatu de operibus ſex dierum his verbis teſtatur. *Hora illius anguſtiæ ſatis indicat, quæ ſit illa cauſa, quæ in tales erumpit effectus : Et quia omnino* DVLCEDO ILLA VENENATA EST, *quæ tanta amaritudinis torrentem effundit, allicitur carò ad libidinoſos complexus prurientium irritata vaperibus, & cum eius ſenſum quadam mendacia blandimenta demulceant, captiuum ſequitur appetitum.*

Feruenti veneno tincta luxuria. S. Aug.

Eadem & ſancti Auguſtini mens, vel Poëtæ Ethnici auctoritate vtens lib. 2. de Ciuit. Dei, cap 7. ita ſcribit : *Mox vt eos libido perpulerit ferventi, vt ait Perſius tincta* VENENO. Verba Perſij ex Satyr. 3. hæc ſunt :

Cum dira LIBIDO
Mouerit ingenium, ferventi tincta VENENO.

123. *Scorpius carnis voluptas, & fera ceteris ferus nocentior* S. Chryſ.

Scorpius licet facie lenocinetur, venenum de poſtico corporis iaculatur, & vltimâ ſuî parte percutit, & vulnerat; etiam carnalis voluptas ſcorpionem refert, quæ licet blanda videatur, in venenum, & amaritudinem, in mortem deſinit. De aulico quodam felicitatis falsa ſpe deceptus ita loquitur Sidonius Apollinaris lib. 2. epiſt. 13. *Quem cruentauit fortunæ diu lenocinantis perfidus finis, quæ virum vt* SCORPIVS *vltimâ ſui parte percuſſiſſe.* Idem & de libidinis voluptate cenſe, quæ cùm iucunditatem præferat, lethale porrigit venenum. Vniuersè de corporis voluptate ſanctus Chryſoſtomus ita habet ſerm. contra luxum, & crapulam : *Fera eſt voluptas, fera grauis : neque* SCORPIO, *neque ſerpens in viſceribus noſtris ſedens ita vndequaque graſſatur, ſicut deliciarum concupiſcentia omnia ſubuertit, & perdit. Et fera illa tantum corpori inſidiantur : hæc autem cum inſederit, cum corpore ſimul, & animam perdit.*

Delectatio impura venenum in cauda ſcorpionis more habet. Petrus Cell.

Sed maximè id impuræ corporis delectationi conuenit. Petrus Abbas Cellenſis lib. 2. epiſt. 1. de ſuperflua delectatione loquens ait : *Monſtri huius facies blanda, vt decipiat, ſed in poſterioribus circumfert* ACVLEVM SCORPIONIS *vt perimat. Mentum ſimplicium apprehendit, ſed in prima ferit.* ſic ille. In poſtremis verbis alludit ad Amaſæ necem, quem Ioab gladio peremit, præmiſſo oſculo, & menti contactu, vt blandientis ſpecie fraudem ſuam tegeret, & hoſtiliùs ſub amici habitu in hominé ſæuiret, vt habetur 2. Reg. 20.

124. *A nuptiis luxuria ſcorpius debet abeſſe.*

A nuptiis hic luxuriæ ſcorpius abeſſe debet. Hymenæus nuptiarum præſes Amaraci floribus coronatus dicitur a Catullo :

Cinge tempora floribus
Suaue olentis AMARACI.

Nuptialis corona ex amaraco. Catul. Plin.

Iure quia amaracum ſcorpionibus aduerſatur; ſic enim de eo Plinius lib. 21. cap. 22. *ſampſucum ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimum, & odoratiſſimum ſcorpionibus aduerſatur.* Hoc ergo in nuptialibus coronis adhibeatur, vt inhoneſtarum voluptatum ſcorpiones fugentur. Nemo ſcorpionibus ſe credat, nemo blandienti facie decipiatur, venenum timeat, amaritudinem quæ breuem voluptatem ſequitur conſideret.

Horariæ ſuauitates ad æternam ducunt amaritudinem. S. Bern. S. Nilus.

Momentaneæ dulcedines ſunt, quæ ad æternas amaritudines nos ducunt; ſanctus Bernardus in ſententiis ita clamat : *Qui* (diuites) *in deliciis, & voluptatibus enutrientes corpora, & corda ſua poſt dulcedines momentaneas, &* HORARIAS SVAVITATES *ad æternas amaritudines deferuntur.* Proh magnam hominum ſtultitiam, qui falſis voluptatibus in æternam amaritudinem deferuntur, & ferunt! Fortiter inclamat ſanctus Nilus in parænesi : *Qui ad voluptates obſcœnas* COLLIQVESCVNT *cogitent illi voluptatis breuitatem, & pœnæ magnitudinem.* Nemo tam fatuus, qui ſubire æternam pœnam lubens velit, vt momentaneâ voluptate fruatur. Huc tamen prorepit luxuriæ mancipium. Iure huius impietatem admiratur ſanctus Auguſtinus ſerm. 150. de Tempore : *Quanta,* inquit, *iniquitas, & quam lugenda peruerſitas, vt animam, quam Chriſtus ſanguine ſuo redemit, luxurioſus quiſque propter vnius momenti delectationem libidinis Diabolo* VENDAT. Verè iniquitas magna, & incredibilis amentia, cui tamen magna hominum multitudo obnoxia eſt.

125. *Perſtricta libidinis mancipia, qui Diabolo ob breuem delectationem animam vendunt.* S. Aug.

Carnalis voluptas inter præſentem, & futuram amaritudinem. Prou. 7. Vgo Car.

Amaritudine duplici carnalis voluptas adſpergitur, præſenti nempè ac futurâ; temporali, & perennaturâ. Salomon meretricem ita loquentem, & decipientem inducit : *Aſperſi cubile meum myrrha & aloe, & cynnamomo,* Prou. 7. ſcilicet etiam ipſa fatetur plus amaritudinis meretriciis illecebris ineſſe, quàm voluptatis, quod acutè tangit Vgo Carenſis hic dum ait : *Nota quod tres ſpecies aromaticas nominat, duas amaras, & vnam dulcem in quo notatur, quod in carnali opere* PLVS EST AMARITVDINIS, QVAM DELECTATIONIS, *vna amaritudo pertinet ad præſens ſæculum, altera ad futurum.* Et pro tantilla delectatione, quæ eſt inanis, ac falſa, præſentem, futuram

futurámque & omni fine cariturам amaritudinem eliges? Et vbi mens? vbi ratio? Reſipiſcat, qui hoc errore corripitur, & ſanius ebibat conſilium. Scire inclamat ſanctus Ambroſius exhortat. ad Virginem lapſam cap. 70. *O quam acerbus fructus luxuria, amarior felle, crudelior gladio.* Fortiùs ſanctus Hieronymus epiſt. ad matrem, & filiam: O IGNIS INFERNALIS LVXVRIA, *cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintilla praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehenna.* Cui hic finis diſplicet, fugiat luxuriam, quæ illum parturit.

Luxuria fructus quàm amarus
S. Ambr.
S. Hier.

126. Imminet inferni pœna luxuriæ voluptati, & gehennalia ſupplicia impuræ carnis oblectationi; non eſt abs te quod Chriſtus damnatos in die iudicij ad ſiniſtram locat, & hœdos eos nominat Matth. 25. Cur hœdis comparantur, æternis ignibus adiiciendi? Hœdus laſciuum animal eſt; nullus ita timere Dei iudicium debet, quam qui laſciuiæ vitio fœdatur. Præterea hœdis comparantur impij ob ſterilitatem, ſterile enim hoc animal eſt, & qui bonorum operum fœtu caret æternas flammas æternùm miſer nutriet, & verò vtrumque laſciuo cohæret ob laſciuiam cui comes etiam ſterilitas, nam de corporis voluptatibus vniuersè ait Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de continentia: *Ipſæ voluptates animæ impediunt ſalutem*, OBLIVIONEM DEI INDVCVNT, *a ſapientia mentem retrahunt, ſterilitatem bonorum operum inferunt, ſpiritualibus delicijs corpus priuant.* Lethæas haſce aquas qui ebibit inferni ſupplicijs iam proximus eſt. Qui hœdus laſciuus eſt, a ſiniſtris locabitur, & æternis pœnis adiicietur, & tanquam ſterilis, & infœcundus ſupremi Iudicis contra ſe ſententiam audiet.

Inferni pœna præcipuè luxuriæ vitio corruptis imminet.
Matth. 25.
Laur. Iuſtin.

Libidinis brutalem voluptatem in amaritudinem deſinere, & æternas flammas parturire indicat ſupplicium, quod in infames illas ciuitates Dominus exercuit; ſulphureo quippe imbre eos perpluit, ac penitus decinerauit, ſuper Sodomam ſulphur decidit, Gen. 19. 24. vt ita colligeremus æternas flammas libidinum fœtori præparari. Huc voco verba ſancti Gregorij lib. 14. cap. 10. *Sulphur*, inquit, *ſic ignem nutrit, vt fœtorem grauiſſimum exhalet, quid igitur in ſulphure niſi peccatum carnis accipimus, quod dum peruerſis cogitationibus quaſi quibuſdam* FOETORIBVS *mentem replet, æterni ei incendia præparat.* Sulphur facilè ignem concipit, & carnis luxuria gehennales ignes facilè parturit.

Libido æternis incendiis præparata.
Gen. 19. 24.
S. Greg.

Sulphureo igne libinis peccatum punitur, vt vel à pœnæ putore putidiſſimum eius odorem colligeremus, quò ſpectauit etiam Beatus Aluinus in Geneſim interrogat. CLXXXVII. dum ait: *Cur ſulphureo igne puniebantur? Reſp. Vt* PVTIDISSIMVS LIBIDINIS ARDOR *putidiſſimo flammarum ardore puniretur.* Criminis reſpondet pœna.

Fœtor libidinis
B. Aluinus.

127. Ergo ne libidinis ſuauitate quis decipiatur, eius finem conſideret, eius amaritudinem. Samſon vulpium caudas iungens alienigenarum ſegetes combuſſit, Iud. 15. 4. non iunxit capita, ſed caudas. Eadem nobis ſolertia exercenda eſt, vt Satanæ ſegetes, hoc eſt mundi, carniſque illecebras imputaſque quas immittit cogitationes ardeamus, vulpium caudis vtamur, finem blandæ voluptatis conſideremus, dolorem quem offert, moleſtiam quam parturit, amaritudinem ad quam ducit. Feſtiuè nobis ſuccinit Sanctus Nilus in Aſceticis in hæc verba: *Qui igitur pugnat nec ciborum oblectamenta, nec libidinis ſuauitatem conſideret, ſed* FINIS IPSOS, *nempè dolorem atque moleſtiam, atque ita caudam cum cauda liget, & recti iudicij face ſegetes alienigenarum comburat.* Impurarum cogitationum ſegetes non adoleſcerent, non Satanici hoſtis germina in mentium noſtrarum aruis creſcerent, ſi hac ſolertia vteremur, & caudas caudis finis conſideratione iungeremus.

Iud. 15. 4.
Libidinis finis conſiderandus.
S. Nilus.

Tandem, vt in aquis definiam, quia huc nos aquæ duxerunt, voluptatum terrenarum flumen ſicco veſtigio tranſire debemus, ſicut & populus Iudaicus Iordanis fluenta tranſiuit Ioſ. 3. Siſtenda hîc ſunt Beati Thomæ à Villanoua verba, qui concione 1. de ſpiritu ſancto ita ſcribit: *An non* PEDE SICCO *Iordanis fluenta pertranſit, qui doctus à Chriſto, inter medias voluptatum delicias, & diuitiarum affluentias nullo libidinis, vel cupiditatis humore pertingitur? qui iuxta Apoſtoli documentum, ſic habet vxorem quaſi non habeat? ſic diuitiis gaudet: quaſi non gaudeat? ſic emit, quaſi non poſſideat? ſic vtitur hoc mundo, quaſi non vtatur? Vnde Pſalm. In flumine pertranſibunt pede: ibi lætabimur in ipſo.* Hactenus ille. Porrò ſacerdotes arcam deferentes viam in Iordane populo ſtrauerunt, vt ita colligeremus, ſi ſacerdotes, Præſuleſque per voluptatum, deliciarúmque fluenta ſicco veſtigio tranſeant, facilè eſſe vt cæteri quoque è plebe eadem veſtigia premant, & puritatem ſeruent, quam ſeruatam a ſacerdotibus vident, alioquin ſi ſacro cultui homines dediti libidinis aquis abripiantur, ſequetur reliquum vulgus, & perire cum ſuis Ductoribus non defugiet. Etiam Arcæ, quam deferebant hic honor habitus, vt Iordanem ſicco veſtigio tranſirent, & ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cuius illa arca figura erat, quum & manna continuerit, ab omnis libidinis aquis nos ſubducet, præſtabitque vt inter aquas aquis non tingamur.

Pede ſicco deliciarum carnalium aquas tranſire debemus, vt Iordanem Hebræi tranſierunt.
Ioſ. 3.
B. Thom. à Vill.
Præſules & ſacerdotes ſi caſtitatem colunt facilè & cæteri ſequuntur.

EXCVRSVS VIII.

Luxuriæ mare Charybdes ſuas habet, ſuas Scyllas, Sirenas ſuas.

Libido ipſa quædam Charybdis.
Libido Scyllæ *ſimilis.*
Luxuriæ Scylla *cauenda.*
Scyllæ *periculum nautæ nec nominabant.*
Cautio iſta in luxuriæ Scylla *magis neceſſaria.*
Impudica fœmina, Charybdis.
Mulieres impuræ, Charybdes.
Voluptates, Sirenæ *quædam.*
Sirenæ *quædam meretriculæ.*
Verborum Sirenæ.
Voluptates quæ Sirenæ *videntur, Dracones ſunt, ſunt Ericij.*
Afflictionis *nexus, &* voluptatis, *vt Sirenum blandientium.*
Surdus *aduerſus vitia quiſque ſit.*
Contra voluptatum illecebras non cerâ *aures obſtruendæ ſed* fide *muniendæ.*
Domeſtica Charybdis *omnia vorans impudica mulier.*
Rapacitas Charybdis *quædam, charybdis & venter.*

Gula

Gula Charybdis *quædam.*
Mulier violentius quàm Charybdis *viros abſorbet.*
Auri, & argenti magnetes *meretrices.*
Viros trahit *mulier vt magnes ferrum.*
Illecebræ argentariæ *meretrices.*

128. SI Valuxuriæ mare breuia habet, ſuos ſcopulos, ſuas voragines, ſuas ſcyllas, ſuas charybdes & vniuerſe libidinis vſus ſæua, & implacabilis quædam charybdis eſt, quæ ſectatores ſuos abſorbet, & interimit Recte ſanctus Aelredus in ſpecul. charit. lib. 1. cap. 26. *Quem*, inquit, *luxuria charybdis abſorbuit.* Cauenda Charybdis hæc quæ non corporis modò nauigium ſorbet, ſed & mentis, animæque nauem. Blandiatur, & rideat; eò magis ſæuit, quò magis blanditur ſæua hæc charybdis, à qua & ſcylla non abiungitur. Peritum nauclerum audi: ſanctus Hieronymus epiſt. 1. ad Heliodorum ita loquitur: *In illo æſtu charybdis luxuria ſalutem* VORAT SCYLLA *ſeu renidens libido blanditur.* Quis inter hæc diſcrimina tutus? Quis ſuæ ſalutis amator hos ſcopulos, has voragines non vitet?

Libido ipſa quædam charybdis. B. Aelred. S. Hyerom.

Scyllæ ſimilis libido eſt, quæ mancipia ſua velut illa vndas vorat; pulchre ille:

Libido ſcyllæ ſimilis

Hic ſuccincta canes vbi SCYLLA REGVRGITAT VNDAS
Ah! ne te ſimili ſorte libido ROTET.

Fugiendus ſcyllæ ſcopulus eſt, fugienda luxuria. Nautæ pro malo omine habent, ſi in naui hoc periculum nominatur; cautius id in his quæ luxuriam ſapiunt præſtandum eſt, vt nempe immunditiæ vocabula os noſtrum non conſpurcent; Pulchrè de luxuriæ ſcylla déque hoc nautarum more philoſophatur Richardus à ſancto Laurentio lib. 11. de laudibus Virginis; integra hic eius dabo verba: SCYLLA, inquit, *quoddam periculum eſt inter Siciliam, & Barbariam, ſcilicet quidam ſcopulus magnus in illo mari, parum ſuper ſe aquæ habens, ſcilicet quaſi cubitos duos, vel cubitum, & dimidium, quo naues rumpuntur non habentes aquam profundam. Hoc periculum Græci* Scyllam, *Saraceni, & quidam nautæ nominant* Kelp, *quod vtrumque ſonat* CANIS *latiuè, quia ibi lacerantur naues quibuſdam petris acutis, quaſi dentibus caninis, & hoc periculum ſignat luxuriam, quæ blandam faciem protendit deſuper, & de ſubtus lacerat appropinquantes. Prou. 5. 3. Fauus diſtillans labia meretricis; nouiſſima eius amara, quaſi abſynthium &c. Et ſicut hoc periculum cauetur fugiendo. Sic & luxuria 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Vnde ſequitur Prou. 5. longè fac ab ea viam tuam &c. Iraſcuntur etiam nautæ ſi hoc periculum nominetur in naui, & hoc eſt quod dicitur Epheſ. 5. Fornicatio, & omnis immunditia nec nominetur in vobis.* Audiant hæc, qui impuri impura effundunt verba, & auditorum aures rerum inhoneſtarum narratione inceſtant; ſed ad Charybdim.

Luxuria ſcylla cauenda. Richar. Laur.

Prou. 5. 3.

Scyllæ periculum nautæ nec nominabant.

Cautio iſta in luxuria ſcylla magis neceſſaria Epheſ. 5

129. Vt hic preſſius loquar, impudica quælibet fœmina implacabilis Charybdis eſt, nam ſcortis & meretricibus ab ingenti voracitate Charybdis nomen adhæſiſſe videtur. Huc reſpexit & ab externa ſchola Horatius dum cecinit:

Impudica fœmina charybdis. Horat.

Ah miſer!
Quantâ laboras in CHARYBDI.
Digne puer meliore flamma.

Anaxiles apud Athenæum lib. 3. monſtris, & fetis fœminam cooferens; etiam charybdi, & ſcyllæ comparauit: atque neque draconem, neque chimæram flammiuomam, neque charybdim, neque tricipitem ſcyllam ponticum canem, neque ſphingem, hydram, leænam, viperam, neque volucres Harpiarum genus, neque vllam demum beſtiam diritate ſua conferri poſſe cum fœmina. De impuris, & impudicis fœminis hoc maximè verum eſt, & calculum ex noſtris adiicit ſanctus Petrus Damianus Opuſcul. XVIII. diſſert. 2. cap. 7. vbi improbas haſce mulieres alloquens ait: *Vos harpiæ, quæ ſacrificium Domini circumuolantes arripitis, eoſque qui Deo oblati fuerant crudeliter deuoratis. Nam & leænas vos non incongrue dixerim, quæ belluarum more iubas attollitis, & incautos homines ad ſuæ perditionis interitum cruentis amplexibus harpaxatis. Vos ſirenæ, atque* CHARYBDIDES, *quæ dum ſuauem deceptionis editis cantum ineuitabile ſtultis ſalo vorante naufragium.* Hæc de impuris mulieribus ſanctus hic purus puritatis cultor.

Mulieres impure charybdides. Athen. S. Pet. Dam.

Pende illud, *Vos ſirenæ*, non caret his illiciis hoc mare; vniuersè voluptates omnes ſirenæ ſunt, quæ ſuis illecebris homines fallunt, ſuis fraudibus cordis mergunt. Rectè Syneſius in epiſtola ad Herculianum: *Audiui*, inquit, *doctum virum, qui fabulam allegoriceè exponeret,* SIRENAS *enim denotare voluptates, quæ delinitos, & ſuauitate eâ captos paulo poſt interimunt*; quod de venereis maximè verum eſt. Ælianus ſophiſta non aliter ſenſiſſe videtur, dum ait: *Poeſis namque* SIRENAS, *vt puto commiſſe iuer eſſe fœdas voluptates*; ſurdis igitur & hic auribus prætern auigandum eſt, ne deceptus quis verbis ſepeliatur. 130.

Voluptates ſirenæ quædã. Syneſ.

Sirenas fuiſſe meretriculas aliqui perhibent, quæ ob cantus, & verborum ſuauitatem aduenas illicerent, & obliuionem quandam Patriæ, rerúmque ſuarum conciliabant, & quidem hanc vim verbis tribuit Heliodorus lib. 1. *Verbis tanquam aſ* SIRENA *quapiam delinitus.* Damaſus Syrus huc etiam ſpectauit: *Inſtillans eorum animis verborum vim, & pellaciſſimam verborum* SIRENEM. Syneſius: *Præſens me traxeras ducibi verborum* SIRENE.

Sirenæ quædam meretriculæ Heliod.

Verborum ſirenæ.

Cauendæ impudicarum illecebrarum ſirenæ, quæ dum oblectant, decipiunt, & deceptus interimunt, & quæ fœminea facie blandiebantur Draconum, ac ferarum naturam induunt, & ſuos cultores occidunt. Iſaiæ 13. v. 22. *Et reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus, &* SIRENES *in delubris voluptatis.* Chaldæus hoc poſtremum ſic effert: *Et* DRACONES *in domo habitationis deliciarum eorum.* LXX. *Et nidificabunt Ericij in domibus eorum.* Nempe quæ ſirenæ prima facie videntur, Dracones reuera ſunt, & tanquam Ericius ab omni parte pungunt, & tanquam Dracones ſuos lacerant, & deuorant. I, & crede te fallacibus hiſce voluptatum ſirenis.

Voluptates quæ primo videntur ſirenæ; ſunt Ericij. Iſa. 13. 22. Chald. LXX.

Vere omnis ſæculi voluptas, quæ iucundam exhibet faciem, mera triſtitia, & afflictio eſt. Hinc illud Prophetæ Regij Pſal. 43. *Humiliaſti nos in loco afflictionis.* Aquila apud ſanctum Ambroſium legit: *Quoniam humiliaſti nos in loco* SIRENVM. Nempe voluptatum ſirenæ quæ blandæ apparent meræ afflictiones ſunt, ſi probe conſpiciantur, vnde ſanctus Ambroſius citati Pſalmi ſententiam extendens; *Ita ergo*, inquit, *ſeculi* VOLVPTAS *nos quadam carnali adulatione delectat, vt decipiat.* Et non decipit, cùm voluptatis vultum præſeferat, & afflictio ſit: cum illecebras offerat, & mortem afferat? 131.

Afflictionis locus ſy voluptatum, quæ vt ſirenæ blandiuntur Pſal. 43. Aquila.

Claudat hic aures, qui ſapit, obſerétque cerâ,

Surdus ad verſus vitia quiſque ſit. Sid. Apoll.

rà, ſic enim ſe ab hiſce diſcriminibus eripiet: ſurdus voluptates fuge, & meretricia blandimenta; quod habet Sidonius Apollinaris lib. 9. epiſt. 6. *Fugis*, inquit, *aduerſus vitia ſurdus*, MERETRICII BLANDIMENTA NAVFRAGII. Ceram quá aures obſeres non babes? Fide quæ ex auditu eſt vtere, verè enim fidelis non ſiuet ſe his blaudiciis decipi. Habes ab experto nauclero cautionem. Sanctus Paulinus epiſt. 4. ad Seucrum ita loquitur; *Et arbor illis eſt virga de radice Ieſſe, quæ totam corporis noſtri quadriremem regit, & cui ſi iuxta illam poeticam fabulam in Prophetica veritate nectamur, voluntariis adſtricti nexibus, & obſtructis non* CERA, *ſed* FIDE *neque corporis, ſed cordis auribus contra huius mundi varias ad capiendum, pares ad nocendum illecebras tuti, & innocui ſcopulos voluptatum quaſi ſaxa ſirenum prætervehemur.* Hactenus ſanctus iſte, ſed ad Charybdim, vnde diſceſſimus redeamus.

Contra voluptatum illecebras non cerâ aures obſtruendæ ſed fide muniendæ. S. Paul.

Domeſtica charybdis omnia vorans impudica mulier. Sid. Apol.

Charybdis meretrix eſt, quæ omnia abſorbet, nunquam expletur, plura ſemper appetit, licet omnia abiecta deuoret, & deglutiat; bona omnia abligurit non bona mulier, quod ille intellexit qui apud Sidonium Apollinarem lib. 9. epiſt. 6. de meretricia voracitate ita ſuo damno doctus cenſet: *vt primùm intelligere cœpit, & retractare, quantum de bonuſculis auitis paterniſque ſumptuoſitas* DOMESTICÆ CHARYBDIS ABLIGVRISSET. Ergo domi Charybdim habet qui mulierem alit impudicam; & non plerumque videmus totius domus ſubſtantiam, bona omnia, vniuerſas opes harum improbarum mulierum vnam conſumpſiſſe? Vident hoc plerique nec vitant, opes domeſticâ charybdi abſorberi patiuntur, patiuntur & corpus mentémque hac ſatanicâ voragine ſepeliri.

Rapacitas charybdis quædam, charybdis & venter. Ariſtoph. Diog.

132. Et verò non inſolens rapacitatem Charybdi comparari; Ariſtophanes in equitibus ita ſcribit: *Et telonem, & baratrum, &* RAPINÆ CHARYBDIM. Hinc Diogenes apud Laertium ventrem ob inſatiabilitatem τοῦ βίου χαρύβδιν facultatum CHARYBDIM vocauit; nec facultates tantùm gula, & venter abſorbet, ſed etiam rationem, quod habet ex noſtris Richardus à ſancto Laurentio lib. XI. de laudibus Virginis in hæc verba: *Charybdis eſt vorago circumuoluens naues, & abſorbens, & hoc periculum ſignat* GVLAM, *quæ abſorbet rationem, vnde Iſaiæ 18. abſorpti ſunt à vino.* Quidni & meretrix, & impudica omnis mulier hoc nomine indigitetur, quum non ſolùm opes, ſed rationem quoque eorum abſorbeat, qui incauti ad eas accedunt? Charybdis meretrix eſt, quæ nunquam expletur, licet bona omnia ſemper magis auida deglutiat.

Gula Charybdis quædam. Richar. à S. Laur.

Mulier violentior quàm charybdis viros abſorbet. Philoſtr.

Mulierem velut Charybdim virum abſorbere teſtatur etiam Philoſtratus, cuius hæ ſunt voces epiſt. ad vxorem: *Quænam hæc noua corporum pigneratio? Quæ tyrannis? Ducis me aſpectu, & trahis nolentem, quemadmodum nauigantes* CHARYBDIS *abſorbeat: Erant ergo & amoris luxus, & oculorum venti, quibus ſi quis ſemel implicatus ſit, demergitur. Hoc igitur ne Charybdis quidem potuit: ſtati temporis erat naufragium, & ſi quis paulìſper ſuſtineat, ſalutis copiam adipiſcitur, arbore reperta in medio pelago. Qui verò in hoc mare ſemel delatus eſt huic exitus in poſterum non patet.* Sic ille. Ergo & dum ſpectatur fœmina, abſorbet in charybdim, quod decantata illa charybdis non poterat.

133. *Auri, & argenti magnetes meretrices.* S. Baſil.

Non illepidè meretrices auri, argentíve magnetes vocari poſſunt, vt enim magnes occultâ quadam vi ferrum ad ſe trahit, ſic illæ ad ſe homines, hominúmque opes, aurum, & argentum. Et quidem vniuerſè eaſdem aduerſus viros vires habere mulieres, quas in ferrum magnes habet; eleganter habet Beatus Baſilius de vera virginitate in hæc verba: *Non modò loquens mulier, & intuens, verùm ſedens quoque & incedens ob inſitam ſibi naturaliter aduerſus maſculum vim, hunc ad ſe eminus trahit, non ſecus ac magnes lapis ferrum.* Noxius plerumque hic magnes, quo non iter rectum ad paradiſi littus legimus, ſed ſæpe naufragium fit; ſed non aberrabit, qui magneti idcirco perditas mulieres comparabit, quia ad auri, argentíve metallum attrahit magnetis more; quod feſtiuè ſignificauit Dicæarchus apud Stobæum; cuidam enim dicenti mulierem magneti parem eſſe reſpondit: *Minimè verò*, MAGNES ENIM FERRVM, MERETRIX VERÒ AVRVM, ET ARGENTVM AD SE TRAHIT; ſic enim cultores ſuos exhauriunt, & expoliant. Non longè abiit feſtiuiſſimus Plautus, qui illecebras argentarias eas vocabat; in Menæch. ita loquitur: *Omnes hîc meretrices ſunt* ILLECEBRÆ ARGENTARIÆ, quia ſcilicet argentum quadam vi, & arte ad ſe alliciunt, & ex hominum manibus exſculpunt.

Illecebræ argentariæ meretrices. Plaut.

EXCVRSVS IX.

Cum luxuriæ aquis fugâ pugnandum.

Ineptè plerique contra aquas *pugnabant.*
Cum impudicitiæ aquis *fugâ pugnandum.*
Libidinem fugere pars magna martyrij.
Fugientes *fugit impudicitia.*
Fuga *arripienda, vbi luxuriæ periculum adeſt.*
Lumbi *præcingendi vt libidinem fugiamus.*
Naufragiis *nauigat qui libidinem & eius pericula non fugit.*
Ab impudicis mulieribus maximè fugiendum.
Impudica mulier tanquam auis *infauſta vitanda.*
Incontinentiæ morbo fuga *remedium eſt.*
Impuras aquas *qui bibit ſitim non extinguit, ſed accendit.*
A voluptatibus ſublato vtroque velo *fugiendum.*

QVis tam demens, ac fatuus qui luctari cum fluctibus tentet, & exerat contra vndarum impetus gladium? Plerique adeò deſipuêre, vt arma contra aquas ſumerent, & cum aquis pugnaturi aquis occurrerent. Celtæ præcipuè hac laborarunt inſaniâ, de quibus ita ſcribit Nicolaus de moribus gentium apud Stobæum ſerm. 7. *Celtæ Oceano vicini turpe exiſtimant parietem, aut domum corruentem fugere; inundatione verò externi maris aduentante* ARMATI *occurrentes ſuſtinent, donec vndis obruantur, ne videantur fugiendo mortem pertimeſcere.* Poterat inſana hominum temeritas latiùs terminos ſuos porrigere? Huc ſpectauit Ariſtoteles lib. Moral. ad Nicomach. 3. dum ait: *Erit aut quiſpiam inanis, ac doloris ſenſu vacans, ſi nihil metuat, neque terræ concuſſiones, neque* FLVCTVS *quemadmodum aliqui prædicant.* Non abiit Celtarum inſania illa: Xerxes, vt tradit 134.

Ineptè plerique contra aquas pugnabant. Stob.

Ariſt.

Herod.

ait Herodotus lib. 7. iuſſit Ponto trecenta ver-
bera inſligi, colaphos incuti, vere ipſe verberi-
bus tanquam fatuus dignus, qui aquarum hoſtis
aquas verberari imperat.

135. Nollem mortalium aliquem ita inſanire, vt
Cum impudicitiæ aquis fugâ pugnandum. contra libidinis aquas pugnare audeat, & hiſce
fluentis bellum indicere. Laude digna hic fuga
eſt, vbi hæc libidinis aquæ in nos irruunt, fu-
giendum nobis eſt, vt vincamus. Hoc voluit
1. Cor. 6. Apoſtolus cùm dixit, 1. Corinth. 6. *Fugite forni-*
S. Chryſ. *cationem.* Non dixit: pugnate cum fornicatione,
armatique illi occurrite, ſed fugite; à fuga quip-
pe ſperanda victoria eſt. Pulchrè ſanctus Chry-
ſoſtomus hom. XVIII. in epiſt. 1. ad Corinth.
Fugite fornicationem, non dixit, abſtinete a forni-
catione, ſed FVGITE, *hoc eſt ſtudium ponite, vt à*
malo liberemini. Non penitus liberatur, qui non
S. Ambr. fugit. Sanctus Ambroſius lib. 1. de pœnitentia
cap. 14. hæc Apoſtoli verba ita premit: *Fugia-*
mus tanquam ſequentem, qua non poſt, ſed in nobis
ſequitur; noſmet ergo videamus diligenter ne dum
Libidinem fugere pars magna martyrij. *illam* FVGIMVS, *nobiſcum eam portemus.* Multi
fugere ſe fornicationem putant, quam tamen,
quia incauti ſunt, & nimia ſui fiduciâ periculis
S. Aug. ſe exponunt, ſecum deferunt. Difficilior eſt
hæc fuga quam aliquis exiſtimet, vt iure mar-
tyrum certamini parietur. Saoctus Auguſtinus:
Nemo, inquit, *dicat, fratres chariſſimi, quod tempo-*
ribus noſtris martyrum certamina eſſe non poſſunt, ha-
bet enim & pax noſtra martyres ſuos. Nam libidinem
fugere pars magna MARTYRII *eſt.* *Ergo contra li-*
bidinis impetum apprehende fugam ſi vis obtinere vi-
ctoriam. Glorioſa hæc fuga, quæ victoriam par-
turit.

136. Superandus luxuriæ hoſtis vt Parthi ſuos ſu-
perant, fugâ ſcilicet, de quibus Virgil. 3. Æneid.

Fallentemque FVGA *Parthum.*

Fugientes fugit impudicitia. Si fugis, ipſa fugit; ſi armatus ei occurris, ma-
gis ſæuit; & victoriam, quam fuga dederat cer-
tamen auferet; pugnando cades. Verus ille non
minus ac eleganter:

Cede, Venus cedit: ſi ſtas, magit impia lædit;
Si FVGIAS *Veneris prælia, tutus eris.*
Sic cedis cedit; ſi fugis, illa fugit.

S. Hyer. Eadem mens etiam magni illius Athletæ. San-
ctus Hieronymus lib. aduerſus Vigilantium ita
loquitur: *Fateor imbecillitatem meam, nolo ſpe vi-*
ctoriæ PVGNARE, *ne perdam aliquando victoriam.*
Fuga arripienda vbi luxuriæ periculum adeſt. Non eſt imbecillitas iſta, ſed cautio, & veræ for-
titudinis nota. Fors & ob hanc fugam indican-
dam noluit Deus Loth in Sodomis remanere,
Gen. 19. quem poterat inter illas flammas, ſicut & pueros
in camino ignis ſeruare, ſed noluit; diſceſſum im-
perat, & fugam, Gen. 19. Quia libido, quæ flam-
mas illas nutriebat fugienda eſt. Quin vxorem
Loth ne momento quidem ſubſiſtere voluit, &
retro aſpicere inhibuit, quod quia neglexit, in
ſtatuam ſalis vt cæteros erudiret, conuerſa eſt, fu-
ga, dum de luxuria agitur, ita arripienda eſt, vt
ne minimum quidem temporis immoremur.

137. Hinc aperiemus, cur puritatis, ac caſtitatis
Lumbi præcingendi vt libidinem fugiamus. amor Chriſtus, caſtitatem nobis perſuadens ait:
Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12. 35. Lumbos
præcingere caſtitatis ſymbolum eſt, caſtitatem
Luc. 12. 35. colentis habitus; hinc illud Sancti Gregorij
Magni hom. 13. in Euang. *Lumbos præcingimus*
cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus:
Sed cur in caſtitatis ſignum lumbos præcingi
iubet? An quia fugientis, & expediti eſt lum-
bos præcingere, ne veſtibus pedes impedian-
tur in fuga? Probè ergo cohæret lumborum
præcinctio in caſtitatis cuſtodia vt ſtatim intel-
ligeremus fugam nobis ad caſtimoniam neceſ-
ſariam, adeò vt caſtitatem amittat, qui fugam
non adornat. Acute Sanctus Fulgentius, qui *S. Fulg.*
nobis ſuccinens ſerm. in hoc Euangelium, ait:
Omnis Chriſtianus præcinctos habeat lumbos, vt FV-
GIAT *libidinem.* Fugabit libidinem, qui libidi- *Naufragiis nauigat qui libidinem, & eius pericula non fugit.*
nem fugiet, & naufragia vitabit, qui contra
muliebres aquas pugnare non audebit, alio-
quin ſentiet roboris, ac prudentiæ ripas harum *S. Cypr.*
aquarum pugna excedi, & naufragiis nauigare,
quod habet etiam Sanctus Cyprianus lib. de
ſingularitate clericorum, vbi fusè quæ mala
inuehat fœminarum proximitas referens, hæc
inter alia habet: *Perſpicite quanta mala fœmina-*
rum propinquitas acquirat; ruinas ædificat, ripas
eripit, præcipitia inſtruit, in periculis nauigat,
NAVFRAGIIS *velificat, interitum fouet.* Exitium
ſuum ſequitur qui hæc diſcrimina non fugit; nec
vitam amat, qui non vitat.

Fugiendæ omnes fœminæ ſunt, ſed illæ ma-
ximè, quæ impudicæ verecundiam omnem euo-
muerunt; ſcitè ſanctus Dorotheus de compo- *Ab impudicis mulieribus maximè fugiendum.*
ſitione Monachi Doct. 4. *Ab impudicis* FVGE
tanquam ab igne & laqueo Diaboli, & caue illas vſ-
quam obuias habeas, alloquaris, aut aſpicias ne cor *S. Doroth.*
tuum luto paſſionum deturbetur.

Mulier impudica tanquam auis infauſta vi-
tanda eſt; Procopius de Theodoro ita loquitur 138.
lib. 9. arcanæ hiſtoriæ: *Vitæ ſanioris homines qui-* *Impudica mulier tanquam auis infauſta vitanda.*
cunque obuiam illam habuiſſent in foro vitabundi ſe
ſubduxerunt, ne veſtium contactu tantum ſceleris in ſe
deriuatum putaretur. Quia prima luce, quibus in
conſpectum veniſſet, habebatur AVIS INFAVSTA, *Procop.*
Par in pares præſtandum eſſet.

Denique ſicut ſuperiùs *bibendi* verbum de *Incontinentiæ morbo fuga remedium eſt.*
mulierum cognitione dici probauimus, ita ab
eadem metaphorâ fugam diſcere debemus, quæ
nobis hic neceſſaria: nam vt febris ardore cor-
reptus dum frigidum ebibit, ardorem non mi-
nuit, ſed auget, ita qui concupiſcentiæ æſtu la-
borat, fugere muliebres aquas debet, atque reſ-
puere, vt extinguat calorem. Præiuit Beatus
Vmbertus de remediis contra luxuriam cap. 32.
vbi ita ſcribit, *Sciendum, quod eſt nobis contra* *Impuras aquas qui bibit, ſitim non extinguit, ſed accendit.*
vitia alia pugnandum, ſed incontinentiæ malum po-
tiſſimè FVGIENDVM. *Quoniam ſicut infirmus per*
potum frigidæ aquæ ardorem febrium non minuit, ſed
accendit, ſic remedia concupiſcentiæ quærens in his
miſeriis, deſiderium nec ſatiat, nec extinguit. Falli- *B. Vmbert.*
tur qui luxuriæ aquas bibens, luxuriæ ſitum ex-
plere ſe putat; hic quoque illud verum:

Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.

Vt vniuerse à voluptatibus vtroque vt dicitur *A voluptatibus ſublato vtroque velo fugiendum.*
velo ſublato fugiendum eſt, quod docet etiam
Ethnicus auctor Plutarchus in Sympoſiacis dum
ait: *Sublato vtroque velo voluptatem fugiamus*, hoc *Plut.*
eſt magno ſtudio, magnâ contentione, ſed hoc
præcipuè præſtandum, vt à luxuriæ vora-
gine, libidiniſque ſyrtibus longè
abeamus, vtrumque velum ex-
pandendum eſt, vt dum flu-
ctus fugimus, in honeſta-
tis portum nos reci-
piamus.

* * *

EXCVR-

EXCVRSVS X.

Luxuria vt piſcis in abſtinentiæ ſicco moritur.

Deliciarum mancipia marino pulmoni *paria.*
Piſcibus *ſimiles qui in carnis deliciis natant.*
Piſcibus *pares qui muliebribus blandiciis capiuntur.*
Polypis *ſimiles qui mulieri adhæreſcunt.*
Feminea pulchritudini vt piſces *ſaxo adhærent.*
Luxuria in abſtinentiæ littore vt piſces *in arido moritur.*
Libidinis *&* gulæ *nexus.*
Luxuriæ currum *quas rotas habet.*
In corporis deliciis *libido adoleſcit.*
Vini *intemperans vſus ad libidinem vehit.*
Luxuriæ ſegetem *euellere à carnis humo quàm difficile, quanti meriti ſit.*
Sicci panis eſus luxuriam exſiccat.
Paupere victu nutritur caſtitas, *& puritas.*
In ferculorum copia caſtitas naufragium *ſubit.*
Ab aquis muliebribus *qui abſorberi non vult abſtinentiâ ſe muniat.*

139. *Deliciarum mancipia marino pulmoni paria.* Syneſ.

HOmines voluptuarij, qui in deliciarum, & luxuriæ degunt fluentis piſcibus pares ſunt. Marino pulmoni eos comparat Syneſius lib. de Regno vbi ita loquitur: *Vitam degentes* MARINI PVLMONES; loquitur de hominibus carnis illecebris deditis, quique in libidinum vſu ſummum bonum colloeant.

Piſcibus ſimiles qui in carnis deliciis natant. B. Thom. à Vill.

Olim in prima mundi molitione ex aquis & piſces, & aues prodierunt, aues eos referunt, qui ſupra luxus, & libidinis aquas ſe extollunt, in ecleſtia; piſcibus ſunt ſimiles, qui carnis delicias ſequuntur, in iis natant æternorum obliti. Pulchrè Beatus Thomas à Villanoua conc. de ſancta Doroth. *In Geneſi*, inquit, *legimus, aues, &* PISCES, *eodem elemento, id eſt, aqua fuiſſe formatos, ſed piſces in geniali elemento permanſerunt, aues autem in aere ſupra ſuam originem volauerunt. Omnino ita eſt in propoſito, vna eſt omnium hominum genialis conditio, eademque natura, ſed valde differens vita: quidam ſuam naturalem inclinationem ſectantes, quæ ad malum prona eſt ab adoleſcentia ſua, in ſæculo vagantes delicias carnis ſequuntur, velut piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Alij autem ſupra ſuam conditionem volantes, ad æterna, & cœleſtia rapiuntur.* Sed auium exiguus numerus eſt, piſcium ingens; multi quippe in voluptatum, & impurarum deliciarum aquis viuunt, pauci in cœlum mente euolant, æternorum amore capti.

Piſcibus pares qui muliebribus blandiciis capiuntur. Plut.

Piſcibus pares ſunt, qui muliebribus blandiciis, veluti medicamentis capiuntur. Plutarchus in coniugal. præcep. *Quemadmodum* PISCES *medicamentis celeriter capiuntur, ſed eſui inutiles ſiunt; ſic mulieres, quæ amoris poculis, & veneficiis viros captant, voluptatéque in ſuam poteſtatem redigunt, ſtupidos eos, vecordes, corruptoſque deinceps vitæ ſocios habent.* Tam noxium hoc amoris poculum eſt, tam noxiæ ſequioris ſexus blanditiæ, & illecebræ.

Plerique in libidinis mare polypis ſunt ſimiles, qui mulieri adhæreſcunt decepti, deceptoréſque Theophylactus Simocatta quæſt. Phyſica VIII. de Polypo ita ſcribit: *Petra connexus* POLYPVS *inauulſa hæret.* Polypi naturam induunt qui in voluptatum carnalium mari impuris fœminis veluti petris nectuntur, vt auelli ab eis nequeant, & nolint. Hac metaphora vtitur Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio, dum ita ſcribit: *Me vir Imperatricis thalamo, vt* POLYPVS PETRIS *adhærens, arctabulis paſſim expanſis, nequaquam inde ſibi diſcedendum putabat.* Hoc idem multi præſtant, infamibus mulierculis adhærentes, à quibus nulla vi diuelli poſſunt. Et vniuersè fœminei oculi, fœminea pulchritudo ſaxi inſtar ſe habet, cui amaſij velut piſces hæreot; quod tangit Philoſtratus in epiſt. dum ait: *Aues excipiunt nidi,* PISCES *ſaxa, formoſos oculi. Atque illorum quidem ſunt errores, traductorum, & transmigrantium alias in alia loca Ducit enim illa temporum opportunitas, quantumque venerint: at pulchritudo, ſi ſemel in oculum influxerit, non amplius diſcedit ex hoc diuerſorio.* Hactenus Philoſtratus.

140. *Polypis ſimiles qui mulieri adhæreſcunt.* Theoph. Niceт. chon.

Fœminea pulchritudini vt piſces ſaxo adhærent plerique. Philoſt.

Et verò ſicut piſces in aquis ludunt, in arido moriuntur; ſic & luxuria in deliciis nutritur, in abſtinentiæ littore perit. Rem feſtiuè habet Beatus Albertus Magnus ſerm. in Dom. 1. Quadrageſimæ dum ait: *Sicut* PISCES *in arido cibo moriuntur, ſic etiam luxuria in auſteritate vitæ, & ieiunio moritur. Iſa. 1. Putreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſicco.* Terentius: *ſine Cerere, & Bacho friget Venus.* Areſcit luxuria extra deliciarum mare, quæ in illo ludit, & adoleſcit, vires, ac robur imò & vitam ab illecebris ſumit, & nutritur in illis vt piſces in mari. Hinc illud ſancti Ambroſij lib. 1. de pœnitentia cap. 14. PASCITVR LIBIDO CONVIVIIS, *nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur.* Sanctus Nilus orat. 1. de luxuria idem ſentit: *Libido*, inquit, GVLAM SIBI SOCIAM *aſſumit in bello, vt eius auxilio, atque inſidiis tandem expugnet aduerſarios.* Grauis hæc pugna eſt; quis in hoc prælio duobus hoſtibus ſit par, cùm vix vni ſufficiat? Hoc idem ſtipulæ, & columnæ metaphora explicat eadem orat. 1. *Quemadmodum*, inquit, *furor ignis in ſtipula ſæuiens coerceri non poteſt: ita luxuriæ vis in corpore* CIBIS DISTENTO *percurrens retineri nequit. Columna innititur baſi ſua, & libidinis vis innititur ſaticitate requieſcit.* Ita Sanctus Nilus. Libidinis columna firma ſtabit gulæ, & intemperantiæ innixa baſi. Baſim deſtrue, & columna corruet.

Luxuria in abſtinentiæ littore vt piſcis in arido moritur. B. Alb. Mag.

Libidinis & gulæ nexus. S. Ambr. S. Nilus.

Thomas Ciſtercienſis luxuriæ currum exhibens inter quatuor huius currus rotas gulæ intemperantiam recenſet, ſic quippe illud Canticorum: *Equitatui meo aſſimilaui te*, explicans inſit: LVXVRIÆ CVRRVS *habet quatuor rotas, ventris ingluuiem, coitus libidinem, veſtium mollitiem, otij, ſoporiſque reſolutionem: trahitur duobus equis; proſperitate vitæ, & abundantiâ rerum. His duobus præſident aurigæ, ignauia torpor, inſida ſecuritas.* Quò niſi in infernum omnes quos vehit hic currus ducat?

141. *Luxuriæ currum quas rotas habeat.* Thom. Ciſt.

In corporis deliciis luxuriam, libidinémque adoleſcere indicat illud, quod accidit ei, qui poſt ebrietatem nudus, & detectus filiorum oculis manſit. Gen. 9. v. 21. *Bibénſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo.* Quod in rem noſtram expendens B. Aluinus interrogat. CXXXVII. in Geneſim ait: *Cur nudatio femorum poſt ebrietatem ſequuta eſt? Quia ſæpius* SATIETATEM LI-

In corporis deliciis libido adoleſcit. Gen. 9. 21.

BIDO

Digitized by Google

Vini intemperans vſus ad libidinem vellit. Prou. 23.

BIDO SVBSEQVITVR. Facilis à ſatietate, à temulentium illecebrarum potu ad libidinem tranſitus. Vix dixerat Salomon Prou. 23. *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber*, quàm ſtatim adiicit: *Oculi tui videbunt extraneas*. Indicans libidinis furorem intemperati vini vſu excitari, & in voluptatum corporearum fluentis luxuriæ, & impuritatis piſces iucunde fluctuare.

142. *Luxuria ſegetem euellere à carnis humo quam difficile, quanti meriti ſit.* S. Laur. Iuſt.

Explicari non poteſt & quantæ difficultatis, & quanti meriti ſit à carnis humo luxuriæ malam ſegetem euellere, ſancti Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba in hanc ſententiam tract. de continentia cap. 2. *Maius miraculum eſt de propria carne* FOMITEM ERADICARE LVXVRIÆ, *quam expellere immundos ſpiritus de corpore alieno*: porrò ſicut in oratione, & ieiunio immundus ſpiritus eiicitur, vt ait Saluator, ita abſtinentia, ieiunio, & oratione luxuria noſtræ carnis hoſpitio eiicienda eſt.

Ieiunij vſu eitriendo luxuria ſpiritui.

Sicci panis eſus luxuriã exſiccat. Gen. 39. Lipp.

Extra deliciarum aquas luxuria perit vt piſcis, & in abſtinentiæ ſicco, ſiccique panis vſu vires, vitamque amittit. Ioſeph cùm ab impia fœmina tentaretur, libidinis incentiua adoleſcens non ſenſit; mortua in ipſo luxuria videbatur, viuebat in caſto corpore caſtitas, & pudicitia. nil mirum ad ſiccum panem carnem deduxerat. Gen. 39. *Nec aliud nouerat niſi panem*, vbi Lippomanus in catena: Hunc locum ſic nonnulli intellexerunt, Ioſeph nihil ex cibis Domini ſui cognouiſſe, præter ſiccum panem quo veſcebatur, quid mirum ſi luxuriam non cogitabat?

Paupere victu nutritur caſtitas, & puritas. Gen. 21. 14.

Delicias vitet corporis, à terrenis voluptatibus ſe ſubducat, qui carnis impudentiam coërcere vult: caſtimoniam ſeruabit, qui temperantiam ſociam ſibi aſciſcet. Abraham poſt ſuius Iſmael volens domo eiicere Agar eius matrem, nullum aliud dedit ei viaticum, quàm panem, & aquam. ita habes Geneſ. 21. verſ. 14. *Surrexit itaque Abraham manè, & tollens panem, & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius tradiditque puerum, & dimiſit eam.* Itáne tam parcus Abraham in ancillam, qui prolixè, obuioſque quoſque hoſpites excipiebat, tantâ parcitate corripitur, vt ancillam cum pane & aqua dimittat? Et quò huius Patriarchæ liberalitas, & magnificentia abiit? Non caſu id factum, nec parcitatis vitio, ſed vt mulieris caſtitati conſuleretur, ſi eam deliciarum copia onerauſſet, ſi dulcia eſculenta præbuiſſet facilè libidinis incentiua luxus excitaſſet. Pauperem, & ieiunam ciborum paraturam exhibuit, vt carnis laſciuia comprimeretur: ne ab eius domo Agar dimiſſa libera, & palans caſtimoniæ periculo ſubeſſet; vinum, & aquam tantum dedit, nihil præterea vt ei pro puritatis cuſtodia ieiunus victus deſeruiret, & carnis impudentiam cibi temperantiâ coërceret: In paupere viatico prudentiæ ſuæ diuitias prodidit. Nil mirum ſi poſtea Agar ab Angelo viſitata refertur, placuit quippe puritas Angelo, quæ paupere, ſordidóque victu fouetur, & nutritur.

143. *In ferculorũ copia caſtitas naufragium ſubit.* B. Laur. Iuſt.

Vt à variis rebus caſtitatis naufragium ſit, præcipuè à luxu, à voluptate, à ferculorum copia, à gulæ fluctuantis impetu eſt: vt non immeritò caſtitatis naufragium hoc initium audiat, Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba tract. de ſobrietate cap. 1. *Reſecanda eſt voluptas, & concupiſcentiarum ſunt amouenda fomenta: In omne malum ruiturus eſt quiſquis impetum voluptatis, & voracitatis non cohibuerit. Hæc namque Loth in horrendum filiarum pertraxit concubitum: Hæc Noe verenda detexit: per hanc primogenitura honore ſe priuauit Eſau. ipſaque multorum filiorum Iſrael ſtragem exercuit. Quid namque mali ex gulæ inordinatione, atque ventris repletione non oritur? Eſt enim fomes libidinis, flagitiorum mater, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, ſtomachi laſſitudo, ſubuerſio ſenſus, tempeſtas linguæ, procella corporis*, NAVFRAGIVM CASTITATIS, *inſania voluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animaque corruptela.*

Et vniuersè qui abſorberi muliebribus aquis non vult, abſtinentiæ ſectator ſit: Elias viduam adiit, ſed id iubente Domino fecit, 3. Reg. 17. non id facturus niſi Dominus iuſſiſſet, nam vt ait ſanctus Cyprianus lib. de ſingularitate clericorum poſt medium: *Helias* IVSSVS EST A DOMINO *relinquere ſolitudinem. & ingredi tabernaculum viduæ: Pro imperio Domini laborauit, vt in domo manſiſſet, cui ſolitudo ſolatium praſtabat, & requiem.* Tutò ire potuit, quia Dei virtute munitus iuit: ſed & aliunde ſecurus, quia nempè à deliciis adeò alienus erat, & domum ingrediebatur viduæ adeò luxu viduam, vt & neceſſario victu deſtitueretur, & fames per loca illa graſſabatur: ingreſſus ille ſuſpectus eſſe non potuit, vbi non erat victus, & iam per quadraginta dies ieiunauerat, fame armatus, armatus ieiunio mulieris domum adit: id quod vrgebat idem ſanctus Pater loco producto, dum ait: *Occaſionem illi Dominus obtulit ad magnalia facienda. Vt magis famis tempore tam ipſi viduæ, quam pupillis eius ſufficientia tribueret alimenta, qui ieiuniis vſquequaque afflictus tolerauerat indigentiam, & qui miſſus venerat paſci, paſtus quinimo conferens miſeris miſerias egeſtatis faceret excludi. Et hoc non poteſt cuinſquam fanere luxuria: cum nulla fuerit opportunitas ſcandali, vbi tranſeunter, quod prius eſt, egeſtoſam habuerit manſionem, quam quicunque hoſpes effugeret. At hic apud quos hoſpitatus eſt, impleuit, & rediit: qui etiamſi moraretur ſuſpectus eſſe non potuit. Qualis illic fuit communitatis effectus*, VBI NON ERAT VICTVS? *& qualem ad viduam habuit Helias introitum, cui fames dedit hoſpitium? quiſquis es, qui te vis Heliæ de commoratione viduæ vocari diſcipulum, prius ſolitudinis afflictiones, & quadraginta dierum tolera ieiunij exitum: & aut non quæres feminam, aut non eris qui cum femina commoretur, & tamen ſi volueris tibi ſerua. Nobis autem in ſpiritu, & virtute. Heliæ non alium quam Ioannem ſolum Angelus, & Dominus Chriſtus inſinuat*: Fame ſe Helias munierat contra luxuriam, vt ire ad fœminam tutò potuerit, non impuritas ad ipſum, præſertim cùm Dei acceſſerit imperium, cui obediens, obedire impuritatis iuſſibus non poterat, non debebat. 144. *Ab aquis muliebribus qui abſorberi non vult, abſtinentia ſe muniat.* 3. Reg. 17. S. Cypr.

***

CAPVT XVIII.

De Virgineo fonte, virgineis aquis.

In Virginitatis fonte *Dei imago elucet.*
Fons ſignatus *Virgo.*
Signatus fons *Maria.*
Hortus *ſine vepribus Maria, & virginali egreßione ſignatus fons.*
In partu Mariæ virginitas creuit.
Fontis *nomen cum Maria vt cohæreat.*
Virginitatis fons *cum bonorum operum fructibus.*
Integritatis fons *ſua ſignacula habet.*
Signata *dicebatur quæ integra, & illibata.*
Mariæ virginitas Oceano *comparata.*
Libidinis fluctibus *ſe Virgo non ſinat mergi.*
In puritatis aquis *puritati virgo hæreat vt polypus ſaxo.*
Virginalem ſerobem *effodere quid?*
Virginis *nexus, &* putei.
Virgo aquas *inambulans velut aridam.*
Virgo illæſa *per flammam incedit, vt illæſam cerneret virginitatem.*
Pudicitia nauis.
Velum virginitatis *in antenna charitatis.*

145. AQVA de nubentibus nuptialique opere dici ſuperius dixi, & adductis auctorum dictis euici, ad virginitatem quoque, ac caſtitatem ſignificandam fontis nomen adhibetur, adeò vt fons virgo ſit, cuius puras aquas nemo hauriat, nemo collutulet. Non igitur ab inſtituto abierimus ſi de virgineo fonte aliqua hic afferemus, quibus ſacra illuſtrari poſſunt.

In virginitatis fonte Dei imago elucet, S. Ambroſ. Fons virginitas eſt, in quo non bruti imago apparet, ſed Dei, ſcitè ſanctus Ambroſius, epiſt. 28. *Virginitas*, inquit, FONS EST, *in quo maximè imago Dei lucet, ac ſplendet.* Non lutulentus ergo eſt, nec impurus, non luxuriæ cœno infectus hic fons, alioquin Dei imaginem non referret, equi referret, & bruti alicuius.

Fons ſignatus Virgo. In hoc fonte & Dei imaginem videt Virgo, videt & ſuam, non viſura, ſi eius aquam alienus pollueret, & conturbaret. Ab eodem calamo eſt: *Fons ſignatus es Virgo, nemo aquam tuam polluat, nemo conturbet, vt imaginem tuam in* FONTE TVO *ſemper attendas.* Ita ſanctus Ambroſius de inſtitutione virginis cap. 9.

Hinc verba illa intelligemus, quæ in amoris cantico habentur, nam cap. 4. verſ. 12. ſponſam ſuam ſponſus laudans, eam fonti comparat, ſed ſignato, ob eius ſcilicet pudicitiam, ac caſtitatem. *Hortus*, loquit, *concluſus ſoror mea ſponſa,* HORTVS CONCLVSVS FONS SIGNATVS. Fons virginitas eſt, quem nullius obſcœnitatis pes collutulat, nulla fœda cogitatio conſpurcat. (Cant. 4. 12.)

146. *Signatus fons Maria.* Heſych. Solent hæc verba Beatæ Virgini tribui, quæ hortus concluſus fuit, quia nulla corruptionis falx eam attigit, & fons clauſus, ac ſignatus, quia intacta permanſit, & illibata, Chriſtum vitæ flumen producens. Hoc eleganter explicat ſanctus Heſychius Presbiter, ſerm. de laudibus virginis, ſic enim ſcribit: *Vocauit te hortum concluſum, &* FONTEM SIGNATVM, *is qui ex te ortus eſt ſponſus, prædixit in Canticis Hortum concluſum, ob id quod falx corruptionis, aut vindemia te non attigit. Florem autem qui ex radice Ieſſe hominum generi pure exhibetur, excultus tibi à puro intemerato ſpiritu. Fontem concluſum, quia flumen vitæ ex te prodiens repleuit terram, alioqui ramus nuptialis fontem tuum nequaquam exhauſit.* Eòdem ſpectat ſanctus Petrus Chryſologus, ſerm. 145. vbi hæc verba de Beata Maria intepretans ait: Sic de habitaculo ventris exiit, vt virginalis ianua non pateret, & impleret illud quod cantatur in Cantico Canticorum: *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus, fons ſignatus.* Hæc ſanctus hic. (S. Pet. Chryſ. — Cant. 4.)

Hortus fuit virgo, quæ maritales neſciuit ſpinas, coniugij vepres non habuit, ſed florem produxit. Fons extitit Maria, ſed virginitate ſignatus, omnis maritalis cœni penitus expers. Audiendus hîc ſanctus Ildephonſus de virginitate ſanctæ Mariæ cap. 2. *Poſt natiuitatem Domini, poſt ortum ſaluatoris, de carneo viro, peritura carnis ſoboles germinaret? De loco vitali ex mortalitatis ſemine meritura membra produceret: de concluſionis horto, qui ſolum virginitatis inſolitæ florem produxit, ſpinarum maritalium vepres afferret, de* FONTE NASCENTIS *virginali expreſſione ſignato cœnum maritale decurreret.* Sine vepribus fuit, quæ illum peperit, qui peccati ſpinas euellere ab humanæ mentis humo debebat, cœnoſas aquas non habuit, quæ Chriſtum concepit, & mundo dedit, qui mundi ſordes ablueret. 147. *Hortus ſine vepribus Maria, & virginali egreſſione ſignatus fons.* S. Ildeph.

Fonti ſignato etiam alibi Mariæ virginitatem inuiolatam comparaui, addidi eius caſtitatem, & pudicitiam adeò in partu non cecidiſſe, vt ſurrexerit altiùs, & creuerit, probaui hoc aliquorum calculis: hîc addo ſanctum Petrum Damianum, tom. 4. qui iuris publici adhuc factus non eſt orat. 50. ita loquitur: *O glorioſa puerpera, in qua ſola reperitur fœcunda virginitas, quæ ſic ex intemeratis viſceribus filium protuliſti, vt illibata pudicitiæ integritas* CRESCERET, *non libido virginalis clauſura ſignaculum violaret:* Et paulò pòſt rithmo de Virgine ſibi ſuccinens canit: (*In partu Mariæ Virginitas creuit.* S. Pet. Dam.)

CREVIT *in ortu prolis*
Integritas pudoris

Fontis nomen Mariæ conuenit ob virginitatem, vnde & Seruiæ, quæ Hannoniorum Vrbs eſt Maria Virgo vocatur, *noſtra Domina* FONTIS, eſt enim ibi in valle quadam ante valuas ædiculæ Matri Dei ſacræ fons copioſus, itémque in media ipſa ædicula ante altare virginis puteus elegans, ex quo bibere accedentes ſolent, & ſalubris eius aqua eſt, morbiſque expellendis opportuna. Non aberrauimus cùm ſanitatis fontem Virginem indigitauimus, quod vel puteus iſte iſtius ædiculæ probare poſſit. 148. *Fontis nomen cum Maria vt cohæreat.*

Porrò myſterio non caret horti, ac fontis nexus, *Hortus*, inquit, *concluſus, & fons ſignatus*, hortus operum fœcunditatem ſignificat, fons ſignatus virgineum pudorem, nempe ſine operum fructibus eſſe virginitas non debet: lumbi præcincti ob caſtimoniam ſint, lucernæ ardentes in manibus ob virtutum actus. In Virginitatis fonte imago Dei lucebit, ſic lux illa lucebit, qua alij opera noſtra videant, & glorificent Patrem noſtrum, qui in cœlis eſt. Siſtenda hic ſapꝰti Ambroſij verba, qui lib. 10. epiſt. (*Virginitatis fons cum bonorum operũ fructibus.* S. Ambroſ.)

epiſt. 81. hortum iſtum cum iſto fonte ita connectit, vt hortum ad fructus, fontem ad puritatem referat: *Bonus*, inquit, HORTVS *virginitas, quæ plurimos boni ferat fructus odoris.* Rectè plurimos fructus ferre virginitas debet, alioquin hortus non eſſet, ſi vnum dumtaxat, vniuſque generis. Pergit: *Fons ſignatus eo quod virginitatis ſit fons, & origo pudicitiæ, quæ inuiolata cuſtodiat integritatis ſignacula, in quo fonte imago Dei luceat.* Hucuſque ſanctus Ambroſius.

Integritatis fons ſua ſignacula habet.
S. Ambroſ.

149. Habes igitur fontem de virginitate eleganti metaphorâ dici; etiam vox illa, *ſignatus*, huc facit, nam olim putei, ac fontes ſignari, ſigillóque muniri conſueuerant, quod probauimus lib. 3. ſacrorum electorum; vbi fusè de ſignato fonte egimus, & præmiſſa canticorum verba ſua luce veſtiuimus. Hic addo ſignatam abſolutè integram, inuiolatámque Virginem ſignificare. Lucilius lib. 19. Satyr. *Primum Chriſti cùm negat* SIGNATAM *reddere.* Nonnius: *ſignatam integram virginem vetuſtas voluit dicere.*

Signata dicebatur quæ integra, & illibata
Lucil.
Nonn.

Quod ſignatum fontem, & ſororem ſimul vocat ſponſam ſuam ſponſus, hoc quoque priſcam loquēdi formulam ſapit, qua ſoror pudica, & minimè tacta mulier dicebatur. Hæc duo iungit etiam Plautus, cuius hæc ſunt verba: *Tam a me pudica eſt, quam ſi ſoror mea ſit, &* SIGNATA *virgo*, quæ igitur omnis labis expers, & ab omni parte pura, & illibata, & fons ſignatus dicitur, & ſoror nuncupatur.

Plaut.

Fonti virginitas comparatur, ſed quæ in Maria, Oceanum referebat, & pelagus, hinc illud ſancti Baſilij Seleuciæ Epiſcopi orat. 39. *Quomodo*, inquit, VIRGINEVM PELAGVS *audens tentabo, & magni myſterij ſcrutabor altitudinem, niſi me vt inexpertum, ô Deipara, doceas veterem hominem deponere?* Sed ad virgines, virginaléſque aquas redeamus, quæ huc nos duxêre.

Maria virginitas Oceano comparata.
S. Baſil. Sel.

Libidinis fluctibus ſe virgo non ſinat mergi; opportune ille:

Libidinis fluctibus ſe virgo non ſinat mergi.

Inter naturæ dotes, præſtantia formæ
Vna eſt, atque aliquid quod venereris, habet.
Præcipuè virgo, cum corpore caſta pudico,
Hoc ornamentum Virginitatis habet.
Aſt oblita ſui, fœdaque libidine MERSA
Si veritis laxat frena cupidinibus.
Tunc illi forma eſt quod inauris gemmea porco
Voluenti in turpi ſordida membra luto.

150. Virginales aquas virgo amet, virginitatique hæreat tanquam polypus ſaxo, vt diuelli ſe non ſinat, ſicut nec diuellere hærentem aliquis debet; bellè ſanctus Gregorius Nazianzenus in præceptis ad virgines:

In puritatis aquis puritati virgo hæreat, vt polypus ſaxo.
S. Greg. Naz.

Nemo igitur ſtolida vaniſſima gaudia carnis
Dum ſequitur, Chriſti quæ flagret amore puellam
Inuitam ad thalamos reuocet, venerēque moleſtam,
At velut hærentem ſaxo affixumque rigenti
POLYPON, *aut volucrem tentet depellere nido.*

Etiam ſcrobis nomen in virgines maritis ſubiectas detortum inuenio; Arnobius: *Virginalem ſcrobem effodientibus maritis.* Etiam *foſſa* eòdem ſpectat apud Tibullum in Priap.

Virginalem ſcrobem effodere quid.
Arnob.

Voret profunda FOSSA *lubricum caput.*

Ex puteo haurire aquam qui ſibi videbatur, is a puella Virgine aurum habiturus credebatur. Hinc illud Apomaſar cap. 181. Apoteleſmatum. *Si quis* AQVAM PVTEALEM *haurire viſus fuerit, eámque limpidam, ſiquidem ipſemet puteum illum fecit, aureum à puella virgine conſequetur, quod aquæ copia reſpondebit;* & poſtea ſubiicit: *ſi viſus ſibi fuerit aliis ex aqua puteali potum præbere, quæ vel limpida, vel turbida fuerit, per eam virginem alios aut ocupletabit, aut adfliget.* Vides virginem puteali aquæ paratam, hoc tantum hauriri ex his verbis nolo, nam ſomnij interpretationem tanquam ſomnium duco.

Virginis nexus & putei.

Virgo aquas inambulat; huc illud aduoco, quod narrat Thomas Cantiprat. lib. 2. cap. 29. num. 38. *Romæ*, inquit, VIRGO *ſanctiſſima fuit nomine Iaquelina. Hæc ſoror nobiliſſimi, ac ditiſſimi Comitis Apuliæ, ſapientia, ac decore præſtantiſſima fuit. Quæ cum à fratre Comite tradi nuptiis cogeretur, aſſumpto virili habitu clam aufugit. Directis ergo nunciis per omnes vias frater eam inſequitur viâ quâ fugiebat. Nullum autem effugium ſoror videns, ad obuium mare ſe contulit, & crucis ſigno ſe muniens in mari ſe ex alta rupe proiecit. Quod vbi frater vidit, eiulatu magno ſorori de rupe clamauit. Soror ſuper omnia mihi cariſſima, reuertaris ad me. Conſtruam tibi monaſterium ditatum copiis in quo liberè ſeruias Deo ſoli. Cuius clamores virgo ſancta, quaſi ſurdâ aure pertranſiens, per ampla maris ſpatia procedebat. Et vide quanta virtus diuini miraculi. Nimirum natandi artis ignara: oculis ac manibus in cœlum extenſis, quaſi per aridam ambularet, maris profunda tranſibat. Quo tranſito, in deſertiſſimis Græciæ ſyluis tribus annis ſub virili habitu ſanctiſſimo cuidam ſeni Eremitæ ſeruiuit, vt ſibi ſpiritualem viuendi modum plenius informaret. Inde verens aſtutias, & nequitias inimici ne ſe proderet fœminam: quia Eremitam erga ſe affici ſolito amplius aduertebat, fugit citra mare, in propinquis deſertis Siciliæ habitatura: & ibi ſuper arborem adiutorio cuiuſdam fidelis viri arcto valde conſtructo tugurio, per nouennium latitauit, eodem ſibi viro ita eleemoſynam miniſtrante, vt nunquam propter victum deſcendere cogeretur. Hæc poſtea Romam ſpiritu cogente, peruenit, & Innocentium Papam tertium, cum omni clero, & populo ciuitatis, ſeuera, & audaci redargutione permouit. Hic victus eius longiſſimo tempore fuit. Ter in hebdomada, nullo adiecto, panem cum aqua comedit, & ſuper nudam penitus terram, aquatæ ceruice pedibus, requieuit.* 151.

Virgo aquas inambulans velut aridã.
Thom. Cãt.

Alia Virgo virginitatem ſuam, ſuper aquas gradiens ſeruauit illæſam, de ſancta Auſterberta hæc ferè ad Molanum 10. *Febr.* habentur: *Cùm ſanctam Auſterbertam parentes carnali marito tradere vellent, fugit per* FLVMEN, *quod Quantia dicitur ad Epiſcopum ſuum Audomarum ſacro velamine velanda, in fuga ponte ſubmerſo illæſa ſuper aquas ambulauit.*

Virgo illæſa per flumen incedit, vt illæſam ſeruaret virginitatem
Mol.

Iuit ſuper aquas aquis ſuperior non ſemel virginitas; ſed pro naui, pro nauis velo habens, *tuta enim nauis pudicitia eſt*, vt ille ait, *quæ ad cœli portum portat cultores*; ipſa ſibi velum exhibet, quod ventis expandat, & citiùs ad paradiſi littus perueniat, vt hic optimè cadant verba Richardi à ſancto Laurentio lib. 11. de laudibus Virginitatis. VELVM VIRGINITATIS *dependebat ab antenna charitatis*;

Felix nauigatio huius veli expanſione, huius nauis vſu, huius antennæ.

***

CAPVT XIX.

De virginibus priſci quidem ritus.

Pauli verba de virginibus & nuptiis in parietibus *ſcripta.*

Amaſiorum nomina *in parietibus.*

Parietis interiectu *virginitas conſeruata.*

Virgines à nubentibus *auocatæ.*

Virginum locus *in Eccleſia tabulis à matronarum loco ſeparatus.*

Virgines etiam nobiles Paſtorale munus *exercebant.*

Virgines pueros à parentibus derelictos ad baptiſmum *offerebant.*

Res mira de lauacro *ex virginum cineribus confecto.*

In Dei regno putant aliqui omnes futuros virgines.

Caſtitas etiam in inceſſu.

Dei exemplo reuerenda *eſt virgo.*

Virgines palpebris, *velut* velis *ſuam pulchritudinem tegant.*

Virginitati quantum inuideat Dæmon.

Non ſine fluctibus *ſine piratis virginea nauis*

Virginitas ad arbores *& ad terram porrecta.*

152. QVIA de virgineo fonte ſuperius egimus, non erit ab re, ſi de virginibus quoſdam priſcos ritus in lucem eruamus, qui non paſſim in auctoribus obuij, atqoe protriti, quíque vtilium monitorum ſint grauidi.

Apoſtolus virginitatem nuptiis præferens 1.Cor.7.ait: *Qui cum vxore eſt ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu; quæ autem nupta eſt cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.* Hæc & alia Paulus, vt ad virginitatis amorem omnes alliceret; quæ, vt frequentiùs meoris oculis obuerſarentur, in pariete ſcribi conſoeuerant, vt à virginibus legerentur, ne aliquando horum verborum eas inuaderet obliuio. Colligo id ex ſancto Ambroſio cap.6. ad virginem lapſam, ſic enim infit: *Nonne vel illa præcepta, quæ oculis tuis ipſe* SCRIPTVS PARIES *ingerebat recordari debuiſti? Diuiſa eſt mulier, & virgo quæ non eſt nupta, cogitat quæ Domini ſunt, quomodo ſit ſancta corpore, & ſpiritu. Tu autem in contrarium vertens dictum, ita cogitans, ita agens, vt nec corpore eſſet ſancta nec ſpiritu.* Probus mos, & dignus qui in exemplum eat. Abeunt qui non pia hæc monita in parietibus ſcribant, ſed aut impudicas imagines, aut fabolarum figmenta parietibus appendunt, quibus non alliciantur ad puritatem poellæ, ſed virginitas impugnetur, & velut quodā ariete petatur.

Pauli verba de virginibus & nuptiis in parietibus ſcripta. S.Ambroſ.

Amaſiorum nomina olim in parietibus ſcribebantur, formæ mentione factā. Suidas (verbo: ὁ δεῖνα καλός. *Ille formoſus eſt*:) *proprium*, inquit, *amatorum erat amaſiorum* NOMINA SCRIBERE *in parietibus, vel in foliis arborum, hoc modo ille formoſus eſt, adſcripto eius nomine.* Sanctius noſtrorum mos, qui ea parietibus inſcribebaot quibus in puritatis amorē rapi, aut contineri virgo poſſet.

Amaſiorum nomina in parietibus. Suid.

Parietis interiectu virginitatem diuinitùs conſeruatam legimus. De ſancta Martiana Virgine, & Martyre hæc habet Petrus de Natalibus lib.2.cap.58. *Quam iudex in loco publico expoſitam gladiatori cuidam illudendam tradidit, qui dum nocte ad ipſam vellet ire,* PARIES *diuinitus ſe interpoſuit, & ne ad eam accedere poſſet prohibuit.* Res mira, ac ſcitu digna, ex qua colligi poteſt, quàm ſolicitus caſtitatis cuſtos Deus ſit. Nobis pro pariete Dei verba ſint, quibus ad ſanctitatem tum corporis tum mentis vocamus.

Parietis interiectu virginitas conſeruata. Pet.de Natal.

Virginibus olim nubentibus intereſſe non licebat, hoc enim tanquam minime decens, in virginibus arguit ſanctus Cyprianus de diſciplina, & habitu Virginum: *Quaſdam*, inquit, *non pudet* NVBENTIBVS *intereſſe, & in illa laſciuientium libertate ſermonum colloquia inceſta miſcere, audire quod non decet.* Virginum eſt publicum fugere, & ſe ab omni loco ſubmouere, vbi inſici caſtitatis candor poſſit. 153.

Virgines à nubentibus auocata. S.Cypr.

In Eccleſia locum tabulis ſeparatum habebant, ad quem religioſæ matronæ vt virgines oſcularentur accedebant; quod tangit ſanctus Ambroſius cap.6. ad Virgioem lapſam, vbi hæc habet: *Nonne vel illum locum* TABVLIS SEPARATVM, *in quo in Eccleſia ſtabas recordari debuiſti, ad quem religioſa matronæ, & nobiles certatim currebant tua oſcula petentes, quæ ſanctiores, & meliores te erant?* Vbique ſe ab aliorum oculis ſubducant virgines, & quæ placere tantum Chriſto ſtudent, videri ab hominibus defugiaot.

Virginum locus in Eccleſia tabulis à matronarum loco ſeparatus. S.Ambroſ.

Illud hîc non ſuppreſſerim, priſco æuo iuuenes virginéſqoe non plebeias tantùm, ſed nobiles, ac regias gregis paſcendi munus exercuiſſe; hoc enim magni apud illos honoris. De Arabibus ita ſcribit Philo lib. de vita Moſis: *Arabes exercent pecuariam,* PASCVNTQVE GREGES *promiſcuè viri, mulieres, iuuenes, virginéſque non plebeij ſolùm, ſed & nobiles. Septem puellæ vnius ſacerdotis filiæ gregem ad quendam fontem adduxerant, demiſſiſque per funem vrnis, per vices certatim hauriebant, fundebantque aquam in proximos alueos donec implerentur. Superuenerunt alij paſtores.* Hactenus Philo. De Hebræis virginibus ſignatè hoc tradit Clemens Alexandrinus lib.4. ſtromatum dum ait: *& puellæ regiæ paſcebant oues apud Hebræos.* Quin & vniuerſæ venationi vacabant. Idem Auctor eodem lib. *Iam ergo*, inquit, *mulieres non minus, quàm maſculi, & domum cuſtodiunt, & venantur & gregem paſcunt.* Addit hunc verſiculum:

Virgines etiā nobiles paſtorale munus exercebant. Philo.

Clem.Alex.

Acriter & cerui veſtigia Creſſa ſequuta eſt.

Vbi vides & ceruorum venationi operam dediſſe. 154.

Quoad gregum cuſtodiam nō ſolùm id apud Hebræos in vſu, ſed etiam apud alias gentes fuiſſe puto, & colligi ex Homero poteſt, nam Odyſſ.12. ita ſcribit:

Phetuſa Lamphetiaque.

Has quidem vt educauit, peperitque veneranda mater Homerus.

Trinacram ad inſulam relegauit, vt procul habitarent,

Ad OVES CVSTODIENDAS *paternas, & incuruas boues.*

Ex hoc ritu lucem immittemus Moſis verbis Gen.29.v.8. de Rachel ait: *Nam gregem ipſa paſcebat*; quia nempè hoc illo æuo in vſu: Et in Amoris cantico cap.1.v.8. *Abi poſt veſtigia gregum*, licet enim & ſponſa, & Racheles nobiles virgines fuerint, paſcendis tamen gregibus adiiciuntur, quia hoc etiā regiæ puellæ præſtare ſolebāt.

Gen.29.8.

Cant. 1.8.

Priſco

Virgines pueros à parentibus derelictos ad baptiſmum offerebant. S. Aug.

Priſco Chriſtianorum æuo non oues colligebant, ſed balantes pueros; quos a parentibus derelictos ad baptiſmum offerebant. Colligo id ex Sancto Auguſtino epiſt. 21. de diuerſis, vbi ita ſcribit: *Nonnunquam mortuis parentibus ſuis paruuli* BAPTIZANTVR *ab eis oblati, qui illis huiuſmodi miſericordiam præbere potuerunt. Aliquando etiam quos crudeliter parentes expoſuerant nutriendos à quibuſlibet, nonnunquam à ſacris* VIRGINIBVS *colliguntur, & ab eis offeruntur ad baptiſmum.* Hæc Beatus iſte.

155. *Res miro de lauacro ex virginum cineribus confecto.* Niceph.

Sacro ergo lauacro collectos à virginibus paruulos oblatos vides. Audi quæ in lauacro contigerint ex virginum cineribus confecto, digna enim res, quæ in legentis notitiam veniat, & in virginitatis gloriam recenſeatur. Rem ex Nicephoro lib. 3. cap. 23. his verbis accipe: *Traianus Antiochiæ quinque virgines fidem Chriſtianam palam confitentes, combuſſit; & oſſibus earum in cinerem redactis, ærique commiſtis, ahena quædam & alia vaſa fabricari curauit in vſum publici lauacri, quod ipſe magnificentiſſimè conſtruxerat, æterna ſuæ crudelitatis monumenta. Verum quicunque eò ingrediebantur quamprimum calidâ ſe perfundebant aquâ, caligine & vertigine correpti cum impetu excurrebant, & procidebant. Cauſa tanti mali cognita Traianus, vt alia vaſa ex ære puro pararentur, mandauit, & priora illa in quinque ſtatuas transformari, eáſque virginum combuſtarum formâ, & habitu pro balneo collocari curauit.*

In Dei regno putant aliqui omnes futuros virgines. Marc. Vigon.

Ad virginitatis laudem maximè facit eorum cenſio, qui putant beatos omnes vtriuſque ſexus virgines æternùm futuros, licet alioquin hic virginitatem amiſerint; in hanc ſententiam pendet Marcus Vigonius chorda 1. cap. 9. dum ait: *Fortaſſe in illâ ſupernâ ciuitate, vbi non nubent mulieres neque viri vxores ducent ad nuptias, ſed erunt omnes homines ſicut Angeli Dei, erit inquam fortaſſe hominibus omnis corporis integritas reſtituta.*

Caſtitas etiam in inceſſu S. Greg. Naz

Virgo in inceſſu quoque virginem ſe prodere, pudicam in greſſu oſtendere ſe debet; caſta non videtur; quæ faſtum incedens oſtendit; Sanctus Gregorius Nazianzen. in præceptis ad virgines:

Nec vero CASTAM *te iactes eſſe ſuperbè*
Si graderis; GRESSVS *eſt quædam namq; libido.*

156. *Deo exemplo venerando eſt virgo* Gen. 3. 12. B. Dionyſ.

Reuerenda virgo eſt, & ſupra ſexum fœmineum etiam virginalis decor indulgentiam aliquàm meretur, ſi peruenerit, nec adeò durè increpandus hic ſexus, hic ſtatus ac virilis, & non virgineus. Gen. 3. 12. Habemus Deum irridentem Adamum, & dicentem: *Ecce Adam quaſi vnus ex noſtris factus eſt*: Cur percellit Adamum, non Euam etiam percutit, quæ diuinitatis promiſſione inflata ceciderat? An quia mulier erat, & virgo adhuc? Tetigit iſtuc B. Dionyſius Chartuſianus dum ait: *Reſponderi poteſt, quod Deus condoluit, & pepercit in hoc mulieri, quæ adhuc* VIRGO FVIT *propter teneritudinem, verecundiæ ſuæ, & fragilem ſexum, ne abundantiori abſorberetur triſtitiâ;* niſi dicamus ex hoc exemplo docere voluiſſe Deum, cum muliere & præſertim cum virgine non eſſe diutius ſermones ſerendos.

Virgines palpebris velut velis ſuam pulchritudinem tegant. S. Iſid. Pelaſ

Virgines in thalamis latent, veliſque vt pulchritudinem ſuam à ſpectatorum oculis ſurripiant, vtuntur, oculi velorum vice vtuntur palpebris. audiendus hic idem Sanctus Pater Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 146. vbi rem ita verſat: PVPILLAS, *quæ non aliter in oculis, quàm* VIRGINES IN THALAMIS *collocatæ, & palpebris, tanquam velis quibuſdam obtectæ ſunt, modeſtiâ quadam ratione regi debent, vt ſemper erubeſcant, & vbi oportet, pudore ſuffundantur. Quod ſi eas interdum alienam pulchritudinem intueri contingat, tunc amplius erubeſcant, & velut cortinas obducant, humúmque ſeſe demittant, & terram velut matrem intueantur: Vnde diſcant, non ſolum hanc naturam noſtram, ſed & conſpectam illam pulchritudinem ex ipſa effloruiſſe, & poſtquam ea emarcuerit in ipſam tandem reuerſuram. Hoc ſibi obſeruent, haud dubiè virginale decus conſeruabunt; ſi verò intemperanter atque imprudentes huc illuc ferantur, loco virginum canes ad alienam pulchritudinem rabiosè exæſtuantes eſſe deprehendentur.*

Explicari non poteſt, quantùm virginitati Dæmon inuideat, quam in virgines ſæuiat, tentaturus Euam id fecit cùm adhuc virgo eſſet; ferre eius virginitatem non ſuſtinens, cuius venuſtate, ac pulchritudine obſtupuit, & ſtatim contra illam ſe armauit; Præclarè rem expendit Sanctus Anaſtaſius Sinaita lib. 10. *Qui dicitur ſerpens vt intelligens intelligentia, cum vidiſſet intelligentiam nudam tanquam Reginam, tunc virginem, puram, intactam, incorruptam iuuenculam Dei ſponſam, coronâ redimitam tanquam in quodam thalamo diuino amore ſtipatam in myſtico arcano, & cui non eſt vir admixtus, Paradiſi cubiculo reſidentem, cum eſſet infelix exterminatus, & ab axibus cœleſtibus exturbatus poſtquam ſic vidit ſtupuit, & admiratus eſt pulchritudinem, cúmque omnia ſpeculatus eſſet ac luſtraſſet, vt qui ſit ſimul malignus, & inuidus fraude ſua valuit mulierem ſeducere.* 157. *Virginitati quantum inuideat Dæmon.* S. Anaſt Sin.

Non ſine fluctibus ſine piratis virginea nauis. S. Chryſ.

Sed quia huc nos virgineæ aquæ duxerunt ſub aquarum metaphorâ rem definam; ſuos fluctus, ſuos piratas habet & virgineum mare, tentationibus variis agitur, inuiſibiliúmque hoſtium inſidiis virginea nauis ſubjacet: non eſt ſecura niſi in portum aduenerit, ſemper illi pugnandum eſt; eleganter de hac re diſſerit Sanctus Chryſoſtomus de virginitate tom. 6. in hæc verba: *At virgo aſſiduè perfretare, & ſine portu æquor permetiri cogitur; atque vt grauiſſimus æſtus conſurgat, nec ſic quidem ei fas eſt nauem ſubducere, ac quieſcere. Igitur quoſi qui mare infeſtant, vbi ciuitas aut nauale, aut portus ſit, nauigantes non inuadunt: id enim eſt temerè periclitari: ſin nauigium in alto offendant, auxilij deſtitutionem audaciæ incitamentum nacti, omnia mouent, atque verſant, neque prius deſiſtunt, quàm aut tot demergant, aut id ipſi patiantur: ita & acer hic* PIRATA *virgini graues fluctus, ingentem tempeſtatem, impotentes tricumias ciet, omnia ſuſque deque miſcens, vt vi atque impetu nauem ſubuertat: audiuit enim virgini non concedi eodem conuenire, ſed ei neceſſe eſſe perpetuo aduerſus nequam ſpiritus luctari, ac conſligere, donec eadem in tranquillum portum euadat.*

Virginitas ad arbores & ad terram porrecta. Hebr.

Virginitatem, vt hoc adiiciam, & ad terram, & arbores extendunt Hebræi; hinc illud illorum: *Tres virgines, nimirum eſt virgo homo,* VIRGO ETIAM TERRA, *denique virgo arbor*; ſic & in libro, quem vocant Maddoth *virginitatem ſycomori*, ideſt vt aliqui exponunt frondes ipſius primas antequam amputatum quiquam fuerit; in lib. de tabernaculis cap. 16. *Donec perueniat ad virginem,* Virginem vocat terram, vt notabat Hobadias, quæ nunquam ſciſſa fuit.

***

CAPVT XX.

Sanctum quid, quid Sanctitas, quantâ veneratione digna pudicitia, & caſtitas.

Sanctitas *de caſtitate.*
Nubentem attingere aquam, *&* ignem *iubebant.*
Sanctitas *de munditia.*
Vaſa ſancta *quæ dicantur.*
Sanctimonia *de caſtitate.*
Sanctificare ſe *pro caſtificare.*
Sanctificatio *de caſtitate.*
Vas ſuum in ſanctificationem poſſidere *quid importet?*
Sanctis, caſtiſque corporibus *quanta reuerentia debeatur.*
Victima Deo ſacra *caro caſta.*
Pudicum corpus, eximium Deo ſacrificium.
Beſtiæ ipſæ pudicitiam venerantur.
Caſtitatis encomia, & tituli.
Corporis noſtri tanquam Templi æditua pudicitia.
Ἅγιος *quid, & unde.*
Sancti *dicti qui à vino abſtinebant, & Deo ſe ſacrabant.*
Pudicitiæ *nexus, &* temperantiæ.

158. Virginem ſanctam tum corpore, tum mente eſſe debere monet Apoſtolus, cuius verba ſuperius dedimus; quid verò & hic, & in aliis locis ſanctum ſignificet, ſeu ſanctitas, explicandum nobis ad plenam huius ſententiæ lucem, & ad caſtitatis, de qua agimus laudem.

Sanctitas de caſtitate Pſal. 18. S. Aug.

Obſeruo igitur ſanctum de caſto, ac puro dici, & ſanctitatem caſtimoniam ſignificare. Pſal. 18. *Timor Domini* SANCTVS *permanens in ſæculum ſæculi*, Sanctus Auguſtinus legit *Timor Domini* CASTVS, ac ſi idem eſſet: in Græco parum diſcrepant, nam ἅγιος ſanctus, ἁγνὸς caſtus dicitur.

Nubentem attingere aquam, & ignem iubebant. Plut. Sanctum de puro

Etiam externi ſanctum pro mundo accipiunt. Ita Plutarchus quæſt. centur. Rom. dum ait: *Cur nubentem attingere* IGNEM, *&* AQVAM *iubent? Vtrùm quod horum inter elementa, & principia hæc fœmina, ille mas ſit, atque ille motus exordium infundat, hæc ſubiecti, & materiæ vim? An quia ignis purgat, & aqua expiat; debet autem munda, & ſancta, quæ nupta eſt permanere?* Rectè & ad vocis notionem, & morum probitatem.

Sanctitas de munditia. S. Cypr. Deuar.

Sanctitatem pro munditia, ac caſtitate ſumi indicat ſanctus Cyprianus de bono pudicitiæ: *Certè*, inquit, *ex vtero* SANCTITATEM *admiranda vtique potentia eſt.* Loquitur de virginitate, quam ſanctitatis nomine indigitat. Hoc eodem ſenſu extulit etiam Deuariſta Papa in epiſt. 1. dum de ſponſis agens, ait: *Biduo, aut triduo orationibus vacent, & ſanctitatem cuſtodiant, & bonæ ſoboles generentur.* Quis non videt ſanctitatem hic de caſtimonia dici, & de abſtinentia à nuptiali opere.

Huc non alienè vocari poſſunt ea verba, quæ Lucæ cap. 1. *In ſanctitate ſeruiamus illi*; ita cenſet bonus auctor, licétque hucuſq; ignotus Richard. à ſãcto Laurentio lib. 2. de laudibus virginis particula 6. vbi hæc verba ad virginem accõmodans ait: *Seruiamus matri, ſicut decenum ſeruire filio, Lucæ 1. ſeruiamus illi in* SANCTITATE, *id eſt in munditia; vnde mater dicit cum filio, Pſal. 100. Ambulans in via immaculata, hic & non alius, mihi miniſtrabat ad beneplacitum meum.* Audiat Mariæ cultor, & vt puritatis exemplari apte ſeruiat, puritatis ac caſtimoniæ amator ſit. Luc. 1. Rich.

Illud quoque quod habetur 1. Reg. 21. 5. *Fuerunt vaſa puerorum* SANCTA, de caſtitate & puritate interpretandum eſt, quia nimirum rem cum mulieribus non habuerunt, vt ibidem habetur. 159.

Vaſa ſancta quæ dicantur. 1. Reg. 21. 5.

Sed ad alia loca illuſtranda accedamus: ſanctimoniam eundem ſenſum habere reperimus in epiſt. ad Hebræos 12. *Pacem ſequimini, &* SANCTIMONIAM. Sanctus Hieronymus, *&* CASTITATEM. Probus nexus pacis, & caſtitatis, quia vbi caſtitas regnat, pax reperitur, cùm alioquin impudicitiam diſcordiæ, at diſſidia comitari ſoleant.

Sanctimonia de caſtitate. Hebr. 12. S. Hier.

Sanctificandi verbum hoc quoque vocare poſſumus, vt ſanctificare ſe quis dicatur, qui caſtitatem ac puritatẽ cuſtodit. Ioan. epiſt. 1. c. 3. v. 3. *Omnis qui habet hanc ſpem in eo,* SANCTIFICAT SE; Sanctus Auguſtinus, CASTIFICAT SE.

Sanctificare ſe pro caſtificare. Ioan. 1. 3 S. Aug.

Sanctificationis vocabulum hac eadem notione ſumpſit Apoſtolus; ſic enim interpretor illud ad Theſſal. 4. v. 4. *Vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in* SANCTIFICATIONE, *& honore*; id eſt, in caſtitate, ac puritate; ad quæ verba ait Lyranus: *In* SANCTIFICATIONE, *& honore, corpus enim in fornicatione deditum dehonoratur, quia beſtiale efficitur*; ſignatè autem dictum *poſſidere*, vt caſtitatis, & puritatis propoſitum ſtabile ſit, & diuturnum; idem auctor, *Poſſidere*, inquit, *permanenter*; Poſſideat vnuſquiſque vas in ſanctificatione, non poſſidet, qui puritatem non colit, & caſtimoniam. Sanctus Chryſoſtomus hom. 5. in hanc epiſtolam ad hæc verba, ait: *Vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere, res eſt ergo diſciplina atque adeo magna, ne laſciniamus, & demus operam libidini; nos ergo id* POSSIDEMVS *quando fuerit mundum*; ſi immundum iam vas non eſt noſtrum, nos ſumus illius, non amplius noſtri. Drogo Hoſtienſis Epiſcopus ſerm. . de Sacramento Dominicæ Paſſionis hunc locum tangens, loquens de Nicodemo, qui detulit mixturam myrrhæ, & aloës: *Tales ſepulturæ ſuæ miniſtros amabat Ieſus, qui corpus eius audacter eripiant de poteſtate tenebrarum, & ſibi vendicent, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, ligantes illud caſtitatis legibus & diſciplinæ linteis, & à vermium putredine conſeruantes per mixturam myrrhæ, & aloes.* 160.

Sanctificatio de caſtitate. Theſſal. 4. 4.

Vas ſuum in ſanctificationem poſſidere quid importet. S. Chryſ.

Drogo.

Porrò quanta ſanctis, caſtis corporibus reuerentia debeatur ignis ille qui trium puerorum corpora reueritus potiùs eſt, quàm violauerit, tacite inclamat; Polchrè Beatus Eucherius hom. 3. Epiph. *Quanta*, inquit, CASTIS CORPORIBVS *reuerentia debeatur, arbiter ignis agnoſcit, & ingeſta ſibi pabula circumfuſus allambit: nihilque ſibi licere miratur in corpora Dei timore, & caſtis ieiuniis conſecrata, & pretioſum depoſitum non violat occultâ diſpenſatione, ſed vindicat.*

Sanctis caſtiſque corporibus quanta reuerentia debeatur. B. Euch.

Sanctæ fiunt victimæ quæ Deo ſacrantur, quidni & corpora ſancta redduntur caſtitate inſignita 161.

Digitized by Google

Victima Deo ſacra, caro caſta.
S. Iſid. Peluſ.

ſignita grata Deo victima fiant: Opportunè Sanctus Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 71. *Pulcherrima victima*, inquit, *eſt piam mentem, & CARNEM CASTAM habere. Eóque Paulus illud dixit, exhibete corpora veſtra hoſtiam viuentem, non enim ad ſacerdotes ſolos ſcribens hæc ipſis mandabat, ſed vniuerſæ Eccleſiæ.*

Pudicum corpus eximium Deo ſacrificium.
S. Nilus.

Pudicum corpus eximium Deo ſacrificium eſſe non eſt quod ambigamus; calculum ſuum adiicit Sanctus Nilus orat. de Fornicatione dum ait: *Corpus pudicum AMPLISSIMO SACRIFICIO apud Deum eſt carius.*

Beſtiæ ipſæ pudicitiam venerantur.
S. Ambr.

Beſtiæ ipſæ ratione carentes pudicitiam venerantur, & quodammodò adorant; Sanctus Ambroſius lib. 2. de Virg. expendens leonem Sanctæ Teclæ pedes lingentem; ait *Ergo adorabat prædam ſuam beſtia, tantum habet VIRGINITAS ADMIRATIONIS, vt eam etiam leones mirentur.*

Caſtitatis encomia & tituli.
S. Ioan. Clim.

Scitè io caſtitatis commendationem Sanctus Ioannes Climacus gradu 15. *Caſtitas*, inquit, *eſt natura non corporea vendicatio: Caſtitas eſt gratiſſimum CHRISTI DOMICILIVM, & terreſtre ſcutum cordis. Caſtitas eſt eximia naturæ ſupra naturam negatio, ſeu victoria, veréque admirandum corporis mortalis cum immortalibus Angelis certamen, & æmulatio.*

Corporis noſtri tanquam templi æditua pudicitia.
Tertull.

162. Corporis noſtri tanquam templi Deo ſacri æditua, & antiſtes pudicitia eſt, ſic eam indigetat Tertullianus lib. 2. de cultu fœminarum cap. 1. *Cùm omnes*, inquit, *templum ſimus Dei illato in nos, & conſecrato ſpiritu ſancto, eius templi ÆDITVA, & antiſtes pudicitia eſt, quæ nihil immundum, nec profanum inferri ſinat, ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam ſedem offenſus derelinquat.* Sanctior & vtilior hæc oſtiaria, & æditua eſt, quàm illa fuerit, per quam Eccleſiæ vertex cecidit.

ἅγιος quid, & vnde.
Agell.

Sancti dicti qui à vino abſtinebant, & Deo ſe ſacrabant.

Pudicitiæ nexus, & temperantia.

Ex his, quæ hucuſque diximus conſtat ſanctitatem de caſtimonia dici, de pudicitia, de continentia; addo & ſanctos viros illos dictos, qui à vino abſtinebant, & Deo ſe ſacrabant; notabat hoc noſter Agellius in Pſal. 33. explicans vim Græcæ vocis ἅγιος ait enim; *Dicitur ἅγιος quaſi ἄνευ γῆς ſine terræ commixtione. Ergo qui à rebus immundis, & polluentibus animum ſeparatus eſt, atque ſeiunctus, & Deo quodammodo conſecratus, is dici SANCTVS conuenientiſſimè poteſt. Vnde ij quoque qui à vino abſtinebant, & Deo ſe per magnum votum conſecrabant, ſancti Dei vocabantur.* Nil mirum eàdem voce & vini abſtinentem dici, & impudicitiæ, caſtum, & ſobrium ſancti appellatione ſignificari, vt vel hoc nexu colligeremus, ebrietatem, & impudicitiam inter ſe velut collactaneas cohærere, pudicitiam, & temperantiam optimè inter ſe tanquam ſorores coaleſcere; de qua re alibi luculenter ago.

EXCVRSVS XI.

Caſtitatis Pharus in impudicitiæ mari, caſtitatis quærendus portus in luxuriæ fluctibus.

Virginitatis pharus *neceſſariò ſæculi huius mare nauiganti.*
Noë caſtitate naufragium *vitauit.*
Noë caſtitas, *& continentia.*
In corporis nauigio *ſentina libidinis non ſpectanda.*
Nauis *ad caſtitatis portum appellenda eſt.*
Ad caſtitatis portum *appulit Sancta Tecla.*
Ioſeph ad pudicitiam vel pallio exoneratus nauigans *Ægypti princeps factus eſt.*
Ioſephi exemplum *ad caſtitatem vocat.*
Diuturna continentia *virginitati ſuppar.*
Caſtitatis currus *in ſublime cuſtorem ſuum euehit.*
Occidi *caſtitas quandò dicatur.*

INſidum impudicitiæ mare eſt; latent in eo ſcopuli, ingentia imminent nauigantibus diſcrimina, fluctibus ſemper ſæuit, ſemper tempeſtatibus cietur; nuſquam quies, nuſquam ſecuritas, & quod timorem auget, æterna hic nox, nulla dies. Periculoſa in nocte nauigatio eſt, niſi pharus aliqua, & lux appareat, ad quem nautæ fluctibus iactati reſpicientes ad portum appellant. Sanctus Gregorius Nazianzenus ad Eudoxium Rhetorem ſcribens ſtatum rerum perditiſſimum ſignificans ait: *Diffluxêre bona, mala nudè ſe oſtendunt, nauigatio in nocte, facula nuſquam:* Quæ ſalutis reliqua ſpes in tanto diſcrimine? non felicior eorum nauigatio, qui in luxuriæ aquis alta tenebrarum nocte circumſeſſi ad naufragium currunt. 163.

Virginitatis pharus neceſſariò ſæculi huius mare nauiganti.
S Greg. Naz.
S. Alchdel.

Quærenda hæc pharus, quærenda facula eſt, quam proſpectantes ab his ſe diſcriminibus quiſque ſubducat; Pharus ad quam nauigantes curſum dirigant caſtitas, puritas, virginitas eſt. Pulchrè Sanctus Alchdelmus de virginit. *Laudanda virginitatis ſublimitas, quaſi PRÆCELSA PHARVS in edito rupis promontorio edita ſplendeſcat.* Infelix in impuritatis mari naufragium ſubibit, qui hanc pharum, ac faculam non reſpiciet, ad eàmque nauis ſuæ curſum non diriget.

Noë caſtitate naufragium vitauit.
S. Ioan. Dam.

Noë caſtitas, & continentia.
Gen. 5. 31.
Oleaſt.

Noë in diluuij aquis hac præcipuè de cauſa non periit, quia caſtitatis pharum reſpexit, hinc arcam ingreditur ipſe cum filiis ab vxoribos ſeparatus: *vt cum caſtitate pelagus, & illud totius mundi naufragium euitarent*, ait S. Ioannes Damaſcenus lib. 4. cap. 25. Sed & Dei oculis tantum placuit, & ſolum à ſubmerſione diuina prudentia exemit, quia caſtitatis amator diu coniugium diſtulit, ſeriùs enim ad nuptiale opus acceſſit, quàm vllus vnquam mortalium acceſſerit, nempe annum quingenteſimum agens, ſic enim ſcribit Moſes Gen. 5. v. 31. *Noe verò cùm quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet*; quæ verba expendens Oleaſter hìc ita habet: *Commendat valdè caſtitatem & continentiam Noach, qui quingentis annis cælibem vitam duxit, & ideo fortè tam gratus Deo eſſe meruit, vt in toto terrarum orbe ſolus in oculis Dei iuſtus videretur, de nullo enim alio legimus generationem tam diu diſtuliſſe; quo exemplo diſcimus, Deo ſemper continentiam placuiſſe.* Placuit Deo, & diluuij aquis ſepultus non eſt, qui luxuriæ, & incontinentiæ fluentis non eſt obrutus, ſed caſtitatis lucem, faculámque ſpectans, luxuriæ fluctibus non permiſit ſe rapi

In corporis nauigio ſentina libidinis non ſpectanda.
S. Ambr.

Flectenda corporis ratis ad caſtitatis pharum, quæ in honeſtatis portu eam ſtatuet, & ab luxuriæ fluctibus tutam reddet; non ſentina libidinum ſpectanda eſt, ſic enim naufragabitur nauis, ſed caſtitatis facula. De corporis noſtri nauigio ita loquitur Sanctus Ambroſius in Pſal. 164.

 118.

Digitized by Google

118. octon. 5. cuius verba aliò albi flectebam, aliter vertabam: *In hoc* NAVIGIO TVI CORPORIS *mouetur æſtus cupiditatum, & non auertis oculos tuos, ne videant ſentinam libidinum, ne aſpiciant mundi huius ſtercora.* Auerte ne mergaris; puritatis faculam ſpecta, quæ ad honeſtatis portum te ducet.

Nauis ad caſtitatis portum appellenda eſt. S. Cypr.

Impudicitiæ fluctus relinquendi ſunt, & appellenda nauis ad caſtitatem, quæ honeſtatis eſt portus, & naufragalis ignominiæ ſecurus locus, ſic enim eam indigitat Sanctus Cyprianus de ſingularitate clericorum, cuius verba hic deſiderari nolui, cùm multa caſtitatis encomia comprehendant, quibus ad caſtitatis amorem allici mens cuiuſlibet poſſit, etiam hoſtis: *Tot itaque,* inquit, *& tantas ſtrages calamitatis & peſſimæ conuerſationis nemo proſternit, nemo calcat, nemo funeſtat, niſi ſingularis caſtitas ſola: quæ munimen inuictum eſt ſanctimoniæ, & expugnatio foris infamiæ, fortitudinis firmitas, & laſciuiæ petulantis infirmitas, probitatis præſidium, & improbitatis excidium, animæ victoria, & corporis præda, vbertas gloriæ, & ſterilitas criminum, pronum ſanctitatis, & repudium turpitudinis, ſinceritatis indicium, & oblatio mundatorum, exercitium continentiæ, euacuatio tota luxuriæ, par ſecura virtutum, & debellatio inquietorum bellorum, puritatis culmen, & libidinis carcer,* HONESTATIS PORTVS *& ignominiæ naufragalis locus, virginitatis mater, & hoſtis immunditiæ, lorica pudoris, & ſpolium probroſitatis, corruptionis exitium, murus rigoris, & deſtructio vulgaritatis, ſeueritatis gladius, triumphator & diſſolutionis occiſor, armatura virium, & exarmatura fluxorum, integritatis dignitas, & fornicationis addictio, claritatis faſtigium, & dedecoris præcipitium, voluntas bonorum operum, & afflictio vitiorum, refrigerium pudicitiæ, pœna petulantiæ, acquiſitio triumphorum, & facinorum detrimentum, requies ſalutis, & perditionis exilium, vita ſpiritus, & carnis interitus, ſtatus qualitatis angelicæ, funus humanæ ſubſtantiæ.*

165. Ad pudicitiæ portum appulit Sancta Thecla, quam in ceterarum exemplum omnibus imitandam offert dum eſſet Sanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 87. dum ait: *Adde muliebrium victoriarum, ac tropæorum caput, hoc eſt illam omnium laudibus celebratam Theclam, quæ tanquam immortalis pudicitiæ columna proſtat, quæque è media turbidarum affectionum tempeſtate tanquam fax accenſa* AD PORTVM *ab omnibus fluctibus immunem appulit;* appellere debet qui fluctibus carnalis concupiſcentiæ agitur.

Ad caſtitatis portum appulit ancta Thecla S. Iſid. Peluſ.

Ioſeph ad pudicitiam vel pallio exoneratus nauigans Ægypti Princeps factus eſt. Gen. 39. Clem. Rom.

Ioſeph Patriarcha diù multúmque luxuriæ & impudicitiæ æſtus, ac fluctus etiam nolens ſenſit, dum ad nefarium opus à nefaria muliere alliceretur. *Gen.* 39. ſed caſtitatis faculam reſpiciens ad honeſtatis portum ſe contulit, ideo, quod ſolent periclitantes in mari corporis nauigium exonerans, pallium reiicit, & expeditior ad portum natat, vt propterea & diſcrimen euaſerit, & Ægyptiorum Princeps fieri meruerit, ac primum poſt Pharaonem dignitatis locum obtinere: nam hoc Ioſephum ob pudicitiam obtinuiſſe docet Sanctus Clemens Romanus Conſtitutionum Apoſtol. lib. 8, cap. 12 ad calcem: *Tu Domine*, inquit, *non deſpexiſti* IOSEPH, *imò pudicitiæ, quam pro te ſeruauit præmium ei dediſti, vt eſſet Ægyptiorum Princeps;* Verè quouis dignus principatu, imo & maior, qui carni ſeruire neſcit, nec libidini, alioquin parum idoneus eſt, qui aliis dominetur, qui concupiſcentiæ ſuæ ſeruus eſt.

Ioſephi exemplum ad caſtitatem vocat. S. Euch.

In aliorum exemplum ire huius Patriarchæ caſtitas, & continentia debet, vt eam velut faculam ſpectantes luxuriæ fluctibus non obruamur, ſed ad puritatis portum nos recipiamus. Sanctus Eucherius lib. 3. in Geneſim ita monet: *Quiſquis tentari ſe luxuriæ ſtimulis ſentit,* IOSEPH *factum ad memoriam reuocet, & in arce ſe caſtitatis ſeruet.* Nullum æuum ſuis faculis caruit, caſtitatis exempla, quæ ſpectemus, non deſunt; Flectamus in illa oculos, ne impudicitiæ fluctibus obruamur.

Naufragium aliquis in luxuriæ aquis fecit animum non deſpondeat, iterum ad caſtimoniam curſum dirigat; licet virginitatem amiſerit, caſtitatem indipiſci poterit, quæ virginitatis æmula ſit, illíque ſuppar, diuturna quippe caſtitas virginitatem præ ſe fert Propheta regius in luxuriæ aquis naufragauerat: adulterium commiſit, ſed poſtea cum virgine reperitur, ſic enim habes 3. Reg 1. 3. *Quæſierunt adoleſcentulam ſpecioſam, & inuenerunt Abiſag, dormiebátque cum Rege, & miniſtrabat ei, Rex verò non cognouit eam.* Quis, inquies, nexus illius qui adulterium perpetrauerat cum pura, & illibata Virgine? Quæ cohærentia, ſummus? & ſumma. Vt ita colligeremus poſſe aliquem qui à virginitate exciderit ad priſtinam ferè puritatem diuturna caſtitate redire. Huc ſpectauit Sanctus Bachariusepiſt. de recipiendis lapſis ad Ianuar. dum ait: *Ipſe Beatus David cum in adoleſcentia ſua cum adultera deprehenſus ſit, in ſenectute cum virgine inuenitur, vt intelligamus, quod poſt peccatum* LONGA CASTITAS IMITATRIX EST VIRGINITATIS. Erigat animum qui cecidit, & ſollicitè caſtitatem ſeruet, ſeruet pudorem, vt tandem ad virginalem candorem accedere poſſit. 166.

3. Reg. 1. 3. *Diuturna continentia virginitati ſuppar* S. Bach.

Caſtitatis currus in ſublime cultorem ſuum euehit. Pet. Bleſ.

Vtraque cultorem ſuum euehet in ſublime, non ſecus ac curru igneo Elias. De virginitate ita loquitur Petrus Bleſſenſis in Feſto omnium ſanctorum: *Virginitatis currus igneus eſt ſurſum ferens quem vehit. Igneum enim eſt, ſidereum, imò Angelicum eſt in carne viuere ſupra carnem.* De caſtitate Sanctus Euphræmus tract. de caſtitate *O caſtitas* CVRRVS SPIRITVALIS *poſſeſſorem ſuum in ſublime euehens.* Elias dum curru in cœlum veheretur, in terram pallium dimiſit, hoc & Sanctus Ioſeph præſtitit caſtitatis curru vectus, pallium in manu fœminæ reliquit, vt diſceremus omnem peccati occaſionem auferendam ne impuritatis contagium ſerpat.

Occidi caſtitas quando dicatur. Tertul.

Definiam, ſi occidendi verbum ad caſtitatem tranſlatum aliquando fuiſſe demonſtrauero, vt occiſa caſtitas dicatur; impudicitiæ telis confoditur, vt pereat; Tertullianus lib. de pallio cap. 4. ita loquitur: *Etſi præſtat oculos abducere ab eiuſmodi propudiis* OCCISÆ IN PVBLICO CASTITATIS. Occidit caſtitatem, qui occidit caſtitati, occidit qui mortis eam periculis exponit.

CAPVT

CAPVT XXI.

Bibendi verbum expenditur, bibendi ritus quidam traduntur ; quædam obſeruationes circa potum exhibentur.

Ex propria ciſterna bibere *etiam de elementaribus aquis, & aliis rebus neceſſariis intelligitur.*

In patera carnis bibere *ad vxoris voluptates.*

Bibere *nequitiam, & iniquitatem quid.*

Sinæ *ſorbendo bibent.*

Sonum bibendo *gutture edere damnatum.*

Bibendi *ritus ſingularis.*

Contra ſitim *ſtrenuè quidam militant.*

Potionis priuatione *iuramentum punitum.*

In potu, *aceti, & fellis Chriſto exhibiti recordemur.*

Ab amica vt biberetur *amans quidam cupiebat.*

Immodicus potator *Charybdim refert.*

Cum Ethnicis non eſſe bibendum *monebant Rabbini.*

Coram teſte bibere *obtentâ licentiâ aſcetarum cautio.*

Secula crucem Chriſti combibiſſe *dicta.*

Ex omnium bonorum fonte bibendum.

Chriſti exemplo amarus calix bibendus *ad ſalutem.*

Angelis, & hominibus qui potum *virgo exhibuerit.*

Spongiæ bibenti *cur medicus comparatus.*

167. EX propria ciſterna bibendam aquam præcipit Salomon, ne ſic ab aliena ſumatur, inficiatur, adulteretur quod ad rerum omnium vſum, quæ aliunde non comparandæ, extendit Sanctus Thomas opuſc. de regimine Principum lib. 1. cap. 5. vbi probat neceſſarium Regi eſſe, & cuilibet Domino iis diuitiis abundare, quæ naturales vocantur, vt ſunt vineta nemora, ſyluæ, viuaria diuerſorum animalium, & ſimilia, idque pluribus rationibus, adductiſque duabus, hanc tertiam adiicit: *Etiam tertia ratio hoc idem confirmat, quod accipimus ex parte rerum venalium; victualia enim, quæ venduntur vt in pluribus non carent ſophiſmate, & ideo non ſunt tanta efficacia, vt ſunt propria ad nutriendum, vnde Salomon in Prouerbiis, cap. 5. Bibe, inquit, aquam de ciſterna tua, in hoc comprehendens omne nutrimentum, ſed præcipuè* POTVM *quia facilius poteſt ſophiſticari.*

Ex propria ciſterna bibere etiam de elementaribus aquis, & aliis rebus neceſſariis intelligitur.
S. Thom.

Bibendi metaphorâ Veneris voluptates circumſcribi ea quæ ſuperius paſſim dedimus euincunt, euincit & Arabum prouerbium quod tale eſt: *In patera carnis ne* BIBE *merum;* ſenſus eſt, vt exponit Scholiaſtes, *ne delicieris cum ſcortatoribus neque verbo, neque facto in æternum.*

In paterâ carnis bibere ad vxoris voluptates.
Arab.

Bibendi verbum etiam ad malitiam, iniquitatémque transfertur: Senecæ ſunt verba lib. 1. de ira cap. 16. *Perbibiſti nequitiam, & ita viſceribus immiſcuiſti, vt niſi cum ipſis exire non poſſit.* Ex noſtris, Iob. 15. 16. *qui bibit quaſi aquam iniquitatem,* quia nimirum praui homines & ad malitiam propenſi in eam ardenti quadam ſiti, ac cupiditate feruntur, non ſecus ac vehementi ſiti æſtuans in aquam: bibit iniquitatem impius non contentus eam deuorare, quia nimirum magna quadam facilitate ſine vlla mora peccatum committit, facilius quippe in ſtomachum tranſmittitur quod bibitur, quam quod editur, teritúrque dentibus vt deglutiatur, peritè Sanctus Gregorius lib. 11. moral. cap. 18. *Bene autem dicitur, qui bibit quaſi aquam iniquitatem, hoc námque quod comeditur cum mora glutitur, quia manditur vt glutiatur, quod autem* BIBITVR *tantùm ad glutiendum moram non habet, quanto nullam & ad mandendum neceſſitatem habet: culpa ergo quia à ſtulto homine ſine vlla retractione perpetratur, quaſi aqua iniquitas bibitur, quia enim illicita ſine timore facit, quaſi potum iniuſtitiæ ſine obſtaculo glutit.*

Bibere nequitiam, & iniquitatē quid.
Sen.
Iob 15. 16.
S. Greg.

Quì bibere Sinæ ſoleant refert Nicolaus 168.
Trigaut. lib. 1. cap. 7. BIBERE *ſolent Sinæ ſorbendo & pluribus hauſtibus, non vno, vt nos.*

Sinæ ſorbendo bibunt.
Nic. Trig.

Sonum bibendo gutture edere damnatum olim reperio: Beatus Iſaïas Abbas Orat. 3. *Cùm aquam bibis, guttur tuum ne ſinas* SONVM EDERE, *vt ſolent homines vulgares.*

Sonum bibendo gutture edere damnatum.
B. Iſa.

Bibendi ritus ſingularis eſt, qui in vſu apud nonnullos Indiæ populos lego in deſcriptione veræ Indiæ, tract. 3. POTVM *nullum vſurpant, niſi poſtquam iam cibos capere abſoluerint.*

Bibendi ritus ſingularis.

Vt quidam contra ſitim ſtrenuè militauerit, apparet ex his verbis, quæ habentur lib. 5. in vitis Patrum de continentia n. 67. *Statuit quidam ſenex, vt quadraginta diebus* NON BIBERET. *Et ſi quando fiebat cauma, lauabat urriſculam, & implebat eam aqua, & appendebat eam ante oculos ſuos: qui cùm interrogaretur à fratribus quare hoc faceret, reſpondit, dicens: Vt cùm videns, quod deſiderabam non guſtauero, maiorem ardorem ſuſtineam, & propter hoc maiorem mercedē à Domino conſequi merear.*

Contra ſitim ſtrenue quidā militant.
Vit. Pat.

Iurantis pœna Sancti Auguſtini more erat vnâ potione in menſa priuari, nam earum numerus ſtatus & præfixus erat, ita Poſſidonius in eius vita: *Et ne quiſquam facili iuratione etiam ad periurium decidiſſet, & in Eccleſia populo prædicabat, & ſuos inſtituerat: ne quis iuraret nec ad modicum quidem. Quod ſi prolapſus fuiſſet,* VNAM DE STATVTIS PERDEBAT POTIONEM: *Numerus enim erat ſuis ſecum commorantibus, & conuiuantibus poculorum præfixus.*

Potionis priuatione iuramentum punitur.
Poſſid.

Circa potum vtile monitum eſt, quod exhi-
bet Beatus Ioannes Climacus gradu 14. ſuæ ſca- 169.
læ: *Vbi,* inquit, POCVLVM *bibiturus ſumpſerit, aceti, & fellis Domini tui nunquam obliuiſcêris, & omnino vel moderatè bibes, vel ingemiſces, vel certè humilior inde, & modeſtior euades.*

In potu, aceti & fellis Chriſto exhibiti recordemur.
S. Io. Clim.

Inſano amore correptus non nemo, vt ab amica biberetur his verſibus optabat:

Mauſoli cineres BIBIT *Artemis vxor amati,*
Ardor vt æternus fine careret heri.
Ardeo, lacrymulis cinerem hauri, Peta, rigatum
Pectoris ingrediar pulchra ſepulchra tui.

Ab amica vt biberetur amans quandā cupiebat.

Charybdim vt bibendo referat immodicus potator ſcitè habet quidam Poëta ebrietatis mala nobis ob oculos ponens:

Ante oculos hominis temulenti ponito mores,
Perpendens, animo facta pudenda tuo:
Turpius eſſe nihil cernes, & vilius illo:
In ſtolidum dices degeneraſſe pecus.
Geſtibus indomitis ſedet, vt furioſus Oreſtes,
Menſa tremit manibus, terráque pulſa pede.

Immodicus potator charybdim refert.

Continuo

Continuò exorbet quantum nec caſta Charybdis,
Hauſtim, auidéque bibit: neſcit habere modum.
Tunc canit, & ſaltat, clamando ſtentora vincit:
Effundit tremulà pocula plena manu.
Accingit Marti tandem ſe, tela requirit,
Et furit, vt frendens ore patente leo.
Sæpè cadit, caput offendens, & crura; loquendo
Balbutit, ſenſu garrula verba carens.
Per fora, per vicos, monet & per compita riſum,
Dum geminans greſſus ad ſua tecta redit.

170. *Cum ethnicis non eſſe bibendum monebāt Rabbini.* Oleaſt.

Cum ethnicis bibendū nō eſſe iuſſū Hebræos ſuos Rabbini monebant, quod his verbis referebat Oleaſter in cap. 4. Deut. *Quemadmodū ſtatuerunt Rabbini* NON ESSE CVM ETHNICIS BIBENDVM *vinum, ne eò mutuâ compotatione veniant, vt mutuam amicitiam contrahant, & connubia iungant* Cum malis vinum non bibat, qui illorum exemplo malitiæ vinum non vult bibere.

Coram teſte bibere obtentâ licentiâ, Aſcetarum cautio. Conſt. Præd.

Apud aſcetas aliquos extra deſignata tempora bibere ſine licentia fieri non poterat, nec ſine ſocij id ſpectantis licentia; nimirum vt temperantia in bibendo ſeruaretur; conſtitutiones fratrum Prædicat. art. 1. cap. 6. lit. C, ſic habent: *Quicunque* BIBERE *voluerit extra horam, licentiam petat à Prælato, & vnum ſocium accipiat*; quam regulam ſic exponunt in declarationibus ab Ordine confirmatis: *Declaramus, quod causâ honeſtatis, & religionis nullus frater debet* BIBERE *ſine licentia, &* IN PRÆSENTIA SOCII, *ne fortè excedat in bibendo.* Sanctus Bonauentura in ſpeculo diſciplinæ hunc morem probat, dum ait quæſt. 1. cap. 2. *Cùm bibitur cum licentia extra tempora conſueta,* BIBATVR CORAM TESTE.

S. Bonau.

171. *Secula cruce Chriſti combibiſſe dicta.* Prud.

Hîc quia bibendi verbum verſamus, verbíque vim addiderim, elegantiſſimè à Prudentio dictum, ſecula omnia crucem combibiſſe; quod in quem ſenſum extulerit ipſe ſe explicat, cùm ait Periſteph. hym. 10. de Romano Mart.

Crux iſta Chriſti, quam nouellam dicitis
Naſcente mundo factus vt primùm eſt homo
Expreſſa lignis, expedita eſt litteris.
Aduentus eius mille per miracula
Prænuntiatus ore vatum conſono.
Reges, Prophetæ, iudiceſque, & principes
Virtute, bellis, cultibus ſacris, ſtylo
Non deſtiterunt pingere hanc formam crucis.
Crux prænotata, crux adumbrata eſt prius
Cruce vetuſta COMBIBERVNT SECVLA.

Ex omnium bonorum fonte bibendum. S. Anſelm.

Ille bene bibit, qui ex omnium bonorum fonte bibere deſiderat; ſancti Anſelmi hæc ſunt verba in alloquiis cœleſtibus num. 10. *Trahe me ad fontem viuum, & inde pro captu meo bibam vnde ſemper viuam, Deus meus, vita mea. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto, & benedicto: ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Fons vitæ da ſitienti animæ ſemper* BIBERE *ex te, vt ſecundum ſanctam, & veridicam promiſſionem tuam de ventre meo fluant aquæ viuæ. Fons vitæ reple mentem meam torrente voluptatis tuæ, inebria cor meum ſobriâ ebrietate amoris tui, vt obliuiſcar quæ vana ſunt, & terrena; & te ſolum iugiter habeam in memoria mea, ſicut ſcriptum eſt. Memor fui Dei, & delectatus ſum.*

172. *Chriſti exemplo amarus calix bibendus ad ſalutem* S. Auguſt.

Bibendum nobis amaritudinis calicem, vt ſanitatem ſalutémque indipiſcamur; ex Chriſti exemplo ita colligebat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 38. *Et vtique poterat deſcendere de cruce, qui potuit de ſepulchro reſurgere. Sed docuit nos ferre inſultantes, docuit aduerſus linguas hominum eſſe patientes;* BIBERE *modò* CALICEM *amaritudinis, & poſtea accipere ſempiternam ſalutem. Bibe æger calicem amarum, vt ſanus ſis, cuius non ſunt ſana viſcera.*

Qui Angelis, qui hominibus potum vna Virgo exhibuerit explicat his verbis ſanctus Bernardus ſerm. 2. ex paruis: *Quæris Angelus puellam, quam præparauit Dominus filio Domini ſui,* BIBIT *ipſe de hydria tua, cognata ſibi virtute delectatus; ſed nunquid non & iumentis potum tribues? Bibit Angelus, quod virum non cognoſcis; bibant iumenta, quòd de humilitate ſingulariter gloriaris,* per quæ verba reſpicit ad illud, quod accidit ſeruo Abrahæ, cum vxorem eius filio Iſaaco quæreret, & incidit in Rebeccam. Geneſ. 24.

Angelis, & hominibus qui potum Virgo exhibuerit. S. Bern.

Medicum quidam ſpongiæ in hunc modum comparabat:

Non malè cum Medico confertur ſpongia: Lympham
Dum bibit hæc, aurum dum capit ille, iuuant.

Spongia bibēti cur Medicus comparatus?

CAPVT XXII.

Ebrietatis nomen in ore coniugali vſurpatum.

Ebrietas *in nuptiali opere.*
Luxuria *carnis ſuos* inebriat.
Venus ebria *dicta.*
Vuæ, & vitis *metaphorâ honeſtè res inhoneſta ſignificata.*
Filiorum procreandorum causâ *ſe vxores ducere in tabulis antiqui ſignificabant.*
A grauidis coniugibus *abſtinebāt Phariſæi.*
Apud Lacedæmones ſponſus vino obrutus *adire ſponſam non poterat.*
Sub nuptialibus aquis *luxuriæ ignis cauendus.*
Deo valde placet coniugum *continentia.*
Noë *laus, & commendatio ob continentiam.*

CVM bibendi verbum ad nuptias, nuptialéque opus tranſtulerimus, quidni trāsferamus & nomē ebrij, cùm ſicut à nimio potu oriri ebrietas ſolet, naſcatur & à nuptiis, niſi in nuptialibus poculis temperantiam ſeruent ipſi coniuges; Feſtiuè Beatus Ægidius ad hanc mentem; nam vt legitur in eius actis apud Surium: *Cùm multus eſſet in caſtitate prædicanda, & laudanda, quidam maritus audiens,* ait illi: *Equidem à fœminis omnibus abſtineo, contentus vxore meâ, ſatiſne tibi hoc videtur? Et ille: Putas tu non poſſe hominem* FIERI E SVO VINO EBRIVM? Putant aliqui, & Libaniū huc reſpexiſſe cùm Hermippo ſcribēs, qui vxorem duxerat, ait: *Vide ne in* VINO DOMESTICO, *vt in prouerbio dicitur, ebrius fias.*

173. *Ebrietas in nuptiali opere* B. Ægid.

Vniuersè luxuriam ebrios ſuos cultores reddere indicabat ſanctus Petrus Damianus lib. 5. epiſt. 13. in hæc verba: *In Hebræo dicuntur Philiſtiim, quod interpretatur, cadentes potione, per quos exprimūtur illi, quos luxuria carnis* INEBRIAT, *& quaſi præ nimia potatione cadentes in ima præcipitat.*

Luxuria carnis ſuos inebriat. S. Pet. Dam.

Quidquod ebria quoque Venus eſt dicta, & quia ebrios reddit, quos afficit, mentémque alienat, mente vidua, & quaſi in omnes ſine vllo diſcrimine debacchatur ſine vllo compaſſionis ſenſu; Hinc illud de illâ:

Sæuior armis.
Luxuria incumbit, victúmque vlciſcitur orbem.
——*Quid enim* VENVS EBRIA *curat?*

Venus ebria dicta.

Vuæ

Vua, & vitis metaphorâ honeſtè res inhoneſta ſignificata. Euſtach.

Vuæ quoque, vt hoc non adeò alienum ab argumento adiiciam, & vitis metaphora honeſte res inhoneſta ſignificari etiam ſolet, vt vite potiri, & muliere, in idem recidat. Euſtachius de Iſmeni, & Iſmenes amoribus lib.8. ita loquitur: *Rhodopem amabo, totâque* VITE *potiri licebit:* vt non mirum ſi hinc quoque ebrietas timenda non ſecus ſit, quam à vitis fructu vino, dum immoderatè bibitur.

Filiorum procreandorum causâ ſe vxores ducere in tabulis antiqui ſignificabant. S. Auguſt.

174. A noxia nuptialis operis ebrietate abhorrere ſe ſignificabant ſponſi, qui procreandorum filiorum causâ vxorem ſe ducere in tabulis affirmabant. Sanctus Auguſtinus lib. de decem chordis cap.11. ita loquitur: *Cum ipſa vxore ſi exceditur concumbendi modus procreandis liberis debitus, iam peccatum eſt. Ad hoc etenim ducitur vxor, nam id etiam* TABVLÆ *indicant, vbi ſcribitur; liberorum procreandorum causâ.*

A grauidis coniugibus abſtinebant Phariſæi. Nicet.

Phariſæi hac eâdem mente, de ipſis hæc refert Nicetas Theſaur. Orthod. lib.1. cap. 40. *Fato & Aſtronomiæ intenti a* GRAVIDIS CONIVGIBVS *abſtinebant, quo facto ſe non fruendarum voluptatum, ſed liberorum ſuſcipiondorum gratiâ vxores duxiſſe ſignificabant.*

Apud Lacedæmones ſponſus vino obrutus adire ſponſam non poterat. Plut.

Apud Lacedæmones ſponſus vino obrutus adire ſponſam non poterat, ſed ſobrius, ſponſæ vinculum ſoluturus: Plutatchus in Lycurgo ita ſcribit: *Sponſus* NON VINO GRAVIS, *nec deliciis confectus, ſed* SOBRIVS *quum in conuiuio ſolito cœnatus eſſet, latenter ingreſſus ſoluebat ſponſæ cingulum, eámque in lecto collocabat.* Qui ſobrius vxorem adibat, non debebat in vxore inebriari: huc facit & illud eiuſdem Plutarchi de inſtituendis liberis init. *Debere eos qui liberis procreandis operam daturi complectuntur coniuges* A VINO PRORSVS INTEGRI, *aut modicò ſumpto ad veneris vſum accedere.*

Sub nuptialibus aquis luxuriæ ignis cauendus. Ioan. Lod. Goth.

175. Aquis nuptiale opus comparari ſolitum euicimus, cauendum ne ſub hiſce aquis luxuriæ ignis coniuges amburat, ne libidinis torreantur flammâ. In comitatu Mansfeldico reperiri lacum fama eſt, cuius hæc ſit natura, vt ſi piſcatores miſſos hamos, aut retia immergant profundiùs ea amburantur non ſecus ac ſi in ignem eſſent miſſa, ac ſi flammas aquæ foueant, quas ſolent extinguere, idem timere debet, qui ſe intra modeſtiæ, & coniugalis caſtimoniæ limites non continet.

Deo valde placet coniugum continentia. Oleaſt.

Noë laus, & commendatio ob continentiam.

Explicari non poteſt quantùm nuptias ornet coniugum continentia, quantùm Deo placeat: hac laude fuit inſignis Noe, vt proinde ſolus diluuium euaſerit, ſolus *iuſtus* à Deo dictus eſt, id quod his verbis expendebat Oleaſter in cap. 5. Geneſis, ex eo quod cùm quingentorum eſſet annorum, filios genuiſſe dictus ſit, locum Moſis ita legit Oleaſter: *Noach fuit filius quingentorum annorum, & genuit Cham, Sem, & Iapheth*, & addit: *Commendat valdè* CASTITATEM, *& continentiam Noach, qui quingentis annis cælibem vitam duxit, & ideo fortè tam gratus Deo eſſe meruit, vt in toto terrarum orbe, ſolus in oculis Dei iuſtus videretur. De nullo enim alio legimus tandiu generationem diſtuliſſe, quo exemplo diſcimus Deo ſemper continentiam placuiſſe*; Superior aquis Noë fuit, qui in nuptialibus aquis continentiæ nauim tantâ rexit dexteritaro.

* *

EXCVRSVS XII.

Quædam pocula vtiliter ſiccanda; potiones quædam valde ſalubres.

Craterem *infamiæ quiſnam miſceat?*
Bibenda ludibria, *bibendæ ſubſannationes tanquam mel.*
Iniuriarum calix *ſiccandus æquo animo.*
Chriſti imitatione *ad regnum eundum.*
Contumeliæ & probra *tanquam aqua vitalis bibenda.*
Myrrhatum *Dominicæ paſsionis vinum quinam maximè bibere debeant.*
Noſtram ſalutem ſitiebat *Chriſtus in Cruce.*
Tribulationis poculum *æquo animo bibendum.*
Auidè alienæ laudis poculum *bibendum.*
Ex ſermone familiari, vt ex guſtu vinum, *cognoſcitur qualis quiſque ſit.*
Bibendus *nobis audiſsimè Chriſtus.*
Humilitatis poculum *quàm ſalubre.*
Afflictionis calix *ſuauis ſit ſi Chriſto priùs porrigatur quàm ſiccetur.*

DE bibendi vi, bibendique ritibus, qui pleriſque ſolemnes, egimus, ſed cùm lectoris mei vtilitatem auidiſſimè ſitiam, vix mihi integrum fuit ea pocula præterire, quæ ad ſuauitatem ſiccari poſſunt, eòque ſalubriora ſolent eſſe, quò amariora ſolent exiſtimari. 176.

Craterem infamiæ quiſnã miſceat? S. Baſi.

Amarus infamiæ, & conuiciorum calix eſt, ſed ſalutaris, & amoliendæ iactantiæ, ſuperbiæque opportunus, ſiccetur hic calix, & exiccabitur tumor; craterem infamiæ miſcent, qui aliquo ſcelere infamiæ notam ſibi, ſuiſque inurunt: ſanctus Baſilius, epiſt. ad Monachum elapſum: *miſcuiſti*, inquit, CRATEREM INFAMIÆ. Cauendus hic calix, quia vitanda culpa omnis, vitandum ſcelus omne, ſi tamen ab aliis iniuſtè exhibeatur, bibendus eſt ad ſalutem, traiiciendus eſt dum nos ad cariora traiiciat.

Bibenda ludibria, bibendæ ſubſannationes tanquam mel. S. Io. Clim.

Bibenda ludibria ſunt, bibendæ ſubſannationes non vti aqua duntaxat, ſed vt lac, & mel; hinc illud apud ſanctum Ioannem Climacum in ſcala paradiſi gradu 4. *Abi, & quàm fieri poteſt, ex omni mortalium genere quære naturam, & ingenio aſperrimum, & ſeueriſſimum vitæ, & morum tuorum inſtitutorem, & perſeuerando apud illum quotidie* SVBSANNATIONES, ET LVDIBRIA VELVTI LAC, ET MEL BIBE.

Iniuriarum calix ſiccandus æquo animo. Matth. 20. 22.

Siccandus libenter eſt calumniarum, & iniuriarum calix; Chriſti verba ſunt, Matth. 20. 22. *Poteſtis bibere calicem*: Mite hic ingenium eorum commendat, qui adituri ſupremas dignitates ſunt, vt iniurias omnes, mortémque ipſam ita accipiat tanquam caliccm, quo olim amicitia ſtabiliri conſueuerat; ac ſi diceret omnes perſecutores patienter ferte, & ex inimicis amicos facite, vt ipſa vobis perſecutio ſit calix, quo firmanda amicitia ſit: tantùm abeſt, vt iniurias iniuriis vindicetis. Scitè ſanctus Auguſtinus in pſal. 36. *Non ergo oremus, vt moriantur inimici, ſed vt corrigantur* S. Auguſt.

corrigantur, iam correpti non erunt inimici. *Talem* CALICEM *non reſpuamus; poteſtis bibere calicem quem ego* BIBITVRVS *ſum?* Ignoſcendæ igitur iniuriæ ſunt, vt quos videmur habere inimicos, reddamus manſuetudine, ac patientia amicos.

Chriſti imitatione ad regnum eundum. S. Anſelm.

Poteſtis bibere calicem, cum interrogat, quod probè ſciebat? vt eorum reſponſione nos quoque doceremur regnum laboribus, iniuriarum tolerantià, & paſſionibus acquiri; Benè ſanctus Anſelmus hic: *Non ignorabat quidem Dominus, quia per paſſionem eum poterant imitari, ſed ideo dixit hoc illis, vt Domino interrogante, & eis reſpondentibus, omnes nos audiamus, quia nemo poteſt cum Chriſto regnare*, NISI PASSIONEM EIVS FVERIT IMITATVS.

Contumelia, & probra tãquam aqua vitalis bibenda. S. Ioã. Clim.

177. Vtiliter bibit, qui contumelias, & probra, non ſecus ac vitalem aquam bibit; feſtiue ſanctus Ioannes Climacus ſua ſcala gradu 4. *Promptiſſimè, & velut* AQVAM *vitæ bibe contumelias, & irriſiones à quocunque tibi propinatas.*

Myrrhatum Dominicæ paſſionis vinū quinam maximè bibere debeant? Guarric.

Myrrhatum Dominicæ paſſionis vinum bibendum ei eſt, qui terrenarum deliciarum vſu immoderato, & noxio mentis ſuæ ſtomacho, vt ita loquar, nocuit; Opportunè hoc remedium offerebat Guarricus Abbas, ſerm. in Epiphania Domini: *Sicut ſtomachus immoderato vſu dulcium corruptus, potione purgatur amara ſic eorum qui ſuauiter vixerunt in amaricata conſcientia, nunquam melius quàm contrario, id eſt vità, & conſuetudine curantur auſtera, maximè autem ſi ſæpè detur eis bibere* VINVM MYRRHATVM *Dominicæ paſſionis.*

Noſtram ſalutem ſitiebat Chriſtus in Cruce. Ioan. 10. Drogo.

Bibere Chriſtus cupiebat, cùm in Cruce clamaret, *Sitio.* Ioan. 10. ſed quid ille ſitiebat? Drogo Hoſtienſis Epiſcopus, ſerm. de Sacram. dominicæ Paſſionis: Ergóne plus cruciat ſitis, quam crux? De cruce ſiles, & de ſiti clamas? Sitio, quid? veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium, plus animarum veſtrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet.

Tribulationis poculum æquo animo bibendum. S. Auguſt.

178. Æquo libentique animo tribulationis poculum bibendum: ita ſuadet ſanctus Auguſtinus in Pſal. 68. *Quis*, inquit, *non* BIBAT TRIBVLATIONIS TEMPORALIS POCVLVM, *metuens ignem gehennarum? Et quis non conterat dulcedinem ſæculi, inhians dulcedini vitæ eternæ?*

Auidè alienæ laudis poculū bibendum. S. Pet. Dam.

Vtiliter ille bibit, qui alienæ laudis poculum libenter ſiccat; ſanctus Petrus Damianus lib. 1. epiſt. 1. *Quia de Apoſtolica ſede bona ſemper audire aridis deſiderij mei faucibus ſitio, largum præconij veſtri* POCVLVM, *multis iam propinantibus* BIBO.

Ex ſermone familiari, vt ex guſtu vinum cognoſcitur qualis quiſque ſit. S. Ioã. Clim.

Qualis quiſque ſit etiam ex paucis eius verbis colligi poteſt, non ſecus ac de tota vini qualitate iudicat, qui vinum leuiter deguſtat; huc nos vocat ſanctus Ioannes Climacus in ſua ſcala gradu 37. *Vnicus*, inquit, CALICIS *hauſtus genus vini per guſtum prodit; & vnica familiaris collocutio omnem interiorem ſolitariæ vitæ rationem, & ſtatum, iis, qui iudicare poſſunt, oſtendit.*

Bibendus nobis auidiſſimè Chriſtus. S. Ambroſ.

Bibendus nobis omnium auiditiſſimè Chriſtus; audio monentem, & inuitantem ſanctum Ambroſium in Pſal. 1. verſ. 2. illius quippè hæc ſunt verba: *Bibe Chriſtum, quia vitis eſt. Bibe Chriſtum quia petra eſt, quæ vomuit aquam. Bibe Chriſtum, quia fons vitæ eſt. Bibe Chriſtum, quia flumen eſt; cuius impetus lætificant ciuitatem Dei. Bibe Chriſtum, quia pax eſt. Bibe Chriſtum, quia flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Bibe Chriſtum, vt bibas ſanguinem, quo redemptus es. Bibe Chriſtum, vt bibas ſermones eius.*

179. Bibit medicamentum, vt morbis quibus tentatur medeatur æger, qui ſuperbiæ tumore laborat humilitatis poculum ad ſalutem bibere debet. Probi medici monitum hoc eſt: ita ſcribit ſanctus Auguſtinus, lib. homil. hom. 34. *Accipiat humilitatis medicamentum*, BIBAT *contra tumorem poculum amarum, ſed ſalubre, bibat poculum humilitatis.*

Humilitatis poculum quā ſalubre. S. Auguſt.

Afflictionis calix ſuauis fit, ſi à Chriſto priùs porrigatur quam ſicetur. Bloſ.

Dulcis omnis amaritudo eſſet, ſuauis omnis euaderet afflictio, ſi afflictionis calix Chriſto exhiberetur, vt prior biberet, quàm nos biberemus; id Chriſtus ipſe docuit Beatam Mecthildem, ſic enim habet Bloſius in conclaui animæ cap. 10. num. 8. *Beata Mecthildæ ait Dominus: ſi homo afflictus mox in initio grauamen ſuum mihi offerret*, EGO INDE BIBENS *redderem illud dulce, ac mirè nobilitarem; ſed dum ipſe ex eo prior bibit, inficit illud, & quanto plus bibit, tanto magis amaricatur, ita vt iam me inde bibere non deceat, niſi pœnitentià, vel confeſſione purgetur. Itaque dum quis iniuria aliquà afficitur, non impatienter conqueratur hominibus, multa inde loquẽdo: ſed ſtatim mihi præſentet ſuum grauamen, vt ego dulcedinem conſolationis meæ illi infundam, eumque ad patientiam animem. Si tamen hoc in initio facere neglexerit, non propterea diffidat, ſed illum pœnitentià purgatum, humili ſpiritu, & contrito corde mihi offerre ſtudeat.* Aufert amaritudinem oblatio iſta, & amaritudo omnis in dulcedinem vertitur, ſi ſuauitatis fonti porrigatur.

CAPVT XXIII.

De ebrietate aliqua literis conſignantur, vt ebrietas in omnium mente oblitteretur.

In exercitu qui ebrius *repertus eſſet, ad aquæ potum redigebatur.*
Vinum *vires adimit.*
Certâ lege bibendi *inter ſe certabant.*
Mel *diſcutiendæ ebrietatis olim adhibitum.*
Panem *melle illitum comedebant ebrij.*
Calidis lauacris, *vnctionibus, & multis operimentis ebrij curati.*
Ebrij *ludibrio à Turcis habiti.*
Compotationibus ebrietatem *diſtribuere quid ſit?*
In honorem Angelorum, & Sanctorum olim bibebant.
Omnia effundit ebrietas.
Ebrius *inſano ſimilis.*
Ebrietatis *nexus, & luxuriæ.*
A vino *orta Venus non à mari.*
Vinum *pudicitiæ venenum.*
Laquei *in ebrietate.*
Ebrietatis *vires quàm magnæ.*
Ebrioſi *ſitim ſalſiunculis excitabant.*
Ebrietas *rationi bellum indicit, rationem abſorbet.*
שכר *quid? dona* inebriant.
Animi perturbatio quædam ebrietatis *ſpecies.*
Auaritiæ ebrietas.
Ebrietas *quædam triſtitia.*
Felicitatis vinum *inebriat.*

Amore

Digitized by Google

Amore ebrius.
Noxia faſtus, noxia ſuperbiæ ebrietas.

180. *In exercitu qui ebrius repertus ſit, ad aqua potum redigebatur.* Cap. Car.

DABO hic aliqua de ebrietate, quæ ita in legentium notitiam deueniant, vt ebrietas ipſa vſu ignoretur.

In exercitu ſi quis ebrius deprehendebatur, ad aquæ potum redigebatur, vt hoc pacto ebrietatis vitium vitaret, errorem que ſuum recognoſceret: capitula Caroli Magni, lib. 3. num. 72. ita loquuntur: *Vt in hoſte nemo parē ſuum, vel quemlibet alterum hominem* BIBERE *roget. Et quicumque in exercitu ebrius inuentus fuerit, ita excommunicetur, vt in bibendo ſola aqua, quouſque ſe malè feciſſe cognoſceret*, &c.

Vinum vires adimit. S. Auguſt.

Quid enim miles ebrius? iam victus à vino eſt antequam pugnet, hoſtem ſuum bibit, dum bibit, qui vires adimit, vt quandoque conſiſtere ebrietate correptus neqoeat; vulnerat vinū magis, quàm hoſtium ferrum; huc faciunt illa, quæ habet ſanctus Auguſtinus, ſerm. 231. de tempore: *Quoties*, inquit, *nimium* POTVM *accipiunt, tanquam in paralyſim reſoluti: dum ſuis pedibus ambulare non poſſunt, fœdiſſima latera aliorum manibus portantur ad lectum.*

Certâ lege bibendi inter ſe certabant. S. Auguſt.

Certâ bibēdi lege inter ſe aliquos certauiſſe, de victoria ſolicitos narrat, & damnat ſanctus Auguſtinus, ſerm. 231. de tempore: *Frequenter*, inquit, *vſque ad vomitū ingurgitare ſe non erubeſcūt, & ad menſuras ſine menſura* BIBERE. *Maiora enim pocula prouidentur, certâ bibendi lege contenditur, qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine. Inde lites, & rixæ naſcuntur. Inde diuerſis, & horrendis ſaltationibus membra torquentur.*

181. *Mel diſcutienda ebrietati olim adhibitum.* Plut.

Mel diſcutiendæ ebrietati olim adhibitum diſces ex his Plutarchi verbis, quæſt. conuiuial. lib. 3. 9. 6. *Ariſtenetus Nicenſis meminiſſe, narrauit legere ſe alicubi vino dulce aff.ſum diſcutere ebrietatem. Iam nōnullos Medicos præſcribere aſſeruit iis, qui largiùs* BIBISSENT, *vt cubitum conceſſuri panem in* MELLE MERSVM *manderent*: Rem firmat & Macrobius, lib. 7. Saturn. cap. 7. vbi ait dulcedinē ebrietati repūgnare, *Addo*, inquit, *aliud, naturali ratione* EBRIETATI *dulcedinem repugnare adeo vt medici eos qui vſque ad periculum vino diſtenduntur plurimo, cogant vomere, & poſt vomitum contra fumū vini qui remāſit in venis, panem offerunt melle illitū, & ita hominem ab ebrietatis malo dulcedo defendit.*

Panem melle illitum comedebant ebrij. Macrob.

Calidis lauacris, vnctionibus, & multis operimentis ebrij curati. Macrob.

Alia curationis genera reperio apud eundem, nimirum calida lauacra, vnctiones, & multa operimenta, de quibus agit Macrobius, lib. 7. Saturn. cap. 6. vbi ait: *Reſpice etiam quæ genera curationum adhibeantur* EBRIIS; *nonne cubare ſub multis operimentis iubentur, vt extinctus calor refoueatur? nonne & ad calida lauacra ducuntur? nonne illis vnctionum tempore calor corporis excitatur?*

Ebrij ludibrio à Turcis habiti. Niceph.

Ebrij vt ludibrio omnibus paſſim ſint, ſunt præcipuè Turcis, quorū Baſſa vnus cùm temulentiā exprobrare noōis vellet, Germanos quos ceperat magno numero milites, ita Conſtantinopolim ad Sultani ſui cōſpectum introduxit vt publicè per plateas in omnium oculis cachinnis, & ludibrus ſpumantia vino vitra manibus geſtarent. O opprobrium, quod ſobrietatem nobis perſuadere deberet meritiſſimè. Ita ferè Niceph. ſerm. in cap. 4. Iud.

182. *Compotatoribus ebrietatē diſtribuere quid ſit.* S. Baſil.

Quid ſit compotatoribus ebrietatem diſtribuere, quique id fieret diſcere ex verbis potes, quæ habet ſanctus Baſilius, hom. cōtra Ebrioſos: Quæ hic in rei notitiam, ſed & vſus notam ſubiicio, & ſunt iſta: *Progreſſo cōuiuio, ingreditur ad ipſos*

Nouitrini Nuptiales Aquæ.

adoleſcens quidam generoſos haben: humeros, nondum ebrius, phialam ferens magnam vini perfrigerati, qui depulſo ipſorum pocillatore, ſtās in medio per obliquos canales æqualem COMPOTATORIBVS DISTRIBVIT. *Noua hæc eſt immodeſtiæ menſura, vt æquis potionibus inter ſe bibēdi petulantiā exercentes, nullus in bibendo alterum excedat, diuidentes enim canales, & vnuſquiſque eum qui ad ſe conuerſus eſt ſuſcipientes, velut ex quadam ciſterna citra reſpirationem bibunt, inſtar boum, tantùm gutture attrahere feſtinantes, quantùm ipſis vas refrigeratorium per argenteos ductus ac canales ex ſupernis demittit.*

Aliqui non in nomine tantùm hominum bibebant, ſed etiā, quod mireris, Angelorū, ſanctorúmque, qui in cœlo regnant; idque præſtabant trāſacto iā conuiuio, vt ſe hac ratione acuerēt ad bibendū, & religionis nomine litarent ebrietati; damnat inſanum hunc morem ſanctus Auguſtinus, ſerm. 232. de Tempore: *Illud quale eſt, quod iam tranſacto conuiuio, expletâ ſiti cùm amplius bibere non poſſint, nec debeant, tunc quaſi nouelli, quaſi & qui ipſa hora ſuperuenerint diuerſis nominibus incipiunt* BIBERE, *non ſolùm viuorum hominum, ſed etiam Angelorum, & reliquorum antiquorum ſanctorum: ignorantes quod nullus tam grauem iniuriam ſanctis Angelis, vel ſanctis hominibus agnoſcitur irrogare, quàm illi qui in illorum nominibus bibendo per ebrietatem ſuas animas probantur occidere.* *In honorem Angelorum, & ſanctorum olim bibebāt.* S. Auguſt.

Effūdit ebrietas quod celatū tenebatur: muſti metaphora id quidam exprimebat his verbis: *Omnia effundit ebrietas.*

Vaſa velut feruente mero rumpuntur & extra
Exiliunt clauſit credita muſta cadis.
Sic ſolet ebrietas quæ ſunt ſecreta referre
Quæque latent FVNDO PECTORIS, ORE LOQVI.

Ebrium inſano ſimilem eſſe ſcitè Boiſſardus his verſibus explicabat:

EBRIVS *inſano eſt ſimilis, vinumque cicuta* *Ebrius inſano ſimilis.* Boiſſ.
Eſt hominibus atas, formaque culta perit.
Luctator vafer eſt, & decipit arte doloſa;
Nam primum captat, debilitatque pedes.

Ebrietatē, luxuriæ materiā, matrémq; eſſe indicauit Paulus ad Romanos ſcribēs, cap. 13. dum ait: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis*; rectus ordo, nec myſterio viduus, poſt ebrietatē impudicitia ſequitur, vt ex illa hanc naſci rectè doceret; ſcite Primaſius hic: *ſequitur* EBRIETATEM *impudicitia, ebrietas enim materia eſt luxuria.* 183. *Ebrietatis nexus, & luxuria.* Ro. n. 13. Primaſ.

A mari ortam Venerem fabulantur Poëtæ, à mero ortam non male ille cenſuit, qui cecinit: *A vino orta Venus non à mari.*

Orta meri, non orta mari, Venus improba, ſpumâ et,
Abſque mero friges languida nempè Venus.

Vinū, vt venenū cauēdū pudicitię cultori monet S. Hieronymus epiſt. 21. quæ eſt ad Euſtochiū de cuſtodia virginitatis, vbi ait: *Si quid in me poteſt eſſe cōſilij, ſi experto creditur: hoc primū moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinū fugiat pro veneno, hæc aduerſus adoleſcentiā prima arma ſūt Dæmonū. Nō ſic auaritia quatit, inflat ſuperbia, delectat ambitio, facile aliis caremus vitiis: hic hoſtis nobis incluſus eſt.* *Vinum pudicitiæ venenū:* S. Hier.

Latet in ebrietate laqueus, quo caperis, dum ebrietate corriperis; ſancti Baccharij verba ſunt in epiſt. de recipiendis lapſis: *Non te Ebrietatis* LAQVEIS *credas.* *Laquei in ebrietate.* S. Bacchar.

Quātas in viros vires habeat ebrietas, apparet in Noe, qui à diluuio ſuperior, à vino victus fuit; quod in hunc modum expendebat ſanctus Ambroſius, lib. 1. de Virgin. *Quanta vis eſt vini vt quem diluuia non nudauerunt*, VINA NVDARENT; Et de Elia in ieiunio, cap. 4. rem grauiùs *Ebrietatis vires quàm magna.* S. Ambroſ.

·niùs vrget: *Vicit igitur ſanctum Noe, vel etiam Loth Abrahæ nepotem* EBRIETAS, *quorum alter cum ieiunaret diluuio ſuperſtes fuit, alter incendio.* Igne, aquiſque potentior ebrietas eſt.

Ebrioſi ſitim ſalſiunculis excitabant. S. Auguſt.

184. Ebrioſi ſalſiuncula quædam comedere conſueuerant, vt creſceret delectatio, dum ardorem ſitis extinguerent; ita ſanctus Auguſtinus, lib. 9. Confeſſ. cap. 3. *Et* EBRIOSI *quædam ſalſiuncula comedebant, quo fiat moleſtius ardor, quem dum extinguit potatio, fit delectatio.*

Ebrietas rationi bellum indicit, rationem abſorbet. Pet. Bleſ. S. Iſid. Pel.

Ebrietas rationi indicit bellũ, eámque in exilium mittit; hinc illud Petri Bleſenſis, epiſt. 7. *Vbi regnat* EBRIETAS *ratio exulat, intellectus obtunditur, conſilia deniã*, *iudicia ſubuertũtur*; vt rectè monuerit ſanctus Iſidorus Peluſiota, ne quis nimio potu rationem biberet, & bibendo perderet; ſic enim ille loquitur, lib. 1 epiſt. 313. *Mentem, ac rationem bibendo ne* ABSORBE.

שכר quid? Dona inebriant.

Donũ in Hebraïco fonte à שכר dicitur, quod verbum *inebriare* ſignificat, non tantùm quia munera vt *vinum* exhilarant cor hominis, ſed etiam quia eius mentem alienant.

Animi perturbatio quædam ebrietatis ſpecies. Bill.

Animi perturbationem ebrietatis quandam ſpeciem eſſe monebat Billius hiſce verbis:

Ebrietas a me procul eſt (hoc dicis in horas)
Nec nimio eſt vnquam mens mea mota mero.
Quid tum ſi pectus tenet inſaturata cupido,
Iræ ſi ratio dat tua victa locum.
Si leuibus cauſis alios inceſſis, eriſne
SOBRIVS *exigui ſis licet ipſe meri?*
Sobrius eſſe poteſt ratio quem deſerit omnis?
Nec madida ebrietas, nec mihi ſicca placet.

Auaritia ebrietas. Iſa. 28. LXX.

185. Damnanda ebrietas eorum eſt, qui lucris auidè inhiant, & mercimoniis ita vacãt, vt poſterior illis de regno cœlorum cura ſit; Iſa. 28. *Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim*; LXX. vertunt: *Væ coronæ iniuriæ, mercenariis Ephraim.*

Ebrietas quædam triſtitia. S. Ioã. Dam.

Noxia ebrietas triſtitia eſt; de qua ita ſcribit ſanctus Ioannes Damaſcenus, lib. 3. Parallel. c. 32. *Mœſtitia ipſa quoque ebrietas eſt mentem ſubmergẽs.*

Felicitatis vinum inebriat.

Noxium felicitatis eſt quoque vinum, quo multi inebriati cecidêre, nam de quodam quidam Poëta ſic canebat:

—— *Maſculum*
Cor euirauit, EBRIVS *ſuaui mero*
Felicitatis.

Amore ebrius

Ebriũ ob amicæ amorẽ ſe ſenſerat qui dicebat:

Quo ſuauiſſima, quo puella philtro
Incautum haud ita pridem INEBRIASTI.

Noxia faſtus, noxia ſuperbia ebrietas.

Noxiam in faſtu, ac ſuperbia ebrietatem ille notabat:

Sicut noxia ſunt homini præſtantia vina
Si plus quam libeat, quàm deceat que bibat,
Vſq; adeo vt nequeat mẽs EBRIETATE *vacillãs,*
Aut pes conſueto fungier officio:
Sic quoque quẽ faſtus, vehemẽſque ſuperbia vexat.
Ceſpitat & vitium, quo cadat, intus habet.

CAPVT XXIV.

De more, quo ad bibendum inuitatos cogebant, aliqua in lucem producuntur, vt moris vſus in tenebras eat.

Ad bibendũ cogere *quorumnã mos fuerit?*
Calices *plurimos Perſæ oſtentabant.*
Perſæ ad bibendum *cogebant.*
Perſtricti qui alios ad bibendum *cogunt.*
Nomina ſua de cælo delent ebrij.
Notati qui ad bibendum *nolentes adigunt, potum pauperibus negant.*
Ebrioſi *excuſabant quod à potenti perſona coacti ad bibendum fuerint.*
Infirma *excuſatio iſta.*
Sacros homines ad bibendum *alios cogere quàm indecens.*
Mos cogendi alios ad bibendum *legibus prohibitus.*
Nec ſe, nec alium quis inebriet.
Hoſtilis amicitia poculis *parta.*
Homo ebrietate *hominem extra hominem non trahat.*

BIbendi ritus, de quibus agimus ferè cogit 186.
nos vt de more illo agamus, quo alij ad bibendum alios cogebãt, quod eò libenter præſto, quò vnâ eadémque opera, & ſacrarum literarũ, ſanctorumque Patrum nonnullis locis immittemus lucem, & inſaniam iſtam in tenebras mittendam eſſe docebimus, quæ quos corripit tenebris inuoluit.

Ad bibendũ cogere quorumnam mos fuerit. Eſth. 1. 8. Lyran.

Et in primis occurrit Eſtheris locus, qui lucem aliquam poſcit, quam illi immittere ita tentabimus, vt ad alia ferri eâdẽ opera velimus, c. 1. v. 8. hæc leguntur: *Vinũ vt magnifi ẽtia regia dignũ erat abundãs, & præcipuũ ponebatur. Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendũ, ſed ſicut Rex ſtatuerat, præponens menſis ſingulos de Principibus ſuis, vt ſumeret vnuſquiſque quod vellet.* Vt oſtenderet, imo vt oſtẽtaret Regni ſui diuitias Aſſuerus Perſarũ, ac Medorũ Rex, verè regiũ ſtruxit conuiuiũ, cui vnuquiſque aſſidere poſſet, qui in Suſan inuetus fuiſſet: Inter alia autẽ quæ conſtituit Rex in menſa ſeruanda hoc fuit, ne vllus ad bibendum adigeretur. Quæ lex vnde nata fuerit, non vna eſt auctorũ cenſio, & plures ad hunc difficultatis ſcopulum videntur caput alliſiſſe. Vt igitur omnem dubitationis caliginem amoliamur, res altiùs effodienda eſt.

Lyranus hoc loco, quẽ pleriq; ſequuntur, videtur ſentire eũ fuiſſe Perſarũ morẽ, vt nullũ ad bibendũ cogerẽt, quod autẽ hic Rex præcipit, id factũ autumat ne Barbarorũ conſuetudinem aliquis in eo cõuiuio imitaretur, quibus in vſu erat, vt ſe inuicẽ ad potandũ compellerẽt. Lyrani verba hæc ſũt: *Nec erat qui* NOLENTES COGERET AD BIBENDVM *quia nolebat, inquit, Rex quod in aulâ ſuâ aliquis vteretur modo incompoſito, & irrationabili aliquorum Barbarorum, qui conuiuantes nimis importunè inducebant homines ad bibendum, vnde talis modus venit in Normania, quæ eſt pars Galliæ, à Barbaris habitantibus propè polũ Arcticum.*

Ego verò exiſtimarim fuiſſe conſuetũ Perſarũ morem, vt in conuiuiis ad bibendum cogerent, Regémq; voluiſſe in tã lauto, opiparôque cõuiuio nouũ inſtitutũ ſeruari, vt nullus ad bibendũ cogeretur, quò inſolens ritus ſplendorem, ac magnificentiã regio conuiuio adderet, admirationẽ enim, quæ inuſitata ſunt rebus ferè conciliant.

Calices plurimos Perſæ oſtentabant. Athen.

Hoc vt probẽ, præmitto, Perſas in bibẽdo ferè intemperantiores fuiſſe; cuius illud non leue argumentũ eſt, eos ſolitos calices plurimos oſtẽtare, & ob id ſe gloriari; huius rei auctor eſt Xenophõ apud Athenæum, cuius verba alibi produxi.

Sed rem propiùs tango, ac firmo; Perſarum 187.
morem fuiſſe ad bibendũ inuitatos cogere euincũt hæc Ioſephi verba, lib. 11. Antiq. cap. 6. vbi de Artaxerxe

Perſæ ad bibendum cogebant. Ioſephi.

Artaxerxe loquens, ait: *Mandauit miniſtris, ne quẽ more* PERSARVM *ad bibendum cogerent, ſed arbitratu ſuo quemque appoſitis frui ſinerent*; Exerte tem dixit, vt abſque nullo dubietatis nubilo, vt in producto Eſtheris loco, cogamur ad hunc ritum ſententiam flectere, eo, quem dedimus ſenſu.

Perſtricti qui alios ad bibendum cogunt. S. Auguſt.

Satanica hæc conſuetudo, quâ homines ad bibẽdũ cogebãt, quæque Perſis fuit valde familiaris, etiã ad poſteriora tẽpora eſt deuoluta, quodq; mirũ eſt & dignũ Hieremiæ planctu, etiam multorum Chriſtianorũ mores infecit, & peſtilẽter eorũ mentes afflauit. Hoc Beati Auguſt. æuo factitatũ indicat ſanctus Pater dũ ad hũc modum auditores ſuos perſtringit, ſerm. 231. de tempore. *Nullus*, inquit, *ſe veſtrum inebriet, quia ebrius inſano ſimillimus eſt.* NOLITE IN HOMINIBVS BIBENDO NOMINA VESTRA DELERE DE COELO. *Sunt quidem multi, quod peius eſt, qui nõ ſolũ ſe ipſos inebriant, ſed etiam alios cogunt, & adiurãt, vt amplius, quã expedit bibant, & inde ſæpe inter eos naſcuntur iurgia, & homicidia.* Pende illa verba: *nolite in hominibus bibendo nomina veſtra delere de cœlo*; ac ſi ventre vino pleno tanquam ſpongia quædam nomina ex cœleſti libro oblitterarentur.

Nomina ſua de cœlo delent ebrij.

188. Hanc eandẽ amentiã alibi idem ſanctus Pater damnat, perſtringẽs eos, qui nolentes ad bibendũ cogebãt, & ad ianuam ſitientibus pauperibus, & petentibus vel vnum calicem denegabant, hæc illius verba, ſerm. 231. de tempore: *Ad extremum tu eum noli adiurare, noli* COGERE: *ſed in poteſtate illius dimitte, vt quantum ſibi placuerit, bibat: & ſi ſe inebriare voluerit vel ſolus pereat, & non ambo pereatis. O infelicitas generis humani, quàm multi inueniuntur qui ebrioſos, & luxurioſos amplius quàm oportet cogunt bibere, & ante oſtium pauperibus petentibus vel vnum calicem diſſimulant dare.*

Notati qui ad bibendum nolentes adigunt, potum pauperibus negant.

Hoc verò vitiũ maximè Regum fuit, ac potẽtum, qui magnificentiã, ac liberalitatẽ ſuã tunc maximè ſe oſtendere arbitrabantur, ſi ad bibendũ cogerent, quod adeò principibus viris erat familiare, vt ſi qui de ebrietate arguerẽtur, vt notam abſtergerent, & ſe excuſarent, culpam in Reges, ac potentes torquebant, aſſerentes ſe ab ipſis ad bibendũ coactos fuiſſe. Rem habet idem Beatus Auguſtinus, ſerm. 232. de Temp. *Solent*, inquit, EBRIOSI, *ita ſe excuſare, vt dicant: perſona potẽs me coegit, vt amplius bibam, & in conuiuio Regis nõ potui aliud facere.* Sed hanc futilem excuſationẽ reiicit idem ſanctus Pater dum ſubdit: *Ad excuſandas excuſationes in peccatis iſta prætendimus, & quod implere nolumus, non potuiſſe nos dicimus. Nolle in culpa eſt noſtra, & non potuiſſe prætenditur. Etiamſi ad hoc veniretur, vt tibi diceretur, aut bibas, aut morieris, melius erat vt caro tua ſobria occideretur, quã per ebrietatem anima moreretur.* Vtile ad potatores monitum, & alte in cuiuſque corde ſculpendum; notent hoc ebrietatis mancipia, in quos ſatanica bibendi lex ius maius habere videtur, quàm lex diuina, cuius Germanus cultor non eſt, qui huic vitio ſeruit.

Ebrioſi excuſabãt ſe, quod à potenti perſona coacti ad bibendum fuerint. S. Auguſt

Infirma excuſatio iſta.

Dolet ſanctus Pater hũc morẽ in ſæcularibus non ſtetiſſe, etiã ſacros homines inuaſiſſe, quod ille his verbis damnat, ſerm. 231. de tẽpore: *Quod peius eſt, aliqui etiam clerici, qui hoc deberẽt prohibere, ipſi* COGVNT BIBERE *aliquos plus quàm expedit, amodo incipiant & ſe ipſos corrigere, & alios caſtigare, vt, cum ante tribunal Chriſti venerint, nec de ſua, nec de aliorum ebrietate incurrant ſupplicium.*

Sacros homines ad bibendum alios cogere quàm indecens. Idem.

189. Etiã noſtro æuo peſtilens hic mos apud pleraſque gentes, ac populos viget, qui nõ ſemel ferro eorum ſanguinem fundit, qui fuſũ vinũ bibere noluerint, putãt enim non leuẽ ſibi iniuriã inuri: adeò leues, adeò cæci, & vero lumine vidui ſunt. Iure hunc morem damnant Caroli Magni capitula, num. 144. dum ſtatuunt: *Vt nemini liceat alium* COGERE *ad bibendum, niſi quantum ei ſufficit.*

Mos cogendi alios ad bibendum legibus prohibitus. Cap. Car.

Qui ſuæ, qui alienæ ſaluti cõſultum vult, nec inebriare ſe debet, nec alios ad bibendũ cogere; grauiter rẽ premit ſanctus Auguſtinus, ſerm. 215. de Tempore: *Nullus*, inquit, *ſe* INEBRIET, *nemo in conuiuio ſuo cogat alium ampliùs bibere, quàm oportet, ne per ebrietatem & ſuam, & illius animã perdat.*

Nec ſe, nec alium quis inebriet. S. Auguſt.

Amicitiæ fouendæ ad pocula ſiccanda aſſerãt ſe alios vrgere, & cogere; hoſtilis amicitia iſta eſt poculis parta, nutrita calicibus, nocentior omni telo hæc amica inuitatio eſt, & altiùs animã ferit, quàm ferrum corpus poſſit; Præſtat hic eiuſdem ſancti Patris verba ſiſti, qui in hoc vitium atietans, ſerm. 231. de tempore, ait: *Iam fratres chariſſimi*, EBRIETATIS MALVM *ſit graue vitium, & Deo odibile, ita per vniuerſum mundum à pluribus in conſuetudinem miſſum eſt, vt ab illis, qui Dei præcepta cognoſcere nolunt iam nec putetur, nec credatur eſſe peccatum: in tantum vt in conuiuiis ſuis irrideant eos qui minus bibere poſſunt, & per inimicam amicitiam adiurare homines non erubeſcunt, vt potum ampliùs accipiant quàm oportet. Qui enim alterum cogit vt ſe plus quàm opus eſt bibendo inebriet, minus malum cieret ſi carnem eius vulneraret gladio, quàm animam eius per ebrietatem necaret.* Qui ſuæ ſalutis amicus eſt, tanquam hoſtes vitet eos, qui blandâ amicitiæ facie petunt, & perimunt.

Hoſtilis amicitia poculis parta. Idem.

Et qui amicos nimio potu onerãt, rectè arguit Petrus Bleſenſis epiſt. 7. ita quendã perſtringens: *Et quæ vobis amice, gloria eſt ita potu afficere hominẽ, vt hominẽ dediſcat, & in deſipientiã omnino tranſeat beſtialem?* Hominis non mereretur nomen qui nimio potu hominem extra hominem rapit.

Homo ebrietate hominẽ extra hominem non trahat. Pet. Bleſenſ.

EXCVRSVS XIII.

Ebrietatis malleus, ebrietatis vulnera.

Ebriorum *hoc proprium, vt alios percutiant.*
Vinum bibentis caput verberat.
Vinum verberat *eos à quibus largiùs ſumitur quàm par ſit.*
Potatorius malleus.
A vino malleati *quinam dicantur?*
Ebrietas ſæuus hoſtis.
Vinum ſagittarius quidam.
Vinum ebrioſi *mentem obſidet, ac exercitus ciuitatem.*
Imbecilles fortes vincunt, ſi victi prius ab ebrietate *fuerint.*
Mulier ſobria *etiã in exercitu caſtã ſe ſeruauit.*
Reges, & imperantes ſobrietati *ſeruire debẽt.*
Iudicibus amica ſobrietas *ſit.*
Publica obeuntes munia ab iis abſtinent *apud nonnullos, quæ inebriare poſſunt.*
Cur olim manè *tantum cauſas iudicarent?*
In exercitu *vinum non guſtare, Chartaginenſium lex.*
In caſtris *alium ad bibendum prouocare nefas.*
Ebrij *ſine ferro vulnerant.*
Vino *deditus poculis vulneratur.*
Poculorum *nexus, & ſpinarum.*

190.
Ebriorum hoc proprium, vt alios percutiant.
Luc. 12. 45.

Quis crederet percutere, quæ extimâ ſui facie tã blanda videbatur percutit tamen, & ictu quolibet nocentior ebrietatis percuſſio, & verberatio eſt: ebrij hoc proprium eſt, vt alios facilè percutiat, promptus in alios ſæuiat; hinc Luc. 12. 45. hæc legis: *Et cœperit percutere ſeruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari*; nectit hæc inter ſe, quia nimirum in cædes ruit, qui ebrietate corripitur, arma vinum exhibet, manum vix nequit continere qui à vino nõ abſtinet, in obuios ſæuit, nulla alia plerunque cauſa motus niſi quia vino madet; huuc nexum ex his verbis colligebat etiam ſanctus Petrus Chryſologus, ſerm. 26. de fideli diſpenſatore, dum ait: *Proprie dixit edere, & bibere, & inebriari, & percutere.* EBRIETAS CÆDIS MATER, *parens litium, furoris genitrix, petulantia deformiter eſt magiſtra, hanc qui habet, ſe non habet, hanc qui habet, homo non eſt: hanc qui habet non peccatum facit, ſed eſt ipſe peccatum: Ebrietas eſt Dæmon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria.*

S. Pet. Chryſ.

Vinum bibentis caput verberat
S. Chryſ.

Non ſolum percutit alios qui ebrius eſt, percutitur ipſe, ipſe verberatur; ſãctus Baſilius, hom. 1. de ieiunio: *Famulus*, inquit, *fugit Dominum* PERCVTIENTEM, *tu autem manes apud vinum, quod ſingulis diebus caput tuum* VERBERAT.

Vinum verberat eos à quibus largiùs ſumitur quã par ſit.
S. Iſid. Pel.

Vinum pœnas ab iis exigit, à quibus largiùs bibitur, verberaque eiſdem propinat: id quod diſerte his verbis innuebat ſanctus Iſidorus Peluſiota, lib. 5. epiſt. 4. *Vinum ſi opportunè, ac moderatè ſumatur, quaſi honore affectum lætitiæ cauſa exiſtit. Si verò intempeſtiuè, largiùſque hauriatur, vlciſcitur iniuriam, & pœnas exigit, a quibus iniurioſè fuit exceptum, riſum, ignominiam, opprobriũmque, atque adeò* VERBERA *iiſdem propinans.*

191.
Potatorius malleus.

In malleum potatorium lepidum hoc epigramma a ſcito Poëta habemus:

Comminuet fractum tibi MALLEVS *iſte cerebrũ*
Huius ſi tentes interiora nimis.

A vino malleati quinam dicantur?
Isa. 28. 1.
Oleaſt.

Quidquod à vino malleatos vini potatores in ſacris literis legimus: hoc alibi vocabam, quod habetur Iſaiæ 28. *Errantes a vino*, nam ex Hebræo vertit Oleaſter, vt in verſione ſua habet; *concuſſi a vino*, additque in commentario in Hebræo propriè haberi; *malleati a vino*, quod ſic explicat: *Videntur enim* EBRII CREBRIS POTATIONIBVS MALLEARE SE: Et nõnullis interfectis; *crebris potationibus ſ. quaſi malleis conculcati*; ſæui ſui hoſtes, dum vini nimis amici.

Ebrietas ſanus hoſtis.
S. Baſil.

Quid mite, & amicũ ſperes ab ebrietate à nimio vini potu, quam vulnera, quàm plagas? hoſtis eſt, cuius proprium eſt in eos ſæuire, qui ei ſe credunt; hoc titulo ebrietatem indigitat ſanctus Baſilius, hom. 1. de Ieiunio: *Cur allicis hoſtem vt tuas munitiones præoccupet?* EBRIETAS *Dominum non ſuſcipit, ebrietas ſpiritum ſanctum fugat.*

Vinum ſagittariũ quidã.
S. Greg. Nyſ.

Vinum ſagittariũ dixit ſãctus Gregorius Nyſſenus, cuius hæc verba circumſeruntur: *Vinũ veluti quidã improbus* SAGITTARIVS *duplicibus telis hominẽ confodit, ad aures, & oculos dirigẽs aculeos.*

Vinum ebrioſi mentem obſidet ac exercitus ciuitatem.
S. Chryſ.

Parum eſt vnum hoſtem referre ebrietatem, vnum ſagittarium referre vinum, plures refert; vt non melior ſit ſtatus à vino correpti, quam ciuitatis, quæ ab integro hoſtiũ exercitu ambiatur; Hæc ſpectauit ſanctus Chryſoſtomus, hom. 17. in Acta Apoſtolorum, ait enim: *Quemadmodum in ciuitate dum obſidetur, multa fit turbatio, ac tumultus, hoſtibus oppugnationem aggredientibus: ita in anima fit,* VINO & VOLVPTATE *ingrediente. Cui væ? cui turbationes? cui inſuauitates, & nugæ?* cui iudicium? nonne his qui immorantur vino?

192.
Imbecilles fortes vincũt, ſi victi prius ab ebrietate fuerint.
S. Ambroſ.

Hinc eſt, vt plerunque etiam ab infirmis, & imbecillibus bellatores magni vincantur, quia nempe eos prius ebrietas obtedebat, vinũ vicerat; Vna Iudith Holophernem ſtrauit, & eius exercitum in fugam conuertit, quia ipſa a vino ſicca, temperantiæ hoſtem, ebrietatis mãcipium aggreſſa erat; Grauiter Beatus Ambroſius, lib. de Viduis: *Temperantia*, inquit, *virtus eſt fœminarum.* INEBRIATIS VINO VIRIS, *& ſomno ſepultis abſtuliſti vidua gladium, exeruit manum, bellatoris abſcidit caput, per medias hoſtium acies intemerata proceſſit. Aduertatis igitur quantum nocere mulieribus poſſit ebrietas, quando viros vina ſic ſoluunt, vt vincãtur a fœminis.* Victum prius vino ſtrenuum bellatorem imbecilis fœmina ſtrauit, difficilius victura ſi eum ſobrio pugnaſſet.

Mulier ſobria etiã in exercitu caſtam ſe ſeruauit.
S. Ambroſ.

Vicit mulier, quia à vino non ſe paſſa eſt vinci, ſe caſtam inter exercitus ſeruauit, quia ſobria hoſtes aggreſſa: facile caſtitatem amiſiſſet, ſi admiſiſſet caſtitatis hoſtem vinum, & vino madida ad milites acceſſiſſet, qui rarò ſub pudicitiæ vexillo militant; ſed egregiè expendit idem ſanctus Ambroſius eodem libro de viduis, dum ait: *Eſto igitur primùm vidua temperans, caſta primùm à vino, vt caſta poſſis eſſe ab adultero. Nam ſi Iudith bibiſſet, dormiſſet cũ adultero. Sed quia* NON BIBIT, *haud difficile ebrios exercitus vnius ſobrietas & vincere potuit, & eludere.* Vides quantùm temperantia poſſit, quantùm ſobrietas; Vides quam noxia ebrietas ſit maximè Principibus viris, quique aliis præſunt.

193.
Reges, & imperantes ſobrietati ſeruire debent.
Alex. ab Alex.

Malus aliorum Dux, ac Iudex, qui vinolentiæ ſeruit, immeritus hominum Imperator, Rex, ac Dominus, qui vini imperio fœde, ac turpiter ſubditur. Nouêre id Ægyptij, apud quos hęc inoleuerat cõſuetudo, ac lex, vt Regi certa vini mẽſura daretur, quã excedere non liceret, ne potui nimio indulgẽs, turpitudini, ac ſordibus vacaret, qui omni crimine vacuus eſſe deberet. Ita docet Alexander ab Alex. lib. 3. c. 11. ex Diodoro Siculo lib. 1. c. *Ægyptiorum*, inquit, *lex erat, vt* CERTA VINI *ſub taxata menſura Regi quotidie ſeculis daretur, vltra quã excedere non liceret, ne per occaſionẽ, & licẽtiã turpitudini, ac ſordibus vacaret.* Lex Chriſtianis Principibus digna, a quibus hoc vitium tam abeſſe debet, quam error, & imprudentia.

Baſil. Imp.

Probè hoc nouit piiſſimus Imperator Baſilius, qui in cap. exhortat. Leoni filio, ſic ſcriptũ reliquit: c. 25. de luxu, & ebrietate: *Refuge comeſſationes, quibus indulgetur poculis,* EBRIETAS *enim inimica eſt prudentia, vbi enim mens a vino opprimitur idem contigit Principi, quod imperitis aurigis, qui cum regere currum neſciant, & ſe, & ſuos equos huc, atque illuc circumagunt, & ſpectatoribus magnos riſus excitãt, ac denique in præcipitia feruntur.* Hæc Imperatoribus, & viris Principibus Imperator iſte.

Iudicibus amica ſobrietas ſit.
Plato.

Hinc de Magiſtratibus, Gubernatoribus, & Iudicibus, quibus tã amica ſobrietas eſſe debet, quàm æquitas, decreuit Plato, vt à vino eo tempore, quo munere ſuo fungebantur abſtinerent; ſic ille ſcribit, lib. 2. de legibus ad calcem. *In Ciuitate, nec ſerui, nec ſerua, nec ipſi quidem Magiſtratus illo anno, quo gerunt Magiſtratũ, neque Gubernatores, neque Iudices vinum & vllo modo guſtent.* Malus Iudex, ac litium diremptor, qui vino ſeruit: rixarum auctor, aut litium ægrè lites ac diſcordias ſepeliet Princeps, ac Iudex vino, & ebrietate ſepultus. Argadus Regni Scoti Gubernator, vt tradit H. Boëthius, lib. 5. ſtatuit, vt omnes publica obeuntes munia ab omniom

Publica obeuntes munia ab iis abſtinent apud nõnullos, quæ inebriare poſſunt.
H. Boët.

vſu,

vſu,quibus inebriandi vis ineſt, abſtinerent.

Curolim mane tantum cauſas iudicarent. S.Chryſ.

Hinc opinor natum, vt olim mane tantùm cauſas iudicare ſolerent, cùm nempè ſobrij erāt, veſpere, ac meridie nimis temulenti à iudiciis abſtinerent: Ita tradit Beatus Chryſoſtomus, hom.9.ad populum in hæc verba: *Sæpe ſuper ſatietatem* BIBVNT, *propterea ſe ipſos rerum adminiſtrationi ineptos reddentes,veſpere,ac meridie iudiciis abſtinent.*

194. *In exercitu vinum non guſtare,Chartaginenſium lex.* Plato.

Etiam ab exercitu vinum exulabat,non facilè hoſtes victuri à vino priùs *victi*.Hoc apud Chartaginenſes in vſu fuiſſe teſtatur Plato lib. 2. de legibus, cuius hæc ſunt verba: *Chartaginenſium legem amplecterer, vti ne quis vnquam in exercitu vinum guſtet.* Et Carolus Magnus,vt ait Auentinus,lib.4. Annalium Bororum vetuit, ne in caſtris, ſeu expeditione alius alium ad bibendum prouocaret,aut cogeret. Quis aptos ad certamina putet,qui vino vincuntur,antequam pugnēt, vini vulnera prius ſentiunt, quàm gladios exerant.Beatus Ambroſius de Elia,& ieiunio, cap. 14. ſic milites ebrioſos perſtringit: *Quos mane inſignes armis ſpectaueras, vultu minaces, eoſdem etiam veſperi cernis à pueris rideri* SINE FERRO VVLNERATOS, *ſine pugna interfectos, ſine ſenectute tremulos.*Quis crederet à vino,quod blandè ingreditur vulnera eſſe,ſunt & eò grauiora, quò blandius ebrioſi pectus ſubit.

In caſtris aliū ad bibendum prouocare nefas. Auent.

Ebrij ſine ferro vulnerati. S.Ambroſ.

Vino deditus poculis vulneratur. Prou.26.9.

Poculis ſuis ebrium vulnerari indicauit & Salomon cùm in manibus temulenti ſpinas naſci poſſe vidit Prou.26.9. *Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ſic parabola in ore ſtultorum:* in manibus ebrioſi ſpina naſcitur, ac ſi calix in ſpinas vertatur, & pungat poculum dum bibitur: Pulchrè verſat hæc verba ſanctus Ambroſius,lib.2.epiſt.7.*Spinæ,* inquit, *naſcentur in manu ebrioſi,ſeruitus autem in manu imprudentis,quia ſicut ille ſuis vulneratur poculis, ita inſipiens ſuis factis. Ille* BIBENDO *ſe peccato inſerit,iſte operando ſe culpæ adiudicat,& factis ſuis trahitur in ſeruitutem.* In vini liquore ſpinas, tribulóſque aut vidit, aut etiam ſenſit Alcæus apud Athenæum, lib. 2. dum ait:

Poculorum nexus,& ſpinarum S Ambroſ. Alcæus.

Nunc melle flauo dulcior hic mihi
Spinis acutis,& tribulis magis
Nunc SAVCIAT.

*Mitiùs ſpinæ pungunt, quàm vinum pungat: minùs illæ nocent, quam noceat iſtuc, ſpinæ corpus pungunt, vinum etiam animum, eóque altius,quò minus timetur,cauetur minus.

EXCVRSVS XIV.

Noxia ebrietatis pluuia.

Nimia pluuia *noxia terræ eſt, noxius corpori abundantior vini potus.*
שקה *quid.*
Potus *nexus,&* irrigationis.
Irrigari *vino debemus non obrui.*
Ebrioſi paludibus *pares.*
Ebrij *camarina palude peſtilentiores.*

195. AB aquis non abibimus,contra nimium vini potum imbris, & pluuiæ ſimilitudine pugnabimus, atque adeò etiam hac ratione aquæ auxilio in ebrietatem,quæ à nimio vini vſu, calamum exeremus.

Nimia, & exuberanti pluuiá redditur terra culturæ inepta, & quæ mediocriter perpluta paratur ad meſſem, aquis nimis affuſa in paludem vertitur fructuum vbertate caritura. Non aliter corporis, & animæ terræ accidit, nimio vino perpluta, & irrigata ad bonorum operum fructus ferendos inutilis efficitur, miniméque idonea.Huc ſpectauit Beatus Auguſtinus, ſerm. 231.de Temp. dum ebrietatis damna recenſens ait: *Quia corpora noſtra terrena ſunt, quomodo* PLVVIA *nimium grandis, & diuturna ſi fuerit terra infunditur,& in lutum reſoluitur, vt nulla in ea cultura poſſit fieri. Sic & caro noſtra quando* ABVNDANTIORI POTV FVERIT INEBRIATA, *nec ſpiritalem culturam accipere, nec fructus animæ neceſſarios poterit exhibere:*nullo ſpiritalis diſciplinæ aratro excoli corporis terra poteſt, vbi tam copioſo ebrietatis imbre perpluitur,& obruitur, mens omni ſpiritali humore ſiccatur, dum corpus vino natat.

Nimia pluuia noxia terræ eſt,noxius corpori abundantior vini potus. S. Auguſt.

Sed aliquid etiam in hac re ab Hebraïco fonte mutuemur: 1.Eſther,verſ.7.hæc habentur: *Bibebant autem,qui inuitati erant aureis poculis:* in originibus eſt והשקות *& propinare* Vatablus vertit.*Potabant autem.* Pagn. in lexic. *Et potum dare in vaſis aureis:* radix eſt שקה quod verbū de terræ irrigatione dici ſolet. Gen.2.verſ.7. *Irrigabat omnem ſuperficiem terræ*: in Hebr. eſt והשקה & Ezech.32. verſ.6. *Et irrigabo terram* in fonte eſt והשקית ארע. Et alibi non ſemel verbum שקה quod hîc *bibere* ſignificat,etiam de terræ irrigatione eleganter vſurpatur. Vnde vinum idem videtur præſtare in corpore, quod aqua in terra quam irrigat,& ſicuti nimia imbrium copia tellurem obruit ne coli poſſit, & fructum ferre, non aliter ingens vini copia omnem in anima impedit boni operis frugem. Hanc ſimilitudinem eleganter verſat idem Beatus Auguſtinus, ſerm.231. de Temp. ſic enim ſcribit: *Quomodo omnes homines ſufficientem* PLVVIAM *in agris ſuis accipere deſiderant,& vt culturam valeant exercere, & de fructuum vbertate gaudere: Ita & in agro corporis hoc tantum deberent bibere,quod oportet, ne per nimiam ebrietatem ipſa corporis terra velut in paludem conuerſa magis vermes, & ſerpentes vitiorum generare,quam fructus bonorum operum poſſit afferre.* Nimiam hanc pluuiam a corporis noſtri terra arceamus, ne vitiorum ſerpentes pullulent, ebrietatem horreamus, quæ ſterilitatis omnis origo,& cauſa.

שקה *quid.*

Potus nexus & irrigationis.

Irrigari vino debemus, non obrui. S. Auguſt.

Quomodo verò ebrioſi paludibus ſint ſimiles idem ſanctus Pater pleniùs explicat eodem ſermone, dum ait: OMNES EBRIOSI TALES SVNT, QVALES PALVDES *eſſe videntur, quod enim in paludibus naſcatur non ignorat charitas veſtra, totum quod ibi naſcitur nullum fructum habere cognoſcitur,naſcuntur ibi ſerpentes, languiſugæ, naſcuntur ibi ranæ,& diuerſa genera vermium, quæ magis horrorem poſſunt generare, quàm aliquid quod ad victum proficiat exhibere.* Cùm ebrioſorum mentes tot vitiorum monſtris ſcateant, nullus ſcelerum vermis,& ſerpens à ſatanicis iſtis paludibus abeſt. 196.

Ebrioſi paludibus pares. Idem.

Quàm peſtilentiores hæ paludes,quàm palus camarina, ad hoc enim etiam illud torquere poſſumus,quod habet Lucianus in Apophrade: *Vides quanto meliùs tibi fuerit immotam ſinere camarinam?* Sic præſtat temulentorum paludes non commouere ne exitij nobis cauſa ſint, peſtilentiam enim creant huiuſmodi paludes noxiorem, quàm camarina palus.

Ebrij camarinā palude peſtilentiores.

EXCVRSVS XV.

Ebrietatis naufragium.

Vt nubes *cœlum, ſic animam obſcurant intemperata conuiuia.*

Fercula ventorum *turbini comparata.*

Nauem *fluctus , corpus ebrietas demergit, mortiſque facit ſubire naufragium.*

Temulentia ſcylleâ voragine *magis cauẽda.*

Homines tanquam fractæ naues *ita ebrietatis fluctibus fatigantur.*

Ebrietatis naufragium *pulchrè depictum.*

Ebrietas vitiorum gurges, *corporis procella.*

De vini procellis, fluctibúſque.

Temulentiæ naufragium, *quàm noxium.*

Mens humana ebrietatis fluctibus *circumacta à portu veritatis aberrat, & ad ſcopulos illiditur.*

Plures tanquam Ionas *in his ebrietatis fluctibus dormiunt.*

Græci maximos quoſdam ſcyphos *Thetides, ideſt* maria *vocant.*

Plura , aut certè noxiora in his poculis *accidunt* naufragia, *quàm in mari.*

Hebraïcus populus ieiunio munitus per mare ſicco veſtigio iter fecit , ebrietate *obrutus per continentem terram naufragium fecit.*

Vini fluctus *magis quàm Notus , aut Boreas mentem agitant.*

Ratio in ebrietatis fluctibus *mergitur.*

In nimio vini vſu animus mergitur.

Ebrietas patua inſania.

Sæuiente tempeſtate merces pretioſiſſimæ in mare proiiciuntur , in Temulentiæ tempeſtate *ſpiritualium mercium fit iactura.*

In calicibus & mentis , *&* pecuniæ *iactura, vt in naufragio timenda.*

197. NOn tam perieuloſè fluctibus iactata nauis ab vndis abſorbetur, aut ſcopulis illiſa infelix vltimúmque ſubiit naufragium, quàm corporis noſtri cymba ebrietate, tanquam ingentibus fluctibus demergitur , & in profundum rapitur. Totum id nobis percommodè, & eleganter vt ſolet expreſſit Beatus Petrus Chryſologus, ſerm. 41. de ieiunio , & eleemoſyna , qui & intemperata conuiuia damnat , & ebrietatis pericula ad hunc modum ob oculos ponit : *Sicut terræ* NVBES *caligant cœlum , ſic obſcurant animos intemperata conuiuia , ſicut ventorum turbines elementa confundunt , ſic fercula congeſta ſtomachum conturbant.* Deinde ſubiicit de ebrietate: VT NAVEM FLVCTVS, CORPVS EBRIETAS SIC DEMERGIT, *hominem dat in profundum, lucra vitæ aufert, mortis facit ſubire naufragium.* Scyllæa vorago præ iſta ebrietatis videtur minus cauenda : fugiendum magis , & magis noxium temulentiæ naufragium, quàm maris.

Vt nubes cœlum, ſic animam obſcurant intemperata conuiuia.
B. Pet. Chryſ.

Fercula ventorum turbini comparata.
Nauem fluctus, corpus ebrietas demergit, mortiſque facit ſubire periculum.
Idem.
Temulentia Scylleâ voragine magis cauenda.

198. Beati Auguſtini mens eadem fuit, quæ Chryſologi, cuius verba ſubiicio : ſic enim ille habet, ſerm. 231. de Temp. TANQVAM FRACTÆ, ET NAVFRAGÆ NAVES , ITA IPSIVS EBRIETATIS FLVCTIBVS FATIGANTVR , *vt nec vbi ſunt recognoſcant, & dicere aliquid , vel audire, quod ad rationem pertinet omnino non valeant* ; omnis rationis vſus abſorbetur , membra ipſa corporis viribus ſuis ita deſtituuntur , vt munera obire ſua nequeant. Huius naufragij imaginem pulchrè nobis depinget etiam Beatus Chryſoſtomus, homil. *quod nemo læditur niſi a ſeipſo* ; ita enim ſcribit : NAVFRAGII *cuiuſdam fluctibus obruta anima necatur, vbi neque oculus , neque lingua, neque pes, propriis deſeruit officiis , ſed omnia membra corporis vini vinculis iacent vincta grauiùs , quam catenis.* Nauicula magnum diſcrimen ſubit, dum ab omni parte fluctibus quatitur , & Nauclerus ſomno ſopitus iacet; quod nouêre Apoſtoli, qui cùm nauicula operiretur fluctibus , & Chriſtus dormiret , ſuſcitauerunt eum dicentes : *Domine ſalua nos perimus.* Matth. 8. 24. Quàm præſens in his ebrietatis fluctibus diſcrimen , vbi ſenſus omnes tanquam nautæ, & ratio , ſicut ſupremus Nauclerus ſopiti dormiunt, vt verè Pſeudo-Auguſtinus in ſerm de ebrietate dixerit: *Ebrietas vitiorum omnium* GVRGES, SVBVERSIO SENSVS, *tempeſtas linguæ, procella corporis* , NAVFRAGIVM CASTITATIS. Quot homines Ionam referunt, qui vt ille in tempeſtate altè dormiebat ; ſic iſti in ebrietatis fluctibus alto negligentiæ ſomno correpti iacent , ac ſtertunt , vt ſæpè prius exitium experiantur, quàm timuerint!

Homines tanquam fractæ nauis, ita ebrietatis fluctibus fatigantur.
S. Auguſt.

Ebrietatis naufragium pulchrè depictum.
S. Chryſ.

Matth. 8. 24.

Ebrietas vitiorum gurges, corporis procella.
S. Auguſt.
Plures tanquam Ionas in his ebrietatis fluctibus dormiunt.

199. De vini procellis , naufragioque , ita quidam canebat:

Quis Baſſareus vini procellis
NAVFRAGAS *imitetur vndas.*
Heu ! magna luctum gaudia prouocant.
Fœdaſque nubes Cynthius elicit
Hinc celat inceſtas liquore
Pampineo Cytherea flammas.

De vini procellis fluctibuſque.

Hinc non ineptè antiqui Græci maximos quoſdam Scyphos Thetides , ideſt maria appellabant, vt tradit Athenæus , lib. 5. Gymnoſoph. rectè pocula Græcis maria dicta, quia plura , rectè noxiora in iis accidere naufragia conſueuêre, quam mari.

Græci maximos quoſdam ſcyphos Thetides, ideſt maria vocãt.
Athen.
Plura, aut certè noxiora in his poculis accidũt naufragia quàm in mari.

Populus ipſe Iſraëliticus per mare ſicco veſtigio iter fecit , quia ſcilicet ieiunio munitus erat, ſobrietate, at in terra naufragium fecit, dum ebrietatis fluctibus abſorbetur. Huc ſpectauit Beatus Chryſoſtomus , homil. 15. ad populum Antiochenum, dum ait: *Noui quomodo populus illius temporis , qui cum ieiunio mare transgreſſus eſt,* EBRIETATE *percuſſus per continentem terram* NAVFRAGIVM *fecit.* Si enim naturalibus ramis Dominus non pepercit , neque tibi parcet negligenti Hæc ſanctus hic. Quantos obruit hoc ebrietatis mare!

Hebraïcus populus ieiunio munitus per mare ſicco veſtigio iter fecit. ebrietate obrutus per continentem terram naufragium fecit.
S. Chryſ.

Mentem temulentiæ fluctibus periclitantem, à portu veritatis aberrantem, nobis aptè exhibet Clemens Alexandrinus, lib. 2. Pædag. cap. 2. ſub his verbis: *Ex hoc loco etiam adiuta dicit Poetica:*

Vinum hominem veniens velut ignis
Pellit, ceu Libyci FLVCTVAT *vnda maris.*
Quam Notus, aut Boreas agitant:

Videtis NAVFRAGII *periculum , cor quidem multo potu obruitur; multam autem temulentiam minis maris comparauit , in quo corpus tanquam nauis demerſum turpitudinis, ac dedecoris profundum ſubiit decumanis vini fluctibus obrutum.* De mente verò, quæ gubernatoris vice fungitur, ſic pergit Clemens : *Gubernator autem, mens ſcilicet humana, ſupereminentis ebrietatis fluctu circumagitur, & in mari verſans*

Temulentia naufragium.
Clem. Alex.
Vini fluctus magis quam Notus aut Boreas mentem agitant.
Clem. Alex.
Mens humana ebrietatis fluctibus circũacta aberrat, & ad ſcopulos illiditur.
Idem.

Digitized by Google

verſans caligat, & propter procellæ tenebras è PORTV VERITATIS *aberrat, donec in ſaxa mari latentia irruens ſe ipſum in voluptates impactum perdiderit.* Hactenus Clemens: quot ſyrtibus, ac ſcopulis mens ebrij illiditur, & rationis nauis quatitur & eliditur!

200. *Ratio, in ebrietatis fluctibus mergitur.* S.Chryſ.

Rationé in ebrietatis fluctibus mergi aſſerit etiam ſanctus Chryſoſtomus, nauis ſimilitudine iure vtens; ſic enim ille ſcribit, homil. 10. in Geneſim: *Sicut* NAVIS *quæ aquis ita impletur, vt exhauriri nequeat, ſtatim ſubmergitur: ita & homo quando crapulæ, & ebrietati ſe ipſum exponit in præceps vadit, & rationem ſuam ſubmergit. Iacet quaſi viuum cadauer, ad mala quidem operanda ſæpe potens ad bona autem omnia nihil ſe melius habens, quam mortui.*

In nimio vini vſu animus mergitur. S.Chryſ.

In nimio vini vſu animum mergi cenſuit etiam ille, qui cecinit:

> NAVFRAGOS *mergunt animos falerna*
> *Perque fæcundi calicis procellas*
> *Spumeo Cypris natat in Lyæo,*
> *Ignis in igne.*

201. *Ebrietas parua inſania.* Chryſippus.

Rationem ebrietatis fluctibus mergi docuit etiam ille apud Antonium in Meliſſa, ſerm. 40. qui ebrietatem ita definiuit: *Ebrietas eſt* RECTÆ RATIONIS *alienatio, & delirium, & ſecundum animam ſanitatis perditio*; vt proinde inſaniæ titulo non ſemel ſit inſignita: Chryſippus apud Stobæum, ſerm. 18. *Ebrietatem ferunt paruam* INSANIAM *eſſe*; parua eſt ſi tempus ſpectes, non ſi damna, quæ inuehit, imò magna eſt, quæ exiguo tempore tot mala parturit. Inſanus, inſcitus, inſanus eſt, ebrioſus ſponte hanc inſaniam incurrit, corripitur inſania, quia corripi vult, vnde & Seneca, epiſt. 83. *Nihil eſſe ebrietatem, quam voluntariam inſaniam* dixit; Redeo ad fluctus, tempeſtatem, & naufragium.

Seneca.

Sæuiente tempeſtate merces precioſiſſimæ in mare proiiciuntur, in Temulentiæ tempeſtate ſpiritualium mercium fit iactura. S.Chryſ.

Sæpe ſæuiente tempeſtate, qui naui vehuntur, merces pretioſiſſimas coguntur proiicere, vt onus alleuent, & mortem fugiant. Mirum! hoc periculum ſponte ſubit, qui vino ſubditur, virtutum merces in pelagus iactare homines ebrietas cogit, tanquam ſæuiens tempeſtas. Huc ſpectauit idem ſanctus Chryſoſtomus ſuperiùs aduocatus, dum ait: *Itidem in iſta temulentiæ* TEMPESTATE, *ſicut enim illic mercium fit iactura, & iſtic omnium ferè bonórum efficitur, ſiue modeſtiam inueniat, ſiue pudorem, ſiue prudentiam, ſiue manſuetudinem, aut humilitatem, in iniquitatis pelagus omnia proiicit ebrietas.* Pretioſas virtutum merces ex animi naui non cogit ſolum ſæuiens ebrietatis tempeſtas proiicere, ſed etiam proiicit;

In calicibus & mentis, & pecuniæ iactura, vt in naufragio timenda. Dionyſ. Athen.

Naufragij damna, & mentis, pecuniæque iacturam in ebrietate ille vidit, qui ad illud Dionyſij apud Athenæum, lib. 10.

> *Si qui* VINA *trahunt, in* REMIGIO *tibi, Bacche,*
> *Potandi nauta, remigium calicum.*

Addit: *Ingens poculum quaſi ſinus eſt, in hoc trahunt non remis, ſed lingua, neque raró faciunt* NAVFRAGIVM, *iactura tum pecuniæ, tum mentis.* Rariùs has iacturas ſubiret, ſubiret hæc naufragia, ſi à calicibus naufragia omnis pertimeſceret; non cauêt qui non timet.

* * *

EXCVRSVS XVI.

Ebrietatis, & vinolentiæ hydra vitanda; ebrietas inferni puteus, Dæmon quidam.

Secare hydram; *Prouerbium de caſſo labore.*
Bellum bellum *parit.*
Ebrietas Hydræ *ſimilis, multa habet vitiorum capita.*
Plura huius hydræ *capita recenſita.*
Lerneæ hydræ *capita ferro ſecta renaſcebantur, item & ebrietatis.*
Elephas *poculi genus.*
Magnum poculum *puteus argenteus dici ſolebat.*
Argenteo puteo *ad Infernum facilis tranſitus.*
Ebrietas Inferni puteus.
Ebrietas tanquam Inferni fouea *cauenda.*
Ebrietas Dæmon *blãdus, & venenum dulce.*
Manifeſtus Dæmon.
Ebrietas voluntarius Dæmon, *& grauius quàm Dæmon mentem obtenebrat.*
Ebrietatis amicus, amicus Dæmonis *eſt.*

202. *Hydram ſecare Prouerbium de caſſo labore.* Plat. Plut.

LErneæ hydræ monſtrum huiuſcemodi fuiſſe fabulantur, vt vno reciſo capite plura renaſcerentur, quæ res & in Prouerbium abiit. Plato lib. 4. de Rep. inquit: *Ignari ſe re vera tanquam hydram ſecare*; Vtitur & Plutarchus in commentario de fortuna Alexandri, dum ita ſcribit: *Hydram ſecans ſemper aliquibus bellis repullulante.* Loquitur de Alexandro, qui vno bello confecto ſubinde aliud inire debebat, vt bellum bellum pareret, & ſerere prælia videretur, dum ſanguinem in certaminibus effunderet. Non diſſimile monſtrum eſt ebrietas; hydrâ refertur, à quo tot capita oriuntur, quot vitia à fabuloſo illo monſtro pullulabãt capita dum ſecarentur; ab ebrietate iugiter vitia naſcuntur, multa habet capita.

Bellum bellũ parit.

Ebrietas Hydræ ſimilis multa habet vitiorum capita S.Chryſ.

Pulchre Beatus Chryſoſtomus, homil. 57. ad populum Antiochenum: *Sicut*, inquit, *in Scylla fabulis decantata, &* HYDRA, *itidem & in ebrietate multa poſſunt capita reperiri*: Quibus ſecandis, nec Herculis fortitudo par eſſe poteſt. Pergit ſanctus Pater aliqua huius hydræ capita referens: *Hinc fornicatio*, inquit, *illinc ira, aliunde mollities, aliunde amores nefarij naſcentes*; mala capita, vltimum exitium illatura, ni caueas, & hydram hanc ſobrietatis igne comburas, & tollas.

Plura huius hydræ capita recenſita. S.Baſil. S.Pet.Chryſ.

Alia item huius hydræ capita recenſet ſanctus Baſilius orat. de ebrietate, & ingluuie dum ait: *Confundit, ac perturbat riſu indecoro, voce horrenda, irâ præcipiti libidine effrenatâ, æſtro, & furore in omnem inhoneſtam voluptatem.* Audis quam multa, quámque timenda hydra hæc habeat capita. Audiamus & ſanctum Petrum Chryſologum, ſerm. 26. de fideli diſpenſatore. *Ebrietas*, inquit, *cædis mater, parens litium, furoris genitrix, petulantiæ deformiter eſt magiſtra, hanc qui habet ſe non habet, hanc qui habet homo non eſt.* Hæc ille. Hoc idem breuius, ſed non minus plenè ſignificauit Primaſius in epiſt. ad Epheſ. 5. dum ait: *Ebrietas*

Primaſ.

MATER *eſt vitiorum à qua velut ab hydra capita naſcuntur.* Huc vocandus eſt etiam B. Chryſoſtomus, qui homil. 10. in Geneſim ait: *Vini largior vſus infinitorum eſt cauſa malorum.*

203\. *Lernea hydra capita ferro ſecta renaſcebantur, item & ebrietatis.* S. Chryſ.

Et verò quam parum enſes, ac haſtæ capitibus his ſecandis idoneæ ſint explicat idem Chryſoſtomus, homil. 71. in Matthæum dum ait: *Nulli enſes, nulla haſta, nihil aliud eiuſmodi aduerſus ea capita temulentiæ poterit obſiſtere.* Non ſecus ac Herculi accidit, qui dum ferro capita Lerneæ hydræ ſecare conabatur, irritus eius labor fuit, ac virtus, ſecta enim repullulabant, admouit ignem, & victor euaſit, vt ſecus ebrietatis monſtrum conficias, & perimas, diuinæ iuſtitiæ ignis adhibendus eſt. Sed putei quoque ſimilitudinem verſemus.

Elephas poculi genus. Damaſ. Athen.

Vt varia fuêre calicum, ac poculorũ genera, ſic diuerſa fuêre eorum vocabula. Obſeruo fuiſſe poculi genus, quod *elephas* diceretur; ſic tradit Damaſcenus apud Athenæum, lib. 11. cuius hæc ſunt verba: *Elephantem poculi genus appellatum fuiſſe, Damaſcenus ait, in ſe ipſum lugente. Hoc ſi poculo contentus non es,* ELEPHANTVM *qui ferat adueniet puer.* Maioris magnitudinis fuiſſe indicatur, quàm communiter pocula eſſe ſolent.

Magnum poculum puteus argenteus dici ſolebat. Athen.

Ab argenteo puteo ad infernum facilis tranſitus. Ebrietas inferni puteus. S. Auguſt.

Magnum poculum dici ſolebat puteus argenteus, ſic docet Athenæus, lib. 10. *Rectè quidem eos dicere puto, qui magnum poculum* PVTEVM ARGENTEVM *nominant.* Puteus etiam ebrietas, ſed inferni, facilis ab argenteo puteo ad infernalem tranſitus, ac caſus. Eleganter, & grauiter ſanctus Auguſtinus, ſerm. 231. de tempore. *Ebrietas*, inquit, *quaſi inferni puteus, quoſcunque ſuſceperit, niſi digna ſubuenerit pœnitentia, & emendatio fuerit ſubſecuta, ita fortiter ſibi vendicat, vt eoſdem illos de* INFERNI TENEBROSO PVTEO *ad charitatis, vel ſobrietatis lucem redire, ſine pœnitentia non permittat.* Væ ſuper quem clauſerit puteus iſte os ſuum! Puteum argenteum fuge, aut vitreum, aut infernalem euadas nimio mero qui corpus mancipat, facitque vile Satanæ mancipium.

204\. Non abſimili mente ſanctus Gregorius Epiſcopus Vltraiectenſis, vt refert in eius vita Beatus Ludgero: *Omnes ſibi ſubiectos vehementer ſemper admonuit, vt nunquam ebrietatis malum incurrerent; ſed velut inferni foueam præcauerent, atque vitarent.*

Ebrietas tanquam inferni fouea expaueſcenda. S. Auguſt.

Nec illepidè dum varia ebrietatis incommoda recenſemus, eam tenebricoſæ, & infernali foueæ comparabimus, in quam ſi quis cadat, difficile ſe queat expedire. Præiuit Beatus Auguſtinus, ſerm. 231. de Tempore; qui ad hunc modum ſcribit: *Licet propitio Chriſto Chariſſimi, credam vos ebrietatis malum velut inferni foueam expaueſcere, & non ſolum ipſi non velitis amplius bibere, ſed nec alios adiurare, vel cogere plus quam oportet accipere*, per quæ verba commodè illuſtrari poteſt: Salomon.

Prou. 23. 29.

Prou. 23. verſ. 29. qui ait: *Cui, væ, cuius patri, væ cui rixæ, cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis.* A foueis, & ruinis non abſunt, qui ebrietatis vitio laborant, præcipites ad inferni foueam feruntur, qui vino obruuntur.

Ebrietas Dæmon blandus, & venenum dulce. S. Chryſ.

Non valdè abeſſe ebrietatem ab inferno, & grandiora pocula inferni puteum tectè dici probat & illud quod Patribus familiare eſt, vt ebrietas ipſa Dæmon dicatur. Sic ſancto Petro Chryſologo, blandus Dæmon dicta ſerm. 26. de fideli diſpenſatione: *Ebrietas*, inquit, DÆMON BLANDVS *venenum dulce, rabies voluntaria.*

Nec aliud voluit S. Auguſtinus, vel alius ſub eius nomine lib. de ſalutaribus documentis, cap. 37. dum ait: *Nec eſt aliud ebrietas, quàm* MANIFESTVS DÆMON. Huius verò noxij Dæmonis tyrannidem in eum quem poſſidet, grauiter notat Beatus Ioannes Chryſoſtomus, homil. 29. in Geneſim, ad illud de Noë poſt ebrietatem. *Sui compos factus*, ſic enim legit ſanctus Pater. *Quid eſt*, inquit, *ſui autem compos factus? id quod nos dicere ſolemus de mente captis, vel ſi quis ſibi reſtituatur, qui à Dæmone vexatus, & ab illius tyrannide liberatur; Verè enim* EBRIETAS VOLVNTARIVS EST DÆMON, *& grauiùs quàm Dæmon mentem obtenebrat, & eaſ tum omnium beneuolentiâ deſtituit; ſæpe enim cùm Dæmoniacum videmus, miſericordiâ mouemur.* Digna quæ memoria ij ſculpant, qui ſæuo ebrietatis Dæmone corripi non timent. 205.

Manifeſtus Dæmon. S. Auguſt.

Ebrietas voluntarius Dæmon, & grauius quàm Dæmon mentem obtenebrat. S. Chryſ.

Dæmon ebrius eſt, atque adeò dæmonis amicus, qui amicus ebrietatis: DIABOLO, verba ſunt eiuſdem ſancti Patris, homil. 58. in Matth. *nemo magis amicus, quam qui deliciis, & ebrietate maculatur:* tanquam Dæmon quidam Dæmoni fit amicus, qui ebrietatis mancipium fit.

Ebrietatis amicus, amicus Dæmonis eſt. Idem.

EXCVRSVS XVII.

Infelix ebrietatis mors.

Hominum caluariis *poculorum loco vti quorundam populorum mos.*
Mortis pocula *quæ?*
Mortem *poculo bibunt, qui nimio vino indulgent.*
Ebrius mortuus *animatus.*
Ebrietas vini hominis ſepultura.
Vile rationis ſepulchrum *ebrietas.*
Deliciis, & luxu nimio obruti mortui.
Ebrietas rationis pernicies, breuis temporis mors.
Ebrij Idolis Gentium *ſimiles, oculos habent, & non vident; aures, & non audiunt.*
Ebrij liuentibus oculis mortui *referunt imaginem.*
Ebrij milites ſcuto *domum deferri ſoliti.*
Contra ebrietatis tela *rationis ſcutum adhibendum.*
Vinum tanquam mortis ſocium, *& vitale venenum fugiendum.*
Homines infirmitatibus *minus obnoxij, cùm vini vſum neſcirent, aquam biberent.*

QVidam hominum caluariâ poculorũ loco vtebantur, & oſſibus humanorum capitum bibebant. Sic tradit Plinius: *Priores Anthropophagos quos ad ſeptentrionem eſſe diximus decem dierum itinere ſupra Boriſthenem amnem oſſibus humanorum capitum bibere, veſtibuſque cum capillo pro mantelibus ante pectora vti Iſigonus Nicænenſis prodidit. Plures non defunctorum oſſibus, atque caluariis bibunt, quæ ſunt mortis trophæa, ſed* MORTEM IPSAM BIBVNT, *moriuntur enim, & tanquam cadauera iacent vino ſepulta.* 206.

Hominum caluariis poculorum loco vti quorundam populorum mos. Plin.

Et verò mortis pocula vocauit, Beatus Ambroſius, quæ vino plena ebrioſi ſiccant, vt ſupra ex ipſo probauimus.

Mortis pocula quæ.

Hinc

Digitized by Google

Ebrius mortuus animatus. S. Chryſ.

Hunc ebrium mortuum animatum vocat Beatus Chryſoſtomus, homil. 1. ad populum Antiochenum, dum ait: *Quid ebrietate miſerabilius?* MORTVVS EST ANIMATVS, *ebrius*, & hom. 10. in Geneſim: *Ebrium viuum cadauer appellat.* Ab hac mente non abit ſanctus Auguſtinus, dum ait: *Ebrietas eſt viui hominis ſepultura: quam inhonoro ſepulchro nobilis hominis mens conditur, dum ebrietate obruitur, ſepelitur hic ratio, & tumulatur, non corpus dumtaxat;* Vnde & Gentilis Seneca. *Vile ſepulchrum rationis eſt ebrietas.*

Ebrietas viui hominis ſepultura. S. Auguſt.

Vile rationis ſepulchrum ebrietas. Seneca.

Quidam ebrietatis, ac luxus vilia mancipia, verba illa inſipienter effutire auſi ſunt apud Iſaiam, cap. 22. verſ. 13. *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Quid cras? tunc mortuos ſe eſſe oſtendebant, cùm hæc dicerent, non longè ab illis mors: quibus tam proxima ebrietas. Hos eleganter perſtringit ſanctus Chryſoſtomus, homil. 2. in cap. 1. epiſt. ad Coloſſ. dum hæc verba expendit, ſic enim ait: *Ebrietatis ſunt hæc verba deliciarum, libidinoſa intemperantia, comedamus, & bibamus, cras enim moriemur:* NON CRAS, SED QVANDO HÆC DICITIS IAM ESTIS MORTVI. Ebrietatis, & deliciarum morte affecti hæc ſunt verba.

Deliciis & luxu nimio obruti mortui Iſaiæ 22. 13. S. Chryſ.

207. Sanctus etiam Baſilius breuis temporis mortem vocat ebrietatem, homil. de ebrietate, & luxu. *Ebrietas*, inquit, *rationis pernicies, roboris corruptio, ſenectus immatura*, BREVIS TEMPORIS MORS. Deinde ebrios Idolis Gentium comparat, quæ oculos habent, & non vident, aures, & non audiunt. *Quid enim*, inquit, *aliud ſunt ebrioſi, quam* IDOLA GENTIVM? *oculos habent, & non vident: aures habent, & non audiunt, manus reſolutæ ſunt, pedes mortificati ſunt.* Hæc Beatus iſte.

Ebrietas rationis pernicies, breuis temporis mors. S. Baſil.

Ebrij Idolis Gentium ſimiles oculos habent, & nõ vident aures, & non audiunt. Idem.

Et verò mortui imaginem referunt: ebrium per lucentes oculos eleganter notauit Clemens Alexandrinus, lib. 1. Pædag. cap. 2. dum Salomonis verba premeret. 23. Prou. verſ. 29. *Cui ſuffuſio oculorum, nonne his qui commorantur in vino?* LXX. legunt, *Cuius liuidi oculi.* Quam lectionem ſic in rem noſtram illuſtrat Clemens: *Cuius ſunt liuidi oculi annon eorum, qui in vinis tempus conſumunt? annon eorum, qui inueſtigant, vbi fiant potationes? Hic quidem eum, qui potu nimio delectatur, vel iam rationi* MORTVVM ESSE OSTENDIT *per liuentes oculos, quod eſt ſignum mortui, qua eſt in Domino ei mortem annuntians, obliuio enim eorum, quæ ad veram vitam pertinent, vergit ad interitum* Sic ille.

Ebrij liuentibus oculis mortui referunt imaginem. Prou. 23. 29. LXX. Clem. Alex.

208. Hucuſque vini, & ebrietatis damna, ictus, teláque quibus temulentorum viſcera, mentémque noxiè arietat, indicauimus. Quodnam contra hos ictus ſcutum, quinam contra hæc tela clypeus? Rationis vſus, ſcutum hocce vini verbera, telaque ſi rectè vtaris eludet. Legimus olim milites ebrietate correptos domum in ſcutis relatos, ludibrióque omnibus extitiſſe; quod tetigit ſanctus Ambroſius, lib. de Elia, & ieiunio cap. 13. dum ait: *Alij referunt in* SCVTIS, *ſitque pompa ludibrij. Sed latius erit, & opportunius ne ebrietate vincamur rationis ſcutum adhibere, quam vino victi ſcuto domum deferri.* Audiamus quàm feſtiuè nobis ſuccinat Hebræorum diſertiſſimus Philo lib. 2. Allegoriarum, ita enim ſcribit: *In conuiuiis, atque parata rerum copia, quæ ad vſum ſimul, & luxum ſatis ſit*, RATIONEM ADHIBEAMVS, QVÆ NOS TANQVAM SCVTVM PROTEGAT, *vt neque vltra modum cibos lari more ingurgitemus, neque nimio mero expleti per ebrietatem in delirationem prolabamur.* Hæc ille. Expedit magis ne ebrietatis tela ſentiamus hoc rationis ſcutum opponere, quàm temolentia correpti ſcuto efferri tanquam cadauera. Ne luxus illecebræ, ac temulentia in te vires ſuas exerant, vt humi te affligant, apprehende & rationis ſcutum, & exurge in adiutorium tibi, ebrietatis tela non ſenties hoc ſcuto munitus, hoc clypeo probè tectus, à lethiferis vini telis tactus eris.

Ebrij milites ſcuto domum deferri ſoliti. S. Ambroſ.

Contra ebrietatis tela rationis ſcutũ. Philo.

Mortem ab ebrietate, à nimio vini vſu eſſe ſic explicabat Beatus Eugenius opuſc. 5. contra ebrietatem, dum canit:

Qui cupis eſſe bonus, & vis dignoſcere verum,
Vt mortis ſocium, ſic mordax effuge vinum.
Nulla febris hominum maior, quam viteus humor
Immodicè ſumptus: vincit LETHALE VENENVM,
Sontior eſt igni, viroſo ſontior angue.
Quantum vina nocent, non tantum vipera lædit.

Vinum tanquam mortis ſocium, & lethale venenum fugiendum. B. Eugen.

Ad mortem nimium vini vſum eſſe ex hoc quoque probatur, quod ante vini vſum hominum vita & productior eſſet, & ab infirmitatibus liberior; atque vt vſque ad ſæculum Noë nullus ægrotaſſe legatur, nullus bibiſſe legatur vinum, cùm vineam colere Noë ipſe cœperit. Pulchre illorum excuſationẽ reddit elumbem, & infirmam ſanctus Petrus Damianus, qui ſanitatis cauſa vini vſum commendabant, damnabant aquæ, Sic enim ille ſcribit epiſt. 3. *Satis macra hæc cernitur excuſatio, cùm ægrotos & aqua reficeat, & vinum frequenter occidat: nunquid enim præcurſor Domini aliquando ægrotus elanguit, qui vinum, & ſiceram non bibit? numquid Iacobus Alphæi medicos quæſiſſe legitur, qui iſtos liquores ex vtero matris ignoraſſe perhibetur? Iam vero vt à ſeculi origine repetamus, hic mundus vſque ad ſexcenteſimum tertium Noe annum prorſus ignoraſſe cognoſcitur, cùm per tot curricula temporum abiiſſe quidem*, SED NVLLVS HOMINVM ÆGROTASSE LEGITVR. Hæc de aquæ potu, vini abſtinentiâ peritus in Chriſti potius ſcholâ, quàm Hippocratis medicus; ſed de aquæ potu, aquarum vtilitate alibi alia afferemus; plura hîc de vini vſu, de ebrietatis damnis non affero, ſatis hæc quæ diximus docti Lecturis ſiti; nec plura, opinor, *bibendi* verbum, quod erat nobis excutiendum exigit. Ad nuptiales aquas iterum redeo, à quibus non ſine compendio deflexi.

Homines infirmitatibus minus obnoxij cùm vini vſum neſciẽnt, aquam biberent. S. Pet. Dam.

CAPVT XXV.

Ablutio in nuptiis.

Nuptura ad fluuiũ *accedebant apud Ilienſes.*
In fonte *quænam ſponſum repererit?*
In nuptiis lauabant *ſe Dardanes vt & in morte.*
Aqua, *&* ignis *in domus limine quam ſponſus, & ſponſa intratura erant.*
Aqua, *&* ignis *in fœderibus adhibita.*
Nuptiarum curæ, *& incommoda.*
Apud Hebræos ſponſa in pelui parua *lauabatur.*
Mulieris honeſtas in ablutione.
Peculiaria fœminarum balnea.
Etiam in flumine *puellæ ſe lauabant.*
Poſt nuptiale opus ſe abluere, *Hebræorum mos.*
Res mira de vxore in aquam *proiici iuſſa.*

Non

209. NON abs re nuptiarum vſus aquarum metaphora, vt fusè docuimus, honeſte ſignificatur, cùm & aquæ nuptiarum comites eſſe ſolerent apud pleraſque gentes, vt ex his quæ hic dabimus apparebit.

Nuptæ ad fluuium accedebãt apud Ilienſes. Pet. Ærod. Chiun.

Et quidem apud Ilienſes nupturæ virgines ad Scamandrum fluuium accedebant, ibique abluebant ſe, & hæc verba veluti ſacra, ac ſolemnia pronunciabant: *Cape ô Scamãdre meam tu* VIRGINITATEM. Meminit huius moris Petrus Ærodius. Idem habet Chiun epiſt. ſenatui: *Sed moris eſt*, inquit, *in Troade regione vt virgines quæ nubunt ad Scamandrum accedentes abluant ſe, & hoc quaſi ſacrum quoddam carmen accinant; λάβε μου σκάμανδρε τὴν παρθενίαν* ACCIPE A ME SCAMANDRE VIRGINITATEM. Sic ille.

In fonte quãnam ſponſum repererit. Dubr.

A fonte in quo lintea abluebat ad nuptias feliciter iuit Beatrix Bozena, quæ Principi nupſit, & ſine vlla religione in fonte ſponſum reperit, qui eius puritati adeò fauit, vt non pro concubina, quod ſui potitus voluiſſet, ſed pro vxore eam habere voluerit, Rem his fere verbis narrat Dubrauius lib. *Vdalricus Boemiæ Princeps à venatu reuertens incidit in puellam ruſtici cuiuſdam hominis filiam, Beatricem Bozenam, linteolorum ſordes in fonte eluentem. Eius amore correptus fruſtra diſſuadentibus omnibus non pro concubina habere, ſed vxorem eſſe voluit: ſe vna nocte effecturum dicens, vt quæ pridie virgo ruſtica fuiſſet, perendie princeps mulier eſſet. Sed breui à nuptiis tempore, Beatrix tale generoſæ indolis ſpecimen tum morum elegantiâ, & modeſtiâ tum verborum comitate, & ciuilitate, tum vitâ denique caſtâ, & pudicâ oſtendit, vt non in minorem ſui admirationem, quàm prius inuidiam matronas etiam nobiliſſimas traxerit.*

210. *In nuptiis lauabant ſe Dardanes vt & in morte.* Ælian.

Apud Dardanes, qui ſunt in Illyrico hæc conſuetudo vigebat, vt cùm nuptias inirent abluerentur: idem præſtabant poſt partum, & poſt mortem, alias a lotione tota abſtinebant vitâ. Teſtis huius moris Ælianus eſt qui lib. 4. variæ Hiſtoriæ, cap. 1. ita ſcribit: *Dardanenſes Illyricos ter tantùm lauari audio per vniuerſam vitam, & poſt partum, & cùm nuptias inirent, & poſt mortem*. Ita Ælianus.

Ab Dardanum more prouerbium illud fluxit, quo *ter lotus in vita ad inſtar Dardanum*, dicebatur qui parcus, ſordiduſque erat: huius meminit Apoſtolius centur. 19. Prou. 6. *Ter* LOTVS *eſt in vita ad inſtar Dardanum De parcis, Dardanes enim Illyrica natio ter duntaxat in vita lauabantur, quando naſcerentur, in* NVPTIIS, *& in morte.*

Apoſtol.

Aqua, & ignis in domus limine, quam ſpõſus, & ſponſa intraturi erãt. Plut. Pier.

Olim non quidem ad ablutionem, ſed ad nuptiarum puritatem ſignificandam, aqua & ignis in domus limine apponebatur, quam ſponſus, & ſponſa intraturi erant, hæcque elementa contingere iubebantur, vt ex Plutarcho quæſt. cent. Romanæ patet, cuius verba alibi produximus. Et quidem in hoc ritu ad puritatem ſpectaſſe antiquos cenſet Pierius lib. 46. in hæc verba: *Quod verò de purificatione nuper dicebamus, nonnulli aiunt inde ſacris nuptialibus* IGNEM, *&* AQVAM *præferri ſolitam, nam & huiuſmodi domania nouæ nuptæ apponebantur, quæ ſcilicet vxorem puram, & caſtam permanere & apparere docerent. Qui verò inſtructi huiuſmodi rationem altius rimantur, naturæ vicem hinc intelligi interpretantur. Ignem ſiquidem aiunt actionis vim obtinere, & agendi elementum eſſe: aquam verò patiendi: Hinc Philoſophi non defuere, qui rerum formas ex aqua per admixtionem ignis produci exiſtimarint, atque ita auſpicatiſſime ignis, & aquæ ſacramento nuptiarum fœdera ſanciri, apponebantur vero hæc in limine domus, quam ſponſus, & ſponſa intraturi eſſent, vt ea oblata ſpecies memores eos redderet quonam eſſent huiuſmodi ſacris initiati.*

211. *Aqua, & ignis in fœderibus adhibita.* Seru.

Addiderim id etiam factum ad mutuam coniugum pacem, perpetuumque fœdus innuendum, nam ignis, & aqua in fœderibus adhiberi conſueuerant, ac proinde quos arcere a conſortio volebant, quorumque familiaritatem abhorrebant, iis igni, & aqua interdicebant, quod Seruius habet his verbis: *Sane ad faciendа fœdera ſemper* AQVA, *&* IGNIS *adhibentur. Inde & quos arcere volumus a noſtro conſortio, eis aqua, & igne interdicimus, id eſt rebus quibus conſortia copulantur.* Cùm igitur aqua, & ignis in domus limine apponerentur, quem ſponſi ingredientes contingerent, tacitè ſignificabatur fœdus inter eos ſtabiliri, quod nulla res diſſolueret, pacemque inter ſe inire, quæ firma, & diuturna.

Nuptiarum curæ & incommoda.

Niſi quis ad tribulationes, quibus ferè nubentes obnoxij ſunt hunc ritum referre velit, nam per ignem, & aquam tranſire, tribulationis, & periculi periphraſis eſt. Pſal. 65. *Tranſiuimus per ignem, & aquam*, tranſire domum ingredientes iuſſi ſponſi fuerint. Sed ad rem, a qua diſceſſimus redeamus.

Apud Hebræos ſponſa in pelui parua lauabatur.

Apud Hebræos ſponſa in pelui quadam lauabatur, cùm vt in aqua promiſcue omnes ſe lauarent, magna eſſet; illa משבלא *maſchelah* dicebatur, hæc verò משיבלא *maſichalah*. In Arue vt habet Dictio *ſponſa tantum.* Et ex Vaic. Rab. cap. 23. מטפלא eſt peluis magna, in qua ſe lauant omnes.

Mulieris honeſtas in ablutione. Clem Alex.

De honeſta abluendi ratione dignum recenſitu eſt, quod de quadam muliere ex Dione narrat Clemens Alexandrinus 4. ſtromatum in hæc verba: *Dion certe Philoſophus refert, quandam mulierem Lyſidiſam propter inſignem pudorem ſe lauaſſe cum ipſa tunica.* Pergit de alia: *Philoteram autem cùm eſſet ingreſſura ſolium paulatim contraxiſſe tunicam quantũ quæ nuda erant tegebantur ab* AQVA, *deinde rurſus paulatim aſcendentem induiſſe.* Hæc ille.

212. *Peculiaria fœminarum balnea.* Clem. Alex.

Clemens Romanus monet fœminas, vt & diuerſis a viris vtantur balneis, & diuerſa ab illis hora in ea intrent, nempe ſummo mane, ne facile conſpici poſſent. Vnde iure ſanctus Cyprianus in eas inuehitur, quæ promiſcuas balneas adibant, hæc eius verba de diſciplina, & habitu virg. *Quid vero quæ promiſcuas* BALNEAS *adeunt, quæ oculis ad libidinem curioſis, pudori, ac pudicitiæ corpora dicata proſtituunt, quæ cum viros vident atque a viris nudæ turpiter videntur, nonne ipſæ illecebram vitiis præſtant? Præſtant & in aquis concupiſcentiæ accendunt flammas.* Addit: *Sordidat* LAVATIO *iſta non abluit, nec emundat membra, ſed maculat.*

Etiam in flumine puellæ ſe lauabant. Herm.

Ad flumina aliquando puellæ ibant, vt ſe abluerent; Hermes viſione 1. *Lauari eam* (puellam) *in flumine Tyberi vidi*; Et vt in nuptiis deſiniam, quia huc nos aquæ nuptiales duxére, noto Hebræis in vſu vt poſt vxoris cognitionem ſe frigida abluant; Hoc videtur ſignificare Ioſephus, lib. 3. Antiq cap. 10. dum ait: *Qui per ſomnum geniturам emiſit, ſi ſe* MERGAT IN AQVAM FRIGIDAM, VT SOLET FIERI POST LEGITIMÆ VXORIS CONGRESSVM, *pro puro habetur.* Abluat ſe quantùm velit Iudæus ſemper impurus eſt ſi Iudæus, & tanquam aqua abluens ſordidior fit dum abluitur.

Poſt nuptiale opus ſe abluere Hebræorũ mos. Ioſeph.

Ad nuptiales aquas illud adducho, quod à

Digitized by Google

Res mira de vxore in aquas proiici iuſſa.
S. Greg. Tur.

Beato Gregorio Turonenſi narratur, vxorem à viro criminis accuſatam, ac à iudice in aquis proiici iuſſam, diuinitus ſuper aquas ferri viſam; hæc huius auctoris verba ſunt, lib. 1. miraculorum, cap. 69. *Ferunt etiam in hac vrbe fuiſſe mulierem, cui viro crimen impactum, nec omnino probatum, à iudice vt* AQVIS IMMERGERETVR, *diiudicata eſt. Cui cùm ad collum lapis immenſus funibus colligatus fuiſſet, in Rhodanum de naui præcipitata eſt. Illa verò beati Martyris auxilium precabatur, & nomen eius inuocans aiebat; Sancte Geneſi glorioſe Martyr, qui has aquas natandi pulſu ſanctificaſti, erue me iuxta innocentiam meam: & ſtatim ſuper aquas ferri cœpit. Quod videntes populi, ſuſceperunt eam in naui, & ad baſilicam ſancti deduxerunt incolumem, nec vlterius à viro vel à iudice eſt quæſita;* quæ puras coniugij aquas, & ab omni cœno immunes ſeruauerat, elementares aquas perambulat, vt aquis non læderetur, quæ matrimonij aquas non læſerat.

CAPVT XXVI.

Nubentium pedes abluti; alia de pedum ablutione in aliis.

Nubentibus pedes *abluti.*
In pedum *ablutione nuptiæ repudiatæ.*
Cubitum ituros pedes *lauare Iudæos aliqui cenſent.*
Sponſæ ſpiritualis puritas.
Eorum filiis qui aqua *intercute perierant, pedes rigabantur.*
Pedes *abluti ante menſam.*
Super æthera quodammodo incedat, *qui Eucharistiæ menſæ particeps eſt factus.*
Pedes vino *aliquando abluebant ante conuiuium.*
Nobiles qui peregrinorum pedes abluere *dedignabantur perſtricti.*
Aquâ frigidâ, *an tepidâ vſus fuerit Abraham pedes hoſpitum dum ablueret?*
Effertur Abraham *hoſpitum pedes abluens.*
Regis exemplum *ſingulare Eccleſiaſticorum pedes abluentis, & eos tergentis capillis ſuis.*

213. ABLVTOS vniuersè aut nuptutas, aut ſponſos, aut vtroſque ſuperius dedimus, addo hic pedes ablui nubentibus apud pleroſque ſolitos, aut etiam pedum ablutione nuptias repudiatas: quod vbi probauero, alia de pedum ablutione etiam in illis, qui a nuptiarum vinculo ſoluti erant adiiciam, quæ non ingrata lectori ſint, & variæ eruditionis aruis irrigandis opportuna.

Nubentibus pedes abluti.
Seru.

Aquâ ex fonte petitâ lauare nubentibus pedes ſolebant; Seruius in 4. Æneidum: *Varro dicit: aquâ, & igni mariti vxores ducebant. Vnde hodiéque & faces prælucent, &* AQVA *petita per feliciſſimum puerum aliquem, aut puellam de puro fonte, intereſt nuptiis, de qua nubentibus ſolebant pedes lauari.*

In pedum ablutione nuptiæ repudiatæ.

In pedum ablutione nuptias repudiatas, repudiatum nuptiale opus aliqui in illis verbis notauère, quibus ſponſa virginitatis amore tacta dixit in amoris Cantico: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* cap. 5. Hailgrinus hæc Virgini Dei matri aptans ſic eam loquentem facit ad hunc locum: *Omnino me expoliaui omni ſollicitudine ſæculari, quomodo iterum iis me implicabo, & nupta cogitabo quæ ſunt mundi, & quo pacto placeam viro? maximè quia prorſus* ABLVI PEDES MEOS *votiuâ virginitate ab omni carnis affectu, & concupiſcentiæ ſorde, an viri copulâ iterum eos inquinabo?*

Cantic. 5.
Hailgr.

Cubitum ituros pedes lauare Iudæos aliqui cenſent.
Hann.

Plerique putant Hebræorum morem fuiſſe, vt pedes lauarent, cùm irent cubitum, & huc reſpicere illa ſponſæ verba in amoris Cantico, cap. 5. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Sic enim Hannius inter alios habet in ſchol. Videtur autem in more Iudæorum fuiſſe, vt pedes lauarent, antequam irent cubitum, vt ita diurnas inquinationes purgarent. Ethnici contrà manè nocturnas pollutiones abluere ſolent. Vnde illud Virgilij: *Et noctem flumine purgo.* Hæc ille.

214. *Sponſæ ſpiritualis puritas*
S. Ambroſ.

Certius illud, èx his ſponſæ verbis ſponſæ puritatem colligit ſanctus Ambroſius, obſeruabat non dixiſſe ſponſam; *quomodo lauabo illos*, ſed *quomodo inquinabo illos*: quaſi oblita eſſet maculæ veteris, nec ablutionem defugeret, ſi eâ opus haberet, ſed inquinationem caueret, ne haberet, non vitabat ablutionis laborem, ſed timebat ſordes, quæ ablutionem exigerent; Sancti huius Doctoris hæc ſunt verba, lib. 3. de Virginibus: *Qui* LAVIT PEDES *non neceſſe eſt iterum lauare: & ideo caueat ne inquinet eos. Et bene ſancta Eccleſia dicit: Laui pedes meos: Non dicit quomodo iterum lauabo eos? ſed quomodo iterum inquinabo eos? quaſi oblita maculæ veteris, oblita contagij.*

Eorum filiis, qui aqua intercute perierant, pedes rigabantur.
Plut.

Eorum filiis, qui aquâ intercute perierant, pedes rigabantur aqua, dum mortuus crematetur, Tangit hunc morem Plutarchus, lib. de tarda Dei vindicta in hæc verba: *Ecce quid eorum, qui tabe vel aquâ intercute ſunt abſumpti, filios ſedentes in* AQVA *pedes iubeamus, dum crematus ſit mortuus, rigare.*

Pedes abluti ante menſam.

Pedes olim ante menſam ablui ſolitos obſeruatum eſt, meminit huius moris Plautus in Perſa, Act. 1. ſec. 3. & 5. & alij; huc reſpexiſſe Chriſtum cum dixit ſibi a Phariſæo à quo ad conuiuium fuerat inuitatus, lotos non fuiſſe pedes, alij notauere, vt redundantiæ ſit operæ idem lectori obtrudere; Diſcipulorum ſuorum pedes lauit Chriſtus antequam Euchariſticam menſam inſtitueret, *vt venena ſerpentis* LAVARET, ait ſanctus Ambroſius in Pſal. 48. Hìc optime illud Philonis, lib. de victimis: PEDVM LOTIO *ſignificat non humi poſthac incedendum, ſed per æthera*; vt nihil terrenum ſapiant, qui Euchariſtiæ menſæ epulis fruuntur; hominis ſuperbiam hoc Chriſti exemplo, qui & Iudæ pedes lauit perſtringens ſanctus Chryſoſtomus, homil. 70. in Ioannem, aiebat: *Qui ſedet ſuper Cherubim, proditoris* PEDES *lauit: tu homo terra, & puluis efferris, & intumeſcis?*

Super æthera quodammodo incedat, qui Euchariſtiæ menſæ particeps eſt factus.
S. Ambroſ.
S. Chryſ.

Pedes vino aliquando abluebant ante conuiuium.
Plut.

Pedes abluebant ante conuiuium adhibito aliquando vino, quem nimium luxum damnaſſe Phocionem legimus; ſic enim monumentis prodidit. Plutarchus in Phocione: *Vt venit ad conuiuium, & cum alium aduertit faſtuoſum paratum, cum pedum lauacra ex* VINO *cum aromatibus conuiuis oblata, appellato filio non compeſces, inquit, animum noſtrum Phoce quo minus victoriam deformet tuam?*

215. *Nobiles qui peregrinorum*

Nobiles qui peregrinorum pedes abluere dedignabantur ita perſtringit ſanctus Auguſtinus, ſerm. 127. de tempore: *Erubeſcunt forſitan nobiles delicatis*

Digitized by Google

delicatis manibus viri, vel mulieris Chriſtianæ in hoc mundo ſanctiorum contrectare VESTIGIA, *qui hoc natalium prærogatiua non patitur. Mala nobilitas, quæ ſemper ſuperbiam apud Deum reddit ignobilem. Erubeſcunt ergo nobiles, & potentes ſanctis, & peregrinis* ABLVERE *pedes in hoc ſeculo.*

Aquâ frigidâ an tepidâ vſus Abrahã pedes hoſpitũ dũ abluerct. S.Chryſ.

Quânam aqua vſus fuerit Abraham pedes hoſpitum lauans, aliqui quærunt, frigidâne, an tepidâ; cùm ſubitò, ac ſtatim, ac venerunt loti ſint pedes eorum; Abrahæ hoſpitalitas tepidam fuiſſe facilè perſuadeat quæ ſcilicet ſeruari ſolita erat ob hoſpites aduenientes: ſubſignat ſanctus Gregorius, homil. 41. in Geneſim: *Aquam tepidam, inquit* Abraham, *habeo ad* LAVANDOS PEDES.

Effertur Abraham hoſpitum pedes abluens. S.Paul.

Abrahamo, qui peregrinorum pedes lauit ſic Phariſæum opponebat, qui hoc obſequio Chriſtum non excepit, ſanctus Paulinus, epiſt. 4. ad Seuerum: *Ab Abraham te degenerem etiam iſta inhumanitas arguit, quâ dedignatus es* LAVARE PEDES *Domini, cùm & Abraham Angelorum, & ipſe Dominus lauit ſeruulorum. Quanquam tunc quoque fidei pater etiam Chriſti pedes lauerit quem vnum de tribus Propheticis videns oculis adorauit.*

Regis exemplum ſingulare Eccleſiaſticorum pedes abluentis & eos tergentis capillis ſuis. Act.

Robertus Rex, Eccleſiaſticorum pedes abluens, & præſertim eorum, qui animarum curam ſuſcipiebant eos ſui capitis capillis tergebat indutus ipſe cilicio; Heldegaldus in eius vita ita ſcribit: *Poſt menſam vero præparans ſe ad Dei ſeruitutem Rex humilis ponebat veſtimenta ſua indutus ad carnem cilicio, adiunctóque clericorum collegio centum ſexaginta & eo amplius numero ad exemplum Domini eorum* PEDES LAVANS CAPILLIS CAPITIS SVI TERGEBAT, *& ad mandatum Domini ſingulos eorum duobus ſolidis remunerans clero præſente, & Diacono aſtante, qui lectionem legeret ſecundum Ioannem in cœna Domini, dictam, & factam.* Verum hoc veri Regis inſigne; meliores nos Reges haberemus, feliciora imperia eſſent, ſi plures huius notæ, huius mentis, huius humilitatis Reges noſtrum æuum poſſet numerare, poſſet ſaltem aliquos; ſed ad nuptiales aquas, quæ huc nos demiſerunt, redeamus.

EXCVRSVS XVIII.

Nuptiarum portus ei quærendus, qui caſtitatis naufragium timet.

Huius vitæ mare *qui nauigat naufragium timeat.*

Bonus portus *Chriſtus.*

Templum portus *opportunus in rerum mundanarum fluctibus.*

Magnis tentationum fluctibus *obnoxia pudicitia.*

Pudicitiæ naufragium.

Cauendus pudicitiæ pirata.

In naui fragili nauigans *facilè in luxuriæ mari naufragatur.*

Carnis nauicula *facilè in ſcopulos, in ſyrtes impellitur.*

Coniugij vſus coniugum portus *ne ſubeant naufragium.*

Infamiæ fluctus *timeat qui alienum thorum inuadit.*

Caſtitatis ſeruandæ *causâ inſtitutum matrimonium.*

In coniugij portu *naufragium aliqui patiuntur.*

Hebræi in mare *pedibus ambularunt, in terra naufragium paſſi.*

Ad caſtitatis portum *mentis, & corporis nauis appellenda.*

Caſtitatis encomia.

NAufragium nobis timendum, dum in hoc corpore ſumus; monebat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 27. quæ eſt de pauperum amore: *Quiſquis,* inquit, *nauigat,* NAVFRAGIO *propinquus eſt, eóque magis, quo audaciùs nauigat, eodem modo quiſque corpore conueſtitus eſt, corporis malis propinquus eſt, eóque magis, quo rectior incedit, nec eos qui antè iacent intuetur.* Verum illud in ſententiis Ethico-politicis. 216.

Huius vitæ mare qui nauigat naufragium timeat. S.Greg.Naz.

Calculum ſi rectè ponas homini vbique NAVFRAGIVM *eſt.*

Bonus portus Chriſtus. S.Iſid. Peluſ.

Quærendus nobis portus, nullus id muneris opportuniùs exercet, quàm Chriſtus. Benè ſanctus Iſidorus Peluſiota, lib 1. epiſt. 3. *Nullum tempeſtatis periculum facies, ſi* PORTVS *loco Chriſtum tenueris:* ad Chriſtum ieris, in Chriſtum ſpei anchoram ieceris.

Templũ portus opportunus in rerum mundanarũ fluctibus. S.Chryſ.

In mundanorum negotiorum fluctibus quærendus nobis portus, nimirum Dei templum, in quo ei tranquillitate fruatur, quæ extra inueniri ægrè poteſt: Audiendus hîc ſanctus Chryſoſtomus qui homil. de baptiſmo Chriſti, tom. 6. ita loquitur: NAVTÆ *quidem ac gubernatores omnia efficiunt, vt pelagus emenſi, tandem ad portum perueniant: nos contra in alto mari fluctuare contendimus, dum ſæcularium negotiorum procellis ſemper obruimur, atque in foris, & tribunalibus iudicum iactamur, hîc autem ſemel aut iterum, vix toto anno comparemus. An vero ignoratis, vt in mari portus, ſic Eccleſias Deum in vrbibus erexiſſe: vt à tumultuum ſæcularium turbine huc confugientes ſummâ tranquillitate potiamur?* Sed propiùs ad nuptialem portum, ad pudicitiæ fluctus accedamus.

Magnis tentationum fluctibus obnoxia pudicitia. S.Chryſ.

Magnis tentationum fluctibus obnoxia pudicitia eſt, & valdè timendo proxima naufragio eſt: ſolo pulchræ faciei aſpectu plerunque incauta naufragatur: Huc voco illud ſancti Chryſoſtomi, tom. 6. hom. in Suſannam, qui fluctuum & naufragij metaphoræ inſiſtens ita loquebatur: *Sin autem contigerit aſpectum abſque regimine derelictum ad iuuenilem formam ſpectandam vagari, ac vehementes* LIBIDINIS FLVCTVS *per oculos in intimis partibus cordis exceperit, confeſtim turbine voluptatum raptata, in peccatorum vortices delata ſubmergitur, & pudicitia facto naufragio patitur id, quod & David paſſus dicebat: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* 217.

Pudicitiæ naufragium. S.Pet.Dam.

Naufragium in pudicitia vidit etiam ſanctus Petrus Damianus opuſc. 12. cap. 20. dum ait: *In carne periclitantis* PVDICITIÆ NAVFRAGIVM *pertulit.* pertulêre illi omnes, qui ſe luxuriæ vndis ineautè commiſerunt.

Cauendus pudicitiæ pirata. S.Hier.

Pudicitiæ piratam cauendum docet ſanctus Hieronymus, epiſt. 4. *In quo littore pudicitia* PIRATA *ſit noueris:* vniuersè pudicitiæ pirata eſt, qui in nuptiali mari, aut etiam virgineo alienæ pudicitiæ inſidiatur.

Ad caſtitatis naufragium facit quod habet ſanctus Cyprianus de ſingul. Cleric. vbi ait: 218.

Tempus

In naui fragili nauigâs facilè in luxuria mari naufragatur. S.Cypr.

Tempus luctaminis adhuc geritur, & mors per feminam adhuc vſque graſſatur; mentior ſi non videmus exinde interitus plurimorum: quanti, & quales clerici, & laici poſt confeſſionum, victoriarúmque calcata certaminà, poſt magnalia, & ſigna mirabilia vſquequaque monſtrata cum his omnibus NAVFRAGASSE, *cùm volunt in naui fragili nauigare?*

Carnis nauicula facilè in ſcopulos, in ſyrtes impellitur. Anon.

Scitè & alius ad hanc mentem, ad huius metaphoræ explicatum: *In ſalo dum viuimus iactamur vndis, & ventis quatimur, nauicula eſt carioſa, & mirum in modum fragilis & leuis, noſtra ſcilicet caro, vnde paſſionum internarum efferueſcunt, atque in nauim deſæuiunt, venti externarum occaſionum, atque illecebrarum irrugiunt, & hinc inde cymbulam collidunt, denique tam vnda, quàm venti, quàm ipſa quoque carnis infirmitas in ſcopulos, in vada, in ſyrtes, in charybdes, hoc eſt in fœminarum concupiſcentiam impellunt: quid igitur tam certum, tam obuium, tam frequens, quàm pudicitiæ, quam corporis,* ANIMAQVE NAVFRAGIVM *in hoc mūdi pelago, vitaque decurſu videatur?* Poterat opportuniùs hæc ſimilitudo quam verſamus, cohærentiuſque verſari?

Cōiugij vſus coniugum portus, ne ſubeant naufragium. S.Chryſ.

Coniugibus in nuptiali mari coniugij vſus eſt quidam portus, in quem ſe recipere poſſunt, earnis fluctibus dum agitantur, quod permiſit illis etiā Apoſtolus: feſtiuè rem habet ſanctus Chryſoſtomus de Virginitate, tom. 6. qui portus metaphoram in hac re adhibens, ait: *Nam ſi in matrimonio degentes diutius abiungere veretur, ne quem diabolus aditum inueniat, quibus coronis digna ſint, quæ neque ab initio eo adminiculo opus habuerunt, & ad extremum inuictæ permanſerunt: Vt nihil dicam, nec diaboli machinas vtriſque ex æquo admoneri. Nam illis opinor, nec moleſtus eſt, qui quidem ſciat perfugiū iis proximum eſſe, ſtatímque ſi quem vehementiorem impetū ſentiant, in portū ſe recipere licere, neque enim iis permittis beatus Paulus longiùs* NAVIGARE, *ſed defeſſos redire iubet, ſciens eoſdem rurſus conuenire.*

219. *Infamiæ fluctus timeat qui alienum thorum inuadit. Val Max.*

Infamiæ fluctus ille timeat, qui alienum thorum nuptiarū vinculis alligatus cogitat: Valerij Maximi verba huc vocāda, qui lib. 8. cap. 1. ita de quodam qui naufragiū ſubierat in vxoris fluentis loquitur: *Callidius Bononienſis in cubiculo mariti nocte deprehenſus, cùm ob id cauſam adulterij diceret, inter maximos, & grauiſſimos* INFAMIÆ FLVCTVS, *emerſit tanquam fragmētum* NAVFRAGII, *leue admodum genus defenſionis amplexus*

Caſtitatis ſeruandæ causâ inſtitutum matrimonium S.Chryſ.

Non augendarum diuitiarum causâ, non vitādæ paupertatis inſtitutum matrimonium eſt, ſed vt ab illo ſe quis naufragio eximat, quod caſtitati imminet, & pudicitiæ: præclarè ſanctus Chryſoſtomus, hom. *quales ducendæ ſint vxores*, tom. 6. ait enim: *Quæ igitur fuit cauſa coniugij, & cur illud datum eſt diuinitus? Audi Paulum dicentem, Ad vitandas autem ſcortationes quiſque ſuam vxorem habeat. Non dixit, vt enit. sur paupertas, & parentur diuitiæ, ſed quid? vt* SCORTATIONEM EVITEMVS, *vt moderemur concupiſcentiam, vt viuamus ſobriè, vt Deo placeamus.*

In nauigij portu naufragium aliqui patiuntur Idem.

Portus coniugium eſt, ſed ſæpè naufragiū parit, nō ſui naturâ, ſed abutentium defectu: iſtēda hic ſunt verba ſācti Chryſoſtomi, ſerm. de libello repudij in Epiſt. ad Corinth. 1. 7. quæ ſunt huiuſmodi: *Sicut mulier adiutrix eſt, ita ſæpè & inſidiatrix fit* ET SICVT PORTVS EST CONIVGIVM, *ita & ſæpè naufragium parit, non iuxta ſuam naturam, ſed iuxta ſententiam eorum, qui illo malè vtuntur.*

220. *Hebræi in mari pedibus ambulârunt, in terra naufragium paſſi S Zeno.*

Cauendum, ne qui in fluctibus caſtitatis naufragium nō eſt paſſus, patiatur dum eſt in portu: Eſſet is ſimilis miſeris Hebræis de quibus ita ſcribit ſanctus Zeno Veronenſis, ſerm. 2. in Exod. *Per mare pedibus ambularunt vt paterentur in terra* NAVFRAGIVM.

Ad caſtitatis portum mentis, & corporis nauis appellenda. S. Ephræm.

Præterea bonus portus eſt caſtitas, ad quem qui mentis, corporiſque ſui nauem appellit ſummâ tranquillitate fruitur; Bellè ſanctus Ephræmus Syrus, tom. 1. in Encomio caſtitatis, vbi ita inclamat: *O caſtitas portus tranquillus in ſumma pace, ac ſeueritate conſtitutus!* Addit in caſtitatis commendationem: *O caſtitas oculorum* FRÆNVM, *quæ è tenebris ad lucem totum corpus transfers! ô caſtitas currus ſpiritualis poſſeſſorem ſuum in ſublime euehēs:* felicius quam Eliam igneus currus.

Caſtitatis encomia.

EXCVRSVS XIX.

Felix in nuptiali mari nauigatio, ſi comes concordia ſit.

Felix nuptiarum nauigatio *ſi contrariis diſſidiorum ventis carina non impellatur.*
Mirum harmonia *in coniugibus.*
Fel *à nuptiarum ſacris aberat.*
Ira, *&* bilis *à coniugali iucunditate exulet.*
Mel *ſub ſponſæ lingua, non fel.*
Poſt hymenæum cornices *inuocati in* concordiæ *ſignum.*
Concordia *in nuptiis inuocata.*
Ex amaraci floribus corona ſtructa, etiam vt à nuptiis iræ virus *abeſſet.*
Dea Viriplaca *cur culta?*
Spiritus ſancti gratia *coniugum animos copulans.*
Sine Spiritus ſancti gratia *nuptiæ iræ flammis & diſſidiorum ardent.*
vu, quid?
Felices nuptiæ à quibus non Charites *non exulant, ſed* charitas,
Magnum eſt, inter ſe coniuges concordes *eſſe.*
Res mira, quæ in coniugum ſepultura dilectioni, *&* concordiæ *mutua probanda audit.*

221. *Felix nuptiarum nauigatio ſi co trariis diſſidiorū ventis carina non impellatur. S.Greg Naz.*

NAuis ſi concordes eam impellant venti felici curſu æquoris ſulcat campos, ſitque contrariis agitata periclitatur, ita concordibus fortunata ad portum vehitur: non aliter in nuptiarum accidit mari, ſi coniugum animi inter ſe non pugnant, tanquam duplici vento, felix nauigat coniugij cymba, ſyrtes, & breuia vitat, charybdes, ſcopulos: alioquin ſi contrariis animorū flatibus, ac ventis huc illuc impellatur, ſcopulis illiditur, ac immenſis voraginibus abſorbetur. Audiendus hîc ſanctus Gregorius Nazianzenus qui in orat. de laude virginitatis hanc rem ſub hac metaphorâ ita verſat:

Nam ſi CONCORDES ANIMIS, *iuſtique coirēt*
Iure Thori, lenius ſulcarent æquora vitæ.
Nimirum duplici vento impellente carinam.
At cùm diſcordes Tædarum fœdera iungant
Immanis labor eſt, dolor hic præcordia rodit,
Omnia diſſidiis flagrant, pax exulat omnis
Concutitúrque domus, res atque domeſtica nutat.

Nil verius: expertus facilè ſubſignabit, rem ita eſſe: inexpertus credat. Feliciter in nuptiarum æquis coniuges nauigant, ſi concordiæ, paciſque vento ferantur, alioquin ſi aduerſis animorum

flatibus agẽtur in immania diſcrimina cõiiciuntur, vltimumque naufragium timere debent.

Morum harmonia in coniugibus.

Hęc animorum concordia, quæ in coniugibus requiritur harmonię ſimilitudine explicari poteſt. Vt enim in concentu plures inter ſe voces ac inæquales ita inter ſe temperantur, vt ſuauem harmoniam efficiant, non aliter & coniuges ad inuicem moribus, ac religione, animorumque conſenſu debent conuenire, vt gratus quidam concentus exaudiatur.

2. Cor. 11.

Etiã Paulus huic metaphoræ inſiſtit. 2. Cor. 11. vbi ita loquitur: *Deſpõdi vos vni viro, virginẽ caſtã exhibere Chriſto:* Græcè eſt ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ *modulaui vos vni viro*; quod ad optimum cõcentũ, & morum harmoniam referendũ eſt; Igitur inter coniuges fidei primum concentus requiritur, & harmonia, deinde etiam morum: debent quippe coniuges ita religione conuenire, vt animis non diſcrepent, non diſcrepent moribus, alioquin lõgè abeũt ab harmonico concentu, quẽ requirũt, conuenire igitur inter ſe coniuges debent, & alter ad alterius vocẽ, ac mẽtẽ ita ſe tẽperare, vt dulcis ex ambobus concẽtus fiat, ſuauiſque harmonia; quod erit ſi pax inter coniuges vigeat, & concordia; lites, & diſſidia omnino exulent.

222. In nuptiis olim ſacra fieri cõſueuerãt, vt nẽpè eas Deus fortunaret. Hunc morẽ tangit Achilles Tatius lib. 8. de Clitoph. & Leucip. Amoribus, vt alibi dixi, aliique. Qui autẽ Iunoni nuptiarũ præſidi ſacra faciebãt, fel ab hoſtiis eximebant, vt tacitè innuerẽt bilem, omnẽmque felleam iram à coniugibus abeſſe, & à nuptiis exulare debere, diſcordiarũmque ac litigiorũ amaritiẽ Ritum, & ritus cauſam affert doctiſſimus Cœlius Rhodiginus, lib. 28. lect. antiq. cap. 11. in hæc verba: *Iunoni nuptiali, hoc eſt* τῇ γαμηλίᾳ ἥρᾳ *rem diuinam cùm facerent, è victima* FEL EXEMPTVM *poſt arã abiicere, moris fuit receptiſſimi, innuẽte (opinor) eius quiſquis fuit authore, bilem prorſus irãmve a coniugali ſequeſtrandã iucundit. atc. Vt enim viri ſic & matronæ auſteritas vtilitatis plurimùm, amarulenti nihil interfuſum habere congruẽter debet.* Hactenus Cœlius, quod ex Plutarcho exſcripſit, qui hanc eandem conſuetudinẽ ita verſat, lib. de Præceptis cõnubialibus: *Qui Præſidi,* inquit, *nuptiarũ ſacra faciunt Iunoni, nõ adolent cum reliqua hoſtia* FEL, *ſed eximunt, proiiciuntque apud altare: Qua re innuit Legiſlator, nunquam oportere bilem, vel iram matrimonio adeſſe.* Sic de Ethnicis Ethnicus auctor.

Fel à nuptiarum ſacris aberat.
Cœl. Rhod.

Ira, & bilis à coniugali iucunditate exulet.

Plut.

Hoc idem monitum ex hoc eodem more colligit ſcitus ille Poeta, qui cecinit:

Iunoni libant, cui vincla iugalia parent,
FEL REMOVET *quoties hoſtia cæſa cadit.*
Cur hoc? coniugio bilis pellatur, vt omni
Semper & a caſto ſit procul ira thoro.

Alius eàdem mente eòdem reſpiciens, ait:

— — Maior cana vetuſtas
Iunoni ſi quando Iugæ mactabat honores,
Emulſum pecudi FEL *proiiciebat ad auras,*
Sic bilis, ſic ira procul, ſic iurgia cedant,
Mutua legitimi faciunt vbi ſacra mariti.

Quid de Chriſtianorum matrimoniis dicendum eſſet, quæ eò magis decet eſſe ſine ira, felleiſque diſſidiis, quò ſanctiora ſunt, ab eòque Domino inſtituta, qui pacis ac charitatis amator eſt, imò qui pax ipſa, charitáſque eſt.

Mel ſub ſponſæ lingua non fel.
Cant. 4. 11.

Hinc ſub ſpõſæ lingua mel fuiſſe ſpõſus prodit, fellis nuſpiam meminit: *Fauus,* inquit, *diſtillãs labia tua ſponſa,* MEL, *& lac ſub lingua tua.* Cant. 4. 11. fel nunquam in ore ſponſæ repertum fuiſſe reperies; quippe cuius vox ſuauis eſſet, ac dulcis, nulla iræ amarities, nullus diſſidij felle infectus eius ſermo, ſed placidus, ac lenis, qui coniugij harmoniam conſeruaret non auferret.

223. Olim poſt hymenæum cornices antiqui inuocabãt, quod in concordiæ ſignũ, & omen præditum tradit Ælianus apud Gyraldum: *In nuptiis,* inquit, *olim veteres audio poſt Hymenæum* CORNICEM *inuocare ſolitos fuiſſe, hocque concordiæ ſignum dare iis, qui liberorum quærendorũ cauſa conueniſſẽt.* Quid? ſignatè Concordiam ipſam inuocabant. Claudianus de nuptiis Honorij, & Mariæ:

Poſt hymenæum cornices inuocati in concordiæ ſignũ.
Gyrald.

Tu feſtas Hymenæe faces, tu Gratia flores
Elige, tu geminas CONCORDIA *necte coronas.*

Concordia in nuptiis inuocata.
Claud.

Hymenæo nuptiarum Deo ex amaraci floribus coronam dabant. Ita canit Catullus:

Cinge tempora floribus
Suaue olentis AMARACI.

Ex amaraci floribus corona ſtruclant, iam vt à nuptiis ira viru abeſſet.
Catul.
Plin.

Quin amaraci flores hic adhibeantur, ſolet enim amaracum, vt tradit Plinius, lib. 21. cap. 22. ſcorpionibus aduerſari; vt ſtatim colligeremus omne iræ venenum abeſſe à nuptiis debere, ſcorpioniſque fraudem, qui capite blandiatur & caudam veneno inficiat.

Apud Romanos tanto ſtudio coniugũ iurgia arcebantur, vt hac de cauſa Deam viris & vxoribus placandis inſtituerint, quam ab hoc munere *Viriplacam* appellabant. De hac ira ferè ſcribit Valerius Maximus, lib. 2. cap. 1. *Quoties Romæ inter virum, & vxorem aliquid iurgij interceſſerat, in ſacellum* DEÆ VIRIPLACÆ, *quod eſt in Palatio, veniebant: & ibi inuicem locuti quæ voluerant, contentione animorum depoſitâ reuertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris aſſecuta fertur: veneranda quidem, & neſcio an præcipuis & exquiſitis ſacrificiis colenda: vtpote quotidianæ ac domeſticæ pacis cuſtos, in pari iugo caritatis, ipſa ſui appellatione virorum maieſtati debitum a fœminis reddens honorem.*

Dea Viriplaca cur culta.
Valer. Max.

224. Nos aliam Viriplacam non nouimus, niſi Dei gratiam, hæc ſi adſit, iurgia omnia facilè auferentur. Euangeliũ volue nunquã reperies aſperum quid Mariam in Ioſephum maritũ ſuũ protuliſſe, nec Ioſephum in Mariam, ſumma inter eos concordia fuit. Quidni? Amor nuptias haſce copulauit, Dei gratia, diuinúſque ſpiritus, & hoc obumbratio illa Virginis tacitè innuit. Vnde Rupertus ad illa verba: *Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi,* vmbram ad Ioſephum etiam extendens ait: *Erat Spiritus ſanctus vtriuſque nexus, & coniugalis amor.* Felices hoc nexu nuptiæ, ab omni felle immunes, ab omni iræ, iurgiique amaritudine.

Spiritus ſancti gratia cõiugum animos copulã.

Aberit à nuptiis pax, aberit cõcordia, ſi Deus, Deique gratia abſit. Acuta eſt in hãc rẽ R. Aben Ezræ obſeruatio Prou. 2. 17. notat enim in nominibus אשה, איש, id eſt *vir*, & *mulier* nomen Dei contineri, nempè יה, quod ſi ab vtroque nomine auferatur, remanet אש, אש ideſt *ignis*, & *ignis*, nempè nuda crux, & moleſtia intolerabilis, mera concupiſcentia, atque libido; diſcordiæ, ac contentiones, coniugum animos torquebunt ſi abſit Deus à nuptiali thoro: omnia felicia erũt ſi adſit. Quid? Etiam Ethnici ſimile quidpiam habent ſed ſimile tantùm; Plutarchi hæc ſunt verba apud Stobæum: *Illas felices eſſe fœminarum* NVPTIAS *à quibus* CHARITES *non exulant.* Nos leui mutatione eandem ſententiam ad ſuam veritatem reuocamus, *à quibus charitas non exulat quæ Deus eſt.*

Sine Spiritus ſancti gratia nuptiæ iræ flammis & diſſidiorum ardent.
אש *quid*

Felices nuptiæ à quibus non charites exulant, ſed charitas.
Plut.

Magnũ eſt inter ſe cõiuges ita cohęrere, vt neſciant inter ſe pugnare, & lites inter ſe habere, rarum hoc eſſe indicauit ille, qui lepidam hanc inſcriptionẽ monumento, quod virum, vxorẽmque ſepulros

Magnum eſt inter ſe coniuges concordes eſſe.

ſepultos continebat, & nimimè litigantes affixit, quæ in via Tiburtina legitur:

HEVS VIATOR, MIRACVLVM. HIC VIR, ET VXOR NON LITIGANT.

Cùm ferè litigia inter coniuges viuere ſoleant dum viuunt.

225\. Et in ſepulchro, & extrà, concordiam habuêre illi coniuges, de quibus ita tradit Beatus Gregorius Turonenſis, lib. de gloria confeſſ. cap. 42. in hæc verba: *Apud caſtrum Diuionenſe Hilarius quidam ex ſenatoribus habitauit, habens coniugem, ex qua & filios dicitur ſuſcepiſſe: ſed omnem domum ſuam ita in caſtitate, atque omni puritate tam animi, quam corporis excolebat, vt nullus ibi adulterium exercere præſumeret, eſſetque impletum in hac domo, quod dudum ſancto repletus ſpiritu, Apoſtolus prædicauit, Honorabile connubium, & thorus immaculatus. Hic itaque tam inter dominos, quam inter famulos caſtitate pollente, obiit vir ille: qui qualis, quantúſque fuerit iuxta ſeculi dignitatem, ſepulchrum eius hodie patefacit, quod marmore Pario ſculptum retinet. Quod defuncto, & iuxta humanam conſuetudinem ſepulturæ mancipato, mulier deducto anni circulo ægrotauit, obiitque atque abluta eſt. Et quoniam ſepulchrum illud tam immenſum erat, vt ipſam iuxta imperium viri ſuſciperet, ablato operiorio dum locaretur in tumulo, ſubitò eleuatâ vir dexterâ, coniugis ceruicem amplectitur, quod admirans populus, depoſito ſeceſſit operiorio, cognouitque quæ eis caſtitas, qui timor in Deum, quæ etiam inter ipſos dilectio fuiſſet in ſeculo, qui ſe ita amplexi ſunt in ſepulchro.* Hi coniuges etiam mortui concordes ſe vixiſſe probarunt, dum vixêre, cùm ferè accidat, vt alij pacem ſepeliant, antequam ſepeliantur, & concordiæ viuant defuncti, antequam moriantur.

Res mira, quæ in coniugum ſepultura detecta: p, & concordia mutua probanda accidit.
S. Greg. Tur.

EXCVRSVS XX.

Pacis, & concordiæ malacia in nuptiali mari.

In nuptiarum mari ponendi irarum fluctus.
Vbi nuptiale mare fluctuat, *vela demittenda.*
Mare ipſum *docet non eſſe animos quos malacia tenet, excitandos vt iræ fluctibus tumeant.*
Aqua frigida *ferrum ignitum extinguit, & vxoris manſuetudo iram viri.*
Aquam *in ore habens vxor virum vincit.*
Pacem *inter coniuges Deus nutrit.*
Mulier rixarum amans *perſtricta, perſtricti coniuges rixoſi.*
Coniugia coniurgia *non ſint.*
Si quid acerbum *ab vxore exeat, ferendum vua docet.*
Abſint à coniugio contentiones.
Vxor, & vir quanto nexu *inter ſe copulentur.*
A ſe diſcrepare *videtur qui ab vxore.*
In vxorem nemo ſæuiat.
Coniugum concordia.
Coniuges inter ſe non litigent.
Conſcientia, cuſtodia, & munditia litigioſæ vxoris *exemplo ſuadetur.*

Vt coniugium ſine querela ſit, *ſit vir ſurdus, & vxor cæca.*

NVptiale mare irarum fluctus infeſtant, vt euntium naues ingenti diſcrimini obnoxiæ nauigent, ſi hiſce fluctibus quatiantur. Ponendi hi fluctus, ne coniuges carinæ mergantur. 226.

In nuptiali mari ponendos iratum fluctus ex more, cuius ſuperiùs meminimus, quo ſcilicet à nuptiarum ſacris fel amouebatur, ita colligebat ſcitus quidam Poëta:

Qui rem diuinam faciunt tibi pronuba Iuno,
Incenduntque aris thura Sabæa tuis,
Fel cæſa iaciunt altaria ad ipſa bidentis:
Sic priuata ſuo victima felle manet.
Hæc lex connubij eſt: IRARVM PONERE FLVCTVS.
In ſancto coniux debet vterque toro.

In nuptiarum mari ponendi irarum fluctus.
Caſt.

Fluctuat iratum coniugis mare? vela coniux alius demittat; cedat, non rixetur; huc vocari illud poſſumus, quod vniuerſè à rixa omnes auocans dicebat Billius:

In rixis grauibus nonnunquam cedere præſtat,
Quam nimium niti, victor vt eſſe queas.
Sæpe etenim in lucta vincit, qui, ludat vt hoſtem,
Quem præſtare vides robore, ſponte cadit.
ÆQVORE TVRBATO PRÆSTAT DEMITTERE VELA,
Stultitiæ pœnas nec[illegible]*re morte graues.*

Vbi nuptiale mare fluctuat, vela demittenda.
Bill.

Maris metaphorâ non eſſe animos temerè excitandos quos malacia tenet, ne iræ fluctibus tumeant ſic monebat Corderius Lepidus: 227.

Ponto triſtius eſt nihil,
Cùm VENTI *quatiunt aera turbidum:*
Atqui mollius eſt nihil,
Cùm torpet, mediis, & ſine fluctibus,
Æquat planiciem ſuam.
Pacatos animos ne temerè excites,
Quorum eſt ira potentior.

Mare ipſum docet non eſſe animos quos malacia tenet excitandos, vt iræ fluctibus tumeant.
Cord.

Et vt à nuptialis aquæ metaphorâ nô abeam, quæ huc nos duxit, aquam referre mulier debet, quâ viri ira, velut ferrum ignitum extinguitur; Pulchrè ille, & verè: AQVA FRIGIDA *ferrum ignitum extinguit, & vxoris manſuetudo viri ſui irã*; hanc mentem illa mulier ebiberat, quæ alteri, quæ cum marito rixabatur dixiſſe proditur: *ſemper habe in* ORE AQVAM, *& illum vinces*; fecit, & vicit; cum enim reſpondere non poſſet viro ſæuienti, ſilentio eius animum molliuit, quod aliâ ratione conſequi non potuerat.

Aqua frigida ferrum ignitũ extinguit, & vxoris manſuetudo iram viri.
P. Matth. lib. 1.

Mirum eſt, quàm ſemper Deus inter maritũ, & vxoré pacem, ac côcordiam nutrire ſtuduerit, ac fouere: non caſu accidit, quod ditare Abraham per vxorem voluerit, per quã in diſcrimina fuerat côiectus, vt ſcilicet pax inter eos eſſet; opportunè Oleaſter in cap. 13. Geneſeos: *Abraham erat diues valdè. Vide ſanctorum viciſſitudines. Modò diuites, modò pauperes, & qualiter ſciunt deficere, & abundare. conſidera etiam* QVOMODO DEVS VOLVERIT VXORIS MEDIO MARITVM DITARE, VT PAX ESSET INTER EOS.

Aquam in ore habens vxor virum vincit.

Pacem inter coniuges Deus nutrit.
Geneſ. 13.
Oleaſt.

In mulierem rixoſam cuiuſdam Cauſidici ita ludebat quidam Poëta: 228.

Quàm benè conueniunt ſociati Mallus, & Iſſa:
Litigat ille FORO, *litigat iſta* DOMI.

Mulier rixarum amans perſtricta, perſtricti coniuges rixoſi.

Rixoſos coniuges nequitiâ pares ſcitè Lectius perſtringebat:

Perditus es, coniux tua perdita: moribus ambo;
Nequitiâ, vitiis, improbitate pares.
Cùm ſit idem ingenium vobis, mirabile dictu eſt
Tanta quod in veſtro IVRGIA CONIVGIO.

Coniugia, etiurgia non ſint.

Coniugia coniurgia erunt, ſi in nuptiarum mari coniuges irarum fluctibus ferantur, agitentur contentionum vndis, ſeſtiuc Paſchaſius:

Si mala ſæpe ſuo cum coniuge litigat vxor;
Litigiumque ſimul coniugiumque ligat,
Aptius hic poterat CONIVRGIA *dicere nobis,*
Qui voluit quondam dicere CONIVGIA.

Si quid acerbum ab vxore exeat ferendũ eſſe docet.

Si quid acerbum ab vxore exeat, æquo ferendum animo eſt, nec vua execatur cum acerba eſt, exſpectatur donec tempore matureſcat: idem in vxore, in vxoris verbis, moribus præſtandum. Pulchrè ille:

Nemo renaſcentem, quod acerba ſit, exſecat vuam
Sed voto patiente manet, dum liuidus humor
Vineti matures opes Septembribus vmbris
Sic tu NVPTÆ *aliquod dictũ, aut immitius auſum*
Indictum, infectum ſimula, dum mitigat ætas

Abſint à coniugio contentiones.

Abeſſe à felici coniugio contentiones debent, debent iræ, hinc illud illius in amici nuptiis:

Mens vna ſit, CONTENTIO
Abſit procul, vir coniugem
Amet, maritum diligat
Coletque coniux vnicè.

229\. *Vxor, & vir quanto nexu inter ſe copulentur.* Gen. 37. 9.

Tanto nexu inter ſe vir, & vxor vniuntur, vt vix diſcriminentur, & quod vir præſtat, præſtare vxor videatur, etiamſi abeat, quin etiamſi obierit. Ioſeph ſomnium viderat, quo videbatur à Sole, & à Luna, ſtelliſque adorari, Geneſ. 37. 9. nimirum à patre, à matre, à fratribus, ſic enim & ipſi ſomnium interpretati ſunt. Patrem Ioſeph adoraſſe, adoraſſe & fratres in Ægypto, non eſt dubium, ſed qu mater, quæ iam obierat? An hæc quoque in viro adorante adorauit, cùm vir, & mulier vnum ſint, & quod alter præſtat, præſtare alter videatur? Scite ſanctus Chryſoſtomus, hom. de Ioſeph, quæ exſtat tom. 6. ſuorum operum: *Hac accepta poteſtate Ioſeph ſæuit tempore bene de omnibus merebatur, de inquilinis, de indigenis, & de amicis, de inimicis, de peregrinis. Venit eius pater in Ægyptum,* ADORAT EVM, ET CVM PATRE MATER. LICET ENIM IN ITINERE MORTEM OBIERIT, CVM VENIRET: AT IN VIRO TAMEN ADORAVIT: VIR ENIM, ET VXOR VNA SVNT CARO. *Veniunt & vndecim eius fratres, ipſum adorant, & viſio eſt impleta, quam viderat. Putabam enim, inquit, Solem & Lunam, & vndecim ſtellas adorare me.* Adeò vt à ſe diſcrepare vir videatur, & aliam à ſua mente mentem circumferre, ſi ab vxore diſcrepet, contrariam inter ſe mentem coniuges habeant.

S. Chryſ.

A ſe diſcrepare videtur qui ab vxore.

In vxorem nemo ſæuiat.

Non eſt prudentis viri in vxorem ſæuire; Pulchrè ille:

——— Ferro meret ille feriri
Qui ferit vxorem, non eſt ea ſerua, ſed vxor
Et pars vna tui, tuque alter, ſæuit in ipſum
Se nemo, ni ſit male ſanæ mentis Oreſtes.

Coniugum concordia.

Scitè de coniugum concordia cecinit, qui dixit:
Iudice me, prima hæc, ſed & vna, atq; vnica lex eſt,
Regnet vt in ſocio felix CONCORDIA *lecto.*

230\. *Coniuges inter ſe non litigent.* Exod. 4. Oleast.

A litibus, & contentionibus cum vxore vbique vir cauere debet, ſed tunc maximè cùm ab aliis audiri poſſunt, quibus reuerentia debetur, & cultus: hoc vxoris exemplo colligebat Oleaſter, quod illa verba io virum non protulerit: *Sponſus ſanguinum tu mihi es*; Exod. 4. niſi cum Angelus iam abiiſſet: *Eſt etiam*, inquit auctor iſte; *quod aduertere debeas qualiter* VIR NON DEBEAT CVM VXORE RIXARI *coram extraneis maximè nobilibus, aut vxor cum viro. Dixit enim textus, & receſſit ſcilicet Angelus ab eo, videlicet Moſeh & poſt receſſum eius tunc dixit ſponſus ſanguinum tu mihi: non enim auſa eſt dicere verba illa dura Angelo præſente.*

Malæ, litigioſæque vxoris exemplo conſcientiæ cuſtodiam, munditiamque nos docebat ſanctus Auguſtinus enarrat. in pſal. 33. ait enim: *Cùm intras in cubiculum tuum, intras cor tuum. Beati qui gaudent, quando intrant ad cor ſuum, & nihil mali ibi inueniunt. Attendat ſanctitas veſtra quomodo nolunt intrare domos ſuas, qui habent* MALAS VXORES; *quomodo exeunt ad forum, & gaudent, cœpit hora eſſe, qua intraturi ſunt in domum ſuam, & contriſtantur. Intraturi ſunt enim ad tædia, ad murmura, ad amaritudines, ad euerſiones, quia non eſt domus compoſita, vbi inter virum, & vxorem pax nulla eſt. Et melius illi eſt foris circumire. Si ergo miſeri ſunt, qui cum redeunt ad parietes ſuos, timent ne aliquibus ſuorum perturbationibus euertantur: quanto ſunt miſeriores, qui ad conſcientiam ſuam redire nolunt, ne ibi litibus peccatorum euertantur? Ergo vt poſſis libens redire ad cor tuum, munda illud: Beati enim mundicordes, aufer labem auaritiæ, aufer trabem ſuperſtitionum, aufer ſacrilegia, & malas cogitationes, odia, non dico aduerſus amicum, ſed etiam aduerſus inimicum. Aufer iſta omnia intra cor tuum, & gaudebis ibi. Cùm ibi cœperis gaudere, ipſa munditia cordis tui delectabit te, & faciet orare: quomodo ſi venias ad aliquem locum, ſilentium eſt ibi, fortè quies eſt ibi, mundus eſt locus, oremus hic, dicis, & delectas te compoſitio loci, & credis quod ibi te exaudiat Deus. Si ergo loci viſibilis te delectat munditia, quare te non offendit immunditia cordis tui?*

Conſcientiæ, cuſtodia, & munditia litigioſa vxoris exemplo ſuadetur. S. Auguſt.

Coniugium vt ſine iurgiis, ſine querelis ſit ſurdum maritum requirebat ille inquiens:

Ve coniugium ſine querela ſit, ſit vir ſurdus, & vxor cæca.

Coniugium quo ſit felix, experſque querela.
SVRDVS *vir, coniux* CÆCA *ſit, Heſſe, domi.*

Alius ita rem efferebat:

Vt eſſe concors matrimonium poſſit
SVRDVS *maritus,* CÆCA *ſed ſiet coniux.*

EXCVRSVS XXI.

Nuptiarum mare irâ ſæuire non debet nec litigiis intumeſcere.

Qualibet tempeſtate *nocentius coniugum diſſidium.*
Viro atra tempeſtas, *mala mulier.*
Irato mari *ſæuior mala mulier.*
Qui non litigat cælebs *dicebatur.*
Lites *coniugia ſequuntur.*
Qui efferatur naufragium *in portu facit.*
Irarum naufragia *timenda.*
Concordiam *&* pacem *inter coniuges Chriſtus amat, amat non ſcindi.*
Coniugum pax *ex coniugis prima formatione collecta.*
Irarum *vel remotas cauſas inter coniuges Deus aufert.*
Coniugum vnio *fouenda ab aliis.*
Mulier palæſtræ *loco viro eſſe poteſt, & victoriarum occaſio.*
Vxores virorum mentem *non veneneni.*

EAſdem ferè vndas calami rate calco, ſed aliis remis vtor, aliis velis, rationibus aliis, vt in nuptiali mari irarum fluctus mitigem, ponendóſque doceam, dum eorum damna receſeo; Habet 231.

nuptiarum

nuptiarũ mare ſuos æſtus, ſuos fluctus, ſuis rempeſtatious agitatur, quæ vltimum exitium minatur. Pacatiſſimũ licèt mare ſit, & lentitudine ſua curſum oculis eripiat, ſi exurgant venti, manſuetum illud elementum, quod ignotare motus videbatur, ſtatim ſæuit, & in ſæuas iras exaſperatut. Idem in nuptiis fit, licet enim tranquillitatem, ac moleſtiam coniugia præſeferant, ſi litigia exurgant, ſtatim omnia tempeſtate iactari videbis; domus ipſa velut nauis fluctibus acta, à qua gubernator diſſideat, cenſeri poteſt, vt verus ſanctus Chryſoſtomus fuerit, qui homil. 19. in epiſt. 1. ad Corinth. cap. 7. hæc in hanc ſententiam habet: *Quando domi inter maritum, & vxorem fuerit diſſidium, non melius ſe habebit domus quàm* NAVIS AGITATA TEMPESTATE, *diſſidente gubernatore ab eo, qui regit proram.* Quid ab hoc diſſidio expectari niſi vltimum exitium, ac naufragium poteſt?

Qualibet tempeſtate vementius coniugii diſſidium.
S. Chryſ.

Vxor ipſa ſi mala, & litigiorum amatrix tanquam ſæua tempeſtas in nuptialibus hiſce aquis timenda eſt. Fertur in hanc rem celebre illud Græcorum dictum:

Viro atra tempeſtas mala mulier.

Mulier in ædibus ATRA TEMPESTAS *viro.*

Et vniuersè irato mari magis ſæuire malam mulierem cenſet Euripides apud Planudem in vita Æſopi, cuius hæc ſunt verba:

Furore multo ſæuit IRATVM MARE
Pronique fluuij, & ignis atri impetus
Inopia acerba, acerba alia quàm plurima:
Sed nil ita acerbum, & noxium, vt MVLIER MALA.

Etiam amicarum iram irato comparat Adriatico mari, imò & præfert Horatius 3. Carm. 9. dum mulierem, cum qua diuortium fecerat alloquitur:

Horat.

Te lenior cortice, & improbo
Iracundior Adria.

232. Quod magnæ ſæuitiæ argumentum eſt, vnde etiam Æſchines in Demoſthenem dicit eum moribus fuiſſe adeò aſperis, & inconſtantibus, vt cum Adria facilius ſit habere commercium, quàm cum illo.

Qui non litigat cælebs dicebatur.
S. Hier.

Timeri fluctus in nuptiali hoc mari debent, litigiorúmque tempeſtates, quibus obnoxia fere coniugia. Vnde illud ſancti Hieronymi: *Qui non litigat cælebs eſt*; quia nempè rixoſum eſſe coniugium ſolet, ac irarum flatibus agitari. Hinc illud à prophano calamo:

Lites coniugia ſequuntur.
Iuuenalis.

Semper habet LITES, *alternáque* IVRGIA *lectus*
In quo nupta iacet.

Eòdem ſpectat Hildebertus Epiſcop. Cenom. epiſt. 56. *Infernum*, inquit, *maritus aſpernatur, nunquam lectus eſt* SINE RIXA, *cuius vel pudet, vel ſedet coniugalem.*

Hild.

Submouendæ proinde rixarum cauſæ, ac litigiorum vt felix, & fortunata in nuptialibus aquis nauigatio ſit, alioquin ſi efferari animum vir aut vxor patietur, licet in portu ſit, naufragium ſubibit; vt proba ſancti Nili cautio fuerit, cùm monuit: *Ne efferaris animo ne fortè* NAVFRAGIVM *tibi fiat in portu*, quod in nuptiis maximè verum eſt.

Qui efferatur naufragium in portu facit.
S. Nilus.

Vis irarum naufragia vitare, tecum Dei timorem vehe, felix huius conſortio nauigatio erit. Et quidem vniuersè Beatus Gregorius Nazianzenus orat. in ſanctum Baptiſma: *Dum ſecundo*, inquit, *vento nauigas, naufragium time, & minus* NAVFRAGIVM *facies, adiutorem, ac ſocium tibi timorem aſciſcens.* Quàm rectius iſtuc, & opportunius præſtes nuptiale hoc mare nauigaturus, quod ipſa malacia diſcrimina, exitiumque minatur. Procellis turbulentum hoc mare, & iratum fluctibus eſt obnoxium: Tecum Dei timorem aduehe ne mergaris.

Irarum naufragia timenda.
S. Greg. Naz.

Mirum, quam ſollicitè hos fluctus compeſcere Dominus ille ſtudeat, cui venti, & mare obediunt. Legimus Dei filium in terris veniſſe, vt carnis affectum inter parentes, & filios abſcinderet: hæc eius verba Matth. 10. *Veni ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurus aduerſus ſocrum.* Pende quod nulla hic viri, & vxoris mentio fit, cur non addit ſe quoque veniſſe vt vxorem à viris ſepararet, & viros ab vxoribus? An quia maior inter hos nexus, fortius vinculum, ſcriptum quippè eſt, *relinquet homo patrem ſuum, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*; cum ex vtroque caro fiat, ægrè abiungi inter ſe poſſunt, ægrè ſeparari. Sed illud in rem præſentem adiecerim, adcirco ab hac conſanguineorum ſeparatione mulierem, ac virum Chriſtum exemiſſe, ne aliquid diſſidij inter eos ſeminaretur, néve aliqua litigij occaſio, vel nudo ſeparationis nomine præberetur. Vult Deus concordiam, pacémque inter eos vigere, quæ nunquam abſcindatur. Ad coniugij puritatem hoc refert Rupertus, lib. 5. de operibus Spiritus ſancti, lib. 1. de concil. cap. 21. ſic enim habet: *Notandum, quod quum cæteras affinitates dixerit, filium aduerſus patrem, & filiam aduerſus matrem, & nurum aduerſus ſocrum, non dixerit virum aduerſus vxorem, ſiue vxorem aduerſus virum, ne videlicet Euangelica puritas occaſionem adulterij dare videretur.* Sed eadem ratione res ad diſcordiæ fugam vocari poteſt, ſeparationis non meminit inter virum, & vxorem, vt vnus eſſet eorum animus, ſicut vna caro, quam vnionem nulla diſſidia tollerent, nullæ rixæ. 233.

Concordiam, & pacem inter coniuges Chriſtus amat, amat non ſcindi.
Matth. 10.

Rupert.

Quid? adeò inter virum, & vxorem ſeparationis occaſionem tollere Deus ſtuduit, & infenſi animi fomitem, vt hac de cauſa cùm formare mulierem ex viri coſta voluerit, id viro ſopore oppreſſo præſtiterit. Poterat fœminam æquè vt virum ex terræ limo formare, ſed noluit, vt vel formationis modo concordiam, inſolubilémque coniugij charitatem doceret, mutuámque beneuolentiam in eorum animis ſtatim insereret. Scite Theodoretus, quæſt. 30. in Geneſim, vbi quærens *cur ex latere Adæ mulierem formauit?* Statim quæſtioni reſpondet: *Volebat creator naturæ ad* CONCORDIAM ADDVCERE *vnumquodque genus: hac de cauſa ipſum Adam de terra formauit, ex eo verò mulierem, vt & eandem in illis eſſe naturam demonſtraret, & naturalem quandam beneuolentiam mutuam in illis insereret.* Conditionis ſuæ mulier obliuiſcitur, quæ ab hac beneuolentia abit, & odium ſibi in mente inſeri ab hoſte ſatanico ſinit. Eòdem ſpectat etiam Rupertus, & rem ad coniugij charitatem in hunc modum flectit, lib. 5. comment. in Geneſim cap. 34. *Quid*, inquit, *hoc ſibi vult, quod cùm poſſet mulierem æquè vt virum formare de limo terræ, maluit coſtam viro ſubducere, eámque in mulierem ædificare? Quid, inquam, hoc voluit,* NISI VT FIRMAM, ET INSOLVBILEM DEBERE ESSE OSTENDERET VNICI CONIVGII CHARITATEM? Hactenus ille. Adeò vt coniugij fundamentum euertere videatur, qui in charitatem arietat, diſſidia ſeminat, & lites.

Coniugum pax ex coniugis prima formatione collecta
Theod.

Rupert.

Cur ex viri coſta fœmina ſit ædificata iam vidimus, ſed cur id factum viro ſopore correpto? ſic 234.

Irarum vel remotas cauſas inter coniuges Deus auſert. Geneſ.2.21.

ſic enim habes Geneſ. 2. verſ. 21. *Immiſit ergo Dominus ſoporem in Adam, cùmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea; & ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Vides Adamum ſopore correptum cùm ex eo coſta extrahi deberet, qua mulier formaretur. Non caſu id accidit, ſed Dei conſilio, & vt multæ huius rei ſint cauſæ, illa in rem noſtram opportuna eſt; id ſcilicet factum ne vllum ſentiret dolorem Adam in mulieris formatione, atque adeò infenſus poſtea vxori non eſſet, memor doloris, quem paſſus eſſet: vt odij, iarúmque occaſionem Deus auferret, noluit Adam vllo in mulieris ædificatione dolore premi, ne doloris memoria iniuriarum poſtea fomes exiſteret, & cauſa: ſiſtenda hîc ſunt ſancti Chryſoſtomi verba, qui homil. 5. in Geneſim, ita ſcribit: *Ne ſentiendo dolorem, mulieri ex ſe formata, poſtea doloris memor* INFENSVS FIERET, *tanto illum ſomno oppreſſit, vt quaſi grauedine quadam correptus, nullum rei quæ fiebat ſenſum caperet.*

S.Chryſ.

Coniugum vnio ſeruanda ab alus. Genef.18.

Ergo omnis diſſidij cauſa, omnis litigiorum, rixæve fomes à coniugiis eliminadus, vt perpetua inter coniuges vigeat pax, atque concordia, quam nulla iurgia, aut auferant, aut interturbent, & inficiant. Dura, aſperaque verba inter coniuges non audiantur, quæ pacis venenum eſſe ſolent, ac nuptialis amoris, nec ea ab aliis referenda, quæ turbare coniugum pacem poſſunt. Sara Geneſ. 18 hæc verba protulerat: *Poſtquam conſenui, & Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo?* Poſtea Saram arguens Angelus apud virum ſuum Abraham, ait: *Quare riſit vxor tua Sara dicens, num verò paritura ſum anus?* Pende quod non plenam extulit Angelus Saræ ſententiam, illud omiſit, quod tangebat Abraham, & quo vel leuiter offendi poterat: Et nempe, *& Dominus meus vetulus eſt.* Cur reticuit iſtuc Angelus? cur non protulit? Anne inter coniuges diſcordiam ſeminaret? Ita ſentit etiam R. Salomon, & probat hîc Abulenſis: facilè enim offenſus illis verbis fuiſſet Abraham, idcirco conſultò ea omiſit Angelus, docens diſcordiæ fomitem omnem, ac cauſam exſcindendam, nec ſeminandas inter coniuges, aut inter alios rixas, ſed tollendas: alioquin non Dei Angelum ſe exhibet, qui rixas excitat, ſed Dæmonio ſimilem ſe facit, qui iurgia inter omnes ſerere ſtudet.

R.Salom.

Mulier palæſtra loco viro eſſe poteſt & victoriarum occaſio. S Chryſ.

235. Loquax mulier eſt, nec linguam tenere poteſt? obnoxia huic vitio fœmina ferenda eſt, ne pax auferatur. Viro palæſtræ loco vxor eſſe poteſt, habet quò te exerceat, & coronas ſuæ virtuti pares conſequatur, non ſecus ac illi, qui in palæſtris fortiter pugnabant. Palæſtram habes, habes gymnaſium. Mulier tibi vtromque eſt, ad victoriam erit ſi fortis fueris, & virum, non fœminam te eſſe memineris. Rem à probo calamo habes. Beatus Chryſoſtomus, homil. 15. in Acta Apoſtolorum, ita ſcribit: *Hoc dico non ſolùm, vt cum viris ſimus manſueti, ſed etiamſi mulier loquax ſit, vt feras. Sit tibi* PALÆSTRA, *&* GYMNASIVM *mulier. Quomodo enim non abſurdum gymnaſia nihil ferè lucri afferentia, vbi affligimus corpus, gymnaſia autem non facere domi, quæ vobis etiam coronas ante agones ſuppeditant? contumeliâ afficit mulier? ne fias tu mulier.* Fit, qui leuibus verbis tactus patientiam amittit, qui ferre, vel minima nequit, ſtatim turbatur, accenditur, & mordere vix laceſſitus, conatur. Virum exuit, & mulierem induit, qui patientiæ oblitus, quibuſlibet exaſperatur, & ad paria ſeparat linguam acuens. Virum ſe præbeat, qui vir eſt, ferat mulieris verba, nec paria reponat.

Vxores virorum mentem non veneneni

Suo quoque munere fungatur mulier, ſilentij amica ſit, linguam coërcere diſcat, diſcat labia comprimere, aſpera non effundat verba, non dura, non plena veneno. Nouimus vxores pleraſque toxicatis viri vulneribus labia admouiſſe, vt venenum exugerent: hoc ſi aliæ vxores non præſtant, quia & præſtandi occaſio deeſt, ſaltem veneno ipſæ virorum mentem non inficiant, non duris verbis, ne extra ſubiectionis debitæ, reuerentiſque limites coniugum animos feriãt, & profundiùs quolibet ſpiculo vulnerent.

EXCVRSVS XXII.

Matrimonij ſagena, ſagena mulieris.

Matrimonium ſagena *quædam, & naſſa.*
Sagena *impudicæ mulieris.*
Multos vna mulier capit tanquam ſagena
Sagena *Diaboli quinam ſint?*
Ornatus mulieris Diaboli ſagena.
Illecebræ meretriciæ ſagena.
Oculis viros capiunt mulieres.
Viſus ſagena *quædam poteſt æſtimari.*
Pudica mulier Domini ſagena *eſt.*

Matrimonium ſagena quædam, & naſſa. Socrat.

236. NVptias aquarum metaphorâ explicauimus, & calamo hoc mare nauigauimus; ſagena indicanda nunc eſt qua homines velut piſces capiuntur. Aliquibus matrimonij vinculum ſagenæ comparatur, & naſſæ, in quod ſi incurrere quis poteſt cum vult, nequit tamen ab eo ſe expedire cum vellet; huc ſpectauit Socrates apud Antonium in Meliſſa, ſerm. 14. *Socrates,* inquit, *ſe conſulentibus de ratione matrimonij contrahendi dixit: Quemadmodum piſces, ô adoleſcentuli, qui nondum intra naſſas ſunt volunt intrare, qui autem intus ſunt volunt exire, ſic & vos ne idem vobis accidat videte;* qui coniugij ſagenâ tenetur, exire non tentet.

Sagena impudica mulieris. Eccleſ.7.27

Sed alia ſagena eſt, quam vitare debemus non capti, & capti rumpere, ac relinquere pro viribus: Impura, & impudica mulier ſagena eſt, quâ in luxuriæ aquis homines velut muti piſces capiuntur, & trahuntur ad mortem. Huc ſpectauit Salomon Eccleſ.7.verſ.27. *Inueni,* inquit, *amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius.* Non vno contenta mulier eſt tanquam ſagena, omnes comprehendere tentat, in id vnum intenta impudica mulier eſt, vt obuios quoſque expiſcetur, & rapiat. Eleganter hæc verba illuſtrat Vgo Carenſis hîc dum ait: SAGENA *cor eius, quia omnes capit magnos, & paruos indifferenter, Ezech.16. Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti vt eius fieres. Ideo autem dicit: ſagena cor eius, & non ipſa, quia ſicut ſagena totum fluuium occupat, & nullus piſcis effugit, ſic cor mulieris totum vicum, vel ciuitatem, vel regionem, in qua habitat, occupat, & omnes capit volũtate, & deſiderio, & licet multi effugiant ipſam, nullus tamen effugit cor eius.* Vides quàm latè in aliorum perniciem ſagena iſta porrigatur? Hoc idem voluit Beatus Vmbertus, ſerm 58. dum inſit: SAGENA *cor mulieris, quia multos, & diuerſos capit ſicut ſagena.* Et non plerunque vna mulier multis perdendis ſufficit?

Vgo. Car.

Multos vna mulier capit tanquam ſagena. Vmbert.

ſufficit? Et non frequens experientia docet plures vnius mulieris pulchritudine captos velut mutos piſces in eius tandem ſagenam incurriſſe, & prauæ mulieris prædam factos?

237. Sagena mulier dicitur, nec exprimitur quis hac ſagena in mortalium capturam vtatur. Vtitur Diabolus; hinc idem Vgo ad productum locum, vbi impios quoſque homines accommodans, ait: SAGENA *etiam Diaboli eſt cor eorum, quia voluntate, & deſiderio omnes capiunt.* Quod maximè impuræ, & impudicæ fœminæ conuenit. Et non Diaboli ſagena mulier ipſa, cùm ipſa quoque mulieris veſtimenta ſint? Cæſarius lib. 5. cap. 7. referens Sacerdotem quendam vidiſſe Dæmones ſuper defluentem cuiuſdam matronæ fimbriam conſidentes, & ſaltitantes, concludit his verbis: REVERA ORNATVS MVLIERIS SAGENA DIABOLI EST. Quis deinceps tam fatuus, vt hac catena capiatur, mulieris ornatu decipi ſe ſinat, vt Diaboli præda fiat?

Sagena Diaboli quinam ſint.
Idem.

Ornatus mulieris Diaboli ſagena.
Cæſar.

Has ſagenas meretricias notauit Heliodorus lib. 2. his verbis: *Inuitabilem adeò, & inuictam meretriciæ pellaciæ* SAGENAM *attrahebat oculis.* Explicari non poteſt quot hac oculorum ſagenâ, quam mulier in fraudem, & deceptionem iacit, capiantur.

Illecebra meretricia ſagena.
Heliod.

238. Homines veluti piſces mutuo mulieris aſpectu tanquam ſagenâ duci experiuntur multi, multi fatentur. Rem aperit Ariſtenetus, cuius hæc ſunt verba, lib. 1. epiſt. 21. *Tu ſola viſa cunctorum oculos* RAPIS, *ac nouo quodam modo, quali nec* PISCEM *piſcator illexit, neque auem auceps, nec venator hinnulum; nam illa veleſcâ, vel viſco, vel quouis alio decipiuntur modo: at tu oculorum aſpectu videntes non ducis.* Nobis noſtri oculi ſagena ſunt, ſunt & alieni, fraus ab omni parte nos ambit, nec effugium procliue eſt, niſi probè oculi cuſtodiantur, & mulierum quantum poſſumus vitemus aſpectum.

Oculis viros capiunt mulieres.
Ariſten.

Viſum ſagenam quandam eſſe, qui quicquid aſpicitur ſtatim capitur, ex noſtris feſtiuè indicat ſanctus Bachiarius epiſt. de recipiendis lapſis: *Deſtruatur,* inquit, *porta* PISCATORIA, *ideſt viſuum noſtrorum vaga ſemper natura, ac per ſemitas maris, hoc eſt, vias mundi iſtius, oculorum velox, ac fugitiuus ſemper aſpectus, quia ipſe viſus pro ſagena poterit æſtimari: Quicquid aſpexerit, ſtatim capit, & captum ad cordis cellaria interiora tranſmittit.* Regnum Cœlorum *ſimile eſt ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti;* non talis viſus ſagena, quæ potius ad tartareum regnum ſpectat, cum hac ſagena Diabolus in hominum interitum vtatur.

Viſus ſagena quædam poteſt æſtimari.
S. Bachiar.

Impudica mulier Diaboli ſagena eſt, pudica, & ſancta Domini ſagena eſt. Beatus Albertus Magnus, ſerm. de ſancta Catharina Virgine: *Per* SAGENAM *intelligitur glorioſa Virgo Catharina. Sicut enim mulier fornicaria ſagena eſt Diaboli, per quam capit animas peccatorum: ita etiam Virgo prudens, & ſancta ſagena eſt Ieſu Chriſti.* Quæ ferè eò plures capit, quò à pluribus abſconditur; nam vtilior videtur mulier ſi non videatur, & ſui aſpectum negat, vt minus neget auxilium.

Pudica mulier Domini ſagena eſt.
B. Alb. Mag.

* * *

EXCVRSVS XXIII.

Vxoris, & mulieris cuiuſlibet aqua coërcenda ne paſſim foràs prodeat, & lutulentior fiat.

Mulieris eſt domi ſe *continere.*
Vxor cohibenda *tanquam aqua.*
Veniam dare *quid?*
Huc illud diſcurrere *non debet mulier, quæ non ex pede viri formata.*
Fœminæ aliis ſe debent occultare.
Mariæ exemplum *in hac re.*
Aquæ *metaphorâ ſecretum virgini ſuadetur.*
Corporis, & mentis clauſura *commendatur.*
Multos fructus producit virgo, quæ clauſa.
Sponſa domi ſe *contineat.*
Noxia mulierum euagatio.
Huc illuc vagari non eſt pura mulieris.
Meretrices olim peregrinæ *dicebantur.*
Ædium *amica mulier ſit.*
Domi *ſe vxor* contineat, *& contineat filias.*
Hebræorum matronæ abditiorem domus partem *habitabant.*
Domus matris *quænam diceretur?*
Quid ſit vxorem in latebris *domus eſſe?*
Latera *de intimis.*
Viri *cur vxor comparata?*
Impudicarum mulierum habitus in domûs foribus.

AD modum aquæ vxor ſe habet, ad modum ciſternæ, non ergo foras prodire paſſim debet ne ſordes contrahat, & impuretur. Signatè Salomon de vxore loquens: *Bibe,* inquit, *de ciſterna tua.* Sed de filiis: *deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide,* non iſtuc de vxore dixerat, ſed de liberis, tacitè innuens filios ad publica munera mittendos, in publicum ire poſſe, mulieris eſſe, domi ſe continere; nam ſi patiatur publicas vias euerrere mulier, ſordes, maculaſque domum referet, & tanquam fluuius, qui ſuper vndas, terminoſque ſuos efferatur, lutum, & fæces contrahet. 239.

Mulieris eſt domi ſe continere.
Prou. 5.

Huc ſpectauit etiam Eccleſiaſticus, cap. 25. verſ. 34. in hæc verba: *Ne des aquæ tuæ exitum, vel modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi:* ac ſi diceret: Quemadmodum ſi aquam continere, & includere, ſuiſque limitibus coërcere vis, oportet vt ne minimam quidem illi rimam aperias, nam ſtatim erumpet, & maiorem, liberioremque exeundi ſibi viam aperiet; ad eundem modum vxor cohibenda, & coërcenda eſt, vt ne minimam quidem licentiæ rimam inueniat, ne tota foras paulatim effundatur, & ſordibus, lutòque conſpurcetur. Hic obiter nota, *veniam* licentiam, & permiſſionem ſignificare, adeò vt veniam prodeundi dare nihil aliud eſt, quàm egredi permittere. Hoc ſenſu extulit etiam Plautus in Trin.

Vxor cohibenda tanquam aqua.
Eccleſ. 25. 34.

Quia res quædam volo
Ego me abs te exorare.
Pi. Quid id eſt? VENIAM IAM DARE *geſtio.*

Veniam dare quid?
Plaut.

Non igitur facilè permitti mulieri debet, vt foras prodeat, in publicum omnium conſpectum ſe det, alioquin tanquam fons alienos agros peruadens, ſordes, ac lutum contrahet.

240. *Huc illuc diſcurrere nō debet mulier, quæ non ex pede viri formata.* Geneſ. 2. 21.

Cùm formare ex viro mulierem Deus vellet, non ex eius pedibus eam ædificauit, ſed ex eius coſta, Geneſis 2, verſ. 21. *Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Non caret hæc res myſterio. Si ex pede formata mulier fuiſſet, fors huc illuc diſcurrere à loco ex quo formata didiciſſet; igitur ex coſta, quæ intus manet, nec conſpicitur ædificata eſt, vt ita diſceret amare ſecretum, & ſe ab aliorum oculis eximere. Quid? quod in diuinis litteris occulta fœmina dicitur, vt fœminam exuere videatur, quæ occulta non eſt, ſed ſe omnium oculis proſtituit? Pſalmus 9. & 45. *Pro occultis* inſcribitur, & fœminas hic ſignificatas, nobiles interpretes monuêre. Noſter Agellius in Proœmio ſuorum commentariorum: *Fortaſſe pro occultis ipſas fœminas occultas ſignificat.* Aquila habet νεανιοτήτων *pro adoleſcentiis*, quia nempe earum maximè eſt domi ſe continere. Hinc illud ſancti Ambroſij monitum exhortat. ad Virgin. *Ipſa quoque ad Eccleſiam progreſſio rarior ſit adoleſcentulis. Conſidera quanta fuerit Maria, & tamen nuſquam alibi, niſi in cubiculo reperitur cùm quæritur; illa te doceat quid ſequaris. Angelum in ſpecie viri vidit, & pauebat corde, peregrinabatur aſpectu: vnde dicit ad eam Angelus: Ne timeas Maria.* Exemplum in Virgine virgo habet, quæ virginitatem ſuam cuſtoditam vult, non facilè exeat, nec virorum conſpectui ſe obiiciat. Hoc idem virgini ſuadet aquæ metaphora, vt nempè ab irreuerentis hominis oculis ſe ſubducat, ne viator ex ea bibat, & vterque inebrietur, maculetur vterque. Hæc eius verba in eodem loco: *Attende virgo ſacra præſertim profeſſionis, & ab hominis irreuerentis oculis caue. Et ſi ad tempus præterierit quaſi viator, tamen os ſuum aperit, & ab omni aqua proxima bibit, vt ſe inebriet. Nullus ſit tuus ſine matre progreſſus, quæ ſit anxia tui cuſtos pudoris.* Alioquin purus caſtitatis fons impuritatis luto inquinabitur, & virgo domum non reuertetur, quæ virgo exierat, ſaltem mentis caſtitatem amittet, & impurarum cogitationum ſordibus impurabit, ſi faciem ſuam proſtituet, & omnium ſe oculis nimia libertate exponet.

Fœmina aliis ſe debent occultare. Pſal. 9. Agell. Aquilo.

Mariæ exemplum in hac re. S. Ambroſ.

Aquæ metaphora ſecretum virgini ſuadetur. Idem.

Non caret ſuo pondere, quod Chriſti ſponſa, quæ & Virgo fonti in ſacro Epithalamio comparatur, ſed fonti ſignato, cap. 4. verſ. 12. *Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus*; vt nempè diſceret foras non prodire; alioquin ſignatus fons dici non poterit, quod tetigit etiam ſanctus Hieronymus, epiſt. ad Euſtochium, cuius verba alibi produxi.

241. *Corporis, & mentis clauſura commendatur.* Cant. 4. 12.

Sed inquies; cur bis hortus concluſus dicitur? non ſatis erat ſemel dicere, hortus concluſus ſoror mea ſponſa, cur idem repetit? An ita oſtenditur vtramque, corporis ſcilicet, mentiſque clauſuram virgini neceſſariam eſſe, nec ſatis eſſe, ſi corpore clauſa, animo vagetur? quæ cautio maximè illas virgines tangit, quæ nomen in ſacras familias dederunt, & ſe Chriſto ſacrarunt. Audiendus hic Beatus Vmbertus, ſerm. 45. vbi mulieres Religioſas alloquens ita loquitur: *Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus. Nota quod mulier Religioſa dici poteſt ſoror Chriſti, & ſponſa propter caſtum amorem, qui eſt inter eos. Hæc autem dicitur hortus concluſus bis propter* DVAS CLAVSVRAS, *ſcilicet corporalem, & ſpiritualem ſupradictas, quibus clauduntur interdum huiuſmodi mulieres, vt caſtrum forte duplici clauſurâ*: Quot virgines reperire eſt, quæ corpore tantùm domi ſe continent, idque quia aliter nequeunt, mente extra vagantur, & animo per vicos, plateaſque diſcurrunt, hæ verò Chriſti ſponſæ dici non merentur. Obiter verò pende, quod poſtquam laudata ob ſecreti amorem ſponſa fuit, obque ſui cuſtodiam, ſtatim additur: *Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus.* Multos quippe, ac ſponſo ſuo dignos fructus Virgo producit, quæ foras non prodit. Publicum fugit, parietibus puras virginitatis aquas coërcet. Sed ad nuptas, à quibus diſceſſimus, redeamus.

Multos fructus producit virgo, quæ clauſa. Cant. 4.

Debent etiam quæ nupſerunt publicum, quantùm eis licet, fugere, & liberas excurſiones vitare, ne ſordes contrahant, aut certè aliis alliciant. Probè illud apud Græcos: *Sunt intus omnia rectè,* CLAVSA *domi ſponſa.* Sic ſcholiaſte Theocritinatum à quodam, qui domi ſponſam concluſerat, adiiciente: *Intus omnia rectè.* Sic enim ferè accidit, vt omnia rectè ſe habeant, cùm domi ſe continet ſponſa, ſicut contra res malè frequenter ſe habent, dum vagatur, & excurrit.

Sponſa Domi ſe contineat. Schol. Theoc.

242. *Noxia mulierum euagatio.* Cœl. Rhod.

Noxiam hanc mulierum euagationem pleræque gentes cenſuerunt, adeò vt ei varia ratione occurrere conſueuerint: Bœotij Axem plauſtri, quo domum ſponſa ducta, ante fores cremabant in nuptiis, innuentes ſponſæ domi manendum eſſe ſublato auehendi inſtrumento. Perſæ in hoc quoque cauti, & ſolliciti vxorum ſuarum obſeruatores: de his ita ſcribit Cœlius Rhodiginus, lib. 18 cap. 18. Lect. Antiq. *Inter barbaros præcipuè zelotypos eſſe Perſas, proditum in hiſtoria eſt, ac in ea re peracerbos ſe ac difficiles præſtare: nec vxores modò ſollicitè aſſeruant: ſed ſeruas item ac concubinas, ita vt domi occludantur: aut ſi prodeundum ſit, obſeratis ferantur vehiculis.* Rariores lapſus videremus ſi noſtræ quoque legem iſtam ſeruarent.

Huc illuc vagari non eſt puræ mulieris. Guagn. Ier. 3. Chald.

Apud Moſchouitas vt Guagninus refert in deſcriptione Moſchouiæ, cap. 4. hæc opinio viget, vt nulla mulier honeſta, ac pudica credatur, niſi domi concluſa viuat, adeo vt nuſquam exeat. Hæc cenſio à ſacris etiam literis robur accipere poteſt, nam foras exire, & vagari impudicæ mulieris circumloquutio eſt, Ier. 3. *Frons mulieris meretricis*: Thargum ita vertit. *Proteruitas ſicut mulieris foras exeuntis.* Ac ſi foras exire meretricis periphraſis ſit: ægrè ergo pudica, & caſta audire poterit, quæ libere huc illuc excurrit, & in omnium conſpectum temerè ſe dat. Hac eadem de cauſa meretrices olim peregrinæ dicebantur, vt notauit Donatus ad illud Terentij in Andria: *Adeòne eſt demens ex peregrina*: vnde impudica mulier nata eſt huc illuc abſque vlla neceſſitate vagari, luſtrare aliena loca, alios videre, videri ab aliis.

Meretrices olim peregrinæ dicebantur. Donat.

Ædium amica mulier ſit. Gen. 2. 22.

Pudicæ mulieris eſt domi ſe continere, & domeſticos lares cuſtodire. Moſes cùm de mulieris formatione ageret, ædificandi verbo vſus, *Ædificauit*, inquit, *Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Geneſ. 2. verſ. 22. cur in mulieris fabrica ædificandi verbo vſus eſt Dei Legiſlator? id ſine myſterio factum non eſt; planè innuere voluit, mulierem à primo ſui ortu ædiū amantem eſſe debere, vt ſcilicet ædes non facilè deſereret, quæ tanquam ædem ædificatam ſe ſciret.

243. Ædificata mulier non videtur, quæ ædes odit, & domum ſe continere non vult, publicum amat, huc, illuc palans vagatur.

Domi

Digitized by Google

Domi ſe vxor contineat, & contineat filias. *Iſa. 60. 4.* Oleaſter.

Domi ſe vxor contineat, contineat & filias, ne dum in publicum paſſim prodeunt, mentem impurent, ſordeſque contrahant. Indiſcuſſum hic abire non debet, quod Iſaias habet, cap. 60. verſ. 4. *Filij*, inquit, *tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* Oleaſter hæc poſtrema ſic vertit ex Hebræo: *Filiæ tuæ iuxta latus nutrientur.* Pende alitér de viris loqui, aliter de fœminis, filij de longè venire dicuntur, filias de latere ſurgere, ſeu iuxta latus nutriri, vt inde colligeremus, poſſe filios longe excurrere, & in alienas terras ſi opus fuerit, ſe conferre, iterúmque redire, ſed filiæ iuxta ſuarum matrum latus ſedere debent, vt ibi nutriantur. Scitè Oleaſter hic: *Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ iuxta latus nutrientur. Admoneantur etiam hic fœminæ matres,* NE SINANT FILIAS SVAS A SVO [illegible] RE DISCEDERE, NE MALVM AL[illegible] INCVRRANT. *Vadant filij, & de longè* [illegible] *ad latus ſed* [illegible] *ibi nutri*[illegible] *liberè euagantur*, [illegible], vt nutriantur, vt potius impudi[illegible] [illegible] ſiant.

Hebræorum mulier̃ remotiorem domus partem habitabant. Philo.

Hebræi, [illegible] antiquitatis notitiam, & ad [illegible] matronarum cautionem adiiciam, hunc [illegible] ſeruabant, vt non ſolum fœminæ [illegible] continerentur, ſed intimiorem, abditioremque domus partem habitarent, quæ propriè mulierum domus dice[illegible]. [illegible] huius meminit Philo lib. 2. Allegoriarum dum ait: *Sicut in* [illegible] MO [illegible] CONCLAVI *matronali exterior eſt & p*[illegible], *in q*[illegible] *verſatur, item hac exterius atrium, inde ve*[illegible], *mox ianua, ſic & in anima.* Idem poſt multa de eodem ritu ſic habet: *Sicut ſi quis videat domum affabrè factam, inſtructámque veſtibulis, poſtibus, aulis virorũ, muliebribus conclauibus, & id genus ceteris cogitatione percipiet artificem.* Ab extima domus parte incipit, & ad intimam, quæ mulierum erat, progreditur. Hæc autem intima mulierum conclauia earum domus dicebantur. Hinc illud aperiemus, quod habetur Gen. 24 verſ. 18. *Cucurrit puella* (Rebecca,) *& nuntiauit in domum matris ſuæ omnia quæ audierat.* Domum matris hic aliqui dictam putant, quia olim domus mulierum a virorum domibus abiungi non ſemel conſueuerant. Sed magis placet, hic per matris domum intimam illam domus partem intelligi, quæ fœminarum habitationi erat peculiariter deſtinata, quod R. Salomon probat, & Lyranus.

Domus matris quænam diceretur. Gen. 24. 28.

244. Quod diximus de Hebræorum matronarum conſuetudine etiam illis Dauidicis verbis ſuam lucem immittit, quibus de vxore ait: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Pſal. 127. verſ. 3. quod enim ait, in lateribus domus vxorem manſuram, idem eſt ac ſi diceret, in interiori domus parte, in intimiſque penetralibus eam modeſtè ſeſſuram, nec foris huc illuc vagantem abituram, quia talis pudicarum matronarum erat ritus, vt in intima domus parte degerent, & longiùs à virorum conſpectu diſtarent. Nobis ſuccinit noſter Agellius, qui in huius Pſalmi commentario ita ſcribit: *In lateribus domus, ſeu in* INTIMIS DOMVS *locis, ac penetralibus modeſta ſedet, id enim* charchete *ſignificat*: nec nouum latera de intimis dici Ionæ 1. verſ. 5. & *Ionas deſcendit in interiora nauis.* Hebraicè, *ad latera nauis.* Addit Agellius explicans cur viti vxor comparetur: *Viti præterea illam comparauit, non ſolùm quia hæc arbor in primis fructuoſa eſt, verùm etiam quia ſola inter ceteras arbores in domibus plantari ſolet, & quia per ſe ſuſtineri niſi adminiculis adnixa non poteſt.* Hactenus ille.

Quid ſit vxorem in lateribus domus eſſe. Pſal. 127. 3. Agell.

Latera de intimis. Ioan. 1. 5.

Viti cur vxor comparatur. Agell.

Ergo mulier quæ pudica audire vult, intimam domus partem inhabitet, nec paſſim omnium oculis ſe obiiciat, nam impudicarum mulierum habitus eſt in domûs foribus ſedere. Vnde Salomon Prou. 9. de meretrice ait: *Sedet in foribus domus ſuæ ſuper ſellam.* Frequenter pudica non videtur, quæ frequentiùs quàm par ſit videtur, prodat pudorem ſuum mulier ſe non prodendo, non latebit bonum illius nomen ſi ipſa lateat, vt bonæ famæ odorem ſpargat; Etiam odores fragrantiam ſuam ſeruant clauſi, perdunt nimis expoſiti.

Impudicarum mulierum habitus in domo. foribus ſedere. Prou. 9.

CAPVT XXVII.

De mulieribus quæ nuptiarum mare enauigauerant, & in viduitatis portu manebant, aut rurſus ſe nuptiarum fluctibus committebãt, quædam antiquitatis rudera.

Poſt naufragium *mari ſe committit qui ſecundas nuptias quærit.*
Regis vxor alteri, *ſublato marito, nõ nubebat.*
Viduæ *quando dotem amittant ſi nubant.*
In feſtis publicis cur. nubere *virginibus olim non liceret, liceret viduis?*
Vidua *ad patris domum redibat apud Iudæos.*
Regis vxor, *rege mortuo, ab alio Rege in matrimonium duci poterat.*
Almanah *cur vidua dicatur.*
Vidua *amiſſo viro pro coniuge lachrymas habeat.*
Mulier quæ virum extulit mari *comparata.*
Viduæ *ſi prematurè ſecundas nuptias inirẽt, quid præſtare Solonis lege deberent?*
Chriſtianarum mulierum viduitas *Gentilibus in admirationem.*
Viduitatis *ſeruandæ profeſſio coram Epiſcopo facta.*
Vidua *beneficentiæ decore vidua non ſit.*
Perſtrictæ viduæ, *quæ eleemoſyna ornamento inſignita non ſunt.*
Virginem viduámque *eſſe quadam manicis intexuit.*
Cantum olim ne mulieres ſtatim poſt viri obitum ſe velarent.
Virginum, *&* viduarum *nomina in catalogo deſcripta.*

HVc quoque calamum flectendum duximus, nam cùm de nuptialibus aquis multa dixerimus, etiam aliqua ex antiquitatis penu promenda ſunt de mulieribus illis, quæ nuptiarum iam mari enauigato in viduitatis, vt ita dicam littore, ſeu portu firmius, tutiúſque conſiſtebant: hac mente vidua quædam cùm ad ſecundas nuptias peteretur: *Fatua*, inquit, *eſſem, ſi naufragium paſſa iterum* ME MARI *committerem*, id eſt, nuptialibus fluctibus, & tempeſtatibus. 245.

Poſt naufragium mari ſe committit qui ſecundas nuptias quæris.

Et in primis obſeruo probatam ferè omnibus viduitatem,

Regis vxor alteri, elato marito, non nubebat. Hebr.

viduitatem, & tanquam intutum habitum, poſt nuptiales fluctus, æſtuſque iterum ſe vndis committere, & naufragij pericula in nouo coniugio ſubire. Regis vxor vidua nuptui ampliùs non dabatur apud Hebræos, vt tradit R. Dauid de Pomis in ſuo Dictionario. Carolus IV. Imperator Boëmiæ Rex ſanxit ipſe quoque legem de viduis Reginis, offenſus nuptiis, quas decoris priſtini, & maieſtatis oblitæ ſubibant, vt ſi poſthac vidua Regina alij cuiuis aut Regi, aut Principi nuberet, præter dotem exilio inſuper multaretur; quod notauit Dubracius, lib 21.

Vidua quãdo dotem amittant ſi nubãt. Olor.

Chriſtiani, qui vrbem Cranganorem habitant, hanc legem ſeruant, vt viduæ dote priuentur, ſi eo anno, quo virum amiſerunt alium ducant Id refert Olorius, lib. 3. de rebus Emmanuelis: VIDVÆ, inquit, *quæ ante annum poſt virorum obitum nubunt, dotem amittant.*

246\. *In feſtis publicis cur nubere virginibus olim non liceret & liceret viduis.* Plut.

Romanorum alia conſuetudo, nam viduæ nubentes lætitiam præ ſe ferebant, virgines mœſtitiam, hinc eſt, quod publicis feſtis diebus virginibus fas non eſſet nubere, eſſet tamen viduæ, quia nempe læte ad ſecundas nuptias pergebant, quod virginibus virginitatem amiſſuris non licebat, ne viderentur virginitatem contemnere, quæ tanti fieri debet. Huius ritus meminit Plutarchus, rituſque cauſam ex Varrone elicit, hæc Plutarchi verba quæſt. Centur. Rom *In Feſtis publicis nubere non eſt fas virgines, cum tamen* VIDVÆ *tunc nubant? Verum, vt Varro eſt auctor, quod mœſtæ nubant virgines, mulieres lætæ: Feſto autem non liceat quicquam per mœſtitiam agere, nec coacte?* Hucuſque Plutarchus. Sed laude magis dignum, ſi viduæ à ſeruandis nuptiis niſi vehemens vrgeat cauſa, abſtineant, & mœſtitiam potiùs oſtendant, quam lætitiam.

Vidua ad patris domum redibat apud Iudæos. Oleaſt. Gen. 38. 11.

Apud Hebræos vidua, præſertim ſi iunior adhuc eſſet, ad Patris domum iterum redibat. Hoc colligit Oleaſter ex illis verbis, quæ habentur, Geneſ. 38. verſ. 11. *Eſto* VIDVA *in domo Patris tui*; ſic enim hæc verba explicans ſcribit: *Nullibi vidua ſecurior eſt, quam in domo patris, & puta, eam illius temporis conſuetudinem fuiſſe iuniores viduas poſt virorum obitum in domo Patris remitti, nunc vero liberè viuere volunt, &c.* Ita Oleaſter.

Regis vxor rege mortuo ab alio rege in matrimonium duci poterat. Gemm.

Quod ſuperius de vidua diximus ex R. Dauid videtur intelligi, niſi vidua alteri Regi nubere deberet; certè in exceptis Gemmaræ Sanhedrin. cap. 2. §. 14. hæc habentur: *Regis* VIDVAM *non niſi Rex ducit, eiuſque mula, vel equo vehi, aut alio regio inſtrumento neminem priuatum vti fas eſt. Quod igitur Abiſagem petit Adonias ſibi vxorem dari, qua, vt regia pellice, vel ancillâ priuatum vti illicitum erat, affectati regni crimen eſt.*

247\. Almanah *cur vidua dicatur.* Oleaſt.

Cur vidua *almanah* Hebraicè dicatur exponit in hunc modum Oleaſter in cap. 37. Geneſeos: *Almanah id eſt vidua, quod videatur habere ligatum os, vt non audeat loqui*; non reſpondebit ſuo nomini vidua, ſi garrula ſit, & noxiæ loquacitatis laboret morbo.

Vidua amiſſo viro pro coniuge lachrymas habeat. Lucan. Ant. Clar.

Vidua amiſſo viro pro coniuge oculorum aquas, lachrymáſque habet: Lucan. lib. 9.

Perfruitur lachrymis, & amat pro CONIVGE LVCTVM.

Hinc & Antonius Clarius; *Viduæ caſtæ luctus eſt loco* CONIVGIS *amiſſi, at præparatio ſecundi lecti deſiderium habet animæ luxuriantis.*

Mulier quæ virum extulit mari comparata. Nic. Greg.

Mulierem, quæ virum extulerat, dolorum fluctibus actam mari comparatam habes apud Nicephorum Gregoram, lib. 8. hiſtor. Rom. vbi Cæſariſſæ luctum his verbis repræſentat: *Pectus eius mare calamitatum erat, oculi fontes lachrymarum, totáque* MOERORIS FLVCTIBVS MERGEBATVR, *in terra deſerta, & aliena, & vt ita dicam, ad flumina Babylonis, deſtituta ab amicis.*

Viduæ præmaturè ſecundas nuptias inirent, quid præſtare [illegible] lege deberent Plut.

Viduæ ſi ſecundas inirent nuptias nondum decem menſibus elapſis à primi viri morte, Numæ lege bouem fœtam immolare tenebatur; Ita Plutarchus in Numa: *Longiſſimum*, inquit, LVCTVS DIEM *decem menſibus terminauit, quod ſpatium viduæ quoque abſtinendi a morte viri præfinitum eſt à ſecundis nuptiis. Quæ ante nupſiſſet ea bouem fœtam illius lege immolabat.*

248\. *Chriſtianarum mulierum viduitas Gentilibus in admirationem* S. Chryſ.

Chriſtianarum mulierum viduitatem præſertim diuturnam fuiſſe etiam apud Gentiles in admiratione teſtatur his verbis ſanctus Chryſoſtomus orat. ad viduam iuniorem: *Nam & ego aliquando cùm eſſem iunior, Doctori meo (erat autem ille omnium hominum maximè ſuperſtitioſus) animaduerti matrem meam præ multis magnam excitaſſe admirationem. Nam cùm eos, qui ſibi aſſidebant, more ſuo interrogaſſet, cuius ego eſſem; ac reſponſum eſſet, me viduæ mulieris eſſe filium, de me quæſiuit ætatem matris, &* VIDVITATIS *tempus. Cum primum verò audiuit quadraginta annos natam eſſe, vigeſimum vero iam annum agi, ex quo patrem meum amiſerit, obſtupuit plane, atque ad eos, qui aderant conuerſus clara voce exclamauit: En quales mulieres apud Chriſtianos ſunt: Tanta non modo apud nos, ſed etiam apud Gentiles viduitatis laus eſt, & admiratio.*

Viduitatis ſeruandæ profeſſio coram Epiſcopo facta Conc. Arauſ.

Viduitatis ſeruandæ profeſſionem olim coram Epiſcopo haberi ſolitam colligitur ex his Concilij Arauſicani 1. verbis, quod can. 27. ait: VIDVITATIS SERVANDÆ *profeſſionem coram Epiſcopo in ſecretario habitam, impoſitâ ab Epiſcopo veſte viduali indicandam.*

249\. *Vidua beneficentiæ decore viduanda* [illegible] S. Hier.

Quæ verò vidua eſt, beneficentiæ decore non ſit vidua, ab illa, quæ Eliam ſuſcepit hoſpitio, diſcat, quàm effuſa eſſe debeat: illa nec mortis impendentis periculo à largitate potuit reuocari, quod expendebat his verbis ſanctus Hieronymus epiſt. 10. de viduitate ſeruanda; *Recordemur* VIDVÆ *Sareptanæ, quæ & ſuæ, & filiorum ſaluti, Heliæ prætulit famem. Vt in ipſa nocte moritura cum filio ſuperſtitem hoſpitem relinqueret, maluit vitam perdere, quàm eleemoſynam: Et in pugillo farinæ, ſeminarium ſibi meſſis Dominicæ præparauit.*

Perſtringuntur viduæ quæ eleemoſynæ ornamento inſignitæ non ſunt S. Chryſ.

Viduas, quæ neglecto eleemoſynæ ornamento, quo debent inſigniri aurea ornamenta quærunt, ita perſtringit ſanctus Chryſoſtomus, hom. 36. in epiſt. 1. ad Corinth. *Non eſt hoc ſolum, quod quæritur, ſed diligens cura, & ſtudium egenorum, per quod* PRISCÆ VIDVÆ *valde reſplendebant: non ſicut multæ ex iis, quæ ſunt noſtris temporibus. Nam tunc quidem pro auro, eleemoſyna induebantur ornamento. Nunc autem hoc dimiſſo, funibus aureis ex catena peccatorum contextis amiciuntur.*

Virginem & viduam ſe eſſe quædam manicis intexuit. Ioan. Gerb.

Dignum ſcitu, neſcio an laude eſt, quod de muliere quadam narratur, quæ adeò viduitatem, ac virginitatem ſuam prodidit, vt manicis intexuerit ſcripturam, quæ id teſtaretur; rem his verbis habet Ioannes Gerbrandus, lib. 31. Chron. Belg cap. 21. *Catharina*, inquit, *filia Ducis Alberti, vxor Eduardi Ducis manſit virgo, & vidua, quapropter ad ſuas manicas poſt mortem mariti ſcripturam intextam deferre conſueuit:* VIRGO SVM, ET VIDVA.

250\. *Cautum olim ne mulieres ſtatim poſt viri obitum ſe velarent.* Capit.

Cautum reperio, ne mulieres ſtatim poſt viri ſui obitum ſe indiſcretè velarent, ſed triginta dies expectandi erant, & tunc demum Epiſcopi conſilio, aut ſi iſte abeſſet, aliorum Religioſorum deliberaret, quid præſtandum illi eſſet; in capitulis

capitulis Karoli Magni,num.105.hæc leguntur: *De fœminis, quæ viros amittunt, placet ne ſe, ſicut hactenus,indiſcretè* VELENT, *ſed vt xxx. dies poſt deceſſum viri ſui expectent, & poſt triceſimum diem, per conſilium Epiſcopi ſui, vel ſi Epiſcopus abſens fuerit,conſilio aliorum religioſorum ſacerdotum, ſuorúmque parentum, atque amicorum, id quod eligere debent,eligant.*

Virginum, & viduarum nomina in catalogo deſcripta. S.Chryſ.

Virginum,viduarum, pauperúmque nomina in catalogo fuiſſe olim deſumpta, indicat ſanctus Chryſoſtomus, homil. 67. in Matthæum, nam de ſua Eccleſia loquens ait: *Cogita tecum quot* VIDVIS, *quot virginibus quotidie ſuccurrat; iam enim numerus eorũ in catalogo aſcriptus ad tria millia peruenit, & præterea multis,qui carceres habitant, auxiliatur, nec tamen Eccleſiæ opes idcirco diminutæ ſunt:* Laudabilis cura circa viduas eſt, nec ſuo præmio vidua viduarum ſolicitudo; meretur nomen ſuum in cœlo ſcribi, qui viduarum,pauperúmque nomina in terris tenet exarata,vt indigentibus opem ferat,ſcriptio iſta aureis eſt litteris ſcribenda.

CAPVT XXVIII.

Tranquillum viduitatis mare; quis portus in hoc mari quærendus; & pleraque de viduis, pleraque de ſecundis nuptiis.

Turbatum mare, *coniugium; tranquillum, viduitas eſt.*

Viduitatis portus *patientia.*

Ignis æternus *viduis ſeruandus committebatur Athenis.*

Viduitas *ſi pura,coronam ſuam habet.*

Viduæ *Eccleſiæ opibus alebantur ſi vnum tantum virum habuiſſent,ſecus ſi duos.*

Viduæ *inconſultis Epiſcopis velari à presbyteris non poterant.*

Mulier cui mortuus vir, mortua *voluptatibus ſit.*

In mariti tumulo ſepelire voluptates *debet mulier.*

Voluptatem fugere *à turture mulier diſcat.*

Vera vera vidua forma,*veri mores.*

Ad ſecundas nuptias aliquam mulierem tranſire *dignum admiratione.*

Ritus *plerique qui primis nuptiis ſolemnes, non erant ſecundis.*

In via *ſe opponebant iis, quæ ad ſecundas nuptias tranſibant.*

Olim quæ bis nupſerat *Pudicitiæ, ac Fortunæ ſimulachrum attingere non poterat.*

Ignis ſecundus *ſecundas nuptias ſignificat.*

Secundæ nuptiæ *populi irriſioni ſubiecta: tollendus hic abuſus.*

Pecunia *non extorquenda cùm ex aliena parochia vxor ducitur.*

Secundus ventus *in ſecundis nuptiis.*

251. QVò maioribus,pluribuſque tempeſtatibus nuptiale mare obſidetur,eò gratior viduitatis tranquillitas videtur, tranquillum mare viduitas eſt, turbatum mare coniugium: his verbis viduam ſolabatur ſanctus Chryſoſtomus orat. quam ad iuniorem viduam habuit: *Donec igitur cum beato Theraſio viuebas, cùm ille tibi honorem, tuorúmque commodorum ſtudium præſtitit, cuiuſmodi ab optimo viro expectanda erant. Nunc autem illius loco habes Dominum omnium Deum, qui cùm antea tibi affuit, tum verò id nunc multo impenſius, ac cumulatiùs faciet. Atqui ſtudij erga te ſui, & procurationis non minimum, quemadmodum ante dicebam, indicium iam nobis dedit,in hoc curarum, atque ægritudinis incendio incolumem te præſtans, nec permittens vt quidquam violenti in te admitteres. Qui autem* TANTA TEMPESTATIS VI INCVMBENTE NAVFRAGIVM *fieri minimè permiſit, multo magis tranquillo iam mari cuſtodiet animam tuam, & leuem reddet viduitatem,atque ea quæ ex ipſa oriri videntur mala.*

Turbatum mare, coniugium tranquillum, viduitas eſt. S.Chryſ.

Mare viduitas eſt, ſed plerunque agitur fluctibus:tranquillum ſuâ naturâ eſt, ſed turbatum aliorum nequitiâ, plerique enim in viduas tanquam viri auxilio deſtitutas omni conatu ſæuiunt,& fraudum, iniuſtitiæque ventis turbant hoc mare, adeò vt quærendus illis portus ſit,ad quem ſe recipiant,is patientia eſt, ſic enim cenſet ſanctus Zeno ſerm.de patientia: *Tu variarum ſemper intempeſtatum crebris* TVRBINIBVS *conſiſtenti fidiſſimus* MISERANDÆ VIDVITATIS *es portus*; Sed extra aquas etiam eamus,extra maris ſimilitudinem, vt liberior nobis via ſternatur; aliáque de viduitate huc afferamus, non prorſus indigna, quæ in docti Lectoris notitiam veniant.

Viduitatis portus patientia.

Ignis æternus Athenis non à virginibus ſeruabatur, ſed à viduis contrà ac Romani, apud quos Virgines Veſtales hoc munus obibant. Ita Plutarchus in Numa, vbi docet etiamſi ignis caſu extinguatur qui accenderetur:hæc auctoris huius verba: *In Græcia ſicubi ſeruatur æternus ignis,ſicut Delphis, & Athenis,* VIDVÆ *extra ætatem poſitæ nuptiarum,non virgines præſunt ei. Qui ſi forte extinctus fuerit, vt Ariſtionis Tyrannide ſacra lucerna Athenis, & Delphis templo à Medis incenſo bellóque Mithridatico atque Romanorum ciuili vna cum ara fuit deletus ignis, negant eum fas eſſe ex alio accendi igne, ſed nouum, & recentem parandum, eliciendámque puram, ac liquidam ex ſole flammam. Succendunt eam ſcaphiis cauatis in æqualia latera orthogonia trigonalia, quæ ex circumferentia in vnum centrum ſunt deuexa. His ſoli obuerſis radiis vndique flagrantes coguntur, & contrahuntur ad centrum.*

Ignis æternus viduis ſeruãdus committebatur Athenis. Plut.

Sponſis corona olim dabatur, vt fusè infrà 252.
probabo, ſed & Viduitas coronam ſuam habet, ſi puritatem colat, & caſtimoniam; hinc illud ſancti Hieronymi,epiſt.10. ad Furiam: *Obſecras litteris, & ſuppliciter deprecaris, vt tibi reſcribam, imò ſcribam,quomodo viuere debeas, & viduitatis coronam illæſo pudicitiæ nomine conſeruare.*

Viduitas ſi pura coronã ſuam habet. S.Hier.

Cùm viduæ olim Eccleſiæ eleemoſynis alerentur, ſi quæ duobus viris nupſiſſet, & ambos extuliſſet, hoc ſubſidio priuabatur etiamſi alioquin egeſtate laboraret, & multis obſita annis eſſet; huc videtur ſpectare ſanctus Hieronymus, lib. 1 contra Iouinianum, cap.8. in hæc verba: *Hoc omne præceptum de his eſt* VIDVIS, *quæ Eccleſiæ paſcuntur Eleemoſynis, & idcirco ætas præſcribitur, vt illæ tantum accipiant pauperum cibos,quæ iam laborare non poſſunt, ſimúlque conſidera quod quæ duos habuit viros,etiam ſi anus eſt, & decrepita, & egens, Eccleſiæ ſtipes non meretur accipere:* Huc ſpectat quod habet Cœlius Rhodiginus, lib. 28.

Viduæ Eccleſiæ opibus alebantur ſi vnum tantum virum habuiſſent,ſecus ſi duos. S. Hier.

lect.

Regis vxor alteri, alate marito, non nubebat. Hebr.

viduitatem,& tanquam intutum habitum, poſt nuptiales fluctus, æſtuſque iterum ſe vndis committere, & naufragij pericula in nouo coniugio ſubire. Regis vxor vidua nuptui amplius non dabatur apud Hebræos, vt tradit R. Dauid de Pomis in ſuo Dictionario. Carolus IV. Imperator Boëmiæ Rex ſanxit ipſe quoque legem de viduis Reginis,offenſus nuptiis,quas decoris priſtini, & maieſtatis oblitæ ſubibant,vt ſi poſthac vidua Regina alij cuiuis aut Regi,aut Principi nuberet, præter dotem exilio inſuper multaretur;quod notauit Dubracius,lib 21.

Viduæ quãdo dotem amittant ſi nubãt. Oſor.

Chriſtiani, qui vrbem Cranganorem habitant,hanc legem ſeruant, vt viduæ dote priuentur,ſi eo anno, quo virum amiſerunt alium ducant Id refert Oſorius, lib. 3. de rebus Emmanuelis: VIDVÆ, inquit, *quæ ante annum poſt virorum obitum nubunt, dotem amittant.*

246. *In feſtis publicis cur nubere virginibus olim non liceret, liceret viduis.* Plut.

Romanorum alia conſuetudo, nam viduæ nubentes lætitiam præ ſe ferebant, virgines mœſtitiam, hinc eſt,quod publicis feſtis diebus virginibus fas non eſſet nubere, eſſet tamen viduæ, quia nempe læte ad ſecundas nuptias pergebant, quod virginibus virginitatem amiſſuris non licebat,ne viderentur virginitatem contemnere,quæ tanti fieri debet. Huius ritus meminit Plutarchus, ritúſque cauſam ex Varrone elicit, hæc Plutarchi verba quæſt. Centur. Rom. *In Feſtis publicis nubere non eſt fas virgines, cum tamen* VIDVÆ *tunc nubant? Vtrum,vt Varro eſt auctor, quod mœſtæ nubant virgines,mulieres lætæ: Feſto autem non liceat quicquam per mœſtitiam agere, nec coactè?* Hucuſque Plutarchus. Sed laude magis dignum, ſi viduæ à ſeruandis nuptiis niſi vehemens vrgeat cauſa,abſtineant, & mœſtitiam potiùs oſtendant,quam lætitiam.

Vidua ad patris domum redibat apud Iudæos. Oleaſt. Gen.38.11.

Apud Hebræos vidua,præſertim ſi iunior adhue eſſet,ad Patris domum iterum redibat. Hoc colligit Oleaſter ex illis verbis, quæ habentur, Geneſ. 38. verſ. 11. *Eſto* VIDVA *in domo Patris tui*;ſic enim hæc verba explicans ſcribit: *Nullibi vidua ſautior eſt,quam in domo patris, & putarem illius temporis conſuetudinem fuiſſe iuniores viduas poſt virorum obitum in domo Patris remitti,nunc vero liberè viuere volunt*,&c. Ita Oleaſter,

Regis vxor rege mortuo ab alio rege in matrimonium duci poterat. Gemm.

Quod ſuperius de vidua diximus ex R.Dauid videtur intelligi, niſi vidua alteri Regi nubere deberet;certè in exceptis Gemmaræ Lanhedrin. cap.2.§.14.hæc habentur: *Regis* VIDVAM *non niſi Rex ducit, eiuſque mulà, vel equo vehi,aut alio regio inſtrumento neminem priuatum vti fas eſt. Quod igitur Abiſagem petit Adonias ſibi vxorem dari,quæ,vt regia pellice,vel ancillà priuatum vti illicitum erat,affectati regni crimen eſt.*

247. Almanah *cur vidua dicatur.* Oleaſt.

Cur vidua *almanah* Hebraicè dicatur exponit in hunc modum Oleaſter in cap. 37. Geneſeos: *Almanah id eſt vidua,quod videatur habere ligatum os,vt non audeat loqui*; non reſpondebit ſuo nomini vidua, ſi garrula ſit, & noxiæ loquacitatis laboret morbo.

Vidua amiſſo viro pro coniuge lachrymas habeat. Lucan. Ant. Clar.

Vidua amiſſo viro pro coniuge oculorum aquas,lachrymáſque habet:Lucan.lib.9.

Perfruitur lachrymis, & amat pro CONIVGE LVCTVM.

Hinc & Antonius Clarius; *Viduæ caſtæ luctus eſt loco* CONIVGIS *amiſſi, at præparatio ſecundi lecti deſiderium habet animæ luxuriantis.*

Mulier quæ virum extulit mari cõparata. Nic. Greg.

Mulierem, quæ virum extulerat, dolorum fluctibus actam mari comparatam habes apud Nicephorum Gregoram,lib.8. hiſtor. Rom. vbi Cæſariſſæ luctum his verbis repræſentat: *Pectus eius mare calamitatum erat, oculi fontes lachrymarum, totáque* MOERORIS FLVCTIBVS MERGEBATVR, *in terra deſerta, & aliena, & vt ita dicam, ad flumina Babylonis, deſtituta ab amicis.*

Viduæ ſi præmature ſecundas nuptias inirent, quid præſtare volonis lege deberent. Plut.

Viduæ ſi ſecundas inirent nuptias nondum decem menſibus elapſis à primi viri morte, Numæ lege bouem fœtam immolare tenebatur;Ita Plutarchus in Numa: *Longiſſimum,* inquit, LVCTVS DIEM *decem menſibus terminauit, quod ſpatium viduæ quoque abſtinendi a morte viri præſinitum eſt a ſecundis nuptiis. Quæ ante nupſiſſet ea bouem fœtam illius lege immolabat.*

248. *Chriſtianarũ mulierum viduitas Gentilibus in admirationem.* S.Chryſ.

Chriſtianarum mulierum viduitatem præſertim diuturnam fuiſſe etiam apud Gentiles in admiratione teſtatur his verbis ſanctus Chryſoſtomus orat.ad viduam iuniorem: *Nam & ego aliquando cùm eſſem iunior, Doctori meo (erat autem ille omnium hominum maximè ſuperſtitioſus) animaduerti matrem meam præ multis magnam excitaſſe admirationem. Nam cùm eos,qui ſibi aſſidebant, more ſuo interrogaſſet, cuius ego eſſem; ac reſponſum eſſet, me viduæ mulieris eſſe filium, de me quæſiuit ætatem matris, &* VIDVITATIS *tempus. Cum primum verò audiuit quadraginta annos natam eſſe, vigeſimum vero iam annum agi,ex quo patrem meum amiſerit, obſtupuit plane, atque ad eos,qui aderant conuerſus clara voce exclamauit: En quales mulieres apud Chriſtianos ſunt:Tanta non modo apud nos, ſed etiam apud Gentiles viduitatis laus eſt,& admiratio.*

Viduitatis ſeruandæ profeſſio coram Epiſcopo facta. Conc. Arauſ.

Viduitatis ſeruandæ profeſſionem olim coram Epiſcopo haberi ſolitam colligitur ex his Concilij Arauſicani 1. verbis, quod can. 27. ait: VIDVITATIS SERVANDÆ *profeſſionem coram Epiſcopo in ſecretario habitam, impoſita ab Epiſcopo veſte viduali indicandam.*

249. *Vidua beneficentiæ decoro vidua non ſit.* S Hier.

Quæ verò vidua eſt, beneficentiæ decore non ſit vidua,ab illa, quæ Eliam ſuſcepit hoſpitio,diſcat,quam effuſa eſſe debeat: illa nec mortis impendentis periculo à largitate potuit reuocari,quod expendebat his verbis ſanctus Hieronymus epiſt. 10.de viduitate ſeruanda; *Recordemur* VIDVÆ *Sareptanæ, quæ & ſuæ, & filiorum ſaluti, Heliæ prætulit famem: Vt in ipſa nocte moritura cum filio ſuperſtitem hoſpitem relinqueret, malens vitam perdere, quam eleemoſynam: Et in pugillo farinæ, ſeminarium ſibi meſſis Dominicæ præparauit.*

Perſtringit viduas quæ eleemoſ. ne ornamento inſignitæ non ſũt. S Chryſ.

Viduas,quæ neglecto eleemoſynæ ornamento,quo debent inſigniri aurea ornamenta quærunt,ita perſtringit ſanctus Chryſoſtomus,hom. 36.in epiſt. 1. ad Corinth. *Non eſt hoc ſolum, quod quæritur,ſed diligens cura, & ſtudium egenorum,per quod* PRISCÆ VIDVÆ *valde reſplendebant: non ſicut multæ ex iis, quæ ſunt noſtris temporibus. Nam tunc quidem pro auro, eleemoſyna induebantur ornamento Nunc autem hoc dimiſſo,funibus aureis ex catena peccatorum contextis amiciuntur.*

Virginem viduamque eſſe quædam manicis intexuit. Ioan. Gerbr.

Dignum ſcitu, neſcio an laude eſt, quod de muliere quadam narratur,quæ adeò viduitatem, ac virginitatem ſuam prodidit, vt manicis intexuerit ſcripturam, quæ id teſtaretur; rem his verbis habet Ioannes Gerbrandus, lib. 31. Chron.Belg cap. 21. *Catharina,* inquit, *filia Ducis Alberti, vxor Eduardi Ducis manſit virgo, & vidua, quapropter ad ſuas manicas poſt mortem mariti ſcripturam intextam deferre conſueuit:* VIRGO SVM, ET VIDVA.

250. *Cautum olim ne mulieres ſtatim poſt viri obitum ſe velarent.* Capit.

Cautum reperio, ne mulieres ſtatim poſt viri ſui obitum ſe indiſcretè velarent, ſed triginta dies expectandi erant, & tunc demum Epiſcopi conſilio, aut ſi iſte abeſſet, aliorum Religioſorum deliberaret, quid præſtandum illi eſſet; in

capitulis

capitulis Karoli Magni, num. 102. hæc leguntur: *De fœminis, quæ viros amittunt, placet ne ſe, ſicut hactenus, indiſcretè* VELENT, *ſed vt xxx. dies poſt deceſſum viri ſui expectent, & poſt triceſimum diem, per conſilium Epiſcopi ſui, vel ſi Epiſcopus abſens fuerit, conſilio aliorum religioſorum ſacerdotum, ſuorúmque parentum, atque amicorum, id quod eligere debent, eligant.*

Virginum, & viduarum nomina in catalogo deſcripta. S.Chryſ.

Virginum, viduarum, pauperúmque nomina in catalogo fuiſſe olim deſumpta, indicat ſanctus Chryſoſtomus, homil. 67. in Matthæum, nam de ſua Eccleſia loquens ait: *Cogita tecum quot* VIDVIS, *quot virginibus quotidie ſuccurrat, iam enim numerus eorũ in catalogo aſcriptus ad tria millia peruenit, & præterea multis, qui carceres habitant, auxiliatur, nec tamen Eccleſiæ opes idcirco diminutæ ſunt:* Laudabilis cura circa viduas eſt, nec ſuo præmio vidua viduarum ſolicitudo; meretur nomen ſuum in cœlo ſcribi, qui viduarum, pauperúmque nomina in terris tenet exarata, vt indigentibus opem ferat, ſcriptio iſta aureis eſt litteris ſcribenda.

CAPVT XXVIII.

Tranquillum viduitatis mare; quis portus in hoc mari quærendus; & pleraque de viduis, pleraque de ſecundis nuptiis.

Turbatum mare, *coniugium; tranquillum, viduitas eſt.*

Viduitatis portus *patientia.*

Ignis æternus *viduis ſeruandus committebatur Athenis.*

Viduitas *ſi pura, coronam ſuam habet.*

Viduæ *Eccleſiæ opibus alebantur ſi vnum tantum virum habuiſſent, ſecus ſi duos.*

Viduæ *inconſultis Epiſcopis velari à presbyteris non poterant.*

Mulier cui mortuus vir, mortua *voluptatibus ſit.*

In mariti tumulo ſepelire voluptates *debet mulier.*

Voluptatem fugere *à turture mulier diſcat.*

Vera vera viduæ forma, *veri mores.*

Ad ſecundas nuptias aliquam mulierem tranſire *dignum admiratione.*

Ritus *plerique qui primis nuptiis ſolemnes, non erant ſecundis.*

In via *ſe opponebant iis, quæ ad ſecundas nuptias tranſibant.*

Olim quæ bis nupſerat *Pudicitiæ, ac Fortunæ ſimulachrum attingere non poterat.*

Ignis ſecundus *ſecundas nuptias ſignificat.*

Secundæ nuptiæ *populi irriſioni ſubiectæ: tollendus hic abuſus.*

Pecunia *non extorquenda cùm ex aliena parochia vxor ducitur.*

Secundus ventus *in ſecundis nuptiis.*

251. QVò maioribus, pluribuſque tempeſtatibus nuptiale mare obſidetur, eò gratior viduitatis tranquillitas videtur, tranquillum mare viduitas eſt, turbatum mare coniugium: his verbis viduam ſolabatur ſanctus Chryſoſtomus orat. quam ad iuniorem viduam habuit: *Donec igitur cum beato Theraſio viuebas, cùm ille tibi honorem, tuorúmque commodorum ſtudium præſtitit, cuiuſmodi ab optimo viro expectanda erant. Nunc autem illius loco habes Dominum omnium Deum, qui cùm antea tibi affuit, tum verò id nunc multo impenſiùs, ac cumulatiùs faciet. Atqui ſtudij erga te ſui, & procurationis non minimum, quemadmodum ante dicebam, indicium iam nobis dedit, in hoc curarum, atque ægritudinis incendio incolumem te præſtans, nec permittens vt quidquam violenti in te admitteres. Qui autem* TANTA TEMPESTATIS VI INCVMBENTE NAVFRAGIVM *fieri minimè permiſit, multo magis tranquillo iam mari cuſtodiet animam tuam, & leuem reddet viduitatem, atque ea quæ ex ipſa oriri videntur mala.*

Turbatum mare, coniugium, tranquillum, viduitas eſt. S.Chryſ.

Mare viduitas eſt, ſed plerunque agitur fluctibus: tranquillum ſuâ naturâ eſt, ſed turbatum aliorum nequitiâ, plerique enim in viduas tanquam viri auxilio deſtitutas omni conatu ſæuiunt, & fraudum, iniuſtitiæque ventis turbant hoc mare, adeò vt quærendus illis portus ſit, ad quem ſe recipiant, is patientia eſt, ſic enim cenſet ſanctus Zeno ſerm. de patientia: *Tu variarum ſemper in tempeſtatum crebris* TVRBINIBVS *conſtituta fidiſſimus* MISERANDÆ VIDVITATIS *es portus*; Sed extra aquas etiam eamus, extra maris ſimilitudinem, vt liberior nobis via ſternatur; aliáque de viduitate huc afferamus, non prorſus indigna, quæ in docti Lectoris notitiam veniant.

Viduitatis portus patientia.

Ignis æternus Athenis non à virginibus ſeruabatur, ſed à viduis contrà ac Romani, apud quos Virgines Veſtales hoc munus obibant. Ita Plutarchus in Numa, vbi docet etiamſi ignis caſu extinguatur quî accenderetur: hæc auctoris huius verba: *In Græcia ſicubi ſeruatur æternus ignis, ſicut Delphis, & Athenis,* VIDVÆ *extra ætatem poſitæ nuptiarum, non virgines præſunt ei. Qui ſi forte extinctus fuerit, vt Ariſtionis Tyrannide ſacra lucerna Athenis, & Delphis templo à Medis incenſo bellóque Mithridatico atque Romanorum ciuili vna cum ara fuit deletus ignis, negant eum fas eſſe ex alio accendi igne, ſed nouum, & recentem parandum, eliciendámque puram, ac liquidam ex ſole flammam. Succendunt eam ſcaphiis cauatis in æqualia latera orthogonia trigonalia, quæ ex circumferentia in vnum centrum ſunt deuexa. His ſoli obuerſi radiis vndique flagrantes coguntur, & contrahuntur ad centrum.*

Ignis æternus viduis ſeruãdus committebatur Athenis. Plut.

Sponſis corona olim dabatur, vt fusè infrà probabo, ſed & Viduitas coronam ſuam habet, ſi puritatem colat, & caſtimoniam; hinc illud ſancti Hieronymi, epiſt. 10. ad Furiam: *Obſecras litteris, & ſuppliciter deprecaris, vt tibi reſcribam, imò ſcribam, quomodo viuere debeas, & viduitatis coronam illæſo pudicitiæ nomine conſeruare.* 252.

Viduitas ſi pura coronã ſuam habet. S.Hier.

Cùm viduæ olim Eccleſiæ eleemoſynis alerentur, ſi quæ duobus viris nupſiſſet, & ambos extuliſſet, hoc ſubſidio priuabatur etiamſi alioquin egeſtate laboraret, & multis obſita annis eſſet; huc videtur ſpectare ſanctus Hieronymus, lib. 1 contra Iouinianum, cap. 8. in hæc verba: *Hoc omne præceptum de his eſt* VIDVIS, *quæ Eccleſiæ paſcuntur Eleemoſynis, & idcirco ætas præſcribitur, vt illæ tantum accipiant pauperum cibos, quæ iam laborare non poſſunt, ſimúlque conſidera quod quæ duos habuit viros, etiam ſi anus eſt, & decrepita, & egens, Eccleſiæ ſtipes non meretur accipere:* Huc ſpectat quod habet Cœlius Rhodiginus, lib. 28. lect.

Viduæ Eccleſiæ opibus alebantur ſi vnum tantum virum habuiſſent, ſecus ſi duos. S. Hier.

lect.antiq.cap.22.ita ſcribit : *Non ſolum ab officio ſacerdotij vir bigamus excluditur, ſed ab eleemoſyna Eccleſiæ dum indigna putatur ſtipe, quæ ad ſecunda coniugia deuoluta eſt.*

Viduæ inconſultis Epiſcopis velari à presbyteris nõ poterant. Conc.Pariſ.

Viduas inconſultis Epiſcopis à Preſbyteris velari inhibitas reperio : ſic enim ſtatuit Concilium Pariſienſe VI. canone XL. *Comperimus, quod quidam Presbyterorum incautè, & extraordinariè velum viduarum, inconſultis Epiſcopis ſuis conſecrarent, & ob id eidem religioni macula ingerebatur, quia eiſdem* VELATIS *per diuerſa vagandi occaſio præbeatur. Vt autem nullum Pontificum viduas velare attentet, canonica auctoritas inhibet. Quod verò Presbyteri inconſultis Epiſcopis ſuis velum viduarum conſecrare non præſumant, prorſus interdicimus.*

Mulier cui mortuus vir, mortua voluptatibus ſit. Greg. Naz.

Mulier cui vir mortuus mortua voluptatibus eſſe debet, vt de illa dici illud poſſit, quod habet ſanctus Gregorius Nazianzenus carm.ad Virgil.

Mortua ſit cunctis aliis, veluti SEPVLTA.

253. *In mariti tumulo ſepelire voluptates debet mulier.* S.Hier.

Vt videatur in mariti ſepulchro voluptates, voluptatumque amorem tumulaſſe, vt de illa dici illud quoque poſſit, quod habet ſanctus Hieronymus epiſt.9.quæ eſt de virginitate ſeruanda, vbi ad Sabinam ita ſcribit : *Tu verò quæ in* TVMVLO MARITI *ſepeliſti omnes pariter voluptates.*

Voluptatem fugere à turture mulier diſcat. S.Bernard.

Vel à turture hoc diſcere poteſt mulier, quæ vbi comparem amiſit tanquam omnem voluptatis ſibi vſum interdicit, à cantu abſtinet, & vel à viridi ſe ramo ſubducit. Vt illuc ſcilicet ſuaderet, huc flexit ſanctus Bernardus, ſerm.59. in Cantica in hæc verba: *Cernere eſt turturem tempore ſuæ viduitatis,* SANCTÆ VIDVITATIS *opus ſtrenuè, atque infatigabiliter exequentem. Videas vbique ſingularem, vbique gementem audias, nec vnquam in viridi ramo reſidentem proſpicies, & tu ab eo diſcas, voluptatum virentia velut virulenta vitare.*

Vera veræ viduæ forma, veri mores. S.Hier.

Hac notâ inſignis Annæ viduitas fuit, cuius laus in Euangelio eſt; hæc quippe voluptatibus deliciiſque repudiatis ieiuniis vacans, vacabat orationi, vt idcirco ſuperis, ſpiritualibuſque bonis diues fuerit: de eius nomine, patris, ac tribus ita in eius laudem philoſophatur ſanctus Hieronymus epiſt. 11. quæ eſt ad Furiam de viduitate ſeruanda, vbi veræ viduæ imaginem his verbis repræſentat: *Volumus ſcire quales eſſe debeant viduæ? legamus Euangelium ſecundum Lucam : Et erat, inquit, Anna propheteſſa, filia Phanuelis de Tribu Aſſer. Anna interpretatur gratia:* Phanuelis *in lingua noſtra reſonat, vultum Dei :* Aſſer *vel in beatitudinem, vel in diuitias vertitur. Quia igitur ab adoleſcentia vſque ad octoginta quatuor annos viduitatis onus ſuſtinuerat, & non recedebat de templo, diebus ac noctibus inſiſtens ieiuniis, & obſecrationibus, idcirco meruit gratiam ſpiritualem, & nuncupari filia vultus Dei, & atavi beatitudine diuitiiſque cenſeri.* His moribus ſi vidua non ſit, veræ viduitatis formam efferet, dignáque erit, quæ viro priuata, Chriſto nubat.

254. *Ad ſecundas nuptias aliquam mulierem tranſire dignum admiratione.* S.Chryſ.

Mirum eſt poſt matrimonij fluctus, poſt curarum tempeſtatem, poſſe rurſus ſecundas nuptias amare mulieres, ſeque coniugij mari rurſus committere, hoc mirabatur quoque ſanctus Chryſoſtomus orat.de non iterando coniugio, vbi hæc inter alia habet: *Mulieres quæ virorum conſuetudinem, partus dolores, & cætera omnia, quibus inſtructum matrimonium in hominum domos ingreditur, nunquam vſu cognouerunt, ad viros animum appellere, nihil ſanè mirandum eſt. Nam & bellum, rem adeò laborioſam, ac duram, imperitis dulce eſſe in prouerbio eſt. At ſexcentis malis affectas, quibuſque dura ipſa rerum conditio perſuaſit, eas quidem, quæ ſolutæ à rebus huius mundi vitam agerent, beatas prædicare, ſeipſas autem & pronubas, & diem, quo in matrimonium collocatæ, millies execrari; eas ipſas poſt tantum faſtidij rurſus earundem rerum deſiderio capi, hoc eſt, quod me propemodum obſtupefacit, ac dubitare cogit, & quærere.*

In ſecundis nuptiis illæ feſtiuitates non repetebantur, quæ in primis erant celebratæ, non in altum tollebatur ſponſa, nec frequentia populi procurabatur, id quod indicat ſãctus Optatus Mileuitanus, lib.6. hiſce verbis : *Quaſi ſecundas coëgiſtis ad nuptias, vt crines iterum ſoluerent, imperaſtis, hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt; Ex quibus ſi alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis feſtiuitas, non in altum tollitur, non populi frequentia procuratur;* illud, *in altum tolli,* explicat Gabriel Æbaſpinæus; *capitis ornamentis non vtitur.* *Riſum plerique, qui primis nuptiis ſolemnes, non erant ſecundis.* S.Optat.

Eæ quæ ad ſecundas nuptias tranſibant non irriſui ferè patebant; vis illis etiam inferebatur, vt in via ſe illis opponerent, quod ne fieret apud aliquos lege cautum; Communitas Cordubij in ſuis ſtatutis, cap.117.ita loquitur: *Mandamus, ac iubemus, quod ſi contigerit aliquem transducere nuptam ſuam, quæ fuerit* VIDVA, *non poſſint, nec debeant aliqui facere ſeragium, vel impedimentum aliquod, aut claudere viam, ſed liberè eas dimittant, & iter ad eorum beneplacitum quoquo modo permittant, nec tales tranſeuntes ad aliquid exburſandum, aut dandum, niſi hoc de eorum præceſſerit voluntate, & liberalitate, ac oblatione. Et qui contra fecerit vtendo aliquo Sforzio in ſimilibus cadat ad pœnam libr. quinquaginta p. pro quolibet, & qualibet vice & ſtandi per tres dies in carceribus clauſi. Eandem quoque pœnam incurrant omnes illi qui temerarias præſumpſerint facere matinatas, mitigandam tamen arbitrio Vicarij, & Conſulum inſpectâ qualitate facti, & perſonarum.* *In via ſe opponebant iis, quæ ad ſecundas nuptias tranſibant.* Stat.

Apud antiquos, quæ bis nupſerat, tanquam pudicitiam abiiſſet attingere Pudicitię, & Fortunæ muliebris ſimulachrum prohibebatur; Feſtus hoc docet : *Pudicitiæ ſignum in foro Boario eſt, vbi Æmiliana ædis eſt Herculis; eam quidam Fortunam eſſe exiſtimant. Item viâ Latinâ ad milliarium quartum Fortunæ muliebris. Nefas eſt attingi, niſi ab eâ,* QVÆ SEMEL NVPSIT. 255. *Olim quæ bis nupſerat Pudicitiæ, ac Fortunæ ſimulachrum attingere non poterat.* Feſtus.

Ignis ſecundus ſecundas nuptias ſignificat; ita capiendus Prudentius περὶ στεφάνων hymn.2. in honorem S.Laurentij: *Ignis ſecundus ſecundas nuptias ſignificat.* Prud.

Cernis ſacratas Virgines
Miraris intactas anus
Primique poſt damnum thori
IGNIS SECVNDI *neſcias.*

Secundas nuptias apud pleroſque populi tumultum, clamorémque exciuiſſe à multorum leuitate notum apud noſtros eſt : hunc abuſum tollendum monent acta Eccleſiæ Mediol. lib.4. tit. 2. vbi additur eam quoque conſuetudinem eliminandam, quâ pecunia extorquebatur ab iis qui ex alieno ſolo, aliâve parochia vxores ducebant; monitum hiſce verbis concipitur : *Quæ in* NVPTIIS *indecorè fiũt, ea ab Epiſcopis eripi omnino viſum eſt; iis porrò ipſis cùm potiſſimum minimè ferendæ illæ duæ, deprauato morum vſu, introductæ corruptelæ: vna ſcilicet, cùm certa quadam pecunia ab iis extorquetur, qui ex alieno ſolo, alienâve parochia vxorem ducunt, altera cùm per vicos, & plateas, quà ſecundò nupta ducitur, clamores, tumultuoſaque voces, à prophano gentilium more non abhorrentes, ac ſtrepitus hominum, quaſi exagitandis ſecundis nuptiis eduntur; eas ſanè à Chriſtianæ pietatis inſtitutis, atque moribus, & à matrimonij, quod celebratur ſanctitate alienat Epiſcopus cum omni alia paſtoralis officij ſui ratione,*

Secundæ nuptiæ populi irriſioni ſubiectæ, tollendus hic abuſus. Act.Eccleſ. Mediol.

Pecunia non extorquenda eum ex aliena Parochia vxor ducitur. Act.Eccleſ. Mediol.

Digitized by Google

tione,tum propoſitis etiam pœnis,cenſuriſque extirpari,ac plane funditus tolli curet.

Ad ſecundas nuptias amicum amicus hortans nauigationis metaphorâ vtebatur canens:

Secundus ventus in ſecundis nuptiis.

Qui ſibi rebus Deus ante in arctis
Adfuit, NAVIS *moderator idem*
Num ratis VENTO *repleat* SECVNDO
Turgida vela.

EXCVRSVS XXIV.

Muliebres aquę rimas facile reperiũt vt effluãt,& coërceri ægre poſsũt.

Vxor tanquam aqua coërcenda *ne effluat,ac ſubiectioni excurrat.*

Fontis metaphorâ *euagationis fuga commendata.*

Mulier Venetis aquis *coërceri defugiens.*

In virorum conſpectum *non facilè ſe dent mulieres.*

Natura motui *non eſſe natas mulieres, ſed quieti,vt doceat?*

Huc illuc vagari *muliebris ſexus nata.*

Solanis lege qui mulieres ab euagatione *reuocatæ?*

Abiente marito ne facilè foras exeat *mulier.*

Ægrè domi *cæ̈rcetur mulier.*

Ventus *claudi ſe vix ſinit,& mulier.*

Monti Sina par virgo,*ad eam nullus accedat.*

Virgam *Mayſis* virgo *referat, ab aliorum oculis ſe ſubducat.*

Virgo *vt cæleſti ſponſa placeat à noxia euagatione ſe cohibeat.*

Mulier ad domus euſtodiam *vocatur.*

Domi ſe contineat *mulier, vt pudicitiæ ſuæ canſulat.*

256. TEtigi hoc ſuperiùs,ſed tetigi tantùm, tem adhuc vrgeo & premo,quia euagandi & foras prodeundi cupiditas ſequiorem ſexum foras plerunque vrget frequentius quàm par eſſet, aquæ huc nos vocant,huc vocant fontes.

Vxor tanquã aqua coërcẽda, ne effluat & ſubiectioni excurrat Ecclef.25 34. Cornel.

Nõ facilè vir ſinat,vt vxoris aqua foras exeat: opportunè Sapiẽs, Eccleſ. 25. verſ. 34. *Ne des aquæ tuæ exitum nec modicum,nec mulieri nequam veniam prodeundi;* Excuſſi paulò antè hæc verba,& huic monito firmando ſubſtraui,dabo docti interpretis commentarium rei amplius illuſtrandæ, Cornelius hũc explicatum his verbis aſſuit: *Sicut non expedit* AQVÆ IN VASE CONCLVSÆ *vel modicum dare, aut permittere exitum per rimam aliquã quia alioquin ſenſim tota effluit: ſic pariter nõ expedit nequam mulieri,puta vxori,filiæ,ancillæ vel in modico indulgere,vt ei venias des prodeũdi, quò ei libuerit,ſic enim ſenſim omne tuum maritale vel paternum, aut herile ius,& Dominium excutiet, vt ſe in libertatem vindicet,ac deinceps ſe cohiberi, & ad officium ſuum reduci non patietur.* Bonartius eadem mente hoc commentario hæc verba illuſtrabat. *Si ſapis, ait ſapiens,aquæ quam in puteo,vel ciſterna collectam habet,ne rimam quidem,vel foramen apertum relinques, alioquin paulatim tota tibi elabetur per ẽtiere dato exitu:multo magis vxori tuæ,cuius mores improbos & ingeniũ ad malũ procliue noſti,libertatẽ nõ concedas pro tuo arbitratu prodeũdi foras,alioquin te,& illã perdes, illã quoque non minus quã aquã pluribus facies cõmunẽ.* Et nonnullis interiectis: *Cum vxor tua ſit inſtar aquæ fluxa,labilis,præcept vt exitum aliquẽ inueniat,*

Bonart.

Nouarini Nuptiales Aquæ.

quà erumpat coërcenda tibi eſt intra ciſternam tuam.

Fontis metaphora euagationis fuga commendatio.

Fontis qui obreptus,& clauſus in ſublime eleuatur metaphorâ virginitatis,& caſtitatis amatoribus ſuperfluã euagationẽ cõmendabat ſanctus Petrus Damianus,opuſc.12. c. 10. in hæc verba: *Tu igitur ſi vis animã tuã in ſua virginitatis integritate perſiſtere,ſi abominandũ ducis fœdis, & violentis corruptoribus ſubiacere,ſecretũ appete,receſſum ſingularitatis inquire,aures,& oculos a negotiorũ ſæcularium vanitate firmiter obſtrue, carnaliũ hominum colloquia deſtructioni magis quã ædificationi profutura contẽne. Nã iuxta Salomonẽ: Qui tangit picẽ,inquinabitur ab ea. Intra conſciẽtiæ ergo tuæ te cubiculũ collige. Cunctis domus tuæ foribus,cunctis videlicet ſenſibus cenſoriæ diſciplinæ repagula, ne quis ingrediatur, appone.* FONS *enim qui circũquaque,ne effundatur occluditur, vndis ad alia profluentibus eleuatur. Econtra qui per plures riuos hinc inde deducitur, mox vt ſuper eum æſtus feruentior incubuerit exſiccatur.*

S.Pet.Dam.

Vxorem quandã,quæ coërceri Venetis aquis, domique contineri abhorrebat, depingit nobis ſcitus quidam Poëta in hunc modum. 257.

Mulier Venetis aquis coërceri defugiẽs.

Vxorem duxit formoſam,Paula Phlogillam
Prognatus Veneto ſanguine Criſpus eques.
Felcina ſed tenera patria eſt numeroſa puellæ
Blanda habitare ſolet quo Cytherea loco.
Venit ad Adriacas poſtquam noua nupta paludes,
Eſt vbi continuò ſemita nulla mari;
Non audet prodire foras,campóque vagari
Dum libet,aut cultum merce ſubire forum
Nec licet irriguas auræ recubare per herbas,
Et vario niueos pingere flore ſinus.
Carpere nec grauido digitis pendentia ramo
Poma,nec è vitreo fonte leuare ſitim.
Tunc ſyluas patrij recolent memor Appennini,
Et libertatis priſtina iura ſuæ.
Perpetuo,infelix,nunquid me carcere claudi
Sub thalami,dixit,nomine coget Hymen?
Nec præter fluctus,& denſum littus arenis,
Spumoſique vadum mœſta videbo ſali?
Quid mihi marmoreis laquearia fulta columnis,
Quid proſunt Græcâ facta aſarota manu?
Nobilitaſque viri proauis a Regibus orta:
Quid tot centenis millibus arca grauis?
Quid tot Minoâ flauentia iugera meſſe?
Quaque replent noſtros Gnoſia muſta cados?
Quid numerare iuuat tot opes terráque marique,
Quas in diuerſo vir meus orbe tenet?
Quid,quod apud Venetos vxores eſſe beatas,
Sicut apud Ligures iactitet Italia?
Imperitare ſuis cum libertate maritis,
Et Dominas ſeſe dicere poſſe domus?
Quid prodeſt gerere Eois ſplendentia gemmis
Pectora? & auratâ veſte nitere ſinus?
Si ſecreta domi lateam,viduúmque cubile
Triſtis,& indignâ frigida nocte premam.
Crebraque ſuſpenſo ſuſpiria pectore ducam
Dum recolo vexet quanta libido mares.
Hæreat externa ne fortè in pellice,dum me
Detinet ingrata cura moleſta domus.
Sæpius his lachrymis iterare ſolebat obortis,
Et longo intra ſe victa dolere queri.
Sed tandem precibus durum eſt aggreſſa maritum
Deſerat vt Veneti tecta marina laris;
Telluriſque bonis,inſtanti vere fruatur,
Longaque mutata tædia ſede leuet.

Foras non facilè prodeant fœminæ,nõ facilè ſe in virorum conſpectum dent,præſertim ſi longũ iter eſt inſtituendum: Exod. 34. 23. hæc habẽtur: *Tribus tẽporibus anni apparebit, omne maſculinũ tuũ in cõſpectu omnipotẽtis Domini Dei Iſrael.* Cur idẽ nõ

In virorum conſpectum non facilè ſe dāt mulieres. Exod. 24. 23. Oleaſter.

prçcipitur & fœminis? Oleaſt hîc *ne ſcilicet* SEXVS INFIRMIOR LONGO ITINERE GRAVARETVR, aut quia nō ignorabat deuotū ſexū hoc ſine præcepto facturū; qua etiā in re fœminarū genus tacite docet, ne huc illuc diſcurrāt pietatis, & religionis prætextu, præſertim cū periculū aliquod imminet, aut propriæ ſaluti, aut alterius, nō præcipitur fœminis itio ad Deum, vt hinc paulatim aſſueſcerent ad ſuperfluæ euagationis fugam.

Natura motui non eſſe natas mulieres ſed quieti vt doceat? Plin.

258. Quid quod natura quoq; hoc idē docuit, cū vel in vtero rariùs moueri fœminas voluit, viros verò frequētius, vt vel tūc diſcerēt animio motu ſe cohibere cū eſſēt egeſtæ. Plinius l. 7. c. 4. ita loquebatur: *Feminas gigni celeriùs, quā mares ſicut celeriùs ſeneſcere*, SÆPIVS IN VTERO MOVERI MARES, *& in dextera ferè geri parte, in læua feminas conſtat.* Naturæ iura violare videtur mulier ſi huc illuc diſcurrat, & domus limitibus coërceri ſe nō ſinat.

Huc illuc vagari muliebris ſexus nota. Gen. 2. 17.

Notā iſta ferè mulier laborat, vt huc illuc vagetur, domi ſe nequeat cōtinere, à viro ſuo abeat, in alienas feratur domos; primā vix ex Adami coſtā formatā adductā legimus ad Adamū; ſic, enim habet Moſes Gen. 2. 17. *Et adduxit eā ad Adā*: reponat hic aliquis, & vnde adducta fuit, quæ e viri coſta ædificata iam erat; diceres formatam mulierē aliò ſtatim ſe contuliſſe, diſceſſiſſe à viro ſuo, vt nec momento fuerit iuxta illū. Audiri hic poteſt S. Anaſtaſius Sinaita lib. 9. Hexam. *Illud*, inquit, *adduxit eam, ſignificat, quod poſtquam ipſa facta eſt, aliquò* AVFVGIT, *& procul ſeparata fuit a viro ſuo, deinde Deus eam cōuerſam reduxit ad Adamum.*

Anaſt.

Solonis lege qui mulieres ab euagatione reuocata. Plut.

Solō ne mulieres foras prodirēt cauit, longáſq; earū profectiones inhibuit cibi, potuſq; inopiā: rē his verbis narrat Plutarchus in Solone: *Profectiones quoq; mulierū, luxuſq; & feſta lege adſtrinxit incōditā licētiā coercēte. Proficiſcēti foras tres nō amplius ſtolas permittit habere, neq; plꝰ cibi, vel potus ſecū efferre quā obolo emptū, neque calathū cubitali maiorē, nec de nocte niſi curru diuectā ad lucernā iter facere.*

Abſente marito ne facilè foras exeat mulier.

259. Mulier foras nō prodeat, præſertim abſēte marito. Luna à Sole quò magis diſtat, eò ſe magis oſtentat, contra fœmina præſtet, à virorum ſe ſubducat adſpectu, cùm vir abeſt; pulchrè ille:

Longius a Phœbo, quò menſtrua LVNA *recedit*
Oſtentat roſeas hoc magis illa genas.
Sed cōtra LATET VXOR *honeſta abſēte marito,*
Præſente in populum conſpicienda venit.

Ægrè domi coërcetur mulier.

Ægrè coërceri fœmineum genus poſſe, pulchrè volucrum ſimilitudine quidam explicabat:

Quā VAGA, *quā* LEVIS *eſt pictarū turba volucrū*
Liberior magnum quæ per inane volat.
Tā LEVE *tāq;* VAGVM *genus eſt muliebre, nec vllis*
Legibus adſtringi carceribuſque poteſt.

Ventus claudi ſe vix ſinit, vix ſinit & mulier. Prou. 17. Vgo Cat.

Hac de cauſa verò mulier comparatur, qui ægrè claudi poteſt, & clauſus ſtrepitum emittit: Prou. 27. *Qui retinet eā* (mulierē) *quaſi qui ventū teneat*: vbi Vgo Catēſis: *ſicut* VENTVS *ſi clauſus tenetur ſtrepitū facit, ſic mulier ſi claudatur litigiū facit.*

Monti Sina par virgo: ad eam nullus accedat.

Ab aliorum oculis ſe virgo ſubducat, quæ cæleſtis ſpōſi oculis vult placere, monti Sina ſit par, vt ad eam accedere alij vereantur.

Virgam Moyſis virgo referat ab aliorum oculis ſe ſubducat. Greg. Naz.

Virga virgo ſit, clauſa cuſtodiatur, vt erat virga Moſis in arca incluſa, huc voco illud ſancti Gregorij Nazianzeni, lib. ligneorum carminum ad Virginem, vbi ait:

Alij te fugiant, ſicut olim beſtiæ montem
SINAM, *quum lex per tabulas perſcriberetur.*
Sacrificium & virga intactiles ſunto, illud
Quidem profanis, hæc cunctorum oculis.

260. A ſuperflua euagatione cohibere ſe virgo debet, vt ſponſo placeat, vt inueniat ſpōſum, qui in plateis non reperitur, à calamo hoc monitū eſt, S. Hieronymus epiſt. 22. quę eſt ad Euſtochiū ita ſcribit: *Nolo te ſponſi quærere per plateas: nolo te circumire angulos ciuitatis, dicas licet: ſurgā, & circuibo ciuitatem, & in foro, & in plateis quarā, quem diligit anima mea: & interroges: Nū quē dilexit anima mea vidiſtis? nemo tibi reſpōdere dignabitur, ſpōſus in plateis non poteſt inueniri. Arcta, & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam: Denique ſequitur. Quæſiui eum, & non inueni: Vocaui eū, & non reſpondit mihi. Atque vtinā nō inueniſſe ſufficiat, vulneraberis, nudaberis, & tremebunda narrabis: Inuenerunt mē cuſtodes, qui circumeūt ciuitatē, percuſſerunt me, & vulnerauerūt me, tulerūt theriſtrum meum mihi. Si autē hoc exiens patitur illa, quæ dixerat: Ego dormio, & cor meū vigilat: & faſciculus ſtactes fratruelis meus mihi, in medio vberum meorum commorabitur: Quid de nobis fiet, quæ adhuc adoleſcentulæ ſumus? quæ ſponſā intrante cum ſponſo, remanemus extrinſecus?*

Virgo vt cæleſti ſponſo placeat, à noxia euagatione ſe cohibeat. S. Hier.

Mulieres ad domus cuſtodiam vocantur.

Scitè ille mulieres ad domus cuſtodiā inhortabatur, dicēs: *Mulier* IN DOMO EST *in annulo gēma, ſi ex leui cauſa migrat, & vagatur, fortaſſe perſeueret margarita, ſed cui facile ſit, vt proiiciatur ante porcos*; atque adeò tūc nō erit margarita, amittet pretium ſuum, ſuam puritatem, & caſtimoniam.

Domi ſe contineat mulier, vt pudicitiæ ſuæ conſulat.

Caſta quoque Venus ex Phidiæ arte ſubiectā teſtudinem, quæ domiporta dicitur, pede altero premebat, qua re ſilentij & domus cuſtodia mulieri, quæ caſtitati ſuæ conſultum vellet, tacitè commendabatur, nam teſtudo ſemper domi eſt, & vel lingua caret, vel linguæ ſono. Pulchrè ille huc ſpectans:

Me ſic effinxit Phidias, ſexúmque referri
Fœmineum, noſtra iuſſit ab effigie.
Quodque MANERE DOMI, *& tacitas decet eſſe puellas,*
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

CAPVT XXIX.

Cymba & nauis de muliere; pleræque aliæ obſeruationes de ſexu ſequiore.

Mulier naui *comparata.*
Scaphæ *vxor pariata.*
Nauis *ſimilitudine domi coercendam mulierē explicant, ne caſtitatis naufragium ſubeat.*
Nauis *metaphora in re vxoria.*
Lignea ſcapha *fœmina dicta.*
Rimoſū vas *fœmina quod nihil queat cōtinere*
Mulier in viri adiutorium *cur facta dicatur?*
Etiam fœminæ philoſophiæ *operam dabant.*
In partu *doloribus cruciatur mulier vt eius ſuperbia reprimeretur.*
Grandiores natu fœminæ apud Romanos oratione funebri *ornabātur, nō adoleſcentiores.*
Multa bona *ab vxore bonā viro naſcuntur.*
Iaponiorū fœminæ in qua re formę *laudē locēt.*
Steriles *mulieres verberandas ſe offerebant.*
Lex de fœmina fœminam calumniis *onerāte.*

261. AB argumēto quod verſamus, nō lōgè abibimus, ſi huc quoq. naues vehamus: cymbas, & naues aquæ ferunt, ferent & nuptiales aquæ, præſertim cū in ſequiori ſexu nauigia latere probandū ſit, nauibus fœminas pariatas cōfirmandū.

Mulier naui comparata.

Naui mulierem comparatam legimus: ſciti Poetæ dictum illud eſt:

Perſi

Perſimilis mulier NAVI, *cùm nata ferendis*
Mortalibus ſit vtraque.

...apha vxor ...rata.

Scapham vxori comparatam apparet & ex illo:

Clauũ in puppe tenes, vt tota SCAPHA *gubernet*
Quæ gerit hac eadem te tua cymba regit.

...auis ſimili-...dine domi ...ercendam ...læ, ne naufragium ...eſtitatis ...beat.

Nauis ſimilitudine fœminam domi coercendam ne naufragium caſtitatis ſubeat, peritè ille explicabat.

Sciſſa velut rapido NAVIS *malè creditur amni*
Quæ tamen in fluuÿ littore tuta manet.
FÆMINA *ſic caſti quamuis ſuſpecta pudoris*
Vix cadet in propriæ limite clauſa domus.

...auis meta-...hora in re ...xoria.

Nauis metaphora in re nuptiali, & vxoriâ adhibitam eſſe obſeruo; Iulia Auguſti filia, quum adulteri, quos admittebat, mirarentur qui fieret, vt filios Agrippæ ſimiles gigneret, quæ promiſcuè ſe proſtituebat, reſpondiſſe fertur; *Nunquam niſi* PLENA NAVI *ſe vectorem tollere*; quò innuebat, ſe nunquam admittere adulteros, niſi ex marito priùs concepiſſet:

...ignea ſca-...ha fœmina ...icta.

Lignea SCAPHA prouerbiali ſcommate fœmina dicitur, in qua nulla forma, aut proportio, inconcinna vt cymba; ſic Comicus mulieres nauibus comparat, quæ nunquam ſatis ornantur, nunquam citò; ſed quia hîc ſumus alia quoque de muliebri ſexu ſubiiciamus.

...imoſum vas ...œmina quod ...ihil queat ...ontinere.

262. *Cur nil contineat mulier, cùm Tucca rogaret:*
RIMOSVM VAS *eſt fœmina Tullus ait.*

...ulier in vi-...i adiutoriũ ...ur facta di-...atur.
Ambroſ.

Mulier in viri adiutorium facta eſt, non tantùm quia adiuuare ipſa virum debet, ſed etiã quia hominem producens, qui alterius adiutoriũ eſſe debet, ipſa per fœtum ſuum hominis adiutorium dicta eſt; adeò vt homo eſſe non videatur qui alteri opem non fert; huc videtur ſpectare ſanctus Ambroſius, lib. 1. offic. cap. 28. dum ait: *Hominem quoque hominis cauſa generatum eſſe in libris Moyſi reperimus, dicente Domino: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Ad adiumentum ergo mulier data eſt viro, quæ generaret, vt homo homini adiumento foret.* Adiutorium hominis mulier eſt, quia hominem gignit, cuius eſt homini auxilio eſſe.

Etiam fœminæ philoſophiæ operam dabant.
Apul
Clem. Alex.

Olim & mulieres Philoſophiæ operam dabãt: tẽpore Platonis multæ fœminæ in philoſophicis diſciplinis ſub tanto doctore profecerunt. Apul. lib. de Deo Platonis: *Multi auditorum eius (Platonis) vtriuſque ſexus* IN PHILOSOPHIA *floruerunt.* Idem ex noſtris habet Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum, vbi aliquas nominatim recenſet, dum ait: *Apud Platonem etiam philoſophabantur Laſthenia Arcadia, & Axiothea Philiaſia*: Addit Clemens: *Aſpaſiâ autem Mileſiâ vſus quidem eſt Socrates* AD PHILOSOPHIAM; Eiuſdem ſunt & iſta: *Arete autẽ Ariſtippi Cyrenaica erudiit Ariſtippum, qui μητροδίδακτος, id eſt, à matre doctus fuit cognominatus.*

In partu doloribus cruciatur mulier vt eius ſuperbia reprimeretur.
Theod.

Etiam hac de cauſa tot cruciatibus in partu mulier addicitur, ne hominis productione in ſuperbiam efferretur, dictũ illi eſt, in dolore paries filios, ne pariẽdo tumori ſubijceretur; ſcitè Theodoretus in catena græca in Hieremiæ cap. 9. quę nouiſſimè prodijt: ait enim: *In mœroribus parturies filios, & ad virum ſuum cõuerſio tua, & vide vbi triſtitiã adiunxerit, vbi faſtus materia. Superbis quod mater es, & in virum efferris, pœna huius elationis accipe doloris partus.*

263.
Grandiores natu fœminæ apud Romanos oratione funebri ornabantur, non adoleſcentiores.
Plut.

Grãdiores natu fœminæ apud Romanos oratione funebri exornari poterant, nõn tamen adoleſcẽtiores, Plutarchus in vita C. Cæſaris meminit huius moris his verbis: *In honorem quidem magnarũ natu fœminarũ* ORATIONES FVNEBRES *habere id moris erat Romanis, in adoleſcentiorum verò funeribus quum moris nõ eſſet, princeps Cæſar vxorem ſuam defunctam laudauit, qua re fauorẽ meruit, beneuolentiãque ſibi plebis conciliauit hac pietate, vt quaſi placidũ virum, & mollis ingenij exoſcularentur eum.*

Multa bona ab vxore bonâ viro naſcuntur.
Hebr.

De proba muliere aiebat R. Chaboh: *Semper homo debet eſſe ſolicitus circa* VXORIS HONOREM, *quia non inuenitur benedictio in domo viri niſi ob mulierem*; quod probat Saræ exemplo, cuius cauſa Rex Achimelech Abrahæ benedixit, boniſque omnibus cumulauit.

In quanam re maximam formæ laudem locẽt Iaponiorum mulieres docet his verbis Ioan. Pet. Mapph. lib. 6. Hiſtoriarum Indicarum: *Præcipuam decoris, ac* FORMÆ *laudem, in pedum breuitate, & exilitate conſtituunt: atque ob idipſum tenellos ab infantia faſciis, per quam arctè conſtringunt.*

Steriles mulieres verberandas ſe offerebant.
Int. Iuu.

Apud antiquos Lupercis februantibus ſteriles mulieres verberandas ſe offerebant. Vetus interpres Iuuenalis ad Satyr. 3. STERILES, inquit, *mulieres februantibus Lupercis ſe offerebant, & ferulâ verberabantur.*

Lex de fœmina fœminam calumniis onerante.
Stat.

De muliere, quæ vicinam calumniis, & maledictis inceſſerit extat apud nonnullos lex, vt ſtatam pecuniam accuſata ſoluere teneatur, aut ſi ſoluendo non ſit, lapidem per certum ſpatium deferre cogatur, inſequente eam præcone, ac ſtimulo eam pungente, in ſtatutis Portuſnaonis, lib. 2. hæc leguntur: *Statuimus, quod ſi qua mulier cum aliqua vicina ſua* LITIGAVERIT, *vel cauſauerit, & alia cum ea dicendo vituperium ſibi viciſſim fecerint, & manifeſtata fuerint Poteſtati, vel iudicibus ſol. lib. 6. ſol. 10. & ſi ſoluere non potuerit portet lapidem à Logia communis vſque ad Pontem ſuperiorem, & præco ſequatur ipſam pungendo cum ſtimulo, cui ipſa dabit ſold. 4.* Siſto hîc, nã de molliori ſexu paſſim multa ſuperius diximus, dicemus plura & deinceps, hæc quæ præmiſi, deſiderari hîc nolui, ad alia pergo.

CAPVT XXX.

De nauigatione nonnulla, nonnulla de nauibus.

Nauis *in funere circumlata.*
Domus quædam cur triremis *dicta?*
Moderatus corporis victus naucleri *vices obit.*
Benè nauigat *qui pro gubernaculo charitatem habet.*
Leuandi ad cœlum oculi iis, qui huius ſeculi mare *nauigant.*
Nauium *remi argento obducti.*
Nautæ *Phocam vt haberent conuiuam, & auxiliatorem.*
Nautarũ *iuramẽtum de mercibus cuſtodiẽdis.*
Atrum velum *in nauibus, exitij, & cladis indicium.*
Currentis nauis *ſimilitudine rerum humanarum inſtabilitas expreſſa.*
In rebus ſecundis *tanquam* nauclerus *peritus ſe prudens contra fluctus munit.*
Clauus nauis *linguæ moderationem vt doceat.*
Humilis, nauis *inſceſſorem ſe putat.*
Voluptas in puppe reſidens malè mentis nauem *regit.*

NAuis iniecta mentio ferret nos aliqua de 264.
nauigatione afferre, afferre aliqua de nautis, de nauibus, cognata hæc omnia argumento

Digitized by Google

ſunt, quod tractamus, omnia tangũt aquas, vt ab aquarum tractatore tangi etiam poſſint, præſertim cùm naues iſtæ ſalubres merces vehant. Pauca hic dabo alibi daturus plura.

Nauis in funere circumlata.

In Caroli V. funere nauem circumlatam legimus, qua nimirum ſignificabatur Indiana nauigatio; Guidius de hac re epigramma cõſcripſit lib.3.cũ hoc titulo: *In* NAVEM IN CAROLI V. EXEQVIIS CIRCVMLATAM, *nauigationem Indianam ſignificantem*, cùm ſubdit:

Non auri, leuis aut famæ ambitioſa cupido,
Non ſceptri perſuaſit amor tot adire labores:
Humani ſed te generis pia cura coegit
NAVIBVS *ignotas inueſtigare per oras,*
Queis ſacra inferret populos, Chriſtóq; dicares,
Membra ſaluiſera luſtrans aſpergine lymphæ.
Succeſſus neque te Cæſar, ſpe certa petiti
Deſtituit, donec de littore ſoluit Ibero,
Neptuno ſternente viam, & Tritonibus vdis
Auſpiciis venerãda tuis, transque æquora vecta
Relligio, tandem auriferis allabitur Indis,
Luce noua irradiant merſas caligine mentes.

Domus quædam cur triremis dicta. Athen.

Domus quædam *triremis* dicta eſt, quod in ea quidam ebrietate correpti nauigaſſe ſe crederẽt; rem habet Athenæus, lib 2. in hæc verba: *Timæus Tauromanites domũ quandam Agrigenti hac de cauſa dictam* TRIREMEM *narrat. Quod iuuenes quidã in ea temulenti vſque adeò ſint dementati ebrietate, & vino æſtuantes, vt in triremi nauigare ſe crederent horrenda tempeſtate in mari iactata: tantúmque mẽtis poteſtate deciderũt, vt domus vaſa omnia, & ſingula foras eiicerẽt velut in mare, nauis, quã tẽpeſtas affligebat, vt illis videbatur, exonerãda cauſa, iuſſuq; gubernatoris.*

Moderatus corporis victus naucleri vices obit. S. Iſid. Peluſ.

Moderatum corporis victum, cultumque naucleri, & gubernaculi metaphora, militiſque & armorum ſimilitudine in hunc modum commendabat ſanctus Iſidorus, lib. 5. epiſt. 64. *Qui tantum comedit quantum fami ſedandæ ſatis eſt, atque ita veſtitur, vt corpus honeſtè tegatur, is corpus pulchrum vehiculum animæ adornat, &* NAVCLERO GVBERNACVLVM *omninò tractabile, & militi congrua arma, & muſico lyram concinnam adaptat. Qui enim deliciis corpus ſaginat, ac veſtitus nimium exornat, laſciuire idipſum facit, & peruerſis cupiditatibus accendit, & nimium emollit, bonamque corporis habitudinem lædit, nimiáque illud mollitiè eneruat, & ad opugnãdũ animũ excitat Quamobrẽ vtroq; impoſterũ abſtineto.*

265. *Benè nauigat qui pro gubernaculo charitatem habet.* B. Laur. Iuſt.

Benè ille nauigat, qui in animæ naui pro gubernaculo charitatem habet; ſcitè B. Laurentius Iuſtinianus, cap. 5. de charit. *Charitas eſt iuſti* GVBERNACVLVM, *per quod iuſtus in hoc pelago non deuiat, ſed ad perfectionis portum adducitur. Nam Dei charitas eſt gubernaculum ſalubre, ſemper poſſidentem ſe dirigens ad perfectionem.*

Leuandi ad cælum oculi iis qui huius ſæculi mare nauigant. Bill.

Nauigantis ſimilitudine dum in huius vitæ pelago ſumus tendendos ad cœlum oculos pulchrè monebat Billius:

Æquora qui fragili ſulcat maleſida CARINA,
Quid curſum vt teneat, nocte diéque facit?
Peruigil ad cœlum tendit ſua lumina, ſidus
Spectat, & in Boreo inge quod axe micat,
Quiſquis iter vitæ ſequeris, vitaque peremnis,
Ne tua ſint terræ lumina fixa caue.
Semper ad æthereas ſublimi vertice ſedes
Conſpice; ſic tutum latus habebis iter.

Nauium remi argento obducti. Plut.

Nauium remos ad luxum argento obductos aliquando obſeruo, ſicut & purpureas cortinas in nauibus extitiſſe; Plutarchus in vita Pompeij: *Supra eorum terrorem inuidioſus ſtimulabat faſtus auratis Stylidibus, purpureis cortinis, remis inargentatis, quaſi ſceleribus geſtiebant, gloriabanturque.*

Nautæ Phocã vt haberent conuiuam, & auxiliatorẽ. S. Aſter.

Lex apud nautas inoleuit, vt Phocam haberent conuiuam, ſicut & auxiliatorem, quod quî fieret explicat ſanctus Aſtærius Epiſcopus Amaſeæ in huius martyris actis; ſcribit autem in hunc modum: *Sæpè viſus eſt nunc quidem noctu, cum expectaretur tempeſtas, excitans gubernatorem ad clauum dormitantem: aliquando autem rurſus extendens rudentes, & veli curam gerens, & è prora breuia proſpiciens. Vnde etiam lex facta apud nautas, vt Phocam haberent conuiuam. Et quoniam fieri non poteſt, vt qui nunc eſt incorporeus ſit conuiua, & menſæ particeps, diſcite quemadmodum pia conſideratio excogitauit rationem, qua id fieret, quod non poteſt fieri. Quotidie in partem obſoniorum, & æquis partibus eorum, qui comedunt, martyri attribuunt. Eam autem emens vnus ex conuiuis, deponit pecuniam, & die ſequẽti alius, & alias alius. Et hæc ſors emptionis omnes obiens dat quotidie emptorem partis. Poſtquam autem portus eos exceperit, diuiditur pecunia eſurientibus. Et hoc eſt pars Phocæ, pauperum beneficentia.*

266. *Nautarum iuramentum de mercibus cuſtodiendis.* Stat.

Apud nonnullos etiam ille, qui naui aliorum merces aliquò ducendas ſuſcipit, emittit de rerũ cuſtodia iuramentum; Statuta Tudertina, lib. 4. cap. 14. hanc formulam his verbis exhibet: *Ego Marinarius in naui, in qua eſt Patronus ipſius nauis* IVRO AD SANCTA DEI EVANGELIA, *quod bona fide, & ſine fraude aliqua cuſtodiam, & ſaluabo nauem ipſam, & corredia nauis, & aurum quod fuit in ipſa naui cuius ego ſum marinarius, & nõ furabor, nec furari faciam, nec permittam aliquid de ipſa naui, & ſi ſciuero, quod aliquis de ipſa naui aliquid defraudauerit ipſum, quam citius potero reuelabo, ſeu denunciabo patrono ipſius nauis, & arma habebo in ipſa naui, quæ continentur in ſtatuto marinariorum, & ſi fuero electus in temonarium ipſius nauis illud officium, ſiue onus minimè recuſabo, niſi habuero iuſtum impedimentum, ſiue cauſam recuſandi, percipiendo ex hoc illud precium à marinariis quod Patronus, & nauclerus ſententiabunt. Verum ſi quis marinariorum conſpirationem, coniurationem, ſeu communitatem contra Patronum aliquem vel mercatores faceret, perpetraret, ſeu facere procuraret, ſiue communiter inter ſe, ſiue cum aliis quam citius potero, reuelabo Patrono, ſeu patronis ipſius nauis.*

Atrum velũ in nauibus exitij, & cladis indicium. Plut.

Atrum velum in nauibus exitij, & cladis indicium erat; candidum læta omnia ſpondebat, & felicia; Plutarchi hæc ſunt verba in vita Theſei: *Nulla ſpes ſuberat ſalutis. Hinc nauem cum* ATRO VELO, *vt in certam perniciem, mittebant. Tunc verò cum parentem Theſeus confirmaret, & domiturum ſe iactaret Minotaurum, aliud velũ gubernatori Ægeus candidum dedit cum præcepto vt in reditu ſoſpite Theſeo attolleret candidum, alias nauigaret cum atro, & ſignum cladis ederet.*

Currentis nauis ſimilitudine rerum humanarum inſtabilitas expreſſa.

Currentis nauis, nec veſtigia poſt ſe relinquentis ſimilitudine humanarum rerum inſtabilitatem, ac futilitatem ſic explicat quidam Poëta:

Rebus in humanis non eſt durabile quicquam,
Regna ipſa, & Reges imperij dominos,
Et quicquid faciunt mortalia pectora magni
Temporis elapſu præteriiſſe vides:
Non aliter, quam cum NAVIS *pertranſiit vndas*
Æquoris, & curſu præpete præteriit:
Non eſt in vaſto veſtigia cernere ponto,
Quaque iuêre rates ſemita nulla patet.

267. *In rebus ſecundis tanquam nauclerus peritus ſe prudens contra fluctus munit.*

Periti naucleri eſt etiamſi tranquillum ſit mare, ea tamen parare quibus contra fluctus, ſi inſurgant, ſe tueatur, ſic & prudentis eſt, cum adeunt ſæcundæ res, contra aduerſas ſe munire, ſcitè ille:

Quamuis

Quamuis tranquillum mare ſit, cœlumque ſerenum
Nauita cum fluctus nauigat æquoreos.
Armamenta tamen queis tempeſtatibus atris
NAVFRAGIVM *vitet ſemper habere ſolet.*
Sic quibus eſt fortuna fauens, vultuque benigno
Ridet, & ex voto proſpera quæque fluunt,
Debent, ſi ſapiunt (quoniam eſt mutabilis) acro
Aduerſus illam quærere præſidium.

Clauo nauis linguæ moderationem vt doceas.

Claui quo nauis regitur metaphora ad linguæ moderationem nos hortabatur peritus quidam Poëta:

Vt tuta eſt firmi NAVIS *moderamine claui,*
Tempeſtas moto dum furit orta mari:
Sic lingua quiſquis prudens bene temperat vſum,
Securus vitæ multa pericla cauet.

Humilis nauis inſeſſorē ſe putat. S. Ephræm.

Humilis hæc nota eſt, vt illi ſit par, qui nauem aſcendit, infido ſe mari, eiuſque fluctibus committit; ſancti Ephræmi hæc cenſio erat adhortat. 2. dum diceret: *Humilis amorem ſui ipſius deteſtatur, ſed ſe in hac vita velut nauis conſceſſorem reputat.*

Voluptas in puppe reſidēs malè mentis nauem regit.

Quam periculi res plena ſit, cum voluptas in puppe reſidens mentis nauem arbitrio ſuo regit, hiſce verbis explicabat ſcitus quidam Poëta.

Cum velut excelſa reſidens, in PVPPE, *voluptas,*
Arbitrio mentem pellit, agitque ſuo.
Horrida bacchantes ineunt certamina venti.
Nauemque in Syrtes, & vada cæca trahunt:
Illinc Ambitio, Dolus hinc conſurgit, & atrox
Ira cruentatas ſanguine tincta manus.
At ratio regimen nauis ſi ſumpſerit, ecce,
Compoſitis vndis æquora tuta ſilent:
Ipſa ratis nullo ventorum exterrita flatu
In portum certo tramite flectit iter.

CAPVT XXXI.

Mulier, mare, ac naufragium; pleraque alia de mulieribus.

Mare *fœmina vt referat.*

A fœmineo mari *abeat, qui naufragium timet.*

Mulier naufragium *in terra.*

Super gracilem glaciem *ambulat, qui familiaritatem cum ſequiore ſexu habet.*

Quinam in maternis aquis *naufragium timuerit.*

Fœminea inconſtantia ſyrtibus fluminum *explicata.*

Mulierum ſuperſtitio in amnium vorticibus *conſpiciendis.*

Etiam in animantibus fœmineum ſexum *aliqui vitabant.*

Fœminæ cantus *baſiliſci ſibilo ſimilis.*

In impudica muliere ſatanicus ſerpens *deliteſcit.*

Amputanda mulieris laſciuia, *ne luxuriet.*

Liber Geneſeos, & Canticorum *adoleſcentibus cur olim interdictus?*

Fœminei oculi curioſitas *difficile coërcetur.*

Notati qui Creatoris donū *præferunt creatori.*

Fœmina vt lutum *ſpectandum.*

268. *Mare fœmina vt referat.* C.S. in ad. prod.

MAre fœmina refert, ſed mare quoque formare poſſet profuſo in toto orbe virorum ſanguine; hinc illud illius in molliorē hunc ſexum fortiter ſæuientis: *Quicquid Romani ſanguinis profuſum ſtillicidiū, de ſitula, & muliebris* OCEANI GVTTA *vna eſt; natare nouo potuit orbis Oceano, & noua arca fabricari; nouus Noemus creari, ſi quicquid virorum ſanguinis mulier fudit fluminibus ſucceſſiſſet; nam quæ orbe toto intacta domus? quæ fœmineum ignorauit ferrum, venena, fluctus?*

A fœmineo mari abeat, qui naufragium timet. B.B.C. ſerm.

A fœmineo mari, à muliebri pelago auocari ſe ſinat, qui ſalutem ſuam amat, qui ſibi conſultum vult, Boni auctoris hæc verba ſunt, quæ hîc in omnium cautionem omnibus offero: *Quid fidis opibus? O quanto tutior Oceano, quam* FOEMINEO COMMITTES ILLAS MARI? *nulla ſcylla, charybdis nulla, tot ſorbet naufragia, quot muliebres ſcopuli iuuentutis agmina; fugite quicunque portum cogitatis, quicunque naufragia timetis; irreſpirabile in hoc fœmineo Oceano profundum eſt*; mergetur qui non timet, qui non cauet, aquis ſepultum ſe prius ſentiet, quàm voraginem, niſi mentis oculos aperiat, videat.

Mulier naufragium in terra. S. Ephræm.

Fœmineom mare, fœmineas aquas qui nauigat naufragium timere debet; vt deſit aliud naufragium ipſa mulier malum naufragium eſt, ſi mala; inter alios titulos hoc quoque mulierem nequam donat ſanctus Ephræm. tract. aduerſus improbas mulieres; ait enim: *Quid eſt mulier?* NAVFRAGIVM SVPER TERRAM, *fons nequitiæ, theſaurus immunditiæ, & malitiæ, mortifera conuerſatio, atque confabulatio, oculorum pernicies, animarum exitium, cordis ſpiculum, iuuenum perditio, ſceptrum inferni*: poterat magis oppoſitè mulierum damna repræſentare? quis ſe tutum putet malo proximus tot malis grauido?

269. *Super fragilē glaciem ambulat, qui familiaritatem cum ſequiore ſexu habet.* S. Ephræm.

Incautus muliebribus aquis ſepelietur, eóque citius ille mergetur qui mergi non timet; qui temerè mulierum conſortium frequētat, & ſecurum ſe putat, ſimilis illi eſt, qui ſuper fragilem glaciem graditur: feſtiuè idem ſanctus Pater tract. ad imitationem prouerbiorum: *Fugis ſerpentem mordentem corpus? cur non fugis magis* MVLIEREM, *quæ animum* MORDET? *qui aſſiduè pro foribus eius verſatur ſimilis eſt ei, qui in glacie deambulat, quia non longe ab eo abeſt lapſus, atque ruina*: proh quam bellè! & placet iſta deambulatio? & ſecurum ſe putat, qui animæ ſuæ ſalutem tam fragili glaciei committit?

Quinam in maternis aquis naufragium timuerit. Vit. Pat.

Etiam in maternis aquis hoc naufragium timebat, ille qui contingere matrem noluit, ne aquas cum matre tranſiens, muliebribus aquis alioquin ex aquis illæſus exiens, mergeretur: huc ſpectat illud quod in vitis Patrum, lib. 4. part. 6. his verbis receuſetur: *Frater iter agens habebat ſuam matrem ſecum iam ſenem, qui cum veniſſet ad quendam fluuium non poterat illa tranſire & tulit filius pallium ſuum, & inuoluit manus ſuas,* NE OMNINO CONTINGERET CORPVS MATRIS, *& ita tranſpoſuit eam fluuium. Dixit autem ei mater: Vt quid ſic operuiſti manus tuas fili? Ille dixit: quia corpus mulieris ignis eſt, & ex eo ipſo quod te contingebam, veniebat mihi commemoratio aliarum fœminarum.* Cautio iſta cautiorem reddere quemlibet debet.

Fœminea inconſtantia ſyrtibus fluminum explicata.

Sequioris ſexus infidelitatem, & inconſtantiam ſyrtibus fluminum variam impetu faciem induentibus explicabat ſcitus ille Poëta:

Sed vobis facile eſt verba & componere fraudes,
Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus.
Non ſic incerto mutantur FLVMINE SYRTES
Nec folia, hyberno tam tremefacta Noto
Quam citò fœminea non conſtat fœdus in ira
Siue & cauſſa grauis, ſiue & cauſſa leuis.

Mulierum ſuperſtitio in amnium vorticibus conſpiciendis. Plut.

270\. Olim mulieres quædam amniũ vorticibus inſpectis, riuorúmque gyris futura prædicebant; ita loquitur Plutarchus in vita C. Cæſaris: *Magis inſuper vaticinia percellebant illos fatiloquarum mulierum, quæ* AMNIVM VORTICIBVS *inſpectis, riuorumque gyris, & ſtrepitibus notatis futura præcinebant. Hæ ſigna cõferre antequam illuxiſſet noua Luna vetabant. Quibus nunciatis Cæſar, cum quieſcere cerneret Germanos, optimum factu ratus eſt, vt cum torpentibus potius confligeret, quam illorum expectans tempora deſideret:* Aliter hic res ſe habet, non futura iuxta aquas prædicunt, ſed ſuarum blandiciarũ aquis in futuras flammas incautos ducunt, vt interim & præſentibus malis irretiant.

Etiam in animantibus fœmineum ſexum aliqui vitabant. S. Theod. Stud.

Plerique adeò cautè ſexum ſequiorem vitandum cenſebant, vt quod mireris etiam in animantibus ratione carentibus fœmininum ſexum defugiendum ſuaderẽt: ſancti Theodori Studitæ in ſuo teſtamento hæc ſunt verba: NON FOEMININI GENERIS ANIMANTEM IN IVMENTVM HABEBIS, *qui fœminis prorſus vale dixeris, neque in monaſterio, neque in agris, quemadmodum nec vidorum Patrum vſus eſt quiſquam, nec patitur natura. Non mulis, & equis vectabere, citra neceſſitatem, ſed Chriſtiane pedes obibis, ſin vſu veniat, pullus iungitor.*

Femina cantus baſiliſci ſimilis ſibilo. S. Cypr.

Feminæ cantum baſiliſci ſibilo comparabat ſanctus Cyprianus de ſingul. clericorum: *Cuius* (fœminæ) *cantu*, inquit, *tolerabilius eſt audire* BASILISCVM *ſibilantem*, vt timere mortem debeant, qui ſinunt eo ſe deliniri.

In impudica muliere ſatanicus ſerpens delitescit. S. Pet. Chryſ.

271\. In impudica muliere ſatanicus ſerpens deliteſcit: latuiſſe in Herodiadis filia dum ſaltaret notabat his verbis ſanctus Petrus Chryſologus, ſerm. 174. *Reuera,* ſuam, *credidit tunc Herodes cum talem vidit: nam putaſſet alienam, ſi pudicam vel aliquantulum peruidiſſet: ſerpens tunc latebat in fœmina, quæ reptans greſſibus flexuoſis lethale toto corpore* VIRVS *effudit: vt diſcumbentium mentes furor, venenum corpora ſauciaret.*

Amputanda mulieris laſciuia, ne luxuriet.

Amputandam ne luxuriet mulieris laſciuiam ita monebat Hippocrates apud Stobæum de nuptialibus præceptis, ſerm. 74. *Veruntamen aliquo opus habet mulier, a quo caſtigetur. Habet enim in natura laſciuiam, quæ niſi quotidie* AMPVTETVR, *luxuriatur, & ſyluescit inſtar arborum*

Liber Geneſeos, & Canticorum adoleſcentibus cur olim interdictus. S. Proſp.

Olim liber Geneſeos, Canticum Canticorum, & quædam Ezechielis capita adoleſcentibus interdicebatur, vt hos libros legere non poſſent mulierum cauſa, quarum in illis mẽtio fit: Diſce id mecum ex ſancto Proſpero, lib. 3. de vita contemplat. cap. 6. vbi ait: *At ne me iſta veraciter arguentem quiſquam indicet arguendum, nouerit propter hoc fortè ab antiquis fuiſſe decretum, ne qui adoleſcentium legerint* GENESEOS *librum, ac partem pariter* EZECHIELIS, *vel* CANTICVM CANTICORVM, *& cætera talia, in quibus generationes, & actus, & nomina quarundam ſcripta ſunt mulierum.*

Fœminei oculi curioſitas difficile coërcetur. Oleaſt.

272\. Cur Deus punierit Loth vxorem retrò reſpicientem explicat Oleaſter in cap. 19. Geneſis, aſſerens non curioſiorem tantum adſpectum Domino diſplicuiſſe, ſed & animum, quo in Sodomam ferebatur, dum reſpexit retrò, hæc huius auctoris verba: *Difficile quis prohibet* OCVLOS FOEMINARVM, *ſed conſueuit Dominus punire licentioſos aſpectus, quemadmodum fecit in Eua. Et putarem eam non ſolum oculis, ſed etiam animo Sodomam reſpexiſſe, ob quam ingratitudinem in ſalis cumulum verſa narratur.*

Notati qui Creatoris donum præferũt Creatori. Bill.

Fœminæ exemplo, quæ gemmam viro præferret, qui gemmam offert, & plus in gemmæ amorem fertetur, quàm in viri, eos Billius premit, qui creaturas creatori præferunt, & hoc contempto illas amant, ſic ille canit:

Fæmina ſi pulchram capiens à coniuge gemmam
Præ gemma nimio ſpernat amore virum.
Ecquis erit, qui non hanc exſecretur, & omni,
Dignam odio, dignam ſupplicioque putet?
Heu nos iſte notat mutato nomine ſermo,
Plenaque perfidia pectora noſtra ferit:
Innumeris qui dum donis cumulemur in horas,
Præferimus danti munera ſumpta Deo.

Fœmina vt lutum ſpectanda.

Denique, vt in aqua definiam, qui exorſus ab aquis ſum, mulier quælibet ita eſt aqua, vt tanquam terra, & puluis aqua maceratus, commixtus aquæ lutum efficiatur, lutum ſit, hinc illud in ſententiis Ethico-politicis:

Qui fœminam miratur, miratur LVTVM

CAPVT XXXII.

Mulierum aſpectus, & familiaritas cum aquis, cum fluctibus, cum naufragiis vt cohæreat.

In naui *veli, & cortinæ interiectu mulieres à viris ſeparatæ.*

Semiramidis murus *pro validiſſimo munimento.*

Naufragiis *velificat, qui noxiâ familiaritate cum molliori ſexu agit.*

In fœmineo mari *breuia, ſyrtes, naufragium.*

Etiam periti alioquin naucleri *in fœmineo mari naufragium ſubierunt.*

Vel ſolo viſu *naufragium timendum.*

Singulare Regis exemplum *mulierem videre nolentis.*

Merſio *à ſolo mulieris adſpectu timenda.*

Iuraturi in mare *lapidem proiiciebant.*

Qui mulierem curioſè ſpectat *timeat ne in luxuriæ mare proiiciatur.*

Pudici mens tanquam nauis *portum quærit, à mulierum adſpectu fugiens.*

Malacia in fœmineo mari *tempeſtatem minatur.*

Muliebre mare *dum blanditur ſæuit.*

Peccati aculeus forma *fœminea.*

Facies mulieris ornata quauis procella *pernicioſior.*

A muliere pulchra oculi ſubducendi; *ne illius rete quis capiatur.*

Fucata mulieris facies intemperantium naufragium.

Fixis in terram oculis cum mulicre *loquendum.*

Curioſa mulieris inſpectio *adulterij radix.*

A libera mulieris ſexus inſpectione *ad pœnitenda facile itur.*

In limpidis ſapientiæ aquis *vxoris futuræ pulchritudo contemplanda.*

Curioſa alterius ſexus inſpectio *multas, & impuras*

impuras cogitationes parit, vt lapillus in aquam mortuam coniectus.

273. AQVIS, ac mari mulieres pariauimus: ſcopulos hic time, ſyrtes, ac breuia, inſelixque niſi caueas, naufragium time: quid? expectare potes dum ſpectas rantum, à viſu ſubmerſio eſt, & vndarum ludibrium non ſemel fit, qui in muliebribus hiſce aquis oculos non cuſtodit.

In naui veli, & cortinæ interiectu mulieres à viris ſeparatæ.
Syneſ.

Obſeruo olim hunc morem aliquando aliquos ſeruauiſſe, cùm viri, mulieresque vnâ ſimul naui veherentur, veli, atque cortinæ interiectu fœminas à viris ſeparaſſe, ne ſeſe inſpicerent, néve mutuo aſpectu naufragium caſtitas ſubiret, & infelicius animata nauis nequitiæ fluctibus ſepeliretur, quàm vndarum inanimata. Tangit hunc morem Syneſius Cyrenenſis, epiſt. 45. quam Euoptio fratri ſcribit, cui nauigationem ſuam his verbis narrat: *Qui vectores ſumus ſuper quinquaginta, quorum quarta fermè pars fœminæ ſunt, pleræque iuuenes, & formoſæ ſunt. Verum non eſt quod inuideas, nam* CORTINA APPENSA NOS SECERNEBAT, *eadem minutiſſima temperantibus hominibus, par Semiramidis muro.* Hæc Syneſius: Probus mos, & non in naui modo, ſed vbique ſeruandus, alioquin vbi nullum nec pudoris, nec lini velum obducitur, nulla appenditur cautionis cortina: etiam in terra caſtitatis, ac puritatis timeri naufragium debet. Quod verò ait, *par Semiramidis muro* prouerbium ſapere videtur, pro validiſſimo munimento, nam Semiramis Babylonem vrbem à Nino conditam, vel vt ait Ioſephus inſtauratam, muris validiſſimis cinxit, quorum altitudo pedes ducentos, latitudo quinquagenos æquaret, vt auctor eſt Strabo.

Semiramidis muros pro validiſſimo munimento.

274. Naufragium à mulieris conſortio timendum eſt: adeo vt familiaritas iſta ipſis diſcriminibus nauiget, naufragiiſque velificet implantanda hic ſunt ſancti Cypriani verba, qui de ſingularitate clericorum hoc argumentum verſans ait: *Quæ non niſi corruptionem ſeminat, pullulat vitia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, laſciuiam paſcit, petulantiam nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat, ripas eripit, præcipitia inſtruit, periculis nauigat,* NAVFRAGIIS VELIFICAT, *perditione gaudet, interitum fouet, confuſionem mercatur, theſaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, occupationes inflammat, & cateruanti ſimilis in faſcem glomerãs numeroſas indagines captionum per infinita dedecorum, multiplices mortes inuehit in perniciem perditorum:* Alibi plura ex hoc Patre dedi, aliò ſpectans.

Nau[fr]agiis velificat, qui noxia familiaritate cum molliori ſexu agit.
S.Cypr.

In fœmineo mari breuia, ſyrtes, naufragium
C.S.Med. R.l.3.cap.37.

Ne igitur naufragium quiſque ſubeat, mulieres à ſuis oculis ſubducat, ſeque mulierum conſpectui eximat, quantum poteſt, alioquin etiamſi, nauclerus peritiſſimus ſit, dum non ſibi cauet periclitabitur. A probo, validôque calamo monitum eſt: SVRTES, & BREVIA *cogita, ſcopulos, & decumanos fluctus. Tot omnium ætatum naucleri peritiſſimi in hoc profundo naufragium fecerunt, & in extrema ſenectute poſt enauigata maria, torrentem non raro repererunt, in quo perirent. Et ſperabit neſcio quis ingenii plenus fiducia medios inter fœmineos fluctus in tabula ſalutem?* Verè & ad noſtram mentem cohærenter, Sampſon, Salomon, aliique peritiſſimi fuerunt, hîc tamen miſerum ſubiêre naufragium, & miſerâ ſubmerſione fœmineum hoc mare infame reddiderunt, vt fruſtra ſecuritatem ſibi polliceatur in hoc mari tot magnorum luctuoſo exitu nobilitato, niſi fugiat, & fœminarum conſpectum vitet. Dauid pœnitendum illud continentiæ naufragium fecit, quia cautionis cortinam non adhibuit, nec à mulieris conſpectu tanquam à ſæuientis maris fluctibus ſe ſubduxit.

Non proximus mulieri mulierem ſpectauit, 275.
ſed à longe ſubmerſus tamen eſt, dum vidit Bethſabeam: quid ſi propè ſpectaſſet? facilius, citiúſque obrutus luxuriæ vndis fuiſſet. A longe mulierem vidit, ſed propè libidinis fluctus adfuit, quo abſorptus eſt: Pulchrè, ſed verè ſanctus Auguſtinus in pſal. 50. *De longè vidit Dauid illam in qua captus eſt.* MVLIER LONGE, LIBIDO PROPE. Mergitur peritus ille nauclerus dum à longè ſpectat, & tu ſtabis, dum propè muliebrem vultum intueris? Falleris, prius impudicitiæ vndis ſepelieris, quam vndas videas, & vidẽdo cauere poſſis. Prudens, & cautus ille Rex, qui pulcherrimam mulierem videre noluit, ne eius amore abſorberetur. Ita refert ſanctus Iſidorus Peluſiota, lib. 2. epiſt. 62. *Lectione didici, Regem quendam, cum Epheſiam ſacerdotem, cuius incredibilis, & ſingularis pulchritudo erat, conſpexiſſet, ſtatim ex Epheſina vrbe digreſſum eſſe, illud, videlicet, metuentem, ne præter voluntatem, nefarij aliquid admittere cogeretur.* Hunc Regem Reges omnes imitarentur, rariora in Regibus caſtitatis naufragia videremus, rariora in ſubditis.

Vel ſolo viſu naufragium timendum.
S. Auguſt.

Singulare Regis exemplum mulierem videre nolentis.
S.Iſid. Peluſ.

Vis impudicitiæ aquis non mergi? mulieris vultum non intueatis. Qui labentes aquas ex alto ſpectat viſum ſibi turbari ſentit, & plerumque nudus viſus ita caput tentat, vt quadam vertigine captus in flumen decidat, fluminis labentes vndas tantum reſpectans. Eidem, imò & maiori diſcrimini ſubjacet, qui fœmineas aquas ſpectat, muliebrem vultum defixis oculis intuetur: facilè cadit, qui facilè intuetur, oculóſque à pulchris mulieribus non auertit. Facilius tranſitur à cognitione ad concupiſcentiam, Prou. 6. verſ. 25. *Ne concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum.* Eandem ſententiam effert ſanctus Ambroſius, lib. 1. de Cain, cap. 5. & ſanctus Chryſoſtomus, hom. 3. de verbis Iſaiæ ſic efferunt: *Ne cognoſcas pulchritudinem alienam*, ac ſi idem eſſet cognoſcere, ac concupiſcere, facilè enim concupiſcit, qui cognoſcit: ne ergo concupiſcas, ne impudicitiæ fluctibus obruaris, ſpectare muliebres vndas nolis.

Merſio à ſolo mulieris adſpectu timenda
Prou. 6. 25.
S. Ambroſ.

Olim iuraturi lapides in mare proiiciebant, quos μύδρυς vocabant, vt annotat Sophoclis interpres. Idem habet Plutarchus in Ariſtide: *Sacramento adegit Græcos in Athenienſium verba iurare, votiſque nuncupatis ignitos lapides in mare porrexit.* Huc videtur alluſiſſe Macedonicus in Epigrammatis:

Virginis ora feræ IVRAVI TRIPLICE SAXO
De placidis nunquam velle tueri oculis.

Iuraturi in mare lapidẽ proiiciebant.
Soph. interp.
Maced.

Lapidis proiectu indicabant ſe, ſi iuramen- 276.
tum violaſſent, in mare proiiciendos, rectè ergo iurat iſte nunquam ſe virginis faciem oculis placidis intueri velle, idque lapidis in mare proiectione firmat, nempe non lapides in mare proiicit, ſed ſe ipſum vndis committit, qui mulieris, maximéque virginis faciem audet intueri. Igitur qui vndis obrui, abſorberíque luxuriæ voraginibus non vult, vitare muliebrem vultum quantùm poteſt ſtudeat, & viſum à ſequioris ſexus aquis abducat.

Qui mulierẽ curioſè ſpectat timeat ne in luxuriæ mare proiiciatur.

Nauis tempeſtate iactata, vt deſpumantis maris fluctus euadat, portum petit, ita & pudici viri

Pudici mens tanquam nauis portum quærit à mulierum aſpectu fugiens. S. Nilus.

mens tanquam ſpiritualis nauicula, vt naufragium vitet, fœminæ aſpectum fugiat, ſeque à mulierum conſortio, ac familiaritate elonget, ſic enim facile naufragium, quod liberiorem aſpectum ſubſequi plerumque ſolet, vitabit. Rem à perito nauclero accipe. Sanctus Nilus orat. 1. de luxuria ita in hanc ſententiam, & ſub hac metaphora ſcribit: NAVIS TEMPESTATE *iactata portum quærit, & viri pudici anima expetit ſolitudinem. Vt enim illa fluctus maris* NAVFRAGIVM *minitantes fugit, ita hæc mulierum aſpectus perniciem afferentes vitat.* Quot ſpirituales naues his fluctibus obrutæ, dum minus ſibi cauent, periêre, & dum temere videre fœmineos vultus voluerunt viderunt mortem. Peritiſſimus quiſque nautarum dum nimium elemento ſuo fiſus altius prouehitur, naufragium paſſus eſt. Idem periculum ſubeunt, qui ſe fœmineis hiſce aquis nimia ſui fiducia credunt.

Malacia in fœmineo mari tempeſtatē minatur. C. S. lib. 3. M. R. cap. 37.

Malaciam hoc fœmineum mare præ ſe ferat, tempeſtas magis timenda eſt. Ne fide huic tranquillitati, quò magis leniter hæ aquæ decurrēt, eò magis voragines timendæ: Ridet, blanditur mulier, ne ſpecta, latent ſub hac tranquillitate ſcopuli, breuia, ſyrtes. Verus ille de his fœminarum blandiciis: *A magna* MALACIA *magnas tempeſtates expectet; hoc propinquior periculo, quò mollius hoc elementum ludit. Ne fide huic trāquillitati, maiora ſub hoc ridente vultu damna latent, voragines, & ſcopuli teguntur hac ſerenitate. Nihil proinde inter omnia remedia præſentius, quàm nulli fidere, vereri omnes, etiam in ſorore fœminam cogitare.* Proba hæc cautio, quæ à naufragio reuocat, à ſcopulis, à ſyrtibus abducit. Idem auctor alibi hoc idem monet: *Dum ſilet* MARE, *ac quaſi ignauo ſopitum iacet ſomno, tunc peritiſſimus quiſque maximè inuigilet. Mentitur hæc ſerenitas, ac de propinquo minatur. Periculoſior omni Oceano mulier, dum blanditur ſæuit.* Poterat illuſtrius? Negligit ſalutem ſuam, qui huic Oceano ſe committit, & fœmineis ſe credit blandimentis. *Timendo fœminarum blandimenta vincamus,* ait ſanctus Cyprianus de ſingularitate Clericorum. Addit poſtea: ACVLEVS PECCATI *facta eſt forma fœminea,* qui peccatum horret, aculeum hunc deuitet.

Mu'iebre mare dum blanditur ſæuit. Idem cap. 38.

Peccati aculeus forma fœminea. S. Cypr.

277. *Facies mulieris ornata quauis procella perniciosior.* S. Nilus.

Exornatam mulieris faciem, & fucis oblitam procellis ſi quis comparauerit, habebit ſuæ cenſionis vadem ſanctum Nilum, qui orat. 2 de luxuria ita loquitur: *Facies mulieris exornata quauis* PROCELLA *pernicioſior eſt: ex hac enim quiſque deſiderio vita ſtudet euadere: fœmina vero ſpecies ita decipit, vt vitam etiam contemnere perſuadeat.*

A muliere pulchra oculi ſubducendi, ne illius rete quis capiatur. Ben. Syr.

Nemo inter fœmineas haſce aquas ſibi ſalutem polliceatur, ſcopuli ſub illis latent, & retia, quibus curioſus inſpectator capiatur; vt opportunè ille Hebræorum doctiſſimus Ben-Syra monitum iſtuc ad nos tranſmiſerit: *Abſconde oculos tuos à muliere gratioſa, ne capiaris* RETI EIVS. Quot dum ſibi non cauent, hiſce retibus capti miſerè periêre? Loquuntur ſæcula, quæ abierunt, loquuntur quæ abeunt. Fœlix ille qui alieno periculo doctus neminem docet, nec exemplorum auget numerum.

Fucata mulieris facie, intemperantium naufragium. S. Nilus.

Fucatam faciem dum mulier oſtentat, timendum ſpectatori naufragium eſt, ni ſibi caueat, nam vt ait Sanctus Nilus orat. de fornicat. *Forma fucata intemperantium exitium,* ET NAVFRAGIVM EST; quot etiam ſecundis auris nauigantibus merſit adſcititia hæc forma incautè ſpectata? nemo tam fatuus, vt naufragantium numerum velit augere ſui ruinâ.

Loquendum cum muliere eſt? oculos humi defige, ne eius retibus capiaris: non captus fuiſſet magnus ille Rex Dauid, ſi mulierem in balneo ſe lauantē non aſpexiſſet. Prudenter ſanctus Iſidorus Peluſiota monet, & fidentes inſtruit, lib. 1. epiſt. 89. ita ſcribit: *Curandum eſt, vt* OCVLIS HVMI DEFIXIS *eas alloquamur. Quampluribus enim, aut etiam iis fermè omnibus, qui fœminarum pulchritudine ſubacti ſunt, hoc accidit, vt mors per feneſtras ad eos aſcenderet: quippe quæ etiam magnum illum prophetam ac Regem vicerit, cum ad peſtiferum illud balneum* OCVLOS CONIECIT. Luxuriæ vndis obrutus infelix naufragium magnus iſte Rex ſubiit, quia auertere à fœminea forma oculos neglexit: cautior ſit, qui mergi non vult. *Facilè in adulterium labitur, qui liberiore oculo alienam mulierem non tam videt, quàm abſorbere, vt ita dicam videtur.* Non abiit à veritate, qui curioſam mulieris inſpectionem adulterij radicem dixit: Ita loquitur Antonius in Meliſſa, ſerm. 15. *Radix*, inquit, *adulterij eſt* CVRIOSA CONSPECTIO *in faciem*, nempe ab hac radice luxuriæ germen pullulat. 278.

Fixis in terrā oculis cum muliere loquendum. S. Iſid. Peluſ.

Curioſa mulieris inſpectio adulterij radix. Ant. in Mel.

Quam facilè à libera inſpectione ad pœnitenda, & erubeſcenda eatur, elegantiſſimè explicat ſanctus Petrus Damianus quorundam lapidum natura, quorum vnus maſculus, alter fœmina dicitur, qui ſi vicini inter ſe fuerint, ignis ſtatim egreditur, qui omnia depaſcatur, flammas euomat, & mentis germina, arboreſque comburat. Sed præſtat hic huius ſancti Patris verba innectere, qui Opuſc. 42. c. 1. ita ſcribit: *In quodam monte orientis lapides ſunt igniferi, qui maſculus, & fœmina nuncupatur, & dicuntur Pyroboli. Qui nimirum cùm à ſe inuicem procul ſunt, non accendantur; ſi verò fœmina appropinquauerit maſculo, protinus exit ignis egreditur, ita vt omnia, quæ circa montem ſunt, flammis vaporantibus exurantur. Ab ipſis ergo lapidibus edocemur, vt ſi communi libidinis incendio nolumus, muliebris aſpectus ſpeciem declinemus: ne de conſpecta forma* FLAMMA PROSILIAT, *quæ in nobis non montis, ſed mentis fruteta peruadat.* Audi, & time; & ſi lapis muliebrem formam conſpicere vita, eos cogita, qui infami, & miſerando exitu prolapſi ſunt, dum hæc pericula non cogitarent. 279.

A libera mulieris ſexus inſpectione ad pœnitenda facile itur. S. Pet. Dam.

In limpidis ſapientiæ aquis vxoris futura pulchritudo contemplanda. Franco Abb.

Ipſa etiam vxoris pulchritudo ex aqua deprehendi debet, nimirum in ſupernæ ſapientiæ fontibus velut in ſpeculo ſpectanda, ſi ad modeſtiæ normam, & puritatem ſpiritum ſpectatoribus inhalet, hinc & Abrahæ ſeruus ſponſam filio eius quæſiuit iuxta aquæ fontem, quod expendens Franco Abbas, tom. 3. de gratia Dei ait: *Seruus dirigitur, prudenti conſilio vtitur, accumbit propter fontem aquæ, vt in limpidis* AQVIS SAPIENTIÆ *contempletur pulchritudinem formæ vxoris deſponſandæ.*

Denique vt ab aquarum metaphora non abeamus, licet fors curioſa hæc inſpectio fœminarum nos in vltimum exitium non ſtatim adigat, multas tamen cogitationes in mente gignit; quæ eius puritatem fœdant, & collutulant. Conſpecta mulieris ſpecies, vt lapillus ſe habet, qui in lacunam, mortuamque aquam coniectus, grandes, pluréſque impudicarum cogitationum circulos format; qua ſimilitudine vtitur in hac re ſanctus Baſilius, lib. 3. de vera virginitate, cuius verba hic deſiderari religio ſit: *Sicuti* LAPIS IN AQVAM *ciſternæ coniectus, non ſolum adiacentem aquæ partem, in quam cecidit, agitat; verum orbes alios perpetuis vicibus excitans, eos interdum ad vltimos* 280.

Curioſa alterius ſexus inſpectio multas, & impuras cogitationes parit, vt lapillus in aquam mortuā coniectus. S. Baſil.

mos

mas lacuna margines agitando perducit : Ita & laſciuus obtutus , vel ſermo voluptatis delinitus illecebris in virginis animam , velut in vndam puriſſimam vehementer iniectus, alias poſt alias quaſi in profundo cogitationes amatorias excitat : ipsámque totam eius qui fecit imaginem ſauciam fluctibus agi tat. Quocirca ſummo ſtudio oportet virginum aſpectus, vociſque blanditias vt peſtifera, ac perdita voluptatis illecebras è ſenſibus ſuis quàm longiſſimè arcere: & aurem quidem intus caſtiſſimâ cogitatione , oculos verò eiluaiſſima auerſione munire. Nihil poterat elegantius dici , nihil huic rei exprimendæ aptius, & opportunius.

EXCVRSVS XXV.

Diaboli telum mulier , vulnerat dum conſpicit ; capit dum ſpectatur.

Mulieris facies ſauciat , *& vulnerat.*
Mulieris oculus telum.
Oculorum telis *qui reſiſtit , reſiſtit & verborum.*
Telum *veneno illitum mulieris aſpectus.*
Sagittæ *veneno imbuta emittebantur.*
Florida facies telum *venenatum.*
Diaboli telum *mulier.*
Fortes viros per mulieres *oppugnat Diabolus.*
Vbi mulierem inuenit vincit Dæmon , *vincitur vbi non inuenit.*
In vincula trahit *mulieris pulchritudo, quos hoſtile ferrum vincere non potuit.*
Fœminea pulchritudine , vt eſca *homines capiuntur.*
Regis cautio *mulierem videre nolentis.*
Cautius pulchra mulier *fugienda , quàm* Dæmon.
A muliebri quoque veſte *oculi auertendi.*
Verbi impudiæ mulieris , retia *ſunt.*
Oculi noſtri nobis retia *ſunt.*
Oculorum machinæ , *inſidiæ , charybdides.*
Retia *in oculis.*
Sub veſtimentis retia *habet mulier impudica.*
Retibus , *& plagis capitur , qui impudenter cum muliere agit.*
Mulieris laquei *vt incautos capiatit.*
Retia Diaboli *fatuæ mulieres.*

281 SEquioris ſexus mentio , quæ ſuperius, vt argumento quod verſamus, reſponderemus, eſt facta, aurem mihi peruellit, vt nonnulla , non in nudam notitiam tantùm , ſed etiam in cautionem de mulieribus agamus ; nunquam cautio iſta ſuperflua , quia neglectus noxius ſemper eſt.

Mulieris facies ſauciat, & vulnerat. Ariſten. lib.1.epiſt.3. S Nilus.

Vides fœminam ? vide ne dum vides vulneteris ; exornata , & fucis illita mulieris facies vulnerat , dum videtur. Hoc ille fatebatur quando alloquens : *Tum conuerſus ad te , ſimul vt vidi me forma* SAVCIAVIT *tua.* Iſtuc monebat ſanctus Nilus orat. 2. de luxuria dum ait : *Mulierum aſpectus* SAGITTA VENENO *illita, qua ferit animum, & venenum immittit , & quo diutius manet , eo magis vulnus computreſcit. Qui vitare cupit eiuſmodi vulnera , is à publicis ſpectaculis abſtinebit , neque in celebritatibus verſabitur.* Quis crederet tela mulierem iacere dum ſpectat, iacit tamen , vt nec apud Græcos defuerit, qui dixit.

Mulieris oculus telum. Apoſto.

Mulieris oculus SPICVLVM *iuuenibus eſt.* Et Apoſtolius cent.6. Prou. 70. *Oculus acutum fœminæ eſt* TELVM *viris.*

Oculorum telis qui reſiſtit & verborum. S.Ambroſ.

In impuræ mulieris oculis tela deliteſcere non latuit ſupero lumine ſanctos viros illuſtratos : ſanctus Ambroſius de Ægyptia muliere loquens, quæ Ioſepho inſidias ſtruxit, ait lib. de Ioſeph Patriarcha cap.5. *Prima adultera* OCVLORVM TELA *ſunt , ſecunda verborum. Sed qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere.*

282.

Telum veneno illitum mulieris aſpectus. S.Antioch.

Tela mulier improba iacia, dum oculos in aliquem vibrat , nec nuda tela , ſed veneno illita : tela iacit & dum ſpectatur , & dum ſpectat: ſanctus Antiochus hom. 17. *Aſpectus* , inquit *mulieris eſt* TELVM *veneno lethali litum :* non ſatis eſt vulnerare , niſi veneno infecta illius iacula ſint vt ægrè eius vulnera curentur : infici olim veneno ſagittæ , & tela conſueuerant , vt nulla arte medicanda & etiam mortem afferentia vulnera efficerent ; huc ſpectauit Lucianus lib. 1. Verarum hiſtoriarum ; *Moriebantur* , inquit , *confeſtin vulnere quodam fœtore infecto, namque* SAGITTAS *malua veneno delibutas ferebant* ; Alij helleboro ſagittas illinere conſueuerant , vt notauit etiam Cœlius Rhodiginus lib. 2[illegible]. lect. Antiq. cap. 10. Telum mulier eſt, quod veneno quolibet alio nocentiore illitum eſt , quolibet alio nocentius. Fucat mulier faciem , venenum tunc adijcit, cùm fucum qui ſopit muliebris faciei decorem illitum veneno telum iudicabit ; ſcitè ſanctus Nilus orat. de Fornicat. *Florida* , inquit , *facies telum venenatum eſt , animum* SAVCIAT , *ac in ipſo venenum infigit ; quoque diutius immoratur , eo maiorem carnem efficit* , atque adeò conari difficilius poteſt , obducique cicatrix.

Sagitta veneno imbuta emittebantur Lucian.

CeliusRhod

Florida facies telum venenatum S. Nilus.

283

Diaboli telum mulier. S.Chryſ.

Femineo hoc telo vtitur Diabolus , vt viros vulneret, & ſternat ; hinc illud ſancti Chryſoſtomi hom. 15. in Matthæum ex variis : *O malum ſummum, & acutiſſimum* DIABOLI TELVM MVLIAR. Hoc telo vſus eſt , cùm primum hominem deuicit , hoc telum adortus, cum Petrum ſtrauit : nam vt ait ſanctus Maximus hom. 3. de pœnitentia Petri : *Fraudis ſua vaſculum in oſtiaria Diabolus recognouit , quia fideles vires non niſi* PER MVLIEREM *oppugnare conſueuit :* conſueuit & vincere niſi cautos inueniat , quos oppugnat , & tentat.

Fortes vires per mulieres oppugnat Diabolus S. Max.

Vbi mulierem inuenit vincit Dæmon, Vincitur vbi non inuenit. Math. 4.

Vbi muliebri telo Dæmon caret , non facilè victor euadit , facilè vincitur. Pugnauit contra Adam in Paradiſo , & victoriam indeptus eſt, quia muliere velut telo vſus : pugnat in deſerto contra Chriſtum , & victus eſt , Matth. 4. & quia contra Chriſtum pugnabat , qui vinci non poteſt , & quia in deſerto mulierem non inuenit : quod expendens ſanctus Ambroſius ſerm. 39. de quadrageſima aiebat : *Videte rem miram : in Paradiſo cum Adam Diabolus decertat: in deſerto cum Chriſto Diabolus dimicat , vbique inſidiatur homini , vbique congreditur : ſed* VAI MVLIEREM INVENIT VINCIT : VBI MVLIEREM NON INVANIT VICTVS ABSCADIT. vt hine colligeremus fortiores nos futuros

futuros contra ſatanicum hoſtem ſi imbecilliori ſexu non oppugnemur, nam quolibet hoſte ſæuior eſt, qui amicam oſtentat faciem.

284. *In vincula trahit mulieris pulchritudo quos hoſtile ferrum vincere non potuit.* Iud. 1. 12.

Magna formæ vis, magna pulchritudinis, quæ fortes etiam viros vincit, ſuo imperio ſubiugat, quos ferrum non potuit, in ſuos mulier compedes viros trahit, dum ſpectandam ſe offert: Iud. 1. 12. hæc leguntur: *Dixitque Caleb, qui percuſſerit Cariath-ſepher, & vaſtauerit eam dabo ei Axam filiam meam vxorem.* Vides vt hîc lateat compes ablateant vincula Axa *bacas* quod eſt vincula & compedes conijcere aliqui deducunt, quia ſuâ pulchritudine omnibus qui in eam oculos conijciebant vincula, & compedes inijciebat, erat enim pulcberrima, vt dicunt Hebræi.

Fæmineâ pulchritudine vt eſcâ homines capiuntur. Theod.

Captus eſt licet alioquin fortis Dauid fœmineâ hac pulchritudine, & non ſecus ac piſces eſcam glutientes peccati hamo adhæſit; quod in hunc modum explicat Theodoretus quæſt. 25. in lib. 2. Reg. *Cum ſimpliciter, non curioſè diſpexiſſet, vidit mulierem, quæ lauabatur, & forma* INESCATVS PVLCHRITVDINE *deuorauit hamum peccati:* Hunc non facilè voraturus niſi illam inſpexiſſet: Cautior Rex Perſarum Cyrus, quem in exemplum nobis proponit ſanctus Antiochus hom. 20. quæ eſt de caſtitate: *Cyrus*, inquit, *Perſarum Rex tympaniſtriam admirabili elegantiâ ne videre quidem ſuſtinuit; quid nos non conueniat præ illis tanto efficere, qui Chriſti ex profeſſo diſcipuli ſumus?*

Regis cautio mulierem videre nolentis S. Antioch.

Cautiùs pulchra mulier fugienda, quàm Dæmon S. Chryſ.

Iob Athleta ille fortiſſimus cautiùs virginis vultum fugiebat, quàm Dæmonem, probè ſciens maiora damna à conſpecta fœminea pulchritudine naſci, quàm conſpecta a Dæmonis deformitate. De illo ita ſcribit ſanctus Chryſoſtomus ſerm. de continentia Ioſeph: *Iob* DIABOLVM *quidem videns accedentem non fugit, ſed manſit ſicut leo viribus fidens,* VIRGINE *autem viſa non ſtetit neque moratus in contuenda pulchitudine ſed ſtatim ſeceſſit. Cenſebat nimirum in prælio contra Dæmones, virili, & audaci animo opus, in continentia autem præparatione victoriam concedi non ex virginum conſuetudine, ſed ſeceſſu.* Hinc illæ illius voces: *Pepigi fœdus cum oculis meis vt ne cogitarem quidem de Virgine.* cap. 31. v. 1.

Iob 31. 1.

285. *A muliebri quoque veſte oculi auertendi,* S. Nilus.

Non à mulieris tantum facie, ſed & à muliebri veſte oculos auertendos antiqui patres monebant: hinc illud Beati Iſaiæ Abbatis orat. 3. *Ne* VESTES QVIDEM MVLIERVM, *ſi fieri poteſt,* ASPICIAS; puritatis, & caſtitatis veſtem, non tam facilè amitterent, ſi non ſolùm à muliebris vultus aſpectu oculos auerterent, ſed à mulierum veſtium viſui.

Præterea rete expandit mulier, vt viros capiat, & decipiat: ſiue loquatur, ſiue ſpectet, retia oectit, & patat, & ore retia euomit & oculis expandit; Feſtiuè ſanctus Ambroſius lib. 1. de pœnitentia cap. 13. *Verba petulantis mulieris cupiditatum* RETIA *ſunt: manus eius amoris nodus eſt:* cui concinit ſanctus Nilus orat. 2. de luxuria, vbi de mulierum familiaritare loquens ait: *Caue ne te blandis ſermonibus* IRRETIANT, *peſtiferum enim illis venenum ineſt.*

Verba impudica mulieris retia ſunt. S. Ambroſ. S. Nilus.

Oculi noſtri nobis retia ſunt S. Ambroſ.

In oculis retia eſſe affirmat ſanctus Ambroſius lib. 1. de pœnitentia cap. 14. dum ait: *Multa* RSTIA *tenduntur à Diabolo, multi laquei. Oculus meretricis laqueus amatoris eſt, ipſi nobis noſtri oculi retia ſunt, & ideo ſcriptum eſt: Neque capiaris oculis tuis. Ipſi nobis ergo tendimus retia, quibus inuoluimur, & implicamur.* Reſpicit ſanctus Pater ad illa verba Prou. 6. 25. *Ne capiaris nutibus illius*, quorum loco ille legit; *neque capiaris oculis tuis*; vt innueret non alienos tantum nobis oculos retia tendere, ſed etiam noſtros, niſi cautè cuſtodiantur, Prou. 6. 25.

286. *Oculorum machinæ inſidiæ, charybdides.* Philo.

Philoſtratus quoque in epiſt. oculis non dat *σύνεσιν intelligentiam*, ad capiendum & φρουρὰν *præſidium:* nam inde mouetur pugna atrox amoris. Comparat illos ἐρυμνοῖς καὶ τόποις ὑψηλοῖς *Caſtellis, & locis editis.* Nam vt ex iſtis reges ineunt oppugnationes, ita machinæ amoris in oculis ſitæ. Vocat illos δᾳδούχους *faciferos*, quia illi inflāmant. Dat illis πολιορκίαν & τυραννίδα *oppugnationem & tyrannidem*, qua omnia ſubijciunt. Comparat cum Charybdi, quæ ſorbet omnia, ſicut oculi formoſorum, ſed tandem dicit eſſe in illis δίκτυα RETIA, quibus incauti ſpectatores capiantur.

Retia in oculis.

Retia ſub meretricis veſtibus latêre, fuit, qui monuit, vt quiſque ea caueret, ea defugeret; Pulchrè in ſententijs Ethico-politicis.

Sub veſtimentis retia habet mulier impudica.

Meretrix habet SVB VESTIMENTIS RETIA.

287. *Retibus, & plagis capitur, qui imprudentius cum muliere agit.* S. Nilus.

Eos qui imprudentius cum mulieribus agunt, earum retibus ad mortem trahi affirmat ex noſtris ſanctus Nilus orat. de luxuria: *His*, inquit, *veluti* HAMIS, *atque* ESCA *ad mortem raperis imprudens, his retibus, & variis plagis captus traheris ad interitum.*

Et non Ægyptia illa mulier, quæ ſe contra Ioſephum armauit, laqueum blandirijs expandit, vt adoleſcentem caperet? de illa ſcribit ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 236. *& ſi callide ac ſingulari artificio Ægyptia mulier cupiditatis, ac libidinis vela expanderat,* LAQVEVMQVE *vt adoleſcentem caperet ſtatuerat, atque & per* OCVLOS EVM VELVT PRÆSTIGIIS *quibuſdam ludebat, (tragicum enim in modum corpus adornabat.)*

Mulieris laquei vt incautos capiant. S. Iſid. Peluſ.

Femineis hiſce retibus vtitur Diabolus, vt homines decipiat, & deceptos capiat, nam vt ait Vgo Carenſis in Pſal. 90. RSTIA DIABOLI *ſunt fatuæ mulieres:* fatuus quoque eſt, qui retibus capi ſe ſinit.

Retia Diaboli fatuæ mulieres. Vgo Car.

EXCVRSVS XXVI.

Venationem in viros exercet mulier, exercet aucupium.

Oculis viros venatur *mulier.*
Venatur *mulier incautos.*
Oculos demittere *quàm proficiat iis, qui cum muliere tractant.*
Ruinæ ſua ſibi cauſa mulier, qua oculos *non cuſtodit.*
Vinculis ſuis mulier capitur qua oculos *non coercet.*
Mulierum accipitres *quinam dicantur?*
Mulierem etiàm de longè ſpectans capitur.
Venaticæ *mulierum plaga vitanda.*
Aucupium *mulier mala exercet.*
Corporis pulchritudo ne ſit virorum aucupiũ
Pulchritudo viris, vt rete *auibus non expandenda.*
Nimio ornatu laqueus *Diaboli mulier fit, quo viros vt paſſeres capiat.*

ITa eſt, venationem exercet mulier, dum curioſè ſpectat: pulchrè, & verè Phædrus fabula 63.

Oculis viros venatur mulier.
Plaut.
Lucian.

Quædam decedens treſreliquit filias,
Vnam formoſam, & oculis VENANTEM *viros.*

Lucianus in Toxaride: *Et ipſa venatu perijt*, hoc eſt dum adoleſcentem venatur ſtudetque irretire etiam ipſa ſeſe perdidit.

Greg. Naz.

Ex noſtris ſanctus Gregorius Nazianzenus lib. cypteorum carminum ad virginem hoc monitum extulit huic metaphoræ inſiſtens: *Noli ſperando* VENARI, *vt ipſa ſpecteris; pudicè incedito etiamſi ſola tecum verſeris.*

Venatur mulier incautos
Prou. 22. 28
Chal.

Fera mulier eſt, ita tamen vt prædæ tantùm non pateat, ſed alios etiam venatu & decipiat, & capiat: Prou. 22. v. 28. *Inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos viderit interficiet*: de impudica muliere hîc ſermo eſt, venationem hîc porrò latere Chaldæus vidit, dum vertit: *ſicut fera rapiens oculis inſidiatur, &* VENATVR *filios inſipientes*, qui ſapiens eſt, venantium mulierum inſidias noſcit, & notas cauet.

Oculos demittere quàm proficiat ijs qui cum muliere tractant
Gen. 39. 7.
Oleaſter.

Ægyptia mulier hac venatione capere Ioſephum ſtuduit, ſed caſſus eius labor fuit, irrita fraus, capta eſt ipſa dum capere voluit: De illa ita ſcribit Moſes Gen. 39. v. 7. *Iniecit Domina ſua oculos ſuos in Ioſeph*: non ſe in hoc diſcrimen coniecisſet, niſi iniecisſet in pudicum adoleſcentem oculos, ſcitè hic Oleaſter: *Audis*, inquit, *quid valeat honeſtas in fœmina, nam quamdiu hæc oculos habuit demiſſos, non peccauit, nunc verò ſcandalum paſſa eſt: & ſimul aduerte quantum proſit ad honeſtatem* OCVLOS DEIICERE: ad ſcelus ſe deiecit, quia deiectos oculos in adoleſcentem fixit: explicuit hoc ſacra ſcriptura, vt legentibus conſtaret, ipſam non incautè captam, ſed per ſuas ipſas fraudes, inſidiaſque, præda nimirum venationis impudicæ facta eſt dum venatur: non potuit conqueri ſe ab adoleſcente conſpectam in caſses imprudentem incurriſſe non iecit enim in illam oculos pudicus adoleſcens, ſed ipſa in ipſum, vt artibus ſuis tribuere debeat, quod capta ſit: Præclarè rem verſat ſanctus Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 5. *Benè*, inquit, *excuſauit eum ſcriptura dicens: immiſit* OCVLOS *vxor Domini eius in Ioſeph, hoc eſt non ipſe ſe oſtentauit, nec cepit incautam, ſed ipſa retia ſua miſit, & indagine ſui capta eſt, laqueos ſuos ſparſit, & ſuis hæſit vinculis.*

Ruina ſua ſibi cauſa mulier quæ oculos non cuſtodit.
S. Ambroſ.

Vinculis ſuis mulier capitur, quæ oculos nō coërcet.

Plerique mulierum, vt ita dicam, accipitres,
289. oculos in eas coniiciunt, vt irretiant, quibus conuenit illud Eunapij, qui de Zenonis Iſaurici Imperatoris fratre Longino impuriſſimo homine ſcribens, ait: *Norunt etenim iſti mulierum* ACCIPITRES *ſpecioſas excogitare cauſas ad irretiendas fœminas*: non talis fuit pudicus iſte adoleſcens, non ipſe mulieris accipiter, ſed ipſius mulier: quæ tamen ſuis fraudibus capta eſt, ſuis artibus irretita.

Mulierum accipitres quinam dicantur
Eunap.

Hanc cautionem non adhibuit Dauid, dum enim mulierem ſpectauit captus eſt, de quo ita ſcribit ſanctus Auguſtinus in enarrat. in Pſal. 50. *Non* LEVANT *oculos facilè ad aliena mœnia, ad aliena ſolaria. De longe enim vidit Dauid iſtam, in qua captus eſt. Mulier longè, libido propè. Alibi erat quod videret, in illo vnde caderet.*

Mulier etiā de longe ſpectans capitur.
S. Auguſt.

Venaticas plagas in mulierum conſortio vidit ſanctus Antiochus hom 17. dum ait: *fugiamus illarum (mulierum) conſortium, ſunt enim aliud nihil viro, quam virus præſentaneum, vt quæ animas noſtras ſuis* IRRETIANT *pedicis, ſeu plagis venaticis.*

Venaticæ mulierum plagæ vitandæ.
S. Antioch.

Aucupium exercere malas mulieres ipſæmet fatentur: Pulchrè lena iſta apud Plautum in Aſin.

Hic noſter quæſtus AVCVPI *ſimillimus.*
ESCA *eſt meretrix lectus illex eſt, amatores aues.*

Aucupium mulier mala exercet.
Plaut.

Et non auis ille, de quo Salomon cap. 7. Prou. *ſtatim eam ſequitur*, ſcilicet meretricem, *quaſi bos: velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit, quod de periculo animæ illius agitur.* Qui ſapit, in fucato vultu, in ſermonis blandicie fraudem timebit, timebit inſidias.

Dum ſe mulier ornat, dum ſpectandam offert pulchritudinem ſuam aucupium tunc exercet, 290.
vt proinde occultare ſe mulieres debeant, vt hanc notam effugiant: Opportunè Clemens Alexandrinus lib 2. pædag. cap. 10. *Caput tegere, & vultum adumbrare iuſſum eſt: neque enim honeſtum eſt corporis pulchritudinem eſſe hominum* AVCVPIVM.

Corporis pulchritudo ne ſit virorum aucupium.
Clem. Alex.

Aucupium iſtuc exercent, quæ facies fucant, & promiſcuè omnibus videndas ſe offerunt: quod in eis redarguit ſanctus Gregorius Nazianzenus aduerſus mulieres ſe ſe ſtudioſiùs ornantes, & excolentes, dum ait: *Membrorum elegantiam domi occultare præſtat, quam commentitiam, & adulterinam pulchritudinem nefariè proferre: Meritò ſufficit natiua tua pulchritudo: ſi autem ea pluribus viris, non ſecus ac* RETE AVIVM *gregibus proſtat, quid inde accidet?* capiuntur dum capiunt, & pereunt, quia perire alios faciunt.

Pulchritudo viris, vt rete auibus non expandenda.
S. Greg. Naz.

Superfluo igitur ornatu quid corpus parant ad aucupium? quid fucis, & illecebris Diabolo famulantur, qui eis tanquam laqueis vtitur, vt amantes amentes decipiat, & capiat? Feſtiuè Beatus Thomas à Vilanoua conc 1. in Dom. 3. aduentus: *Væ*, inquit, *miſeris mulierculis, quæ in hoc fœno potiendo, adornando, fucando, decorando, vitam expendunt, veſtes pretioſas, & iocalia & murænulas, & alia puerilia, & vana curioſius perquirendo, factæ ſunt* LAQVEI DÆMONIS *ad capiendos ſtultos paſſeres, & veluti* ARANEÆ TELA *ad capiendas muſcas.* Has, aliaſque fraudes, & inſidias qui in ſequioris ſexus pulchritudine, & ornatu qui cogitauerit, nō adeò emotæ mentis erit, vt moueri ſe illis ad noxia ſinat: ſed ne videamur aquarum obliti quæ huc nos duxerunt, eandem cautionem etiam aquarum ſimilitudine exhibeamus.

Nimio ornatu laqueus Diaboli mulier ſit, quo viros vt paſſeres capiat.
B. Tho. à Vil.

EXCVRSVS XXVII.

Mulierum conſortium fugiendum, ne luxuriæ aquis ſepeliamur.

Olera florent iuxta aquas, *& libidinis ſemina creſcunt mulierum familiaritate.*
Pluuiæ *tangentis terram ſimilitudine noxius mulieris* contractus *explicatur.*
Mulieris contactus *quàm periculoſus.*
Contagio *inficit quod tangit mulier.*
Potio lethalis *aliena pulchritudo nimis cumis curioſè ſpectata.*
Vt ſe munierit Elias mulieris hoſpitium *ſubiturus?*
Mulieris conſortio *etiam magni cadunt.*
Virilem conſtantiam *in muliebrem mollitiem*

tiem mulier conuertit.

In naui fragili *nauigat qui imbecillitatem ſuam mulsebribus blanditiis credit*

Ad modum ſpongiæ *luxuria aquas bibit, qui cum impuris conuerſatur.*

Caſtitas inter fœmineas aquas naufragium *facit.*

Iuxta rapidiſſimum fluuium *dormit, qui iuxta ſequiorem ſexum incautus manet.*

291. *Olera florent iuxta aquas, & libidinis ſemina creſcunt mulierum familiaritate.* S. Nilus.

AQuis mulieres pariauimus, cauendum proinde eſt, ne earum familiaritate. mentis ager irrigatus libidinis ſemina gignat, & non luxuriantes tantùm herbas, ſed & luxuriæ fructus producat: Videmus hæc quotidie, quotidie experimur, nec tamen alieno periculo docti a muliebribus aquis nos ſubducimus, à mulierum familiaritate, & colloquiis nos non eximimus. Audi monentem, & aquæ metaphora à mulierum conſortio auertentem. S. Nilus lib. 2. de luxuria ita ſcribit: *Florent* OLERA PROPE AQVAM SATA, *& libidinis ſemina* FAMILIARITATE MVLIERVM *excitantur.* Proh quàm validè mala hæc germina, hæc olera prope has aquas ſata creſcunt, & adoleſcunt, quàm cito erumpunt, plerunque antea creuiſſe quàm nata noſcuntur. Flecte in omnem ætatem oculos, & videbis quam fœcunda huiuſmodi olerum muliebris aqua ſit.

Pluuia tangentis terram ſimilitudine noxius mulieris contactus explicatur. In vit. Pat. Præd.

Debet ergo, qui caſtimoniam excolere vult mulierum familiaritatem quantùm licet effugere, & ab illarum conſortio ſe ſubmouere, quum ſimplici tactu periculum, & ruina ſit, cur huiuſmodi aquas non vitemus. Pulchrè narrabat Beatus Iordanes: quum aliquando quidam frater delatus eſſet, quod mulieri dexteram porrexiſſet quúmque frater ſe excuſaret quod ſancta mulier illa eſſet: qui præſidebat reſpondit, & de ſua paratura ſe excuſantem repercuſſit: *Pluuia bona eſt, & terra bona eſt, lutum tamen ex horum commiſtione generatur: ſic & manus viri licet bona, ſimiliter & mulieris, ex coniunctione tamen illarum cogitatio nonnunquam, vel affectio mala ſurgit, quâ mens alioquin pura conlutulatur.* Poterat opportuniùs huius tactus periculum noſtris mentibus obiicere? ita refertur in vitis Patrum Ordinis Prædicatorum part. 2. cap. 45. & in vitis Patrum Occidentis lib. 7. cap. 10.

292. *Mulieris contactus quam periculoſus.* 1. Cor. 7. S. Hier.

Hoc lutum ab hoc contactu metuebat Apoſtolus cùm diceret 1. Cor. 7. *Bonum eſt homini mulierem non tangere.* Quam ſententiam acutè ad noſtram mentem premit ſanctus Hieronymus epiſt. 50. in Apologia ad Pammachium dum ait: *Animaduertenda Apoſtoli prudentia; non dixit: bonum eſt homini vxorem non habere, ſed bonum eſt* MVLIEREM NON TANGORE, *quaſi & in* TACTV EIVS PERICVLVM *ſit, quaſi qui illam tetigerit non euadat.* Ac ſi idem eſſet mulierem tangere, & fœdo lapſu animam fœdare.

Contagio inficit quod tãgit mulier Vgo. Car.

Nouit hoc pudiciſſimus Ioſeph, qui pallium, quod mulier tetigerat ſtatim dimiſit, ne ſcilicet laqueo caperetur & contagium quod à muliebri manu effluxerat ſaperet, & caſtitas attaminaretur. Pulchrè Vgo Victorinus de clauſtro animæ cap. 4. *Adulteræ reſiſtit Ioſeph per munditiam cordis, & corporis, reſpuit enim adulteræ tactum, rupit fimbriam, ne* SERPERET CONTAGVIN.

Potio lethalis aliena pulchritudo nimis curiosè ſpectata. S. Iſid. Peluſ.

Et vt in bibendi metaphora ſiſtamus, quæ huc nos duxit dum ſententiam illam illuſtrauimus, qua vir monetur vt ex ſua ciſterna bibat, non ex aliena, cauendum eſt, ne alienæ pulchritudinis aſpectu venenum quis bibat; certè lethalem potionem mulier præparat, quæ ſcitè ſe exornat, vt curioſius ſpectetur; Vtile in hac re monitum exhibet ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 319. *Norit hoc prudentia tua, mulierem formam ſuperbientem, & ſcitè comptam, ſi ſpectantium oculos in ſe conuertat, & prouocet, quamuis nullum fortè ineſſet, non minus daturam pœnas, quam ſi quempiam attraxiſſet. Nam venenum illa iam præparauit,* POTIONEM MISCVIT, *& calicem propinauit, & ſi defuerit,* QVI BIBERE VOLVERIT. *Vt plurimum namque de rebus non à fine, & effectis, ſed à voluntate, & conatibus iudicium fertur.* Perit bibens hanc potionem, ſed non minus illa perit, quæ illa parat, quod in aliis potionibus veneno infectis accidere non ſolet.

293. *Vt ſe muniere t Elias mulieris hoſpitium ſubiturus* S. Cypr.

Sed inquies: iuſtus Elias fuit, & tamen apud viduam hoſpitatur 3. Reg. 17. Conſortio fœmineo non fauet hæc res, ab ipſo potius reuocat. In primis Elias non iuit ad viduam ſed in diſcrimen ſe coniecit, ſed miſſus à Deo eſt, cuius eſt etiam inter flammas illæſum quemlibet cuſtodire. Deinde ibi quale hoſpitium, vbi victus non erat, à quo deliciæ aberant, quæ luxuriam fouent, aut excitant. Abſtinentia armatus ad mulierem iuit, ne fœmineo conſortio caſtitas vulneraretur. Denique Elias antequam ad viduam pergeret ſolicitudinis afflictionibus exercetur, atque adeò quadraginta dierum ieiunium tolerat, non minora præmittenda, vt illæſus à mulieris commoratione abiret. Paria tu quoque præſta & paria tibi permittentur. Rem à ſanctiori calamo habe; ſanctus Cyprianus lib. de ſingularitate clericorum eos premens qui Eliæ exemplo ſibi blandiebantur, eius verba aliò ſpectans alibi produxi, ſed hic quoque implanto: *Et hoc non poteſt cuiuſquam fauere luxuriæ: qualis illic fuit communitatis effectus vbi non erat victus? & qualem ad viduam habuit Elias introitum, cui fames dedit hoſpitium? Quiſquis es, qui te vis Eliæ de commoratione Eliæ vocari diſcipulum, prius ſolitudinis afflictiones, & quadraginta dierum tolera ieiunij exitum, & aut non quæres fœminam, aut non erit qui cum fœmina commoretur.* Hactenus ſanctus Cyprianus: ex quo colligitur, quod vt probè muniti mulierem adeamus, & ſine caſtimoniæ periculo cum ijs commoremur, vel quadragenario ieiunio nos armare deberemus, quod Elias antequam ad viduam ſe conferret præſtitit.

Mulieris conſortio etiam magni cadunt. S. Ambr.

Quis dignè explicet quanta à mulierum conſortio naſcantur damna, in quot errores labantur qui fœminæ ſe credunt. Cecidit Apoſtolorum vertex Petrus, magiſtrum ſuum negauit Matth. 26. v. 69. multæ fuerint huius negationis occaſiones, fors mulier poſtrema non fuit; ipſum oſtiaria excepit, oſtiaria interrogauit; mulieris conſortium non defugit, non mirum ſi in tam grauem errorem decidit. Subſcribit ſanctus Ambroſius in cap. 22. Lucæ: *Quomodo*, inquit, *non erraret, quem intromiſit* OSTIARIA, *interrogauit oſtiaria, & oſtiaria Iudæorum?* Suæ matris veſtigia hæc mulier preſſit, Euam imitata virum in errorem traxit.

294. *Virilẽ conſtantiam in muliebrem mi-*

Fortem omnem virum ſternere muliebris hæc vis ſolet; fœminam induet exutâ virili fortitudine vir, ſi diu cum muliere habitauerit, quod ſignificatum eſt Gen. 2. vbi dicitur, quod

fotmata

litiem mulier conuertit. Gen. 2. Iſid. Clar.

formata ex viri coſta muliere, pro coſta repoſuit Deus carnem, & *repleuit*, inquit, *carnem pro ea.* Cur carnem accipit, qui os exhibuerat? An vt ita diſceremus virilem conſtantiam in fœmineam mollitiem mulierum conſortio commutari? Probè Iſidorus Clarius hîc: *Coſta oſſea erepta carnis* MOLLITIEM *induit Adam*, *& ex mulierum conſuetudine* VIRILIS CONSTANTIA *imminuitur.* Exemplis in huius rei teſtationem obruimur. Dauid, Salomonem, Sampſonem, innumeróſque alios in omni æuo habes, qui vitum exuti fœminam fœminarum conſortio induerunt; ſed ad aquarum metapboram redeamus.

In naui fragili nauigat, qui imbecillitatem ſuam muliebribus blãditijs credit. S. Cypr.

In naui fragili nauigat, qui imbecillitatis ſuæ cõſcius muliebribus blanditijs veluti aquis fertur ad certumque rapitur naufragium, licet magnus, & alioquin peritus nauclerus ſit: huc vocari opportunè poſſunt ſanctiCypriani verba de ſingularitate clericorum, vbi ita inclamat: *Tempus luctaminis adhuc geritur, & mors per fœminam ad huc vſque graſſatur; mentior ſi non videmus exinde interitus plurimorum: quanti & quales Epiſcopi, & Clerici ſimul & laici poſt confeſſionem, victoriarumque, calcata certamina, poſt magnalia, & ſigna, vel mirabilia vſquequaque monſtrata noſcuntur cum his omnibus naufragaſſe, cum volunt in* NAVI FRAGILI NAVIGARE? Naui fragili ſubmergendus fertur qui fœminæ ſe credit, & nimia infirmioris ſexus familiaritate ſecurum ſe putat: eò minus eſt, quò magis ſe credit.

295 *Ad modum ſpongia luxuria aquas bibit, qui cum impuris conuerſatur.* S. Ephræm.

Aqua mulier eſt, bibula ſpongia vir, quidni luxuriæ aquam ebibat, qui mulierum conſortium minimè vitat? ſanctus Ephæmus Syrus, admonens, vt malorum, & præſertim carnalium hominum conſortium vitaremus, ſpongiæ ſimilitudine ad hunc modum vtitur, tract. de mala conuerſatione vitanda: *ſicut*, inquit, SPONGIA *humidis admota ſubiectam humiditatem haurit, participatque: ita quoque cogitationis infirmitate laborans, ſi ad carnales homines acceſſeris aut multum cum ijs ſermonem miſcuerit commune cum ijs damnum participabit.* Ergo qui ſugere luxuriæ aquas ad modum ſpongiæ non vult, impudicorum hominum familiaritatem declinet, alioquin ſentiet ſe bibiſſe, licet bibiturus non acceſſerit. Hoc vniuersè de carnalium conuerſatione verum ſit, & maximè tamen verum cùm de viris, fœminis agitur. Bibula ſpongia vir eſt, aqua fœmina eſt, & fœminam, fœmineaſque cogitationes non ebibet, qui fœminis adhæret, liberiùs fœminas alloquitur? ſanè quiſquis non timuit muliebrem mentem induere, & exuere virilem cum fœminis familiaritet agens, aut iam lapſus eſt, aut lapſui vicinus eſt.

Caſtitas inter femineas aquas naufragium facit. Gen. 7. v. 7.

Caſtitas facilè inter fœmineas aquas naufragium facit, vitabit naufragium qui à mulierum conſortio ſe exemerit. Tuta inter maris vndas caſtitas nauigat, dummodo mulierum familiaritatem neſciat: Noë cum filijs vt contra inſidas pelagi, diluuiiſque vndas ſe muniret, mundique totius naufragium euitaret, ingrediens arcam, quam Dei monitu fabricauerat, ſeorſum à fœminis in illam ſe recepit, idem & filij præſtitêre, vt patet Gen. 7. v. 7. *Et ingreſſus eſt Noe, & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuij.* Quod ſeorſim viri à mulieribus arcam ingrediantur, hoc tacitè innuit, caſtitate (quæ ſine hac ſeparatione ſeruari ægrè poteſt,) vel diluuij vndis occurri poſſe: adeò vt caſtimoniam colere volentibus magis muliebres aquæ, mulierumque conſortium timendum ſit, quam ingentes irati maris vndæ, & fluctus: Pulchrè ſanctus Ioannes Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 25. rationem reddens cur viri à fœminis ſeparentur, & Noë cum filijs in vnam partem, in aliam vxores ſeponantur, ait: *Separauit eos ab vxoribus, vt cum caſtitate* PELAGVS, *& illud commune naufragium euitarent.* Sæuior quippe mulierum familiaritas, muliebréſque aquæ magis timendæ quàm vel terribile illud vniuerſi diluuium.

S Ioan Dam

Iuxta rapidiſſimum fluuium dormit qui iuxta ſequiorem ſexum incautus manet. S. Cypr.

Denique iuxta rapidiſſimum fluuium dormit facilè caſurus in fluuium niſi euigilet, qui ſequiori ſexui proximus minus ſecurâ familiaritate cum illo agit: Bellè ſanctus Cyprianus de ſingularitate Clericorum, vbi de viri, mulieriſque conſortio loquens: *Difficilè*, inquit, *quis venenum bibet, & viuet, verendum eſt dormienti* IN RIPA, *ne cadat: in hac parte expedit plus benè timere, quàm malè fidere:* malè in hac re fidit qui nimium fidit.

EXCVRSVS XXVIII.

Ex mulieris colloquio naufragium caſtitatis.

Mulieris verba nauem *ſecundo curſu euntem ſiſtunt.*

Fœmineo colloquio luxuria adoleſcit, *vt imbribus herba.*

Alloquium mulieris peccati aculeus.

Paſſionum luto *deturpatur cor impudicarum mulierum familiaritate.*

Oleum *flammam nutrit, & mulieris* colloquium *ignem voluptatis.*

Hominem videtur exuiſſe, *qui mulierum familiaritate caſtitatem ſeruat.*

Ebriis, & phrenetico *morbo correptis ſimiles, qui fœminea familiaritate caſtum ſe putat cuſtodire.*

Verba impura *inebriant.*

Verba *improba mulieris, cupiditatum retia.*

Mulier ferè euomit venenum, *dum verba.*

Longa colloquia *etiam cum vxore vitanda docent Hebræi.*

Quàm noxius Adamo *ſermo cum propria vxore fors longiùs quàm par eſſet protractus.*

296 *Mulieris verba nauē ſecūdo curſu euntem ſiſtunt.* S. Pet. Dam.

ETiam à muliebri colloquio caſtitas naufragium ſubit, & fœmineis verbis velut fluctibus mentis nauis acta, luxuriæ vndis infelix ſepelitur. Secundo curſu mentis nauis feratur, poteſt impiæ, prauæque mulieris ſermone veluti quodam turbine corripi, vt curſum ſiſtat, & vndarum diſcrimina aut ſubeat, aut timeat. Quid? Nonne Elias qui ſuo ſermone cœlum claudebat cùm volebat, & deducebat imbrem cùm iuberet: nonne & ipſe improbæ Iezabelis verbis percellitur, vt nauem, cuius venti curſum abrupêre referret? Religio eſſet hic ſancti Petri Damiani verba deſiderari, qui ſerm. 18. ita rem expendebat: *Elias monſtrabatur, in*

indiiſirmitatibus ſeruabatur. Scriptum quippe eſt, quia dixit Iozabel. Hac faciant mihi dy, & hac addant, niſi hac horà cras poſuero animam tuam, ſicut animam vnius ex illis. Et audiuit Elias, & timuit, ac fugiens abiit quocumque eum ferebat voluntas. O violentiam verbi, ò formidinis eminentiam! AVDITO MVLIERIS VERBO FVGIT ELIAS; *& fugit non vno, non duobus, non tribus diebus, ſed potius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Ingreſſus enim ſermo mulieris in cor eius quaſi quidam gladius fuerat, & omiſſo rationis conſilio quid ageret neſciebat. Tanti itineris ſpatio metu exagitante iactatus, velut cum ſecundo flatibus curſu impulſa nauis arborem ex aduerſo turbo corripuit, impetúmque reflexit; ita Propheta animum virtutis velo nauigantem mulieris percuſſit ſermo, totámque eius nauem per omnes formidinis fluctus, turbato rectore iactauit. Quid ergo tu Elia? Tu enimos, qui verbo clauſeras cœlum, & retardaueras imbres, qui mandaueras aëri, & diuinos ignes eduxeras, qui falſos ſalubriter interfici iuſſeras ſacerdotes, qui conſtanter in faciem exprobraueras Regem, quod ipſe & domus ſua populum euertit Iſrael, qui dixeras: Viuit Dominus, ſi erit pluuia, aut ros, niſi in verbo oris mei, qui domum viduæ, ſpicarum aream, & tecular feceras olei, qui in omnibus imperaueras elementis, ſermonem nunc expaueſcis meretricis?* Quis non expaueſcat, timore correpto Eliâ, qui timorem incutere aliis ſolebat? ſed ad aquas propiùs accedamus.

3. Reg. 19.

297. *Fœmineo colloquio luxuria adoleſcit, vt imbribus herba.* S. Nilus

Herba, & gramina aquis, imbribuſque adoleſcunt, & fœmineo colloquio luxuria, atque libido: ſcitè ſanctus Nilus orat. de fornicatione: *Viret*, inquit, *herba, quæ* AQVIS PROPINQVA *eſt, libidinis affectus in muliebri colloquio*: Fuge ſi ſapis ab hiſce aquis, & ſi caſtitati conſultum vis à muliebri colloquio te quantum potes eximere. Probum à probo auctore monitum habes. PhiloCarpathius in amoris canticum ita ſcribit: *Fuge mi frater, nam ſi facies fœminea eſt* ACVLEVS PECCATI, *quid erit alloquium, ac tactus? tu contra ad illum arduum continentiæ montem Ioſeph ſanctum te conuertas, eiúſque caſtitatẽ recorderis, & tẽperantiam, teque ſerues illæſum.* Nulli timor & fuga noxia, omnibus propè fiducia fuit; libidinis plerique aquis ſepulti ſunt quia minus cauti à mulierum colloquio ſe minimè ſubduxerunt. Cauebit quiſquis priorum ſeculorum exempla metuit, quiſquis poſteritati exemplum in ſe ſtatuere non volet.

Alloquium mulieris, peccati aculeus. Philo. Carp.

Paſſionum luto deturpetur cor impudicarum mulierũ familiaritate. S. Doroth.

Vitabit fœminarum colloquia, qui purum ab impudicis cogitationibus cor cuſtodire voluerit, alioquin ſi ſe muliebrium verborum aquis commitet, ſentiet obſcœnarum paſſionum luto cor pollutum. Rem opportunè explicat ſanctus Dorotheus doctrina 24. in hæc verba: *Ab impudicis fuge tanquam* AB IGNE, *& laqueo diaboli, & caue illas vſquam obuias habeas, alloquaris, aut aſpicias, ne cor tuum luto paſſionum deturpetur.* Laudata ſemper à viris prudentibus hæc fuga, hæc cautio, laudata inutilium, ac non neceſſarium verborum reſectio.

298. *Oleum flammam, nutrit, & mulieris colloquium ignem voluptatis.* S. Antioch.

Hoc idem olei, ac lucernæ ſimilitudine explicat ſanctus Antiochus hom. 17. Oleo ſimilis mollis mulier eſt, ignibus libido: adde oleum ignibus an extingues flammam, lucernamve extingues quæ oleo nutritur? Quemadmodum, Sancti Antiochi verba ſunt, *ſplendorem lucernæ alit oleum; ſic & colloquium mulieris* IGNEM REDACCENDIT *voluptatis.* Deſipit qui luxuriæ fomentis extinguere luxuriam putat, aut comprimere.

Hominem videtur exuiſſe, qui mulierũ familiaritate caſtitatem ſeruat. S. Baſil.

Phreneticis, ac amentibus ſunt pares, qui aſſiduo cum mulieribus colloquio caſtitatem ita ſeruare cogitant, vt luxuriæ vndis non obruatur. Audiendus ſanctus Baſilius cap. 4. vitæ monaſt. *Si quis*, inquit, *dicat ex aſſiduo ſe cum mulieribus colloquio, congreſſu, atque conuictu non deliniri, & non admodum lædi, hic ſine dubio, aut maris naturæ particeps non eſt, & portentum eſt quoddam inſolentiſſimum, & præter omnium opinionem admirabile, & in vtriuſque ſexus confiniis, vt ita dicam, poſitum, aut certè cum totus immenſis libidinibus obruatur,* EBRIIS *atque,* PHRENETICE CORREPTIS *ſimilem ſe eſſe non ſentit, qui grauiſſimis affecti morbis, morbum tamen à ſe omnem abeſſe exiſtimant.* Quis credet virum ſexum omnem depoſuiſſe, & in marmor, charybdemque mutatum, vt ſine vllo ſenſu mollito fœminæ excipiat verba, & in mediis flammis membra congelaſcant tanquam ſaxa de carne nata? Rurſus inclamatæ ne fide, mollia fœminarum verba ſunt, atque adeo inſenſibiliter in cordis intima deſcendunt, ibique libidinis excitant flammam. Ebrius eſt qui non ſentit, verba quippè impura vino Sodomiticæ vitis mentem inebriare ſolent, quod habet ſanctus Ambroſius lib. 1. de pœnitentia cap. 14. *Paſcitur*, inquit, *libido conuiuiis, nutritur deliciis,* VINO ACCENDITVR, *ebrietate flammatur. Grauiora his ſunt fomenta verborum, quæ vino quodam ſodomitæ vitis mentem inebriant*; vt non mirum ſi luxuriâ madet, nec madere ſe putat.

Ebriis, & phrenetico morbo correptis pares qui in fœminea familiaritate caſtos ſe putãt cuſtodire

Verba impura inebriant. S. Ambroſ.

299. *Verba improba mulieris cupiditatum retia.* S. Ambr. S. Nilus.

Caue ne, quæ nuda credis verba, retia, & laqueos ſentias. ſanctus Ambroſius lib. 1. de pœnitentia cap. 13. *Verba petulantis mulieris cupiditatum* RETIA *ſunt, manus eius amoris nodus eſt.* Et ſanctus Nilus orat. 1. de luxuria de mulierum familiaritate loquens ita monet: *Caue ne te blandis ſermonibus* IRRETIANT, *peſtiferum enim illis venenum ineſt.* Quis credet his retibus implicatum à luxuria liberum abire? Quis tam fatuus, vt venenum ebibens illæſum ſe innoxiumque futurum ſperet.

Mulier ferè euomit venenum dum verba. Diog. S. Cypr.

Venenum mulierem euomere dum verba, etiam Diogenes ſignificauit, qui duas mulieres conſpicatus inter ſe clam cõferentes ſermonem, ait: *Sumit venenum a* VIPERA *aſpis mutuò.* Ex noſtris ſanctus Cyprianus fœminam baſiliſco comparat, quæ veneno inficit dum verba edit, aut cantum; huius ſancti Patris verba alibi produximus. Baſiliſcus corpori tantùm nocet; muliebris cantus, fœminea verba etiam mentem venenant.

Longa colloquia etiam cum vxore vitanda docent Hebræi.

Fugienda longa colloquia etiam cum propria vxore Hebræorum ſapientes monebant, ſed multo magis cum aliena, alioquin gehennæ pœnam timendam, & experiendam, quæ incautæ huic cum mulieribus ſermocinationi imminet: Ioſe Hieroſolymitanus dicebat: *Cum fœmina ne ſermonem multiplices ſicque ait, dicebant ſapientes, & intelligebant de* VXORE PROPRIA, *quanto magis de vxore proximi? Atque hinc eſt, quod iidem dicebant ſapientes. Toto tempore, quo ſermonem cum fœmina vir multiplicat, primum quidem malum ſibi ipſi vorat, & arrodit, deinde à legis ceſſat ſtudio, tertiò denique in gehennam deſcendit.* Denique & primus homo cecidit, quia ſers longius, quàm oporteret ſermonem cum prima muliere traxit, vt non vno verborum ariete deiiceretur, & ad pomi eſum alliceretur, quod inhibitum illi à Conditore.

Quam noxius Adamo ſermo cum propria vxore ſers longiùs quàm par eſſet protractus

***

EXCVR-

EXCVRSVS XXIX.

Muliebris, & virilis nauis, nimia familiaritate colliduntur, franguntur, & pereunt.

Fluctibus *inter ſe vir & mulier tanquam naues colliduntur.*

Malacia *in hoc mari quam periculoſa.*

Natura ipſa inter virum & fœminam *ſeparationem vt docuerit.*

Pluuiæ *& terræ commixtio mulieris, & viri ſeparationem docet.*

Aliena pulchritudo *incautè viſa mentem in ſeruitutem redigit.*

Facies fucata mulieris, facies Diaboli.

Dauidis & Salomonis *exemplum à mulierum familiaritate nos auocat.*

300. *Fluctibus inter ſe vir & mulier tanquam naues colliduntur.* S. Cypr.

AB aquis non abeo, dum mulierem, ac virum nauibus pario, quæ fluctibus actæ inter ſe colliduntur, ac colliſæ merguntur; quod in nauibus accidit, idem in diuerſo hoc ſexu nimia familiaritate fit. Verè non ſecus ac naues fluctibus colliduntur, qui mulieri noxiâ familiaritate adhærent: Benè ſanctus Cyprianus de ſingularitate Clericorum: *O quam inordinabilis fœminæ propinquitas iaculatur, cuius vicinia eſt delictorum latrocinium: non eſt in hac ſocietate ſinceritas approbabilis, quæ* COLLISIONAS HABET VELVT QVIBVSDAM FLVCTIBVS TVRBVLANTAS.

Malacia in hoc mari quã periculoſa. S. Cypr.

In mare ſimulata quadam malacia muliebrē, virilemque nauem dæmon ducit, deinde inducit tempeſtatem, fluctibus ſuſcitat, vt inſperata commotione mergat vtramque, mergat vtrumque, vtrumque elidat, elidat vtramque: hinc idem auctor eodem loco, ſed multis interiectis, de illis loquens qui ſub ſanctitatis velamine, ſub officij tegmine cum mulieribus familiariùs degunt, quàm par ſit: *Quibus in tantum Diabolus blandiens ſecuritatem præparat ſanctimoniæ, & coniunctos ſe magis æſtiment quam diſiunctos immobiles circa libidinem perdurare, quos cum omni* TRANQVILLITATA *deducens, nullis* PROCELLIS, *aut* FLVCTIBVS INQVIETAT, *& velut in medio maris minus cautos inducit relaxare vela, nec quærere gubernacula, vt ſubita tempeſtate concitatos, naufragos ex inſperata commotione ſubmergat. Homo primò exhibet lenitatem, vt duas naues oblectet ad inuicem conuenire, quas cum fecerit iunctas repentinis turbinibus in ſemetipſis elidere poſſit, & frangere:* Quis igitur ſe ſubdolæ huic trãquillitati credat, quæ naufragia parturit nulla ferè arte reparãda?

301. *Natura ipſa inter virum, & fœminarũ ſeparationem vt docuerit.*

Quid? natura ipſa hanc ſeparationem ſexus in materno vtero docuit, dum marem à fœmina tam ſtudiosè ſeparauit, ne nimia vicinitate collideretur; ſuperius dixi filios in matris vtero velut naues ferri, ac iactari, mares ergo à fœminis in matre ipſa ſeparantur, vt iudicio eſſet, cauendum eſſe ne in tanta propinquitate colliſæ in luxuriæ aquis mergerentur: Rectè probus quidam auctor, ſolidéque ab alterius ſexus conſortio alterum ſexum auocabat hac ratione, hiſce verbis: *Subdam notabile aliquid, quod experimentis conſtare Medici affirmant, nempe ſi gemelli ſint gemella ambo, aut ambo mares, tunc vnis atque iiſdem ſecundinis binos in vulua tegi; quod ſi variet ſexus in eis, diſtinctis membranis ſingulos inuolui. Cuſtodia hæc maior, in tanta illa fratris, & ſororis innocentia & in ipſis clauſtris vteri materni, quando natura deprauata irritamenta nondum nata ſunt, nondum accenſa, quid aliud animo ſubſtituit, niſi magnum quoddam nobiſcum naſci continentiæ, ſeu conſilium, ſeu præceptum: quo inſtruimur, videlicet virum, & fœminam, quamdiu auctoritas matrimonij defuerit, nunquam honeſtè in vno conclaui, & in vnis ædibus morari. Fruſtra iactet vinculum religionis, propoſitum caſtitatis, aut cleri ſtatum, nunquam erunt duo magis expertes fomitis peccati, quam ſint gemelli ſexu diſpares, necdum nati, & in vtero matris: quos tamen hac ſæpe, ſeu materiâ interiecta membranula natura diſcreuit*: Vix poterat aliud rei probandæ opportunius dici, aliud explicandæ afferri aptius.

Superiùs pluuiæ, & terræ mixtione, quę lutum ex ambobus facit, hanc viri, mulieriſque ſeparationem commendauimus: Beatus Vmbertus cap. 30. huic eidẽm menti ſe ſubſcripſit, cùm dixit: *Quamuis bona ſit terra, bona quoque ſit pluuia, tamen ex illorum commixtione lutum efficitur. Eodem modo licet bona ſit manus viri, & & bona manus fœminæ, ex contactu tamen illarum nonnunquam lutoſa cogitatio, vel affectio generatur.* *Pluuia & terræ commixtio mulieris, & viri ſeparationem docet* B. Vmb.

Mentem aliena pulchritudo incautè viſa in ſeruitutem ſolet redigere: vt proinde qui capi non vult à curioſiore adſpectu auocare oculos debet: ſancti Iſidori Peluſiotæ hæc ſunt verba lib. 5. epiſt. 291. *Meritò ſeruator noſter Chriſtus laſciuum conſpectum, qui alienâ ſe pulchritudine paſcit, & oblectat, caſtigandum interminatus eſt, hac ratione nos à multis negotiis, & difficultatibus liberans: ne per oculos aliena pulchritudo ſe ſe inſinuans, mentem in ſeruitutem redigat, & primarias animæ partes præoccupans rationem paſſioni parêre cogat: quæ iam victa, & ſubacta malum difficilè ſanatu, ne dicam prorſus inſanabile redditur Vide ergo ne tyrannica voluptatis paſſio animam expugnans, & ſubigens non impoſſibilem quidem, ſed tamen difficilem admodum, eiuſdem curationem, & ſanationem reddat.* 302. *Aliena pulchritudo incautè viſa mentem in ſeruitutem redigit.* S. Iſid. Peluſ.

Auertendi oculi à muliere, ſed maximè ab illa, quæ faciem ſuam adulterinis fucis inficit, ac proſtituit: facies Diaboli non adeò horribilis vt iſta: mulieres quæ facies ſuas fucis inficiunt, & aliæ apparere ſatagunt, quàm eas Deus condiderit, hoc merentur, vt cum ante Deum ad orationem veniunt, Deus ſuam faciem ab illis eximat: hinc illud ſancti Vincentij Ferrerij ſerm. de S. Simone: *Quando oratis, Chriſtus abſcondit faciem ſuam à vobis*, QVIA HABETIS FACIAM DIABOLI: Diaboli vicem ſubeuntes homines decipientes, inque Diaboli laqueum trahentes. *Facies fucata mulieris, facies Diaboli.*

Dauidis & Salomonis exemplo reddamur cauti, ne illis cadentibus nos putemus nos eſſe ſecuros: à probo calamo probum monitum eſt; ſic enim ſcribit ſanctus Hieronymus epiſt. 9. quæ eſt ad Saluinam: *Si Dauid amicus Domini, & Salomon amabilis eius victi ſint quaſi homines, vt & ruina nobis ad cautionem, & pœnitudinis ad ſalutem exempla præberent. quis in lubrica via lapſum non metuat?* Eò quis lapſui vicinior eſt, quò ſe longius à lapſu abeſſe intutâ ſecuritate credit. *Dauidis & Salomonis exemplum à mulierum familiaritate nos auocat.* S Hier.

* *
*

EXCVRSVS XXX.

Circa ſæquiorem ſexum monita quædam: non nullæ cautiones, obſeruationeſque.

Mulierem non eſſe contemnendam *vt Deus docuerit.*

A ſequiori ſexu diſcrimen *mundo magnum imminet.*

Mulieris ſæuitia *vt explicata.*

Nutrix criminum *mulier dicta.*

Cælo repoſita corona *ſpectanda, cùm ſpectanda eſt mulier.*

Fæminarum leuitas *vt perſtricta.*

Facilè *labitur mulier*, difficilè *lapſum, & culpam confitetur.*

Mulieribus olim apud aliquos nefas faciem *abſcondere.*

Inter amantes magnetica *quædam vis.*

Mulier viros vt magnes *trahit*

Res mira de vnius mulieris operibus *vno, eodemque tempore præſtitis*

Mulier in Dei cognitionem, amoremque *rapere debet.*

NImiam cum fœmineo ſexu familiaritatem damno, non damno ſexum ipſum: Damnandus eſſet, qui damnaret, & contemnendus,
303. *Mulierem nō eſſe contemnendam vt Deus docuerit.*
qui contemneret, muliebrem nemo ſexum contemnat, nemo vellicet, eumque monſtrum naturæ vocet non eſt, cùm ad mentem Creatoris ſit: ſimili conſilio, ac prudentia mulier eſt condita quâ & vir, vt Moyſes conſultò dixerit, & in mulieris ædificatione dictum à Deo, *faciamus* quod dictum & in creatione hominis, vt gloriâ æquales eſſe colligeremus, nec caſu mulierem prodiiſſe pares virtutis ſtudio eſſe. Prælatè Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 11. *Quid tandem ſapientiſſimus opifex: Non eſt bonum, inquit, hominem eſſe ſolum. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Iterum deliberatio, iterum conſilium, iterum homo, quod formabatur. Illìc dicebat: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: hic quoque: Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Haud diſſimilia conſilia: Etenim quæ formabantur, generis eiuſdem erant: figura, ſimiles quia pari in pretio quæ fiebant. Iterum igitur deliberatio, vt quod formabatur in honore eſſet, æquali cum dignitate hominem efformemus, ac figuremus, æqualem gloria cum eo coniungemus, ne ſit honore defectior muliercula, néue genere notho dedecoret opera. Æqua namque profectò viris, & mulieribus eſt pietatis ratio, & par virtutis conſectandæ ſtudium alteri cum altero apertum eſt:* non contemnendus eſt ſexus, cauendus tamen eſt, nam alioquin ingentia damna timeri poſſunt niſi quiſque ſuper ſe euigilet quod ſi aliqua adducimus, quę hunc ſexum pungunt, de malis mulieribus id dictum volo, aut de periculo quod à bonis quoque timendum, non ratione bonitatis, ſed ſexus.

Gen. 2. 16. Baſil. Sel.

Adeò magnum à ſæquiori ſexu diſcrimen mũdo imminet, vt niſi mulieres verecundiæ fræno Deus cohibuiſſet, nullus ferè ſaluus fieret: de diebus quæ iudicij diem antecedunt ait Saluator tot calamitatibus, anguſtiis, ac tentationibus refertos, vt niſi breuiarentur non eſſet ſalua omnis caro: ſic enim habes Matth. 24. 22. *Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro.* Dices ſimile & in muliebri ſexu factum, tot mala in eo latebant, vt niſi diuina prouidentia pudoris mulieribus frænum inieciſſet, actum ferè de virorum ſalute videbatur; ſiſtenda hic verba ſancti Ioannis Climaci gradu 15. vbi ait: *ſummam circa nos Deus in hoc prouidentiam geſſit, procacitatem fœminæ quaſi fræno quodam pudore reſtrinxit, nam ſi hæc ad maiorem ſponte accurreret* NON FVISSET SALVA OMNIS CARO: vt videatur mulier non minus timenda, quam tempus illud calamitoſum quod iudicium anteueniet.

A ſequiori ſexu diſcrimen mundo magnum imminet Math. 24. 22.

S. Ioan. Clim

De mulieris ſæuitia ait R. Emanuel Ben R.
304. *Mulieris ſæuitia explicata.* R. Eman.
Salomonis, *Qui reperit mulierem reperit ſibi confuſionem facierum, ipſa* mordet vt ſerpens diuidit vt baſilicus.

Fuit qui omnium criminum nutricem fœminam dixit: Fauſtus Andrelinus ita canebat:

Nutrix criminum mulier dicta

Cuncta ſub aſtrigero regnantia crimina cœlo
NVTRIT *in æternos fœmina nata dolos.*

Spectandam ſe offert formoſa mulier animæ pulchritudinem ablatura? corona ſpectetur cœlo repoſita, vt præmii aſpectu, deſpiciatur libidinis fomes, opportunè ſanctus Chryſoſtomus hom. 8. de pœnitutia: *Tu verò*, inquit, *cùm mulierem videris formoſam, ſplendentem oculis, ornatam ſtolá, libidine titillantem, deſiderantem viſum: reſpice deſuper* STANTEM CORONAM, *quo tale ſpectaculum prætereas.*

Cœlo repoſita corona ſpectanda cum ſpectanda eſt mulier. S. Chryſ.

Fœminarum leuitatẽ ita quidã perſtringebat:

Penna leuis, leuis eſt pumex, leuis aura, ſed ipſa
Fœminea LEVIVS *quid leuitate vides?*

Fœminarum leuitas vt perſtricta.

Hac quoque nota laborat mulier, vt facile la-
305. *Facile labitur mulier, difficilè lapſum, & culpam confitetur.*
batur, difficile ſuum lapſum confiteatur, prompta ad excuſationes decurrat: hinc eſt vt Deus lapſos ambos primos parentes videns Adamum primum vocat, & increpat, licet prior mulier cecidiſſet: nimirum ab eo ſexu iudiciũ incipit, qui veracior, promptiorque ad culpam retegendam.

Mulieribus nefas olim apud Cremonenſes faciem abſcondere, ſic enim habẽt illorum ſtatuta Rub. 248. *Cum multæ, & infinitæ mulieres vadant per ciuitatem Cremonæ ad Eccleſias, & loca ipſius ciuitatis cum paneſollis longis, & latis cooperta, & abſconſa, faciem earum cooperientes taliter quod cognoſci non poſſint, & prætextu talis honeſtatis interdum inhoneſta, & illicita committãtur, ſtatutum eſt ad obuiandum talibus, quod nulla mulier cuiuſcumque conditionis, & ſtatus exiſtat audeat portare in dicta ciuitate, nec per dictum ciuitatem huiuſmodi paneſellos in capite, tegendo, vel abſcondendo faciem, ſed ire debeant apertâ, & diſcopertâ facie ſine ipſis paneſellis, ſic quod poſſint cognoſci, ſaluo quod liceat cuilibet mulieri dictos paneſellos poſſe portare in capite, tempore pluuiali tantum tenendo ſemper faciem detectam vt ſupra. Et qualibet contrà faciens condemnetur in libris decem imper. pro qualibet vice ſine aliqua detractione, ſeu remiſſione, & in amiſſione paneſelli, & quilibet poſſit talibus mulieribus ſic euntibus contra formam prædictam impunè paneſellos accipere & lucrari. Et de prædictis Collaterales dicti Domini Poteſtatis cercare teneantur & inquirere de prædictis, & eorum inuentionibus credatur.*

Mulieribus olim apud aliquos nefas faciem abſcondere. Stat. Crem.

Inter amantes magneticam quandam vim ap-
306 *Inter amantes magnetica quædam vis.*
parere mulier illa Cecropis ſignificauit, quæ in Epiſt. Theophylacti ita Dexicrati ſcribit: MAGNETEM *gemmã amare ferrum perhibẽt, & hoc viuere gemmam aſſerunt, quod cũ amato etiam coit: Cum enim gẽma à cõiuge ſecernitur, repentè intermoritur, & ſuam vim ac virtutẽ abiicit. Tales affectus Dexicrates in inanimatis etiam inſunt. Ego verò quid patiatur amiciſſime*

Digitized by Google

amiciſſime, quæ tam diu à tua profectione deſerar; id quidem verbis dicere difficilius arbitror, quàm affectione.

Mulier ipſa magnes eſt, quæ in viros vires ſuas exerit, viros allicit, viros trahit, vt ferrum magnes, Lucianus in imaginibus de pulchra muliere loquens ait: *At ſi illa conuerſis oculis temet inſpexerit, quæ facultas tibi relinquetur te ab illa auellendi? Adducet te alligatum quocumque còllibuerit, quemadmodum* LAPIDEM HERCVLEVM *ferrum ad ſe attrahere perhibent.* Ex noſtris in muliere magnetem vidit ſanctus Gregorius Nazianzenus aduerſus mulieres ſtudioſius ſe ſe ornantes, & excolentes dum ait: *Cæterum hoc verè dicam, nihil ex omnibus iis, quæ mulieres cum iuuenibus ioco dicunt, vel faciunt* ACVLEO *carent. Omnia enim inter ſe cohærent, non aliter ac ferrum* MAGNETE *tractum, alia multa deinceps ducit.*

Mulier viros vt magnes trahit. Lucian.

S. Greg. Naz.

307\. Dignum eſt recenſitu, quod de Thracia muliere legitur apud Conſtantinum Porphyrogenetam lib. 1. Them. 3. in hæc verba: *Rege ad muros vrbis conſidente, prætriit Thracis vxor, vrnam capite geſtans, manibus verò colum, & fuſum: à tergo autem equus zona alligatus erat atque vrna quidem, quam vertice gerebat, referta erat aqua, manibus verò nens colum, & fuſum exercebat, ponè autem equus, quem adaquarat, cingulo annexus ſequebatur: quam conſpectam rex vehementer admiratus eſt, & vnde, quænam: ex qua vrbe eſſet, rogauit. Quæ reſpondit, Myſiam ſe natione eſſe, eſt verò id Thraciæ oppidum. Rex itaque arrepta ex hac muliere occaſione, miſſâ ad Imperatorem Thracum Colyn nomine legatione, colonos inde cum vxoribus, & liberis accepit: turbam ſatis numeroſam: ex hac natione vocati ſunt Aſiæ minoris incolæ Thraceſij, quod ſit operoſa, ac laborioſa, & opere manuario victum ſibi quæritans.* Magnus huius mulieris labor, circa multa occupata eodem tempore, ſed & magnus eſt noſter ipſum muliebrem ſexum ſpectans, de qua vt multa nobis dicta, ſuperſunt tamen adhuc alia quæ dicantur, & multo plura conſulto ſilentio ſupprimuntur.

Res mari de vnius mulieris operibus vno, eodemque tempore præſtitis. Const.

308\. Deſinio hunc Excurſum in re, quæ mulieris laudem tangit, ſi illud exerceat in virum, quod voluit Deus, cum eam condidit: Mulier virum in Dei cognitionem, amorémque rapere debet, non ab illa, non ab iſto abducere, ac reuocare, quod tamen plerunque fit; Dei ſui viri obliuiſcuntur, nimio fœminarum amore, & quod peius non puro captu: nouerit ſe fœmina ad Deum euehere virum debere. Non caſu accidit, quod in mundi primordio poſt virum formata mulier eſt, non ſimul cum illo: in aliarum animantium productione femina, & mas ſimul prodière, cur non & in homine? vt Adam in mulieris formatione ſtatim mentem in Deum eleuaret, & conditorem laudaret, ac diligeret: huc faciunt Baſilii Epiſcopi Seleucienſis verba, qui orat. 1. ita ſcribit: *Cur inquis, poſt Adamum mulier, & non cum Adamo efformatur? cur non æquaeuum vtriuſque opificium? At in aliis omnibus ſufficit vox vna ad naturas repræſentandas, & ad ſexum dimetiendum, quando vna conformabantur maſculus, & fœmina: Adam verò ſolus fœminâ deſtitutus eſt, & formandi rationem diſpeſcit conditionis ordo neque vero ex ſolo corpora excitantur, neutra quoque terram inſcribunt matrem. Verum hic perfectè abſolutus erat cum illa nedum orta. Quare in Adami conſpectu vult illam Deus fingere & fictricis artis ſuæ ſpectatricem deſiderat propriam imaginem. Nondum enim Deum Adamus quicquam fabricantem viderat. Creauit Deus Cælum, & terram: ſed Adamus non viderat creantem, qui Cœli molitione ſerius ipſe fuit perfectus. Porrexit ambitum firmamenti luminoſas faces accendit, animantium greges è ſolo fruticari fecit: verum hæc priùs fuerunt, quam ab Adamo ſpectarentur, ipſe cùm fierent nullo ſenſu facientem percepit. Quomodo igitur auctorem condiſceret, qui facientem non vidit? Quomodo Creatorem cognoſceret, qui creantem non ſpectauit? Ea propter ipſius ante oculos fœminam extruxit, & ſimilis naturæ ſpectatorem fecit, vt in illa, quæ circa ſe ſunt, velut in ſpeculo contemplatus ex viſis diſcat inuiſa. Et tulit Deus vnam de coſtis eius, & ædificauit coſtam quam tulerat, in mulierem, & fictam monſtrauit, & ſponſam dedit è latere. Quam ob cauſam non vna voce vtrumque vt erumperent in lucem inuitauit: ſed formationi certum temporis interuallum præfiniuit, id Adami cognitioni tribuens, pro natura, parem, cum fiebat, contemplatus ipſum vtriuſque artificem diſceret.* Abit à ſuo munere mulier ſi in Dei notitiam, & amorem adeò non rapit virum, vt aliò vocatum auocet ab illa, auocet ab iſto.

Mulier in Dei cognitionem, amorémque rapere debet. Baſil. Sel.

CAPVT XXXIV.

Quid coniugium in ſacris, prophaniſque litteris, quid matrimonium?

Coniugium de *coniuge.*
Matrimonium de *vxore.*
Propria coniugia non requirere, *quid ſit?*
Coniugia habere *quid?*
Cum coniugio *operam non habere quid ſit?*
Felices nuptiæ, *quæ à diuinis mentem non auocant.*
Coniugium ſuſcipere *quid?*
Coniugium accipere *eſt accipere vxorem.*
In coniugium aliquem alicui dare *quid ſit?*
Vxores cur apud nonnullos in prælium *viros comitarentur?*
Vxores vt impiè nonnulli permutarent?
Cur plures *primo homini non datæ vxores?*
כלה *ſponſa dicitur.*
הלך *quid?*
Vxor voluptas; *vxor* virtus.

QVo ſenſu præter obuium, ac tritum *Coniugij* nomen efferatur, non eſt ita facilè conſtituere, vt operam in eius vi explicanda ludamus, cum eius ignoratione plerique ad multorum auctorum locos hæſerint, quibus nos hîc facem præferemus; quæ res aliena ab inſtituto non erit, quum de nuptijs, legitimique coniugij vſu tractantes, ſcire quid *coniugium* ſignificet præter vſitatam notionem conueniat. 309.

Obſeruo igitur apud antiquos, probæque notæ ſcriptores coniugium de coniuge ac vxore dici, qua ratione & matrimonium pro matrona, & ſeruitium pro ſeruo accipitur. Hoc ſenſu

Coniugium de coniuge Tacit.

extulit Tacitus 12. Annalium dum ait : *Cæterum obiecta ſunt, quod coniugium Principis deuotionibus petiniſſent.* Falluntur qui aliam notionem huic voci allinunt, & per coniugium Principis aliud quam principis coniugem intelligunt. A nobis eſt doctiſſimus Iuſtus Lipſius hic : *Coniugium*, inquit, *ideſt, coniugem, ſic ſeruitium pro ſeruo, & matrimonium pro matrona, & clientela pro clientibus.* Quod de matrimonij ſignificatione dixit firmo ex Liuij verbis, qui lib. 10. ita loquitur : *Et conuocatis plebeijs matrimoniis.* A ſenſu abiret qui vſitata notione matrimonia hic ſumeret.

Matrimonium de vxore. Tertul. 1. Cor. 7. 19.

Mattimonium de coniuge, & vxore dici etiam ex noſtris probo. Tertullianus lib 1. de vnis nuptijs cap. 5. illud Apoſtoli. 1. Cor. 7. 29. *Tempus breue eſt, reliquum eſt, vt qui habent vxores tanquam non habentes ſint*, legit in hunc modum : *Tempus in collecto eſt ; ſupereſt vt qui matrimonia habent, tanquam non habentes agant* Item illud eiuſdem Apoſtoli eodem capite: *Alligatus es vxori ? noli quærere ſolutionem, ſolutus es ab vxore ? noli quærere vxorem* : ſic idem Tertullianus tranſfert eodem loco cap. 7. *Obligatus es matrimonio? ne quæſieris abſolutionem. Abſolutus es* MATRIMONIO *ne quæſieris obligationem.* Apud Marcellum quoque matrimonium Tæſaris coniux eſt Auguſta. Redeo ad coniugium.

310.

Propria coniugia non requirere quid ſit. S. Pet. Chryſ.

Noſtri quoque eodem ſenſu coniugij voce vſi ſunt, quod alios obſeruaſſe non vidi. Ita exponendus ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 19. vbi Athletarum continentia ab omni immunditia, & abſtinentia à quibuſdam cibis, potuque intemperanti ad hunc modum ſcribit : *In agone iſto terreno qui vincere volunt abſtinent ſe à cibis quibuſdam, a potu nimio : abſtinent ab omni immunditia, ſub tanta caſtitate, vt etiam propria* CONIVGIA *non requirant ; nec aliter ſe vincere poſſe ſperant, niſi corpus ſuum caſtum, pudicumque ſeruauerint, & poſt tantum laborem quid aliud quam paruam, & corruptibilem, & vilem quidem coronam accipiunt ?* Hactenus ille : quid aliud ſunt propria coniugia, quàm propriæ coniuges, & vxores ? Vide quanta fuerit Athletarum caſtitas, ac temperantia, qui pro corruptibili, nulliúſque fere pretij corona ea præſtabant, quæ vix, aut ne vix quidem plerique fidelium præſtant, qui cœleſte præmium, illudque perennaturum expectant: & vinci ab ethnicis non pudet ?

Coniugia habere quid. S. Auguſt.

Hoc eodem ſenſu coniugium ſumpſit ſanctus Auguſtinus qui in Pſal 103. ita loquitur : *Diuitias habent & latrones*, CONIVGIA, *filios multi mali habent.* ideſt, coniuges, vxores.

Coniugio operam non habere quid ſit. S. Chryſ.

Vnde non damnanda eius verſio, qui Beati Chryſoſtomi Græcas homilias de verbis Iſaiæ Latinè reddit. Hæc Prophetæ verba expendens ſanctus Pater: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum*, ita iuxta receptam verſionem ſcribit : *Quis hæc loquitur ? Iſaias ille ſpectator cœleſtium ſeraphim, qui cum* CONIVGIO *commercium habuit, nec tamen extinxit gratiam.* Operam luſit qui correxit cum coniuge, cùm idem coniugij nomen importet.

Felices nuptiæ quæ à diuinis mentem non auocant

Pende purum coniugii vſum gratiam non extinguere, Iſaias Propheta licet & vxorem habuerit, & vxorem cognouerit, viſionis tamen tam ſublimis ſpectator eligitur, ne putaremus pudicum matrimoniis vſum rebus cœleſtibus excipiendis officere : nec ineptum ſuperis Dei donis recipiendis reddere. Felices nuptiæ, fortunata coniugia, quorum vſus à rebus diuinis viros, vxoréſque non auocant : facilè auocabunt, ſi ex propria vxore bibens quis inebrietur, vt ratio quodammodo ſepeliatur, à qua ebrietate longe abfuit Iſaias, qui commercium cum propria coniuge habens à rerum cœleſtium commercio non arcetur ſed earum fit particeps, fit ſpectator.

Coniugiū ſuſcipere quid? Tob. 6. 17.

Non ſic illi, qui Angeli verbis perſtringi poſſunt, quæ Tob. 6. v. 17. habentur : ibi enim Angelus ita fatur : *Hi namque qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum a ſe, & a ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem Dæmonium ſuper eos.* Tam abeſt vt cœleſtium rerum participes fieri mereantur, vt brutis quoque in intemperanti coniugij vſu fiant pares, hominis appellatione indigni.

311.

Coniugium accipere eſt accipere vxorem. Ruth. 4. 10. Hebr. Pagn. 70.

Quod dicitur, *Qui coniugium ita ſuſcipiunt*, coniugij nomen ad traditam notionem vocari non aliene poteſt, vt ſit ſenſus, qui vxorem ducunt; quod videntur ea fulcire, quæ ſubdit Angelus : *Tu autem cùm acceperis eam*, ſcilicet vxorem, vt reſpondeat ad illud, *qui coniugium ita ſuſcipiunt* Fauet græca lectio quæ *vxoris* nomen habet, & in toto hoc capite illud adhibet, ſed accedamus ad alia, quæ huius vocis notione appoſite explicabuntur, & à quibus viciſſim maiores vires ſumet, quod hucuſque docuimus. Ruth. 4. v. 9. & 10. *Teſtes* vos, inquit, *eſtis hodie, quod poſſederim omnia, & Ruth Moabitidem vxorem Mahalon in coniugium ſumpſerim* : propriè, & germanè in vxorem, ac coniugem Hebræus fons non ſinit nos aliter coniugium hic accipere: *Et etiam Ruth Moabitidem vxorem Mahalon* קניתי לי לאשה id eſt, *acquiſiui mihi in vxorem* Pagninus *acquiſiui mihi in vxorem.* ſic etiam LXX. καὶ γὲ ἐγὼ τὴν Μωαβῖτιν γυναῖκα μααλὼν κέκτημαι εἰς γυναῖκα *Et etiam Ruth Moabitidem vxorem Mahalon acquiſiui in vxorem* Vnde coniugium non ſignificat hic matrimonium, ſed coniugem ipſam, eadem enim vox eſt vtrobique & ibi : *Vxor in Mahalon*, & *in coniugium.*

In coniugium aliquam alicui dare quid ſit. Gene. 30. 4. Hebr. 70. Pagn.

Locis his etiam illum necto, Gen. 30. v. 4. *Dedit que illi Balam in coniugium*, explico in vxorem, in fonte eſt לאשה ideſt *in vxorem*, quò reſpexerunt LXX. legentes καὶ ἔδωκεν αὐτῷ βαλλὰν τὴν παιδίσκην αὐτῆς αὐτῷ γυναῖκα *Et dedit Balam ancillam ſuam ei vxorem.* Pagninus, *& dedit ei Bilhah ancillam ſuam in vxorem.* Chaldæus: *Et dedit ei Balam ancillam ſuam in vxorem.* Conſtat igitur coniugium de vxore accipi, & non abſone a nobis Tobiæ locum explicatum, ſed quia hic ſumus, aliqua de vxoribus ſubijciamus, ne nudum coniugij nomen illuſtratum hoc caput maiori paupertate opulentum relinquat, quàm ſit par.

312.

Vxores cur apud nonnullos in prœliū viros comitarentur?

Apud nonnullos in vſu vt vxores viros in prælium comitentur, vt nimirum timorem excutiant, eoſque conſolentur, in deſcriptione Africæ hæc leguntur : *Quum ad bellum proficiſcuntur, ſuam quiſque* VXOREM *comitem ducit, quæ maritum conſoletur, atque timorem excutiat.*

Vxores vt impiè nonnulli permutarent. R. Ben.

Quibuſdam populis in more olim erat, vt ſtato quodam tempore vnoquoque anno conuiuium inſtituerent, in eôque vxores inuicem permutarent : refert id Beniamin in ſuo itinerario vbi de quibuſdam populis loquens, ait : *Feſto autem annuo, quod ſolemne habent tam viri, quam fœminæ omnes ad commune conuiuium conueniunt: ibique* VXORES INVICEM PERMVTANT.

Vnam

Digitized by Google

Cur plures primo homini nō data vxores. S. Athan.

Vnam habuit vxorem Adam, & vna toti mundo tot mala parturiuit, quid ſi plures vxores habuiſſet? rectè iſtuc expendebat ſanctus Athanaſius quæſt. 97. in ſcript. *Vnica mulier data viro & ipſi, & mundo inſidiata eſt; quid futurum cum mundo, ſi ab initio vni homini feciſſet Deus duas vxores?*

313. כלה. *ſpōſa dicitur.* הלך *quid?*

Hebraicè ſponſa כלה *chalah* vocatur: ſi literas inuertas producitur הלך *halax*, quod ſignificat *ambulare*, *incedere*; ac ſi conſequens ſit, vt quæ prius occulta domi ſe continebat, huc illud pergat, & vagetur, aut etiam quia ad alterius arbitrium debet ambulare.

Vxor voluptas, vxor virtus. Philo.

Duas vxores, quibus vnuſquiſque nubit in medium producit Philo, vnam, quæ amatur, & voluptas eſt; alteram, quam plerique abhorrent, & eſt virtus; *Duas vnuſquiſque noſtrum* VXORES HABET *in ſuo contubernio, eáſque infenſas ſibi inuicem, & anima domum replentes contentionibus Zelotypiæ: harum alteram diligimus quaſi amicam blandam, & familiarem, quæ Voluptas dicitur, alteram odio proſequimur vt immitem, ac tetricam: hæc Virtus nominatur.* cùm contrà vnluptati repudij libellus dandus eſſet, ſoli virtuti, tanquam ſponſæ legitimæ adhærendum.

CAPVT XXV.

Domus de vxore, domus, & mulieris cohærentia.

Domus *de vxore.*
Mulier ædificata *tanquam domus.*
Viti *vxor comparata ob cohærentiam, quam cum domo habet.*
Intimæ *domus partes à mulieribus habitatæ.*
Domus matris *quæ diceretur?*
Sponſa bonos mores diſcere *bonorum mulierum memoriâ debet.*
Specioſa domus *mulier dicta.*
Mulier domus ſuæ ſpecies *ſi habitatrix.*
Puellæ vrſæ *cur comparata, cur vrſa dicta?*
Puerperæ tabernaculum *ingredi quibuſnam nefas.*
Periclitatur mulier *ſi foras exeat, & ferat cum aliis ſermones.*
Cellæ frequentatæ *commendatio.*
Secretum *gymnaſium pudoris.*

314. *Domus de vxore.* Hebr.

PERGO, & alium titulum expono, quo circumſcribi vxor ſolebat: Hebræi vxorem *domus* nomine ſignificant, hinc illud Rabbinorum לעולם לא קראתי לאשתי אלא ביתי hinc eſt; *nunquam vxorem appellaui, niſi* DOMVS MEA; quod frequens apud illos eſt.

Mulier ædificata tanquā domus. Geneſ. 2. 22. S. Ambroſ.

Hunc domus, & mulieri nexum probant & Moſes, cum in mulieris formatione *ædificandi*, verbo eſt vſus Gen. 2, 22. *Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* ædificandi verbo vtitur, non formandi, vt ſtatim moneretur mulier à prima ſui ortus die domum ei incolendam eſſe: egregiè ſanctus Ambroſius lib. de Paradiſo cap. 11. *Bene ædificauit dixit, vbi de mulieris creatione loquebatur, quia in viro, & muliere domus videtur quædam plena eſſe perfectio, qui ſine vxore eſt quaſi* SINE DOMO SIT *ſic exparimur. Sicut enim vir publicis officiis, ita mulier* DOMESTICIS MINISTERIIS *habilior æſtimatur.*

Viti vxor comparata ob cohæren iam quam cum domo habet. Pſal 127. Agel.

Ob cohærentiam, quam fæmina cum domo habet, eam viti Regius pſaltes comparabat, Pſal. 127. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ:* ſcitè noſter Agellius: *In lateribus domus, ſeu in intimis domus locis, ac penetralibus modeſtia ſedet id enim* ירכתי *iarchethe ſignificat, viti præterea illam comparauit, non ſolùm quia hæc arbor in primis fructuoſa eſt, verùm etiam quia ſola inter cæteras arbores in domibus plantari ſolet, & quia per ſe ſuſtineri niſi adminiculis adiuta non poteſt.* Caietanus quoque ad hanc mentem: *Vxoris eſt non in atrio, non in porta, non* IN MEDIA DOMO, *in qua ſunt viri, ſed in angulis, ſeu penetralibus domus eſſe;* ſexus ſui decus mulier fit, ſi inter alia modeſtiæ ſigna hoc etiam luceat, vt in virorum conſpectum ſe minimè det, nimirum ſupra ſexum ſuum eſſe videtur, ſi videri nolit, nolit mulier ſpectari. Caiet.

Signatè dixit *in intimis*; vt enim exteriores domus partes erant virorum, ſic intimæ erant mulierum, quod ad animam transferebat Philo lib. 2. legis allegor. ait enim: *Sicut in ædibus intimo conclaui matronali exterior eſt ea pars, in qua viri verſantur, item hac exterius atrium, inde veſtibulum, mox ianua, ſic & in anima.* Ibidem multis interiectis addit: *Sicut ſi quis videat domum affabre factam inſtructámque veſtibulis, porticibus, aulis virorum, mulierum conclauibus, & id genus cæteris, cogitatione percipiet artificem.* Hoc ritu alibi explicaui, quod de Rebecca legitur adduxiſſe eam Iſaac in tabernaculum Saræ Gen. 24. 67. *Introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ:* LXX. *In domum matris ſuæ,* quod de ſecretiori hoc domus parte quæ à mulieribus habitabatur, intelligendum eſt. 315. *Intimæ domus partes à mulieribus habitatæ.* Philo. Gen. 24. 67. 70.

Domus matris quæ diceretur Gen 24. 28. Abul.

Ex his lucem accipiunt illa verba, quæ habentur Gen. 24. 28. *Cucurrit puella & nuntiauit in Domum matris ſuæ, omnia quæ audierat:* per domum matris intelligit Moſes matris tabernaculum, interiorem domus partem, quæ propria mulierum erat; Abulenſis hic non diſſentit, dum ait: *Vocatur hic domus matris, quia puellæ magis colloquuntur matribus, quam patribus, & ideo matri renuntiauit iſta, & non patri, & ſic dicitur cucurriſſe ad domum matris. Vel dicendum, quod mulieres tenebant tunc intra domus virorum quaſdam manſiuneulas, in quibus faciebant opera muliebria cum puellis ſuis, & ad illam domum cucurrit Rebecca, & nuntiauit prædicta, quæ vocatur domus matris ſuæ;* hactenus Abulenſis: quæ firmant illa, quæ ex Philone protulimus.

Sponſa bonos mores diſcere bonorum mulierum memoria debent. Oleaſt.

In matris cubiculum ſponſam duxit Iſaac, vt defunctæ memoria illius probitatis imitandæ ſpiritum hauriret, ebiberetque illius viraginis mores, cuius tabernaculum habitabat; Pulchrè Oleaſter hic: *Introduxit in tabernaculum matris, vnde nouo vxoris gaudio* COMPESCERET TRISTITIAM, *quam ex matris piâ functione acceperat, tum vt vxor* MEMOR PROBITATIS *ſocrus ſuæ mores illius diſceret; aut etiam vt mortuæ memoria mortis eſſent memores, qui nuptias inibant.* 316.

Hunc domus, & mulieris nexum probat &

Speciosa domus mulier dicta. Pſal. 67. 13.

illa phraſis, & circumlocutio, qua mulier domus ſpecies appellari ſolet, ſic enim aliqui, & probæ notæ interpretes illa Dauidis verba accipiunt Pſal. 67. 14. *Et ſpeciei domus diuidere ſpolia*; aliqui vertunt ex Hebræo; *ſpecioſa domus*: mulierem, quæ domi manere ſolet intelligunt; Muis hic: *ſpecioſa domus diuidet ſpolia, hoc eſt* MATER FAMILIAS, *quæ præcipuum eſt ornamentum, & decus ſuæ domus diuidet inter ſuos ſpolia ab hoſtibus detracta*; addit; *Alij aliter vertunt, eodem tamen ſenſu, & habitatrix domus, ideſt, materfamilias, & imbecillis illa turba, quæ viris ad bellum proficiſcentibus domi otioſa reſidet, manubijs relictis fruetur, eaſque inter ſuas partietur*: domus ſpecies eſt mulier, ſi domi maneat, domum habitet nec huc illud vagetur.

Mulier domus ſuæ ſpecies ſi habitatrix. Muis.

Puellæ tanquam hieroglyphico vrſæ comparantur, quia hæc natura ſe continet inter frutices, vel ſpelæa niſi quantum pabulationis gratià prodire coguntur, ſic INNVPTÆ clauſæ cuſtodiri debent, vnde & Athenienſes vrſas vocabant puellas: ita ferè Pierius Valerianus *lib.* 11. *ſuorum Hieroglyph.*

Puellæ vrſæ cur comparaes, cur vrſæ dictæ. Piet.

317. *Puerpera tabernaculum ingredi quibus nam nefas?* Sigiſm.

Puerperæ habitaculum ingredi nefas Moſcouitis: niſi poſt triduum: ita refert ex quodam Sigiſmundus Liber in commentariis rerum Moſcouiticarum: *in locum*, inquit, *vbi mulier peperit nemo ante* TRIDVVM INGREDIATVR: Addit ſtatim: *Quemadmodum enim alia immunda vaſa diligenter lauanda, ita habitationem illam orationibus eſſe prius mundandam.*

Periclitatur mulier ſi foras exeat, & ſerat cum alijs ſermones. S. Chryſ.

Periclitatur mulier cum foras exit, & cum alio, quàm cum marito ſermonem ſerit; probat id exemplo ſuo Eua, quæ quia inſcio Adamo cum ſerpente ſermonem habuit & ipſa cecidit, & ſecum in lapſum virum traxit; quod expendebat S. Chryſoſtomus hom. 16. in Gen. ait quippe: *Opportebat initio colloquium illius non ferre, ſed illi ſoli loqui propter quem, & in cuius adiutorium producta erat, particepes illius dignitatis facta*: periculo ſe videtur exponere mulier, ſi obuios quoſque alloquatur.

Cella frequentata commendatio. S. Thom.

De cellæ incolatu & amore, vt hoc quoque adiiciam, licet extra nuptias ſit, egregia hæc ſancti Thomæ ſententia circumfertur opuſc. 68. *Cellam frequenter diligas, ſi vis in* CELLAM VINARIAM *introduci*: quæ ſi Religioſarum perſonarum mentibus hæreat, poterit eas à noxia euagatione auocare. Sanctus quoque Ambroſius exhort. ad virg. *gymnaſium*, inquit, *pudoris ſecretum eſt*, adeo vt pudor plerumque excat, ſi abſqoe vllo delectu foras prodeat, qui perpetuus cellæ inquilinus eſſe debet, ſecreti cuſtos à ſecreto cuſtodiendus.

Secretū gymnaſium pudoris. S. Ambroſ.

CAPVT XXXVI.

Caro de vxore: de alijs nominibus, ſub quorum notione vxor latet, cùm latere non videatur.

Caro *de vxore.*
Mulier *hoc viro eſſe debet quod* ala *aui.*
Mulier in adiutorium *viri ſit non Diaboli.*
Oculorum deſiderabile *vxor dicebatur.*
Vxor ventris *nomine ſignificata.*
Iugalis *coniux dicta*
Rete *vxor appellata.*
Epiſcopatus *nomine vxor circumſcripta.*
Conthoralis *vxor dicta.*
Viro eſſe *vxoris circumſcriptio.*
Cubilis *nomine vxor ſignificata.*
Viri lectus *vxor.*

CAro quandoque pro vxore ponitur, ſic Ioan. 1. *Qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri*: ſanctus Auguſtinus tract. . in Ioan. cap. 1. carnem pro muliere, & vxore poni affirmat, quia nimirum vxoris eſt ſubijci, ac regi; viri iubere, & imperare, vt vxor carnem referat, ſpiritum verò vir, ſed ſiſtamus hic ſancti huius patris verba: CARNEM PRO FOEMINA POSVIT, *quia de coſta cùm facta eſſet, Adam dixit: Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de càrne mea: & Apoſtolus ait: qui diligit vxorem ſuam, ſe ipſum diligit: nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit. Ponitur ergo caro pro vxore quomodo & aliquando ſpiritus pro marito. Quare? quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, hæc ſeruire.* 318.

Caro de vxore. Ioan. 1. S. Auguſt.

Ala viri ſui vxor eſſe debet, vt per illam in ſublime euolet, non in profundo feratur: Deut. 22. *Non reuelabit oram patris ſui*: & addit: *Alij dicunt hoc ideo eſſe, quia hoc debet eſſe viro mulier quod* ALA AVI *ideſt, in adiutorium.*

Mulier hoc viro eſſe debet quod ala aui. Deut. 22. Oleaſt.

Ab hac nota aberat Iobi vxor, quæ in maritum magis apertè ſæuiebat, quam ſæuiret Satanas, alaque viri non erat, ſed Diaboli, cum in iſtius adiutorium eſſet, non eſſet illius. Audiendus hic ſanctus Chryſoſtomus hom. de Beato Iob. *Vaſtabat Iobum Dei inimicus, apertè malum ſuadet inimica* (*vxor Iob*) ADIVTORIVM DIABOLI, *non mariti. Eua noua*: ſed ille non vetus Adam; ſed de alijs vxoris circumſcriptionibus agamus.

Mulier in adiutorium viri ſit non Diaboli. S. Chryſ.

Oculorum deſiderabile fuiſſe vxoris circumſcriptionem indicant hæc Ezechielis Prophetæ verba c. 24. 16. *Tollo à te* DESIDERABILE OCVLORVM TVORVM, ideſt vxorem tuam: Iſidorus Clarius ad hæc verba: vxor Prophetæ, quod illi amabilis, & pergrata eſſet. 319.

Oculorū deſiderabile vxor dicebatur. Ezech 24 16 Iſid. Clar.

Vxor aliquando *ventris* nomine ſignificatur, quod ventre fœtum concipiant: Agellius in Pſal. 16. comment. ita ſcribit: VENTER *in ſacris litteris nonnunquam pro mulieribus, & vxoribus accipitur, quod fœtum concipiant, ac pariant. Vnde illud Iob. cap. 19. Orabam filios vteri mei, ſeu ventris mei, vt eſt in Hebræo.* LXX. *reddiderunt, filios* VXORVM *vel concubinarum mearum.*

Vxor ventris nomine ſignificata. Iob 19. Agell.

Iugalis eſt coniux. Synodus Valentina: *Si quis per quaſcunque auctoritates, aut ſcripturarum epiſtolas præfatus Dominus Rex vel ſupra nuncupata iugalis ſua, filiique eorum.*

Iugalis coniux dicta. Sin. Val.

Rete vxor dicitur: Arabicum prouerbium eſt: *Si habueris rete trahe illud, ne forte traharis ab illo*; id eſt *ſi habueris vxorem ſubijce illam tibi, neque ſubijcitor illis*; ſic enim hoc prouerbium explicat Interpres.

Rete vxor appellata. Arab.

Epiſcopatus nomine vxorem aliquando circumſcriptam aliqui obſeruauère: noſter Agellius in Pſal. 108. *ſunt*, inquit, *ex Hebræis qui epiſcopatum vxorem intelligunt, quod ne ipſum quidem ab Epiſcopi munere alienum eſt. Nam Eulalia quæ illius*

Epiſcopatus nomine vxor circumſcripta. Pſal. 108. Agell.

illius fidei commiſſa eſt, vicem vxoris habet,& videtur hanc ſignificationem beatus Petrus approbaſſe, cùm in epiſtola ſua prima commemorans crimina à quibus alienum eſſe Chriſtianum decet, inter cetera poſuit ἀλλοτριοεπίσκοπος quod Latinus vertit, alienorum appetitor: Nemo, inquit, *veſtrum patiatur, vt homicida,aut fur,aut maledicus,aut alienorum appetitor. Tertullianus;alieni ſpeculatorem: Beatus Thomas: adulterum ſignificare dixit,cui libenter aſſentior.*

320 *Contheralis vxor dicta*

Conrhoralis vxorem, ſponſamque ſignificat; Ioannes Thuuroz in Chronica Vngarorum part. 1. cap. 22. *Cum Rex ipſe plurimarum* CONTHORALIVM *ſuarum conturbernio minimè contentus.*

Viro eſſe vxoris circumſcriptio. Oleaſter.

Tota viri ſui mulier eſſe debet, quicquid eſt, eſt viri, ſui poteſtatem amplius non habet, habet vir; quod ex vxoris circumſcriptione colligebat Oleaſt.in cap.30.Num. *Si eſſendo* FVERIT VIRO, *ideſt, ſi fuerit coniugata, ſic enim Hebraiſmus coniugatam deſcribit, quod videlicet ſit viro.*

Cubilis nomine vxor ſignificata. Gen.49. Abul.

Vxor *cubilis* nomine aliquando circumſcribi ſolet;ſic exponunt aliqui illa verba Gen.49. *Aſcendiſti cubile patris tui:* Abulenſis: *Rhetoricè,* inquit, *loquitur Iacob,colorando turpe factum Rubenis,vocat autem* CVBILE, *ſiue lectum patris, non ipſum locum,in quo pater dormiebat quia tunc aſcendere ſuper lectum eius ſcelus non fuiſſet: ſed accipitur* CVBILE PRO VXORE, *quæ in cubili erat cum Iacob.* Si ipſe. Sanctus Gregorius quoque vſus aliquando eſt ſimili tropo nam à Deo idcirco daram fuiſſe, ait, mulierem viro, vt ſterneretur lectus voluptati eius,cũ eius cõſortio fruitur ad liberos procreandos, & honeſtas ſumma eſt, ſi per gratiam matrimonij Deus ipſe eiuſmodi lectum bomini parauerit.

Viri lectus vxor.

CAPVT XXXVII.

Veſtis de vxore: pleraque de vxoris veſtibus,aliarumque mulierum.

Veſtis *de vxore.*
Nuptiales veſtes *parari facile poſſunt in ſpiritualibus nuptiis.*
Poetæ laudatori nouæ nuptæ veſtes *donare ſolent apud Hebræos.*
Nubentes vittâ *candido,& purpureo colore cur nectèrentur?*
Tinctas,& verſicolores veſtes *ſponſi geſtabãt.*
Viri veſtium, *&* ornatus ſuperflui *luxum reſecare in vxoribus debent.*
Lex de veſtibus *ab vxore induendis marito mortuo.*
De muliebrium veſtium *forma, & pretio aliquorum lex.*
Veſtium luxus, *vt à nonnullis in fœminis coërcitus.*
Alia aliorum lex de mulierum veſtibus.
Pudor, & verecundia ſponſæ veſtis.
Maritus vxoris ornatus.
Chriſti decore ornari *mulier debet.*

321 *Veſtis de vxore.* Zach. 34.

VESTE ſolet vxor circumſcribi: Zach 3.v.4. *Indui te mutatorijs.* Chaldæus: *Impoſuerunt cidarim, & acceperunt ei vxorem,* & ex Hebræorum mente ſanctus Hieronymus ibidem: *indui te mutatorijs,ideſt Iſraelitem tibi* CONIVGEM *copulaui,* vt idem ſit mutatoriis indui, & vxorem accipere: veſtis munus vxor in virum non exercet, quæ virum opibus nudat, & quod grauius, virtutibus, ſed quia hic ſumus,ne nudum hac ſola veſtis notione hoc caput relinquatur, alia de nuptialibus veſtibus, ac mulieribus afferamus, præter ea, quæ alibi & exhibui, & exhibebo. S.Hier.

Nuptiales veſtes parari facile poſſunt in ſpiritualibus nuptijs. Matth.22.11. Euthym.

Qui nuptiali veſte caruit ſtatim iubetur ligatis manibus,pedibuſque tenebris addici,Matth. 22.11. & cur non ſe excuſauit, quod reperire non adeò citò, faciléque ſtolam potuit? obmutuit, nec aliquam excuſationem attulit:cur ita? quia ſciebat inanem futuram; nam in corporalibus nuptijs difficile nuptiales veſtes parari poſſunt,& reperiri,ſecus in ſpiritualibus: ſcitè Euthymius hîc: *In corruptilibus nuptijs reſpondere quiſpiam poſſet, quod digna ſtola difficilis inuentu foret:in his autem incorruptibilibus nuptijs oblata eſt omnis excuſatio: in proximo namque eſt ornatus, ac inuentu facilis ſi modo illum verè quæſierimus. Iuſtè itaque illum eijcit,qui ornatus non erat tanquam ſegnem,& negligentem.*

Poetæ laudatori nouæ nuptæ veſtes donare ſolent apud Hybernos.

Apud Hibernos *noua nupta infamet ſe exiſtimabant ſi* VESTES SVAS, *quas habent optimas, poetæ laudatori qui antiquorum illorum res geſtas litteris conſignatas habet non donent,* ſic habetur in Hiberniæ deſcriptione.

322 *Nubẽtes vitta candido, & purpureo colore cur nectèrentur.* Iſid. Hiſp.

Olim nubentes vittâ candido, purpureôque colore nectebantur à ſacerdote benedictâ; Moris huius & myſterij, quod in more latebat meminit ſanctus Iſidorus Hiſpal.lib.de Eccleſ.offic. cap. 19. dum ait: *Quod nubentes poſt benedictionem* VITTÆ *vno inuicem vinculo copulantur, videlicet ne compagem coniugalis vnitatis dirumpant;* pergit de vittæ coloribus: *At vero quod eadem vitta candido,purpureòque colore permiſcetur,candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad ſanguinis poſteritatem adhibetur, vt hoc ſigno continentiæ lex tenenda ab vtriſque ad tempus admoneatur, & poſt hac ad reddendum debitum non negetur.*

Tinctas, & verſicolores veſtes ſponſi geſtabant. Suid.

Tinctas ſeu verſicolores veſtes ſponſos geſtauiſſe refert Suidas his verbis: *Tinctas,& verſicolores* VESTES *geſtabant ſponſi argumento corruptelæ.*

Viri veſtium, & ornatus ſuperflui luxum reſecare in vxoribus debent. Matth.18.23 Oleaſter.

Vir & viri munus exerceat, non ſinat vxorem ſuperflui ornatus amore cunctas opes conſumere; quantâ amentiâ laborant, qui cùm deberent vxorum luxum reſecare, nutriunt? puniendi pœnas, qui huiuſmodi ſunt, dare cum vxoribus ſuis merentur; certè quod ille apud Matthæum cap.18.23. qui multa Regi talenta debebat iuſſus & vxorẽ vendere, quia ſoluendo non erat,indicauit vxoris præcipuè causâ.cuius luxum opibus non parcens, nutriebat,eò ſe deueniſſe;opportunè rem verſat Oleaſter in cap. Iſaiæ 32. Oleaſter ad illud: *Mulieres opulentæ ſurgite,* ait enim: *Arguit & meritò hic vates, opulentas fœminas, quoniam nouit viros propter eas multa mala committere quis diceret nunc quot furta, extorſiones,homicidia, & mala viri operantur ad alendas vxores cùm liberis? & quid ad alendas dico? dicam melius ad* ORNANDAS, *& pingendas rebus ſuperfluis: Hac de cauſa arbitror, regem illum,cuius Matthæus meminit, ſerui ſui qui illi non ſoluendo erat,vxorem, & liberos vendere præcepiſſe, quoniam nouerat horum gratiâ, eum tot furta, & debita contraxiſſe.*

323

De veſtibus ab vxore induendis mortuo marito

Lex de veſtibus ab uxore inductis marito mortuo. Stat.

rito extat hæc lex in ſtatutis almæ vrbis Romæ lib. 1. cap. 36. *Mortuo mariso cum liberis, vel ſine, vxori ſuperſtite ſi vxori* VESTIMENTA *lugubria non reliquerit, vxor de bonis viri habeat veſtem vnam & lineos pannos, quos appellant pannum liſtatum, ſupericlum linteamen, pectorale, & cingulum, necnon caligas, & crepidas iuxta perſonarum, & dotis qualitatem. Maritus autem mortua vxore vltra lucrum dotale ſupra expreſſum, habeat pallium, & ſagum, ſiue togam vnam, & capitium, ſiue biretum ſimiliter iuxta dotis qualitatem, & perſona conditionem, & lucrum prædictum dotale ſemper intelligatur deducta funeris impenſa.*

De mulierum veſtium forma, & pretio aliquorũ lex. Stat, Taruiſ.

Taruiſini de mulierum veſtibus ita decernunt lib. 1. tract. 4. rub. 6. *Volentes maritorum indemnitatibus prouidere, parentum, ac etiam aliorum: firmamus, quod nullus mulierem aliquam debeat, vel poſſit veſtire, ſeu filiam, vel neptem cuius veſtes conſtari poſſint cum coredo, & aliis neceſſariis ipſis veſtibus vltra ſummam quinquaginta lib. den. par. niſi forſan eſſent veſtes nuptiales. Ne veſtibus caudam fieri faciant, ſeu aliam longitudinem de ante, vel poſt excedentem pedes ipſius mulieris vltra vnam quartam panni. Et qui contra fecerit tantumdem, quantum roba conſtiterint, & decem lib. den par. communi Taruiſij ſoluere compellatur. Et quod ſartores per ſacramentum teneantur manifeſtare contra facientes pœna Sol. C. den. par. & de prædictis poſſit quilibet accuſare, & habeat medietatem banni.*

324. *Veſtium luxus vt à nobilis in fœminis coërcitus* Stat. Crem.

De mulierum, & matronarum veſtibus, & ornamentis extant hæc ſtatuta olim in vſu apud Cremonenſes, vt habent illorum ſtatuta Rub. 463. *Cum multa, & intolerabiles expenſæ inductione, & ſuaſionibus mulierum, & dominarum affectantium ferre* VESTES *formoſas & ſumptuoſas, oneratas, & meſpilatas auro, perlis, argento, & aliis ornamentis vltra quam exigat dignitas, & facultas earum, & virorum ſuorum facta ſint, & fiant quotidie per homines ciuitatis & diſtrictus Cremonæ, quorum occaſionibus perſepè coniuncti remanſerunt, & hodiè remanent, quod non eſt tolerandum, ne ciuitas depauperetur, adhoc vt talis ceſſet, & tollatur expenſa, & pro communi vtilitate hominum dictæ ciuitatis, eiuſque diſtrictus, ſtatutum, & ordinatum eſt, quod nulla domina, mulier, domicella, vel puella cuiuſcumque conditionis, & ſtatus exiſtat, audeat vel præſumat portare, nec habere ſuper ſe, vel eius veſtibus in ciuitate, nec in diſtrictu Cremonæ aurum, vel argentum, frixios auri, vel argenti, ſeu ſeta, vltra valorem, ſeu æſtimationem librarum quinque imper. nec portare, nec habere poſſit ſuper ſe, nec in capite, nec ſuper veſtes vllo modo aliquas varias variatas caputias cum frixis, ſeu perlis, nec perlas aliquas, velutos, ſindonem, ſeu cendale vergatum auro, vel ſine, nec drapo de ſeta, vel auro, nec annulos auri vltra vnum. Vxores autem, & filiæ, nurus, ablaticæ, & neptæ militum, & Marchionum ſtantes in eorum familiis, & cuiuſlibet eorum poſſint, & eis liceat ferre, & habere ſuper ſe, & earum veſtibus, de prædictis auro, argento, frixiis, perlis, velutis, ſcarlatis, & drapis auri, & ſeta, & omnibus prædictis pro ipſarum libito voluntatis liberè, & impunè. Et per quod qualibet mulier, domina, domicella, & puella, quæ contra fecerit, & quæ inuenta fuerit, ipſo facto incurrat pœnam florenorum decem auri pro qualibet, & qualibet vice, qua contra fecerit, & quæ inuenta fuerit portare aliquod prædictorum. Et quilibet poſſit accuſare, & credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte fide digno, & habeat medietatem condemnationis, & alia medietas applicetur communi Cremonæ, & teneatur ſecretus. Quæ pœna executioni mandetur contra maritum eius, quæ contra fecerit, ſi fuerit maritata, & ſi non fuerit maritata, & fuerit filia alicuius, condemnatio inde facta executioni mandetur contra patrem, vel illum in cuius poteſtate fuerit contra faciens: & ſi patrem non habuerit contra eius matrem: & ſi matrem non habuerit, neque patrem ſed fratres, cum quibus ſtet ad vnum panem & vinum, fiat executio contra fratres: & ſi fratres non habuerit, contra illos, cum quibus ſtaret ad panem, & vinum, & quod mariti, fratres, & aliæ perſonæ ſuperius nominatæ talium contrà facientium, & eorum hæredes poſſint detrahere de earum dotibus, & patrimoniis tantù, quantum ſolutum fuerit pro ipſis occaſione prædicta, & illud compenſare tempore exactionis dotis, vel diuiſionis, & contra prædicta, vel aliquid prædictorum non poſſit concedi aliqua licentia prædictis dominabus, nec alicui earum per dominum Poteſtatem Cremonæ, nec aliquem alium officialem dicti communis, ſub pœna prædictis Poteſtati, & officiali contrafacienti librarum vigintiquinque imp. applicandarum cameræ domini noſtri, & data, ſeu conceſſa non valeat, & nihilominus ipſo facto incurſa ſit in dictam pœnam, & de prædictis, & quolibet prædictorum Collaterales, ſeu milites dicti Domini Poteſtatis Cremonæ, & quilibet eorum teneantur, & debeant quolibet die cercare, & inquirere ad, & per Eccleſias, vias publicas, & ſuper oſtiis ciuium Cremonæ, & in domibus ipſorum ciuium temporibus, quibus in eis fuerint nuptiæ, & aliæ letitiæ, & feſtiuitates tantùm, ſub pœna cuilibet eorum collateralium, ſeu militum, librarum decem imper. pro qualibet vice qua fuerint negligentes circa præmiſſa, applicandarum vt ſupra, quæ pœna detrahatur, & detrahi debeat de ſalario domini Poteſtatis Cremonæ. Et contra ſtatutum hoc non poſſit aliquo modo ſeu tempore diſpenſari, ſeu in contrarium reformari per aliquod Conſilium communis Cremonæ. & talis reformatio, ſeu diſpenſatio non valeat ipſo iure, & de prædictis fiat proclamatio ex parte Domini Poteſtatis Cremonæ ſingulis ſex menſibus in platea maiori ſuper arengerio communis Cremonæ, & minutium per ciuitatem Cremonæ.*

325. *Alia aliorum lex de mulierum veſtibus.* Stat. Vicent.

De mulierum veſtibus exſtat hæc lex in ſtatutis Vicentiæ: *Statuimus, & ordinamus, quod nemo cuiuſcumque conditionis exiſtat, exceptis militibus audeat vel præſumat in ciuitate Vicentiæ, vel eius diſtrictu: vxorem, filias, vel neptes, vel alias quaſcunque mulieres, quæ ſuæ curæ, & gubernationi commiſſæ ſint* INDVERA VASTES *quæ ſint, vel fuerint ab initio valoris excedentis ſummam ducentorum ducatorum ſiue conſtiterint vltra ducatos ducentos, intelligendo, & limitando prædicta: quòd nemo cuiuſcunque conditionis exiſtat, exceptis militibus, poſſit, aut debeat expendere in veſtes prædictas, vel de cetero veſtes habere ſupra dimidium dotis pro vxore ſua, quam dicta vxor dediſſet ſi dotata ſit, vel dabit ſi dotanda fuerit: dummodo dictæ veſtes non excedant in totum ducatos ducentos, & vnaquæque veſtis non excedat ſummam centum, & quinquaginta ducatorum, vt dictum eſt, quantacunque ſit dos. Et ſi quis contrà fecerit amittat dictas veſtes, ſiue earum valorem: quarum, ſiue cuius medietas applicetur fiſcali Cameræ Sereniſſimi Ducalis Domini Venetiarum & alia medietas accuſatori: & quilibet poſſit accuſare, etiam ſi fuerit officialis, & ſi maluerit non pandatur: & contrà faciens omnibus iuris remediis realiter, & perſonaliter impellatur veſtes exhibere ad præceptum cuiuſlibet iuſdicentis in ciuitate Vicentiæ, de quibus, & occaſione quarum inſtituta fuerit accuſatio. Idem ſeruetur & eadem pœna locum habeat ſi quæ veſtium prædictarum exceder, vel conſiſterit ab initio vltra, & ſupra numerum centum quinquaginta ducatorum non excedant, vt dictum eſt. Et prædicta ſeruetur,*

uetur, & locum habeat omni tempore tam in præteritis, præſentibus, quàm in futuris. Saluo qui habentes veſtes contra formam prædictam ante tempus legis præſentis habeant terminum duorum annorum à die huius publicatæ legis connumerandorum ad diſſoluendum, vel in aliam formam, & materiam conuertendum veſtes prædictas. dummodo illis interea non vtantur, quæ contra prædictam formam ſint. Et ſi quis vel ſi quæ contrafecerit, incidat in pœnam legis præſentis, & id ſtatutum ſit præciſum nec mutari poſſit. Hactenus de veſtibus ex ſtatutis, quarum ipſiſſima verba dedi, vt veritati potiùs litarem, quam culto ſetmoni: Definiam vbi vtilia aliqua monita adieecro.

326. *Pudor, & verecundia ſponſæ veſtis.* S. Chryſ.

Quì ornanda ſponſa ſit docet his verbis ſanctus Chryſoſtomus hom. 12. in epiſt. ad Coloſ. *Orna ſponſam, non aureis ornamentis, ſed manſuetudine, & pudore, & conſuetis* VESTIBVS. *Pro quouis mundo aureo, & implicaturis, & intexturis*, INDVET *pudorem, & verecundiam, & quod illa non quærat.*

Maritus vxoris ornatus Sabel.

Phocionis vxor cum à nobiliſſima quadam Ionici generis matrona, in amicitiam recepta, auri torques, monilia, pretioſúſque mundus muliebriter ei oſteotaretur. At meus, ioquit, otoatus non eſt talis, ſed Phocion me otnat, iam vicies Athenienſium Imperator. ita ferè Sabellicus lib. 8. cap 5.

Chriſti decore ornari mulier debet. S. Cypr.

Sponſa Chriſti ornari Chriſto debet, alioquin aliunde ornatum quærenti occinatur illud ſancti Cypriani de lapſis: *Auro te licet, & margaritis, gemmiſque indueres ſine Chriſti* DECORE *deformis es*; ioornatus omnis ornatus ſine iſto eſt.

CAPVT XXXVIII.

Coniux pondus honoratum; de nuptiarum curis, vinculiſque.

Coniux pondus honoratum.
Vxoris pondere *preſſus ægrè ad magna ſurgere poteſt.*
Expeditus rebus diuinis vacat *à nuptiarum vinculis liber.*
Coniugij vincula.
Nuptiarum vincula.
Nuptiarum vincula *vt abiicienda.*
Quàm magnæ coniugum curæ;
Nuptiarum incommoda.
Triſtitiâ *ferè* grauidæ *terrenæ nuptiæ.*
Cognata nuptiis crux.
Nuptiis adhæret tribulatio.
Nuptias pati *dicebantur, qui nuptias inibant.*

327. *Cõiux pondus honoratum.* Greg. Naz.

CONIVGEM *pondus honoratum* dictam, obſetuo: hoc eam titulo indigitat ſanctus Gregorius Nazianzenus ſerm. ad Nicobulum dum ait:

Non mihi ſunt etiam connubia ſplendida curæ
PONDVS HONORATVM.

Re enim veta licet in ptetio, & honore coniux ſit, pondus tamen marito eſt, & vniuerſe & oneri eſt, & onus etiam ſentit; ſibi inuicem coniuges oneri ſunt.

Vxoris pondere preſſus ægre ad magna ſurgere poteſt. S. Auguſt.

Plerumque rebus bonis impedimento eſt mulier, vt præſtare magna non poſſit, nec ad magna ferri vxoris pondere depreſſus. Legimus Angelum obſtitiſſe Moyſi ituro in Ægyptum, illumque voluiſſe occidere: cur ita? An quia grandia facinora Dei virtute præſtiturus ſecum ducebat vxorem, quæ vires eius retunderet. ſancti Auguſtini hæc ſunt verba ſerm. 86. de Tempore: *Forſitan hoc loco poſſumus intelligere, quod diſplicuerit Deo, quare Moyſes tanta mirabilia facturus* VXORIS IMPEDIMENTVM *ſecum ducere vellet in Ægyptum. Vnde datur intelligi quod ex illo loco remiſerit vxorem ſuam ad ſocerum ſuum.* Quid hîc illi qui impedimenta ſibi interponunt & quærunt, cum non habent?

328. *Expeditus rebus diuinis vacat à nuptiarum vinculis liber.* S. Hier.

Expeditius, liberiuſque rebus diuinis vacat, qui à nuptiarum vinculis liber eſt, id Ezechielis exemplo egregiè ptobat ſanctus Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinianum, dum ait: *Ezechiel, qui captiuus tenebatur in Babylone, qui tempeſtatem ab aquilone venientem viderat, & turbine cuncta rapientem ait: Mortua eſt vxor mea ad veſperam, & feci mane ſicut præceptum mihi erat. Prædixerat enim ei Dominus, quod in die illa aperiretur os eius, & loqueretur, & non taceret amplius. Diligenter attende:* DONEC VXOR VIVERET, *non habebat libertatem populum commonendi, moritur vxor, & coniugale vinculum ſoluitur, & abſque vlla trepidatione ſemper in officio prophetali eſt.*

Coniugij vincula. S. Ambroſ. 1. Cor. 7.

Inter plura vincula, quibus in hoc ſæculo alligamur etiam nuptiæ oumerantur: ſanctus Ambroſius in Pſal. 118. art. 3. de his vinculis ita diſſerebat. *Vincula complura ſunt in hoc ſeculo: vincula ſunt deſideria viuendi:* VINCVLA *ſunt oblectamenta voluptatum, vincula ſunt honorum, vincula coniugij. Denique dicit tibi bonus magiſter. Solutus es ab vxore, ne quæſieris vxorem.*

329. *Nuptiarum vincula.* Idem.

Vincula in ouptiis vidit & Apoſtolus, cum dicit: *Alligatus es vxori?* 1. Corinth. 7. ſanctus Ambroſius legit. *Iunctus es vxori?* & addit lib. 3. de Virginib. *Quædam enim vir, & vxor nexu inter ſe amatorio copulantur, & quibuſdam inuicem ſibi habenis amoris adſtricti ſunt. Bona igitur* VINCVLA *nuptiarum, ſed tamen vincula: & ſi vincula, tamen vincula charitatis, Bonum coniugium, ſed tamen à iugo tractum, & iugo mundi, vt viro potiùs cupiat placere quàm Deo. Bona etiam vulnera charitatis, & oſculis præferenda.*

Nuptiarum vincula vt abiicienda. S. Hier.

Quod ad rubum acceſſurus Moſes ſoluere calceamenta iubetur, nuptiarum vincula abiicienda documento eſt: quod indicauit ſanctus Hieronymus lib 1. aduerſus Iouinianum cap. 11. *Moyſes*, inquit, *cùm vidiſſet viſionem magnam, & Angelum, ſiue Dominum loquentem in rubo, nequaquam voluit ad eum accedere, niſi ſoluiſſet corrigiam calceamenti ſui, & abieciſſet* VINCVLA NVPTIARVM. *Nec mirum hoc de amico, & propheta, & legifero Dei: cum omnis populus acceſſurus ad montem Sina, & Dei auditurus eloquium tribus diebus ſanctificari iuſſus ſit, & ſe ab vxoribus abſtinere.*

330. *Quàm magnæ coniugũ curæ* S. Baſil.

De curis, quæ eorum mentes lacerant, qui legati coniugio ſunt, hæc habet ſanctus Baſilius epiſt. 1. *Coniugio mancipatum* CVRARVM AGMEN *excipit: in orbitate deſiderium prolis: in liberorum acquiſitione pro educatione ſollicitudo: vxoris cuſtodia, domeſtica procuratio, ſeruilium officiorum conſtitutio: damna ciuilibus, in contractibus accepta, digladiationes cum vicinis, forenſes concertationes, negotiationis alea, agricultura labores, vnaquæque dies ſuã adfert animo caliginem. Iam vero noctes diurnas curas excipientes, per eaſdem rerum ſpeciet impoſturam*

ram mentis factitant.

Nuptiarum incommoda.

Nuptiarum incommoda recenſens ſanctus Hieronymus lib 1. aduerſus Iouinianum cap. 28. ait: *Vocanda Domina, celebrandus natalis eius, iurandum per ſalutem illius, vt ſit ſuperſtes optandum.*

Triſtitiâ ferè grauida terrena nuptia. Nicet.

Lætitiam, & gaudium pollieeri terrenæ nuptiæ primâ fronte videantur, triſtitia tamen, moleſtiiſque ſunt grauidæ. Sanctus Gregorius Nyſſenus de Virginitate cap 15. tem hac ſimilitudine explicabat: *Vt* GLADII CAPVLVS, *politus ille quidem, tactu facilis, & ornatu vndique accinctus apparet, reliquum vero ferrum, mortis inſtrumentum eſt: hoc in genere nuptiæ ſunt, quæ quaſi capulum aliquem artificioſo opere illuſtratum, politam quandam voluptatis ſpeciem, guſtui, contrectationique noſtra præ ſe ferunt: cùm verò in manibus eius ſunt, qui illas attigerit: luctus, miſeriarumque ipſa mortalibus effectrices exiſtunt.*

331. *Cognata nuptiis crux.*

Cognata nuptiis crux, eognata tribulatio, ſi quis ſomniatur affixum ſe eruci, aut palo alligatum, ſomnium ira olim interpretabantur: *Viro vxorem non habenti nuptias prædicere*, ait Artemidotus.

Nuptiis adhæres tribulatio. 1. Cor. 7. S. Greg.

Agnata tebus humanis amatitudo, agnata tribulatio eſt, ſed præcipuæ nuptiis, Pauli verba ſunt . Corinth. 7. *Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi*: voluptatem habere videantur, habent tribulationem, voluptas ipſa tribulatio quædam eſt, quia carnis eſt: ſanctus Gregorius lib. 12. Moral. eap. 14. expendens hæe Apoſtoli verba ait: *Cur ineſſe coniugibus carnis* TRIBVLATIO *quaſi ſpecialiter dicitur, niſi quod ſi frequenter maiores* TRIBVLATIONES *ex carne ſuſcipiunt, qui carnis voluptatibus delectantur.*

Nuptias pati dicebâtur qui nuptias inibant. S. Auguſt.

Subeſſe multis ineommodis nuptias & phraſis ipſa indieat, quâ nuptiarum contractio eircumſcribitur: nam olim nuptias, pati dicebantur qui inibant nuptias; non pati qui à nuptiarum ſe onere eximebant: ſanctus Auguſtinus hac loquendi formulâ vtitur in Pſal. 83. *Alius ſtatuit nec* NVPTIAS PATI, vt tribulationes, preſſuraſque nuptiarum eſſe comites, vel ex hac phraſi eolligeremus.

CAPVT XXXIX.

De nuptiis priſci quidam ritus.

Apud nonnullos virgo nubere *non poterat, niſi aliquem hoſtium interemiſſet.*

Tenera ætate *cur puella ad viros irent apud Romanos?*

In tabulas ſponſalitiæ conuentiones *relatæ.*

Nuptiarum tabulæ annos conſulum *præferebant.*

Tabulæ nuptiales liberorum procreandorum *cauſâ iniri nuptias ſignificabant.*

In tabulis nuptialibus notarij, *ſcribebant viros teneri alero vxores.*

Teſtium numerus in *nuptialibus contractibus adhibitus.*

Matrimoniales tabulæ vt obſignaræ?

Vir vxorem ducens nuptiales tabulas obſignabat.

Laudati antiqui Patriarchæ qui abſque tabulis, *&* ſyngraphis *nuptias celebrabant.*

In litteris ſponſalibus quid ſcribere *Hebræi ſoleant?*

Tabulæ matrimoniales vxoris tumori *reprimendo deſeruiebant.*

Nouæ nuptæ crines *ſoluebant: ſecus in ſecundis nuptiis.*

Nuptiarum iura ante aras *numinum celebrata.*

Maritorum genios *olim aduocabant.*

Mulieres maritos accipientes per triginta dies *eccleſiam ingredi non poterant.*

Feſtum *quotannis agebant diem, quo matrimonium inierant.*

Feſtus dies *celebratus cùm primùm cæſaries attondebatur.*

Organa *ante domos, & muſica cantica in nuptiis.*

Tibicines, *& ſcurræ à nuptiis eliminati.*

Thalami *in nuptiis* exornati, *inhoneſta ancillæ excluſa.*

Virtutum ornatus *in Chriſti nuptiis cum Eccleſia.*

Apta cuique coniux, mors: *liberi,* gemitus.

DE nuptialibus aquis agens, aliqua de uuptiarum ritibus afferam, quæ 332.
antiquitatem ſuam redoleant, & antiquæ eruditionis eupido ſaliuam moueant: aliqua, inqu am delibo, ne ſi multa, ab inſtituto ab eam, & in iis aquis ad littus non perueniam; rerum copia velut ingentibus vndis obruar.

Apud nonnullos virgo nubere non poterat niſi aliquem hoſtium interemiſſet. Herod.

Et in primis obſeruo apud aliquas gentes in vſu fuiſſe, vt virgo nubere non poſſet, niſi priùs aliquem hoſtium interemetit. Apud Sauromatas id factitatum tradit Herodorus lib. 4. indeque nonnullæ earum decedunt iam vetulæ, antequam nubant, quod legi ſatisfacere nequeant. Nempe fœminam exuere deber, & virilem induere animum, quæ viro nuptura eſt. Noſtræ vt Chriſto nubant, ſternere ſatanicum hoſtem debent, & viro iungendæ propriæ earnis hoſtem deiicere, vt victores ad Nuptias pergant.

Teneræ ætate cur puella ad viros irent apud Romanos. Plut.

Vt puro corpore, puriſque moribus ſponſa ad virum iret, ſolebant antiqui etiam minores duodecim annis puellas nuptui tradere: hoe Romanis familiare fuit, de quibus hæc habet Plutarchus in vita Numæ: Romani, inquit, *natas* DVODECIM ANNOS, *& minores iungunt nuptiis, quod ita potiſſimum corpus, & mores puros, illibatoſque in manum viri cenſeant peruenturos.* Sed vera, firmaque putitas non eſt, quam imbecillis, & teuera ætas exhibet, nou virtus, & puritatis amor.

333. *In tabula ſponſalitia conuentiones relata.* Iuuen. Tertul.

In tabulas vt plurimùm ſponſalitiæ conuentiones refetebantur. Hinc illud Iuuanalis:

Si tibi legitimis partam, iunctamque TABELLIS
Non es amaturus.

Et Tertullianus lib. de Virginibus velandis cap. 12. *Hæc ſunt* TABELLÆ *priores naturalium ſponſaliorum, & nuptiarum* & lib. 2. ad vxorem eap. 3. *At nunquid tabulas nuptiales apud tribulas Domini proferemus?*

Nuptiarum tabula annos cōſulum præferebant. S. Chryſ.

Hæ nuptiales tabulæ, ſicut & cæteræ, quæ alios eontractus continebant Conſulum annos in fronte ad firmitatem præferebat. Innuit id ſanctus Chryſoſtomus hom. 1. de verbis Iſaiæ, dum ait: *Teſtamento*, TABVLÆQVE DE NVP-

TIIS

Tabulæ nuptiales liberorum procreandorum cauſâ iniri nuptias ſignificabant. S. Auguſt.

TIIS, *de debitis, déque reliquis contractibus niſi in Pontificio* CONSVLVM ANNOS *habeant nullam ex ſe vim habent; hoc eſt quod illis robur addit.* Hæc & alia ſanctus iſte Pater.

Inter alia nuptiales tabulæ nuptias liberorum procreandorum cauſâ iniri continebant. Diſco id ex ſancto Auguſtino qui tract. de decē chordis cap. 11. ita ſcribit: *Ad hoc etiam ducitur vxor; nam id etiam* TABVLÆ *indicant, vbi ſcribitur* LIBERORVM PROCREANDORVM CAVSA. Luculentius hoc idem habet ſerm. 244. de Temp. vbi matrimoniales tabulas vocat; hæc eius verba: *Denique* TABVLÆ MATRIMONIALES *hoc continent,* LIBERORVM, *inquit,* PROCREANDORVM CAVSA. *Videte quia non dixit libidinis cauſâ, ſed liberorum procreandorum.*

In tabulis nuptialibus notarij ſcribebant viros teneri alere vxores. S. Iſid. Pelu.

Quin in his tabulis notarij ſcribebant viros teneri alere, ac veſtire vxores ſuas. Hoc indicat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 176. vbi ita ſcribit: *Quemadmodum Notarij in iis contractibus, qui ad dotes pertinent, ſcribere conſueuerunt: Alere, ac veſtire, quemadmodum muliere vxore dignum eſt pro facultatum captu: mulierem videlicet ob naturam collocantes, vxorem autem ob vitæ conſuetudinem.* Hactenus ille. Dotis præterea in his tabulis mentionem factam non eſt quod ambigamus, & id apertè colligitur ex ſancto Aſterio hom. an liceat dimittere vxorem; cuius verba inferiùs afferemus.

Teſtium numerus in nuptialibus contractibus adhibitus. S. Ambroſ.

Teſtes in nuptialibus hiſce contractibus adhibitos certum eſt, & ſignatè decem teſtibus ſponſalia confecta docet ſanctus Ambroſius ad Virginem lapſam cap. 5. vbi virginem perſtringit, quæ non inter decem teſtes, vt fieri ſolebat in aliis nuptiis Chriſto nupſerat, ſed inter innumeros Eccleſiæ teſtes, & Angelos Dei, & tamē adulterium perpetrauerat; ſed ipſum audiamus: *Si,* inquit, INTER DECEM TESTES *confectis ſponſaliis, nuptiis conſummatis, quæuis viro fœmina coniuncta mortali, non ſine magno periculo perpetrat adulterium: quid putes fore ſi inter innumerabiles teſtes Eccleſiæ, coram Angelis, exercitibus cœli, facta copula ſpiritalis per adulterium ſoluitur?* Quæ verba eorum mentibus inſidere debent, qui Chriſto per caſtitatis votum nubere decreuerunt.

Matrimoniales tabulæ eorum, qui interfuerant annulis obſignabantur, vnde Iuuenalis Satyra 10. de nuptiis contrahandis agens ait:

335. *Matrimoniales tabulæ vt obſignatæ. Iuuen.*

Veniet cum SIGNATORIBVS *auſpex.*

Eodem ſpectat idem Poeta Satyra 2. dum canit:

SIGNATÆ TABVLÆ, *dictum feliciter, ingens*
Cœna ſedet, gremio iacuit noua nupta mariti.

Apul.

Hoc ſignificat etiam Apuleius Apologia 11. *Habes,* inquit, *Æmiliane cauſam totam, cur* TABVLÆ NVPTIALES *inter me, & Pudentillam non in oppido ſint, ſed in villa Suburbana* CONSIGNATÆ. Moris huius meminit & Scæuola in l. Seia, ff. de Donationibus inter virum, & vxorem.

Vir vxorem ducens nuptiales tabulas obſignabat. S. Aſter.

Vir quoque qui vxorem ducebat nuptialia pacta ſignabat, nec ſignabat tantùm, ſed & manu propriâ ſubſcribebat. Diſco id ex ſancto Aſterio, cuius hæc ſunt verba homiliâ cuius inſcriptio: An liceat dimittere vxorem: *Duplex hoc vinculum legis, & naturæ; quemadmodum abrumpes? Pacta nuptialia, ac ſponſiones quomodo reſcindes? Et quibus de pactis loqui me cenſes? An de his, quibus, ſcripta iam dote, & ipſe manu propria* SVBSCRIPSISTI, *&* SIGILLVM OPPOSVISTI TVVM? Hæc ille, ſed nos ad alios nuptiarum ritus pergamus.

Nouarini Nuptiales Aquæ.

Huic conſuetudini illam præfert ſanctus Chryſoſtomus, quâ abſque ſyngraphis, & tabellis olim apud Patriarchas nuptiæ celebrabātur: Gen. 24. *Reſponderunt Laban, & Bathuel; ecce Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filii domini tui;* nulla hic tabularum mentio, nulla ſyngrapharum: tem ita viget in ſui laudem productus ſanctus Pater hom. 48. in Geneſim in calce; ait enim: *Vidiſti quomodo ſolebant olim filiis ſuis vxores ducere, quomodo magis animæ generoſitatem quam opum abundantiam inquirebant? Nuſquam* INSTRVMENTA, *nuſquam pacta, & alia ridicula, quæ nunc apud nos fiunt, & verba illa, quæ in litteris continentur, ſi abſque liberis, inquit, moritur, ſi hoc, & hoc contingat. Verum apud illos nihil tale. Sed maxima, & ſecuriſſima litteræ erant Virginis mores.* 336.

Laudati antiquitus Patriarchæ qui abſque tabulis, & ſyngraphis nuptias celebrabant. S. Chryſ.

In litteris ſponſalibus quod ſcribant Hebræi.

Ab hac ſimplicitate etiam ipſi Hebræi; vnde Elias in Thisbi: SCRIBERE *ſolent in litteris ſponſalibus, quod ſi vel ipſe, vel ipſa moriatur,* vt in omnibus aliis à Patriarcharum virtutibus degenerarunt Hebræi, non mirum ſi & in hoc ritu, quo ſumma ſimplicitate à tabularum conſcriptione, ſubſignationéque in nuptiis abſtinebant.

Tabulæ matrimoniales vxoris tumori reprimendo deſeruiebant. S. Auguſt.

Hæ tabulæ matrimoniales huic rei etiam ſeruiebant, vt illis vxoris tumor reprimeretur; certè ſanctus Auguſtinus quarundam matronarum animos tabularū obiectu molliebat, vt virorum imperium placidè ferrent etiam durum, aſperúmque: rem his verbis repreſentat ſanctus Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. cap. 9. *Denique cum matronæ multæ, quarum viri manſuetiores erant plagarum veſtigia etiam dehoneſtatâ facie gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam, hæc earū linguam veluti per iocum grauiter admonēs,* EX QVO ILLAS TABVLAS, QVÆ MATRIMONIALES VOCANTVR *recitari audiſſent tāquā inſtrumenta quibus ancillæ factæ eſſent deputare debuiſſe, proinde memores conditionis ſuperbire aduerſus Dominos non oportere.* Probandus tabularum vſus, ſi timorem ab vxoribus eximent; ſed pergamus ad alia.

Apud antiquos hæc viguit conſuetudo, vt nouæ nuptæ crines ſoluerēt, quod in ſecūdis nuptiis minimè fiebat. Huius moris mentio fit apud Optatum Afrum lib. 6. in hæc verba: *Inueniſtis huiuſmodi virgines, quæ iam ſpiritualiter nupſerant, quaſi ſecundò coegiſtis ad nuptias; vt* CRINES *iterum ſoluerent, imperaſtis: Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt. Ex quibus ſi alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis feſtiuitas.* Hebræi captiuas mulieres hac conditione inducebant, vt prius illis crines abſcinderentur ſic enim habetur. 337.

Nouæ nuptæ crines ſoluebant, ſecus in ſecundis nuptiis. Optat.

Apud antiquos nuptiarum iura ante aras numinum celebrari conſueuiſſe tradit Lactantius Papinij Statij. Scholiaſtes in 2. Thebaidum.

Papinius 2. Theb. ſic canit:

Viderat hoc coniux perituri vatis; & ARAS
Ante omnes.

Nuptiarum iura ante aras numinū celebrata. Schol. Pap. Maritorum genios olim aduocabant. Arnob.

Quin cum in matrimonia conuenirent, maritorum genios aduocabant, qui mos diu apud Romanos viguit, ſed poſtea abolitus eſt; ſic enim oſtendit Arnobius lib. 2. aduerſus gentes: *Cum* inquit, *in matrimonia conuenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorum* GENIOS *aduocatis;* Quod aliquando factitabant.

Priſco æuo fidelium mulieres, quando maritos accipiebant per triginta dies ingredi Eccleſiam non poterant, quod viri non obſeruabant; Teſtis huius ritus eſt ſanctus Auguſtinus ſerm. 338.

Mulieres maritos accipiẽtes per triginta dies eccleſiam ingredi non poterant. S. Auguſt.

244. de tempore, dum ait: *Mulieres quando maritos accipiunt, per* TRIGINTA DIES *intrare Eccleſiam non præſumant. Quod etiam ſimiliter viri obſeruare deberent.*

Feſtum quotannis agebãt diem, quo matrimoniũ inierant. S. Greg. Naz.

Antiqui feſtum diem quotannis agebant, quo matrimonium inierant, non ſecus ac cùm in lucem prodierant, quem à nuptiis γαμήλια vocabant. Diſco id ex ſancto Gregorio Nazianzeno orat. in ſanctum Baptiſma, vbi ita loquitur: *Heſterno die præclarum Luminum diem feſto proſecuti: ſalutis etenim noſtræ feſtum lætis animis celebrare conueniebat, ac multo quidem magis, quam carnis amici dies eos quotannis celebrent, quibus nati vel* MATRIMONIO IVNCTI *ſint, vel uxorem acceperunt, vel certè inter iuuenes cenſeri cœperunt, vel locum aliquem primum incoluerunt.* Vides quàm religioſi antiqui fuerint, in diebus illis celebrandis, qui nouũ vitæ genus, aut ſtatũ inibant, & quãdo nomen alicui impoſitum erat, & quando in iuuenum ordinem conſcripti primum fuerent, ac demum quum habitationem mutabant, agebant enim habitationis encænia.

339. *Feſtus dies celebratus cùm primum cæſaries attondebatur. Nicet.*

Obſeruo diem illum celebraſſe quando primum cæſaries in ſuperfluum excreſcens attondebatur. Hoc addit Nicetas ſancti Gregorij Nazianzeni ſcholiaſtes, qui orat. in ſanctum baptiſma iſtarum celebrationum meminit, eorúmque nomen adiicit, ſed ipſum audiamus: *Heſterno die,* inquit, *luminum feſtum celebrauimus: conueniebat enim ob ſalutem noſtram gaudio efferri eamque celebrare. Idque æquius erat quam quod mortales carnis amore correpti facere ſolent, qui & γενέθλια celebrant id eſt, diem quo in lucem editi ſunt; & γαμήλια, id eſt, eum diem quo matrimonium contraxerunt, & ὀνομαστήρια quando nomen eis impoſitum eſt, & κουρεῖα quando decurſa, atque exacta adoleſcentia in iuuenum ordinem adſcripti ſunt, aut quando primum ipſis* CÆSARIES *in ſuperfluum excreſcens attonſa eſt, & καλλυντήρια vel habitationis encænia, quando primum terram quandam, aut domum incoluerunt.* Hæc Nicetas, ſed laudabilior eorum ritus, qui diem quo nomen in religioſam familiam dederunt annua celebratione colunt, & venerantur, quæ multorum conſuetudo eſt.

Organa ante domos, & muſica cantica in nuptiis. S. Auguſt.

Porrò in his celebritatibus organa ante domos conſtituebant, aut ponebant ſymphoniam, & muſica cantica audiebantur. Tangit hunc morem ſanctus Auguſtinus in Pſal. 41. explicans illa verba: *In voce exultationis, & confeſſionis, ſoni feſtiuitatem celebrantes,* ſic enim ipſe legit, quod noſter habet: *ſonus epulantis,* ſic autem ille ſcribit: *Feſta cum hic homines celebrent ſua quoque luxuria conſuetudinem habent* CONSTITVERE ORGANA ANTE DOMOS SVAS, AVT PONERE SYMPHONIAM, *vel quæcunque muſica ad luxuriam ſeruientia, & illicientia. Et vbi audita fuerint hæc, quid dicimus, quid tranſimus? quid hic agitur? & reſpondetur nobis, aliqua eſſe feſta? Natalitia, inquit, celebrant: nuptiæ hic ſunt, vt non videantur inepta illa cantica, ſed excuſetur feſtiuitate luxuria;* quæ vtinam ita damnaremus priſcis illis ſæculis facta, vt in noſtris non videremus.

340. *Tibicines, & ſcurræ à nuptiis eliminati. Chron. Mag.*

Lætiores illæ nuptiæ, ſanctioreſque à quibus tibicines, mimi, & ſcurræ ablegantur, & pauperes eorum loco aduocantur, quod in aliorum exemplum feciſſe legitur Henricus III. Hic enim vt tradit Chronicon Magdeburgenſe in nuptiis ſuis Ingelheimæ actis prohibuit tibicinibus, mimis, & ſcurris, quorum ingens caterua confluxerat, cibos, veſtes, & pecuniam, aut alia munera dari, ſed ciborum reliquias pauperibus diſtribui iuſſit. Fortunatiores, felicioréſque nuptæ eſſent ſi religioſis hiſce initiis eas auſpicarentur.

Thalami in nuptiis exornati inhoneſtæ ancillæ excluſæ. S. Chryſ.

Sponſam dicturi thalamum exornabant, à cuius ingreſſu inhoneſtæ mulieres arcebantur, ſic enim habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 1. in Geneſim: *Quemadmodum caſtam, & ingenuã ſponſã ducturi, thalamis vndique tapetibus ornatis &* INGRESSV OMNIBVS INHONESTIS ANCILLIS INTERDICTO *in cubiculo illam introducunt;* ſed ſanctior illius thalami ornatus, qui Chriſtum ſponſum, & Eccleſiam ſponſam excipit, quem ita nobis deſcribit ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 12. ad illa verba & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis. *Ex quo,* inquit, *ad* DESPONSANDVM *ſuam Eccleſiam Chriſtus aduenit, thalamus ornatur ſponſa: & ornatur auro fidei, argento ſapientia, virtutum gemmis, ſanctitatis velis, verecundia roſis, liliis caſtitatis, pudoris violis: & ad alta cœli pudicitiæ templum, faſtigium virginitatis.*

Virtutum ornatus in Chriſti nuptiis cũ Eccleſia. S. Pet. Chryſ.

Hunc ornatum ſi aliæ quoque nuptiæ habeant, næ illæ, felices & fortunatæ; infelices futuræ, & plenæ calamitatum, ſi hoc virtutum ornatu deſtitutæ.

Apta cuique coniux mors, liberi gemitus. S. Ioan. Clim.

Apta cuique coniux mortis meditatio eſt, vt liberi gemitus, ita ſentiebat B. Ioannes Climacus in ſua ſcala gradu. 3. *Quare,* inquit, *tibi* CONIVGEM *nunquam ſeparandam, aſſiduam mortis meditationem* NATI *tui cariſſimi ſint perpetui gemitus cordis:* Hoc coniugium iniri ab omnibus illis debet, qui in hanc lucem producti ad mortem currunt dum viuunt.

CAPVT XL.

De nuptiis alij ritus, aliæ circa ſponſos obſeruationes.

Nobiles *apud Malabares uxorem ducere non poſſunt.*

Sponſa olim non ſtatim *viro tradebantur, ne vileſcerent.*

Dierum ratio *ineptè habita in coniugiis ineundis.*

Perſtricti qui diem *eligebant vt vxorem ducerent.*

In nuptiis lunam *obſeruabant Lacedæmones.*

Nona nupta à funere *arcebantur.*

Ciuem Atticam virginem rex *in vxorem ducebat.*

Lex ſingularis de ſponſarum viſitatione.

Donum *ſponſis mittere apud nonnullos inhibitum.*

Extra ſtatam pecuniæ ſummam *aliquid ſponſo, aut ſponſæ dare aliquibus nefas.*

Barbam promitit *qui uxorem ducit apud quoſdam Africæ populos.*

Apud Lacedæmones noctu tantum *adire ſponſas ſponſis licebat.*

Cur apud nonnullos noctu *fieri ſponſalia nefas eſſet.*

Numerus

Numerus *euntium ad nuptias deſignatus apud aliquos.*

Pauperes filias nuptui *tradituri in foro producebant.*

Tria *nuptiarū* cōuiuia *diuerſo tēpore parata.*

Apud nonnullos ſponſa currui *impoſita ad domum ſponſi ducebatur.*

Nuces *à nouo marito cur in terram ſparſæ?*

Mariti pro conſeruatione coniugij Ka*lendis Martij vota faciebant.*

Chriſtus *nuptiis interſit.*

Verus nuptiarum decor, *verum* decus.

341. QVia ferè rerum varietas noſtro, vt ita dicam, calamo nupſit, hinc rerum varietate grauidus calamus, varia in lucem emittit, atque adeo cum de nuptiis multa collegiſſem, hîc alia, præter ea, quæ diximus, afferemus.

Nobiles apud Malabares vxorē ducere non poſſunt. Oſor.

Apud pleroſque nobilibus vxorem ducere interdicebatur; Oſorius lib. 2. de rebus Emmanuelis ita ſcribit: *Apud Malabares ludos* NOBILIBVS *ſunt interdicta matrimonia, ne quicquam ſit illis impedimento, quominus perpetuò ſe in armis exerceant.*

Sponſæ olim nō ſtatim viro tradebātur ne vileſcerēt. S. Auguſt.

Nuptæ olim non ſtatim viris tradebantur ne ſcilicet ſponſo vileſcerent, ſponſo ſtatim traditæ: moris huius, & cauſæ meminit ſanctus Auguſtinus, lib. 8. Confeſſ. cap. 3. *Et inſtitutum eſt,* inquit, *vt iam pacta ſponſa non* TRADANTVR STATIM, *ne* VILEM *habeat maritus datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus dilatam.*

Dierum ratio ineptè habita in coniugiis ineundis. Sixt.

In coniugiis ineundis dierum rationem apud aliquos ſuperſtitioſè fuiſſe habitam non ſinit multorum leuitas dubitare; liber adſcriptus ſancto Sixto Papæ de hac re ſcribit in hunc modum: *Nefandorum idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, initium, & finis. Hæc in matrimoniorum celebratur auſpiciis, quando certus auſpicatur* DIES, *quando coniunctionis hora ſignatur, quando ne quid infauſti ominis incurratur, ſolicita eſt diligentia cum ſeruatur. Et cum ſcriptum ſit: Non augurabitis, non auſpicabimini; auguriis, & auſpiciis omnia digeruntur.*

Perſtricti qui diem eligebant vt vxorem ducerēt. S. Auguſt.

Hanc inſaniam ita perſtringit ſanctus Auguſtinus, lib. 5. de Ciuit. Dei, cap. 7. *O ſtultitiam ſingularem! eligitur* DIES, *vt ducatur; credo propterea, quia poteſt in diem non bonum, niſi eligatur, incurri, & infeliciter duci. Vbi eſt ergo, quod naſcenti iam ſydera decreuerunt,* &c.

342. *In nuptiis lunam obſeruabant Lacedæmones.* Eurip.

Græci, præcipuéque ex his Lacedæmonij, quicquid eſſent rerum auſpicaturi, ſuperſtitioſè Lunam obſeruabant. Id quod tacitè notat Euripides, cùm in Iphigenia in Aulide reſpondet Agamemnon, tum nupturam filiam, vbi Lunæ dexter circulus aduenerit videlicet de plena Luna ſentiens.

Nouæ nuptæ à funere arcebantur.

Nouæ nuptæ à funere aliquando arcebantur: Syneſius epiſt. 3. *Non enim, opinor, moris eſt, vt noua* NVPTA *ad funus conueniat.*

Ciuem Atticam virginē Rex in vxorē ducebat.

In Atticis legibus hæc quoque lex habetur: Rex in vxorem Ciuem Atticam virginē ducito.

Lex ſingularis de ſponſarum viſitatione. Stat. Crem.

De ſponſarum viſitatione extat hæc lex apud Cremonenſes, vt habetur in eorū ſtatutis Rubr. 431. *Statutū eſt, quod aliqua domina, mulier, vel puella non audeat, nec præſumat vltra* PRIMAM DIEM IRE AD VISITANDVM, *nec ad acquirēdum ſpōſā aliquā, & quæ cōtrafecerit puniatur in ſoldis quadraginta Imper. quæ pœna mandetur executioni ſi fuerit maritata quæ contrafecerit cōtra maritū illius, & maritus poſſit detrahere de dote tantā quantitatem, & in exactione dotis cōpenſatio fiat de dictis ſoldis quadraginta Imper. & ſi fuerit alicuius, quæ contrafecerit, cōdemnatio inde facta ſoldorū quadraginta Imper mandetur executioni cōtra patrē, ſi patrē habuerit; & ſi nō, contra matrem; & ſi non habuerit patrem, nec matrem, ſed fratres ſecum ſtātes ad panem & vinum, fiat executio contra fratres, & ſi fratres non habuerit, contra illos, cum quibus ſtaret ad panem, & vinum, fiat executio, & quod licentia contra prædicta dari non poſſit per dominum poteſtatem.*

343. *Donum ſpōſis mittere apud nonnullos inhibitum.* Stat. Plac.

Vxorem ducentibus donum mittere inhibitū apud antiquos reperio. Statuta Placentina, lib. 6. ita loquūtur: *Statutū eſt, quod nullus ciuitatis Placētiæ cuiuſcūque cōditionis exiſtat, audeat, nec præſumat, nec debeat* DONARE, *mittere, vel dare aliquod donū, ſiue dono palā, vel priuatim ad aliqua ſponſalitia, ſiue nuptias alicui ducenti vxorē, vel dāti mulierē aliquam alicui in vxorē in pœna 10. librarū Placent. & teneatur pater pro filio, & filius pro patre: & quilibet poſſit eſſe accuſator, & habeat tertiā partē pœnæ, & teneatur ſecretus, & hoc nō habeat locū de fratre ad fratrē: nec de cognato ad cognatum; ſuper quibus omnibus iudex maleficiorū poſſit, & debeat procedere per inquiſitionē, & etiam per notificationē ſibi factā ab eo, ſiue illis, qui tertiam partem pœnæ ab hoc lucrari voluerint.*

Extra ſtatā pecuniæ ſummam aliquid ſponſo aut ſponſæ dare aliquibus nefas. Stat. Taru.

Etiam apud Taruiſinos vltra ſignatā pecuniæ ſummā aliquid ſpōſo, aut ſpōſæ donare non licebat, lib. 2 ſtat. 4. rub. 4. ita decernūt: *Firmamus quod ante nuptias, vel tēpore nuptiarū nullus per ſe, vel per interpoſitā perſonā* DONARE *præſumat vltra ſūmā ſi extraneus fuerit, triū lib. den. par. ſpōſo, vel ſpōſæ, nec ſponſus, nec ſpōſa octo lib. par. Et qui contrafecerit 25. lib den. par. Communi Taruiſij ſoluere cōpellatur, quarū medietas ſit accuſatoris, & alia ſit communis.* Additio. *Et poſtquā mulier fuerit gaudiata, vel deſponſata per maritū, maritus ipſi ſponſæ, vel ſponſa ipſi marito vnus alteri aliquid donare nō poſſit, & ſi aliquid donatū fuerit, ipſo iure nō valeat, & quod donatū fuerit, in hæredes donantis liberè debeat peruenire.*

344. *Barbam promittit qui vxorem ducit apud quoſdā Africæ populos.* Deſcr. Afr.

Apud nōnullos Africæ populos hic mos ſeruatus eſt: qui matrimoniū init, barbā promittat, radat qui vxorē adhuc nō duxit: in Africę deſcriptione res his verbis refertur: *Hoc indicio facilè internoſcas, quis vxorē duxerit, & qui non, quod qui non duxit,* BARBAM RADERE *ſolet, quam poſt matrimonium initum, proxiliorem gerunt.*

Apud Lacedæmones noctu tantum adire ſponſas ſponſis licebat. Plut.

Apud Lacedæmones noctu tantū adire ſpōſas ſponſis fas erat, vt aliqui priùs liberis augerētur, liberoſq; viderēt priuſquā interdiu viderēt ſpōſas, ita Plutarchus in Lycurgo: *Sponſus ad ſponſam preſſè cōmeabat cum pudore, & metu, ne quis ex familia perciperet vna machinante illa, & opportunitate ſuppeditante, quo in tempore inſciis aliis congrederentur. Neque verò ad modicum temporis ita agebant, ſed aliqui etiam liberos priùs tulerunt, quam* VISERENT VXORES SVAS INTERDIV.

345. *Cur apud nōnullos noctu fieri ſponſalia nefas eſſet.* Stat. Mut.

Apud Mutinenſes noctu fieri ſponſalia prohibentur, in illorū ſtatutis, lib. 3. rub. 56. vbi & explicatur quoque quorumnā cōſenſus neceſſarius ſit: *Nullus de cætero audeat, vel præſumat accipere in vxorem, ſeu deſponſare filiam alicuius de ciuitate Mut. vel diſtrictu, etiam de voluntate fœminæ abſque conſenſu Patris, & ſi patrem non habeat, abſque conſenſu fratrum maſculorum deſcendentium ex linea maſculina. Et ſi fratrem, vel fratres nō habeat abſque conſenſu patrui, his deficientibus abſque conſenſu duorum proximorum propinquorum ex vtraque linea. Quod locum non habeat in muliere viginti annos habente, quod in filio maſculo etiam obſeruetur. Et ſi quis per vim acceperit filiam alicuius, vel*

Digitized by Google

aliam mulierem de ciuitate Mutinæ, vel diſtrictu vim inferens puniatur, & condemnetur ſecundum formam iuris. Sponſalitia de cætero non fiant DE NOCTE. *Et ſi contrafactum fuerit ſoluat pro banno qui ad dicta ſponſalitia fuerit, tam ſponſus, quam ſponſa, teſtis, notarius, & laudator, & quilibet in centum lib Mut.*

Numerus euntium ad nuptias deſignatus apud aliquos. Stat. Taru.

Numerus quoque euntium ad nuptias deſignabatur apud aliquos: Taruiſina Stat. lib. 2. tract. 4. rub. 5. de hac re ita loquuntur: *Non liceat in ciuitate ſociis, vel amicis poſt transductionem ſponſæ ad domum mariti donare vltra duodecim denariorum groſſorum valorem, & in villa vltra valorem ſex groſſorum. Et qui contrafecerit, ſoluat communi Teruiſij centum ſoldos par. pro banno. Nec in ciuitate Teruiſij, nec in eius diſtrictu poſſit quis mittere cum vna Nouitia, vel recipere ad nuptias, vel ad reuoltarias* VLTRA VIGINTIQVINQVE DOMINOS *pro parte, vel mulieres, nec in prandio nuptiarum, ſeu reuoltariarum, ſiue coredo vltra decem homines. Et qui contrafecerit, pro quolibet, & qualibet vice 25. lib. den. par. communi ſoluere compellatur, cuius medietas ſit communis Teruiſij, & altera accuſatoris.*

346. *Pauperes filias in foro tradituri in foro producebant.*

In Vrbe Taxile, quæ in Indico tractu, homines pauperes filias habentes, quæ locari ægrè poſſunt, licet maturæ ſint, eas in foro producunt, incinctibus tubis, claſſicisque quibus aliàs cani bellicum moris eſt, affluente paſſim multitudine: cui non diſplicuerit nubit; ita Cœlius Rhodiginus, lib. 10. lectionum antiquarum, cap. 14.

Tria nuptiarum conuiuia diuerſo tempore parata. Deici. Afr.

Tria, ſed diuerſis, diuerſôque tempore nuptiarum cauſa parari conuiuia ſolent apud nonnullos Africæ populos; res his verbis narratur in Africæ deſcriptione: TRIA *ferè parari ſolent* CONVIVIA *primum eodem celebratur die, quo marito coniuncta eſt puella; ſecundum poſtridie mulieribus tantum paratur, tertium ſeptimo à celebratis nuptiis die, huic omnes ſponſæ amici, atque parentes interſunt, quo etiam die ſponſæ pater pro facultatum ratione magnifica ad generum deferri curat edulia.*

Apud nonnullos ſponſa curru impoſita ad domum ſponſi ducebatur. Suidas.

Apud nonnullos ſponſa currui impoſita, mediáque inter ſponſum, & amicum ad domum ſponſi ſole cadente ducebatur; Suidas verbo ζεῦγος ita ſcribit: *Iugo mulorum, aut boum lectica biſellio ſimili iuncto, accerſunt ſponſam, & è paternis ædibus benè veſperi* CVRRVI IMPOSITAM, *in ſponſi domum ducunt; ſponſa in medio collocata, hinc ſponſo, inde amico, aut cognato honoratiſſimo, & chariſſimo aſſidentibus.*

347. *Nuces à nouo marito in terrâ ſparſa.* Seru.

Nuces à nouo marito in terram ſpargebantur olim, cuius rei non vnam affert cauſam Seruius Eclog. 8. ait enim: *Dicitur etiam ideo à nouo marito* NVCES SPARGI *debere, quod proiecta in terram tripudium ſoliſtimum faciant, quod auſpicium ad reformandum optimum eſt: Vel ideo à pueris aſpergendas nuces cum ſtrepitu, & conuicio flagitari, ne quid noua nupta audiat aduerſum, quod dies nuptiarum dirimatur. Quidam putant quod hæc eſca ad incitandam Venerem faciat.*

Mariti pro conſeruatione coniugij Kalendis Martij vota faciebat. Acron.

Olim mariti pro conſeruatione coniugij Kalendis Martij vota faciebant. Acron ad Odem 8. lib. 3. rem his verbis habet: *Kalendis Martij Matronalia dicebantur, eo quod mariti* PRO CONSERVATIONE CONIVGII *ſupplicabant, erat dies propriè feſtus matronis.*

Chriſtus nuptiis interfuit. S. Greg. Naz.

Adiit nuptiis Chriſtus, vt modeſtia non exulet à nuptiis, eóque res euadat, vt luxu in peius omnia degenerent, ſed pietate in melius omnia mutentur, quod tectè innuebat aqua, quæ Chriſto iubente in nuptiali conuiuio in vinum conuerſa eſt; Opportunè huc flexit ſanctus Gregorius Nazianzenus, epiſt. 193. qui ita loquitur: *Etſi ad filia noſtra* NVPTIAS *minimè vocati, adſumus tamen, & feſtum ſimul agitantes, & animi alacritatem præferentes, & vobis optima & pulcherrima quæque optantes. Vnum autem bonorum illud eſt, vt Chriſtus nuptiis interſit; (Porrò vbi Chriſtus eſt modeſtia quoque eſt) atque aqua in vinum conuertatur, hoc eſt, vt cuncta in melius immutentur.*

Verus nuptiarum decor, verum decus. S. Ant. Vlyſſ.

Felices nuptiæ erunt, ſi illas imitentur, quæ in Cana Galilææ celebratæ ſunt; quod qui fieri poſſit hiſce verbis docebat ſanctus Antonius Vlyſſiponenſis, ſerm. in Dom. 2. poſt Epiphan. vbi ait: *In Beata Virgine, quæ fuit Virgo, & Mater, puritas, & fœcunditas, In Ieſu, qui fuit humilis, humilitas, & paupertas; in ipſius diſcipulis obedientia, & patientia deſignatur, Ecce decus, & decor nuptiarum;* verus iſte nuptiarum decor eſt, nam quilibet alius, qui extimus tantum, & externus, inficit potiùs nuptias, quàm ornet.

CAPVT XLI.

Nuptiarij quinam dicerentur? nonnulla de nuptiis, & nuptias ineuntibus.

Nuptiarij *quinam ſint.*

Nuptura *Imperatoris filia ſuper tabulatum ligneum locabatur.*

Tabulatum *vt pararetur.*

Circa ſponſorum ætatem *Sinarum ritus.*

Lex apud Holſatos de vxore ducenda *paris cum marito conditionis.*

Lectus *vnus ambo coniuges non ſuſtinet apud nonnullos.*

Plerique brutorum nuptias *celebrant.*

Sponſi cur ſimul malum cydonium *ederent?*

Qui mos in Flaminis, & Flaminica nuptiis *ſeruaretur.*

Nymphæa quatuor *vbi nuptiæ celebrabantur.*

In nuptiis carceri *addicti à carcere ſoluti.*

Pupillorum matrem *tutor in vxorem ducere Solonis lege non poterat.*

Tutor fieri *non poteras qui futurus hæres.*

Quiſnam dirimendis controuerſiis *inter coniuges ortis Conſtantinopoli præficeretur?*

In nuptiis pronubæ *adhibebantur, quæ vni nupſerant viro.*

Mulier ſub tutore *conſtituta tutori aut eius filio nubere non poterat.*

Silentium *indictum ante nuptias.*

Cauēt Sinæ, *ne vxorē ſibi* cognominē *ducāt.*

Sponſam domum ducturus quoſnam ritus *ſeruet apud nonnullos?*

Statum *nuptiis* tempus *aliqui aſſignabant.*

Virgines à nuptiali conuiuio *auocatæ.*

Nuptiæ *de prima celebrādarū nuptiarum die.*

Qui puniti *mulierem in vxorem ducentes ſine ſuorum conſenſu, quæ viginti annos non attingit?*

Quidam

Digitized by Google

Quædam ritus in matrimonio ſeruari ſoliti. Qui nuptiæ celebrandæ.

NVPTIARIOS dictos reperio, qui nuptias colunt, tuentur nuptias, & amant, virginitate neglecta, in quam arietant: hoc ſenſu extulit

348. *Nuptiariis qui nam ſint.* Marc. Viger.

Nobilis auctor, licet non admodum antiquus Marcus Vigerius chordi primâ cap. 10. dum ait: *Satiſfactum erit calumniis omnibus, quas contra virginitatem* NVPTIARII *nectere conati ſunt*; & nonnullis interiectis: *Adeſte animis, ô* NVPTIARII, *adeſte inquam virginitatis oſores & impugnatores.* Sed alia de nuptiis, & nuptias ineuntibus afferamus.

Nuptura Imperatoris filia ſuper tabulatum ligneum locabatur. Ioan. Cant.

Nuptura Imperatoris filia ſuper tabulatum ligneum locabatur, vt videri ab omnibus poſſet; Ioannis Cantacuzeni hæc ſunt verba lib. 3. Hiſtoriæ cap. 95. *Imperator cum toto exercitu Romano cumque vxore, & filiabus Selybriam profectus in planitie ante vrbem tabulatum ligneum excitari iuſſit, ſuper quo nuptura filia conſiſtens conſpiceretur ab omnibus. Hunc enim morem Imperatores ſeruabant in filiabus, cùm ad nuptias abducendæ eſſent, deinde, & imperatorium tabernaculũ prope ſtatui mandauit.* Rẽ deinde totã explicat in hũc modũ: *Quibus peractis Imperatrix & filiæ ibidẽ, Imperator in caſtris noctem egit. Poſtridie Imperatrix cũ binis filiabus in tentorio manente ſponſa Theodora tabulatum conſcendit, ſolo Imperatore equo inſidente, cæteris ad vnum adſtantibus. Tum peripetaſmatis in circuitu ablatis (erat enim tabulatum appenſis ex omni parte aulæis ſericis,*

Tabulatũ vt pararetur.

& auro intertexis ornatum) ſponſa conſpecta eſt dextra, læuaque accenſis lampadibus, quas Eunuchi in genua ſubſidentes tenebant. Reſonabant tubæ, & tibiæ, ac fiſtula plurimum & quæcunque ad aures oblectandas ab omnibus inſtrumenta muſica excogitata ſunt. Iis tacentibus, cantores à poetis laudes in ſponſam compoſitas modulabantur. Finitis ſolemnibus vniuerſis quæ Imperatorum filiabus, cum nuptum darentur, fiebant, Imperator militibus, & proceribus Romanis, & Barbaris omnibus ad dies complures epulum dedit, atque ita demum filiam ad ſponſum, multo gaudio eam ſuſcepturum miſit.

349. *Circa ſponſorum ætatem ſinarum ritus* Nicol. Trig.

Sinç teneris annis nuptias contrahunt: obſeruant ne ſponſi ætas admodum diſcrepet à ſponſæ ætate; Nicolaus Trigaut. de exped. ad Sinas lib 1. cap. 7. ita ſcribit: *Non paucis etiam ritibus connubia contrahuntur, atque ſponſalia vtraque* IN TENERIS ANNIS *peraguntur, nec ſponſum à ſponſa ætate admodum diſcrepare. Contractus hos parentes vtrinque componunt, nec ad eos filiorum conſenſũ exigunt, quos tamen filii, aut filiæ nunquam non admittunt.*

Lex apud Holſatios de vxore ducenda paris cum marito conditionis.

Apud Holſatos lex fuit, vt nobilis nobilem, liber liberam, ſeruus ſeruam duceret, & ſecus faciens vitam amitteret; ita Ioannes Peterſius in Chonico Holſatiæ.

Lectus vnius ambo coniuges non ſuſtinet apud nonnullos. Deſc. Ind.

Apud quoſdã Indiæ populos, vt in deſcriptione veræ Indiæ habetur, coniuges, ſimul in lecto dormire non ſolent: vnde parant *Lectiſternia duo, vnum pro viro, alterum pro fœmina: nam coniuges vnum lectum occupare inſuetum; mares vbi eos cupido inceſſerit, fœminas aduocant.*

Pleriquebrutorũ nuptias celebrant. Deſc. Mag.

Pleroſque etiam brutorum inter ſe nuptias celebraſſe reperio: in deſcriptione Magni Magolis de Indis hæc habentur, ex Texeira: *In oppido Din Gentilis quidã Banean* NVPTIAS TAVRI, ET VACCÆ *tanta opulentia celebrauit, vt* XII. *millia ducatorum in illaſe expenderet.*

350. Solonis lege ſponſa, & ſponſus vnà claudebantur, malum cydoniom vt ſimul ederent: rem & cauſam habet Plutarchus de præcept. connub. *Solon iubebat ſponſam cum ſponſo concludi, vt* MALVM CYDONIVM *cum eo comederet: innuens, vt videtur, primam oris, & vocis gratiam, concinnam, & ſuauem eſſe debere.*

Sponſi cur ſimul malum cydoniũ ederent. Plut.

Qui mos in Flaminiæ Nuptiis ſeruaretur. Suid.

In Flaminicæ, & Flaminis nuptiis hic mos ſeruabatur, quem his verbis refert Seruius in IV. Æneidum: *Mos apud veteres fuit Flamini ac Flaminicæ vt per farreationem in nuptias conuenirent ſellas duas iugatas ouili pelle ſuperiniecta poni eius ouis quæ hoſtia fuiſſet, & ibi nubentes* VELATIS CAPITIBVS *in confarreatione Flamen & Flaminica reſiderent.*

Nymphea quatuor, vbi nuptiæ celebrabantur. Pet. Gyll.

In vrbe Conſtantinopolis Nymphæa quatuor erant, ibi nuptias celebrabant, qui proprias ædes non habebant, quod refert Petrus Gillius.

Mercurium Gentiles iuxta Venerem locabant, vt nuptias ratione, aptòque ſermone indigere hoc nexu ſignificarent: rem & cauſam refert Cœlius Rhodiginus lib. 28. lectionum antiq. cap. 18. vbi hæc habet: *Mos veterum hic quoque fuit,* MERCVRIVM *iuxta Venerem collocare, veluti innuerent, nuptialem voluptatem ratione, aptòque ſermone in primis indigere.*

Matthias Coruinus Vngarorum rex anno ſalutis 1476. Budæ nuptias cum Beatrice Aragonia celebrans, publicæ hilaritatis gratiâ, noxios omnes in carcere deprehenſos ſolutos dimiſit: præterea alia crimina impunitate donata ſunt, vadimonia à prætore dilata, & debita ad tempus ſuſpenſa; ita fere Bonfinius lib. 4. Decadis 4. 351.

In nuptiis carceri addicti à carcere ſoluti. Bonf.

Pupillorum matrem tutor in vxorẽ ducere Solonis lege non poterat. Laert. *Tutor fieri nõ poterat, qui futurus hæres.*

Statuit Solon ne pupillorum matrem tutor in matrimonium ſibi iungeret, néue tutor fieret, qui futurus hæres eſſet: Laërtius in vita Solonis hæc habet, quibus & alia adiicit; ait enim: *Pulcherrimè etiam illud ſtatuit, ne tutor pupillorum matrem* VXOREM DVCERAT, *néue tutor ille fieret, qui poſt mortem pupillorum hæres eſſe deberet. Illud etiam ne liceret annulario, annuli, quem vendidiſſet ſigillum ſeruare. Et qui vnum habenti oculum, eum ipſum eruiſſet, huic vt ambo eruerentur. Et, quæ non poſuiſti, ne tollas: alias capitale fore. Denique archontem ſi deprehenſus fuerit ebrius, capite plectendum eſſe.*

Quiſnam dirimendis controuerſiis inter coniuges ortis Conſtãtinopoli præſtatur. Georg. Cod.

Quiſnam olim Conſtantinopoli dirimendis illis controuerſiis præeſſet quæ inter coniuges oriebantur, his verbis docet Georgius Codinus lib de offic. Conſtantinop. cap. 1. num. 5. *Chartophylax tabulas habet chartaceas ad iura eccleſiaſtica pertinentes (hoc eſt litteras quibus priuilegia, & alia iura Eccleſiæ continentur) & eſt Iudex omnium cauſarum Eccleſiaſticarum, & controuerſiis matrimonialibus cognoſcendis ac dirimendis præſidet.*

In nuptiis pronubæ adhibebantur, quæ vni nupſerant viro, idque boni auſpicij cauſa, hinc illud: PRONVBÆ *adhibebantur nuptiis, quæ ſemel nupſerant, cauſa auſpicii, vt ſingulare perſeueret matrimonium.* 352.

In nuptiis pronubæ adhibebantur, quæ vno nupſerant viro. *Mulieris ſub tutore conſtituta tutori, aut eius filio nubere non poterat.* Syr.

Nec tutor, nec tutoris filius pupillam in vxorem duceret, dum ſub tutore poſita eſſet, indicat iſtuc Syrianus in Hermogenem: *Lex eſt,* inquit, *ne mulier ſub* TVTORE *conſtituta aut ei, aut filio eius nubat.*

Silentium indictum ante nuptias. Liban.

Silentium indictum ante nuptias nefaſto die apparet ex his Libanij verbis tom. 2. orat. 16. *Cum filias collocaret, multò ante nuptiarum diem, aduocato patronarum cœtu: ſilete, inquit, à ſilentio hodiernum diem exorſi, donec puellæ ſponſis traditæ fuerint: cùm negotium hoc, feſtum appellaret; illud verò nefaſti diei erat, noxa certè iis qui non dicerent.*

Cauent Sinæ ne vxorem ſibi cognominẽ ducant. Nicol. Trig.

Cauent Sinæ, ne vxorem ſibi cognominem ducant; rem his verbis habet Nicolaus Trig. de exped. ad Sinas, lib. 1, cap. 7. *In connubiis religioſiſſimè obſeruatur*, NE QVIS VXOREM OMNINO DVCAT SIBI COGNOMINEM, *tametſi nulla ſanguinis inter vtrumque intercedat neceſſitudo. Sinarum porrò cognomina haud paulo pauciora ſunt, quàm apud noſtrates: neque enim mille numerantur, nemini vero licet nouum aliquod cognomen affingere, ſed ex iis, quæ antiquo vſu recepta ſunt, vnum habeat oportet.*

353. *Sponſam domum ducturus quoſnam ritus ſeruet apud nonnullos.* Deſcr. Afric.

Sponſam domum ducturus ſponſus, quos ritus obſeruet apud nonnullos Africæ populos habes ex his verbis quæ in Africæ deſcriptione habentur: *Sponſus ſuam ducturus domum ſponſam, primò* TABERNACVLVM LIGNEVM *octogonale ſerico tectum intrare iubet, in quo a baiulis defertur comitantibus parentibus, & affinibus, multo cum tubarum, ac tibiarum ſonitu, tympanorúmque ſtrepitu, necnon maximo facium numero, præcedunt ſponſi affines cum facibus, ſponſa verò ſequuntur, ſic maximum itur ad forum templóque præterito, ſponſus ſocerum, & reliquos omnes ſalutat, domúmque quantum poteſt properat, atque in cubiculo ſponſæ aduentum præſtolatur.*

Statum nuptiis tempus aliqui aſſignabant. Hiſt. Perſ.

Statum nuptiis tempus video aliquos aſſignauiſſe; Perſæ vere nubebant; auctor hiſtoriæ rerum Perſiearum, lib. 2. hæc habet: NVPTIÆ IN INITIO VERNI ÆQVINOCTII CELEBRANTVR: pergit, & alium in nuptiis ritum indicat: *Sponſus in thalamum venit, comeſto prius malo, vel cameli medulla, præter id nihil eo die.*

Virgines à nuptiali conuiuio auocatæ. S. Greg. Naz.

Virgines à nuptiali natalitio auocatas lego. Sanctus Gregorius Nazianzenus ſic Olympiadem alloquitur in parænetico carmine; *Illud te admonitam velim, vt nec ad* NVPTIALE, *nec ad* NATALITIVM CONVIVIVM PROPERES, *vbi & perpotatur, & ſaltatur, & ridetur, ac denique in facetiis, indulgetur. Hæc enim eiuſmodi ſunt, vt vel pudicum pectus delinire, ac demulcere queant, non ſecus ac ſolis radius ceram quàm citiſſimè penetrans.*

354. *Nuptiæ de prima celebrandarum nuptiarum die.* Heſych.

Nuptiæ de prima nuptiarum celebrandarum die dicebantur: Heſychius· γάμος, ἡ πρώτη ἡμέρα τῶν γάμων *Nuptiæ prima dies nuptiarum*; addit: *ſecunda autem παλία appellabatur.*

Qui puniti mulierem in vxorem ducentes ſine ſuorum conſenſu, quæ viginti annos non attingit. Stat. Foꝛ.

Apud aliquos qui matrimonium contrahit cum muliere quæ viginti annos non attingat ſine patris, aui, aut alterius, cuius ſit dotem decernere carceris pœnâ punitur præter pecuniariam mulctâ, in cõſtitutionibus patriæ Forijulij Rub. 179. hæc habẽtur: *Statuimus, quod ſi quis quocunque modo matrimoniũ cõtraxerit cum aliqua muliere minore annis* 20 *ſine expreſſa voluntate patris, & aui, vel proaui paterni, aut alterius cui dotandi onus incumbit pœna librarũ quinquaginta puniatur, & per tres menſes in carceribus teneatur, & eadem pœna teneantur fautores, & cæteri participes huiuſmodi matrimonij, ad quos conſtitutio dotis non pertinet. Saluis tamen conſtitutionibus diſponentibus de mulieribus ab hæreditate excluſis contra vel præter diſpoſitionem iuris communis, quibus non præiudicetur.*

355. *Quidam ritus in matrimonio ſeruari ſoliti.* Deſcr. Afr.

Quinam ritus in matrimonio ſeruentur apud nonnullos Africæ populos habes in Africæ deſcriptione: vbi res his verbis exhibetur: *Circa matrimonium hæc ferè ſeruatur regula. Vbi pater filiam cuidam deſpondit proco, mox in templum itur, ſponſum ac ſponſam comitantur parentes, & conſanguinei, duo item accerſuntur notarij, qui præſentibus omnibus pacta, dotemque conſcribunt. Qui mediocris ſunt fortunæ, filiæ triginta aureos in dotem enumerant, cui ancillam quindecim ad minimum aureis emptam adiungunt: præterea & telam verſicolorem ſerico intertexiam, cum aliis quibuſdam panniculis ex ſerico confectis, quos in capite pepli loco geſtare ſolent, deinde & par calceorum artificioſè, atque eleganter conſutorum: duo item ſoccorum paria elegantiſſima: multas quoque clenodias argenteas, aut ex alia quauis materia fabrefactas, vt ſunt pectines, ſuffimenta, ventilabra, aliaque iſtiuſmodi, quæ mulieres maximo habent in pretio. Quibus ita peractis, quotquot vtrinque interfuerunt ad cœnam vocantur, quæ vt ſit ſuis deliciis optimè referta, panis affertur frixus, quem antea melle temperatum diximus: huic carnes adduntur aſſæ; idque primò ſponſi ſumptibus: poſtea & ſponſæ pater ſuum apparare iubet conuiuium. Quod ſi filiæ præter iam dictam dotem aliquas dederit veſtes, hoc illi pro liberalitate quadam adſcribunt. Quanquam Pater dotem triginta tantum aureorum pollicitus ſit, ſolet tamen interdum ducentos, nonnunquam etiam & trecentos inſuper in veſtibus conficiendis, necnon & aliis quibuſdam ad mundum muliebrem pertinentibus conſumere aureos: rarò autem pro dote domum, vineam, aut agrum aliquem donant.*

Qui nuptiæ celebrandæ ſint egregiè docet ſanctus Chryſoſtomus, hom. 12. in epiſt. ad Coloſſ. dum ait: *Faciat quiſque nuptias, quales ego dico, & videbis voluptatem. Quales illas? Primum virgini quæras virum, qui verè virum, & tutorem illi præſtet. Pecunias non quæras, non generis ſplendorem, non familiam magnificam, vana ſunt hæc omnia, ſed animi quæras pietatem, manſuetudinem, veram prudentiam, Dei timorem, ſi velis filiam tuàm iucundè viuere. Poſteaquam diligenter viri virtutem compertam habes, filiámque iam elocare ſtatuis, ora Chriſtum vt adſit. Neque enim pudebit illum adeſſe. Myſterium eſt aduentus, & incarnationis ipſius.* Maiori felicitati nuberent, ſi nuptiæ hunc in modum celebrarentur: Chriſtus aduocaretur, adeſſet Chriſtus, virtutéſque quas Chriſtus amat. *Qui nuptiæ celebrandæ* S. Chryſ.

CAPVT XLII.

De nuptiali annulo, nubentium fide.

Annulus *loco arrhæ.*

Annulus *pronubus ferreus & ſine gemma.*

Etiam aureus annulus *iſte.*

Quid in ſponſali annulo *ſculperetur?*

Peculiari benedictione *hic annulus conſecratus.*

Formula *conſecrationis.*

Annulus *apud impudicas mulieres nequitiæ inſtrumentum.*

Sponſi, *&* ſponſæ manus *Dei manui in fidei teſtimonium iungendæ.*

In ſponſæ annulo *quid ſculpant Hebræi?*

In quo digito *annulus nuptialis inſeratur apud Hebræos, & quæ verba pronuntiet ſponſus.*

Nuptialis annuli *precium decernebatur apud nonnullos.*

Sanctiſſimæ Trinitatis inuocatio *dum annulari ſiniſtrâ manus ſponſæ annulus immitteretur.*

Chriſti ſponſa annuli nuptialis *loco afflictio-*

nes

nes à Chriſto ſuo accipit.

Spiritualis ſponſa coronam *fert , cum Deum effert inter aduerſa.*

Res mira de annulo *ex aqua ferventi ſine leſione extracto in vera fidei fidem.*

356. QVia de nuptiis agimus aliqua hîc de nuptiali annulo ex antiquitatis ruderibus eruta afferemus, deque nubentium fide, quò nos nuptialis annulus ducit; nonnulla haud ingrata lectori futura libabimus.

Annulus loco arrhæ. Plin.

Et in primis obſeruandum eſt vniuersè in qualibet pactione loco arrhæ annulum dari ſolitum. Ita docet Plinius, lib. 33. cap. 1. *Celebrior,* inquit, ANNVLI *vſus cum fœnore cœpiſſe debet, argumento eſt conſuetudo vulgi , tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior , vt planè affirmare poſſimus , nummos ante apud nos , mox cœpiſſe annulos.* Hæc Plinius. Et quidem non tantum olim apud Romanos, ſed etiam apud Hebræos antiquitus dari ſolitum annulum loco arrhæ exemplum Iudæ admonet , de quo hæc leguntur, Gen. 38. *Dixit Thamar: patiar , quod vis , ſi dederis mihi arrhabonem donec mittas quod polliceris. Ait Iudas; quid tibi vis pro arrhabone dari? Reſpondit: annulum tuum.* Quod fecit Iudas. Ex hoc igitur vſu fluxiſſe videtur , vt cum ſpondentur nuptiæ ſponſus arrhæ loco annulum ſponſæ det , quod apud pleraſque gentes in vſu. Gen. 38.

Annulus pronubus ferreus, & ſine gemma.

Dubium eſt cuius materiæ fuerit pronubus iſtè annulus, cuius figuræ. Annuli materia ferrea olim , & ſine gemma in antiquæ parſimoniæ ſignum. Hoc notauit Alexander ab Alexandro, lib. 2 Genial. dier. cap. 5. in hæc verba: ANVLVS *ſponſæ dono mittebatur à viro, qui pronubus dictus, is erat ferreus, & ſine gemma, priſca videlicet ſecula , & antiqui victus parſimoniam , ac frugales mores deſignans.* Sed fors luxus annulum ferreum in aureum poſtea mutauit, nam Tertullianus in Apologet. cap. 6. ita ſcribit : *Aurum de matribus nulla norat præter in* VNICO DIGITO, *quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo.*

Etiam annulus aureus iſte. Tertul.

357. *Quid in ſponſali annulo ſculperetur.*

Quoad formam, & ſignum , quod in annulo ſculpebatur , antiquus Chriſtianorum obtinuit vſus , vt ſponſalis annulus fidei ſigno , quod eſt hieroglyphicum mutui fœderis , atque concordiæ formaretur ; id quod præſeferunt coniunctæ ſimul dexteræ, ſicut in antiquis etiam nummis cernitur aureis, argenteis, æreiſque , & quidem Perſæ , aliique acceptâ , inuicemque datâ dexterâ fœdus matrimonij ineût, vt tradit Auianus , lib. 3. de geſtis Alexandri , qua manuum coniunctione fidem pollicebantur ; cuius rei ſignum erat hic annulus iunctas præſeferens manus; hinc eſt, quod apud nos fidei quoque nomen obtinuerit, pronubum quippe annulum, fidem, *vna fede* noſtri vocant.

Peculiari benedictione hic annulus conſecratus.

Conſueuerat autem annulus nuptialis peculiari Sacerdotis benedictione conſecrari , cuius conſecrationis formula in antiquis liturgiis reperitur, quæ eſt huiuſmodi: *Bene † dic Domine annulum iſtum, & coronam iſtam, vt ſicut* ANNVLVS *circundat digitum hominis, & corona caput, ita gratia Spiritus ſancti circundet ſponſum, & ſponſam, vt videant filios, & filias vſque ad tertiam , & quartam generationem , qui collaudent nomen viuentis , atque regentis in ſecula ſeculorum. Amen.* Hucuſque conſecrationis formula.

Formula conſecrationis.

358. Apud impudicas mulieres fuit annulus nequitiæ inſtrumentum : huc ſpectauit Ennius in quodam fragmento , quod ex vetuſtatis ruderibus erutum ad nos peruenit, ſic enim ille ait:

Annulus apud impudicas mulieres nequitiæ inſtrumentum. Enn.

Alij dat ANNVLVM *ſpectandum à labris,*
Alium inuocat, cum alio cantat.

Huc proculdubio ſpectauit & Plautus in Aſinaria , vbi inter leges, quas adoleſcens cum amica ſtatuit hæc recenſetur: Plaut.

Spectandũ ne cui ANNVLVM *det, neque roget.*

Contrà ſponſa annulum pronubum habere non in nequitiæ ſignum , ſed fidei, ſed pudoris, ſed coniugalis continentiæ, & caſtitatis.

Iungunt inter ſe manus ſponſi, in fidei ſignum, iungant & ſe , nouerintque ſuum eſſe iunctas vtraſque manus Dei manui iungere in ſanctioris fidei teſtimonium : ſcite ſanctus Gregorius Nazianzenus , epiſt. 57. qui de nubentibus loquens ait : *Iuueniles dexteras inter ſe iungi , atque vtraſque Dei manui*; addit: *cõuenit enim vt quemadmodum alia omnia bona, ita matrimonium quoque in optimum quemque finem ſecundum communia noſtra vota fiat:* alioquin quid proderit dexteram ſponſi ſponſæ dexteræ necti , & ambos à Deo ſuo morum prauitate deſeri?

Sponſi, & ſponſa manus Dei manui in fidei teſtimoniũ iungendæ. S. Greg. Naz.

De Hebræis hoc lego : Puellæ deſponſatæ traditur annulus in quo ſcriptum eſt מזל טוב *mazal tob*: mazal autem eſt ſidus, ſeu ſtella, quod ex Rabbinorum commentis deſumptum eſt. 359.

In ſponſa annulo quid ſculpant Hebræi.

Apud Hebræos quoque ſponſus annulum ſponſæ digito imponit , digitus autem huic rei deſtinatus eſt index ; dum iſtuc autem fit , hæc habet ſponſus הרי את מקודשת לי בטבעת זו כדת משה וישראל , id eſt , *Iam tu ſanctificata* , hoc eſt, *nupſiſti, mihi hoc* ANNVLO *ſecundum legem Moſis, & Iſraelis.*

In quo digito annulus nuptialis inſeratur, & quæ verba pronũties ſponſus?

Nuptialis annuli valor decernebatur apud Cremonenſes, quem excedere liceret nulli, muneris quoque quantitas ſtatuitur , quod ſponſæ poterat offerri ; illorum ſtatuta, Rub. 431. ita loquuntur: *Cùm propter nouitates, & conditiones grauiſſimas hactenus ſupportatas per ciues Ciuitatis Cremonæ, & eius diſtrictus , Cremonenſes ſint in paupere ſtatu, qui non conſiderantes ſuam egeſtatem, in deſponſationibus dominarum plus expendant quam virtus patrimonij patiatur, idcirco ſtatutum , & ordinatum eſt, quod non ſit aliquis , qui audeat , vel præſumat deſponſare, nec deſponſare facere aliquam mulierem dominam, puellam , vel domicellam niſi cum vno annulo tantùm, qui annulus non excedat valorem florenorum quinque auri , & quod ad deſponſationem mulierum, quas de cætero fieri contigerit in ciuitate, vel diſtrictu Cremonæ, ſiue ad earum nuptias, non poſſit donari alicui mulieri ſponſæ , vel vxoratæ vltra florenos duos, ſeu tot res valoris prædicti, & nihil vltra donari poſſit, & ſi contrà factum fuerit, puniatur dans in ſol. viginti Imper. & in totidem recipiens , & illud quod donatum fuerit , vltra deueniat in commune , & quilibet poſſit contrà facientes accuſare, & habeat medietatem pœnæ, & teneatur celatus, & de prædicto credatur ſacramento eius , poſſit tamen maritus in actu dicta deſponſationis donare quidquid voluerit.*

Nuptialis annuli pretiũ decernebatur apud nonnullos. Stat. Crem.

Annulari non dexteræ, ſed ſiniſtræ manus digito immittendus nuptialis annulus erat , cum ſanctiſſimæ Trinitatis inuocatione; in Eccleſiæ Mediolanenſis actis, lib. 4. tit. 1. cap. 19. hæc habentur: ANNVLO *nuptiali non dextera, ſed ſiniſtra manus digitus, qui annularis dicitur, induatur , dumque induitur ne à ſponſo , ſed à ſacerdote cuius eſt benedicere illa verba proferantur : In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.* 360.

Sanctiſſimæ Trinitatis inuocatio dum annulari ſiniſtræ manus ſponſa annulus immitteretur.

Chriſti ſponſa annulum à ſponſo ſuo accipit

Digitized by Google

Chriſti ſponſa annuli nuptialis loco afflictiones à Chriſto ſue accipit. Bloſ.

in deſponſationis ſignum, cùm afflictionibus exercetur, coronam fert, cùm Deum inter aduerſa effert; Pulchrè Bloſius in conclaui animæ, cap. 10. num. 4. *Sancta Gertrudis diuinitus intellexit, quod quemadmodum* ANNVLVS *eſt ſignum deſponſationis, ita aduerſitas tam corporalis, quam ſpiritualis humiliter propter Deum tolerata eſt veriſſimum ſignum diuinæ electionis, & quaſi deſponſatio animæ cum Deo: in tantum, vt grauatus quiſque confidenter dicere poſſit hæc verba: Annulo ſuo ſubarrhauit me Dominus meus Ieſus Chriſtus. Quod ſi inter ipſa aduerſa poteſt dono Dei etiam laudare Deum, & ei ex animo gratias agere, iam tanquam ſponſa amabilis coronam obtinet a Domino: quia gratitudo animi in aduerſis eſt ornatiſſima, atque pretioſiſſima corona animæ.*

Spiritualis ſponſa coronã fert, cũ Deum effert inter aduerſa. Bloſ.

361. De annulo ex ebulliente aqua in fidei confirmationem abſque vlla læſione extracto; rem admiratione dignam & ſcitu narrat Beatus Gregorius Turonenſis, lib. 1. miraculorum, cap. 81. quam illius verbis lectori meo offeram, & caput obſignabo, licet enim de annulo nuptiali non loquatur, annulum tamen reſpicit, & aquas; ſic igitur ille ſcribit: *Arrianorum Presbyter cum Diacono noſtræ religionis, altercationem habebat, proferens contra Dei filium, & Spiritum ſanctum vt mos eſt genti, venenoſas adſertationes. At ille cùm diu, multumque nonnulla de fidei noſtræ ratione diſſeruiſſet, & hereticus perfidia obcæcatus caligine, qua erant vera non reſpiceret, iuxta illud, quia in maleuolam animam non introibit ſapientia, adiecit dicens: Quid longius ſermocinationum intentionibus fatigamur? factis rei veritas adprobetur: ſuccendatur igni æneus, & in feruenti aqua* ANNVLVS *cuiuſdam proiiciatur. Qui verò eum ex feruenti vnda ſuſtulerit, ille iuſtitiam conſequi comprobetur. Quo facto pars diuerſa ad cognitionem huius iuſtitiæ conuertatur. Intellige itaque & tu heretice, ſi hæc pars noſtra Spiritu ſancto adiuuante compleuerit, nihil in ſancta Trinitate diſſonum, nihil eſſe diſſimile fatearis. Conſentit hereticus huic definitioni: Et inito vſque manè placito, diſceſſerunt: ſed fidei feruor, per quem hæc primum Diaconus protulerat cœpit inimico inſidiante tepeſcere. Diluculo autem ſurgens brachium infundit oleo, vnguento conſpergit, ſed tamen loca ſancta circuit, & dominum deprecatur. Quid plura? circa horam tertiã in foro conueniunt concurrit populus ad ſpectaculum. Accenditur ignis, æneus ſuperponitur, feruet valde, annulus in vnda feruenti proiicitur. Inuitat primum Diaconus hereticum, vt ipſe eum a calore auferat. Sed ſtatim recuſauit dicens. Qui hanc ſententiam protuliſti debes auferre. Diaconus vero licet trepidus, tamen denudat brachium. Cumque ipſum vidiſſet vnguentis hereticus presbyter delibutum, exclamauit dicens. Magicis artibus te ſuperaturum putaſti, vt hæc vnguenta diffunderes, nec valebunt iſta quæ agis. His ita litigantibus, ſuperuenit Diaconus ab vrbe Rauenna. Hyacinthus nomine: ſciſcitanſque quæ eſſet hæc altercatio, vt veritatem cognouit, nec moratus, extracto à veſtimentis brachio, in æneum dexterã mergit. Annulus enim, qui iniectus fuerat, erat valde leuis, ac paruulus, nec minus ferebatur ab vndis, quam vento poſſit ferri vel palea. Quem diu multumque quæſitum, infra vnius horæ ſpatium reperit. Accendebatur interea vehementer focus ille ſub dolio, quo validius feruens non facilè aſſequi poſſit annulus à manu quærentis, extractúmque tandem, nihil Diaconus ſentit in carne ſua, ſed potius proteſtatur in imo quidem frigidum eſſe æneum, in ſummitate verò calorem teporis modici continentem. Quod cernens hereticus, valde confuſus, iniecit audax manum in Æneo dicens: Præſtabit mihi hæc fides mea. Iniecta manu protinus vſque ad ipſa oſſium internodia, omnis caro liquefacta defluxit, & ſic altercatio finem fecit.* Mira res, ac prorſus digna, quæ caput iſtuc de annulo velut annulus obſignaret.

Res mira de annulo ex aqua feruenti ſine læſione extracto in vera fidei ſidem. S. Greg. Tur.

CAPVT XLIII.

De nuptialibus facibus.

Cum facibus *ſponſæ domum adducta.*
Matres in nuptiis faces *præferre ſolebant.*
Etiam à pueris faces *elatæ.*
Tædis *in nuptiis domus ſplendida.*
Lampades *in nuptiis.*
Nuptialium facum *numerus.*
In nuptiis facibus *vtebantur, quia noctu nuptiæ celebratæ.*
Viris quandoque tanquam nubentibus fœminis, prælata faces.
Etiam dona *ſponſæ exhibita cum facibus delata.*
Virgines cur ſponſæ lampades *præferant.*
Lampades nuptiales *etiam charitati ſignificandæ.*
Cum nuptiis faces *cohærent, in quibus caſtitas elucet.*
Etiam ob fœcunditatem lucernæ *in nuptiis adhibitæ.*
Scintilla, & lumen *de filio.*
Lucernis *vtebantur imponentes infantibus nomina.*
Lampades *de meretrice.*

ETiam ad nuptiales faces calamum flectemus, vt facem ſacris litteris præferamus. Lampades ac faces ſponſis olim præferri ſolitas non eſt quod vocetur in dubium; exſtãt huiuſce ritus plura tum noſtrorum, tum prophanorum teſtimonia, nos aliqua ab vtriſque mutuabimus, quæ deinceps producemus. 362.

Cum facibus ſponſas adductas ad ſponſum indicat Heſiodus in ſcuto Herculis, dum ait:

Alij ſiquidem benè rotundo in curru.
Ducebant viro vxorem, multuſque Hymenæus excitabatur.
Et procul ab ardentibus facibus fulgor reſplendebat
In manibus famulorum.

Cum facibus ſponſa domum adducta. Heſiod.

Etiam matres quandoque nuptiales faces præferebant. Docet hoc Scholiaſtes Apollonij, dum ait: *Olim moris fuit matres* FACES *præferre in nuptiis nubentium.* Idem habet ſcholiaſtes Ariſtophanis cuius verba alibi dedi. Apud Apollonium Iuno, quæ Thetin nutrierat inſtar matris facem ſe in eius nuptiis prætuliſſe teſtatur, cum ait:

Matres in nuptiis faces præferre ſolebant. Schol. Apol.

Ipſa ego FLAMMAS *in eis manibus prætuli*
NVPTIALES

Tangit hunc morem etiam Catullus in nuptiis Iulij, & Manlij licet indicet à pueris elatas faces, ait enim:

Etiam à pueris faces elatæ. Catul.

Tollite, ô pueri FACES.

Lauro in nuptiis ornata domus erat & tædis ſplendida: 363.

Tadis in nuptiis domus ſplendida.
Apul.
Lampades in nuptiis.
S.Chryſ.

ſplendida: Apuleius 4. Metamorph. *Domus tota lauris obſita,* TÆDIS *lucida conſtrepera Hymenæum,* &c.

Funalium, lampadarum, & facum in nuptiis mentio etiam à noſtris fit, præcipuè à Beato Chryſoſtomo, qui hom 12. in epiſt. 1 ad Corinth. ſui ſeculi luxum carpens ita ſcribit: *Non ſolum eſt interdiu, ſed etiam veſperi viros ebrios & crapulà grauatos, & à voluptate, & deliciis incenſos, qui ſe parant ad videndam pulchritudinem cultus virginalis: & non domi, ſed per forum traducunt ad oſtentationem, cum lampadibus eam* PROFVNDA VESPERA DEDVCENTES, *vt eam omnibus oſtendãt: per ea quæ faciunt nihil aliud ſuadentes quam vt de cætero omnem exuant pudorem: Et nec hactenus ſiſtunt, ſed cum verbis turpibus eam ducunt. Hæc quoque vulgo lex eſt: Fugitiui, & maſtigiæ, & pernicioſi homines securè, & cum ſumma licentia dicunt quæ volunt, & in ſponſam, & in eum, qui eſt cum illa habitaturus:* Huсuſque ſanctus Chryſoſtomus, quem morem alibi etiam tangit, & quia cum luxu, & laſciuia, damnat.

364. Has faces nec plures, nec pauciores quinque,
Nuptialium facum numerus.
Plut.

præſertim apud Romanos fuiſſe aliqui obſeruarunt, & inter alios doctiſſimus Vlyſſes Aldrouandus, tom. 1. Ornith. & Plutarchus id apertè teſtatur quæſt. cent. Rom. in hæc verba: *Quare non plura, neque pauciora, ſed* QVINQVE FVNALIA *accendunt in nuptiis quæ cereos appellãt? Vtrùm vt Varro auctor eſt, quod cùm vtantur prætores tribus ædilibus permittant plures: ab ædibus autem accendant, qui matrimonio iunguntur ignem?* Hactenus ille.

In nuptiis facibus vtebantur quia noctu nuptiæ celebratæ.
Valer. Max.

Lucernis autem, & facibus in nuptiis vtebantur, quia noctu nuptiæ celebrabantur. Hinc illud Valerij Maximi, lib. 1. cap. 6. *Cæcilia Metelli dum ſororis filiæ adultæ ætatis virgini more priſco nocte connubia* NVPTIALIA *petit, omen ipſa fecit.*

Feſt.
Catul.

Hoc idem habet in problem. cap. 65. Feſtus Pompeius, lib. 14. & Catullus dum canit:

VESPER ADEST *iuuenes conſurgite, veſper olympo*
Expectata diu vix tandem lumina tollit
Iam veniet virgo iam dicetur Hymenæus.

Seruius.

Cum igitur nuptiæ noctu celebrarentur non mirum ſi faces, ac lucernæ adhibitæ fuerint. Seruius huc reſpexit Eclog. 8. ad illud: *Mopſe nouas incide* FACES: *Varro in Æetiis dixit, ſponſas* FACES *præire, quod antea in ſe nocte ducebantur à ſponſis. Quas ideo etiam ait, limen non tangere ne à ſacrificio inchoarent, ſi depoſituræ virginitatem calcent rem Veſtæ, ideſt, numini caſtiſſimo conſecratam.* Quæ conſuetudo faces in nuptiis deferendi permanſit etiamſi fierent poſtea clara luce.

365. Addo & viris quandoque tanquam fœminis
Viris quandoque tanquam nubentibus fœminis prælatæ faces.
Seuer. Sulp.

nubentibus faces prælatas. Huc Neronis leuitas, & impuritas euaſit, qui cum Pythagoræ cuidam ac ſi fœminei ſexus fuiſſet nubere vellet, faces nuptiales adhiberi voluit. Stultitiæ huius meminit Seuerus Sulpitius, lib. 1. ſic enim de illo ſcribit: *Vt matrem interficeret. Poſt etiam Pythagoræ cuidam in morem ſolemnium coniugiorum nuberet, inditumque Imperatori* FLAMMEVM, *dos & genialis thorus, &* FACES NVPTIALES. *Repudium puritati dederat, & pudori, qui ita nubere volebat, & impudicitiæ miſer ſeruiebat, cum hominum Imperator eſſet.*

Etiam dona ſponſæ exhibita cum facibus delata.
Suid.

Porrò in facibus præferendis adeò religioſi antiqui erant, vt etiam dona, quæ poſtridie nuptiarum à patre ſponſæ ſponſo, ac ſponſæ mittebantur cum face deferrentur. Didici id ex Suida, ſic enim ille ſcribit verbo ἐπαύλια; *ſic dicuntur* MVNERA, *quæ poſtridie nuptiarum a ſponſæ patre, tam ſponſæ, quam ſponſo cum pompa mittebantur. Puer enim præcedebat alba veſte facem accenſam ferens. Habes in munerum delatione facem adhibitam, quam puer alba veſte ferebat.* Pergit idem auctor munera explicare, quæ mulier in caniſtro portabat. *Hunc (ſcilicet ſponſum) ſequebatur mulier caniſtrum geſtans, cæteris ordine ſequentibus, quæ aurum, patellas, ſmegmata, lecticas, pectines, lectos, alabaſtros, ſandalia, thecas, pyxides vnguentarias, interdum etiam dotem ſponſo vnà afferrent.* Hactenus ille, ſed iam ad ſacra pergamus.

Et quidem dubitari non licet, quin illa Vir- 366.
ginum parabola vocanda huc ſit, quæ ornauerunt lampades ſuas, & exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ. Matth. 25. Lucent faces, lampades præferuntur, quia ſponſus in domum ſuam ſpõſam reducit. Itaque nuptiales hæ lampades ſunt, & cùm noctu nuptiæ celebrarentur, facum, ac lucernarum vſus erat neceſſarius. Virgines autem, non pueri, quod fieri etiam ſolitum, hîc facem, & lucernas ſponſis præferunt, quia virgines virginem comitari debebant; Probè ſanctus Chryſoſtomus, hom. 12. in cap. 4. epiſt. ad Coloſſ. *Laudo*, inquit, *quod* VIRGINES ADSVNT *contubernalem ſuam honorantes, quod adſunt matronæ eam honeſtantes quæ iam in earum ordinem aſſumitur. Bene iſtud decretum eſt, ſunt enim hi duo chori* VIRGINVM, *&* NVPTARVM; *iſtæ tradunt virginem, illæ accipiunt.* Sic ille.

Virgines cur iſtæ ſſa lampades præferant
Matth. 26.

Etiam in illis ſacri epithalamij verbis, cap. 8. verſ. 6. *Lampades eius* (dilectionis) *lampades ignis atque flammarum: aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Aliqui non alienè nuptiales faces, lampadeſque ſubodorantur, nam nuptialis Cantici verba ad nuptialem ritum referre debemus, dum licet. Ex hoc colligitur nuptiales illas faces mutuam charitatem ſignificaſſe, quæ inter coniuges eſſe debet, quam nulla aquarum vis, nullus aduerſitatum, & tribulationum impetus obruere, ac ſepelire queat imò potiùs tam firma eſſe debet, vt reſtantibus in dies matrimonij moleſtiis, ac difficultatibus magis, magiſque creſceret, & accenderetur.

Lampades nuptiales etiã charitati ſignificandæ.
Cant. 8. 6.

Ad nuptialem hunc ritum aliqui ea verba 367.
vocant, quæ ſunt apud Lucam, cap. 12. verſ. 35. & 36. vbi Chriſtus nos admonens vt parati eius aduentum expectemus, eorum ſeruorum ſimilitudine vtitur, qui redeuntem à nuptiis ſponſum cum lucernis, facibuſque expectant: *Sint*, inquit, *lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum quando reuertatur à nuptiis:* vt hi homines ſint illi ſerui qui cum lucernis Dominum expectant. Firmat hunc ſenſum ſanctus Petrus Chryſologus, qui ſerm. 22. hæc verba explicans ait rectè cum nuptiis faces cohærere, vt luminum teſtimonio nuptiarum caſtitas celebraretur, cùm turpis, fœdaque libido lucem fugiat, & tenebras amet; ipſum audiamus: *Quia ſemper nuptiis* AMICÆ SVNT FACES: *luminum teſtimonio celebratur caſtitas nuptiarum. Sicut enim fugit lucem illicita qui præſumit, ſic multiplici coruſcat in lumine licita qui requirit.* Sed fors lucernæ, de quibus hîc Chriſtus loquitur, non ex peculiari nuptiarum ritu adhibitæ fuerunt, ſed ex communi omnium gentium, quibus noctu in vulgari vſu lucernæ, atque adeò domeſti-

Cum nuptiis faces cohærẽt, in quibus caſtitas elucet.
Luc. 12. 35.

S.Pet.Chryſ.

cæ.

cæ,& vulgares, non nuptiales hæ lucernæ fuerunt;ſed rem lectoris iudicio relinquo.

Etiam ob fœcunditatem lucernæ in nuptiis adhibita. Pſal. 131. Agell.

Aliam etiam ob cauſam adhibitæ in nuptiis lucernæ fuerunt,in fœcunditatis ſcilicet, & poſteritatis ſymbolum; nam lucernæ nomine poſteritas, & filij paſſim in ſacro ſermone dicuntur, hinc Pſalm. 131. verſ. 17. *Paraui lucernam Chriſto meo*,ideſt filium,& hæredem, quem ſenſum ſcitè probat Agellius ex 3.Regum, cap.15. hæc eius verba. *Paraui lucernam Chriſto meo, lucerna autem filium, & hæredem, poſteritatemque ſignificat,vt 3.Reg.15.Propter Dauid,inquit,dedit ei (Abia nimirum) Deus lucernam in Hieruſalem vt ſuſcitaret filium eius poſt eum,idque ibi clarius* LXX. *κατάλειμμα,r liquias, ac poſteritatem tranſtulerunt.*

368. *Scintilla, & lumē de filio, à Hier.* Stob. Tob, 10.4.

Sanctus quoque Hieronymus ad Saluianum huc flexit,dum ait: SCINTILLA VIGORIS *paterni lucet in filio & ſimilitudo morum per ſpeculum carnis erumpens.* Lumen filios vocat etiam Euripides cuius hæc ſunt verba apud Stobæum, ſerm.75.quod bonum ſit habere filias:*Verum*,inquit,*adeò egregium,viſúque pulchrum nihil eſt,quam cùm carentes prole cuius deſiderio maximo tenentur filiorum recens natorum domi* LVMEN *aſpiciunt.* Hac luminis metaphora illuſtratur obiter locus Tobiæ,cap.10.verſ.4. vbi mater his verbis conqueritur: *Heu, heu me fili mi! vt quid te miſimus peregrinari* LVMEN OCVLORVM *noſtrorum?* Lumen parentum filius eſſe debet ob ſplendorem, ac lætitiam quam afferre ſolet, ſi obſequens, ſi bonus filius ſit, alioquin denſas mœſtitiæ tenebras, caliginoſæ tribulationis noctes inuehit.

Lucernis vtebantur imponentes infantibus nomina. S.Chryſ.

Quid? quod lucernis etiam vtebantur imponentes infantibus nomen; vſitatum enim erat, vt natis infantibus plures lucernæ accenderentur,quibus ſingulis nomen imponebant, atque eius demum, quæ cæteris ſuperuixerat, nomen arripiebant, imponebantque infanti, putantes longam, ac diuturnam infantis vitam futuram. Tangit hunc morem ſanctus Chryſoſtomus,atque etiam damnat,hom.12. in cap.4. epiſt.1. ad Corinth.eius verba ſiſtenda hic ſunt: *Poſt matrimonium ſi natus fuerit infans,hic quoque rurſus videbis amentiam. Et cum infantem vocari oportuerit vt veteres primò faciebant,* ACCENSIS LVCERNIS, *& eis nomina imponentes efficiunt vt ea quæ diutiſſimè durauerit eodem nomine appelletur quo infans: hinc coniicientes futurum vt diu viuat.* Hactenus ille.

369. *Lampades de meretrice.* Ariſtoph. Lucret.

Tandem vt definiam: meretrices nuptiales lampades licet non habeant,quin potius nuptiarum puritatem auerſentur, luxuriæ fœditatem ament,lāpades tamen dicebantur, non quia lucerent, tenebris enim oblitæ omnino ſunt, ſed accedentes propiùs amburerent, velut picem liquarent;Ariſtophanes Veſpiſ. deſcribens propudioſam meretriculam vocat,lampadem, λαμπάδα, nam ſic olim vocabantur ſcortilla. Sic Apul.ſuam illam φωτίδα, *Fotida* à luce indigitat: Sic Lucretius.

At flagrans odioſa loquacula, LAMPADION *fit.*

Ergo Ariſtophanes vocans meretricem lampada,dat illi τὸ μέλαν, id eſt *nigrum quiddam*,& ſtatim addit:

Pix liqueſcit ab ea exuſta.

Qui liqueſcere timet,picis naturam exuat, ſi poteſt,nec ad ſatanicas has lampades accedat.

CAPVT XLIV.

De nuptiali corona.

Naues vndarum victrices coronatæ.
Sponſa olim coronatæ.
Obuelata ſponſa *aſparagonia coronata.*
Oliua *in nubentium corona adhibita.*
Concordia nuptialem coronam *nectat.*
Etiam ſponſus coronatus.
Sponſos *nuptiæ coronant.*
Etiam thalami *coronati.*
Poſtes *in nuptiis frondium ſertis* coronati.
Lanâ *poſtes coronati.*
Etiam qui de ſponſi familia *coronati.*
Corona nuptialis *ſacerdotis oratione conſecrata.*
Coronantur ſponſæ *in victoriæ ſignum.*
Populus vniuerſus *in Principis nuptiis coronatus.*
Hymenæus *nuptiarum præſes floridus, & coronatus.*
Apud Hebræos ſponſi coronati.
Coronas *ſibi populus Hebraicus impoſuit, cùm legem accepit tanquam Deo deſponſatus.*
Legis *nexus &* coronæ.
Sponſus decoratus *corona.*
Sponſi corona *ex myrrha.*
Sponſa quærens flores,nuptiarum *appetens.*
Cydaris *in nuptiarum ſignum.*

NAues olim cùm vndarum victrices portum ſubibant coronabantur.Tangit hunc morem Latinorum Poetarum princeps 1. Georg. 370. *Naues vndarum victrices coronatæ.* Virg.

Cen preſſa cum iam portum tetigêre carinæ
Puppibus,& læti nautæ impoſuêre CORONAS.

Et Propertius,lib.3. Prop.

Ecce CORONATÆ *portum tetigêre carinæ*

Quin lauro puppim redimitam affirmat Silius Italicus,lib.2.dum canit: Silius Ital.

——LAVRO REDIMITA *ſubibat*
Optatos puppis portus.

Etiam ſponſi qui luxuriæ fluctibus deuictia in coniugij portum ſe receperunt ſine coronis, non erant: coronabantur igitur olim ſponſi, vt ex prophanis auctoribus,exque ſanctis Patribus patet,qui huius ritus non ſemel meminêre, aliqua hic ex vtriſque delibabimus,vt facem diuinis litteris præferamus.

Sponſa olim coronata. Claud.

Et in primis ſponſam coronari ſolitam oſtendit Claudianus,lib.2.de Rapt.Proſerp.

——*Libertatémque comarum*
Iniecta voluit tandem frænare CORONA.

Id eſt, voluit è virginitate tranſire ad caſtra coniugij, cuius corona indicium erat,& omen: Idem auctor ibidem:

Nunc ſociat flores ſeſeque ignara CORONAT,
Tugurium fatale thori.

Eurip.in Iphig. Eurip.

Coronans eam adduxi tanquam nupturam tibi.

Iphigenia

Digitized by Google

Iphigenia apud eundem in Troad.

Mater corona caput MEVM CIRCVMDA

Et gaude propter meas regias nuptias.

Vbi vides matrem coronandæ filiæ munus obiiſſe.

371. *Obuelata ſponſa aſparagonia coronatur.* Plut.

Apud Bœotios ſponſa aſparagonia coronabatur. Ita refert Plutarchus de præceptis connubialibus, vbi addit ſponſam obuelari ſolitam, hæc eius verba: *In Bœotia* OBVELATAM *ſponſam aſparagonia* CORONAT. Huius ritus rationem reddit, dum ſubdit: *Vt enim fructum ille edit aſperrimâ ex ſpina ſuauiſſimum; ſic ſponſa*, & reliqua quæ ille proſequitur.

Oliua in nubentium corona adhibita. Sidon.

Oliuæ in nubentium coronatione meminit Sidonius his verſibus:

Tum Diua comes viridantis OLIVÆ

Pace ligat, nectit dextras, ac fœdera mandat.

Concordia nuptialem coronam nectat. Claud.

Non abs re, nam pax inter ſponſos neceſſaria, atque concordia. Hac eadem de cauſa has nuptiales coronas nectere Cõcordiæ tributum, in concordiæ, paciſque ſymbolum, quæ inter coniuges eſſe debet. Claudianus de nuptiis Honor. ita canit:

Tu feſtas Hymenæe faces, tu gratia flores.

Elige, tu geminas CONCORDIA NECTE CORONAS.

372. *Etiam ſponſus coronatus.* Apul. Plut.

Sponſum ſimiliter coronâ redimiri olim ſolitum nefas eſt ambigere. Apuleius 4. Metamorph. id apertè ſignificat: *Mariti, inquit, nomen inuocare, eumque adhuc vnguentis madidum,* CORONIS FLORIDVM *conſequi veſtigio me.* Plutarchus etiam & coronæ, & vnguenti meminit dum ait: *Senem vxorem ducere paratum, coronatum, vnguentatum.* Idem de Pompeio: *Illo autem* CORONATVR, *& ſacrificant nuptiis.*

S. Ephræm.

Ex noſtris hunc morem tangit ſanctus Ephræmus Syrus de imitat. prou. dum ait: *Mandas chariſſimum occidere filium, à quo ſperabam ſepeliendam Saram; talemne ipſe conſtruam thalamum mihi? talem nuptiis parabo lętitiam? vt in ipſo accendam non lampadem ſponſalitiam, non lumen vitius ac gaudij, ſed parentationis ignis,* ANNE CORONAM CAPITI IMPONAM, *anne thalamum nuptialē ædificabo? numquid pater ſicut dixiſti, &c. aut ne quidem vno dignus habebor filio? & nihil eiuſmodi contra protulit vir iuſtus.*

Sidon.

Sidonius Apollinaris, lib. 1. epiſt. 5. *Iam, inquit, virgo tradita eſt, iam* CORONA *ſponſus, iam palmatâ conſularis, iam cyclade pronuba, iam togâ Senator honoratus.*

Pallad.

Palladius Hiſtoriæ Lauſiacæ, cap. 7. de ſancto Amon loquens ait: *Viſum eſt ei &* CORONA REDIMIRI, *& ſedere in thalamo, & omnia ſuſtinere, quæ fiunt in matrimonio.*

373. *Sponſos nuptiæ coronant.* Tertul. S. Baſil Sel.

Et vniuersè ſponſos coronari tradit Tertullianus, cap. 13. de corona mil. dum ait: CORONANT *& nuptiæ ſponſos.* Vtrumque ſponſum coronatum indicat & ſanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, in vita Teclæ his verbis: *Imponam tibi, & ſponſo tuo optandam plurimum* CORONAM.

Etiam thalami coronati. S. Cyr. Alex.

Addo non ſolum nouas nuptas, ſed & thalamos quoque coronari ſolitos. Cyrillus Alexandrinus in Ioëlem. *Sponſæ, & nouæ nuptiæ, è thalamis nuper* CORONATIS *exeuntes, & lectulum genialem deſerentes.*

Poſtes quoque in nuptiis frondium ſertis coronatos innuit ſanctus Ambroſius, lib. 2. de Virginibus, dum ait: *Sic Virgo noſtra debuit prius amore pio ludere, aurea ebori regni cæleſtis fulgure mirari; in ipſo veſtibulo nuptiarum, & poſtes frondium ſertis cernere* CORONATOS, *& chori ſtrepentis interius haurire delicias, ne ſe prius dominio iugo timefacta ſubduceret, quam vocata inclinaret.* Hactenus ille.

Lanâ poſtes coronati. Plin.

Lanâ quoque coronatos poſtes aliqui obſeruarunt, noua enim nupta lanâ viri poſtes coronabat, fors vt molliores reddi viros muliebri hoc nexu ſignificarent. Nudè à nubentibus poſtes lana attingi tradit Plinius, lib. 29. cap. 2. LANAS, inquit, *authoritatem veteres Romani etiam religioſam habuêre, poſtes à nubentibus attingi iubentes.*

374. *Etiam qui de ſponſi familia coronati.* Vgo Car.

Quid? etiam qui de ſponſi familia erant in nuptiis ſponſi coronabantur in communis lætitiæ ſignum, id æuo quoque poſteriore factitatum indicat Vgo Carenſis in Pſalm. 20. in hæc verba: *Sicut fit in nuptiis, & feſtis omnes, qui ſunt de familia ſponſi* CORONAS DEFERVNT *in lætitiæ ſignum.* Habet enim lætitiæ ſignum corona, quidni? & Chriſtus etiam Cruci affixus coronam geſtauerat, nec poſuerat, vt nempè oſtenderet ſe non libenti ſolum animo, ſed etiam læto tot tormenta noſtri amore ſuſcipere, & tandem mortem ſubire.

Corona nuptialis Sacerdotis oratione conſecrata. Liturg.

Porrò nuptialis corona Sacerdotis oratione conſecrabatur; cuius quidem orationis in veteribus liturgiis hæc erat formula: *Bene † dic Domine Annulum iſtum, & Coronam iſtam, vt ſicut annulus circumdat digitum hominis, & Corona caput, ita gratia Spiritus ſancti circumdet ſponſum, & ſponſam, vt videant filios, & filias vſque ad tertiam, & quartam generationem: qui collaudent nomen viuentis atque regnantis in ſecula ſeculorum, Amen.* Sic ibi.

375. *Coronantur ſponſi in victoriæ ſignum.* S. Chryſ.

Ergo ſicut externa corona vtriuſque ſponſi caput coronabat, ſic ea intus Spiritus ſancti gratia animam redimere debet, vt probè dixerit ſanctus Cyrillus Ieroſolymitanus Spiritum ſanctum ſuper Apoſtolorum capita in die Pentecoſtes tanquam eorum coronam fuiſſe, tunc ſpiritales nuptias Eccleſia cum Chriſto contraxit, & in nuptiarum ſignum tali coronâ donata eſt.

Alia huius coronationis cauſa afferri poteſt digna quæ hic recenſeatur. Corona olim victoriæ ſignum erat; iure igitur coniugum capita coronata, vt tacitè ſignificarent, ſe libidini colla minimè ſubdidiſſe, ſed de impura Venere victoriam conſequutas, puras ad nuptiales thalamos veniſſe. Perquàm venuſtè, & appoſitè rem explicat ſanctus Chryſoſtomus, hom. 9. in epiſt. 1. ad Corinth. cap. 3. *Idcirco*, inquit, CORONÆ *imponuntur capiti, vt victoriæ ſigna ſint quòd ſcilicet antea libidini impenetrabiles ita demum cubiculum ingrediantur, quia ſcilicet à voluptate ſuperati non ſunt;* Pergit: *cuius iam rei gratia* CORONATVS *incedat, qui tam fœdæ libidini colla ſubdiderit?* Indignus ſertis, & coronis, qui nupſerit antea libidini, quàm vxori, & qui luxuriæ ſeruiuit cùm deberet pudori. Præterea ſponſi coronabantur in victoriæ ſignum, quia alios procos vicerint & ſponſam, quam illi ambiebant, obtinuerint.

Populus vniuerſus in Principis nuptiis coronatus. Zoſim.

Quandoque etiam populus vniuerſus in Principis, ſeu Imperatoris nuptiis choreas coronatus agere iubebatur. Zoſimus in Arcadio: *Vt Eunuchus vidit omnia de nuptiis ex animi ſententia ſibi ceſſiſſe, imperauit populo vt choreas ageret* CORONATVS *in nuptiis Imperatoris.*

Hymenæus nuptiarum præſes floridus, & coronatus. Catul.

Denique Hymenæus nuptiarum Præſes totus floridus, & coronatus ad nuptias inuocabatur: Catul. 62.

Cinge tempora FLORIDVS

Suaue olentis amaraci

Flammeum

Digitized by Google

Flammeum cape : lætus huc
Huc veni, niueo gerens
Luteum pede ſoccum.

376. *Etiam apud Hebræos ſponſi coronati. Philo.*

Ex his, quæ tum ex prophana ſchola, tum ex Patrum monumentis huc vocauimus, tutò pergere ad ſacra poſſumus, quibus ſuam lucem præmiſſa offerunt. Sed antequam ſacrarum litterarum loca producamus, præmittendum eſt, hunc in nuptiis coronandi morem etiam apud Hebræos viguiſſe. Philo de antiquitatibus Publicis introducens filiam Iepthe lugentem virginitatem ſuam, huius moris apertè meminit, cuius threnum integrum, quia nonnullas nuptiarum ceremonias continet lectori ſubiiciam, ita ergo ille ſcribit: *Et hic threnus eius, in quo plangens plorauit ſe antequam recederet, & dixit: Audite montes threnum meum, & intendite colles meas lachrymas oculorum meorum, & teſtes eſtote petra in planctu animæ meæ. Ecce quomodo accuſor, ſed non in vanum recipiatur anima mea, proficiſcantur verba mea in cælis, & ſcribantur lachrymæ in conſpectu firmamenti, vt pater non expugnet filiam, quam deuouit ſacrificare, vt princeps illius vnigenitam audiat in ſacrificio commiſſam; Ego autem non ſum ſaturata thalamo meo, nec* REPLETA SVM CORONIS NVPTIARVM MEARVM; *ò mater in vanum peperiſti vnigenitam tuam, quoniam factus eſt infernus thalamus meus, & confectio omnis olei, quod præparaſti mihi, effundetur, & alba, quam neuit mater mea, tinea comedit eam, & corona, quam texuit nutrix mea in tempora marceſcit, & ſtratoria, quæ texuit in genua mea de hiacynthino, & purpura, vermis ea corrumpet, & referentes de me virgines meæ in gemitu per dies plangent me.* Vbi obiter vides matrem nuptialem filiæ coronam ornantem.

Coronas ſibi populus Hebraicus impoſuit, cum legē accepit, tanquam Deo deſponſatus. R. Salom.

Etiam Dei legem Hebraïcus populus ſuſcepit coronatus, ad modum ſcilicet ſponſæ, vt oſtenderet ſe diuinæ legi ſubiectos; Meminit huius moris R. Salomon apud Lyranum in cap. 33. Exod. verſ. 5. vbi hæc verba explicat: *Quod per ornatum hic dictum non intelliguntur pretioſa veſtimenta, quæ iam depoſuerant: ſed intelliguntur* CORONÆ, *quas ſibi principales populi impoſuerant in die dationis legis, quando Dominus locutus eſt eis decem verba. Tunc enim populus fuit Deo deſponſatus per ſuſceptionem legis, & ideo fuerunt coronati ad modum ſponſæ, & has coronas non depoſuerant, ad oſtendendum quod volebant eſſe ſubiecti legi.*

377. *Legis nexus & corona.*

Iure corona redimitus legem accepit, vt ſic oſtenderetur Dei legem ingenti lætitià & accipiendam, & obſeruandam, adeò vt nihil lætum magis nobis accidere poſſit, quàm quum diuinæ legis obſeruandæ occaſio nobis exhibetur. Lex eum coronis excipienda, quia tunc verè coronis, ac diadematis ſumus digni, cum Dei verba auribus excipimus, & opere complemus. Probus coronæ, & legis nexus, quia præmium ſperare poteſt, imò & habere videtur, qui Dei legem amplectitur: de nexu coronæ, & legis multa dixi in lib. 1. Schedraſmatum, cap. 5. ſed propius ad ſacra accedamus.

Sponſus decoratus corona. Iſa. 61. 10.

Iam Iſaiæ verba ſua luce donantur, cap. 61. verſ. 10. hæc habentur: *Indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona*; quæ verba reſpicere antiquum coronandi morem, qui in nuptiis ſeruabatur, nullus, opinor, in dubium vertet; nuptiale ſertum in his verbis agnoſcit ſanctus Cyrillus Alexandrinus in huius capitis commentario.

Sponſi corona ex myrrha. Cant. 1. 13.

Ad hunc coronandi ritum reſpiciunt illa ſacri Epithalamij verba, cap. 3. verſ. 11. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis ſui* Non eſt hoc diadema regni inſigne, nec aureum, ſed nuptiarum ornatus erat & ex floribus compactum, vnde benè ſubditur in die deſponſationis illius. Habes ſponſi matrem ſponſum coronaſſe.

Ex myrrha hanc ſponſi coronam contextam eſſe, aliqui non aliene colligunt ex illis eiuſdem Cantici verbis: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, cap. 1. verſ. 13. ſubdit: *inter vbera mea commorabitur*; ac ſi diceret: ſponſus meus velut intertexta corona ex myrrha à collo dependebit ad pectus & vbera, tanquam corona collaris; nam ſponſum vxoris coronam dici non eſt inſolens. 378.

Sponſa quærens flores nuptiarum appetens. Cant. 2. 5.

Porrò ſponſa dum flores petit, quia amore languet, (ſic enim ipſa loquitur Cant. 2. verſ. 5. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo,*) nuptias quærit, & in nuptiarum ſignū, nuptialem coronam, quæ ex floribus fiebat componit.

Cydarā in nuptiarum ſignum. Zachar. 3. Chald.

Tandem Zachariæ locus illuſtrari poteſt, cap. 3. *Ponite cydarim mundam ſuper caput eius, & poſuerunt cydarim mundam ſuper caput eius.* Cydarim, atque tiaram, ſeu mitram ad nuptialem ornatum referre etiam poſſumus. Fauet Chaldæus interpres, qui ita vertit: *Tunc dixi, imponite cydarim mundam capiti eius, impoſueruntque cydarim mundam capiti eius, & acceperunt ei vxorem*; alia plura de hac nuptiali corona afferre hic poſſem; ſed ne iuſti capitis limites exeam, nonnulla in ſequens caput reiicio, & hic finio

CAPVT XLV.

Alia de nuptiarum coronis; vxoris corona vir, viri diadema vxor.

Hebræis quando ſponſo coronæ *interdictæ fuerint, quando* ſponſæ?
Vir tanquam princeps familiæ coronabatur.
Vir vxoris corona.
Coronæ *in ſponſa apparatu, & pompa.*
Sponſo ſol *comparatus, quia ſuis radiis coronatur.*
Sponſorum coronæ *ſunt, aliorum qui nuptiis interſunt, preces.*
Coniugum continentia ab Angelo coronata.
Caſtitas diademata *meretur.*
Vir vxorem ſuam magis quàm Rex diadema *diligat.*
Coronari *debet, qui in tempeſtatibus luxuriæ caſtam mentis, & corporis nauem ſeruauit.*
Longinquæ nauigationi ſe committentes à coronis *olim abſtinebant: Res ad nuptias flectitur.*

HEbræos quoque conſueuiſſe ſponſos coronis redimire, ea quæ ſuperiùs dedimus euincunt: quando verò prohibiti ſint ſponſos coronare, & quando ſponſas, non eſt adeò obuium, vt redundantis ſit operæ hîc perito lectori exhibere ex Hebræorum monumentis, vt ita dicam excuneatum. Veſpaſiani Imperatoris æuo, & edicto prohibitos Hebræos ſuos ſponſos coronare colligit 379.

Hebr. an quando ſponſi coronæ interdictæ fuerint, quando ſponſæ? Hebr.

tigit ex Rabbinis Hebræis R. Simeon filius Gamalielis, ita ſcribit: *Ab eo tempore, quo deſolatum eſt templum, nullus dies abit, quem aliqua maledictio non inficiat, nec benedictionis res deſcẽdit, ablatus a fructibus ſapor eſt*, addit alius: *Tempore Veſpaſiani prohibitæ, inquit, fuerunt,* CORONÆ SPONSI, *tempore Cæſaris prohibitæ ſunt* CORONÆ SPONSÆ, ex quibus verbis apparet & ſponſos coronatos olim apud Hebræos, & ſponſas.

Vir tanquam princeps familiæ coronabatur. Anon.

Signatè coronabatur ſponſus, tanquam princeps & Rex familiæ futurus: Benè ille: CORONA PRINCIPVM, *ac regum geſtamen fuit, quare cum in* CONIVGIO *vir fiat dominus, & quaſi princeps vxoris, & totius familiæ rectè coronatur.*

Vir vxoris corona. Lud. Viu.

Philonis ſapientiæ ſectatoris vxor, cum ſine aurea corona proceſſiſſet in publicum, & aliæ geſtarent, rogata cur non ipſa ferret? Vxori (reſpondit) ſatis ornatus eſſe, viri virtutem, & laudes. Ita Viues, lib. 2. de Christiana fœmina. Verè coronam auream merebatur, quæ aliâ coronâ, quàm viro ſuo redimiri non quærebat.

380. *Corona in ſponſa apparatu, & pompa. S. Chryſ.*

Sponſæ apparatum recenſens ſanctus Chryſoſtomus, hom. 42. ad populum etiam coronæ meminit, ait quippe: *Sicut in ſponſa licet thalami ſint velis aureis operti, & licet roſe, licet* CORONÆ, *licet ſponſus ſit formoſus, illa verò ſi ſit deformis, vtilitas eſt nulla.*

Sponſo Sol comparatur, quia ſicut radiis coronatur. Pſal. 18. Agell.

Ab hac quoque cauſa ſponſo Sol comparatur, quia Sol Oriens tanquam ſponſus radiorũ quodã diademate redimitur; Feſtiuè noſter Agellius in Pſal. 18. ad illa verba: *In Sole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*, ait enim: *Sed præcipuè videtur ſponſo prodeunti eam ob cauſam comparare Solem Orientem, quia inter cætera ornamenta* CORONA *ſponſi vtebantur: vnde in canticis eſt: Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua, in die deſponſationis eius, & in die lætitiæ cordis eius. Sol autem cùm oritur, quaſi diademate quodam, & coronâ radiorum vibrantium redimitus videtur.*

381. *Sponſorum coronæ ſunt, aliorum qui nuptiis interſunt preces. S. Greg. Naz.*

Nuptiarum coronæ ſint, eorum qui ſponſis gratulantur ſint preces, quibus fortunata omnia, & felicia ſponſis deprecentur; ab hac mente dicebat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 171. *Eucpiæ tui mores ac deliciæ: & nubendi tempus, & vitæ fundamentum, & parentum vota expleta: nos autem abſumus, quos maximè adeſſe, ac ſimul vota facere oportebat. Quin id quoque promiſeram, ſiquidem cupiditati ſpes ſuberat. Magnam enim ad fallendum vim habet, aliquid velle, atque ipſe quidem cum ſæpe proficiſci paraſſem, ac ſæpe rurſum cunctatus eſſem, tandem à morbo ſuperatus ſum. Alij igitur amores vocent (quandoquidem nuptiis conſentaneus, & ludus) & Virginis pulchritudinem pingant, ſponſique venuſtatem viciſſim attollant, thalamumque, vt floribus, ita ſermonibus conſpergant. Ego verò nuptiale meum carmen vobis accinam. Benedicat vos Dominus ex Sion: atque ipſe matrimonium concinnet; videaſque ipſe filios filiorum tuorum: penè addidi, te quoque meliores, ac præſtantiores. Hoc, & vobis, ſi adeſſem, optarem, & nunc opto. Cætera autem vobis curæ ſint, Ac pater filiam vittis redimiat, vt optauit. Hoc enim & ſicuti nuptiis interfuimus, preſcripſimus, nempè ipſorum* CORONAS *eſſe: noſtras autem* PRECES *quatenus ſcio locis minimè definitas, ac circumſcriptas eſſe.*

Coniugum continentia ab angelo coronata. Acta.

Legimus coniugum continentiam coronatam; auctor vitæ ſancti Amatoris, ita ſcribit apud Surium: *Cùm iam tempus adeſſet, quo inter ſe coniungi deberent mutuis exhortationibus ad nuncupandum virginitatis votum ſe permouerunt; adfuit autem Angelus Domini, qui* DVABVS CORONIS *mirifico ſplendore ornatis laudato propoſito ad perſeuerantiam eos inuitauit.*

Caſtitas diademata meretur. S. Iſid. Peluſ.

Meretur diademata caſtitas, meretur pudicitia diademata, hinc illud de Ioſeph apud ſanctum Iſidorum Peluſiotã, lib. 4. epiſt. 79. *Erubuit Ioſeph ea commemorare, quæ ſibi acciderunt ne* CORONAM *caſtitati debitam ſibi ipſi imponere videatur*: nullius capiti melius regia corona aptum quã caſtitatis.

382. *Vir vxorem ſuam magis quam Rex diadema diligat. S. Chryſ.*

Ament purpuram Reges, ament diademata, vir vxorem ſuam magis quam Rex diadema debet diligere, Peritè de vxorio regno, & diademate ſanctus Chryſoſtomus in Pſal. 4. *Quoniam*, inquit, *Dauid mulierem, quæ erat in viri poteſtate, tanquam* ALIENVM REGNVM *occupauerat. Cuilibet enim viro regnum eſt propria coniux, & non ſic Rex purpuram, ac* DIADEMA, *vt vir vxorem ſuam diligit.*

Coronari debet qui in tempeſtatibus luxuria caſtam mentis, & corporis nauem ſeruauit. S. Iſid. Peluſ.

Dignus ſertis, dignus coronis eſt, qui in tot tempeſtatibus, quibus preſſa corporis eius, & mentis nauis eſt, ſine naufragio ad nuptiarum portum nauem appulit, huc flectere poſſumus, quod habet ſanctus Iſidorus Peluſiota, lib. 5. epiſt. 99. *Qui è ſumma tempeſtate* NAVIM *conſeruarit, & ferocientem frænarit naturam, ne ille dignus fuerit, quem mille modis beatum, & mille coronis ornandum omnes iudicent. Quæ enim in ſenio accedit continentia, non tam eſt temperantia, quam quod libidini nequeat indulgere.*

Longinquæ nauigationi ſe committentes à coronis olim abſtinebant. Paſchaſ. Res ad nuptias flectitur.

Si ſeriò coniuges cogitarent curarum fluctus, incommoda, pericula, æſtus coniugij à coronis omnino abſtinerent; *Olim qui longinquæ nauigationi ſeſe permittebant*, verba ſunt Caroli Paſchaſij lib. 2. cap. 9. CORONIS *abſtinebant, ſicuti adeuntes pericula naufragij*: iuſtius abſtineant coniuges, maiora pericula maioris naufragij adituri, & nauigationem adeò longinquam ineuntes, quæ niſi in vitæ termino finem non habet.

CAPVT XLVI.

Quidam Hebræorum ritus circa nuptias.

Mariti, & vxoris nomina *deſcripta.*
Sponſalia benedici *apud Hebræos ſolita.*
Nuptiarum benedictio.
Vxorem ducere *quanti apud Hebræos fiat.*
Quo die *apud Hebreos virgines nubant, quo viduæ.*
Virginum arrhæ *duplo maiores, quã viduarũ.*
Mulier vbi nupſerit caput operit, *quod nunquam retegere licet.*
Sponſi plerunque ieiunant *eo die, quo nuptiæ fiunt.*
Cur poſt triginta *poſt feſtum Paſchatis* dies *vxores non ferè ducant Hebrei?*
כלה *cur ſponſa dicatur?*
כלל *quid?*
Ad nuptiale conuiuium *inuitatus offerebat inuitanti munera.*
Donaria *ſponſæ oblata poſt nuptiale conuiuium.*
Nuptiæ ſolent celebrari maximè cùm Luna *augetur.*

Cerei accenſi *vſus in nuptialibus tripudiis, riſui exprimendo.*

Sponſa per mediam vrbem *ducta, poſtea id prohibitum.*

Cauent Hebræi ne facilè in vxorem mulierem ducant, quæ plures extulerit *maritos.*

Benedictionis *cuiuſdam formula poſt cognitam vxorem, & vxoris virginitatem.*

Quæ virum extulit, *aut libellum repudij accepit non niſi poſt elapſum triginta dierum ſpatium nubere iterum poteſt.*

Filij ſponſi, *ſponſi familiares dicuntur.*

Benedictionis *formula, quæ recitatur cùm ſponſi ſub vmbella ſunt.*

Cur ſponſus, & ſponſi amici *nuptiarum dierum geſtent* thephilia.

Sponſi capiti cur cinerem *imponant Hebræi.*

383. VT legentis, & antiquitatis amatoris ſitis tantiſper minuatur, aliqua & de Hebræorum ritibus, qui in nuptiis ab illis obſeruantur hîc interſtruam: aliqua, inquam, nam plura lectori aggerere non eſt nec præſentis loci, nec præſentis temporis, præſertim cùm alibi quoque hæc rudera verſauerim.

Mariti, & vxoris nomina deſcripta.

Et in primis obſeruo in ſponſalibus apud Hebræos mariti, & vxoris nomina deſcripta fuiſſe, quod notauit etiam eruditiſſimus Baronius, tom. 1. in apparatu ad Annales Eccleſiaſticos.

Sponſalia benedici apud Hebræos ſolita. Hebr.

Sponſalia benedici conſueuerant, extat benedictionis formula in Hebræorum breuiario, vbi hæc inter alia habentur. *Qui* BENEDICTIONI *præeſt ſumit calicem vini, & his verbis benedicit: Benedictus es Domine Deus noſter Rex ſeculi, qui creas fructum vitis. Benedictus es Domine Deus noſter Rex ſeculi, qui ſanctos reddidiſti nos præceptis tuis. Et Benedictus es Domine, qui ſanctum efficis Iſraëlem per thalamum nuptialem, & conſecrationes coniugales.* Subdit: *Hoc recitato prægustat, deinde porrigit calicem ſponſo, & ſponſæ.* Hæc ibi. Additur & nuptiarum benedictio, poſtquam ita præcipitur: *Deinde qui benedixit libat vinum, & mox illud propinat ſponſo, & ſponſæ. Tandem ſeptem cunctis diebus conuiuij genialis ſi illic superueniant noui aliqui conuiuæ, iidemque illuſtres, qui non interfuerint benedictioni nuptiarum, eorum maximo honos benedictionis deferetur, ac in conuiuio recitabit benedictionem hanc cibi: Benedicamus Deo noſtro in cuius domicilio verſatur gaudium, ex cuius bonis viximus.* Hæc ibi, & alia plura, digna, quæ in legentium notitiam deuenirent.

Nuptiarum benedictio.

384. *Vxorem ducere quanti apud Hebræos fiat.*

Adeò vxorem ducere probant Iudæi; vt dicant ſine lætitia, benedictione, aliòque bono futurum, qui ſine illa eſt; ita R. Thamehum, cuius hæc ſententia circumfertur כל ישראלי שאין לא אשה שכרי בלא ברכה בלא טובה hoc eſt: *Omnis Iſraëlita, qui vxorem non habet, viuit ſine gaudio, ſine benedictione, ſine bono*; nimirum ſolam carnem ſapientes, carnis ſolius propagandæ legem putant, virginitatis hoſtes, quæ veris bonis fœcundior, quam nuptiæ ſint.

Quo die apud Hebræos virgines nubãt, quo viduæ. R. Leo.

Virgines apud Hebræos die Mercurij, aut Veneris nubere ſolẽt, Viduæ die Iouis, quod refert R. Leo in ſuo rituali Hebraïco part. 4. cap. 3.

385. *Virginum arrhæ duplo maiores, quàm viduarum.* Hebr.

De nupturis quoque virginibus hoc obſeruo, duplo maiores fuiſſe virginum arrhas, quã eſſent illarũ, quæ virgines non eſſent, in tract. de Chetuboth hæc habẽtur: *Arrhas vxoribus, quæ viduæ, vel aliàs non virgines ducuntur, minæ valore taxari: Virginum verò arrhas ducentorum eſſe, videlicet Zuzim, hoc eſt duas minas.*

Mulier apud Hebræos vbi viro nupſit ſtatim caput ſuum operit, adeò vt per integram ſuam vitam ei non liceat caput retegere, & ſuos capillos ſpectandos exhibere, hinc illud apud Rabbinos שער באשה ערוה *ſengar beiſſah ngaruah*, ideſt, *capillus in muliere dedecus*, illi quidem quod opprobrij loco eſt viro quia ad parum decora eius aſpectus allicit.

Mulier vbi nupſerit caput operit, quod nunquã retegere licet. Rabb.

Apud pleroſque viget hic mos inter Hebræos, vt tum ſponſus, tum ſponſa eo die ieiunent, quo nuptiæ fiunt, quod refert R. Leo in ſuo rituali part. 4. cap 3. 386.

Sponſi plerunque ieiunant eo die, quo nuptiæ fiunt. R. Leo.

Obſeruant Hebræi ne intra triginta tres dies, qui poſt paſcha immediatè decurrunt, vxores ducant, quia ſcilicet illis diebus mortui olim fuerint viginti quatuor millia diſcipulorum R. Achiuah; ſic præcipitur in....... tract. de Paſchate. Addunt ab eadem cauſa nec caput tondendum.

Cur poſt triginta poſt feſtum Paſchatis dies vxores non ferè ducant Hebræi. Hebr.

Hebræi, vt hoc adiiciam כלה *challah ſponſam* appellant, & כלולה *chelulah deſponſationem* à verbo כלל *chalal*, quod eſt *perficere*, quod ſcilicet in die deſponſationis omnis ſponſæ pulchritudo, & ornatus perficiatur, cura omnis prodeat ſponſæ exornandæ, & perficiendæ; omnia ornamenta expoliendæ ſponſæ producantur, perfectiſſiméque exornetur; ita innuebat & R. Dauid Kimchi in lib. radicum.

כלה *cur ſponſa dicatur.* כלל *quid.* R. Dauid.

Apud Hebræos qui ad nuptialẽ conuiuium inuitabantur, præbebant inuitanti munera, vt ſplendidè excipere omnes poſſit, ſic habetur in שלחן ערוך tract. de קדושין vbi hæc habentur: *Nunc ſolent peracto conuiuio vnuſquiſque inuitatorum vaſe in medio poſito* DONARIA *ſponſæ offerre, incipit ſponſæ pater, ſequuntur deinde ſanguine propinquiores, & tandem amici, aiuntque ſe in amoris ſignum ſponſæ dona exhibere.* 387.

Ad nuptiale conuiuium inuitatus offerebat inuitãti munera. Hebr. *Donaria ſpõſæ oblata poſt nuptiale conuiuium.*

Nuptiæ apud Hebræos ſolent celebrari, ſi fieri poſſit, dum Luna augetur, quod obſeruabat R. Leo in ſuo rituali part. 4 cap. 3.

Nuptiæ ſolẽt celebrari maximè cum Luna augetur. R. Leo.

Hebræi in nuptialibus tripudiis dum ſaltant accenſum cereum manu geſtant, quem ſaltator tandem mulieri geſtandum affert; idque in lætitiæ ſignum, & riſus exprimẽdi cauſa: olim etiam buxi faſciculum geſtabant manu dum ſaltarent; in עין ישראל hæc habentur; *R. Iehudah filius Ilnai buxi ramum geſtabat, & ante ſponſam ſaltabat, eiuſque laudes recenſebat.*

Cerei accenſi vſus in nuptialibus tripudiis, riſui exprimendo. Hebr.

Cùm ſponſas in lętitiæ ſignum in mediam vrbem ex more ſub vmbraculo Hebræi ducerent, id illis prohibitũ lego, ita R. Simeon: *Ad extremũ*, inquit, *prohibitum eſt, ne ſponſa exiret in publicum.* 388.

Spõſa per mediam vrbem ducta, poſtea id illis prohibitum. R. Simeon.

Cauent plerique Hebræorum ne mulierem in vxorem accipiant, quæ duos aut plures maritos habuerit, hanc maritorum interfectricem appellant; quæ religio ceſſat, ſi & vir multas vxores extulerit: Meminit huius moris R. Leo in ſuo rituali Hebraico part. 4. cap. 2.

Cauẽt Hebræi ne facilè in vxorem mulierem ducãt quæ plures extulerit maritos. R. Leo.

Inito matrimonio, & ſponsâ cognitâ, cognitâ ſanguine eius virginitate hanc benedictionem pronunciant, cuius mentio fit in סדר תפילות his verbis; (Omitto Hebræa, quæ Latinâ veſte indicta ita ſonãt:) *Benedictus ſis in Domine Deus noſter Rex mũdi, qui nucẽ poſuiſti in horto deliciarum, roſam vallium, vt eam nullus alienus inuadat, vt fons obſignata, idcirco hinnulus amorum ſemen ſanctũ cuſtodiuit cum puritate, & ſtatutã legẽ non rupit, ſit laudatus tu Domine, qui elegiſti Abraham, & ſemẽ eius poſt eũ.*

Benedictionis cuiuſdam formula poſt cognitam vxorem, & vxoris virginitatem. Hebr.

Quæ virũ extulit, aut quæ libellũ repudij accepit non poteſt iterũ nubere, niſi aut à morte viri, 389.

aut

Digitized by Google

Quæ virum extulit, aut libellum repudij accepit non niſi poſt elapſum triginta dierum ſpacium nubere iterum poteſt.
R. Leo.

aut à repudij receptione nouaginta excurſis diebus, vt ſcilicet conſtet grauida nec ſit ex primo marito, nec dubius partus ſit. Meminit huius ritus R Leo in ſuo rituali, lib. 4. cap. 2.

Filij ſponſi, ſponſi familiares dicuntur.
Matth. 9. 15.

Filij ſponſi etiam apud Hebræos illi dicuntur, qui ſponſi familiares ſunt, ſic in שלחן ערוך habes בני חופה ex qua phraſi intelligemus verba Chriſti Matth. 19. 15. *Numquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus?* torſit aliquorũ ingenia hæc phraſis, vt in plures etiam explicatus abierint; nobis hic obuius, & cohæreos ſenſus eſt, qui Hebræorum phraſi inhæret; per filios ſponſi ſpõſi familiares accipit, aut etiam eos, qui inuitati ad nuptiale conuiuium fuerunt, tales erant Apoſtoli ad eas nuptias vocati, quas cum Eccleſia Dei filius inibat.

Benedictionis formula, quæ recitatur cũ ſpõſi ſub vmbella ſunt.
Hebr.

390. Cum ſponſus, & ſponſa ſub חופה vmbellâ, ac tegumento ſunt hanc benedictionem dicunt Hebræi, vini calicem ſponſis offerentes: *Benedictus ſis tu Domine Deus noſter Rex mundi, qui fructum vitis creauiſti. Laudatus ſis tu Domine, Domine Deus noſter Rex mundi, qui ſanctificauit nos in ſuis præceptis; inhibuitque nobis impudica, & inhoneſta, & prohibuit nobis eas, quæ iam aliis nupſerunt, & cõceſſit nobis eas, quæ nobis nubent, media hac vmbella, ac tegumento, & ſanctificatione; Laudatus ſis tu Domine, qui ſanctificaſti Iſraël vmbellâ, & nuptiis*; per nuptias autẽ intelligunt hic legẽ ipſam, quã tanquam ſponſam acceperunt in monte Sinaï.

Cur ſponſus, & ſponſi amici nuptiarum dierum geſtẽt thephilia.

Sponſus nuptiarum die, ſponſi amici, familiareſque immunes à geſtatione thephilia ſunt, quia eo tempore vino ſolent incaleſcere, & capitis leuitate laborare, in שלחן ערוך huius rei mentio fit.

Sponſi capiti cur cinerem imponant Hebræi.

Sponſi capiti cinerem imponere Iudæi ſolent, vt in nuptiarum lætitia, & euerſæ Ieruſalem recordentur, ac nonnihil lætitiæ æſtum cinis veſut arena cohibeat, & temperet; mentio fit huius moris in שלחן ערוך tract. de קדושין in hæc verba: Hebraïca ſupprimo, Latinâ interpretatione contentus, quæ ſic ſe habet: *Opus eſt imponere* CINEREM IN CAPVT SPONSI *in loco vbi parantur thephilia in memoriam Ieruſalem, vt ſcriptum eſt; Ad ponendum mæſtis Sion gloriam loco cineris:* Siſto hîc, nec plura offero, præſertim cùm alibi etiam de hoc argumento aliqua libauerim, & Hebræorum rudera, vt ſeſe occaſio obtulit verſauerim, de libello repudij, qui poſt nuptias exhiberi apud illos ſolet, nonnulla obſeruabam, de qua re inferiùs agam, ſi priùs de vxoris dote varia ex variis prompta lectori appoſuero.

CAPVT XLVII.

De vxoris dote quidam ritus.

מהר Qu id, & vnde?
Celeritatis, & dotis *nexus*.
Stultus *audit qui dotem in vxore potius ſpectat, quàm probitatem.*
Animæ potius diuitias *in vxoribus ſpectabant antiqui Patriarchæ, quam copioſam rerum periturarum dotem.*
Feſtiuum de ſurrepta moroſæ vxoris dote *dictum.*
Solonis lege *præter tres ſtolas, & parui pretij ſupellectilem ſecum ferre ſponſa nõ poterat.*
Laudabile vetus Venetorum inſtitutum in dotis *quantitate decernenda.*
Tartari *quando accipiant dotem vxoris.*
Argenteum vas *nuptiarum tempore à Rege exhibitum filiæ.*
Puellæ antequam nuberent opes ſibi, *& pecuniam paulatim coaceruabant, quæ Dotis loco eſſet.*
De dote vxoris *non alienanda quorundam ſtatutum.*
Pecuniâ ſuam ſeruitutem vxor emit *mancipiis in hac re infelicior.*
Non digitis *ſed* auribus *ducenda vxor vt famæ habeatur ratio non dotis.*
Quinam digitis *vxores ducant?*
Iocus in eum qui diuitem *duxerat in vxorem, ſed mutam.*
Bona concordiæ dos.

391.
מהר *Quid & vnde?*
Celeritatis, & dotis nexus.
Mar.

PRæter ea, quæ de vxorum dote ſuperiùs diximus, alia mihi ſe offerũt, quæ offero docto lectori.

Et vt ab Hebraïco fonte exordiar, dos quæ nuptiarum causâ tribuitur מהר *moher* dicitur apud Hebræos à verbo מהר *mahar* quod ſignificat *accelerare*, & *feſtinare*: ſed quis dotis nexus, & feſtinationis? *Quia dos* ait Marinus in arca, *quæ datur à viro parentibus propter mulierem deſponſandam, datur celeriter ob deſiderium potiundi ea*: addo quia celeriter ad dotem homines decurrunt, atque adeò vbi magna, ibi concurſus maior, maior curſus, celeritaſque: ſed notandum eſt, quod ex vi Hebraïcæ vocis, idem verbum ſignificat etiam inſanire, & ſtultitia laborare, vt ab hac notione, quæ eidem verbo cohæret, à quo & dos, colligeremus, eos parum ſanos eſſe, & amentiæ quadam notâ inſignitos eſſe, qui in ducenda vxore dotis rationem habent, non probitatis, & caſtimoniæ, vt verus ille fuerit, qui dixit: *Iam ſtultitia nupſit, qui in nuptiis* DOTEM *ſpectat, non ſponſæ* DOTES, *non mores.*

Stultus audit qui dotem in vxore potius ſpectat, quam probitatem.
Anon.

Animæ potius diuitias in vxoribus ſpectabant antiqui Patriarchæ, quam copioſam rerum periturarum dotem.
Gen. 24. 51.
S. Chryſ.

392. Seruus Abrahæ in Meſopotamiam ierat, vt vxorẽ inde eius filio Iſaac acciperet: Rebeccam inuenit, & habito parentum, ac fratris, ipſiúſque conſenſu eam adducit ad Iſaac: ſed dum nuptias tractat, nuſquam dotis, nuſquam opum mentio fit: hæc tantum audimus: *En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij Domini tui.* Geneſ. 24. verſ. 51. Nempe in vxoribus virtus quærenda, non opum abundantia, virtute prædita vxor ſit, non onuſta diuitiis: Rem iſtam his verbis expendit ſanctus Chryſoſtomus, homil. 48. in Geneſim: *Ecce habes virginem, tolle eam, & proficiſcere: Vidiſti quomodo ſolebant olim filiis ſuis vxores ducere? Quomodo magis* ANIMÆ GENEROSITATEM, QVAM OPVM ABVNOANTIAM *inquirebant: nuſquam inſtrumenta, nuſquam pacta, & alia ridicula, quæ nunc apud nos fiunt, & verba illa, quæ in litteris continentur, ſi abſque liberis inquit moritur, ſi hoc & hoc contingat.* quæ vtinam noſtrum æuum neſciret, & magis ridicula non ageret.

Feſtiuum de ſurrepta moroſæ vxoris dote dictum.
Panorm.

Quid refert magnas opes ab vxore accipere, & omni probitate vacuam vxorem poſſidere, omnique improbitate refertã? In pleroſque opinor feſtiuum Alphonſi Regis dictum quadrat, quod refert Panormitanus, lib. 2. de eius geſtis:

Cùm Triſponius Iuteconſultus, & Alphonſi Aragonum Regis Conſiliarius, trecentos aureos Alphonſeos, quod ſupererat dotis, furto ſurreptos perdidiſſet, ac ptopterea animo angeretur, & eſſet ſibi vxot, & illa quidem admodũ motoſa: Regem Alphonſum dixiſſe ferunt: Longè illi melius fore, ſi vxotem, quam pecuniam fures abſtuliſſent. Loquuntur qui moroſæ vxoris moleſtia premuntur, quam moroſiorem dotis magnitudo facit, & opes improbiorem reddunt. Sed ad antiquos ritus redeamus.

Solonis lege præter tres ſtolas, & parui pretij ſupellectilem ſecum ferre ſponsa nõ poterat. Plut.

393. Vxores magnam ſecum dotem deferre adeò Soloni diſplicuit, quod ea tes venale eſſe nuptiarum fœdus innueret, vt propterea legem tulerit, quà inhiberetur ne præter tres ſtolas, & parui ptetij ſupellectilem aliud quiequam ſponſam ſecum deferret. Ita tradit Plutarchus in vita Solonis, dum ait: *Cæteris coniugiis* DOTES DETRAXIT, *ſponſ im que præter tres ſtolas, & ſupellectilem parui pretij aff. rre quicquam vetuit Neque enim meritorium, ut venale volebat fœdus eſſe nuptiarum* Sic ille, & opportuoè, quod vtinam in exemplũ iret.

Laudabile vetus Venetorum inſtitutum in dotis quantitate decernenda. Egnat.

Laudabile in hac re Venetorum inſtitutum fuit apud Venetos enim vetus lex diu viguit, vt quicunque diuitiis etiam excellerent, millenos non amplius aureos dotis numine legitimo matrimonio natis puellis tãtũ impẽderẽt. Ita Egnatius, lib. 9 cap. 1. Sed abolitum hoc inſtirutum eſt magno familiarum incommodo, & ipſarũ puellarum damno, vt quotidie videmus.

Tartari quã de accipiant dotem vxoris

Apud Tartaros a viro nulla pro vxore habetur donec peperit, & tunc dotẽ à parentibus accipit. Sterilis pro viri arbitratu terineti, aut expelli poteſt, ita refert Bonfinius, lib. 8. Decad. a. Impia omnino lex ea quæ barbariem ſuam ſapit.

Argenteum vas nuptiarũ tempore à Rege exhibetur filia. R. Dauid.

394. Argenteum vas Regem filiæ exhibuiſſe nuptiarum tempore indicat R. Dauid de Remis dum ait ארגנטין *argentin, argenteum vas, quod Rex dabat filiæ nuptiarum tempore.*

Puellæ antequam nuberent opes ſibi, & pecuniam paulatim coacernabãt, quæ dotis loco eſſet. S. Pet. Dam.

Ipſæmet puellæ antequam nuptui traderentur opes ſibi, pecuniáſque paulatim congerebãt, quas in ſponſi domum deferrent. Huius moris, qui ſuo æuo vigebat his verbis meminit ſanctus Petrus Damianus epiſt. 15.. *Illud etiam vos non latet, quia puella in domo parentum, cum puberes adoleſcere cùm iam nubilibus incrementis cœperint propinquare ſcientes, quia paterna ſubſtantia maſculini ſexus hæredibus permaxime reſeruetur, capſidilia ſibi quadamque marſupiarum receptacula comparant, vt quæque potuerunt hinc inde corradere, his ſtudeant cautius infercire; quatenus ad* NVPTIALES THALAMOS *tranſeuntes tanto minus apud extraneos erubeſcere compellantur, quanto eas ex paterna domo congeſtarum opum ditior copia comitatur.*

De dote vxoris non alienanda quorundam ſtatutum. Stat.

395. De dote vxoris non alienanda ſine ſuperioris licentia, affiniumque præſentia extat hoc ſtatutum Portuſnaonis, lib. 1. *Statuimus, & ordinamus, quod nulla mulier poſſit, nec valeat vendere, vel alienare, vel quoquo modo obligare* DOTES, *&* IVRA SVA DOTALIA *ex nulla cauſa, nec marito obligan ti conſentire, nec ſuum præſtare conſenſum ſine licentia D. & in præſentia duorum, vel trium affinium propinquorum ipſius mulieris. Ita quod ſi qua mulier, vel obligauerit cum conſenſu mariti eidem mulieri nullum iudicium generetur; immò dicta obligatio conſenſus, vel venditio nullius ſit valoris, roboris, vel momenti.*

Pecunia ſua ſeruitutem vxor emit, mancipiis in hac re inferior. S. Ambroſ.

Dotem exhibet mulier, dum nuptui traditur; diceres ſuã illam pecuniã ſuam emere ſeruitutem; ſancti Ambroſij hæc ſunt verba in exhort. ad Virg. quibus nupturam ita vellicat: *Quæ nupſerit ad ſeruitutem ſua pecunia venditur, meliore conditione* MANCIPIA, *quam* CONIVGIA *comparantur, in illis meritum emitur ſeruitutis, in iſtis pretium ad ſeruitutem additur, nupta venalis auro grauatur, auro æſtimatur.*

Non digitis, ſed auribus ducẽda vxor, vt famæ habeatur ratio, non dotis.

Auribus non oculis, digitiſque ducenda eſt vxor, non dotis habenda ratio, non formæ, ſed famæ, ſed probitatis; pulchre ille:

— Nec DIGITIS, *nec* OCELLIS *ducitur vxor*
Si digitis; iam DOS *imperat ipſa viro:*
Sin oculis, forma vis inſidiatur amantum
AVRIBVS EST VXOR *ſic ſocianda magis.*
Mollicies morum placet apta, probatáque fama
Si tria iuncta tamen ſint bene: Petri, placet.

Quinam digitis vxorem ducant. S. Hier.

396. Spectatur in vxore dotis magnitudo, non ſpectantur dotes, diuitiæ quæruntur, non virtutes, hoc à ſecundis nuptiis Marciam auocauit, de qua ita ſcribit ſanctus Hieronymus, lib. aduerſus Iouinianum, cap. 17. *Marcia*, inquit, *Catonis filia minor, cùm quæreretur ab ea, cur poſt maritum amiſſum denuo non nuberet: reſpondit non* SE *inuenire virum, qui* SE *magis vellet, quam* SVA: *quo dicto oſtendit, diuitias magis in vxoribus eligi ſolere, quam pudicitiam: & multos non oculis, ſed digitis vxores ducere, optima ſanè res, quam auaritia conciliat.*

Iocus in eum, qui diuitem duxerat in vxorem, ſed mutam. Paſch.

Eum, qui diuitem vxorem duxerat, ſed mutam; ita perſtringebat Paſchaſius, lib. 4. Epigr.

Muta erat at locuples quam duxit Iulius Ollam:
AVRO *pro* DOMINA, *ſermo venuſtus erat.*

Bona concordia dos.

Diuitem ſecum dotem defert mulier, quæ cum viro concordiam habet; de hac dote bene ille ſentiebat:

Amore diues, quæ viri
DOTEM FERENS CONCORDIAM;
Iræ, viro non imperans
Hæc eſt bona, hæc donum Dei.

CAPVT XLVIII.

De repudianda vxore, & libello repudij.

Libellus repudij repudij charta *dicebatur.*
Libellus de *Epiſtola.*
Publicè apud Scribam *libellos repudij ſeruari ſolitos aliquorum coniectura.*
Quid præſtare *debeat libellum vxori daturus.*
Quis libellum repudij ſcribere *ritè non poſſit.*
Libellus repudij ſtatæ magnitudinis *& certo linearum numero.*
Qualis eſſe debeat chartæ libellus? *in qua ſcribitur figura? quàm à maculis pura?*
Arundine *ſcribitur non pennis animalium.*
Litteræ *debent eſſe diſtinctæ.*
Atramentum *ſi in chartam decidat, auctoritatem libellus amittit.*
Nulla raſura *debet in libello apparere.*
Ea, quæ ad repudij ritum neceſſaria quando parentur.
Si excidat *è manu libellus virtutem amittit.*
Formula *libellorum repudij quibus verbis concepta?*
De mulieris repudio *Romuli lex.*

Mundi

Mundi illecebris , & ambitionibus repudium *dare debemus.*

Vitiis libellus repudij *dandus eſt.*

397. CVm de nuptiis agamus , non erit , abs re ſi de libello repudij aliqua hic nectamus , quæ nec diſſita ab argumento res ſit , nec à docti lectoris guſtu abhorrens ſit futura; poteram plura de hac re huc aduehere , ſed alia multa , quæ propiùs argumentum , quod tangimus,tangunt,nos ad ſe vocant, vt in his immorari nobis minimè integrum ſit: ſatis nobis erit rem libaſſe.

Libellus repudij, repudij charta dicebatur. Chriſt.Grã. *Libellus de epiſtola.* Bud.

Libellus repudij repudij charta dicebatur. Chriſtianus Grammaticus in cap.13.Matth. *Libellum autem* CHARTAM DICIT REPVDII; nam libellum etiam de litteris dici apud prophanos auctores alibi obſeruo; Budæus libellum de Epiſtola aſſertoria dici,ex iuris fontibus probat ; hinc illud : *Significet id* LIBELLO *manu ſua ſubſcripto.*

Publicè apud ſcribã libellos repudij ſeruari ſolitos aliquorum coniectura. Forer.

Publicè libellos repudij apud ſcribam ſeruari ſolitum ſuſpicatur Forerius in cap. 49. Iſaiæ, dum ait : *Seruabantur huiuſmodi libelli fortè non ſolum apud repudiatum , ſed apud* PVBLICVM SCRIBAM.

Quid præſtare debeat libellum vxori daturus. Hebr.

Daturus vxori libellum repudij debet ipſe ipſum conſcribere,aut certè notario id ſcripturo neceſſaria donare,chartam, calamum , atramentum ; ſic præcipitur in שלחן ערוך tract.de repudio;quæ etiam à notario ſcripta notario offert,vt habetur in סדר הגט.

398. *Quis libellũ repudij ſcribere rite non poſſit.*

Scribere libellum repudij non poteſt mancipium,nec ſurdus,nec puer,vt in eodem tractatu habetur , quod ſi ſcriptus ab aliquo iſtorum libellus ſit nullus eſt, licet adſint teſtes idonei, & alia requiſita.

Libellus repudij ſtatæ magnitudinis,& certo linearum numero quid.

Libellus repudij ſtatæ magnitudinis eſt,certum linearum expoſcit numerum , duodecim tantum eſſe poſſunt,non plures,non pauciores; ſic in שלחן ערוך tract.de repudio hæc habentur de hac re : *Conſuetum eſt libellum repudij formare* DVODECIM LINEIS ; hinc apud Hebræos hic libellus גט *gheth* vocatur , quæ vox ſuis litteris duodecimum numerum producit, nam ג *ghimel*, 3. ט *teth* verò 9.in numeris Hebraicis valet.

Qualis eſſe debeat charta libellus,in qua ſcribitur figura ; quam à maculis pura.

Caueńt ne perfectè quadratam figuram referat charta , in qua ſcriptus hic libellus eſt , cùm longior eſſe debeat, quàm latior , ouata quoque inepta, huic muneri cenſetur , nulla maculâ debet eſſe infecta charta , in quâ repudij verba exaranda ; Litteræ ſcitè formandæ , hac cautione,ne ſe inuicem coniungant.

399. *Arundine ſcribitur non pennis animalium.*

Libellus repudij aliquorum Hebræorum mente calamo ſcribi non poteſt ex pennis animalium ſumpto , vel calamo ipſo , & arundine ad ſcribendum concinnato , ſicut religiosè ab illis fit , dum librum legis exſcribunt ; mentio huius rei fit in שלחן ערוך tract.de גט repudio.

Litteræ debẽt eſſe diſtinctæ.

In ſcribendo hoc libello hanc quoque cautionem ſeruant Hebræi , vt vna littera alteram non attingat, ne quid ſcripturæ vitium irreperet , atque adeò rotundis,probéque formatis,& perſpicuis litteris vtuntur ; quod ſi inter ſcribendum aliqua atramenti guttula in chartam caderet , libellus nullam auctoritatem haberet, vt alius denuo exarandus ſit ; nulla præterea in libello iſto raſura debet apparere,ne vitij ſuſpicionem aliquam exhibeat , quæ omnia ex Hebræorum monumentis prompta ſunt.

Atramentũ ſi in chartam decidat auctoritatem libellus amittit. *Nulla raſura debet in libello apparere.*

Nouarini Nuptiales Aquæ.

Ea parare , quæ ad repudium neceſſaria ſunt, die ante ſabbatum non probant Iudæi ; hinc illud apud ipſos : *Sunt aliqui , qui cauent ordinare repudium in vigilia ſabbati.* 400.

Ea , quæ ad repudij ritu, neceſſaria quando parentur.

Si è manu ſponſæ , dum libellum accipit,excidat caſu repudij libellus, excidit ab illo omnis virtus , vt ineptus omnino ſtabiliendæ ſeparationi cenſeatur ex Hebræorum mente.

Si excidat e manu libellus virtutem amittit.

Formula libellorum repudij quibus verbis concepta.

Formula libellorũ repudij his verbis concepta eſt , apud Maïmonidem libro נשים perech. IV.
די הוית אנתתי מן קדמת דנא וכדו פטרית ושבקית
ותרוכית יתיכי ליכי די תהויין רשאה ושלטאה בנפשיכי
למהך להתנסבא לכל גבר די תצביין ואינש לא ימחה
בידיכי מן שמי מן יומא דנן ולעלם והרי את מותרת
לכל אדם ודן די יהוי ליכי מנאי ספר תירוכין וגט
פיטורת שבוקין בדת משה וישראל idest : *Quæ fuiſti vxor mea antehac ; nunc verò repudio,dimitto,atque expello te,vt fias libera , dominaque tui potius ad abeundum , & nubendum cui viro volueris, & nemo reiiciatur per te propter nomen meum , à die hoc vſque in ſeculũ. Itaque licita eſto omni homini: & hicce erit tibi a me libellus repudij , & libellus expulſionum,& epiſtola dimiſſionis , iuxta legem Moyſis , & Iſrael.* Hactenus repudij formula , ſed liceat nobis alia de repudio ex aliis afferre.

401. *De mulieris repudio Romuli lex.* Plut.

De mulieris repudio hæc Romuli lex recenſetur à Plutarcho in eius vita : *Leges Romulus nonnullas tulit : ex quibus illa dura eſt , quæ mulieri à viro vetat diuertere , at viro permittit illam veneficio ſublatis liberis vel ſubdito partu , vel adulterio admiſſo repudiare. Sin alia de cauſa domo exegerit, eam partem bonorum viri attribuit mulieri , partem Cereri conſecrauit : Qui repudiaſſet vxorem,deos manes placaret.*

Mundi illecebris,& ambitionibus repudium dare debemus. S.Ambroſ.

Nos mundo, mundique illecebris , & ambitionis libellum repudij dare debemus ; ſancti Ambroſij verba hæc ſunt lib. de pœnitentia, cap.32.*Fugiamus pompoſas illecebras mundi,& ambitionibus eius* DEMVS REPVDIVM ; Deo nubere qui vult iis omnibus det repudium , quæ Deo diſplicent.

402. *Vitiis libellus repudij dandus eſt.* S.Bern.

Denique vt non omnibus repudij libellus conceſſus eſt, laudabile eſt, & omnibus permittetur. Hæc facultas , ſi vitia , & eorum mater concupiſcentia rèpudianda ſint , vt optimè hîc cadant verba ſancti Bernardi opuſc.de charitate cap.23.vbi ita loquitur : *Qui ergo primum recolebat in amaritudine animæ ſuæ perditos dies ſuos per aquam concupiſcentiæ dedit* LIBELLVM REPVDII,*& abolitione criminum impetratâ,ſe pignus , & arrham gratiæ celeſtis percepiſſe cognouit* : virtutem in vxorem ducere qui cupit , vitiis prius det repudium,det concupiſcentiæ.

CAPVT XLIX.

Vxores olim emptæ;de ſponſæ dote aliqua libata.

Olim ſe maritus,& vxor emebant.

Emebant *ſe coniuges ne vxor ancilla videretur.*

Græci vxores emebant.

Venalis *vxori maritus.*

Indi vxores emunt.

Dotem *maritus vxori offert apud Germanos.*

Sponſa nullam ſecum dotem *defert apud Sinas.*

Thraces vxores emebant *magno pretio.*
Apud nonnullos quò quis ditior, *eò plures ſibi vxores emit.*
Venalis *nuptura exponebatur.*
Venditio, *&* emptio *in coniugio improbata.*
Vxores emere *etiam apud Hebraos in vſu.*
Argentum, *quo* emitur *vxor, repeti à viro non poterat.*
Cur olim vxores ſibi emerent *viri.*
Empta *vxor.*
Emere *nuptiarum verbum.*
Chriſtus Eccleſiam tanquam ſponſus ſanguine ſibi emit.
Emptio *in coniugio.*
Dona *in nuptiis à viris oblata.*
Dona *ſponſa data.*
Vxores aliqui vendere *conſueuerant.*
Vxor vendita.
Impiè aliqui vxores *commutabant.*
Virgines Lycurgi lege ſine dote ducebantur.
Inſtrumenta terra excolenda in dotem *exhibita.*
Quanam apud nonnullos ſponſa ſupellectiles.
Viduæ *apud Indos quando dotem amittant.*
Prouerbium in eos qui ob lucrum *ducebant vxores.*
Magna mulieris dos *pudicitia, & virginitas.*

403. NOn ludemus, opinor, operam, cùm de nuptialibus ritibus aliqua libauerimus, ſi breuiter quæ tum Hebræorum, tum Gentilium in emendis vxoribus coſuetudo ad ſacrarum litterarum locem, huc enim labor noſter collimat, hic prodiderimus.

Olim ſe maritus & vxor emebant.
Virg.

Apud Antiquos vxores, & mariti inuicem ſe emere ſolitos nulli dubium eſt. Tangit hunc morem Virgilius. 1. Georg. cum ait:

Teque ſibi generum Tethys EMAT *omnibus vndis.*

Seru.

Emebant ſe coniuges ne vxor ancilla videretur.
S. Iſid. Hiſp.

Vbi Seruius antiquitatis peritiſſimus hæc habet: *Ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo ſe maritus, & vxor inuicem* AMEBANT. Hoc idem habet ſanctus Iſidorus Hiſpalenſis, lib. 5. Originum, cap. 24. vbi explicans dotis etymologiam ait: *Dictam dotem dicuut, quaſi do item. Pracedente enim in nuptiis donatione dos ſequitur; nam antiquus nuptiarum erat ritus,* QVO SE MARITVS, ET VXOR INVICEM EMEBANT, *ne videretur ancilla vxor. Hinc eſt quod pracedente donatione viri, ſequitur dos vxoris.* Hæc ſanctus hic. Emebat igitur vxor virum, & à viro emebatur, ne aocilla eſſe videretur; de hac emptione meminit quoque Ariſtoteles ſecundo politicæ, cap. 6. vbi ait: *Antiquas leges valde ſimplices, ac barbaras fuiſſe conſtat, Graci ſiquidem* VXORES EMEBANT INVICEM.

Graci vxores emebant.
Ariſt.

404. Venales vxoribus maritos fuiſſe, & maritis vxores, indicat etiam ſanctus Gregorius Nazianzenus in carmine virginit. dum ait:

Venalis vxori maritus.
S. Greg. Naz.

VENALIS *eſt vxori maritus, &, quod hoc eſt deterius*
Sapenumero neq; bonus, & venalis vxor marito,
Sape & odioſa.

Sed preſſius de vxoris emptione agamus. Indi, vt ſcribit Strabo, lib. 15. multas nuptas habent, quas à parentibus accipiunt pari boum emptas, aliàs obedientiæ gratia, aliàs prolis, ac voluptatis, & niſi caſtas eſſe cogant, fornicari licet. Idem habet Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 3. vbi addit, vnius tribus alterius ſumere non licere. De Indis habet Ioannes Petrus Maffæos, lib. 6. Hiſt. *Ad nuptias* DOTEM *non viro fœmina, ſed vir femina defert.* Sic ille. Vendi mulieres, dum nuptui traduntur indicat etiam Sophocles apud Stobæum, ſerm. 66. inducens mulierem ita loquentem:

Indi vxores, vt emant.
Strabo.
Alex. ab Alex.
Io. Pet. Maf.
Sophocles.

Vbi ad pubertatem hilares peruenimus
Pellimur foras, atque DIVENDIMVR,
Alia quidem peregrinis viris, alia barbaris.

Homerus id ſuo æuo factitatum ſignificat Iliad. 9. vbi Agamemnonem ita loquentem inducit:

Homerus.

Harum quam velit dilectam AINE DOTE *abducat*
Ad domum Pelei, ego verò dotem addam
Ingentem valde.

In quibus verbis indicat ſponſum, dotem exhibere ſolitum, à qua obligatione ſingulari quodam priuilegio generum abſoluit Agamemnon. 405.

Tacitus de Germanis hoc idem teſtatur, dum ait: DOTEM *non vxor marito, ſed vxori maritus affert.*

Dotem maritus vxori affert apud Germanos.
Tacit.

De Sinis hoc idẽ referebat Nicolaus Trigautius de expedit. Chriſt. lib. 1. cap. 7. *Sponſa nullam ſecum* DOTEM *defert: ac tametſi quo die in Mariti domum pergit, multam ſupellectilem ſecum ferat, tanto apparatu, vt copioſiores & viros oppleant, omnis tamen illa ſupellex Mariti ſumptibus comparatur, qui aliquot menſibus prius magnam pecunia ſummam dono ſubmittit.*

Sponſa nullã ſecum dotem defert apud Sinas.
Nic. Trig.

Hæc potiſſimum conſoetudo erat, vt viri vxores emerent. Secundus lib. 7. Anabaſ. *Et ſi vlla,* inquit, *eſt tibi filia eam Thracia lege* EMAM. Addo, & magno ferè pretio apud Thraces emi conſueuiſſe, quod tradit Herod. lib. 5. his verbis: EMVNT THRACES VXORES *à parentibus magno pretio.* Sic ille.

Thraces vxores emebant magno pretio.
Herod.

Cafres vxores emunt, & quò quiſque ditior, eò plures habet. Ita refert Godignus in vita Gonzali Syluerię, lib. a. cap. 10. ac ſi diuitiæ emendis vxoribus deſeruireot.

Apud nonnullos quò quis ditior eò plures ſibi vxores emit.
God.

Hunc eundem morem & tangit Beatos Ambroſius, & etiam damnat, lib. 1. de Virginibus in hæc verba: *Quàm vero miſerabilis illa conditio, quod tanquam mancipij forma* VENALIS NVPTVRA LICITATVR: *& qui pretio vicerit, emat. Tolerabilius tamen mancipia veneunt, qua ſapè ſibi Dominos legunt. Virgo ſi eligat, crimen eſt; ſi non eligat, contumelia.* Sic ille. 406.

Venalis nuptura exponebatur.
S. Ambroſ.

Hinc ſanctus Chryſoſtomus loqoutionem illam ſogillat, quâ nuptias circumſcribentes, dicebant; ille cum illa contraxit, quo verbo emptio quædam, & venditio indicabatur; ſic ſanctus iſte Pater ſcribit hom. 74. in Matthæum: *Audiui multos dicentes: ille* CONTRAXIT *cum illa, ideſt, coniugio copulati ſunt, ita donum Dei vituperant, cum quaſi* VENDENTES, *&* EMENTES VXORES *viri ducant, & viris nubant mulieres.* Sed ad Hebiæos etiam, & ſacrarum litterarum loca illuſtranda accedamus.

Venditio, & emptio in coniugio improbata.
S. Chryſ.

Emptione nuptias contrahi ſolitas etiam Hebræorum mos confirmat, quibus hoc olim familiare, & legis loco, in שלחן ערוך tract. de קדושין huius rei mentio fit, additúrque id coram duobus teſtibus fieri debere, & argentum, aut aliud

Vxores emere etiam apud Hebraos in vſu.
Hebr.

Digitized by Google

aliud æquiualens exhiberi, aliique ritus indicantur.

Argentum, quo emitur vxor repeti à viro non poterat.

Argentum quo emitur vxor repeti à viro non poterat apud Hebræos, ſic in שלחן ערוך tract. de hac re, fuſiſſimè de emptione agitur, ritibúſque in hac re ſeruari olim ſolitis, ex his ad ſacræ ſcripturæ loca illuſtranda pergo.

407. *Cur olim vxores ſibi emerent viri.* Gen.29.18.

Et in primis ea verba aperiuntur quæ habet Iacob Labanum alloquens, Gen.29. verſ.18. ait: *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptem annis.* Tam diuturnum laborem ſpondet dotis loco, qua vxorem ſibi Labani filiam emeret, quod fieri illo æuo conſueuerat. Ratio huius conſuetudinis eſſe poterat, quia facilè tunc vxores repudiabant, quod hodie non fit, & idcirco dotem vxores viris exhibent, & magnam. Huc ſpectauit etiam Oleaſter explicans præmiſſa Iacobi verba, ſic enim ille ſcribit in commentario, cap. 29. Geneſis: *Seruiam tibi ſeptem annos pro Rachel. Solebant illo tempore* VIRI VXORES PRETIO ACQVIRERE, *quod & Saraceni hodie faciunt, & putarem hoc ideo factum, quoniam licebat reiicere, ſi diſpliceret fœmina, nunc verò cum dote maxima accipere recuſant, quoniam reſcindi matrimonium non poteſt, & coguntur eam retinere, etiamſi ſerpens ſit.* Hactenus Oleaſter.

Oleaſt.

Venditam ſe eſſe etiam Rachel cognouit, cognouit & Lia, quarum hæ voces ſunt Gen. 31. verſ. 54. *Nonne quaſi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque* PRETIVM NOSTRVM, quod ſcilicet dederat Iacob in vxores eas accipiens.

Empta vxor. Gen.34.12.

Per hæc intelligemus, quò reſpexerit Sichem Dinæ Patrem alloquens. Geneſ.34.verſ.12. vbi hæc habentur. *Sed & Sichem ad Patrem, & ad fratres eius* (Dinæ) *ait: Inueniam gratiam coram vobis, & quæcunque ſtatueritis dabo: augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam, quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc in vxorem.* En futurus ſponſus dotem quamlibet ſe daturum pollicetur, pollicetur munera, nec dotem à puellæ parentibus poſtulat, quod noſtro æuo in vſu eſt.

408. *Emoto nuptiarum verbum.* 2.Reg.12.3.

Ad hæc vxoris emptionem reſpicitur 2.Reg. 12. verſ. 3. vbi Nathan Propheta vxorem Vriæ ouis nomine circumſcribens ait: *Pauper nihil habebat omnino præter ouem vnam paruulam, quam* EMERAT, *& nutrierat*; alludit ad ritum emendi vxorem.

Chriſtus Eccleſiam tanquam ſponſus ſanguine ſibi emit. Act.20.28.

Et fors etiam hoc ſenſu de Chriſto dicitur Act.20.verſ.28. *Acquiſiuit Eccleſiam ſanguine ſuo*, ideſt, emit tanquam ſpouſam, pretium ſui ſanguinis ſoluens.

Emptio in coniugio. 1.Reg.18. Ioſeph.

Huc præterea vocanda illa verba, quæ habet Dauid 1.Reg.18. futurus Saulis gener: *Num parum vobis eſt generum eſſe Regis? Ego ſum vir pauper, & tenuis*; ſeruus ſum, non habeo, quo Regis filiam emere poſſim. Vnde cùm hæc verba Sauli referrentur reſpondit: *Sic loquimini ad Dauid: non habet Rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia Philiſtinorum*; quæ ſcilicet dotis vice eſſent, & donationis. Ioſephus lib.6. antiquit. cap.51. *Dicite nihil memorari* PECVNIAS, *aut* DONA, *quæ ſponſa offerat*; quia ſcilicet illum eximebat ab eà conſuetudine, qua vir vxorem ducturus munera offerebat, & dotem.

409. *Dona in nuptiis à viro oblata.* 1 Macch. 10. 54.

Etiam Machabæorum locus ab hoc more ſuã lucẽ mutuatur: lib.1.cap.10.v.54. hæc habentur: *Da mihi filiam tuam vxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipſi digna te.* Vides dona in nuptiis exhibita. Hic obiter obſeruandum dona tum patri ipſius ſponſæ oblata, tum ipſi ſponſæ, quod apertè colligitur ex adductis verbis.

Dona ſponſæ data. Gen.24.51.

Etiam & ſeruus Abrahæ, qui vt vxorem Iſaac acciperet Abrahæ iuſſu in Meſopotamiam ierat, ſpectauit; nam cum à Rebeccæ Patre Laban, & Bathuel reſponſum ei eſſet: *En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij Domini tui.* Geneſ.24. verſ.51. ipſe nuptiarum conſuetudinem ſeruans dona ſponſæ obtulit, quin & fratribus ſponſæ, ac etiam matri, ſic enim ſubditur, verſ.52. *Quod cum audiſſet puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum. Prolatiſque vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus dedit ea Rebecca pro munere, fratribus quoque & matri* DONA *obtulit.*

Porrò ſicut emere vxores conſueuerant, vendebant quoque plerique. Id Scotis præcipuè in vſu; quod colligo ex Epiſtola Gregorij VII. quam vbi Pontifex creatus eſt ad amicum Lanfrancum Cantuarienſem Archiepiſcopum in Angliam miſit: ſic enim ille ſcribit: *Tuam fraternitatem etſi monitore non egeat, impellente tamen nos ſollicitudine admonemus, quatenus grauiora vſquequaque reſecare vitia ſtudeat, & inter omnia, & præ omnibus nefas, quod de Scotis audiuimus, quod plerique videlicet* PROPRIAS VXORES NON SOLVM DESERVNT, SED ETIAM VENDVNT, *omnibus modis prohibere contendat.* Hactenus Gregorius: Alij commutationis quodam genere aliorum vxores recipiebant, & ſuas dabant aliis: hoc crimen Hiberniæ populos obſidebat, quod indicat Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus epiſtola ad glorioſum Hiberniæ Regem data, in qua Regem monet, vt tantum nefas de ſuo regno auferret. Hæc eius verba: *In regno veſtro perhibentur homines ſeu de propria, ſeu de mortuarum vxorum parentela coniuges ducere, alij legitimè ſibi copulatas pro arbitrio, & voluntate relinquere: nonnulli* SVAS ALSIS DARE, ET ALSORVM INFANDA COMMVTATIONE *recipere. Hæc & ſi qua ſunt alia crimina propter Deum, & animam veſtram in terra poteſtatis veſtræ corrigi iubete.* Hucuſque Lanfrancus; ſed quia hic ſumus alia de vxoris dote afferamus.

410. *Vxores aliqui vendere conſueuerant.* Greg.

Vxores aliqui commutabãt. Lanfr.

Vxor vẽdita. Plaut.

Huc ſpectaſſe videtur & Plautus in Menech. dum ait: VENIBIT *vxor quoque, ſi quis emptor venerit.*

Virgines Lycurgi lege ſine dote ducebantur. S.Thom.

Lycurgi lege virgines ſine dote ducebantur, ne dotis potius haberetur ratio, quàm vxoris, vtque viri matrimonia coërcerent. Ita refert ſanctus Thomas opuſc. de regimine Principum, lib.3. cap 18. *Virgines ſine dote nubere voluit, vt vxores cum* PECVNIÆ *cauſa eligerẽtur, ſtrictiuſque viri ſua matrimonia coercerent, cum nullis frenis dotis tenerentur*; Sic ille de Lycurgi agens inſtitutis, & legibus.

411. *Inſtrumenta terræ exercendæ in dotem exhibita.*

Apud pleroſque hic mos viget, vt ſponſis in dotem terræ exercendæ inſtrumenta exhibeant; in Actis ſancti Nicolai Myrrenſis Epiſcopi, hæc lego: Cùm pergeret ſanctus Nicolaus ad quendam locum, quoſdámque ruſticos conſuleret, vt viam docerent; promptè id illi benigneque præſtitêre; quod officium adeò gratum ſancto Epiſcopo fuit, vt genibus flexis hanc illis gratiam è cœlo obtinuerit, vt ligones, cæteraque inſtrumenta quibus terram exercebant, nunquam abſumerentur, perpetuò durarent: quod miraculum in hæc vſque tempora durare perhibetur: hæc igitur inſtrumenta terræ exhibendæ in dotem virginibus ſuis offerunt, vt hoc etiam pro-

dant ſe à primis illis deſcendere, qui benignè ſanctum Nicolaum exceperunt, & tanto fuêre dono a tam inſigni Dei cultore terræ cultores cumulati.

Quænam apud nõnullos ſponſæ ſupellectiles. Deſc. Afr.

De ſponſæ ſupellectili quænam obſeruent quidam Africæ populi in Africæ deſcriptione habemus in hæc verba: *Sponſæ tres conficiant pallas, eaſdémque ex panno ſumptuoſiſſimo: tres item ex ſerico vndulato, aut alio quouis panno pretioſo, ſubuculas item artificioſiſſimè elaboratas, necnon & pepla elegantiſſima, & linteamina artificioſis emblematis vndequaque exertata: ceruicalia item, & puluinaria elegantiſſima. Solent quoque octo anaclinteria ſponſæ dari, quorum quatuor ornatus tantum gratia armaria contegunt, duobus lana viliori refertis lecti vice vtuntur, ac duabus coriaceis cubiculi ſtratum ſternunt. Dantur inſuper tapetes quidam villoſi, circiter vlnarum viginti: tria item ſtragula, alterâ parte panno, ac telâ ſuffulta, alterâ vero tormento referta, quibus noctu ſic vtuntur. Parte quadam lectum ſternunt; aliam refertam corpori ſubiiciunt: quod illis perfacile eſt, cùm vtrinque decem circiter vlnas in longitudinem pateat. His totidem ſerica multo artificio a ſuperiori parte exornata addunt, quæ ab inferiori parte tela, & goſſypio duplicata ſunt. Dant & candida ſtragula, æſtiuo tantum tempori accommoda: tum & ſindonem laneam in plures partes diuiſam, atque eleganter elaboratam, cum ſertis quibuſdam, ſeu pennulis coriaceis deauratis, quibus aſſuunt floccos ſericos verſicolores, & ſingulo flocco ſphærulam ſericam, quæ ſindon ornatus gratiâ parieti affigi poteſt. Habes hîc ſummatim quid doti addi ſoleat, quæ quidem in re nonnulli ita cæteros excellere ſtudent, vt ſæpenumero nobiles quidam ad paupertatem redigi contingat: ſunt ex Italis qui putent viros dotem præbere mulieribus: verum ij harum rerum omnino ſunt ignari.*

412. *Viduæ apud Indos quando dotem amittant.* Oſor.

Indorum Chriſtianorum viduæ, vt refert Oſorius lib. 3. ſi anno nondum elapſo poſt viri obitum nubant, dotem amittant.

Prouerbium in eos qui ob lucrum ducebant vxores.

Qui dotis cupiditate vxorem ducebant hoc olim prouerbio percellebantur λευκόλινον λῖνον κερδοσγαμεῖς, id eſt, *candidum linum ob lucrum ducis vxorem*. In eum quadrat qui dotis cauſâ ducit vel deformem, vel anum. Porrò linum vocat vxorem, vel quod apud veteres ſolæ mulieres lineis vterentur: vel quod viro alligetur matrimonio, & libera eſſe deſinat. Nam λῖνον Græci nonnunquam vſurpant pro vinculo.

Magna mulieris dos pudicitia, & virginitas.

Magna mulieris dos, & omni alij præferenda pudicitia, & virginitas eſt; hinc vetus illud:

Pudica vita DOS *matronæ gemmea eſt*

Et illud:

DOTIS SECVNDÆ *virginitas locum obtinet.*

EXCVRSVS. XXXI.

Coniugij nexus, & ſanctitatis.

קדושין *quid?*

Sanctitas *vt cohæreat cum* coniugio.

קדש *de* ſanctitate, *& nuptiis.*

Ignis *nexus, &* nuptiarum.

In nuptiis pudicitiæ aqua *ardorem luxuriæ extinguet.*

Nuptiæ ſanctæ *ſi* caſtæ.

Antequam homo caderet Deus inſtituit nuptias, vt earum ſanctitas *hinc colligeretur.*

Nuptiarum Paranymphus Deus.

Coniugij ſanctitas *requirit, vt terrena vix videat, qui diu in matrimonio vixit.*

Religioni *potius coniugium ſeruat, quàm* affectioni.

In ipſo coniugij vſu homo ſe ad Dei imaginem *eſſe factum oſtendat.*

Status coniugalis non eſt impedimentum *virtutis.*

Nuptiæ, & filiorum procreatio ſanctitati *non officiunt.*

Coniugium tanquam ſcapha ad portum *ſuos ducit, ne in luxuriæ mari mergantur.*

Coniugij auxilio mentis ſcapha in portum *ducitur ſecundo curſu.*

413. קדושין *quid. Sanctitas vt cohæreat cum coniugio.* Aug.

COniugium apud Hebræos dicitur קדושין quæ vox ſanctificationem etiam ſonat, vt matrimonij ſanctitas innuatur, ſcitè ille *coniugij ornatus verus, ſanctitas eſſe debet*: vt viduum decore ſuo ſit, ſi ſanctitate ſit viduum.

קדש *de ſanctitate, & nuptiis. Ignis nexus, & nuptiarũ.*

Verbum quoque קדש ita de ſanctitate dicitur, vt etiam ad nuptias, ſponſóſque transferatur, vt notabat in ſuo dictionario R. Dauid de Pemis, qui addit hoc nomen ſignificare etiam comburere, vt qui nuptias cogitat, ignem timeat, conetúrque ignem concupiſcentiæ ipſo ſancti matrimonij vſu extinguere, id quod appotiſſima ſimilitudine ſic probus quidã auctor explicabat: *Terra hæc noſtra non in ſe concepit fœtuum ſemina, aut fructus edit vi caloris ſolius in ſe complexi, ſed etiam* AQVÆ *admixtione calorem temperatum habens in illum naturæ finem: ita quod ad vſum matrimonij duntaxat ſpectandus haud eſt feruor vnius libidinis, ſed vel maximè à virtute pudicitiæ, veluti* PER REFRIGERATIONEM, *caſta quædam moderatio*: Solus calor noxius eſt, pudicitiæ aqua neceſſaria vt ſancti coniugij vſus ſanctus eſſe queat, ſanctus dici, ac caſtus.

In nuptiis pudicitia aqua ardorem luxuriæ extinguat. Edom. Vuech. l. 3. cap. 31.

414. *Nuptiæ ſanctæ ſi caſtæ.*

Sanctum dicitur coniugium, quia coniugio nubere caſtitas debet: nam ſanctum, & ſanctitatem de caſto, de caſtitate dici ſuperius diximus: huc facit illud illius: *Nuptiarum* SANCTIMONIA *præcipuè in caſtitate, & pudicitia ſita eſt*, vt nuptias inficiat, & attaminet, qui aliquâ impudicitiâ eas violat, aliqua fœditate.

Antequam homo caderet Deus inſtituit nuptias vt earum ſanctitas hinc colligeretur. R. B. Ter. in cap. 1. Gen. 3. 1.

Sanctas eſſe nuptias voluit Deus ipſe, cùm primas inſtituit, antequam Adam caderet, caderet Eua: ſanctitati, & iuſtitiæ originali iuncti erant parentes primi cùm eos inter ſe coniugali fœdere copulauit Deus: cur non id factum poſt lapſum? vt exemplum iſtuc in alios coniuges deriuaret, nimirum vt ante nuptias nuberet vterque coniux puritati, & innocentiæ; iuuant hanc meam mentem illa docti interpretis verba, quæ hîc produco: *Expendendum eſt, quanto Deus honore* CONIVGALEM STATVM *affecerit, cùm à ſe procreatam mulierem inſtar pronubi, ac paranymphi adduxit ad virum: & primus quidem omnium vitæ, ac virtutis ſtatus, ac ſtudiorum extitit matrimonium à Deo inſtitutum, & in ipſomet paradiſo terreſtri, vigente adhuc, ac florente omnium felicitatum feliciſſimo ſtatu innocentiæ, primæuæque iuſtitiæ: ſciant ergo coniuges, quàm ſanctum, quàm purum ab omni labe, quàm honoratum à Deo ſuſceperint Dei beneficio matrimonium.*

Nuptiarum Paranymphus Deus.

Sanctum

Digitized by Google

415. Sanctum erit coniugium, ſi ſanctus qui eius vinculis tenetur euadat, & in cœleſtium rerum amorem tandem rapiatur. Præiuit in exemplum Iſaac, qui nuptias liberorum ſuſcipiendorum cauſa ita elegit, vt ſenio confectus oculorum officio vix vteretur, aut vix quidem, caligauerunt enim eius oculi, vt terrena videre non poſſet. Gen. 27. 1. vt coniugum eſſe ſciremus diuina, cæleſtiáque cogitare, cùm diu in matrimonio vixerint, contrà ac fieri nunc ſoleat: nequeo hic ſupprimere ſancti Gregorij Nyſſeni verba lib. de virginitate cap. 8. vbi hæc habet huc ſpectans. *Nos de matrimonio ita ſentimus, oportere nos* RERVM TERRENARVM SECVNDVM *eſtámque huic matrimonij officio anteferre, neque tamen eas deſpicere: qui temperatè illo ac moderatè vti poteſt, qualis patriarcha Iſaac fuit, qui non floreſcente ætate, vt affectioni coniugium ſeruiret, ſed exhauſtâ iam adoleſcentiâ, ob Dei in ſemine benedictionem, Rebeccam in matrimonium duxit, cui cum vſque ad vnum partum dediſſet, rurſus in rebus, quæ oculis non cernuntur, totus fuit, clauſis corporis ſenſibus, id enim ſignificare mihi videtur hiſtoria, quæ grauem illius Patriarchæ oculorum obtutum commemorat:* Ab hac mente, ab hoc exemplo abeunt, qui matrimonio iuncti, eò arctiùs terrenis adhærent, quò ſunt morti viciniores, cæcique ſunt, ad cœleſtia; ad terrena oculati, & toti oculus.

Coniugij ſanctitas requirit, vt terrena vix videat qui diu in matrimonio vixit. Gen. 27. 1.

S. Greg. Nyſſ.

Religioni potius coniugium ſeruiat quam affectioni.

416. Adeò porrò ſanctum coniugium eſſe debet, vt vel ex eo conſtet virum ad imaginem Dei eſſe, eſſe & mulierem; hinc enim eſt, vt ſtatim ac Moſes dixit: *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam*, Gen. 1. 27. adiiciat: *Maſculum, & fœminam creauit eos*; vt innueret, ſexus diſcreti vnionem ſecundum illud eſſe debere, quo ſexus vterque ad Dei imaginem factus eſt, Deôque eſt ſimilis, non ſecundum id quod brutis homines ſunt pares; id quod acutè obſeruabat Caietanus in Geneſ. in hæc verba: *Propter hoc ſcriptura appoſuit creationem maris, & fœminæ immediatè creationi hominis ad imaginem Dei, vt intelligeremus vſum maris, & fœminæ in ſpecie humana debere eſſe* SECVNDVM ID QVOD SVMVS AD IMAGINEM *Dei hoc eſt ſecundum rectæ rationis ordinem quod eſt eſſe per modum coniugij, & non ſecundum appetitum ſenſitiuum vt reliqua animalia coeunt.*

In ipſo coniugij vſu homo ſe ad Dei imaginem eſſe factum oſtendat. Gen. 1. 27. Caiet.

Etiam in ſtatu coniugali ad ſublimem quemlibet poſſe ſanctitatis gradum euehi, non eſt quod dubitemus, exempla eorum, qui ſanctiſſimè in coniugio vixêre id euincunt, & ſignatè Enoch, qui cum Deo ambulaſſe dicitur, & à Deo elatum in ſublime. Gen. 5 quod egregiè ad hanc mentem expendebat Oleaſter in cap. 5. Geneſis: *Ambulauit Chanoch cum Deo, & non ipſe, quia tulit eum Deus. Audis ad quem perfectionis gradum aſcendere poſſit homo coniugatus, vt Dominus eum de medio tollat, & apud ſe condat? Duos in veteri teſtamento homines, ſic ſublatos legimus, quorum prior, ſcilicet, iſte Chanoch coniugatus fuit: Alter verò ſcilicet Elias cœlibem duxiſſe vitam creditur: vt in duobus nobis adumbraret* CONIVGATOS, *&* COELIBES *ſaluandos à Domino eſſe.*

Status coniugalis non eſt impedimentum virtutis.

Gen. 5. Oleaſt.

417. Nec caſu accidit quod bis Deo placuiſſe Enoch dicitur, & antequam gigneret filios, & poſtea, Gen. 5. nam quod noſter habet, cum Deo ambulaſſet, Græcè extulerunt L X X. *Deo placuit:* Placuit antequam filios ex vxore ſuſciperet, placuit & poſtquam ſuſcepit, quod ſcriptura diuina ipſa repetitione expreſſit, ne putaretur eius ſanctitatem, ac probitatem minuiſſe nuptias: Pulchrè hoc expendebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 21. in Geneſim, vbi ait: *Audiant viri, & mulieres, & diſcant iuſti virtutem, nec putent nuptias in eam eſſe, quo minus quis Deo placeat: nam idcirco diuina ſcientia ſemel & iterum id ſignificauit, & placuit poſtquam genuit,* VT NE QVIS ARBITRETVR OBSTACVLVM VIRTVTIS ESSE CONIVGIVM. Scilicet augeri virtute poteſt, qui augetur liberis cum nuptiarum ſanctitas nubentium ſanctitati minime aduerſetur.

Nuptiæ & filiorum procreatio ſanctitati non officiunt. Gen. 5.

S. Chryſ.

Et vt ab aquis non longè, non diu abeam, de nuptialibus aquis agens, coniugium ſi vti quis ſciat tanquam *nauigium erit*, vt ille aiebat quo concupiſcentiæ, & luxuriæ mare ſecuri coniuges tranſmittant, qui ſine hoc nauigio mergi facillimè poterant.

Coniugium tanquã ſcapha ad portum ſuos ducit, ne in luxuriæ mari mergantur. Fur. in cap. 5. Gen.

Quid? quod idem ſanctus Pater Chryſoſtomus loco ſuperiùs producto, ſcaphæ metaphorà vtitur coniugij, & nuptiarum commoda referens, 418. eóſque conuincens, qui matrimonium virtuti impedimentum eſſe cauſari ſolent, adeò vt tanquam ſcaphæ feliciter in portum feratur, qui vti coniugio ſcit, nec ſcit abuti; hæc ſancti huius patris verba digna quæ caput iſtuc obſignet: *Si ſobrij ſumus, neque educatio, neque coniugium, neque aliud quid nobis oberit, quo minus placeamus Deo, nam ſi nuptiæ dilecti, vel puerorum educatio præpedimentum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc noſtram vitam nuptias introduxiſſet vniuerſorum Dominus, vt ne in rebus præcipuis, & maximè neceſſariis nos læderet, ſed quia non ſolum nihil nobis obſtant ad philoſophandum de Deo, ſi voluerimus eſſe ſobrij, ſed & magnam afferunt conſolationem, dum comprimunt inſanum naturæ impetum, nec turbari quaſi mare ſinunt, ſed efficiunt vt* SCAPHA *feliciter in portum appellat, ideo conſolationem hanc humano generi attribuit; quod quàm verum ſit, oſtendit iuſtus ille, qui poſtquam inquit genuit Mathuſala placuit Deo Enoch*; hactenus ſanctus Chryſoſtomus: non tollunt liberi libertatem, quin ad ſanctitatis culmen peruenire quis poſſit, ſtimulis addunt, vt exemplo præeat, qui pater eſt.

Coniugij auxilio montis ſcapha in portum ducitur ſecundo curſu. S. Chryſ.

EXCVRSVS XXXII.

Non oculis, ſed auribus ducenda vxor.

Nemo in nuptiis contrahendis oculis, *vt ducibus vtatur.*

Non oculis, *ſed* auribus *ducenda vxor.*

In coniuge eligenda cuiuis potius quàm oculis *credendum.*

Singulare exemplum vxorem ducentis non oculis, *ſed* auribus.

Amanda vxor non quia pulchra, *ſed quia* proba.

Ingentia mala timenda cùm in nuptiis plus oculis *creditur, quàm* auribus.

Ingenuis moribus *prædita vxor eligenda.*

Hebræorum more quando liceat in ſponſa cultum *oculos figere.*

Mulier ignorare debet *quod pulchra ſit.*

Ob pulchritudinem laudatam *intumeſcere mulier non debet.*

Vix

Vix pulchram eſſe mulierem aduertere vir debet, *etiamſi verè ſit.*

Prima mundi corruptio *tunc orta, cum in nuptiis vxorum pulchritudo ſpectata non pietas.*

419. MEretur decipi, qui in vxore ducenda oculos duces ſequitur, oculis potius credit, quàm auribus: pulchritudinem, & formam in vxore potius ſpectat, quàm mores: neceſſaria cautio iſta à nobis hic & firmanda, & illuſtranda.

Nemo in nuptiis contrahendis oculis, vt ducibus vtatur.

Nemo in nuptiis contrahendis oculis vtatur tanquam ducibus, Sampſon quia vxorem illam accipere voluit, quæ ipſius oculis placuiſſet, meruit vt tandem oculi ſibi eruerentur: Sampſoni pares, qui pulchram potius eligunt, quam probam, & oculis vtuntur, non mente. Bene ille: *Cæterùm ita nuptiæ fiunt, quas præparat Deus, qui nimirum eſt viuens, & videns. Alij qui ſecus agunt, & qui* SOLIS OCVLIS FIDVNT, *oculos habent, & non vident, & ſe coniiciunt in ærumnas; fiuntque Samſoni ſimiliores, quam Iſaac. Ille parenti ſuo neganti vxorem è ſtirpe Philiſtæorum, reſpondit affirmato animo; Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Philiſtæi apprehenſo tandem Sampſone ipſi oculos eruerunt, atque hoc pacto ſi quodammodo peccauerunt, iidem oculi luerunt.*

In coniuge eligenda cuiuis potius, quam auribus credendum.
Gen. 24.

In coniuge eligenda cuiuis potius credendum, quàm oculis eſt, præiuit in exemplum ſeruus Abrahæ, qui ex aquæ porrectione didicit, quænam Iſaaci vxor futura: *Puella,* inquit Gen. 24. *cui dixero, inclina hydriam tuam, & bibam, & illa reſponderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac*; nulla hîc generis mentio, nulla formæ, dotis nulla: morum ratio habetur, & virtutis ſatis diues eſt, ſi bona, ſatis pulchra, ſi virtutibus ornata. Iſtuc ad hanc mentem præbebat Rupertus lib. 6. in Geneſim, cap. 41. *Ipſe,* inquit, *puellæ petendæ iudicium ſuit non commiſit* OCVLIS, *qui ſolam faciem non etiam mores, aut virtutem peruidere poſſent: ſed credens, quod Domini ſui curam haberet Deus totam in illo poſuit electionis ſpem*

Rup.

420. *Singulare exemplum vxorem ducentis non oculis, ſed auribus.*

Quidam iuuenis nobilis nobilem, & ſpecioſam filiam deſponſare renuens, poſtmodum videns virginem quandam pauperem manibus operantem, & ore Deum laudantem ait ad eam: Quid eſt, quod agis, ô mulier? Ad quod illa: Sicut parua medicina à magno labore liberat, ſic gratiarum actio in paruis donis, magnorum efficitur auctrix donorum. Hæc quæ extrinſecùs ſunt noſtra non ſunt: quæ in nobis verò ſunt, noſtra ſunt. Videns iuuenis eius prudentiam, eam à patre ſuo petiit in vxorem: quam habens factus eſt valde glorioſus. Vides vt auribus plus crediderit, quàm oculis.

Amanda vxor non quia pulchra, ſed quia proba.
Deut. 21.
Iſid. Clar.

Amanda vxor, non quia pulchra, non quia ornata, ſed quia bona: oculis vxorem duci nolebat Deus cùm iuſſit, vt mulieri alienigenæ in vxorem ducendæ caput raderetur, vngues abſcinderentur, detraherentur veſtes, Deut. 21. egregiè rem verſat Iſidorus Clarius ad hunc locum, dum ait: *Introduces eam in domum & illa radet caput ſuum, ne fortè propter* ASPECTVM *crinium cœperis diligere eam: parabit vngues ſuos, ſic enim quidam vertit, id eſt, nutrit vt vel ſic diſplicear. Deinde detrahet veſtimenta ſua pulchra in quibus capta eſt ne fortè* ORNATVS VESTIVM *impulerit te in amorem eius, Quartò illa ſedens flebit vt vel ſic amoris inconſtantia declaretur.*

421. *Ingētia mala timenda cum in nuptiis plus oculis creditur, quā auribus.*
Gen. 6.

Ingentia mala timeri tunc poſſunt, cùm in coniugiis oculis magis creditùr, quam auribus pulchritudinis potius habetur ratio, quam morum, vix dixerat Moſes cap. 6. Gen. *videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant*, cùm ſtatim diluuium Deum orbi immiſiſſe tradit, vt etiam ab hoc fonte manaſſe innuat homines in ea peccata lapſos, quibus abluendis diluuij aquas Deus immiſit. Oleaſter ad producta verba ait: *Videtur locus iſte taxare eos, qui* OB PVLCHRITVDINEM *vxorem eligunt.* Malè Indi de quibus ait Cœlius Rhodiginus lib. 18. lect. antiq. cap. 31. *In matrimoniis contrahendis præter* VENVSTATEM *cum proceritate nil curant magnopere.*

Oleaſt.

Ingenuis moribus prædita vxor eligēda.
Gen. 24.

Coniux eligenda eſt, quam & proſapiæ fides, probitáſque ornet, quò ſpectauit Abraham, cùm ſeruo dixit Gen. 24. *Ne accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum*: quia ſcilicet Chananæi à Deo maledictione percuſſi dictum enim eſt, Gen. 9. *Maledictus Chanaan; ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis*; noluit igitur ex ſeruili gente ſponſam eligi, ratus ægre ingenuam moribus eſſe poſſe; ſcitè ſanctus Ambroſius lib. 1. de Abraham, cap. vlt. *Conſtrinxit enim, vt non de ſemine Chananæorum vxorem aduerteret Domino ſuo, quorum generis auctor patrem non honorauerat, & ideo maledictionis hæreditatem tranſmiſit in ſuos, vt cognoſcamus fidem, & quandam hæreditatem de auctoris proſapia in iis requirendam, quos nobis velimus adiungere. Cum ſancto enim ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Si hoc in aliis, quanto magis in coniugio, vbi vna caro, & vnus ſpiritus eſt.*

S. Ambr.

422. De vxoris pulchritudine ait Ben-Syræ. *Pulchræ mulieris beatus vir,* fallitur non eſt beatus, ſi præter pulchritudinem & probitatem non habeat.

Hebræorum more quando liceat in ſponſæ vultum oculos figere.
Hebr.

In ſeptem illis diebus, quibus nuptiarum lætitiam celebrant Hebræi, dicunt fas eſſe, in ſponſæ vultum oculos figere, vt ita ſponſo ſponſæ pulchritudo vel aliorum teſtimonio probetur, extra hos dies non probant mulierem conſpici.

Mulier ignorare debet quod pulchra ſit.
Gen. 12. 11.

Tunc demum laudanda mulieris pulchritudo, quæ ſe non laudat tanquam pulchra, ſeque non effert, licet efferatur; Sexum ſuum ſuperaſſe viſa eſt Sara, quam alloquens Abraham dixit: *Noui quod pulchra ſis mulier.* Gen. 12. v. 11. Signatè *noui*, dixit, non *noniſti*, nam mulier ignorare ſe eſſe pulchram debet, ſatis eſt ſi vir ſciat, quid ſpeculum conſulat, & ab illo diſcat, quàm ſit pulchra. Acutè Oleaſter hic: *Noui quod pulchra ſis aſpectu*: NON DEBET VXOR COGNOSCERE SE PVLCHRAM, *ſed vir eius*: ſi vito careat, nullus ſciat ipſam eſſe pulchram: ſed in hac laude ſumma apparet Saræ demiſſio, firmitas, atque conſtantia, à muliebri leuitate eam abeſſe cenſuit Abraham dum extulit, nec laudatam intumeſcere dubitauit, aut remiſſiorem futuram; quod expendebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 42. in Geneſim dum ait: *Scio quod mulier pulchra ſis; conſidera quantum confidebat moribus mulieris, non timens ne fortè* LAVDIBVS REMISSIOR FIAT: mulier eſſe non videbatur, quæ ab hoc tumore, ac faſtu immunis erat, dum de pulchritudine celebraretur: non mirum ſi ab imminenti periculo fuit hæc pulchritudo Dei virtute libera.

Oleaſt.

Ob pulchritudinem laudatam intumeſcere mulier non debet.
S. Chryſ.

Nunc cognouit Abraham vxorem pulchram: antè vix aduerterat eſſe: R. Moſes Ægyptius 234.
lib.

pulchra mulierem euitare debet. ...uiſ verò *...n 12. 11. Moſes.*

lib. 5. Deut. cap. 5. c. ita verſat: *Iſtæ autem ſunt cauſa circumciſionis fortes apud me. Primus autem qui hoc opus incepit, fuit Abraham pater noſter: cuius ſanctitas nota fuit: quod dixerunt ſapientes ſuper verbo, quod ipſe dixit: Sarai: Ecce nunc ſcio quod mulier pulchra tu:* OSTENDIT QVOD PRIVS NON ADVERTEBAT PROPTER MAGNAM NVMILITATEM SVAM, ET SANCTITATEM.

...ma mundi corruptio ...e orta, ...n in nu... ...is vxorum ...ebriendo ...ata non ...tas.

Vltima ab hoc malo mala timenda, cùm ſcilicet in coniugiis pulchritudinis potiùs ratio habetur, quàm probitatis, formæ quàm innocentiæ, hinc illud illius: *Prima mundi* CORRVPTIO *orta eſt, quia viderunt filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, & formam non virtutem, ac pietatem in coniugio quæſiuerunt:* Informis mentis conſignatio eſt, in coniugiis formam ſpectare vxorum ducendarum, non virtutes.

EXCVRSVS XXXII.

In nimio veſtium cultu, gemmarúmque ornatu timenda naufragia.

In ſuperfluo mulieris ornatu naufragia *timenda.*

Ornatus naufragia.

Veſtium cultus nimius *in ſequiore ſexu.*

Vectigal piſcium *muliebri ornatui deſtinatum.*

Crocodilis pares *mulieres ſe nimium exornantes.*

Animus *ornandus non* corpus.

Virtus, & continentia verus mulieris ornatus.

Ornatus *quis probandus in muliere.*

Gemmas non quærat vxor, ſed gēma *Deo ſit.*

Quis in vxore ornatus *quærendus.*

Probos mores *addiſcere vxor debet, probis ornari.*

Boni vxoris mores philtrum *quo virum retinet.*

מה *quid.*

424. QVis crederet à nimio ornatu naufragia eſſe? & in naufragium ire, in naufragium ſpectatores trahere mulieres, quæ nimis in externis corporis ornamentis ſunt? ſors naufragia iſta vidit Tacitus Imperator, qui vt Vopiſcus refert, *vxorem* GEMMIS *vti non eſt paſſus;* virilem animum verè extulit dum ſuſtulit à fœmina hæc ornamenta: rem egregiè verſabat bonus ille auctor, & naufragia hæc detegens, aiebat: *Viderat in non vnius Imperatricis vertice ſales, & inſulas ludentes ab alterius auribus integrum imperatorium Kalendarium dependiſſe: in digitis etiam, & pedibus prouincias & regna integra inerraſſe; damnauit in vxore hæc prodiga regnorum diſpendia, libidinúmque incitamenta, quæ de propinquo luxariæ curant negotium, obſtrepunt pudicitiæ diſciplinis, caſtimoniam proſtituunt: nam dum tenera ceruix, frons, capilli, aures per gemmas ignes iaculantur, incaleſcunt animi, mutuiſque concidunt vulneribus: & quæ non mulier mutuo hoc formæ, & gemarum lenocinio periclitari doceat viros? quæ verò non periclitetur cum tot fulminibus, quot virorum percutitur oculis: ſuſtulit pericula, & vxoria* HÆC NAVFRAGIA *Imperator, dum gemmarum omnem ornatum vetuit: ſat ignium inornatam circumferre, ſtultum eſſe ab aliis nouos mutuare, ni proſtituere vltro cum gemmis vxorem voles, aut tanquam ſuſpenſa hedera venalitiam caſtimoniam prodere:* hactenus ille, ornatè, & fortiter in ſuperfluum hunc ornatum.

In ſuperfluo mulieris ornatu naufragia timenda.

Ornatus naufragia.

Vopiſc. in Polit. cap 15.

Laborant ferè hoc vitio mulieres, vt extimum ornatum quærant, quo viris placeant, internum negligant, quo Deo. Premit eas ſanctus Chryſoſtomus hom. 41. in Geneſim. *Multa,* inquit, *mulierum mollities, & omne ſtudium in* CVLTV VESTIVM *in auratis, & collaribus, & externo ornatu, animæ vero nulla eſt cura.* Ferè ita accidit, vt quæ multæ in corporis cultu ſunt, animæ ornatum negligant, ſicut è contra animam probis moribus excolant, quæ nulla ornandi corporis cura tanguntur.

Veſtiũ cultus nimius in ſequiore ſexu. *S. Chryſ.*

Et vt ab aquis etiam in muliebri cultu non abeamus, inuenio vectigal piſcium in corporis cultum mulieribus quandoque ſolutum. Et quidem vt tradit Diod, lib. 1. cap. 4. Myris Rex Ægyptius vectigal piſcium, qui in ſtagno Myrios à ſe effoſſo capiebantur, vxori conceſſit tum ad vnguentorum vſum, tum ad reliquum corporis cultum. Idque talenti argenti ſingulis diebus pendit. Malum omen ex aquis ornatus pretium hauritur, vnde homines obruantur. Quid? ipſæ piſcium ſtultitiam ſapiunt. Certè Clemens Alexandrinus 3. pædag. cap. 2. mulieres ſe exornantes crocodilis comparat, qui in pulchris Ægyptiorum templis colebantur. Addit: *Non eſt mulieris, ſed* MERETRICIS *illud nimium ſui ornandi ſtudium. Quæ quidem mulieres domus apud maritos, ſeruandæ, adminiſtrandæque familiæ curam gerunt exiguam, ſed ſoluta mariti crumena, quæ eis ſuppeditantur conuertunt in ſuas cupiditates, & ornandi artificio toto die aſſidentes vacant, ære emptis mancipiis.* 425.

Vectigal piſcium muliebri ornatui deſtinatum. *Diod.*

Crocodilis pares mulieres ſe nimium exornantes. *Clem. Alex.*

Meliorem ebibant mulieres mentem, alium cultum quærant interno delectentur ornatu, externum negligant. Scitè idem Clemens eodem loco: *Non externi hominis aſpectu, ſed animus* PROBITATIS ORNAMENTO *ornandus eſt. Dici poteſt ornandam quoque eſſe carnem ornamento continentiæ.* Mentis quærendus ornatus eſt, quod ſi etiam corporis ornatus placet, quæratur verus, continentia ſcilicet, caſtitas, ac pudicitia. Rem ab alia manu habes. Sanctus Chryſoſtomus in orat. de paralytico, quis verus cultus, veráque pulchritudo ſit, oſtendit: FORMA, inquit, *& cultus corporis mulierem amabilem non facit, ſed virtus &* PVLCHRITVDO ANIMI, *vbi quidem neque lineamenta, nec fuci, non aurum & veſtis pretioſa, ſed continentia, & æquabilitas animi, & timor qui Deo nitatur.* Ornatus corporis, ſi ſolus, deformat animam, ac deuenuſtat.

Animus ornandus non corpus. *Idem.*

Virtus, & continentia verus mulieris ornatus. *S. Chryſ.*

Ea ornamenta quæri à mulieribus debent, quæ Deo placent, & in amorem alliciant. Pulchrè Tertullianus in lib. de habitu fœminarum, vbi mulieres alloquens ait: *Caput mariti ſubiicite, & ſatis ornatæ eritis.* VESTITA *vos ſerico pubertatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ, taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.* Felices quæ ornamenta hæc quærunt, feliciores quæ habent. 426.

Ornatus quis probandus in muliere. *Tertul.*

Non ambiat vxor veſtimentorum ornatum, Dei gratiam quærat, qua veſtiatur. Monilia, & gemmas reſpuat, vt nobilis ipſa ſit gemma cæleſti ſponſo. Habes à probo calamo probum moni

Gemmas non quærat vxor, ſed gemma Deo ſit. *S. Paulinus.*

monitum. Sanctus Paulinus epithalamio in Iulianum, & vxorem ita cecinit:

Horreat incluſas auro vel murice VESTES,
Aurea veſtis huic gratia pura Dei eſt.
Reſpuat & variis diſtincta monilia gemmis,
Nobilis vt Domino GEMMA SIT IPSA DEO.

Quis in vxore ornatus quærendus. S. Ambr.

Quæſiuit filio ſuo vxorem Abraham, non onuſtam auro voluit, non gemmis, ac monilibus oneratam, ſed morum probitate ornatam, quod expendens ſanctus Ambroſius lib. 1. de Abraham cap. 9 ait: *Diſce, quid in vxore quæratur, non aurum nec argentum quæſiuit Abraham, non poſſeſſionem, ſed gratiam bonæ indolis,* quæ omni auro præferri debet. Et eodem lib. cap. 2. *Qui,* inquit, *ſuauitatem quæ vt coniugij non ambiat* MONILIBVS *ornatam, ſed* MORIBVS.

427. *Probos mores addiſcere vxor debet, probis ornari.* Oleaſt.

Hanc eandem ob cauſam noluit filium in Meſopotamiam ire, vt vxorem ſibi quæreret, ſed illius ſeruum direxit, qui vxorem filio inuenit, & in domum Abrahæ adduxit, quod præcipuè factum vt vxor bonos mores in eius domo addiſceret, & malos ſi quos haberet exueret, ſicque ornata filio traderetur, & cautum eſſet vtriuſque coniugium, quod morum ſanctitas, non opum affluentia ſtabiliſſet. Probè in hanc ſententiam Oleaſter in cap. 18. Leuitici: *Sanctus,* inquit, *Abraham noluit filium ſuum Iſaac in Meſopotamiam ire vxoris quærendæ gratia, ſed potius vxorem ad ſe adducere, vt penes ſe bonos* MORES *addiſceret, & malos ſi forte haberet deponeret.* Nempe probitatis, ac ſanctitatis ſchola Patriarchæ huius domus erat, & diſcere apud illum niſi probos mores vxor poterat, & non probos euomere.

428. *Boni vxoris mores philtrum, quo virum retinet.* Stob.

Bonis moribus, pudore, ac honeſtate allicere virũ debet mulier, non extimo corporis ornatu; Morum probitas philtrum eſt, quo vti mulier poteſt, vt ametur à viro. Menandus apud Stobæum de laudibus nuptiarum ſerm. 67. huc euaſit, dum infit: *Bonis, & ingenuis moribus verum ineſt philtrum, quo mulier virum facile retinere ſolet.* Hoc philtro qui retinetur, honeſtatis amator eſt, nec extimæ pulchritudinis, & ſuperflui ornatus aſpectu decipi ſe ſinit.

חלי *quid.*

Apud Hebræos, vt hoc quoque adiiciam, & definiam חלי eſt ornamentum *ad depellendos morbos comparatum,* ait auctor Lex. Pentaglotti: ſed ſuperflua ornamenta non depellunt morbos, ſed morbos creant & morbum quo laborant mulieres produnt.

EXCVRSVS XXXIII.

Quædam de nuptiis ſpiritualibus, quibus anima Chriſto ſuo nubit.

Sponſalitio amore *ſibi fœderat Deus quas ſeculum non fœdauit.*

Sponſæ ſpiritualis ornatus, *& apparatus qualis ſit.*

Virgines Deo ſacræ mitrellam in caſtitatis *indicium geſtabant.*

Dei ſponſa ſponſæ titulum *temporis diuturnitate non amittit, ſicut ac in terrenis nuptiis fiat.*

Sponſus Chriſtus ſanguinem in pignus *dedit, & ſpiritum ſanctum.*

Inter animam, & verbum ſpiritales nuptiæ *celebrantur, & in iis vnum fiunt.*

Anima Deo nubit, *& à Deo dotatur.*

Pugnare *debet, &* vincere *qui Chriſti nuptias ambit.*

Sponſa, *&* ſoror *Chriſti ſui anima eſt.*

Orationem pro dote Chriſti *ſponſæ afferunt.*

Sponſa Chriſti *legis diuinæ cuſtos ſit, nec externa cogitet.*

Qualis Chriſti ſponſa *eſſe debeat, qualis eius habitus, & ornatus.*

Quid illis præſtandum qui ad cœleſtes nuprias *aſpirant.*

Anima Verbo maritatur *ad fœcunditatem.*

Chriſti *ſponſa coram ſponſo* magis culta *videbitur ſi vilius præferat veſtimentum.*

Quæ à ſponſæ titulo *per culpam excidit pœnitentiam agat, vt iterum eligatur à Deo in ſponſam.*

Nuptiæ *inter ſpiritum ſanctum, & animam qui celebrentur.*

Sponſa non ſuam, ſed ſpõſi gloriam *quærit.*

Torpentibus negatur ſponſi connubium.

Quid in eo requiratur, qui Verbi connubium *quærit?*

Nuptiæ *in vtero Virginis celebratæ.*

Gabriel *fœderator nuptiarum dictus.*

Eccleſia Chriſti ſponſa *vt ornata.*

CVm de nuptiis agam, integrum mihi minimè fuit eas nuptias præterire, quæ ſanctiores, nobilioréſque, in quibus ſcilicet anima cœleſti ſponſo nubit, Dei ſponſa fit, vt qui corporeas nuptias repudiant, ſine nuptiis non ſint, quia ſpiritualium vinculis tenentur, vt ſint liberiores, quia ita vincti. 429.

Sponſalitio amore ſibi fœderat Deus, quas ſeculum non fœdauit. Pet. Bleſ.

De ſpiritualibus nuptiis, quæ cum Chriſto fiunt ita loquitur Petrus Bleſenſis epiſt. 36. DESPONSANTVR VIRGINES CHRISTO, *vt ſuam ei offerant caſtitatem: eas enim ſponſalitio amore ſibi libentiſſimè fœderat Deus, quas ſeculum non fœdauit.* Indignæ his nuptiis, hoc huius amore, quæ ſæculi amore maculatæ ſæculi nuptias quærunt, non Dei.

Sponſa ſpiritualis ornatus, & apparatus qualis ſit. Franco Abb.

De nuptiis, ſponſiſque ſpiritualibus, earum ornatu, apparatuque ita ſcribit Franco Abbas in epiſt ad Moniales: *Vos eſtis* SPONSA *illa glorioſa, ſponſa illa formoſa, filio regis altiſſimi in teſtimonium nimiæ charitatis ſuæ ſanguine ſuo deſponſata. Nobis filiæ, nobis euangelicæ illæ* NVPTIÆ, *regio cultu, regio ſunt apparatu præparatæ, vobis tauri mactati, vobis altilia ſunt occiſa, vobis ille vitulus ſaginatus omni hoſtiâ pingui pinguior eſt immolatus, & ad nuptiarum veſtrarum gaudium dignè percelebrandum, ſymphonia & chorus, & omne genus muſicorum angelico eſt miniſterio exhibitum. Tantâ igitur dignitate deſponſatæ, tali dote dotatæ, tantâ dignatione electæ, & ad tantum culmen gloriæ prouectæ, omni vigilantia obſeruare ſorores meæ ne quid in vobis ille ineuitabilis oculus deprehendat, quod reginam, & tanti regis* SPONSAM *dedeceat, ne quid in cordibus veſtris adulterini affectus ille inueniat, qui omnem illicitum cordis appetitum, adulterinum reputat.*

430. Virgines Deo ſacratæ mitrellam olim in caſtitatis indicium geſtabant; huc ſpectabat ſanctus Optatus Mileuitanus, lib. 6. *Nulla ſunt præcepta cõmiſſa, vel de qua lana* MITRELLA FIERET, *aut de qua purpura pingeretur, non enim panno hoc poteſt virginitas adiuuari, nõ enim vnde compeſcuntur æſtus animi, quos interdum ætas accendit; res inuenta eſt ad ſignum capitis, non ad remedium caſtitatis. Denique talis pannus & deturbari, & rodi, & perire poteſt, & tamen virginitas, ſi inlæſa ſit, ſine mitrella tuta eſſe poteſt, in mitrella indicium eſt voluntatis, non caſtitatis auxilium, vt rem iam Deo deuotam, ne qui ſponſabat perſeueret petere, aut ne raptor audeat violare; ſignum eſt ergo non ſacramentum.*

Virgines Deo ſacra mitrellam in caſtitatis indiciũ geſtabant. S. Optat.

Dei ſponſa ſpõſæ titulum nullà temporis diuturnitate amittit; amittit, quæ nuptias cũ homine contrahit; huius rei diſcrimen ſic expendebat ſanctus Bernardus de Paſſione Domini, cap. 3. *Quare* SPONSA, *& non* VXOR, *cum quotidie, vel Eccleſia, ſiue qualibet fidelis anima ſponſa ſuo Chriſto bonorũ operum ſobolem debeat generare? Paucis dico. Solent ſponſæ nondũ alligatæ coniugali vinculo amari ardentius, quam poſtea: tempore enim procedente amor ipſe componitur: ſponſus ergo noſter, vt* MAGNITVDINEM SVI INSINVET AMORIS, *qui tempore non decreſcit, amicam ſuam ſponſam appellat, eo quod illius amor ſemper nouus ſit.*

Dei ſponſa ſponſa titulũ temporis diuturnitate non amittit, ſecus ac in terrenis nuptiis fiat. S. Bern.

431. Sponſum habet anima Chriſti, qui ſponsã non deſerit, niſi à ſpõſa deſeratur; abeſt, ſed in amoris ſignum ſanguinem ſuum fudit, in pignus ſanctum Spiritum exhibuit; Peritè ſanctus Auguſtinus in Pſal. 90. *Sponſus abſens eſt, ſuſtineamus: veniet quem deſideramus. Tantum pignus dedit, non timeat* SPONSA, *ne deſeratur à ſponſo, non dimittit pignus ſuum. Quod pignus dedit? ſanguinem ſuum fudit. Quod pignus dedit? Spiritum ſanctum miſit. Talia pignora dimittet ille ſponſus? ſi non amaret, talia pignora non daret.*

Sponſus Chriſtus ſanguinẽ in pignus dedit & Spiritum ſanctum.

Vir, & vxor cõiugio copulati duo in carne vna ſunt; etiam inter Verbum, & animam ſpiritales nuptiæ celebrãtur, vt igitur vnum cum Chriſtõ ſimus in vna carne, pro fœdere coniugali corpore ſuo nos Chriſtus paſcit, ſui ſanguinis poculum exhibet; Præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone, cap. 2. *Dominus Ieſus ob* AMOREM SPONSÆ *immaculatæ Eccleſiæ reliquit in cælo Patrem ſuum, ſuæque adhæſit vxori cum in cruce pendens dato ſanguinis pretio, atque aquæ lauacro ſibi eam inſeparabilem copulanis, cui etiam pro amoris pignore proque* FOEDERE MARITALI *corporis, & ſanguinis ſui ſacramenta conceſſit, vt non ſolum in ſpiritu verum etiam eſſent duo in carne vna.*

Inter animã, & Verbum ſpiritales nuptiæ celebrãtur, & in vnum ſiunt. B. Laur. Iuſt.

432. Anima & Deo nubit, & à Deo dotatur, decoratur à Deo quod notabat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 44. *Regi*, inquit, NVBIS DEO *ab illo dotata, ab illo decorata, ab illo redempta, ab illo ſanata, quicquid habes vnde illi placeas ab illo habes*; ceteræ ſponſæ dotem ſponſu exhibent, hæc accipit à ſponſo.

Anima Deo nubit, & à Deo dotatur. S. Auguſt.

Quæ ſponſa Chriſti eſſe quærit, priùs pugnet, priùs vincat, deinde thalamum nuptialẽ ambiat; Cant. 3. verſ. 11. ſcriptum eſt: *in diademate, quo coronauit illum mater ſua, in die deſponſationis illius:* Prius coronæ mentio, quàm deſponſationis fit, licet coronæ nuptiarum ſignum olim eſſent, ſed hoc etiam innuitur poſt pugnas, poſt coronas nuptias ineundas, ſcitè Gilleb. Abb. ſerm. 21. in Cant. *Conuertis*, inquit, *ordinem, ſi vis priùs* DESPONSARI, *quàm coronari, ſi priùs vis ad iucunditatem, & quietẽ deuinciri Chriſto, quàm cũ Chriſto vincere. Anticipatio nõ ordinata, ſi ante triumphũ thalamũ tibi optas collocari, ſi ante laborẽ præſumis lætitiã.*

Pugnare debet, & vincere, qui Chriſti nuptias ambit. Cant. 3. 11. Gilleb.

Nouacimi Nuptiales Aquæ.

Anima, quæ Deo hæret, Dei ſponſa audit, ſponſa & ſoror eſt, ſponſa non vxor dicitur, vt ardens Chriſti in eã amor tacitè inſinuetur: Præclarè vt ſolet ſanctus Bernardus cap. 3. de Paſſione Dom. *Sed quare*, inquit, SOROR & SPONSA? *an non poteras ſufficientem ſponſi amantem affectum oſtendere ſolius ſororis, vel ſolius ſponſæ poſitio? vel quare ſponſa, & non vxor, cum quotidie vel Eccleſia ſiue quælibet fidelis anima ſponſo ſuo Chriſto bonorum operum ſobolem debeat generare. Paucis dica, ſolet ſponſa nondum alligata coniugali vinculo amari ardentius quam poſtea. Tempore enim procedente amor ipſe componitur. Sponſus ergo noſter, vt magnitudinem inſinuet ſui amoris, qui tempore non dureſcit, amicam ſuam ſponſam appellabat, eo quòd illius amor ſẽper nouus ſit, &c. Dicit ergo vulneraſti cor meũ, &c. quia ſummè te diligo vt ſponſam, caſte vt ſororem.* 433.

Sponſa, & ſoror Chriſti, quæ anima eſt. S. Bern.

Virginum quæ Chriſto nupſerunt dos oratio eſt, & quidem tanto ſponſo gratiſſima. Pulchrè Tertullianus ad vxorem cap. 4. *Orationes ſuas veluti* DOTES *Domino adſignant.*

Orationẽ pro dote Chriſti ſponſa affert. Tertul.

Quæ Chriſto ſuo nupſit tanquam arca teſtamenti diuinæ legis animata cuſtos eſſe debet, tota deaurata, & ab rerum terrenarum cogitatione aliena, quò ſpectabat S. Hieronymus epiſt. 22. quæ eſt ad Euſtochium in hæc verba: SPONSA CHRISTI *arca eſt Teſtamenti, intrinſecùs, & extrinſecùs deaurata cuſtos legis Domini. Sicut in illa nihil aliud fuit, niſi tabulæ teſtamenti: ita & in te nullus ſit extrinſecus cogitatus.*

Spõſa Chriſti legis diuinæ cuſtos ſit, nec externus cogitet. S. Hier.

Qualis eſſe debeat Chriſti ſpõſa, quà facie, quo habitu, & ornatu, ſcitè explicat Iuo Carnotenſis epiſt. 10. his verbis: *Chriſti Virginem primùm decet cordis humilitas, facies pallida, macieque confecta, cutis cilicia ſqualida, non balneis frequentibus curata, in loquendo verecundia, in audiendo obedientia, in cibo parcitas, in potu ſobrietas, in inceſſu grauitas, in veſte vilitas, nõ diſſolutæ mentis nutrix, & index prodigalitas: vt in his omnibus nã voluptati ſeruiatur, ſed neceſſitati. Sicut enim bona domus in ipſo veſtibulo agnoſcitur: ſic religioſæ mẽtis habitus his ſignis foris agnoſcitur, & eiſdem ad contemptum ſui quotidianis profectibus eruditur.* 434.

Qualis Chriſti ſponſa eſſe debeat, qualis eius habitus, & ornatus. Iuo Carn.

Quid iis præſtandũ, quæ ad nuptias cœleſtes anhelant indicat his verbis ſanctus Petrus Damianus lib. 8. epiſt. 14. *Vos*, inquit, *quæ ad* COELESTES NVPTIAS *firma ſpei gradibus feſtinatis, non paruam partem veſtræ ſubſtãtiæ, in tuto loco reponite, vt ad immortalem ſponſum ſine vlla debeatis cõfuſione tranſire: marſupium autem, vbi hæc tutiſſimè reponantur, ſinus eſt pauperis, ſuſtentatio miſerorum. Hoc nimirum fidele eſt depoſitorium, ſine vllo potius detrimento, quod ſuſceperat redditurum.*

Quid illis præſtandum qui ad cœleſtes nuptias adſpirant. S. Pet. Dam.

Felicior anima eſt, quæ Verbo ad ſpiritalẽ prolẽ maritatur inſtar illius de qua loquebatur S. Bernardus ſerm. 85. in Cant. *Quæris anima Verbum cui cõſẽtiat ad correctionẽ, quo illuminetur ad cognitionẽ, cui innitatur ad virtutem, quo reformetur ad ſapientiam, cui conformetur ad decorem,* CVI MARITETVR *ad fœcunditatem, quo fruatur ad iucunditatem.*

Anima Verbo maritatur ad fœcunditatẽ. S. Bern.

Nõ in extimo corporis aut veſtiũ ſplẽdore ſitus ſpõſæ Chriſti decor eſt, quia amplius corã ſpõſo niteſcet, quo vilius indumẽtũ præferet, & magis culta putabitur, quo magis inculta, hinc illud ad illã Petri Bleſẽſis ep. 55. *Beata es*, inquit, *quæ ſpretis filiis hominũ, filiũ altiſſimi tibi* ELEGISTI IN SPONSVM. *Rex regũ, & dominus dominantiũ, ipſe eſt, qui cõcupiuit decorẽ tuũ, ad cuius copulã Propheta te inuitat, Audi, inquit, filia, & vide, & inclina aurem tuã, &* 435.

Chriſti ſponſa coram ſponſo magis culta videbitur ſi vilius præferat veſtimentum. Pet. Bleſ.

obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Decor tuus non in corpore eſt, ſed in mente: omnis enim gloria filiæ regis ab intus. Tanto eris acceptior SPONSO SVO CHRISTO, *quanto fueris in veſte vilior, in cultu corporis tui abiectior, in ſermone rarior, in cultu deiectior, in aſpectu verecundior, in inceſſu maturior. Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus, quoniam ipſe eſt ſanctus ſanctorum, qui à te nihil aliud poſtulat niſi pudicitiæ ſanctitatem.*

Quæ à ſponſæ titulo per culpam excidit, pœnitentiam agat vt iterũ eligatur à Deo in ſponſam. Thren. 1. S. Paſch.

Quæ ſponſæ titulo anima excidit, alicuius criminis rea tedeat ad ſponſum, iterum eius ſponſa futura per pœnitentiam. Thren. 1. *Facta eſt quaſi vidua*: rectè additum *quaſi*, ne penitus omne ſponſalitatis ius ſe amiſiſſe deſperaret, nec rurſus de reditu ad ſponſum cogitaret; opportunè rem verſat ſanctus Paſchaſius, lib. 1. in Lament. Ieremiæ, dum ait: *Notandum quod* QVASI VIDVA, *ſed non verè vidua dicitur, quia etſi ab ſponſo deſpicitur,* SPONSALITATIS *tamen eius iura manent, vt ſi redierit, prioraque dilectionis opera impleuerit, ſponſum ſaltē per pœnitentiã, immortalitatemque recipiat.*

Nuptiæ inter Spiritũ ſãctũ, & animam qui celebrentur. S. Ant. Vlyſſ.

436. Quæ inter animam, & Spiritum ſanctum fiant nuptiæ ita explicat ſanctus Antonius Vlyſſip. ſerm. 5. in Dom. 1. poſt Epiph. *Cana interpretatur Zelus. Galilea interpretatur volubilis vel trãſmigratio. In zelo, ideſt, in amore tranſmigrationis fiunt* NVPTIÆ INTER SPIRITVM SANCTVM, ET ANIMAM *pœnitẽtem. Vnde ſuper hoc habet concordiã Ruth, (quæ vt ibi dicitur) de regione Moabitide tranſmigrauit in Bethleē, quã Booz aſſumpſit ſibi in vxorē.*

Sponſa non ſuam, ſed ſpõſi gloriam quærit. Cant. 8. S. Bern.

A ſponſo laudibus perfuſa ſponſa ſponſum fugere iubet. *Fuge*, inquit, *dilecte mi*, Cant. 8. hoc eſt interprete ſancto Bernardo, ſerm. 5. in feſto omnium Sanctorum, *non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*; Veré laudibus dignus qui laudari non appetit, omnia Deo tribuit, ſponſam Dei verè ſe prodit, quæ ſponſi gloriam, laudemque quæſiuit, non ſuam.

Torpentibus negatur ſpõſi connubium. B. Laur. Iuſt.

Quid ei cauendum, qui verbi connubiũ amat, explicat in hunc modum ſanctus Laurentius Iuſtinianus de caſt. connubio, cap. 1. TORPENTIBVS NEGATVR SPONSI CONNVBIVM; non amat illas ſponſas cœleſtis ſponſus, quæ deſidiæ, torporique nupſerũt; aliud monitũ idem Beatus Pater iis exhibet, qui ad has nuptias aſpirant, ait enim eodem lib. cap. 17. *Et terra, quæ ſulcatur vomer, ſpinarum germina pullulare vix poteſt. Diſciplinæ igitur ſarculo mentis terram excolat, & deſiderij manu de fonte memoriæ exteriorum cogitationes exhauriat, qui* VERBI DIGNVS VVLT ESSE CONNVBIO.

Quid in eo requiratur qui Verbi connubium quærit. Idem.

Nuptiæ in vtero Virginis celebratæ. S. Auguſt.

437. Felices, & illæ nuptiæ, quæ in virgineo vtero velut in thalamo celebratæ ſunt inter Verbum, & humanam naturam; hac mente aiebat ſanctus Auguſtinus 4. Confeſſ. cap. 12. *Vbi* (in vtero virginali) *ei* NVPSIT *humana natura, id eſt caro mortalis.*

Gabriel fœderator nuptiarum dictus. S. Pet. Dam.

Vt non abs re inter alios titulos, quibus donatus eſt Archangelus Gabriel, hic ſit, quo *fœderator nuptiarum cœleſtium* ſit dictus; ſanctus Petrus Damianus, tom. 4. qui publici iuris adhuc factus non eſt, orat. 1. quæ ad filium, ita loquitur: *Adiuua me & tu beate Gabriel,* FOEDERATOR COELESTIVM NVPTIARVM: *ſalua me precibus tuis miſerum peccatorem, qui illum miſſus es nunciare qui venturus erat in mundum peccatores, & miſeros liberare*, & orat. 6. *ſancte Gabriel fœderator cæleſtium nuptiarum.*

Eccleſia Chriſti ſpõſa vt ornata. S. Pet. Chryſ.

Spõſa Chriſti Eccleſia eſt, quã ita ornatã nobis exhibuit ſanctus Petrus Chryſologus, ſerm. 25. *Ex quo ad* DESPONSANDAM SVAM ECCLESIAM *Chriſtus aduenit, thalamus ornatur ſponſa: & ornatur auro fidei, argento ſapientiæ, virtutum gemmis, ſanctitatis velis, verecundiæ roſis, liliis caſtitatis, pudoris violis, & ad alta cæli, pudicitiæ templum, faſtigium virginitatis attollitur*: hæc eadem ornamenta anima quælibet quærat, quæ eiuſdem ſponſi ſponſa futura.

CAPVT L.

Nutrix de matre; nonnulla de nutricibus litteris conſignata; nonnulla de matribus.

Nutrix *pro matre.*

Suos non lactare *filios probro olim dabatur apud Scotos.*

Matris eſſe filios lactare *matris vbera probãt.*

Nutrices apud Lacedæmones faſcibus in infantium *cura non vtebantur.*

Quarundam lex de infantium *nutricibus.*

Nutricis *munus ſuperbia vt exerceat.*

Matribus liberi *impedimento ſunt ad iter ſpirituale.*

Matris munus vt charitas *exerceat.*

Luſus in nouercæ *nomen.*

NVtricem pro matre accipi quæ filios nutriat, apud optimos linguæ auctores inſolens non eſt. Varro, lib. 1. cap. 4. *Vt deſideriũ poſſint ferre* 438.
NVTRICES: ideſt, inquit Turnebus, & rectè *matres, quæ filios nutricant.* eodē ſenſu ſæpè in ſcripturis nutrix ſumitur, contra vulgatã nutricis ſignificationem. 1. Theſſ. 2. 7. *ſi nutrix foueat filios ſuos*, ideſt, ſi maternam filiorum nomen aliam notionem ſub nutricis nomine fert, quam matris, cum matris ſolius ſit habere filios, hinc eſt vt matrem videatur exuere, quæ filios non nutrit, & proprio non alit lacte.

Nutrix pro matre. Varro. 1. Theſſ. 2. 7.

Suos non lactare filios probro olim dabatur apud Scotos, ſic enim in deſcriptione Scotiæ legitur: *Neque enim accerſebant* LACTANDIS INFANTIBVS *nutrices, ſed ſuo ipſæ ſucco matres proles ſuas educabant, probri id loco ducẽtes, nec adulterij ſuſpicione carere, ſi qua forte fortuna lacte deficiente ad nutricationem haud ſufficeret. Hoc enim pacto legitimas proles probari aiebant, ſi, quas vtero fouiſſent, eaſdem in lucem editas enutrire natura non recuſaret, matriſque munus ſola implentes nullam liberorum partem nutricibus cederent. Degenerare item nonnihil prudentiſſimi homines à parentum natura filios arbitrabantur, familiari matris in vtero alimento aſſuetos, vbi ad aliena vbera admouerentur.*

Suos non lactare filios probro olim dabatur apud Scotos.

Matris eſſe liberos lactare natura voluit, cùm ei vbera dare curæ fuit, vt ſi duos pareret, par vtriſque eſſe poſſet: Pulchrè Monerius:

Matris eſſe filios lactare matris vbera probant.

Cur DVO *ſollicita Deus indidit* VBERA *matri?*
An decorent pectus, quod muliebre magis?
An quia ſæpe duos enixa puerpera fœtus
His eget, vt geminis ſit ſatis vna parens?

Apud Lacedæmones faſciis in infantium curã minimè nutrices vtebantur: omnibus etiam cibis eos aſſuefaciebant, & ieiunio, vt robur acquirerent: adeò vt etiam exteræ gentes Laconicas nutrices infantibus inſtituendis conducerent: habet hæc omnia Plutarchus in Lycurgo: *Iam*, inquit, NVTRICES *curam agebant artificioſam, vt ſine faſciis infantium educentes membra, & ſpeciẽ iis liberalem cõciliarent. Aſſuefaciebant etiã eos quibuſuis cibis, & ieiunio, vtque ingredi ad tenebras,* 439.

Nutrices apud Lacedæmones faſcibus in infantium cura nõ vtebantur. Plut.

imperterriti

Digitized by Google

imperterriti eſſent ad ſolitudinem, neſcij illiberalis moroſitatis, & vagitus. Hinc mercabantur liberis nonnulli exteri nutrices Laconicas. Etiam quæ Athenienſem nutricata eſt Alcibiadem Æmyliam tradunt Lacanam fuiſſe.

Quarundam lex de infantium nutricibus. Stat.

De infantium nutricibus hanc legem habebant Taruiſini, dabo illorum verba in ſtatutis, lib. 3. tract. 11. rub. 40. *Statuimus, quod ſi aliqua mulier puerũ* AD NVTRIENDVM *acceperit, ſiue virũ habuerit, ſiue nõ, quod infra duos menſes, poſtquã prægnans fuerit, manifeſtare, ac denũtiare teneatur Patri, vel Matri, vel illi qui puerum, vel puellam dederit ad nutriendum, ſe prægnantem fore, & quæ contrafecerit, centum ſoldorũ denariorum cõmuni Teruiſij pro bãno componat, & perdat pretiũ, quod habere debet, & ſi ei ſatisfactũ fuerit, quod illud pretiũ reſtituere teneatur.*

440. *Nutricis munus ſuperbia vt exerceat.* S. Optat.

Nutricis munus ſuperbia exercet, alit, fouetq; omnia vitia. S. Optati Mileuitani hæc ſunt verba lib. 2. *Hoc vobis dictat* NVTRIX *veſtra ſuperbia.*

Matribus liberi impedimento ſunt ad iter ſpiritale. Matth. Tertul.

Matribus non ſemel magno impedimento ad ſpiritale iter liberi ſunt; quod innuebat Chriſtus cum dixit; *væ prægnantibus, & nutriẽtibus, Cur enim,* inquit Tertull. cap. 5. ad vxorem, *Dominus væ prægnantibus, &* NVTRICANTIBVS *cecinit, niſi quia filiorum impedimenta teſtatur, in illa die expeditionis incommodum futura.*

Matris munus vt charitas exerceat. B. Laur. Iuſt.

Matris munus, vt hoc quoque id adiiciam probè charitas exercet, vt iure matri parietur; Audiẽdus B. Laurentius Iuſtinianus tract. de charit. cap. 2. vbi ait: CHARITAS MATRI COMPARATVR, *cuius affectio inter officia, & affectus eſt efficacior; ſic charitas omnium virtutũ mater eſt. O bona mater Charitas, quæ ſiue foueat infirmos, ſiue exerceat prouectos, ſiue arguat inquietos, diuerſa exhibens ſicut filius diligit vniuerſos. Quum te arguit, mitis eſt, quũ blanditur ſimplex eſt, piè ſolet ſæuire, ſine dolo mulcere, patienter nouit iraſci: humiliter indignari.*

Luſus in nouercæ nomen.

De nouercæ nomine ita quidam ludebat:

Qui noceant, arcus Accurſius eſſe nouercas
Falſus ait, ſenſus non facit iſte ſatis.
Germanæ matris vix larua, aut rubra NOVERCA
Non arcus nouus eſt, ſed nouus orcus erit.

CAPVT LI.

Dominus de marito.

Dominus *de marito.*

Viri in mulierem dominium.

Priſcæ mulieres dominos viros ſuos *vocabãt.*

Mulier virum ſuum vt dominum *habeat, eõque regatur vt equus fræno.*

Mariam Virginem Ioſephum virum Dominum *vocaſſe aliquorum cenſio.*

Viri, *&* Domini *nexus.*

Dominandi *verbo maritus circumſcriptus.*

בעל *quid, quid* maritus naſi, *quid naſi Domini, aut ira?*

Maritus בעל *cur dicatur?*

Iram vt coniugem *vir iracundus habet.*

Mulieres viros ſuos Baalim *vocabant.*

441. QVia de nuptiis, nuptialibuſque aquis agimus non erit intempeſtiuum aliqua de viro, atque marito ſubiicere cùm pleraque de vxore, ac ſponſa dicta ſuperius ſint, & infrà etiam dicenda.

Et in primis obſequio mulieres tantâ reuerentiâ viros ſuos proſecutas, vt non proprio nomine eos vocarent, ſed Domini appellatione ad honorem vterẽtur, adeò vt Dominus de marito apud probæ notæ ſcriptores dicatur, & vt gradum ad ſacra nobis faciamus, aliqua prophanorum loca huic rei firmandæ producemus. Virgilius hoc ſenſu extulit, lib. 4. Æneidum dum ait:

Dominus de marito. Virg.

——— *connubia noſtra*
Reppulit, ac DOMINVM *Æneã in regna recepit.*

Dominum, ideſt maritũ, vt etiam alij monuêre. Eodem ſenſu idem nomen ſumpſiſſe videtur etiam Ouidius 2. Faſtorum:

Ouid.

Mittenda eſt DOMINO *iã nunc properate puellæ*
Quamprimum noſtra facta lacerna manu.

Et in epiſt. ad Cydippen:

Elige de vacuis quod non ſibi vendicat alter,
Si neſcis DOMINVM *res habet iſta ſuum.*

Euripides ſapientem mulierem ſeruam vocat:

Quæ ſapiens mulier nata eſt ſeruire marito.

Viri in mulierem dominiũ. Eurip. Pittacus.

Et Pittacus viri in mulierem dominium ſignificans ait: *γυναικὸς ἄρχειν* ideſt: *Dominari vxori.* Ad noſtros venio.

442. *Priſcæ mulieres dominos viros ſuos vocabant.* S. Chryſ.

Sãctus Chryſoſtomus hoc in priſcis mulieribus laudat, quæ viros ſuos Domini appellatione honorabãt, ſic enim ille ſcribit hom. 26. in epiſt. 1. ad Corinth. PRISCÆ ILLÆ MVLIERES VIROS SVOS DOMINOS VOCABANT, nam Gen. 18. Sara de Abraham loquens ait: *Dominus meus vetulus eſt*; ideſt, Abraham maritus meus, quod habet etiam Apoſtolorum apex ſanctus Petrus epiſt. 1. cap. 3. verſ. 3. verſ. 6. *Sicut*, inquit, *Sara obediebat Abrahæ Dominum eum vocans.* 1. Pet 3. 3.

S. Ignat.

Huc ſpectauit etiam ſanctus Ignatius epiſt. ad Antiochenſes, vbi ita ſcribit: *Mulieres honorificent viros ſuos, ſicut carnem ſuam, & non audeant eos* PROPRIO NOMINE *vocare*, ſed communi, & honoratiore, nempè Dominos. Sanctus Clemens Romanus, lib. 9. Recognit. cap. vlt. de Diua Natalia vxore S. Adriani id narrat: *Quæ*, inquit, *D. Adrianũ maritũ* DOMINVM *quoque appellabat.* Clem. Rom

Mulier virũ ſuum vt dominum habeat, eoque regatur vt equus fræno. S. Chryſ.

Mulier virum ſuũ Dominum habeat, illõque velut equus fræno regatur, quod tetigit etiam ſanctus Chryſoſtomus, hom. 17. in Gen. dum ait: *Quia neſciuiſti imperare, diſce bene regi, ad virum enim tuum conuerſio tua, & ipſe* DOMINABITVR TVI, *melius eſt, vt tu ſub illo ſis, & illum Dominum habeas, quam impauidè, & liberè viuens per præcipitia feraris, nam & equo vtilius eſt fræno regi, & compoſitè ingredi, quàm ſine illo per præcipitia ferri.*

443. *Mariam Virginem Ioſephum virum Dominum vocaſſe aliquorum cenſio.* Io. Gerſon.

Illud hîc adiicio, etiam Virginem Deiparam virum ſuum Ioſephum ita compellare ſolitam; Dominum eum vocabat, nobiliore iſto vocabulo, idque tum ex humilitatis ſenſu, ac ſi neſciret ſe omnium Dominam, atque reginam eſſe, quæ Domini mater erat, tum ex priſco hoc ſanctarũ mulierum ritu. Subſcribit huic meæ cenſioni piùs doctiſſimúſque auctor Ioannes Gerſon, cuius hæc ſunt verba in ſerm. de natiuit. Virg. *O miranda prorſus Ioſeph ſublimitas tua! O dignitas incomparabilis, vt mater Dei, Regina Cæli appellare te* DOMINVM *nõ indignum putauerit.* Magna tanti viri dignitas, ſingulariſque honor, vt ab ea, quæ Dei mater erat Dominus appellaretur. Diſcant à Virgine vxores, quantâ reuerentiâ, & humilitate proſequi viros ſuos debeant.

Viri, & Domini nexus. Oſeæ 2. 7. Chald.

Porrò ex his, quę diximus multa in ſacris litteris loca illuſtrare procliue erit. Oſeæ 2. v. 7. quod Chaldæus Paraphraſtes vertit: *Vadã & reuertar ad* DOMINVM MEVM *priorem*, vulgatus interpres ſic extulit: *Vadã & reuertar ad virũ meũ priorẽ*: vt apertè colligatur Dominũ de viro ac marito dici.

Dominandi verbo maritus circumſcribitur. Iſa.54.5. For. *Maritus cur dicatur.* Oleaſt.

Etiam dominandi verbum maritum circumſcribit Iſaiç 54.verſ.5. *Quia* DOMINABITVR TVI, *qui fecit te* Forerius ad noſtram mentem vertit ex Hebræo: *Quia* MARITVS TVVS ERIT, *qui fecit te*: vt idem ſit dominari, ac mariti vices gerere, nam etiam apud Hebræos idem verbum vtrunque ſignificat, nēpe בעל *baghal* Probè Oleaſter in cap 21. Exod. *Significat baal, quod maritum ſumus interpretati, ſupergredi ſuperiorem eſſe, quemadmodū vir vxori præeſt*. Mariti partes agere nō videtur qui vxori ſubditur, & virilē mentem exuēs fœmineam induit fœminæ mancipium factus.

בעל quid? quid maritus naſi. quid naſi dominus aut ira. Prou. 22.24. Ferd. Salaz.

444. Hinc locum prouerbiorum, qui docto interpreti negotium faceſſiuit, facilè aperiemus cap. 22.verſ.24. ait Salomon: *Noli eſſe amicus homini iracūdo, neque ambules cum viro furioſo*. In Hebræo *pro homine iracundo* eſt, *maritus naſi*. Montanus in Biblia Pagnini ita vertit; *Ne aſſocieris auctori naſi*; alij: *Ne aſſocieris marito naſi*; alij denique: *Domino naſi*; nam vox בעל maritum, dominumque ſignificat. Exod. 21. verſ. 3. *ſi habens vxorem*, Hebraicè eſt בעל. Igitur apud Salomonem Dominus naſi erit vir iracundus, qui ad iras propenſus, & ad rixas, vt iræ veluti coniugi cohæreat, eamque non facile deſerat, aut dimittat. Vt fruſtra Ferdinandus de Salazar lectionem illam reiiciat, quæ Dominum naſi habet, eam probet, quæ maritum, quom eadem ſit vtriuſque ratio, & Dominus nihil aliud ſignificat, quàm maritum, quod frequens tum in ſacris, tum in prophanis litteris eſſe ex his quæ produximus apertè conſtat. Sed huius auctoris verba audiamus, nam in huius verſiculi commentario hanc lectionum varietatem verſans ita ſcribit: *Hominem ergo ad iraſcendum facilem appellat Salomon* Dominum naſi, *Hebraicè* בעל אף *Banghal aph, ſic aliqui ad verbum extulerunt: ſed non placet, quia Dominum eſſe iræ, aut naſi perinde eſt, atque in eam poteſtatem habere, illam coercere, & temperare. Niſi dicamus, Dominum iræ dici eum, qui cum Dominus alioquin ſit, ad iram pronus eſt, eum nimirum, qui cum dominij auctoritate iram copulat, in potentioribus enim iracundia eſſe ſolet, quia auctoritas, & dignitas iram creſcit.* Hæc auctor iſte. Sed quis non videat, quàm coacta, & nimis anguſta hæc interpretandi ratio ſit. Et non ignobiles etiam, vileſque & pauperes inuadit iracundia? Inuadit, & vt dici ſolet, *ineſt & formica bilis*, nec vllus ferè tam contemptibilis eſt, qui ab iræ impetu ſit, ſed ad omnes porrigit, cùm vniuersè iracundi hominis conſuetudo noxia nobis eſſe ſoleat.

445. Malè etiam prædictos auctor lectionem reiicit, quæ habet: *ne aſſocieris Domino naſi*, cùm ipſemet eam recipiat, quæ habet: *ne aſſocieris cum marito, aut coniuge naſi*: nam hic Dominus aliud non ſignificat, quàm maritum; quod ergo de marito dixit, de Domino dicendum eſt, nec temerè expungenda ea lectio, quæ *Dominum* habet, cùm par vtriuſque ſit ratio, atque notio. Placet, quod de marito iræ excogitauit, ſic enim hanc verſionem verſat: *Rurſus alij vim vocis Hebraicæ euertentes ſic locum reſtituendum putant, ne aſſocieris cum marito, aut coniuge naſi, aut ira. Et ſanè non inſultè vir ad iras propenſus maritus iræ appellatur, quia iram veluti coniugem ſibi copulatam, & cohærentem habet, eamque quoquo verſum circumfert.* Suſtineri igitur eodem ſenſu poteſt lectio illa, *ne aſſocieris Domino naſi* ſeu iræ, perinde enim eſt, ac ſi dixiſſet, marito, aut coniugi naſi, Dominus enim de marito dicitur, & vox Hebræa בעל *banghal* vtramque notionem fert, vnde apud Pagninum, in lexico בעל appellatur Dominus, Patronus, & maritus, à verbo בעל quod eſt Dominari, & maritum eſſe; & Dominus iræ dicitur, qui nexum cum ea habet, & iracundiæ copulatur ſicut vir vxori, vnde noſter ad ſenſum vertit: *Noli eſſe amicus homini iracundo*; nam vir ad iram pronus coniugium quodammodo cum ira contraxiſſe videtur, à cuius thoro vix ſeparatur.

Iram vt coniugem vir iracundus habet.

Mulieres viros ſuos Baalim vocabāt. Oſeæ 2. Iſid. Clar. S. Cyril. Alex.

Et quoad vocem *Baal*, ſeu *baalim*, quæ dominum, & maritū ſignificat, obſeruo olim in more fuiſſe, vt mulieres viros ſuos *baalim* vocarent; hinc illud Oſeæ 2. Vocabit me vir meus, & non vocabit me *vltra baalim*. Expendens hoc nomen Iſidorus Clarius hîc ait: *quod maritum ſignificat, ſed durum, & imperioſum, qualis fuit Baal cultoribus ſuis*. Sic ille. Sanctus Cyrillus Alexandrinus in cap. 2. Oſeæ, putat hîc reſpici ad antiquum morem, quo Hebrææ mulieres, quæ maritos ſuos falſorum numinum nomine appellare conſueuerant: hæc eius verba: *Baalim*, inquit, *quod norunt omnes idola ſignificat, ſolebant autem Hebrææ mulieres maritos ſuos* FALSORVM DEORVM NOMINIBVS *appellare, qui mos iniquiſſimus illi honori erat. Eius primum auctorem Ninum Babylonium ferunt, qui Patrem ſuum nominauit Belum à Bel idolo, quod colebant*. Hactenus ſanctus Cyrillus; ſed quia hîc ſumus, alia de marito adiiciamus, quæ vtilitate grauida fructū in lectorum mentibus parturiāt.

EXCVRSVS XXXIV.

In concupiſcentiæ, aut aduerſitatis fluctibus portus vxori vir eſt, atque anchora.

Tutus portus veritas.
Humilitatis *portus quærendus.*
Portum qui princeps *referat.*
Portus *ſibi ipſi ſapiens eſt.*
Bonus portus caſtitas, *& honeſtas.*
Quod faces in *portu hoc boni viri in aliorum exemplum.*
In amoris mari in *amicæ oculis amens, & amans quidam portum ſe reperiſſe dixit.*
In nuptialibus aquis vir portus *vxoris, & anchora.*
Portus in *impudicitiæ mari maritus.*
Vir luxuriæ aquis *non mergatur, qui mergi vxorem non vult.*

AB aquis non abeam, de viro agens, ſi illum vxoris portum eſſe dixero, ac probauero; 446.
hoc verò antequam probem indicabo aliquos portus, ad quos appellere debet, qui fluctibus agitur, ſuæque ſaluti conſultum vult; alibi nonnullos tetigi, alios hîc ſubiicio.

Tutus portus veritas. B. Laur. Iuſt.

Tutus portus eſt veritas, ad quē quāta auiditate anima feratur explicat his verbis B. Laurentius Iuſtinianus, lib. inedito comment. in Pſal. 72. *Sciendum, quod ſicut vicina ſanitate magis æſtuāt ægri, ſic anima quanto impetuoſius cuiuſdam quæſtionis* FLVCTVAT *tempeſtate, citius ad intelligendum* VERITATIS PERVENIAT PORTVM.

Humilitatis portus quærendus. B. Gertrud.

Qui ſuperbiæ fluctibus iactatur portum quærat humilitatis; nam Chriſtus ipſe alloquens Beatam Gertrudem humilitatis PORTVM vocauit, in quem ſe recipere debet, qui ſaluti ſuæ conſultum vult, & naufragium timet; res habetur, lib. 2. cap. 12. vitæ iſtius beatæ viraginis.

Portum

Digitized by Google

Portum qui princeps refe rat.
Sid. Apol.

Portum qui Rex, qui Princeps referat explicat Sidonius Apollinaris epiſt. ad Agricolam de vita Theodorici, dum ait: *Quodque mirere, ſæpe illa lætitia* (ex tabulæ ludo) *minimis occaſionibus veniens ingentium negotiorum merita fortunat. Tunc petitionibus diu ante per patrociniorum* NAVFRAGIA *iactatis, abſolutionis ſubitæ portus aperitur.*

447. Naufragia ſapiens non timet, portum ſecum portat, portus ſibi ipſi eſt; Vera Chariberti laus à docto Venantij calamo:

Portus ſibi ipſi ſapiēs eſt.
Venant.

Qui PORTVM *in proprio pectore ſēper habes*
Tempeſtas nullo penetrat tua corda tumultu;
Ne ſenſu titubes, anchora mentis adeſt.

Bonus portus caſtitas, & honeſtas.
S. Cyprian.

Bonus portus caſtitas, ad quam qui naufragiū timet mentis ſuæ, corporiſque ratem debet appellere; honeſtatis portum eam vocat ſanctus Cyprianus de ſingul. ad fiuem: *Caſtitas libidinis carcer,* HONESTATIS PORTVS, *lorica pudoris.*

Quod faces in portu hoc boni viri in aliorū exemplum.
Epict.

Quod faces in portu in mare nauigantibus ſunt, hoc probi viri exemplum cæteris ciuibus eſſe poteſt; huc flecto illud Epicteti apud Stobæum, ſerm. 45. *Quemadmodum* FACES IN PORTV *ſublatæ, magna flamma in paucis cremiis excitata, nauibus per mare errabundis multum auxilij ferunt: ſic & vir ſplendidus in Vrbe periclitante, paucis ipſe rebus contentus, magnis beneficiis ciues afficit.*

448. In amoris mari portum in amicæ oculis inueniſſe dixit ameos quidam; ſed verè portus iſte omni tempeſtate ſæuior eſt; hæc illius verba ab inſanâ mente finita:

In amoris mari, in amica oculis amens, & amans quidam portum ſe reperiſſe dixit.

Adſpectans, Peta geminum ſeu lumina ſidus
Dum fremit vnda maris, ſalua dicta dedi.
Inueni portum, Caſtor, Polluxque valete
Peta Tyndaridum limina lumen habent
Nil ego nunc æſtus moror æquoris, aurea Petæ
LVMINA *non dubia ſigna ſalutis erunt.*

In nuptialibus aquis vir portus uxori, & anchora.
Procop.

In nuptialibus aquis, in coniugij fluctibus, in matrimonij mari vir portus eſſe debet, & anchora, ne ambo mergantur, ſcitè Procopius in cap. 3. Geneſ. *Mulier, inquit, dum audit, ipſe dominabitur tui, intolerandam ſeruitutem ne ſeruiat, primo loco poſuit quanta cura mulierem vir curare, & fouere debeat, dicens, ad virum tuum erit conuerſio tua, ideſt, ipſe erit refugium tuum,* PORTVS, ANCHORA *tutiſſimuſque ex omni periculo receptus, amor timori coniungitur.*

449. Portus in impudicitiæ mari maritus eſt, ne naufragetur caſtitas, nuptias eligat, nuptialis ſaltem caſtitas in coniugio ſeruetur, maritum ſuum ſuum portum vocabat illa apud illum:

Portus in impudicitiæ mari maritus.

Te dominum veritura meum, PORTVMQVE SALVTIS
Tota addicta tuæ fidei, deuotaque coniux.

Vir luxuriæ aquis nō mergatur qui mergi vxorē non vult.
S. August.

Quot cymbæ in luxuriæ mari infelix naufragium ſubiiſſent, niſi ad hunc portum Spiritus ſancti aura perueniſſent? vt à ſuo munere viri abeant, qui vxoribus naufragij cauſam exhibent, aut occaſio ſunt; Viri eſſe à libidinis fluctibus mulierem auocare non malo exemplo ad impudicitiæ, & adulterij voraginem prouocare: egregiè docuit ſanctus Auguſtinus, ſerm. 28. & 49. qui nouiſſimè prodiere: vbi virum viri nomine premit: *Tu vir es, oſtende quoniam vir. à virtute, vel virtus à viro. Habes ergo virtutem? vince libidinem. Mulieris, inquit, caput vir. Si caput es, duc, & ſequatur: ſed vide, quo ducas. Caput es, duc quo ſequatur; ſed noli ire, quo non vis, vt ſequatur. Ne in præcipitium ruas, vide vt recto tramite gradiaris.* Qui impudicitiæ aquis vxorem mergi non vult, luxuriæ aquis non mergatur, comparem ad paria prouocat, qui cursus ad pœnitenda.

Nouarini Nuptiales Aquæ.

EXCVRSVS XXXV.

Vir vxorem doceat, & vtilium monitorū aquis perpluat, & irriget.

Vxorium ſolum vt irrigetur.
Bonis monitis irrigari *vxoris mens à viro debet.*
Viri eſt vxorem probis monitis informare.
Mulier tanquam Luna *mutuari à viro, vt Sole, lucem debet.*
Viri eſſe mulierem erudire, *& ad legis obſeruantiam vocare.*
Culpa mariti *videtur ſi vxor delinquat.*
Vir apud Scotos luebat *vxoris ſcelus.*
Seuerius *egit in Adam, quàm in Euam Deus, quia ſuperiores acriùs caſtigandi cùm delinquunt.*
Non minor probi mariti *laus, quàm magni* Senatoris.
De viri coſta cordi proxima *vxor formata, vt cordi viro mulier eſſet.*
Viri ſui cor *vxor.*
Euigilare *vir debet futurus vxoris cuſtos.*

VXorem à viro, vt terra à fluuij aquis rigari aiebat Philoſtratus, qui in quadam Epiſtola ad vxorem ſcribens, ait: *Quis enim ita cæcus* FLVVIVS *vt tuum ſolum non* RIGET? Rigabit vir opportunius vxorium ſolum, ſi opportunis vxorem monitis irrigabit: Scitè ille: *Viri eſt vxoris mentem vtilibus monitis veluti* AQVIS IRRIGARE, *vt fructus inde proueniat magnus.* 450.

Vxorium ſolū vt irrigetur.
Philoſt.
Bonis monitis irrigari vxoris mens à viro debet.
P. Ni. No.

Viri munus eſt, vxorem probis monitis informare, & vtilis doctrinæ præceptis inſtruere. Hoc hirundinum exemplo eleganter explicat ſanctus Chryſoſtomus, hom. 5. in epiſt. 2. ad Theſſalonicenſes, vbi ita de muliere loquitur, & de viro: *Sedat æſtrum naturæ. Sed tu eam quoque beneficio affice. Quomodo? In ſpiritualibus ei manum porrige. Quæ audieris vtilia, & non ſecus ac hirundines ore portās, affer, & pone in ore matris, & pullorū* Sic ille.

Viro eſt vxorē probis monitis informare.
S. Chryſ.

Soli vir comparatur, vxor Lunæ, hinc illud Geneſ. 37. verſ. 9. *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare me.* Per Solem patrem intelligit, per Lunam matrem, per Stellas fratres: ſicut itaque Sol lumen ſuum Lunæ, ac Stellis communicat, ita & vir doctrinæ lucem vxoris, & filiorum animis immittere debet, Obſeruabat Plutarchus quod Luna è Sole diſtans, & Soli oppoſita magis illuminatur, vxor contrà nec loco ſeiungi, nec ſenſu opponi marito debet, vt vtilium monitorum luce perfundatur, tenebris obſidetur ſi diſtet à Sole, ſolique opponatur: ſplendidior, lucidiorque fit, ſi ab eius latere non diſcedat, non diſcedat ab eius mente.

Mulier tanquam luna mutuari à viro, vt ſole lucem debet.
Gen. 37. 9.

Viri eſſe mulieres erudire indicauit Deus, cum leges Hebræis tradens, viros ferè alloquitur, & alloquēdos monet, hinc illud frequens in ſacris litteris: *Loquere ad filios Iſrael.* Leuit. 12. & alibi, cur non & ad fœminas, ſermonē dirigit? An quia virorū eſt curare, vt fœminæ Dei legem ſeruēt? Sic Oleaſter in cap. 12. Leuitici: *Viris, inquit, traduntur etiam fœminarum leges, quoniam hi ſunt,* QVI FACERE DEBENT EAS SERVARE. Ad viros ſermo dirigitur in legibus promulgandis, quia virorum maximè eſt, vt Dei 451.

Viri eſt mulierem erudire, & ad legis obſeruantiā vocare.
Leuit. 12.
Oleaſt.

Vix pulchram eſſe mulierem aduertere vir debet, *etiamſi verè ſit.*

Prima mundi corruptio *tunc orta, cum in nuptiis vxorum pulchritudo ſpectata non pietas.*

419. MEretur decipi, qui in vxore ducenda oculos duces ſequitur, oculis potius credit, quàm auribus: pulchritudinem, & formam in vxore potius ſpectar, quàm mores: neceſſaria cautio iſta à nobis hic & firmanda, & illuſtranda.

Nemo in nuptiis contrahendis oculis, vt ducibus vtatur.

Nemo in nuptiis contrahendis oculis vtatur tanquam ducibus; Sampſon quia vxorem illam accipere voluit, quæ ipſius oculis placuiſſet, meruit vt tandem oculi ſibi eruerentur: Sampſoni pares, qui pulchram potius eligunt, quam probam, & oculis vtuntur, non mente. Bene ille; *Caterùm ita nuptiæ fiunt, quas preparat Deus, qui nimirum eſt viuens, & videns. Alij qui ſecus agunt, & qui* SOLIS OCVLIS FIDVNT, *oculos habent, & non vident, & ſe coniiciunt in ærumnas; fiuntque Samſoni ſimiliores, quam Iſaac. Ille parenti ſuo neganti vxorem è ſtirpe Philiſtæorum, reſpondit affirmato animo; Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Philiſtai apprehenſo tandem Sampſone ipſi oculos eruerunt, atque hoc pacto ſi quodammodo peccauerunt, iidem oculi luerunt.*

In coniuge eligenda cui9 potius, quam auribus credendum.
Gen. 24.

In coniuge eligenda cuiuis potius credendum, quàm oculis eſt, præiuit in exemplum ſeruus Abrahæ, qui ex aquæ porrectione didicit, quænam Iſaaci vxor futura: *Puella,* inquit Gen. 24. *cui dixero, inclina hydriam tuam, & bibam, & illa reſponderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt quam preparaſti ſeruo tuo Iſaac*; nulla hîc generis mentio, nulla formæ, dotis nulla: morum ratio habetur, & virtutis ſatis diues eſt, ſi bona, ſatis pulchra, ſi virtutibus ornata. Iſtuc ad hanc mentem præbebat Rupertus lib. 6. in Geneſim, cap. 41. *Ipſe,* inquit, *puella petenda iudicium ſuis non commiſit* OCVLIS, *qui ſolam faciem non etiam mores, aut virtutem peruidere poſſent: ſed credens, quod Domini ſui curam haberet Deus totam in illo poſuit electionis ſpem*

Rup.

420. Quidam iuuenis nobilis nobilem, & ſpecioſam filiam deſponſare renuens, poſtmodum videns virginem quandam pauperem manibus operantem, & ore Deum laudantem ait ad eam: Quid eſt, quod agis, ô mulier? Ad quod illa: Sicut parua medicina a magno labore liberat, ſic gratiarum actio in paruis donis, magnorum efficitur auctrix donorum. Hæc quæ extrinſecùs ſunt noſtra non ſunt: quæ in nobis verò ſunt, noſtra ſunt. Videns iuuenis eius prudentiam, eam à patre ſuo petiit in vxorem: quam habens factus eſt valde glorioſus. Vides vt auribus plus crediderit, quàm oculis.

Singulare exemplum vxorem ducentis non oculis, ſed auribus.

Amanda vxor non quia pulchra, ſed quia proba.

Deut. 21.
Iſid. Clar.

Amanda vxor, non quia pulchra, non quia ornata, ſed quia bona: oculis vxorem duci nolebat Deus cùm iuſſit, vt mulieri alienigenæ in vxorem ducendæ caput raderetur, vngues abſcarentur, detraherentur veſtes, Deut. 21. egregiè rem verſat Iſidorus Clarius ad hunc locum, dum ait: *Introduces eam in domum & illa radet caput ſuum, ne fortè propter* ASPECTVM *crinium cœperis diligere eam: parabit vngues ſuos, ſic enim quidam vertit, id eſt, nutrit vt vel ſic diſplicent. Deinde detrahet veſtimenta ſua pulchra in quibus capta eſt ne fortè* ORNATVS VESTIVM *impulerit te in amorem eius. Quartò illa ſedens flebit vt vel ſic amoris inconſtantia declaretur.*

Ingentia mala timeri tunc poſſunt, cùm in 421.
coniugiis oculis magis creditùr, quam auribus pulchritudinis potius habetur ratio, quam morum, vix dixerat Moſes cap. 6. Gen. *videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant,* cùm ſtatim diluuium Deum orbi immiſiſſe tradit, vt etiam ab hoc fonte manaſſe innuat homines in ea peccata lapſos, quibus abluendis diluuij aquas Deus immiſit. Oleaſter ad producta verba ait: *Videtur locus iſte taxare eos, qui* OB PVLCHRITVDINEM *vxorem eligunt.* Malè Indi de quibus ait Cœlius Rhodiginus lib. 18. lect. antiq. cap. 31. *In matrimoniis contrahendis præter* VENVSTATAM *cum proceritate nil curant magnopere.*

Ingentia mala timenda cum in nuptiis plus oculis creditur, quā auribus.
Gen. 6.

Oleaſt.

Coniux eligenda eſt, quam & proſapiæ fides, probitáſque ornet, quò ſpectauit Abraham, cùm ſeruo dixit Gen. 24. *Ne accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum*: quia ſcilicet Chananæi à Deo maledictione percuſſi dictum enim eſt, Gen. 9. *Maledictus Chanaan; ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis*; noluit igitur ex ſeruili gente ſponſam eligi, ratus ægre ingenuam moribus eſſe poſſe; ſcite ſanctus Ambroſius lib. 1. de Abraham, cap. vlt. *Conſtrinxit eum, vt non de ſemine Chananæorum vxorem aucteret Domino ſuo, quorum generis auctor patrem non honorauerat, & ideo maledictionis hæreditatem tranſmiſit in ſuos, vt cognoſcamus fidem, & quandam hæreditatem de auctoris proſapia in iis requirendam, quos nobis velimus adiungere. Cum ſancto enim ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Si hoc in aliis, quanto magis in coniugio, vbi vna caro, & vnus ſpiritus eſt.*

Ingenuis moribus prædita vxor eligēda.
Gen. 24.

S. Ambr.

De vxoris pulchritudine ait Ben-Syræ. *Pul-* 422.
chræ mulieris beatus vir, fallitur non eſt beatus, ſi præter pulchritudinem & probitatem non habeat.

In ſeptem illis diebus, quibus nuptiarum lætitiam celebrant Hebræi, dicunt fas eſſe, in ſponſæ vultum oculos figere, vt ita ſponſo ſponſæ pulchritudo vel aliorum teſtimonio probetur, extra hos dies non probant mulierem conſpici.

Hebræorum more quando licent in ſponſæ vultum oculos figere.
Hebr.

Tunc demum laudanda mulieris pulchritudo, quæ ſe non laudat tanquam pulchra, ſeque non effert, licet efferatur; Sexum ſuum ſuperaſſe viſa eſt Sara, quam alloquens Abraham dixit: *Noui quod pulchra ſis mulier.* Gen. 12. v. 11. Signatè *noui*, dixit, non *nouiſti*, nam mulier ignorare ſe eſſe pulchram debet, ſatis eſt ſi vir ſciat, quid ſpeculum conſulat, & ab illo diſcat, quàm ſit pulchra. Acutè Oleaſter hic: *Noui quod pulchra ſis aſpectu*: NON DEBET VXOR COGNOSCERE SE PVLCHRAM, *ſed vir eius*: ſi vitio careat, nullus ſciat ipſam eſſe pulchram: ſed in hac laude ſumma apparet Saræ demiſſio, firmitas, atque conſtantia, à muliebri leuitate eam abeſſe cenſuit Abraham dum extulit, nec laudatam intumeſcere dubitauit, aut remiſſiorem futuram; quod expendebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 42. in Geneſim dum ait: *Scio quod mulier pulchra ſis; conſidera quantum confidebat moribus mulieris, non timens ne fortè* LAVDIBVS REMISSIOR FIAT: mulier eſſe non videbatur, quæ ab hoc tumore, ac faſtu immunis erat, dum de pulchritudine celebraretur: non mirum ſi ab imminenti periculo fuit hæc pulchritudo Dei virtute libera.

Mulier ignorare debet quod pulchra ſit.

Gen. 12, 11.

Oleaſt.

Ob pulchritudinem laudatam intumeſcere mulier non debet.
S. Chryſ.

Nunc cognouit Abraham vxorem pulchram: antè vix aduerterat eſſe: R. Moſes Ægyptius 234.
lib.

Digitized by Google

ie pulchra ... ſo mulierem ... duertere ... debet, ... tiamſi verè ... (margin, partly cut off)
...en 12.11. ...Moſes.

lib. 3. Deut. cap. 5c. ita verſat: *Iſta autem ſunt cauſa circoncißionis fortes apud me. Primus autem qui hoc opus incepit, fuit Abraham pater noſter: cuius ſanctitas nota fuit: quod dixerunt ſapientes ſuper verbo, quod ipſe dixit: Sarai: Ecce nunc ſcio quod mulier pulchra tu:* OSTENDIT QVOD PRIVS NON ADVERTEBAT PROPTER MAGNAM HVMILITATEM SVAM, AT SANCTITATEM.

Prima mundi corruptione orta, cum in nuptiis vxorum pulchritudo ſpectata non virtus.

Vltima ab hoc malo mala timenda, cùm ſcilicet in coniugiis pulchritudinis potiùs ratio habetur, quàm probitatis, formæ quàm innocentiæ, hinc illud illius: *Prima mundi* CORRVPTIO *orta eſt, quia viderunt filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, & formam non virtutem, ac pietatem in coniugio quæſiuerunt:* Informis mentis conſignatio eſt, in coniugiis formam ſpectare vxorum ducendarum, non virtutes.

EXCVRSVS XXXII.

In nimio veſtium cultu, gemmarúmque ornatu timenda naufragia.

In ſuperfluo mulieris ornatu naufragia *timenda.*

Ornatus naufragia.

Veſtium cultus nimius *in ſequiore ſexu.*

Vectigal piſcium *muliebri ornatui deſtinatum.*

Crocodilis pares *mulieres ſe nimium exornantes.*

Animus *ornandus non* corpus.

Virtus, & continentia verus mulieris ornatus.

Ornatus *quis probandus in muliere.*

Gemmas non quærat vxor, ſed gēma *Deo ſit.*

Quis in vxore ornatus *quærendus.*

Probos mores *addiſcere vxor debet, probis ornari.*

Boni vxoris mores philtrum *quo virum retinet.*

אלו *quid.*

424. QVis crederet à nimio ornatu naufragia eſſe? & in naufragium ire, in naufragium ſpectatores trahere mulieres, quæ nimis in externis corporis ornamentis ſunt? fors naufragia iſta vidit Tacitus Imperator, qui vt Vopiſcus refert, *vxorem* GEMMIS *vti non eſt paſſus*; virilem animum verè extulit dum ſuſtulit à fœmina hæc ornamenta: rem egregiè verſabat bonus ille auctor, & naufragia hæc detegens, aiebat: *Viderat in non vnius Imperatricis vertice ſalus, & inſulas ludentes ab alterius auribus integrum imperatorium Kalendarium dependiſſe: in digitis etiam, & pedibus prouincias & regna integra inerraſſe; damnauit in vxore hæc prodiga regnorum diſpendia, libidinúmque incitamenta, quæ de propinquo luxariæ curant negotium, obſtrepunt pudicitiæ diſciplinis, caſtimoniam proſtituunt: nam dum tenera ceruix, frons, capilli, aures per gemmas ignes iaculantur, incaleſcunt animi, mutuiſque concidunt vulneribus: & quæ non mulier mutuo hoc formæ, & gemmarum lenocinio periclitari doceat viros? quæ verò non periclitetur cum tot fulminibus, quot virorum percutitur oculis: ſuſtulit pericula, & vxoria* HÆC NAVFRAGIA *Imperator, dum gemmarum omnem ornatum vetuit: ſat ignium inornatam circumferre, ſtultum eſſe ab aliis nouos mutuare, ni proſtituere vltro cum gemmis vxorem voles, aut tanquam ſuſpenſa hedera venalitiam caſtimoniam prodere*: hactenus ille, ornatè, & fortiter in ſuperfluum hunc ornatum.

In ſuperfluo mulieris ornatu naufragia timenda.

Ornatus naufragia.

Vopiſc. in Polit. cap 15.

Laborant ferè hoc vitio mulieres, vt extimum ornatum quærant, quo viris placeant, internum negligant, quo Deo. Premit eas ſanctus Chryſoſtomus hom. 41. in Geneſim. *Multa*, inquit, *mulierum mollities, & omne ſtudium in* CVLTV VESTIVM *in auratis, & collaribus, & externo ornatu, animæ vero nulla eſt cura.* Ferè ita accidit, vt quæ multæ in corporis cultu ſunt, animæ ornatum negligant, ſicut è contra animam probis moribus excolant, quæ nulla ornandi corporis cura tanguntur.

Veſtiū cultus nimius in ſequiore ſexu. S. Chryſ.

Et vt ab aquis etiam in muliebri cultu non abeamus, inuenio vectigal piſcium in corporis cultum mulieribus quandoque ſolutum. Et quidem vt tradit Diod. lib. 1. cap. 4. Myris Rex Ægyptius vectigal piſcium, qui in ſtagno Myrios a ſe effoſſo capiebantur, vxori conceſſit tum ad vnguentorum vſum, tum ad reliquum corporis cultum. Idque talenti argenti ſingulis diebus pendit. Malum omen ex aquis ornatus pretium hauritur, vnde homines obruantur. Quid? ipſæ piſcium ſtultitiam ſapiunt. Certè Clemens Alexandrinus 3. pædag. cap. 2. mulieres ſe exornantes crocodilis comparat, qui in pulchris Ægyptiorum templis colebantur. Addit: *Non eſt mulieris, ſed* MERETRICIS *illud nimium ſui ornandi ſtudium. Quæ quidem mulieres domus apud maritos, ſeruandæ, adminiſtrandæque familiæ curam gerunt exiguam, ſed ſoluta mariti crumena, quæ eis ſuppeditantur conuertunt in ſuas cupiditates, & ornandi artificio toto die aſſidentes vacant, ære emptis mancipiis.*

425. *Vectigal piſcium muliebri ornatui deſtinatum.* Diod.

Crocodilis pares mulieres ſe nimium exornantes. Clem. Alex.

Meliorem ebibant mulieres mentem, alium cultum quærant interno delectentur ornatu, externum negligant. Scitè idem Clemens eodem loco: *Non externi hominis aſpectu, ſed animus* PROBITATIS ORNAMENTO *ornandus eſt. Dici poteſt ornandam quoque eſſe carnem ornamento continentiæ.* Mentis quærendus ornatus eſt, quod ſi etiam corporis ornatus placet, quæratur verus, continentia ſcilicet, caſtitas, ac pudicitia. Rem ab alia manu habes. Sanctus Chryſoſtomus in orat. de paralytico, quis verus cultus, veráque pulchritudo ſit, oſtendit: FORMA, inquit, *& cultus corporis mulierem amabilem non facit, ſed virtus &* PVLCHRITVDO ANIMI, *vbi quidem neque lineamenta, nec fuci, non aurum & veſtis pretioſa, ſed continentia, & æquabilitas animi, & timor qui* Deo *nitatur.* Ornatus corporis, ſi ſolus, deformat animam, ac deuenuſtat.

Animus ornandus non corpus. Idem.

Virtus, & continentia verus mulieris ornatus. S. Chryſ.

Ea ornamenta quæri à mulieribus debent, quæ Deo placent, & in amorem alliciant. Pulchrè Tertullianus in lib. de habitu fœminarum, vbi mulieres alloquens ait: *Caput maritis ſubiicite, & ſatis ornatæ eritis.* VESTITE *vos ſerico pubertatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ, taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.* Felices quæ ornamenta hæc quærunt, feliciores quæ habent.

426. *Ornatus quis probandus in muliere.* Tertul.

Non ambiat vxor veſtimentorum ornatum, Dei gratiam quærat, qua veſtiatur. Monilia, & gemmas reſpuat, vt nobilis ipſa ſit gemma cæleſti ſponſo. Habes à probo calamo probum moni

Gemmas non quærat vxor, ſed gemma Deo ſit. S. Paulinus.

monitum. Sanctus Paulinus epithalamio in Iulianum, & vxorem ita cecinit:

Horreat incluſas auro vel murice VESTES,
Aurea veſtis huic gratia pura Dei eſt.
Reſpuat & variis diſtincta monilia gemmis,
Nobilis vt Domino GEMMA SIT IPSA. DEO.

Quis in vxore ornatus quærendus. S. Amor.

Quæſiuit filio ſuo vxorem Abraham, non onuſtam auro voluit, non gemmis, ac monilibus oneratam, ſed morum probitate ornatam, quod expendens ſanctus Ambroſius lib. 1. de Abraham cap. 9 ait: *Diſce, quid in vxore quæratur, non aurum nec argentum quæſiuit Abraham, non poſſeſſionem, ſed gratiam bonæ indolis*, quæ omni auro præferri debet. Et eodem lib. cap. 1. *Qui*, inquit, *ſuauitatem quæ vt coniugij non ambiat* MONILIBVS *ornatam, ſed* MORIBVS.

427. *Probos mores addiſcere vxor debet, probis ornari.* Oleaſt.

Hanc eandem ob cauſam noluit filium in Meſopotamiam ire, vt vxorem ſibi quæreret, ſed illius ſeruum direxit, qui vxorem filio inuenit, & in domum Abrahæ adduxit, quod præcipuè factum vt vxor bonos mores in eius domo addiſceret, & malos ſi quos haberet exueret, ſicque ornata filio traderetur, & cautum eſſet vtriuſque coniugium, quod morum ſanctitas, non opum affluentia ſtabiliſſet. Probe in hanc ſententiam Oleaſter in cap. 18. Leuitici: *Sanctus*, inquit, *Abraham noluit filium ſuum Iſaac in Meſopotamiam ire vxoris quærendæ gratia, ſed potius vxorem ad ſe adducere, vt penes ſe bonos* MORES *addiſceret, & malos ſi forte haberet deponeret.* Nempe probitatis, ac ſanctitatis ſchola Patriarchæ huius domus erat, & diſcere apud illum niſi probos mores vxor poterat, & non probos euomere.

428. *Boni vxoris mores philtrum, quo virum retinet.* Strob.

Bonis moribus, pudore, ac honeſtate allicere virũ debet mulier, non extimo corporis ornatu; Morum probitas philtrum eſt, quo vti mulier poteſt, vt ametur à viro. Menandus apud Stobæum de laudibus nuptiarum ſerm. 67. huc euaſit, dum infit: *Bonis, & ingenuis moribus verum ineſt philtrum, quo mulier virum facile retinere ſolet.* Hoc philtro qui retinetur, honeſtatis amator eſt, nec extimæ pulchritudinis, & ſuperflui ornatus aſpectu decipi ſe ſinit.

חלי quid.

Apud Hebræos, vt hoc quoque adiiciam, & definiam חלי eſt ornamentum *ad depellendos morbos comparatum*, ait auctor Lex. Pentaglotti: ſed ſuperflua ornamenta non depellunt morbos, ſed morbos creant & morbum quo laborant mulieres produnt.

EXCVRSVS XXXIII.

Quædam de nuptiis ſpiritualibus, quibus anima Chriſto ſuo nubit.

Sponſalitio amore *ſibi fœderat Deus quas ſeculum non fœdauit.*

Sponſæ ſpiritualis ornatus, *& apparatus qualis ſit.*

Virgines Deo ſacræ mitrellam in caſtitatis *indicium geſtabant.*

Dei ſponſa ſponſæ titulum *temporis diuturnitate non amittit, ſicut ac in terrenis nuptiis fiat.*

Sponſus Chriſtus ſanguinem in pignus *dedit, & ſpiritum ſanctum.*

Inter animam, & verbum ſpiritales nuptiæ *celebrantur, & in iis vnum fiunt.*

Anima Deo nubit, *& à Deo dotatur.*

Pugnare *debet, &* vincere *qui Chriſti nuptias ambit.*

Sponſa, *&* ſoror *Chriſti ſui anima eſt.*

Orationem pro dote *Chriſti ſponſæ afferunt.*

Sponſa Chriſti *legis diuinæ cuſtos ſit, nec externa cogitet.*

Qualis Chriſti ſponſa *eſſe debeat, qualis eius habitus, & ornatus.*

Quid illis præſtandum qui ad cœleſtes nuptias *aſpirant.*

Anima Verbo maritatur *ad fœcunditatem.*

Chriſti ſponſa coram ſponſo magis culta *videbitur ſi vilius præferat veſtimentum.*

Quæ à ſponſæ titulo *per culpam excidit pœnitentiam agat, vt iterum eligatur à Deo in ſponſam.*

Nuptiæ *inter ſpiritum ſanctum, & animam qui celebrentur.*

Sponſa non ſuam, ſed ſpõſi gloriam *quærit.*

Torpentibus negatur ſponſi connubium.

Quid in eo requiratur, qui Verbi connubium *quærit?*

Nuptiæ *in vtero Virginis celebratæ.*

Gabriel *fœderator nuptiarum dictus.*

Eccleſia Chriſti ſponſa *vt ornata.*

CVm de nuptiis agam, integrum mihi minimè fuit eas nuptias præterire, quæ ſanctiores, nobilioréſque, in quibus ſcilicet anima cœleſti ſponſo nubit, Dei ſponſa fit, vt qui corporeas nuptias repudiant, ſine nuptiis non ſint, quia ſpiritualium vinculis tenentur, vt ſint liberiores, quia ita vincti. 429.

Sponſalitio amore ſibi fœderat Deus, quas ſæculum non fœdauit. Pet. Bleſ.

De ſpiritualibus nuptiis, quæ cum Chriſto fiunt ita loquitur Petrus Bleſenſis epiſt. 36. DESPONSANTVR VIRGINES CHRISTO, *vt ſuam ei offerant caſtitatem: eas enim ſponſalitio amore ſibi libentiſſime fœderat Deus, quas ſeculum non fœdauit.* Indignæ his nuptiis, hoc huius amore, quæ ſæculi amore maculatæ ſeculi nuptias quærunt, non Dei.

Sponſa ſpiritualis ornatus, & apparatus qualis ſit. Franco Abb.

De nuptiis, ſponſiſque ſpiritualibus, earum ornatu, apparatuque ita ſcribit Franco Abbas in epiſt ad Moniales: *Vos eſtis* SPONSA *illa glorioſa, ſponſa illa formoſa, filio regis altiſſimi in teſtimonium nimiæ charitatis ſuæ ſanguine ſuo deſponſata. Nobis filiæ, nobis euangelicæ illæ* NVPTIÆ, *regio cultu, regio ſunt apparatu præparata, vobis tauri mactati, vobis altilia ſunt occiſa, vobis ille vitulus ſaginatus omni hoſtiâ pingui pinguior eſt immolatus, & ad nuptiarum veſtrarum gaudium dignè percelebrandum, ſymphonia & chorus, & omne genus muſicorum angelico eſt miniſterio exhibitum. Tantâ igitur duritate deſponſata, tali dote dotata, tantâ dignatione electa, & ad tantum culmen gloriæ prouectæ, omni vigilantia obſeruare ſorores meæ ne quid in vobis ille ineuitabilis oculus deprehendat, quod reginam, & tanti regis* SPONSAM *dedeceat, ne quid in cordibus veſtris adulterini affectus ille inueniat, qui omnem illicitum cordis appetitum, adulterinum reputat.*

430. *Virgines Deo ſacra mitrellam in caſtitatis indiciũ geſtabant.* S. Optat.

Virgines Deo ſacratæ mitrellam olim in caſtitatis indicium geſtabant; huc ſpectabat ſanctus Optatus Mileuitanus, lib. 6. *Nulla ſunt præcepta cõiuncta, vel de qua lana* MITRELLA FIERET, *aut de qua purpura pingeretur, non enim panno hoc poteſt virginitas adiuuari, nõ enim vnde compeſcuntur æſtus animi, quos interdum ætas accendit, res inuenta eſt ad ſignum capitis, non ad remedium caſtitatis. Denique talis pannus & deturbari, & rodi, & perire poteſt, & tamen virginitas, ſi inlæſa ſit, ſine mitrella tuta eſſe poteſt, in mitrella indicium eſt voluntatis, non caſtitatis auxilium, vt rem iam Deo deuotam, ne qui ſponſabat perſeueret petere, aut ne raptor audeat violare; ſignum eſt ergo non ſacramentum.*

Dei ſponſa ſponſæ titulũ temporis diuturnitate non amittit, ſecus ac in terrenis nuptiis fiat. S. Bern.

Dei ſponſa ſpõſæ titulum nullã temporis diuturnitate amittit; amittit, quæ nuptias cũ homine contrahit; huius rei diſcrimen ſic expendebat ſanctus Bernardus de Paſſione Domini, cap. 3. *Quare* SPONSA, *& non* VXOR, *cum quotidie, vel Eccleſia, ſiue qualibet fidelis anima ſponſo ſuo Chriſto bonorũ operum ſobolem debeat generare? Paucis dico. Solent ſponſæ nondũ alligata coniugali vinculo amari ardentius, quam poſtea: tempore enim procedente amor ipſe componitur: ſponſus ergo noſter, vt* MAGNITVDINEM SVI INSINVET AMORIS, *qui tempore non decreſcit, amicam ſuam ſponſam appellat, eo quod illius amor ſemper nouus ſit.*

431. *Sponſus Chriſtus ſanguinẽ in pignus dedit & Spiritum ſanctum.*

Sponſum habet anima Chriſti, qui ſponſã non deſerit, niſi à ſpõſa deſeratur: abeſt, ſed in amoris ſignum ſanguinem ſuum fudit, in pignus ſanctum Spiritum exhibuit; Peritè ſanctus Auguſtinus in Pſal. 90. *Sponſus abſens eſt, ſuſtineamus: veniet quem deſideramus. Tantum pignus dedit, non timeat* SPONSA, *ne deſeratur à ſponſo, non dimittit pignus ſuum. Quod pignus dedit? ſanguinem ſuum fudit. Quod pignus dedit? Spiritum ſanctum miſit. Talia pignora dimittet ille ſponſus? ſi non amaret, talia pignora non daret.*

Inter animã, & Verbum ſpiritales nuptiæ celebrãtur, & in vnum fiunt. B. Laur. Iuſt.

Vir, & vxor cõiugio copulati duo in carne vna ſunt; etiam inter Verbum, & animam ſpiritales nuptiæ celebrãtur, vt igitur vnum cum Chriſtõ ſimus in vna carne, pro fœdere coniugali corpore ſuo nos Chriſtus paſcit, ſui ſanguinis poculum exhibet; Præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone, cap. 2. *Dominus Ieſus ob* AMOREM SPONSÆ *immaculatæ Eccleſiæ reliquit in cœlo Patrem ſuum, ſueque adhæſit vxori cum in cruce pendens dato ſanguinis pretio, atque aquæ lauacro ſibi eam inſeparabilem copulauit, cui etiam pro amoris pignore proque* FOEDERE MARITALI *corporis, & ſanguinis ſui ſacramenta conceſſit, vt non ſolum in ſpiritu verum etiam eſſent duo in carne vna.*

432. *Anima Deo nubit, & à Deo dotatur.* S. Auguſt.

Anima & Deo nubit, & à Deo dotatur, decoratur à Deo quod notabat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 44. *Regi*, inquit, NVBIS DEO *ab illo dotata, ab illo decorata, ab illo redempta, ab illo ſanata, quicquid habes vnde illi placeas ab illo habes*; ceteræ ſponſæ dotem ſponſu exhibent, hæc accipit à ſponſo.

Pugnare debet, & vincere, qui Chriſti nuptias ambit. Cant. 3. 11.

Quæ ſponſa Chriſti eſſe quærit, priùs pugnet, priùs vincat, deinde thalamum nuptialẽ ambiat; Cant. 3. verſ. 11. ſcriptum eſt: *in diademate, quo coronauit illum mater ſua, in die deſponſationis illius:* Prius coronæ mentio, quàm deſponſationis fit, licet coronæ nuptiarum ſignum olim eſſent, ſed hoc etiam innuitur poſt pugnas, poſt coronas nuptias ineundas, ſcitè Gilleb. Abb. ſerm. 21. in

Gilleb.

Cant. *Conuertis*, inquit, *ordinem, ſi vis prius* DESPONSARI, *quàm coronari, ſi priùs vis ad iucunditatem, & quietẽ deuinciri Chriſto, quàm cũ Chriſto vincere. Anticipatio nõ ordinata, ſi ante triumphũ thalamũ tibi optas collocari, ſi ante laborẽ præſumis lætitiã.*

433. *Sponſa, & ſoror Chriſti, qui anima eſt.* S. Bern.

Anima, quæ Deo hæret, Dei ſponſa audit, ſponſa & ſoror eſt, ſponſa non vxor dicitur, vt ardens Chriſti in eã amor tacitè inſinuetur: Præclarè vt ſolet ſanctus Bernardus cap. 3. de Paſſione Dom. *Sed quare*, inquit, SOROR *&* SPONSA? *an non poterat ſufficientem ſponſi amantem affectum oſtendere ſolius ſororis, vel ſolius ſponſæ poſitio? vel quare ſponſa, & non vxor, cum quotidie vel Eccleſia ſiue quelibet fidelis anima ſponſo ſuo Chriſto bonorum operum ſobolem debeat generare. Paucis dico, ſolet ſponſa nondum alligata coniugali vinculo amari ardentius quam poſtea. Tempore enim procedente amor ipſe componitur. Sponſus ergo noſter, vt magnitudinem inſinuet ſui amoris, qui tempore non dureſcit, amicam ſuam ſponſam appellabat, eo quòd illius amor ſẽper nouus ſit, &c. Dicit ergo vulneraſti cor meũ, &c. quia ſummè te diligo vt ſponſam, caſtè vt ſororem.*

Orationẽ pro dote Chriſti ſponſæ afferũt. Tertul.

Virginum quæ Chriſto nupſerunt dos oratio eſt, & quidem tanto ſponſo gratiſſima. Pulchrè Tertullianus ad vxorem cap. 4. *Orationes ſuas veluti* DOTES *Domino adſignant.*

Spõſa Chriſti legis diuinæ cuſtos ſit, nec externa cogitet. S. Hier.

Quæ Chriſto ſuo nupſit tanquam arca teſtamenti diuinæ legis animata cuſtos eſſe debet, tota deaurata, & ab rerum terrenarum cogitatione aliena, quò ſpectabat S. Hieronymus epiſt. 22. quæ eſt ad Euſtochium in hæc verba: SPONSA CHRISTI *arca eſt Teſtamenti, intrinſecùs, & extrinſecùs deaurata cuſtos legis Domini. Sicut in illa nihil aliud fuit, niſi tabulæ teſtamenti: ita & in te nullus ſit extrinſecus cogitatus.*

434. *Qualis Chriſti ſponſa eſſe debeat, qualis eius habitus, & ornatus.* Iuo Carn.

Qualis eſſe debeat Chriſti ſpõſa, quà facie, quo habitu, & ornatu, ſcitè explicat Iuo Carnotenſis epiſt. 10. his verbis: *Chriſti Virginem primùm decet cordis humilitas, facies pallida, macióque confecta, cutis cilicio ſqualida, non balneis frequentibus curata, in loquendo verecundia, in audiendo obedientia, in cibo parcitas, in potu ſobrietas, in inceſſu grauitas, in veſte vilitas, nõ diſſoluta mentis iudex, & index prodigalitatis: vt in his omnibus nõ voluptati ſeruiatur, ſed neceſſitati. Sicut enim bona domus in ipſo veſtibulo agnoſcitur: ſic religioſa mẽtis habitus his ſignis foris agnoſcitur, & eiſdem ad contemptum ſui quotidianis profectibus eruditur.*

Quid illis præſtandũ qui ad cœleſtes nuptias adſpirant. S. Pet. Dam.

Quid iis præſtandũ, quæ ad nuptias cœleſtes anhelant indicat his verbis ſanctus Petrus Damianus lib. 8. epiſt. 14. *Vos*, inquit, *quæ ad* COELESTES NVPTIAS *firma ſpei gradibus feſtinatis, non paruam partem veſtræ ſubſtãtiæ, in tuto loco reponite, vt ad immortalem ſponſum ſine vlla debeatis cõfuſione tranſire: marſupium autem, vbi hæc tutiſſimè reponantur, ſinus eſt pauperis, ſuſtentatio miſerorum. Hoc nimirum fidele eſt depoſitorium, ſine vllo potius detrimento, quod ſuſceperat redditurum.*

Anima Verbo maritatur ad fœcunditatẽ. S. Bern.

Felicior anima eſt, quę Verbo ad ſpiritalẽ prolẽ maritatur inſtat illius de qua loquebatur S. Bernardus ſerm. 85. in Cant. *Quærit anima Verbum cui cõſentiat ad correctionẽ, quo illuminetur ad cognitionẽ, cui innitatur ad virtutem, quo reformetur ad ſapientiam, cui conformetur ad decorem,* CVI MARITETVR *ad fœcunditatem, quo fruatur ad iucunditatem.*

435. *Chriſti ſponſa coram ſponſo magis culta videbitur ſi vilius præferat veſtimentum.* Pet. Bleſ.

Nõ io extimo corporis aut veſtiũ ſplẽdore ſitus ſpõſæ Chriſti decor eſt, quia amplius corã ſpõſo nitebit, quo vilius indumẽtũ præferet, & magis culta putabitur, quo magis inculta, hinc illud ad illã Petri Bleſẽſis ep. 55. *Beata es*, inquit, *quæ ſpretis filiis hominũ, filiũ altiſſimi tibi* ELEGISTI IN SPONSVM, *Rex regũ, & dominus dominantiũ, ipſe eſt, qui cõcupiuit decorẽ tuũ, ad cuius copulã Propheta te inuitat, Audi, inquit, filia, & vide, & inclina aurem tuã, &*

obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, Decor tuus non in corpore eſt, ſed in mente: omnis enim gloria filiæ regis ab intus. Tanto eris acceptior SPONSO SVO CHRISTO, *quanto fueris in veſte vilior, in cultu corporis tui abiectior, in ſermone rarior, in cultu deiectior, in aſpectu verecundior, in inceſſu maturior. Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus, quoniam ipſe eſt ſanctus ſanctorum, qui à te nihil aliud poſtulat niſi pudicitia ſanctitatem.*

Quæ à ſponſæ titulo per culpam excidit, pœnitentiam agat vt iterū eligatur à Deo in ſponſam
Thren. 1.
S. Paſch.

Quæ ſponſæ titulo anima excidit, alicuius criminis rea redeat ad ſpoſum, iterum eius ſponſa futura per pœnitentiam. Thren. 1. *Facta eſt quaſi vidua*: rectè additum *quaſi*, ne penitus omne ſponſalitatis ius ſe amiſiſſe deſperaret, nec rurſus de reditu ad ſponſum cogitaret; opportunè rem verſat ſanctus Paſchaſius, lib. 1. in Lament. Ieremiæ, dum ait: *Notandum quod* QVASI VIDVA, *ſed non verè vidua dicitur, quia etſi ab ſponſo deſpicitur,* SPONSALITATIS *tamen eius iura manent, vt ſi redierit, prioraque dilectionis opera impleuerit, ſponſum ſaltē per pœnitentiā, immortalitatemque recipiat.*

436. *Nuptiæ inter Spiritū ſāctū, & animam qui celebrentur.*
S. Ant. Vlyſſ.

Qui inter animam, & Spiritum ſanctum fiant nuptiæ ita explicat ſanctus Antonius Vlyſſip. ſerm. 5. in Dom. 2. poſt Epiph. *Cana interpretatur Zelus. Galilea interpretatur volubilis vel trāſmigratio. In zelo, id eſt, in amore tranſmigrationis fiunt* NVPTIÆ INTER SPIRITVM SANCTVM, ET ANIMAM *pœnitētem. Vnde ſuper hoc habes concordiā Ruth, quæ vt ibi dicitur) de regione Moabitide tranſmigrauit in Bethleē, quā Booz aſſumpſit ſibi in vxorē.*

Sponſa non ſuam, ſed ſpōſi gloriam quærit.
Cant. 8.
S. Bern.

A ſponſo laudibus perfuſa ſponſa ſponſum fugere iubet. *Fuge*, inquit, *dilecte mi*, Cant. 8. hoc eſt interprete ſancto Bernardo, ſerm. 5. in feſto omnium Sanctorum, *non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*; Verè laudibus dignus qui laudari non appetit, omnia Deo tribuit, ſponſam Dei verè ſe prodit, quæ ſponſi gloriam, laudemque quæſiuit, non ſuam.

Torpentibus negatur ſpōſi connubium.
B. Laur. Iuſt.

Quid ei cauendum, qui verbi connubiū amat, explicat in hunc modum ſanctus Laurentius Iuſtinianus de caſt. connubio, cap. 1. TORPENTIBVS NEGATVR SPONSI CONNVBIVM; non amat illas ſponſas cœleſtis ſponſus, quæ deſidiæ, torporique nupſerūt; aliud monitū idem Beatus Pater iis exhibet, qui ad has noptias aſpirant, ait enim eodem lib. cap. 17. *Et terra, quæ ſulcatur vomer, ſpinarum germina pullulare vix poteſt. Diſciplinæ igitur ſarculo mentis terram excolat, & deſiderij manu de fonte memoriæ exteriorum cogitationes exhauriat, qui* VERBI DIGNVS VVLT ESSE CONNVBIO.

Quid in eo requiratur qui Verbi connubium quærit.
Idem.

437. *Nuptiæ in vtero Virginis celebratæ.*
S. Auguſt.

Felices, & illæ nuptiæ, quæ in virgineo vtero velut in thalamo celebratæ ſunt inter Verbum, & humanam naturam; hac mente aiebat ſanctus Auguſtinus 4. Confeſſ. cap. 12. *Vbi* (in vtero virginali) *ei* NVPSIT *humana natura, id eſt caro mortalis.*

Gabriel fœderator nuptiarum dictus.
S Pet. Dam.

Vt non abs re inter alios titulos, quibus donatus eſt Archangelus Gabriel, hic ſit, quo *fœderator nuptiarum cœleſtium* ſit dictus; ſanctus Petrus Damianus, tom. 4. qui publici iuris adhuc factus non eſt; orat. 2. quæ ad filium, ita loquitur: *Adiuua me & tu Beate Gabriel,* FOEDERATOR COELESTIVM NVPTIARVM: *ſalua me precibus tuis miſerum peccatorem, qui illum miſſus es nunciare qui venturus erat in mundum peccatores, & miſeros liberare*, & orat. 6. *ſancte Gabriel fœderator cœleſtium nuptiarum.*

Eccleſia Chriſti ſpōſa vt ornata.
S. Pet. Chryſ.

Spōſa Chriſti Eccleſia eſt, quā ita ornatā nobis exhibuit ſanctus Petrus Chryſologus, ſerm. 22. *Ex quo ad* DESPONSANDAM SVAM ECCLESIAM *Chriſtus aduenit, thalamus ornatur ſponſæ: & ornatur auro fidei, argento ſapientiæ, virtutum gemmis, ſanctitatis velis, verecundiæ roſis, liliis caſtitatis, pudoris violis, & ad alta cœli, pudicitiæ templum, faſtigium virginitatis attollitur*: hæc eadem ornamenta anima quælibet quærat, quæ eiuſdem ſponſi ſponſa futura.

CAPVT L.

Nutrix de matre; nonnulla de nutricibus litteris conſignata; nonnulla de matribus.

Nutrix *pro matre.*

Suos non lactare *filios probro olim dabatur apud Scotos.*

Matris eſſe filios lactare *matris vbera probāt.*

Nutrices apud Lacedæmones faſcibus in infantium *cura non vtebantur.*

Quarundam lex de infantium *nutricibus.*

Nutricis *munus ſuperbia vt exerceat.*

Matribus liberi *impedimento ſunt ad iter ſpiritale.*

Matris munus vt charitas *exerceat.*

Luſus in nouercæ *nomen.*

NVtricem pro matre accipi quæ filios nutriat, apud optimos linguæ auctores inſolens non eſt. Varro, lib. 2. cap. 4. *Vt deſideriū poſſint ferre* NVTRICES: id eſt, inquit Turnebus, & rectè *matres, quæ filios nutricant*. eodē ſenſu ſæpè in ſcripturis nutrix ſumitur, contra vulgarā nutricis ſignificationem. 1. Theſſ. 2. 7. *ſi nutrix foueat filios ſuos*, id eſt, ſi mater: nam filiorum nomen aliam notionem ſub nutricis nomine fert, quam matris, cum matris ſolius ſit habere filios, hinc eſt vt matrem videatur exuere, quæ filios non nutrit, & proprio non alit lacte. 438.

Nutrix pro matre.
Varro.
1. Theſſ. 2. 7.

Suos non lactare filios probro olim dabatur apud Scotos, ſic enim in deſcriptione Scotiæ legitur: *Neque enim accerſebant* LACTANDIS INFANTIBVS *nutrices, ſed ſuo ipſæ ſucco matres proles ſuas educabant, probri id loco ducētes, nec adulterij ſuſpicione carere, ſi qua forte fortuna lacte deficiente ad nutricationem haud ſufficeret. Hoc enim pacto legitimas proles probari aiebant, ſi, quas vtero fouiſſent, eaſdem in lucem editas enutrire natura non recuſaret, matriſque munus ſola implentes nullam liberorum partem nutricibus cederent. Degenerare item nonnihil prudentiſſimi homines à parentum natura filios arbitrabantur, familiari matris in vtero alimento aſſuetos, vbi ad aliena vbera admouerentur.*

Suos non lactare filios probro olim dabatur apud Scotos.

Matris eſſe liberos lactare natura voluit, cùm ei vbera dare curæ fuit, vt ſi duos pareret, par vtriſque eſſe poſſet: Pulchrè Monerius:

Matris eſſe filios lactare matris vbera probant.

Cur DVO *ſollicita Deus indidit* VBERA *matri?*
An decorent pectus, quod muliebre magis?
An quia ſæpe duos enixa puerpera fœtus
His eget, vt geminis ſit ſatis vna parens?

Apud Lacedæmones faſciis in infantium curā minimè nutrices vtebantur: omnibus etiam cibis eos aſſuefaciebant, & ieiunio, vt robur acquirerent: adeò vt etiam exteræ gentes Laconicas nutrices infantibus inſtituendis conducerent: habet hæc omnia Plutarchus in Lycurgo: *Iam*, inquit, NVTRICES *curam agebant artificioſam, vt ſine faſciis infantium educentes membra, & ſpeciē iis liberalem cōciliarent. Aſſuefaciebant etiā eos quibuſuis cibis, & ieiunio, itque ingredi ad tenebras,* 439.

Nutrices apud Lacedæmones faſcibus in infantium cura nō vtebantur.
Plut.

imperterriti

Digitized by Google

imperterriti eſſent ad ſolitudinem, neſcij illiberalis moroſitatis, & vagitus. Hinc mercabantur liberis nonnulli exteri nutrices Laconicas. Etiam quæ Athenienſem nutricata eſt Alcibiadem Æmyliam tradunt Lacænam fuiſſe.

Quarundam lex de infantium nutricibus. Stat.

De infantium nutricibus hanc legem habebant Taruiſini, dabo illorum verba in ſtatutis, lib. 3. tract. 11. rub. 40. *Statuimus, quod ſi aliqua mulier puerũ* AD NVTRIENDVM *acceperit, ſiue virũ habuerit, ſiue nõ, quod infra duos menſes, poſtquã prægnans fuerit, manifeſtare, ac denũtiare teneatur Patri, vel Matri, vel illi qui puerum, vel puellam dederit ad nutriendum, ſe prægnantem fore, & quæ contrafecerit, centum ſoldorũ denariorum cõmuni Teruiſij pro bãno componat, & perdat pretiũ, quod habere debet, & ſi ei ſatisfactũ fuerit, quod illud pretiũ reſtituere teneatur.*

440. *Nutricis munus ſuperbia vt exerceat.* S. Optat.

Nutricis munus ſuperbia exercet, alit, fouetq; omnia vitia. S. Optati Mileuitani hæc ſunt verba lib. 2. *Hoc vobis dictat* NVTRIX *veſtra ſuperbia.*

Matribus liberi impedimento ſunt ad iter ſpirituale. Matth. Tertul.

Matribus non ſemel magno impedimento ad ſpiritale iter liberi ſunt; quod innuebat Chriſtus cum dixit; *væ prægnantibus, & nutriẽtibus, Cur enim,* inquit Tertull. cap. 5. ad vxorem, *Dominus væ prægnantibus, &* NVTRICANTIBVS *cecinit, niſi quia filiorum impedimenta teſtatur, in illa die expeditionis incommodum futura.*

Matris munus vt charitas exerceat. B. Laur. Iuſt.

Matris munus, vt hoc quoque id adiiciam probè charitas exercet, vt iure matri parietur; Audiẽdus B. Laurentius Iuſtinianus tract. de charit. cap. 2. vbi ait: CHARITAS MATRI COMPARATVR, *cuius affectio inter officia, & affectus eſt efficacior; ſic charitas omnium virtutũ mater eſt. O bona mater Charitas, quæ ſiue foueat infirmos, ſiue exerceat prouectos, ſiue arguat inquietos, diuerſa exhibens ſicut filius diligit vniuerſos. Quum te arguit, mitis eſt, quũ blanditur ſimplex eſt, piè ſolet ſæuire, ſine dolo mulcere, patienter nouit iraſci: humiliter indignari.*

Luſus in nouercæ nomen.

De nouercæ nomine ira quidam ludebat:

Qui noceant, arcus Accurſius eſſe nouercas
Falſus ait, ſenſus non facit iſte ſatis.
Germana matris vix larua, aut rubra NOVERCA
Non arcus nouus eſt, ſed nouus orcus erit.

CAPVT LI.

Dominus de marito.

Dominus *de marito.*
Viri in mulierem dominium.
Priſcæ mulieres dominos viros ſuos *vocabãt.*
Mulier virum ſuum vt dominum *habeat, eôque regatur vt equus fræno.*
Mariam Virginem Ioſephum virum Dominum *vocaſſe aliquorum cenſio.*
Viri, *&* Domini *nexus.*
Dominandi *verbo maritus circumſcriptus.*
בעל *quid, quid* maritus naſi, *quid naſi Dominus, aut ira?*
Maritus בעל *cur dicatur?*
Iram vt coniugem *vir iracundus habet.*
Mulieres viros ſuos Baalim *vocabant.*

441. QVia de nuptiis, nuptialibuſque aquis agimus non erit intempeſtiuum aliqua de viro, atque marito ſubiicere cùm pleraque de vxore, ac ſponſa dicta ſuperius ſint, & infrà etiam dicenda.

Et in primis obſeruo mulieres tantâ reuerentiâ viros ſuos proſecutas, vt non proprio nomine eos vocarent, ſed Domini appellatione ad honorem vterẽtur, adeò vt Dominus de marito apud probæ notæ ſcriptores dicatur, & vt gradum ad ſacra nobis faciamus, aliqua prophanorum loca huic rei firmandæ producemus. Virgilius hoc ſenſu extulit, lib. 4. Æneidum dum ait:

Dominus de marito. Virg.

——— connubia noſtra
Reppulit, ac DOMINVM *Æneã in regna recepit.*

Dominum, id eſt maritũ, vt etiam alij monuêre. Eodem ſenſu idem nomen ſumpſiſſe videtur etiam Ouidius 2. Faſtorum:

Ouid.

Mittenda eſt DOMINO *iã nunc properate puellæ*
Quamprimum noſtra facta lacerna manu.

Et in epiſt. ad Cydippen:

Elige de vacuis quod non ſibi vendicat alter,
Si neſcis DOMINVM *res habet iſta ſuum.*

Euripides ſapientem mulierem ſeruam vocat:

Quæ ſapiens mulier nata eſt ſeruire marito.

Viri in mulierem dominiũ. Eurip. Pittacus.

Et Pittacus viri in mulierem dominium ſignificans ait: γυναικὸς ἄρχειν id eſt: *Dominari vxori.* Ad noſtros venio.

442. *Priſcæ mulieres dominos viros ſuos vocabant.* S. Chryſ.

Sãctus Chryſoſtomus hoc in priſcis mulieribus laudat, quæ viros ſuos Domini appellatione honorabãt, ſic enim ille ſcribit hom. 26. in epiſt. 1. ad Corinth. PRISCÆ ILLÆ MVLIERES VIROS SVOS DOMINOS VOCABANT, nam Gen. 18. Sara de Abraham loquens ait: *Dominus meus vetulus eſt*; id eſt, Abraham maritus meus, quod habet etiam Apoſtolorum apex ſanctus Petrus epiſt 1. cap. 3. verſ. 5. verſ. 6. *Sicut*, inquit, *Sara obediebat Abrahæ Dominum eum vocans.* 1. Pet 3 3.

Huc ſpectauit etiam ſanctus Ignatius epiſt. ad Antiochenſes, vbi ita ſcribit: *Mulieres honorificent viros ſuos, ſicut carnem ſuam, & non audeant eos* PROPRIO NOMINE *vocare*, ſed communi, & honoratiore, nempè Dominos. Sanctus Clemens Romanus, lib. 9. Recognit. cap. vlt. de Diua Natalia vxore S. Adriani id narrat: *Quæ*, inquit, *D. Adrianũ maritũ* DOMINVM *quoque appellabat.* S. Ignat. Clem. Rom

Mulier virũ ſuum vt dominum habeat, eôque regatur vt equus fræno. S. Chryſ.

Mulier virum ſuũ Dominum habeat, illôque velut equus fræno regatur, quod tetigit etiam ſanctus Chryſoſtomus, hom. 17. in Gen. dum ait: *Quia neſciuiſti imperare, diſce bene regi, ad virum enim tuum conuerſio tua, & ipſe* DOMINABITVR TVI, *melius eſt, vt tu ſub illo ſis, & illum Dominum habeas, quam impauidè, & libere viuens per præcipitia feraris, nam & equo vtilius eſt fræno regi, & compoſitè ingredi, quàm ſine illo per præcipitia ferri.*

443. *Mariam Virginem Ioſephum virum Dominum vocaſſe aliquorum cenſio.* Io. Gerſon.

Illud hîc adiicio, etiam Virginem Deiparam virum ſuum Ioſephum ita compellare ſolitam; Dominum eum vocabat, nobiliore iſto vocabulo, idque tum ex humilitatis ſenſu, ac ſi neſciret ſe omnium Dominam, atque reginam eſſe, quæ Domini mater erat, tum ex priſco hoc ſanctarũ mulierum ritu. Subſcribit huic meæ cenſioni piùs doctiſſimuſque auctor Ioannes Gerſon, cuius hæc ſunt verba in ſerm. de natiuit. Virg. *O miranda prorſus Ioſeph ſublimitas tua! O dignitas incomparabilis, vt mater Dei, Regina Cœli appellare te* DOMINVM *nõ indignum putauerit.* Magna tanti viri dignitas, ſingulariſque honor, vt ab ea, quæ Dei mater erat Dominus appellaretur. Diſcant à Virgine vxores, quantâ reuerentiâ, & humilitate proſequi viros ſuos debeant.

Viri, & Domini nexus. Oſeæ 2. 7. Chald.

Porrò ex his, quę diximus multa in ſacris litteris loca illuſtrare procliue erit. Oſeæ 2. v. 7. quod Chaldæus Paraphraſtes vertit: *Vadã & reuertar ad* DOMINVM MEVM *priorem*, vulgatus interpres ſic extulit: *Vadã & reuertar ad virũ meũ priorẽ*: vt apertè colligatur Dominũ de viro ac marito dici.

Dominandi verbo maritus circumſcribitur.
Iſa.54.5.
For.
Maritus cur dicatur.
Oleaſt.

Etiam dominandi verbum maritum circumſcribit Iſaiæ 54.verſ.5. *Quia* DOMINAAITVR TVI, *qui fecit te* Forerius ad noſtram mentem vertit ex Hebræo: *Quia* MARITVS TVVS ERIT, *qui fecit te*: vt idem ſit dominari, ac mariti vices gerere, nam etiam apud Hebræos idem verbum vtrunque ſignificat, nēpe בעל *baghal* Probè Oleaſter in cap 21. Exod. *Significat baal, quod maritum ſumus interpretati, ſupergredi ſuperiorem eſſe, quemadmodū vir vxori præeſt.* Mariti partes agere nō videtur qui vxori ſubditur, & virilē mentem exuēs fœmineam induit fœminæ mancipium factus.

444. *בעל quid? quod maritus naſi, quid naſi dominus aut ira.*
Prou. 22.24.
Ferd.Salaz.

Hinc locum prouerbiorum, qui docto interpreti negotium faceſſiuit, facilè aperiemus cap. 22.verſ.24. ait Salomon: *Noli eſſe amicus homini iracūdo, neque ambules cum viro furioſo.* In Hebræo *pro homine iracundo* eſt, *maritus naſi*. Montanus in Biblia Pagnini ita vertit; *Ne aſſocieris auctori naſi*; alij: *Ne aſſocieris marito naſi*; alij denique: *Domino naſi*; nam vox בעל maritum, dominumque ſignificat. Exod. 21. verſ. 3. *ſi habens vxorem*, Hebraicè eſt בעל. Igitur apud Salomonem Dominus naſi erit vir iracundus, qui ad iras propenſus, & ad rixas, vt iræ veluti coniugi cohæreat, eamque non facile deſerat, aut dimittat. Vt fruſtra Ferdinandus de Salazar lectionem illam reiiciat, quæ Dominum naſi habet, eam probet, quæ maritum, quum eadem ſit vtriuſque ratio, & Dominus nihil aliud ſignificat, quam maritum, quod frequens tum in ſacris, tum in prophanis litteris eſſe ex his quæ produximus apertè conſtat. Sed huius auctoris verba audiamus, nam in huius verſiculi commentario hanc lectionum varietatem verſans ita ſcribit: *Hominem ergo ad iraſcendum facilem appellat Salomon* Dominum *naſi*, *Hebraicè* בעל אף *Banghal aph, ſic aliqui ad verbum extulerunt: ſed non placet, quia Dominum eſſe iræ, aut naſi perinde eſt, atque in eam poteſtatem habere, illam coercere, & temperare. Niſi dicamus, Dominum iræ dici eum, qui cum Dominus alioquin ſit, ad iram pronus eſt, eum nimirum, qui cum dominij auctoritate iram copulat, in potentioribus enim iracundia eſſe ſolet, quia auctoritas, & dignitas iram creſcit.* Hæc auctor iſte. Sed quis non videat, quàm coacta, & nimis anguſta hæc interpretandi ratio ſit. Et non ignobiles etiam, vileſque & pauperes inuadit iracundia? Inuadit, & vt dici ſolet, *ineſt & formica bilis*, nec vllus ferè tam contemptibilis eſt, qui ab iræ impetu ſit, ſed ad omnes porrigit, cùm vniuersè iracundi hominis conſuetudo noxia nobis eſſe ſoleat.

445. Malè etiam prædictus auctor lectionem reiicit, quæ habet: *ne aſſocieris Domino naſi*, cùm ipſemet eam recipiat, quæ habet: *ne aſſocieris cum marito, aut coniuge naſi*: nam hic Dominus aliud non ſignificat, quàm maritum; quod ergo de marito dixit, de Domino dicendum eſt, nec temerè expungenda ea lectio, quæ *Dominum* habet, cùm par vtriuſque ſit ratio, atque notio. Placet, quod de marito iræ excogitauit, ſic enim hanc verſionem verſat: *Rurſus alij vim vocis Hebraicæ euertentes ſic locum reſtituendum putant, ne aſſocieris cum marito, aut coniuge naſi, aut ira. Et ſanè non inſultò vir ad iras propenſus maritus iræ appellatur, quia ira veluti coniugem ſibi copulatam, & cohærentem habet, eamque quoquo verſum circumfert.* Suſtineri igitur eodem ſenſu poteſt lectio illa, *ne aſſocieris Domino naſi* ſeu iræ, perinde enim eſt, ac ſi dixiſſet, marito, aut coniugi naſi, Dominus enim de marito dicitur, & vox Hebræa בעל *banghal* vtramque notionem fert, vnde apud Pagninum, in lexico בעל appellatur Dominus, Patronus, & maritus, à verbo בעל quod eſt Dominari, & maritum eſſe; & Dominus iræ dicitur, qui nexum cum ea habet, & iracundiæ copulatur ſicut vir vxori, vnde noſter ad ſenſum vertit: *Noli eſſe amicus homini iracundo*; nam vir ad iram pronus coniugium quodammodo eum ira contraxiſſe videtur, à cuius thoro vix ſeparatur.

Iram vt coniugem vir iracu.dus habet.

Mulieres viros ſuos Baalim vocabāt.
Oſeæ 2.
Iſid. Clar.
S. Cyril. Alex.

Et quoad vocem *Baal*, ſeu *baalim*, quæ dominum, & maritū ſignificat, obſeruo olim in more fuiſſe, vt mulieres viros ſuos *baalim* vocarent; hinc illud Oſeæ 2. Vocabit me vir meus, & non vocabit me *vltra baalim*. Expendens hoc nomen Iſidorus Clarius hîc ait: *quod maritum ſignificat, ſed durum, & imperioſum, qualis fuit Baal cultoribus ſuis.* Sic ille. Sanctus Cyrillus Alexandrinus in cap. 2. Oſeæ, putat hîc reſpici ad antiquum morem, quo Hebrææ mulieres, quæ maritos ſuos falſorum numinum nomine appellare conſueuerant: hæc eius verba: *Baalim*, inquit, *quod norunt omnes idola ſignificat, ſolebant autem Hebrææ mulieres maritos ſuos* FALSORVM DEORVM NOMINIBVS *appellare, qui mos iniquiſſimus illi honori erat. Eius primum auctorem Ninum Babylonium ferunt, qui Patrem ſuum nominauit Belum à Bel idolo, quod colebant.* Hactenus ſanctus Cyrillus; ſed quia hîc ſumus, alia de marito adiiciamus, quæ vtilitate grauida fructū in lectorum mentibus parturiāt.

EXCVRSVS XXXIV.

In concupiſcentiæ, aut aduerſitatis fluctibus portus vxori vir eſt, atque anchora.

Tutus portus veritas.
Humilitatis *portus quærendus.*
Portum qui princeps *referat.*
Portus *ſibi ipſi ſapiens eſt.*
Bonus portus caſtitas, *& honeſtas.*
Quod faces in *portu hoc boni viri in aliorum exemplum.*
In amoris mari in *amicæ oculis amens, & amans quidam portum ſe reperiſſe dixit.*
In nuptialibus aquis vir portus *vxori, & anchora.*
Portus in *impudicitiæ mari maritus.*
Vir luxuriæ aquis *non mergatur, qui mergi vxorem non vult.*

AB aquis non abeam, de viro agens, ſi illum 446.
vxoris portum eſſe dixero, ac probauero; hoc verò antequam probem indicabo aliquos portus, ad quos appellere debet, qui fluctibus agitur, ſuæque ſaluti conſultum vult; alibi nonnullos tetigi, alios hîc ſubiicio.

Tutus portus veritas.
B. Laur. Iuſt.

Tutus portus eſt veritas, ad quē quāta auiditate anima feratur explicat his verbis B. Laurentius Iuſtinianus, lib. inedito comment. in Pſal. 72. *Sciendum, quod ſicut vicina ſanitate magis æſtuāt ægri, ſic anima quanto impetuoſius cuiuſdam quæſtionis* FLVCTVAT *tempeſtate, citius ad intelligendum* VARITATIS PERVANIAT PORTVM.

Humilitatis portus quærendus.
B. Gertrud.

Qui ſuperbiæ fluctibus iactatur portum quærat humilitatis; nam Chriſtus ipſe alloquens Beatam Gertrudem humilitatis PORTVM vocauit, in quem ſe recipere debet, qui ſaluti ſuæ conſultum vult, & naufragium timet; res habetur, lib. 2. cap. 12. vitæ iſtius beatæ viraginis.

Portum

Portum qui princeps refe rat. Sid. Apol.

Portum qui Rex, qui Princeps teferat explicat Sidonius Apollinaris epiſt. ad Agricolam de vita Theodorici, dum ait: *Quodque mirere, ſæpè illa lætitia* (ex tabulæ ludo) *minimis occaſionibus veniens ingentium negotiorum merita fortunat. Tunc petitionibus diu ante per patrociniorum* NAVFRAGIA *iactatis, abſolutionis ſubito portus aperitur.*

447. *Portus ſibi ipſi ſapiēs eſt.* Venant.

Naufragia ſapiens non timet, portum ſecum portat, portus ſibi ipſi eſt; Vera Chariberti laus à docto Venantij calamo:

Qui PORTVM *in proprio pectore sēper habes*
Tempeſtas nullo penetrat tua corda tumultu;
Ne ſenſu titubes, anchora mentis adeſt.

Bonus portus caſtitas, & honeſtas. S. Cyprian.

Bonus portus caſtitas, ad quam qui naufragiū timet mentis ſuæ, corporiſque ratem debet appellere; honeſtatis portum eam vocat ſanctus Cyprianus de ſingul ad finem: *Caſtitas libidinis carcer,* HONESTATIS PORTVS, *lorica pudoris.*

Quod faces in portu hoc boni viri in aliorū exemplum. Epict.

Quod faces in portu in mare nauigantibus ſunt, hoc probi viri exemplum cæteris ciuibus eſſe poteſt; huc flecto illud Epicteti apud Stobæum, ſerm. 45. *Quemadmodum* FACES IN PORTV *ſublatæ, magna flamma in paucis cremiis excitata, nauibus per mare errabundis multum auxilij ferunt: ſic & vir ſplendidus in Vrbe periclitante, pauca ipſe rebus contentus, magnis beneficiis ciues afficit.*

448. *In amoris mari, in amica oculis amens, & amans quidam portum ſe reperiſſe dixit.*

In amoris mari portum in amicæ oculis inueniſſe dixit amens quidam; ſed verè portus iſte omni tempeſtate ſæuior eſt; hæc illius verba ab inſanâ mente finita:

Adſpectani, Pæta geminum ſeu lumina ſideris
Dum fremit vnda maris, talia dicta dedi.
Inueni portum, Caſtor, Polluxque valete
Pætæ Tyndaridum limina lumen habent
Nil ego nunc æſtus moror æquoris, aurea Pætæ
LVMINA *non dubia ſigna ſalutis erunt.*

In nuptialibus aquis vir portus vxoris, & anchora. Procop.

In nuptialibus aquis, in coniugij fluctibus, in matrimonij mari vir portus eſſe debet, & anchora, ne ambo mergantur. ſcitè Procopius in cap. 3. Geneſ. *Mulier, inquit, dum audit, ipſe dominabitur tui, intolerandam ſeruitutem ne ſeruiat, primo loco poſuit quanta cura mulierem vir curare, & fouere debeat, dicens, ad virum tuum erit conuerſio tua, ideſt, ipſe erit refugium tuum,* PORTVS, ANCHORA *tutiſſimuſque ex omni periculo receptus, amor timori coniungitur.*

449. *Portus in impudicitiæ mari maritus.*

Portus in impudicitiæ mari maritus eſt, ne naufragetur caſtitas, nuptias eligat, nuptialis ſaltem caſtitas in coniugio ſeruetur, maritum ſuum ſuum portum vocabat illa apud illum:

Te dominum veritura meum, PORTVMQVE SALVTIS
Tota addicta tuæ fidei, deuotaque coniux.

Vir luxuria aquis nō mergatur qui mergi vxorē non vult. S. Auguſt.

Quot cymbæ in luxuriæ mari infelix naufragium ſubiiſſent, niſi ad hunc portum Spiritus ſancti aura perueniſſent? vt à ſuo munere viri abeant, qui vxoribus naufragij cauſam exhibent, aut occaſio ſunt; Viri eſſe à libidinis fluctibus mulierem auocare non malo exemplo ad impudicitiæ, & adulterij voraginem prouocare: egregiè docuit ſanctus Auguſtinus, ſerm. 18. & 40. qui nouiſſime prodiere: vbi virum viri nomine premit: *Tu vir es, oſtende quoniam vir. à virtute, vel virtus à viro. Habes ergo virtutem: vince libidinem. Mulieris, inquit, caput vir. Si caput es, duc, & ſequatur: ſed vide, quo ducas. Caput es, duc quo ſequatur; ſed noli ire, quo non vis, vt ſequatur. Ne in præcipitium ruas, vide vt recto tramite gradiaris.* Qui impudicitiæ aquis vxorem mergi non vult, luxuriæ aquis non mergatur, comparem ad paria prouocat, qui currit ad pœnitenda.

Nouarini Nuptiales Aquæ.

EXCVRSVS XXXV.

Vir vxorem doceat, & vtilium monitorū aquis perpluat, & irriget.

Vxorium ſolum vt irrigetur.
Bonis monitis irrigari *vxoris mens à viro debet.*
Viri eſt vxorem probis monitis informare.
Mulier tanquam Luna *mutuari à viro, vt Sole, lucem debet.*
Viri eſſe mulierem erudire, *& ad legis obſeruantiam vocare.*
Culpa mariti *videtur ſi vxor delinquat.*
Vir apud Scotos luebat *vxoris ſcelus.*
Seuerius *egit in Adam, quàm in Euam Deus, quia ſuperiores acriùs caſtigandi cùm delinquunt.*
Non minor probi mariti *laus, quàm magni* Senatoris.
De viri coſta cordi proxima *vxor formata, vt cordi viro mulier eſſet.*
Viri ſui cor *vxor.*
Euigilare *vir debet futurus vxoris cuſtos.*

VXorem à viro, vt terra à fluuij aquis rigari 450.
aiebat Philoſtratus, qui in quadam Epiſtola ad vxorem ſcribeos, ait: *Quis enim ita cæcus* FLVVIVS *vt tuum ſolum non* RIGET? Rigabit vir opportunius vxorium ſolum, ſi opportunis vxorem monitis irrigabit: Scitè ille: *Viri eſt vxoris mentem vtilibus monitis veluti* AQVIS IRRIGARE, *vt fructus inde proueniat magnus.*

Vxorium ſolū vt irrigetur. Philoſt. *Bonis monitis irrigari vxoris mens à viro debet.* P. N. No.

Viri eſt vxorē probis monitis informare. S. Chryſ.

Viri munus eſt, vxorem probis monitis informare, & vtilis doctrinæ præceptis inſtruere. Hoc hirundinum exemplo eleganter explicat ſanctus Chryſoſtomus, hom. 5. in epiſt. 2. ad Theſſalonicenſes, vbi ita de muliere loquitur, & de viro: *Sedat æſtrum natura. Sed in eam quoque beneficio affice. Quomodo? In ſpiritualibus ei manum porrige. Quæ audieris vtilia, & non ſecus ac hirundines ore portās, affer, & pone in ore matris, & pullorū* Sic ille.

Mulier tanquam luna mutuari à viro, vt ſole lucem debet. Gen. 37. 9.

Soli vir comparatur, vxor Lunæ, hinc illud Geneſ. 37. verſ. 9. *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare me.* Per Solem patrem intelligit, per Lunam matrem, per Stellas fratres: ſicut itaque Sol lumen ſuum Lunæ, ac Stellis communicat, ita & vir ductrinæ lucem vxoris, & filiorum animis immittere debet, Obſeruabat Plutarchus quod Luna è Sole diſtans, & Soli oppoſita magis illuminatur, vxor contrà nec loco ſeiungi, nec ſenſu opponi marito debet, vt vtilium monitorum luce perfundatur, tenebris obſideretur ſi diſtet à Sole, ſolique opponatur: ſplendidior, lucidiorque fit, ſi ab eius latere non diſcedat, non diſcedat ab eius mente.

Viri eſſe mulieres erudire indicauit Deus, cum 451.
leges Hebræis tradens, viros ferè alloquitur, & alloquēdos monet, hinc illud frequens in ſacris litteris: *Loquere ad filios Iſrael*, Leuit. 12. & alibi, cur non & ad fœminas, ſermonē dirigit? An quia virorū eſt curare, vt fœminæ Dei legem ſeruēt? Sic Oleaſter in cap. 12. Leuitici: *Viris*, inquit, *traduntur etiam fœminarum leges, quoniam hi ſunt,* QVI FACERE DEBENT EAS SERVARE. Ad viros ſermo dirigitur in legibus promulgandis, quia virorum maximè eſt, vt Dei

Viri eſt mulierem erudire, & ad legis obſeruantiā vocare. Leuit. 12. Oleaſt.

præcepta cuſtodire, & à mulieribus cuſtodienda curare, & quia ipſi debent fœminas erudire, eiſque legis diuinæ verba exponere, & explicare. Alioquin viri culpa eſt ſi vxor delinquat: Hinc illud in ſententiis Ethico-politicis:

Culpa eſt mariti ſi VXOR *excedat modum.*

Culpa mariti videtur ſi vxor delinquat. Gen. 18. 13.

Voluit hoc Angelus, qui ob Saræ vxoris Abrahæ Abraham alloquitur, dicens: quare riſit Sara. Gen. 18. v. 13. cur virum arguit, ſi vxor deliquerat? vt innueret viri eſſe vxoris errores redarguere, atque corrigere. Acutè Vgo Victorinus annotat in Geneſim, cap. 18 *Virum increpat,* QVIA EIVS EST CASTIGARE VXOREM SVAM. Adeò vt culpa in virum redundet, ſi conniuente viro vxor peccet.

Vir apud Scotos luebat vxoris ſcelus.

Huc etiam Scotorum lex ſpectabat, nam vt refert Boetius lib. 10. Kennethi Scotorum Regis lege vxor non luebat mariti ſcelus; viro autem fraudi erat ſi in eo ſciente quid vxor deliquiſſet.

452. *Seuerius egit in Adam, quam in Euam Deus quia ſuperiores acrius caſtigandi cum delinquunt.* Procop.

Hinc & in diuinis litteris ſeueriùs in Adamum egit Deus, quam in Euam, licet vterque peccauerit, vterque Dei legem violauerit, quin & prima ceciderit Eua, & in culpam inuitauerit maritum; quia nimirum ſeueriùs agendum cum eo eſt, ſi labatur, qui ſuperior eſt, acriùs increpandus ſuperior: fecit iſtuc Deus, primos humani generis parentes arguit, quod notabat Procopius in Gen. hiſce verbis: ſeueriùs, & exactiùs Deus cum Adam, quam cum Eua agit, inclamauit, vbi eſt: exprobrauit homini nuditatem, arguit tranſgreſſionem latæ legis de vetito cibo non edendo, at mulierem excutit, & examinat, volens ei vt vaſi infirmiori parcere.

Non minor probi mariti laus quam magni Senatoris. Plut.

De probo marito ita cenſebat Cato apud Plutarchum in eius vita: *Maiorem laudem eſſe boni* MARITI, *quam magni* SENATORIS; hac laude erit dignus ſi vxori tam maritus, quam ductor, & doctor ſit.

De viri coſta cordi proxima vxor formata vt cordi viro mulier eſſet. Abul.

Denique vt boni mariti munus vir in vxorem obeat, cogitet è viri primi coſta formatam mulierem primam, quia vt coſta cordi adhæret, ſic adhæreret & mulier; egregiè de hac re philoſophatur Abulenſis in cap. 2. Geneſis quæſt. 27. cuius verba licet pluſcula hîc implantanda: *De coſta autem fœmina formata fuit, quia coſta adhæret cordi: vt notaretur quod vir vxorem valde amare deberet. Sic enim ait Apoſtolus ad Epheſ. cap. 5. Ita viri diligere debent vxores ſuas, ſicut corpora ſua; qui ſuam vxorem diligit, & ſe ipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet, ſicut Chriſtus Eccleſiam. Si autem de pedibus formaſſet, ancilla viri videretur; ſicut apud Perſas vxor in ancillam accipitur; vt patet 8. Ethic. ſed iſte principatus tyrannicus eſt; vt ibidem patet; & etiam in primo Politicor vbi probat Philoſophus, quod mulier pertinet ad communicationem primam, quæ eſt naturalis, & liberorum procreatiua, & non ad ſecundam, ſcilicet ſeruilem, in qua ſeruitus eſt, quia natura facit vnum ad vnum, non vnum ad plura, quemadmodū artifices Delphicū gladium, &c. Si autem de capite ſumpta fuiſſet, domina videretur, quemadmodum in quibuſdam prouinciis fœminæ, ſi in hæreditate ſuccedant viris dominantur: iſta autem peſſima oligarchia eſt;* hactenus Abulenſis; digna verba, quæ virorum cordibus hæreant, vt vxores cordi illis ſint.

453. *Viri ſui cor vxor.*

Viri cor vxor eſſe quodammodò debet, vxoris verò vir caput; De coniugum inter ſe amore, & vxoris in virum ſubiectione ita ſentiebat nuperus quidam poeta:

Vxorem vir amato, marito pareat vxor,
Coniugis illa ſui COR, CAPVT *ille ſuæ.*

Euigilare vir debet futurus vxoris cuſtos.

Denique vt hoc quoque expendam, nec indiſcuſſum abire ſinam; vbi formata eſt Eua ſtatim euigilauit Adam, ſtertere vir non debet fœminæ rector, fœminæ cuſtos, euigilauit vir, & tamen lapſa eſt mulier, quid ſi dormiuiſſet?

EXCVRSVS XXXVI.

Viri amor, & honor in vxorem.

Vir vxorem honoret.
Vera amoris conſignatio, *quo ferri in vxorem vir debet.*
Iob *quia non attendit vxorem, vicit.*
Vxor nimium non amanda *à viro, ne per vxorem labatur.*
Quidam vxores Dearum nomine *appellabant.*
Vxores viri quandoque laudabant *cum obiiſſent.*
Viro palæſtræ, *&* gymnaſij *loco mulier loquax, & mala.*
Quæ vir vxori præſtare *teneatur Hebræorum lege.*
Viri in fœminam amor *illius tyrannidi retundenda.*
Socia *habenda à viro vxor eſt.*
Coniugis linguam frænare, *quàm difficile.*

VXor honore ſingulari colenda à viro eſt, idque magnorum bonorum fons, & origo, quæ in domum influent, quam vxor bona, à bono viro culta, & honorata incolat: ſcitè R. Chelbò apud Hebræos, cuius hæc ſunt verba, Omiſſo Hebræa, quia pluſcula: HONORET VXOREM SVAM VIR, *quia non inuenitur in domo viri vlla benedictio, aut felicitas, niſi mulieris cauſa, nam ſcriptum eſt, Pharaonem benefeciſſe Abraham propter Saram;* De proba vxore aiebat & Raccah: HONORATE VXORES VESTRAS, *quia ſic diuites euadetis.* 454.

Vir vxorem honoret. R. Chelbò.

Raccah.

Amoris, quo ferri in vxorem ſuam vir debet vera conſignatio eſt ſi pro illius ſalute mori ſit paratus; quod ex his Apoſtoli verbis ad Epheſ. 5. 25. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea,* ita deducebat ſanctus Chryſoſtomus tom. 6. Hom. quales ducendæ ſint vxores: *Cum dixiſſet: Viri* VXORES DILIGANT, *non hic conſiſtit, ſed modum etiam amoris præfiniuit. At quem tandem? Viri diligite vxores. Dic quomodo? quem mihi diligendi modum præſcribis?* SICVT ET CHRISTVS DILEXIT ECCLESIAM. *Et quomodo quæſo Chriſtus dilexit?* ITA VT SEMETIPSVM PRO EA TRADERET. *Itaque etiam ſi mori pro vxore oporteat, nequaquam tergiuerſaberis. Nam ſi Dominus ſeruam ita dilexit, vt ſemetipſum pro ea traderet, multo magis conſeruam oportet ſic diligi: ſed videamus ne fortè pulchritudo ſponſæ aut præclara indoles ſponſum attraxerit: Ne hoc quidem dicere poſſumus, Quòd enim deformis ac impura fuerit, audi quæ deinceps ſequatur, vt illam ſatisfaceret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam,* ſic enim poſt producta verba addidit Apoſtolus.

Vera amoris conſignatio, quo ferri in vxorem vir debet. Epheſ. 5. 25. S. Chryſ.

Amanda

455. *Iob quia non attendit vxorem vicit.* Antonin.

Amanda vxor, ſed vſque ad aras, cùm eò virum allicit, vbi Deo offenſa timetur, non eſt audienda: hac laude fuit inſignis Iob, non fuit Adam, qui mulieri paruit, cum muliere perijt: Antoninus Epiſc. Conſtant. ad Arcad. Epiſt. IOB NON ATTENDIT VXOREM, *& ideo vicit: non familias, non diuitias, non amicos, & meritò ſuperauit. Adam mulierem ſuam plus ſatis dilexit, & ideo tam lachrymabiliter cecidit;* odio ſæuior hic amor fuit; melius amaſſet, ſi ita non amaſſet.

Vxor nimium non amanda à viro, ne per vxorem labatur. Cat. Græc.

Iob fortior, atque felicior, vxorem ita amauit, vt vxorem non audiret cùm malum ſuaderet: Benè in catena Græca Iob cap.2. *Pactum pepigi*, inquit, *cum clectis oculis meis, non contemplari mulierem. Atque ideo vxor illius animum diſtorquere non potuit. Nam illam antea etiam diligebat; verum non effusè, ſed potius quemadmodum* VXOREM *diligi par erat.* Iobi exemplum ſequantur, qui victoriam amant, timent vinci.

456. *Quidam vxores Dearũ nomine appellabant* Luitprand.

Quoſdam mulieres, & concubinas Dearum nominibus appellare conſueuiſſe reperimus. Hugo Staciæ Rex, vt tradit Luitprandus lib.4. cap.6. præter coniugem ſuam multas alebat concubinas, ex quibus tres in primis deperibat, quas Dearum nominibus appellabat, Veneris, Iunonis, & Semeles, Huc impuri amoris æſtus homines abripit, vt rationem exuiſſe videantur.

Vxores viri quandoque laudabant autem obiiſſent. Suet.

Vxorem viri laudabant quandoque cùm obiiſſent, quin & alias conſanguineas: de Iulio Cæſare Quæſtore ita ſcribit Suetonius cap.6. *Quæſtor Iuliam amicam, vxorémque Corneliam defunctas* LAVDAVIT *è more pro roſtris.* laudabilius erit, ſi viri probæ vitæ exemplum curent, vt viuentes vxores laudabiles reddantur.

Viro palæſtræ, & gymnaſij loco mulier loquax & mala. S Chryſ.

Viro, qui verè vir, palæſtræ, & gymnaſij loco mulier loquax, & improba eſt, vt alibi etiam aliò ſpectans tetigi: feſtiuè rem habet ſanctus Chryſoſtomus hom.15. in Acta Apoſt. *Hæc dico non ſolùm, vt cum viris ſimus manſueti, ſed etiamſi mulier loquax ſit, vt feras Sit tibi* PALÆSTRA, AC GYMNASIVM *mulier. Quomodo enim non abſurdum gymnaſia nihil ferè lucri afferentia, vbi affligimus corpus: gymnaſia autem non facere domi, quæ nobis etiam coronas ante agones ſuppeditant contumeliâ afficit mulier? ne fias tu mulier.*

457. *Quæ vir vxori præſtare teneatur Hebræorum lege.* Oleaſt.

Inter alia, quæ vir vxori præſtare tenebatur ſeptem numerantur, quæ ex præceptorũ libro collectas nobis exhibet Oleaſter in cap. 3. Iſaiæ: *Addunt Iudei ad illa tria, quæ* VIR VXORI SVÆ ADHIBERE *tenebantur, ſeptem hæc officia: quòd ægram curet, captiuam redimat, mortuam ſepeliat: poſt viri obitum viri bonis fruatur, ſedeat in domo eius, omni tempore quo fuerit vidua: Quod filiæ eius ex mariti commodis nutriantur, quouſque tradantur viris: vide in libro præceptorum.* Hucuſque Oleaſter.

Viri in fœminam amor illius tyrannidi retundenda. S. Chryſ.

Matth. 19. 5. hæc dixiſſe Chriſtum legimus: *Propter quod relinquet homo patrem, & matrem;* cur non eſt iſtud dictum de vxore; *relinquet mulier patrem, & matrem ſuam, & adhærebit viro ſuo?* An quia vir in fœminam maiore fertur amore, quàm fœmina in virum? quod factum ait ſanctus Chryſoſtomus hom.30. in epiſt. 1. ad Corinth. *vt imperium quod in mulierem habet, cupiditatis illius tyrannide retuſum imbecilliori ſubiiceretur;* alioquin ferre vxores virorum imperia vix poſſent.

Socia habenda à viro vxor eſt. Vgo Vict.

Socia habenda à viro vxor eſt, non vt ancilla, vt ob id non ex pedibus viri prodierit illud, ex quo Eua formata, ſed ex pectore: ſcitè Vgo Victorinus annotat. in Gen. cap.7. *Attendendum*, inquit, *eſt quod nec de capite, nec de pedibus viri ſumptum eſt id, vnde fieret mulier, ne vt Domina ſi de capite; aut ancilla, ſi de pedibus putaretur. Ideo de medio, id eſt coſta ſumi decuit, vt* SOCIA *intelligeretur.*

Coniugis linguam frænare quam difficile.

Verè difficile coniugis linguam ſiſtere ad inſtar torrentis in preceps ruentis: pulchrè ille, & verè;

Coniugis ingentes animos, linguámque DOMARE
Herculis eſt decimus tertius iſte labor.

EXCVRSVS XXXVII.

Probæ quædam notæ vxoris virum verè colentis, ſolidè amantis.

Vxor ita virum reſpiciat ac ſi nullus alius in mundo vir eſſet.
Vir mulierem ſpectet ac ſi nulla alia in mundo fœmina eſſet.
Vxor viri ſui Echo.
Mulier viri vmbra.
Vxori vir reuerendus.
Caueat *mulier ne coniugali affectu* in culpam aliquam *labatur.*
Mulier à viro culpæ inſimulata *verbis repercutere virum non debet.*
Vxoris affectus *in virum.*
Viri ſui latus *cur dicta mulier?*
Nõ eſt bona vxor, quæ *poſt nuptias elatior ſit.*

MVlier ita virum ſuum reſpicere debet, ac ſi nullus alius niſi ille mundum incoleret: ſic & vir ſpectare vxorem ſuam, ac ſi nulla præ illa mulier in mundo eſſet: ad hoc quippe ſignificandum in mundi primordio, & vnus vir formatus eſt, & vna fœmina, ex quibus totius humani generis propago eſſet, quod notabat ſanctus Chryſoſtomus hom.32. in Matthæum in hæc verba: *Maſculum, & fœminam creauit eos non* MASCVLVM, *&* MVLTAS FOEMINAS, *neque maſculos, & fœminam, vt vna fœmina nullum maſculum putet factum eſſe in mundo præter vnum, & vnus maſculus nullam putet fœminam eſſe factam in mundo niſi vnam.* 458.

Vxor ita virum reſpiciat ac ſi nullus alius in mundo vir eſſet. S. Chryſ.

Vir mulierem ſpectet ac ſi nulla alia in mundo fœmina eſſet.

Vxor moribus viri mores repræſentet, virum vitâ referat, vt ſpectantis formam ſpeculum: Pulchrè Poëta ille:

Vxor viri mores moribus vt ſpeculum repræſentet.

Tectum auro, & gemmis SPECVLVM *eſt vt inutile, quod non*
Oppoſito formas æquoris orbe refert:
Sic minus apta viro, quamuis ditiſſima dote,
Quæ minus apta viri moribus VXOR *erit.*

Scitè ille de vxore ſentit, qui eam viri ſui Echo dixit, vt prima non loquatur, ſed virum præſentem ſequatur in omnibus.

Vxor viri ſui Echo.

Quî mulier viri vmbram referat bellè explicat Anulus Poëta his verbis:

Mulier viri vmbra.

VMBRA *ſuum corpus radiante in lumine Solis*
Cum ſequitur, refugit; cùm fugit, inſequitur.
Tales natura quoque ſunt muliebris amores:
Optet amans, nolunt: non velit, vltrò volunt.
Phœbum Virgo fugit Daphne inuiolata ſequẽtem.
Echo Narciſſum, dum fugit, inſequitur.
Ergo voluntati plerunque aduerſa repugnans
Fœmina, iure ſui dicitur vmbra viri.

Digitized by Google

459. *Vxori vir reuerendus.* S.Ambr.

Coniugum mores ferendos, reuerendum vxori maritum pulchrè vel viperæ exemplo, quæ venenum euomit, cùm acceſſurus ad eam maritus illius eſt, docet ſanctus Ambroſius lib. 5 Exam.cap.7.dum ait: *Quid ſibi vult ſermo iſte niſi* FERENDOS MORES CONIVGVM, *quid prius veneno? quòd in coniuge murena non refugit, vocata non deeſt, & ſerpentis lubricum ſedula charitate complectitur, ille tua mala praefert, & lenitatis fœmineæ leuitatem, tu virum tuum mulier non potes ſuſtinere? Adam per Euam deceptus eſt, non Eua per Adam, quem vocauit ad culpam mulier iuſtum eſt, vt eum gubernatorem aſſumat, ne iterum fœminea facilitate labatur: ſed horridus, & incultus eſt? ſemel placuit; numquid vir frequenter eſt eligendus? vipera abſentem requirit, vocat; & blando proclamat ſibilo, atque vbi aduentare comparem ſenſerit, venenum euomit, reuerentiam marito deferens, verecundata nuptialem gratiam, ſed etiam tu vir depone tumorem cordis, aſperitatem morum, cùm tibi ſedula vxor occurrit, propelle indignationem cùm blanda coniux ad charitatem prouocat, non es Dominus, ſed maritus, non ancillam ſortitus es ſed vxorem: gubernatorem te eſſe voluit Deus ſexus inferioris non praepotentem: Vipera ſuum venenum fundit, tu non potes mentis duritiem deponere, ſed habes naturalem rigorem, debes temperare eum contemplatione coniugij, reuerentia compunctionis.*

Caueat mulier ne coniugali affectu in culpam aliquam labatur. Caiet.

Cauere mulier debet, ne coniugali affectu in culpam aliquam labatur, néve ſecum in lapſum trahat virum; hinc prima mulier cùm plecteretur, in eo pœnas dedit, in quo vxor, in partu ſcilicet filiorum, ne in eo quod vxor viro, fraudi eſſet, ſcitè Caietanus in Gen.c.3. *Quatuor pœnas infligit mulieri proprias vxoribus; eò quòd* CONIVGALI AFFECTV *traxerat virum ad peccatum.*

460. *Mulier à viro culpa inſimulata vicißim reprehendere virum non debet.* Gen.3.

Hoc quoque monitum neceſſarium vxori eſt, ne reprehendentem virum, in eúmque ſaeuientem verbis & maledictis repercutiat; docuit iſtuc Eua, in quam cùm lapſus ſui culpam vir reieciſſet, Gen.3. interrogata cur id feciſſet, ſerpentem accuſauit, in virum accuſatorem ſuam accuſationem non retorſit, quam liberare voluiſſet, ſi poſſet non ligare: id quod notabat etiam Beatus Ambroſius lib.de inſtit.Virg. cap. 4.dum ait: *In iudicio ipſo quanto clementior viro, ille* MVLIEREM SVAM ACCVSAVIT, *iſta ſerpentem, hoc eſt, nec accuſata crimen retorſit, ſed ipſum accuſatorem ipſum maluit ſi poſſet abſoluere, quam ligare.*

S.Ambr.

Vxoris affectus in virū. S.Aſter.

Mulieris in virum affectum ſic efferebat & probabat ſanctus Aſterius hom. an liceat dimittere vxorem: *Hæc* (vxor) *in carcerem vſque comitatur, & ſi quis ingredi permiſerit, libenter vna cum eo concluditur, ſin id prohibetur, ſicut familiaris hero catellus circa ianuam carceris manet. Nouimus ipſi mulierem, quæ attonſa coma veſtem virilem, eámque floridam induit, vt ne virum fugientem latentémque deſerere cogeretur, ita cùm ſeruitutem ſeruire videatur, affectui verè ſeruit, in eóque vitæ genere compluribus perſeuerauit annis.*

Viri ſui latus dicta mulier. S.Ambr.

Viri ſui latus cur mulier dicatur explicat his verbis ſanctus Ambroſius in Pſal.47. *Sicut principis latera dicimus ſtipatores eius, & comites; & ſicut* MVLIER LATVS EST VIRI *eo quod morigera ei ſocietate iungatur, ita latera erant Diaboli, qui faciebant eius voluntatem.*

Non eſt bona vxor, quæ poſt nuptias elatior fit. Gen.16.

Non eſt bona vxor, quæ vbi nupſerit fit elatior, Agar ſimilis, de qua dicitur Gen.16. *Deſpexit Dominam ſuam*; Abrahæ iuncta cum melior fieri deberet, & humilior, peior eſt facta, factáq; tumidior; Lyranus ad hæc verba: *Licet Agar eſſet prius bona, & deuota puella, poſt quam fuit coniuncta Abrahæ in matrimonium, & vidit ſe concepiſſe ab eo, prorupit in* QVANDAM ELATIONEM, cum contrà cui intumeſcit venter, detumeſcere mens debeat. Lyran.

CAPVT LII.

Fontes filij dicti; aquis liberi comparati, aquis haud committendi, nec deſperanda illorum correctio.

Fontes *de filiis.*
Aquis fluentibus *& ſpectantium oculos oblectantibus filij comparati.*
Aqua *de filio.*
Neptuni, *qui mari præſidere dicebatur, vocabantur filij, quorum ignoti parentes.*
Aquis *filij comparati.*
Fons vitæ *Dei filius irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.*
Filius de ciſterna.
De filiis in flumen proiiciendis *dura Hebræorum mens.*
Molles aquæ *ſaxa excauantes ad filiorum mores emendandos patres vocant.*
Informandos filios vrſæ *exemplum docet.*
Matres per vndas *filios ſequutæ.*
Oculorum aquis *filij committendi.*
Sol *pater,* Luna *mater eſt, vterque luce perfundere filios debent.*
Magni laboris, *& magni* meriti, *filios benè inſtituere.*
Vitæ oculus *filius.*
Tanquam oculi *cautè cuſtodiendi filij ſunt.*
Notati parentes, qui filiorum inſtitutionem *negligunt.*
Benedicitur *filius dum redarguitur.*
Malorum filiorum *acerba reprehenſio benedictio quædam eſt.*

ADHVC in aquarum metaphora nauigauimus; nam cùm hucuſque de nuptialibus aquis egerimus, nō alienè explicatæ ſententiæ poſteriora verba ex his quæ produximus illuſtrabimus. Dixerat Salomon Prou.5.16. 461. *Fontes de filiis.* Prou.5.16.
Bibe aquam de ciſterna tua, quod de legitimi coniugij vſu interpretati ſumus, cohærenter ſubdit: *Deriuentur fontes tui foras;* quod de filiorum multiplicatione accipiendum eſt, qui velut puri fontes à parentibus profluunt. Aptè R.Aben Ezra hîc: *Deriuentur fontes tui foras, aqua putei ita affluenter ſcaturiant, vt fontes tui foras deriuentur, quod quidem metaphoricè de* FILIORVM COPIA *vſurpatur.* R. Abē Ezra

Aquis fluentibus & ſpectantiū oculos oblectantibus filij comparati. Eurip.

Aquis fluentibus, & ſpectantium oculos oblectantibus filios comparatos lego, quos parentes prole carentes ſuſceperant: ſcitè Euripides in Danaë apud Stobæum ſerm. 75. *Gratum eſt hoc Solis iubar, & amœna viſu tranquilla ſunt* AEQVORA, *ruráque vernans, & affatim aqua fluens,*

ſluens, denique multarum rerum laudes recitare poſſem. Verum adeo egregium, viſúque pulchrum nihil eſt, quam cum carentes prole, cuius deſiderio maximo teneantur, filiorum recens natorum domi lumen aſpiciunt.

Sub aqua filios deliteſcere probat & illud,
462. quod præſtitiſſe legimus Dauid, quum aquam ex ſonte Bethleemitico deportatam effudit, & libauit eam Domino, 1.Reg.23.16. Christi ex virgine naſcituri figura fuit: Pulchre Sophronius hom. 1.in Chriſti natiuitate: *Hic tu iam Dauidis pietatem, virtutúmque omnium reginam diſcretionem conſidera, nam noluit* AQVAM ILLAM BIBARE, *verùm libauit eam Domino: quia prophetia lumine illuſtratus, fortè præuidebat, vt Iudæi aquæ illi viuenti è fonte virgineo naſcituræ, hoc eſt, Chriſto fidem negaturi eſſent.*

Aqua de filio. 2.Reg.23.16. Sophron.

Ab aquis non abibant, qui ignototum parentum liberi, Neptuni, qui maris numen putabatur, filios vocabant: *Neptuni filios* olim dictos, quorum ignoti parentes erant, Seruius notabat in lib.3.Æneidum. NEPTVNVS, inquit, *prodigiorum omnium pater eſt, & perinde etiam factum, vt quotieſcunque deſunt parentes redeamus ad generalitatem; ſic & peregrinos Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes.*

Neptuni qui mari præſidere dicebatur vocabantur filij quorum ignoti parentes. Seru.

463. Et vero cur non ſontibus, riuulíſque filij comparentur, quum puri ex puris coniugij fluentis prodeant, vniuersè filij aquis conferuntur, Pſal.143.v.7 vbi Propheta: *Eripe me,* inquit, *& libera me de aquis multis*; quid autem per aquas intellexerit declarat, cum ſubdit; *de manu filiorum alienorum:* & Num.24. *Fluet* AQVA *de ſitula eius:* hoc eſt filij, & copioſa poſteritas ex illo naſcentur.

Aquis filij comparati. Pſal.143.7. Num.24.

Signatè filius fons dicitur, vnde Chriſtus hoc nomen ſortitus eſt, qui fidei gratia vniuerſum orbem irrigauit. Pulchrè Abſalon Abbas ſerm.5.de aduentu, vbi per fontem, qui in mundi primordio aſcendebat de terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ Chriſtum intelligit, dum ait: FONS *equidem de terra aſcendit, quando ſplendor gloriæ, & fons vitæ Dei filius de Beata Virgine naſci voluit; ſuperficiem terræ irrigauit quando ipſos peccatores, & abundantes in ſeculo, tam Iudæos, quam Gentiles, ad fidei gratiam conuertit.* Felix terra, quæ hoc fonte irrigatur, & vitæ fructus abunde gignit, nec ſterilis audit, aut infœcunda.

Fons vitæ Dei filius irrigās vniuerſam ſuperficiem terræ. Abſalō. Abb.

464. Porrò vt fontis nomen ad filios traductum eſt, ita filius aquis, ac piſcinis accommodatur: hinc ביר גובא filius ciſternæ, piſcina minor dicebatur, vt ex Dictionario Syro-Chaldaïco colligitur.

Filius de ciſterna.

Hebræi in filiis inſtituendis, vt ab aquarum metaphora non abeamus, hoc prouerbio vti conſueuerant: *Filium, qui non eſt filius, relinque in* SVPERFICIE AQVARVM *vt natet.* Hoc Vziel filius Ben-Syra monet in primis habendam eſſe curam, vt filij immorigeri caſtigentur, ita vero ſi tanquam effrænes equi corrigi nolint, extremo ſupplicio puniantur, quod Iudaicam duritiem ſapit, & à corde lapideo profluit. Scholia Hebraica hoc prouerbium ſic efferunt, & exponunt: *Filium non filium ſine vt in aqua ſummo remiget* explicant: *Omni tempore caſtiga, & verbera filium tuum, quod ſi videris te verberibus nihil proficere relinque: illum ſi te perſequitur educ foras, vt lapidetur, quod ſi impetrare non potes, vt tanquam contumax iure puniatur, tum proiice in* FLVMEN, *& ciba piſces.* Sed melius hic, mitiúſque filij corrigendi nec vnquam eorum ſalus ita deſperanda, vt omnino negligantur, & veluti aquis committantur, & licet exleges, & duri, nunquam tanto diſcrimini ſunt exponendi: corrigendi ſunt, & arguendi donec reſipiſcant.

De filiis in flumen proiciendis dura Hebræorum mens. Ben-Syra.

Aquæ ipſæ, vt ab aquis non diſcedam, quæ 465.
naturà molles, lentéque cadunt, ſaxa tamen excauant, & emolliunt, filiorum non deſperandam eſſe emendationem clamant: Peritè de hac re agens ille auctor ita cenſebat: *Aſſidua educatoris cura, praua in filiis* CORRIGAT, NE DESPERAT, *ſcio obdureſcere non rarò mentem, & è carnea rupeam, & chalybeam exſurgere; ſed & hoc molliſſimè deciduis guttis, & lentè labentibus ſaxa molleſcere, & eneruari ferrum: tantum aſſiduitas poteſt, vt tenerrimi etiam roris illapſu fœcundentur montes retro ſteriles. Iam marmora quod ferrum ſecet? Arena & aqua aſperge, ſecabis tam mollibus tam dura. Eadem in animo conſequeris, ſaxeſcat licèt, & rupeſcat.* Spes nunquam ponenda, emendari poteſt omnis improbitas, modò aſſidua admonitio accedat.

Molles aquæ ſaxa excauantes ad filiorum mores emendandos patres vocāt. P.Ca. Sc. lib. 1.Pol. cap. 5.

Vrſa catulos ſuos licet primò informes, & qui tam longè à perfectione abeſſe videntur, lambendo tamen perficit: cur idem homo non tentet in hominem, Patérque in filium, licet à paterna virtutis pulchritudine degeneret? lingua verbis, ac præceptionibus veluti lambat, ac poliat, ac ad probitatis ſimilitudinem effingat filium, vt pater audiat: Monentem audi ſanctum Ambroſium lib.6.Exameron cap.4. VRSA *partus ſuos ad ſui effingit ſimilitudinem, tu filios tuos inſtituere ſimiles tui non potes.* Poteris ſi linguâ tantum non vtaris, ſed exemplar perfectæ formæ te præbeas: ne aliud agas, aliud loquaris, & doceas. Sed proh nefas! plerique adeò ab vrſæ induſtria degenerant vt linguâ non informes filios perficiant, ſed iam perfectos linguâ, verbis obſcœnis, atque blaſphemis deformare ſatagant, quod ſæpè magno filiorum damno fieri frequenter videmus: nec patres pudet à brutis in hac parte vinci? Formant vrſæ linguâ ſuos partus quoad corpus, deformant plerunque filios ſuos homines quoad mentem linguæ miniſterio abutentes.

Informandos filios vrſa exemplum docet. S.Ambr.

Non ergo vndis, vt Hebræi volunt, filij com- 466.
mittendi, non negligenda eorum cura, nec deſperanda correctio eſt: Verè fœtus non amat, qui in aquarum ſuperficie filios ſinit, ſequetur potius etiam per vndas, qui verè diligit, & aliquando hoc in matribus præſtitiſſe filiorum amorem reperimus. Et certè de Carthaginenſibus hoc refert Sabellicus lib. 3. cap.4. his ferè verbis: *Carthaginenſium matres cùm tertio bello Punico ex omni nobilitate lectiſſimi adoleſcentes in Siciliam mitterentur eos* FLATV, *&* LAMENTATIONE *querula ſunt ad naues vſque comitatæ. Tum ex his quædam à filiorum complexibus auulſæ, vbi oram ſolutam viderunt, nauímque portu egredi, dolore ſtimulante in ſubiectos fluctus deſilierunt.* Tantum in matrum pectoribus maternus amor potuit, vt eius flammam nec fluctus obruerent, nec vndæ ſepelirent, licet corpora ſepelierint.

Matres per vndas filios ſequuta. Sabel.

Quòd ſi aquis filij committendi oculorum fontibus committantur, lachrymis exponantur, quibus eorum mala vita diluatur, & velut hortus irrigentur, & ſanctitatis fructus producant. Hoc in aliarum matrum exemplum egit Beata Monica Auguſtini mater, quæ aſſiduè lachrymas effundebat, quibus filium tot criminibus ſordidum ablueret, & in virtutis fœcunditatem

Oculorum aquis filij committendi. S.Aug.

irri

Digitized by Google

irrigaret, ſic enim ille de illa lib. 2. Confeſſ. ſcribit: *Præcepta vitæ, quæ in animo* PLANTAVERAT VERBO, RIGABAT LACHRYMIS, *alebat exemplis.* Hanc matrem cæteræ imitarentur, & ſanctiores haberent filios, dictiſque ſuis magis obſequentes. Nuda monita ferè negliguntur, altè filiorum animis non inſident, vix plantantur, & exſiccantur, quia lachrymis non irrigantur, nec aluntur exemplis.

Sol pater, Luna mater eſt, vterque luce perfundere filios debent. S. Pet. Chryſ.

467. Lachrymis parentum irrigentur filij, vt parentum monita in filiorum mentibus radices agant, & adoleſcant. Exempla ad modum Solis, & Lunæ ſe habent, quibus fouentur, & creſcũt, virtutem enim verborum exempla augent: & quidem vtroſque parentes ſe Solem, ac Lunam referre eleganter habet ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 1. dum ait: *Sepiat nos paterna reuerentia, matris componat affectio, inter propinquorum lumina non valeant delicta verſari. Propinquorum quot oculi tot lucernæ.* DIES EST ASPECTVS MATRIS. SOL PATRIS RVTILAT IN VVLTV, *vnde viuenti inter tot virtutum duces criminum tenebræ propinquare non poſſunt.* Abeunt parentes à Solis munere, qui criminum tenebris obſidentur. Etiam in ſacris litteris Sol pater dicitur, Luna mater, ſic intelligitur illud Gen. vt alibi etiam notabam, vbi Ioſeph ait: *Vidi per ſomnium quaſi Solem & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Per Solem patrem intelligit, per Lunam matrem, per ſtellas vndecim fratres. Igitur Sol vitæ ſplendore pater ſit, & Luna vxor erit, filij ſicut micantes ſtellæ in familiæ cælo ſplendebunt. Sicut enim à Sole Luna lumen mutuat, ita & vxor à marito, & ab vtroque filij; Præter Solis, Lunæque influxus etiam lachrymæ quibus irrigentur, requiruntur.

Magni laboris, & magni meriti filios benè inſtituere. S. Hier.

Magnus labor probè filios inſtituere: ſed magni etiam meriti eſt: Hinc illud ſancti Hieronymi epiſt. 9. ad Saluinam: NON EST PARVI APVD DEVM MERITI BENÈ FILIOS EDVCARE. Nemo hunc laborem defugiat, vt filium ſuum probis monitis, & probæ vitæ exemplis elaboret.

Vita oculus filius. Eurip.

468. Tandem filij oculis comparantur, Andronica apud Euripidem in Hec. loquens de filio ſuo ὀφθαλμὸς, inquit, βίου *vita oculus*: & ſanctus Gregorius Nazianzenus primo carm. vocat ſe ὀφθαλμὸν βιότοιο *oculum vitæ ſuorum parentum*:

Tanquam oculi curà cuſtodiendi filij ſunt.

quanta cuſtodiâ, quantâ ſollicitudine oculi à quolibet offendiculo & vindicantur, & defenduntur? quàm prouidè natura oculorum conſeruationi conſuluit, tunicas, palpebras, cilia, & ſupercilia tanquam quædam munimina parauit, vt oculum ab omni diſcrimine, & offenſa ſubduceret. Eâdem, & maiori cautione cuſtodire filios parentes debent, cùm eorum oculi, non pedes, non manus dicantur.

Notati parentes, qui filiorum inſtitutionem negligunt. Plut.

Vel Ethnicus auctor omnem in filiis inſtituendis ſegnitiem, & negligentiam arguit: Plutarchus eos parentes perſtringit, qui filios inſtituebant ne læuâ, ſed dexterâ cibos caperent, dextera autem monita exhibere non curabant: hæc eius verba lib. de educandis liberis: *Nonne abſurdum dexterâ aſſuefacere liberos, vt capiant cibum, ac læuam ſi porrigant caſtigare, nullam autem curam agere vt præcepta audiant dextera, & honeſta?* quæ abſurditas vtinam in Chriſtianorum parentum animos non irrepſiſſet, dum in filiis externa potiùs curant, & corporis errores corrigant, animorum defectus negligant.

469. Corrigat, & reprehendat quilibet filios, vt pater audiat, reprehenſio, & correctio quælibet licet dura & aſpera, benedictionis, vt ita dicam, nomen mereri videtur. Iacob cum filios benediceret, Genel. 49. verſ. 4. ad Ruben conuerſus ait: *Effuſus es ſicut aqua, non creſcas.* Quænam benedictionis formula hæc eſt? dura increpatio, non paterna videtur benedictio, vt dixerit ſanctus Ambroſius de benedictionibus Patriarcharum, cap. 2. *nonne* REDARGVI *magis, quàm* BENEDICI *videtur*? Videtur, ſed tamen ſi rectè inſpiciamus benedictionem fuiſſe deprehendemus, paterna enim filiorum correctio, & reprehenſio benedictio quædam eſt, ſicut correctionis neglectus ingens maledictio cenſeri debet.

Benedicitur filius dum redarguitur. Gen. 49. 4. S. Ambr.

Malorum filiorum acerba reprehenſio benedictio quadam eſt. Gen. 49. Caiet.

Idem ſanctus Patriarcha eodem benedicendi munere fungens Simeon, & Leui benedicens ait: *Simeon, & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia, in conſilium eorum non veniat anima mea: Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura.* An benedictionem hæc verba ſapiunt, quæ maledictionem potius continent? quî ergo ſubditur verſ. 8. *benedixitque ſingulis benedictionibus propriis.* An tacitè ſignificatur malorum reprehenſionem benedictionem quandam eſſe? Ita eſt. Filios benedicit, qui errantes ſeuerè increpat, & durè arguit. Acurè Caietanus hic: *Omnia dicit* BENEDICENDO, *nam & arguere, & punire, & permanere aliena non ſunt à paternis benedictionibus*: arguendus pater eſt, qui filios malè agentes non arguit, imò pater audire non meretur qui filios non corripit indigna dum committunt.

CAPVT LIII.

Dolor de filiis, de liberis aliqua adiiciuntur.

quid.
Laboris *nexus, &* filiorum.
Grati parentum labores *liberi.*
Sinæ *cur patris. & matris luctum in triennium producant.*
Parentum cadauera *domi olim aſſeruari à filiis ſolita apud Sinas*
Apud Hebræos viuus *cenſetur qui abiens filios relinquit.*
Ex more filiorum qui parentum nomina *cùm proferunt illi perſtricti qui Dei nomen temerant.*
Qui Solonis lege ij *puniti qui parentes malè accepiſſent.*
Honorandus pater *ſi filium à vero parente Deo non ſeparet.*
Parentum mores *moribus exprimere liberi ſolent.*
Præmio à rege donatus *qui pluribus filiis eſſet auctus*
Barbarâ linguâ *vtebantur patres cum puerulis loquentes.*
Filij cum parentibus in lauacrum *haud intrabant.*

MAgnus laborum nexus, & filiorum eſt, 470.
magna doloris, & liberorum cohærentia: hinc vetus illud:

Liberi

Liberi per omne tempus ſunt DOLOR PARENTIBVS.

In Hebraico fonte און *on* vt habet R. Abraham de liberis dicitur, & ſignificat etiam laborem, afflictionémque, quòd nimirum filij dolorem parentibus creent, multas genitoribus afflictiones gignant, Pſal. 77. verſ. 51. *Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham*, labor hic ad liberos transfertur, in fonte eſt אונים, ſanctus Hieronymus legit, *primitias partus*; parentum nimirum labor liberi ſunt, vt ob nexum, nec nomine diſcriminentur; non debet hic ſupprimi elegans Agellij noſtri Commentarius, qui explicans illud Pſal. 77. *Primitias omnis laboris eorum*, hæc habet de huius nominis notione: *Primitias laborum, tantundem eſt, ac ſi dixiſſet primitias filiorum, qui filij nihil aliud ſunt, niſi grati parentibus labores. Sic dictum eſt in Deuteron. vbi de duabus vxoribus alterâ dilectâ, alterâ exoſâ lex præcipit, ſi exoſæ filius primogenitus fuerit, ne ab eo auferatur primogenitum, iſte eſt enim, inquit, principium laborum eius, quod L X X. verterunt ὗτός ἐστιν ἀρχὴ τέκνων αὐτοῦ. Hic eſt principium filiorum eius, & in Gen. cap. 49. in benedictione Ruben: tu fortitudo mea, & principium doloris mei. L X X. item καὶ ἀρχὴ τέκνων μου initium* LIBERORVM *meorum*; Lenient hunc dolorem liberi, minuent laborem, ſi patribus ſint obſequentes.

און quid. Laboris nomine, & filiorum.

Pſal 77. 51.

S. Hier.

Grati parentum labores liberi.

Agell.

471. Labores, doloréſque quos parentes ſuſtinent in liberorum partu, & educatione præſertim in primis illis annis, ſatis probant, benè doloris, & laboris nomen liberis cõuenire, vt ab hac cauſſa apud Sinas filij matris, & patris luctum in triennium producant, vt hoc luctus ſpatium illi ſpatio reſpondeat, quo à parentibus primo ætatis triennio ſummo cum labore educati, vlniſq; geſtati fuêre; rem his verbis narrat Nicol. Trigaut. de expedit. Chriſt. apud Sinas lib. 1, cap. 7. *Inuiolabili conſuetudine receptum eſt, vt luctus Patris, aut Matris in* TRIENNIVM *protrahatur. Cuius rei cauſam in ſuis libris reddunt hanc, vt ſuis parentibus, qui prius ætatis* TRIENNIO *eos vlnis geſtauerant, tantoque labore educauerant, vicem rependant. In cæterorum propinquorum luctu contractior eſt lugendi mora, prout quiſque vicinior aut remotior ſanguine cuique fuerit: alias enim annuo ſpatio alias trimeſtri terminatur.*

Sinæ cur patris, & matris luctum in triennium producant.

Nicol. Trig.

Addit non rarò filios parentum cadauera ad tres, quatuórue annos domi aſſeruare, cibúmque cum illis ſumere, humili ſcabello conſidere, ſomnum in lectieis non capere, ſed ſtramineis culcitris, ſuper nudam humum collocatis iuxta cadauer, carnibus non veſci, nec vti vino, ab vxorum conſuetudine abſtinere, aliáque præſtare, quæ dolorem conteſtentur corde latentem, ſed præſtat hìc auctoris producti verba inſerere, qui eodem libro, eodémque libri capite ita ſcribit: *Non rarò filij parentum* CADAVERA, *feretro incluſa, ad tres quatuórue annos domi aſſeruant: ſuo enim illo pellucido bitumine ita rimas illinunt, vt minimè fœtorem tranſmittant quo tempore in ſingulos dies cibum illis, potúmque offerunt, non ſecus ac ſi ſupereſſent: nec filij eo tempore in ſedilibus ſolitis, ſed in humili ſcabello conſident, eoque veſte alba contecto; ſomnum in lectieis minimè capiant, ſed in ſtramineis culcitris ſupra nudam humum collocatis, iuxta cadaueris ſarcophagum: carne vſci nefas, alióue edulio bene condito: vino minimè vtuntur, nec balneis, quin etiam ab vxorum conſuetudine abſtinent, conuiuiis intereſſe non licet, nec intra certos menſes in publicum egredi, quod dum faciunt, ſellam geſtatoriam lugubri etiam panno inuoluunt.* Tantum a filiis filiorum in parentes pietas, & cultus exculpere poteſt.

Parentũ cadauera domi olim aſſeruare à filiis ſolita apud Sinas.

Idem.

Apud Hebræos qui ſine liberis moritur mortuus dicitur, qui cum liberis, viuus, cùm viuere in filiis qui ſuperſtites ſunt quodammodo videatur: Oleaſter in cap. 2. Exod. *Cùm quis moritur ſine liberis, quem omnino Hebræi* MORTVVM *reputant, quemadmodum mortuum cum liberis dicunt* VIVVM. 472.

Apud Hebræos viuus cenſetur qui abiens filios relinquit.

Oleaſt.

Ex filiorum more, qui parentes proprio nomine non appellant, ſed patris, & matris vſurpant vocabulum in paternæ, maternæque pietatis ſignum, in eos inuehitur Philo, qui ſanctiſſimum Dei nomen temerant; hæc Philonis verba lib. 3. de vita Moſis: *Ne mortalium quidem parentum nomina proferunt ij, quibus cordi eſt pietas, ſed omiſſis propriis, honoris gratiâ, vtuntur naturalibus, patrem appellantes, matrémque atque ita profitentur accepta immenſa beneficia, ſimúlque ſuam gratitudinem. Quomodo igitur merentur veniam qui temerè abutuntur ſanctiſſimo Dei nomine tantum ad exemplum ſermonem non aliter quam profanis vocibus.*

Ex more filiorum qui parentum nomina non proferũt illi perſtricti, qui Dei nomen temerant.

Philo.

Eos, qui parẽtes malè accepiſſent eâdem pœnâ puniebat Solonis lex, ac qui militiam detrectaſſent, aut in locum à legibus interdictum ſe coniecíſſent: Demoſthenes orat. in Timocratem ita ſcribit: *Cum dicant leges, quas Solon tulit, ſi quis abductus fuerit, ob malè tractatos* PARENTES, *aut militiam detrectatam, vel, quod contra legum interdictum eò fuerit ingreſſus, quò non oportebat, vndecim viri cum correptum vinciunto, & in Heliaam introducunto, accuſet autem ex his quibus id licet, quicunque voluerit ac ſi fuerit damnatus, æſtimata Heliæa, quod ſupplicium, aut quæ mulcta, irrogari ipſi debeat, quod ſi mulcta indicta fuerit, in vinculis retinetur donec ſoluerit.* 473.

Qui Solonis lege ij puniti qui parentes malè accepiſſent.

Demoſth.

Honorandus eſt pater, ſed non Deo vero parente præferendus; Pulchrè ſanctus Hieronymus epiſt. 10. quæ eſt ad Furiam: *Honora patrem tuum, ſed* SI TE A VERO PATRE NON SEPARAT. *Tamdiu ſcito ſanguinis copulam, quamdiu ille ſuum nouerit Creatorem.*

Honorandus pater, ſi filiũ à vero parente Deo non ſeparet.

S. Hier.

Parentum mores moribus exprimere liberi ſolent: ſeitè ille

Par SPECVLO *tenera eſt ætas quod quicquid ob illud*
Ponas, perſimili conditione refert:
Sic pueri, duce naturâ, plerunque PARENTVM
MORES *conſuerunt* MORIBVS *exprimere.*

Parentũ mores moribus exprimere liberi ſolent.

Præmio à Rege donatos apud nonnullos legimus, qui plures filios procreauerint; auctor hiſtoriæ rerum Perſicarum lib. 14. ita de Perſis ſcribit: *Reges quotannis* PRÆMIA *proponunt iis, qui plures filios progenuerint.* 474.

Præmio à Rege donatos, qui pluribus filiis eſſet auctus.

Hiſt. Perſ.

Barbarâ, ac peregrinâ linguâ olim patres vtebantur, vt infantibus ſe demitterent, illíſque blandirentur; ſimile quidpiam in nos Deum præſtitiſſe aſſerit in hũc modum ſanctus Chryſoſtomus hom. 3. in Epiſt. ad Titum: *Si Pater nullam habet ſuæ maieſtatis rationem, ſed cum* PVERVLIS SVIS *lingua torta balbutit quaſi, & alimoniam quidem, & edulia, pocula quoque* VOCABVLIS APPELLAT, *in ἰλλισμοῖς, non elegantibus & doctis, ſed puerili neſcio qua ac peregrina prorſum loquutione: multò magis Deus.*

Barbarâ linguâ vtebantur patres cũ puerculis loquentes.

S. Chryſ.

Denique quia nos huc aquæ duxerunt, aquas penitus ab hoc capite non reiicio; noto apud Romanos cautum fuiſſe, ne filij, cum parẽtibus laua-

Filij cum parentibus in lauacrum

haud intrabant.
S. Ambr.

lauacrum ingrederentur, maximè ſi puberes eſſent; ſanctus Ambroſius lib. de Noë, & arca, cap. 31. ita loquitur: *Tacita vultu pietas frequenter offendit, vnde etiam Romæ vetus fuiſſe vſus dicitur, ne filij cum parentibus, & maximè puberes* INTRARENT LAVACRVM. Ab hac cautione abeunt, qui filios licet in idem lauacrum non admittant, ad eandem tamen vitiorum voraginem, ac cloacam exemplo alliciunt & trahunt.

CAPVT LIV.

Filiorum, & fluminum, fontiúmque cohærentia, & nexus.

Fluuius *legitimi fætus index.*
Fontes *ſpurios infantes, à non ſpuriis diſcriminantes.*
Infantulus adhuc calens ab vtero ad flumen *ferebatur.*
Filij *ſtatim editi ad* flumina *delati.*
Lacedæmones infantes non aquâ, *ſed* vino *abluebant.*
Fluuiorum ſimilitudine fratrum concordia *probata.*
Filij à malis parentibus nihil mali diſcere debent, piſcium *exemplo qui in mari ſalſo ſalſedine carent.*
Aquæ *metaphorâ erudiendos pueros ſuadetur.*
Filius aquis *obrutus dum patris cineres in aqua apprehendere conatur.*
Saxi *quod integrum mergitur ſimilitudine fratrum concordia commendata.*
Olim patres in flumen *deiiciebantur, nunc filij vt deiiciantur.*

475. HÆRERE cum fontibus filios ſuperiùs euici; habeo adhuc alia, & rei firmandæ, & illuſtrandæ, & filiorum quoque mentibus irrigandæ, quæ hunc filiorum nexum, & cohærentiam ſpectant.

Fluuius legitimi fætus index.
Iul.

Fluuium quendam fœtus legitimi indicem fuiſſe apud Germanos alibi notaui, rem hiſce verbis refert Iulianus Imp. tract. 1. *Apud Germanos* FLVVIVM *eſſe memorant incorruptum proli ac generis arbitrum: cui neque matres gemebunda perſuadent, vt flagitium occultet: neque patres, dum pro coniugibus ac liberis indicij exitum perhorreſcunt: ſed ille verus, ac ſincerus eſt. Nos autem, & opes corrumpunt, & robur, ac corporis ſpecies; & maiorum poteſtas, quæ extrinſecus obumbrat, nec perniſdere, aut animum intueri ſinit. Quo cum præſtemus ceteris animantibus, meritò ſecundum illum de nobilitate indicabimus.*

Fontes ſpurios infantes, à non ſpuriis diſcriminantes.
Idem.

Fontes ſpurios infantes à non ſpuriis diſcriminaſſe tradit idem auctor epiſt. 16. *Sic certè Gallis iniuriam nullam facit* RHENVS, *qui ſpurios infantes vndis abripit, tanquam impuri lecti vindex: quos autem ex puro ſemine ortos agnouit in ſumma aqua ſuſpendit, matriſque trementis manibus reddit, & quaſi verum incorruptúmque caſti, & laudabilis coniugij teſtimonium ſeruato infante perſoluit.*

Infantulus adhuc calens ab vtero ad flumen ferebatur.
Galenus.

Hinc & Galenus lib. 1. de tuenda ſanitate: *Quis, inquit, eorum hominum, qui apud nos ſunt, ferat infanculum recens editum, & adhuc* CALENTEM AB VTERO AD FLVMEN FERRE: *ibique quod Germanos facere aiunt, velut ferrum candicans, in frigidum humorem mergere, quo & periculum natura fiat, & corpus ipſum roboretur.*

476. *Filij ſtatim editi ad flumina delati.*
Io. Pet. Maff.

Apud nonnullos filij ſtatim editi ad flumina feruntur, vt abluantur; de Indis ita ſcribit Ioan. Pet. Maffæus lib. 11. Hiſtoriarum Indicarum: *In lucem editi vel hyeme ſumma, protinus lauandi ad* FLVMINA *deferuntur, ab vbere auulſi, venatu exercentur, & procul à matre, ac nutrice locis habentur aſperis, quod ita ſentiant, nulla re magis infringi animos, quam molli ac blanda educatione.*

Lacedæmones infantes non aquâ, ſed vino abluebât.
Plut.

Apud Lacedæmones fœminæ infantes non aqua abluebant, ſed vino, rem & cauſam habet Plutarchus in Lycurgo illis verbis: *Non* AQVÂ INFANTES, SED VINO ABLVEBANT FOEMINÆ *ad periclitandam eorum conſtitutionem. Quippe comitiales ferunt & morbidos à mero debilitatos flaueſcere, ſalubres dureſcere, & firmari habitu.*

Fluuiorum ſimilitudine fratrum concordia probata.
Cord. Lep.

Fluuiorum ſimilitudine, qui licet diſſimiles vno in alueo placidè colliguntur fratribus concordiam mutuam ſuadebat Corderius Lepidus hiſce verſibus:

Diuerſis FLVVII *manantes partibus, vno*
Diſſimili ſeſe flumine conciliant.
Diſſimiles vno ſic coniunguntur in alueo,
Et ſeruant proprias alter, & alter aquas.
Fluctibus inter ſe nec agunt, nec murmura miſcent:
Diſtinctis placidè nec gradiuntur aquis.
Diſcite ni pudor eſt, exemplo hoc diſcite fratres
Concordes vnâ poſſe manere domo.

477. *Filij à malis parentibus nihil mali diſcere debẽt, piſcium exemplo, qui in mari ſalſo ſalſedine carent.*
S. Bern.

Impij ſunt parentes, nihil tamen impietatis ab illis ebibere filij debent: piſces referre debent, qui in mari naſcuntur, in mari degunt, nihil tamen amaritudinis trahunt a mari: ſanctus Bernardus ſanctum Malachiam efferens in illius vita hęc habet: *De natali barbarie traxit nihil, non magis, quam de ſale materno* PISCES *maris;* amaritudinem ſuam parentum mores malis moribus non referre.

Aquæ metaphora erudiendos pueros ſuadetur.

Aquæ metaphora erudiendos pueros annis puerilibus eſſe ita ſcitus quidam poëta ſuadebat:

Effuſam ſuper aureolam tabulámve fluentem
Vt quouis facili ducis AQVAM *digito:*
Sic ætas tenera & mollis puerilibus annis
Flectitur & quauis ſe ſinit arte trahi.

Filius aquis obrutus dum patris cineres in aqua apprehendere conatur.
Belliſſ.

Ad filiorum aquas flecto quod de filio narratur, qui patris cineres, qui fluminis aquis ferebantur dum conatur apprehendere, aquis obrutus periit: Belliſarius ex Bianoris mente ita canebat:

Oſſa paterna videt FLVITANTI *filius vrnâ*
Naufraga, quam dura vis rapiebat aqua.
Ipſe animos dolor accendit, temerarius vndis
Inſilit, & plenam fert pietatis opem.
Oſſa quidem ſeruat, ſed non ſeruatus & ipſe eſt
Illum crudeles corripuiſtis aquæ.

478. *Saxi quod integrũ mergitur ſimilitudine fratrum concordia commendata.*
Caſtal.

Saxi, quod integrum non mergitur, fractum ad ima delabitur ſimilitudine, fratrum ad inuicem concordiam & commendabat, & explicabat Caſtalius:

Tirreni quamuis moles denſiſſima ſaxi,
Mirum, in cæruleis ÆQVORA *tranat aquis.*
Hanc ſi fortè ſecas in fruſta minutula, ſenſim
Labitur æquoreo neſcia ſtare ſolo.
Coniunctos retinet quoties concordia fratres,
Quis poterit tanta lædere iura domus?

Non

Olim patres in flumen deiiciebantur more illo vt deiiciantur.

Non eſſe liberos in ſacris familiis includendos pulchre quidam damnabat ad morem antiquum reſpiciens, quo patres annis obſiti e ponte in flumen deiiciebantur:

Filius ex alto grandæuum ponte parentem,
In RAPIDAS *quondã præcipitabat* AQVAS.
Sed nunc in miſeros reiecta eſt alea natos,
Et patrias norunt in ſua fata manus.
Ante quod inuitos in clauſtra immania natos
Sub rigida impellunt relligione patres.

CAPVT LV.

De infantium expoſitione, filiorum venditione.

Filios exponere *Thebanis lege vetitum.*
Infantes apud Treuiros vt exponerentur?
Infanti exponendo *appendi pittacium ſolebat apud fideles.*
Infantes olim ante Eccleſiam *qui exponerentur?*
Liberi pro paterno debito vendebantur.
Pater apud Moſcouitas quater vendere *filium poterat.*
Creditores *pro debito filios à debitoribus auferebant.*
In aula Conſtantinopolitana quidam orphanorum curæ *præficiebatur.*
Filij à parẽtum virtute degeneres *perſtricti.*
Nec liberi, nec vxor facilè cædendi.
Ne inſaniam, & comitialem morbum in filios *deriuarent vt cauerent Scoti?*
Parentibus nemo hæreat, *qui Chriſti amore ab illis ſe ſubduxit.*

479. *Filios exponere Thebanis lege vetitum.* Ælian.

EXponam hîc breuiter, quæ de infantium expoſitione obſeruata mihi ſunt: Filios exponere Thebanis lege vetitum erat, Meminit huius rei Ælianus lib. 2. de Varia hiſtoria cap. 7. *Lex hæc Thebana recta ſimul & humana poſita in his maximè, ne cui Thebano viro liceat* EXPONERE INFANTEM; *neque in ſolitudinem abiicere, lex capitis ſupplicio deuincta.*

Infantes apud Treuiros vt exponerentur. Vvand. Diac.

Verum aliis gentibus in vſu expoſitio iſta: Infantes olim vt apud Treuiros exponerentur quique in hac re mos apud illos vigeret, narrat Vvandelbertus Diaconus in vita ſancti Goaris Presbyteri in hæc verba: *Moris tunc Treuirorum erat, vt cùm caſu quælibet fœmina infantem peperiſſet, cuius nollet ſciri parentes, aut certè quem præ inopia rei familiaris nequaquam nutrire ſufficeret, ortum paruulum in quadam marmorea concha, quæ ad hoc ipſum ſtatuta erat* EXPONERET. *Quæ etiam concha in monaſterio Prumia dono Pipini clariſſimi Regis aquæ ductui mancipata, fratribus aquam coram refectorio nullo tempore præbuit: ſed nunc in veſtiario poſita habetur, in qua ſoli Presbyteri, ac Diaconi ante, & poſt Miſſas tantum manus lauare præſumunt.*

480. *Infanti exponendo appendi pittacium ſolebat apud fideles.* Act. Eccl. Med.

Apud fideles Infantes dum exponũtur appendi illis ad collum pittaciũ ſolet, & chartula, quà ſignificetur baptiſmali eos aquã ablutos: hinc illud in actis Eccleſiæ Mediol. lib. 3. tit. 15. cap. 5. INFANS EXPOSITVS *licet appẽſum collo ſcriptũ habeat, quo ille baptizatus ſignificetur, ſi tamen, re diligenter perquiſita, quemadmodum Catechiſmo Romano* expreſſum eſt, *adhuc dubium ſit, eum baptizatum eſſe, ea conditionis formula baptizetur, ſi tu es baptizatus, ego te iterum non baptizo, & ſi nõdum baptizatus es, ego te baptizo, &c.*

Nonarini Nuptiales Aquæ.

Infantes olim ante Eccleſiã qui exponerentur? Cap Carol.

Infantes olim ante Eccleſiã exponebantur, in qua re qui ritus eſſet ſeruandus colligitur ex Capitul. Caroli Magni lib. 6. n. 142. vbi poſt hunc titulum: *De* EXPOSITIS INFANTIBVS, *ac collectione eorum, ſubiicitur: Si expoſitus ante Eccleſiã cuiuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat Epiſtolam. Et ſi is, qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus, agnitusque non fuerit, ſecus habeat qui colligit: ſanè qui poſt prædictũ tempus eius calumniator extiterit, vt homicida Eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut patrum ſanxit auctoritas.* Sed de venditione quoque aliqua libemus.

481. *Liberi pro paterno debito vendebantur.* S Ambroſ.

Liberi olim pro paterno debito vendebantur, aut in cautionem deducebantur; hinc ſanctus Ambroſius lib. de Iob cap. 8. *Vidi ego miſerabile ſpectaculum liberos pro paterno* DEBITO IN AVCTIONEM DEDVCI.

Pater apud Moſcouitas quater vendere filium poterat. Guagn.

Apud Moſcouitas pater quater poterat filium vendere: rem his verbis habet Guagninus in deſcriptione Moſchouiæ cap. 4. *Apud Moſcouitas pater habet poteſtatem filium quater vendendi, ita vt ſemel venditum quocunque tamen modo liberatum, vel manumiſſum, rurſus atque iterum iure paterno vendere poſſit. Poſt quartam autem venditionem nihil iuris amplius in filium habet.*

Creditores pro debito filios à debitoribus auferebant. 4. Reg. 4.

Creditores quandoquè pro debito filios à debitoribus abſtuliſſe patet ex illo 4. Regum 4. 1. *Mulier quædam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliſæum dicens: ſeruus tuus vir meus mortuus eſt, & ecce creditor venit, vt tollat* FILIOS MEOS *ad ſeruiendum ſibi.*

De ſua matre ita referebat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 9. *Vt ſe quoque ipſam, ſi fieri potuiſſet, & liberos vt ex ipſa ſæpè audiui, promptè, ac libenter* VENDIDISSET, *vt in pauperum vſus inſumerentur.*

482. *In aula Conſtantinopolitana quidam orphanorum curæ præficiebatur.* Georg. Cod.

Olim in aula Conſtantinopolitana quidã orphanorũ curæ præficiebatur: quod tamẽ officiũ in deſuetudinẽ abiit: Georg. Codinus de offic. aulæ Conſtantinop. id refert c. 5. n. 76. *Orphanotrophus olim habebat curam pupillorũ, nunc omni officio caret.*

Filij à parentum virtute degeneres perſtricti. Cord. Lep.

Filios à parentum virtute, ac probitate degeneres ita perſtringebat Corderius Lepidus:

Hic vbi ſiderei radiantia lumina ſolis
Auroræ primos dant veniente dies:
Eſt hominum genus obſcœna cute, corporis atri;
Nigrantes alios dixeris Æthiopas,
Tales ſunt claris orti natalibus, atrã
Qui patrium obſcurant proditione decus.

483. *Nec liberi, nec vxor facilè cædendi.* Plut.

Nec liberos, nec vxorem facilè cædendos cenſebat Cato Maior, cuius extat hoc dictum apud Plutarchum in eius vita: *Eos qui liberos vel* CONIVGEM CÆDERET *ſanctiſſimis rebus dicebat adferre manus.*

Ne inſaniam, & comitialẽ morbum in filios deriuarent, vt cauerent Scoti. Leict. Scot.

Ne comitialẽ morbũ amentiã, maniãque in filios parentes deriuarẽt cauebãt Scoti: in Scotiæ deſcriptione hæc legũtur: MORBO COMITIALI, *amentiã, maniã, aut ſimili tabe, quæ facilè in prolẽ transfunditur, laborãtes inter eos, diligenti facta indagine inuentos, ne genus fœda contagione ab iis, qui ex illis prognati forent, læderetur, caſtrauerunt: mulieres huiuſmodi morborum quauis tabe, lepráve infectos procul à virorum conſortio ablegauerunt. Quod ſi harum aliqua concepiſſe inueniebatur, ſimul cum fœtu nondum edito defodiebatur viua.*

Parentibus nemo hæreat, qui Chriſti

Parẽtibus nemo hæreat, qui Chriſti amore ab illis ſe ſubduxit: natus ab illis ſit, at idcirco ab il-

Digitized by Google

lis abire debet,quia natus ex illis:etiã vinum ex vinaceis expreſſum eſt, ſed in vinaceis aceſcit: Appoſite Beatus Iſaias Abbas orat. 12. *Si enim vinaceis* VINVM *relinquatur aceſcit, ſic adoleſcens ſi cum illis qui ſangune ei coniuncti ſunt,aut certè ab inſtitutis eius alieni,ſinatur verſari,diſciplinam à patribus traditam corrumpit, & bonos mores:* Qui ad magna natus eſt,ab illis mentem auocat, à quibus natus eſt.

Quare ab illis ſ. ſubduxit. B. Iſai.

CAPVT LVI.

Pleræq; obſeruationes circa liberos, variæ filiorũ circumſcriptiones.

Parentum portus *filij.*
Matri filius baculus,*via* dux *&* ciuitas.
Vnicus *&* ſolus *dicebatur apud Hebræos qui liberis careret.*
Memoria *de filiis ac poſteritate.*
Filij expetebantur vt memoriam ſui *poſteris patres relinquerent.*
Charitates *de filiis.*
Vitæ pignora *filij dicti.*
Familiæ cæſaries *filij appellati, & capitis nutrimentum.*
Virgarum *nomine filij circumſcripti.*
Parentum carnifices *filij.*
Apud quoſdam Senator *eſſe non poteſt,qui liberis caret.*
Sine liberis *eſſe dicitur qui ineptos imperio liberos habet.*

484. *Parentum portus filij. Stat.*

VT variis in nuptialibus aquis fluctibus parentes agitentur,portus ſuis parentibus, & requies filij ſint, præſertim cum ad ſenectutem peruenerint:De Glaucia Stat.2.Syl.1.

——*In Domino requies,* PORTVSQVE *ſenectæ*
Tu modò deliciæ,dulces modò pectore curæ.

Matri filius baculus,via dux,& ciuitas Eurip.

Baculus,parẽtũ filij dicebãtur:Polyxena apud Eurip.in Hec filius eſt matris ſuæ in ſenectute:
Ciuitas,nutrix,baculus,dux via.

Vnicus & ſolus dicebatur apud Hebræos qui liberis careret. Iſa.51.2. Oleaſt.

Vnicos,& ſolus apud Hebræos dicebatur,qui liberis careret: Iſaiæ 51. verſ. 2. *Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram,quæ peperit vos,quia vnum vocaui eum, & benedixi ei:*Oleaſter legit:*quia vnicum vocaui eum*: additque ad explicatum: *Ecce quid velit eos attendere in Abraham, ſcilicet,quod vnus, id eſt,ſine filio,ſit a Deo vocatus. Nam Hebraiſmus vocat hominem filiis orbatum,* VNICVM,*aut* SOLVM. *Sic in Gen.dicit ipſe Abraham Deo:Ecce ego vado vnicus.Idẽ in Leuitico habetur:Peccatum ſuum portabant; Ahririm,ideſt vnici,ſeu ſine liberis erunt.*

485. *Memoria de filiis,ac poſteritate. Iſa.16. Agell. Pſalm 9. Filij expetebãtur,vt memoriam ſui poſteris patres relinquerent. Cat.Græc.*

Memoriam de filiis, & poſteritate dici notabat his verbis noſter Agellius in Pſal.9. *Poteſt etiam poſteritas,ac genus memoriæ nomine intelligi,vt Iſa.16.perdidiſti omnem memoriã eorum,quod LXX. verterunt:Perdidiſti omne maſculinum eorum:*ſic ille illuſtrat ea verba Pſalm. 9. *Periit memoria eorum cum ſonitu*, memoriæ nomine poſteritatem accipiens:nam olim filij quærebantur,vt per illos ad poſteros memoriam ſuam patres tranſmitterẽt: in Catena Græca Iob cap. 2 hæc habentur: *Et idcirco liberi appetuntur.Principio enim ideo expetebantur filij,vt ſui quiſque* MEMORIAM,*ſuæque vitæ quaſi reliquias poſteris traderet. Quia enim nondũ mortalibus illis ſpes fulſerat reſurrectionis.*

Charitates de filiis. Marcell.

Charitates pro filiis à Marcellino dici obſeruatum ab aliis eſt;charitatis nomẽ recte ſuſtinebũt filij,ſi per illos tanquam per quoddam charitatis vinculum vir mulieri hæreat,mulier viro: hinc illud Salu.epiſt.4. PIGNVS *commune ad mutuam vos reuocet charitatem:*nam *pignoris* nomine filios ſignificari teſtatur etiam Simocatta epiſt. 57. *Si nõ habet Socrates vitæ pignora ne præficiatur tuo filio pedagogus,* PIGNORA *autem vitæ intelliguntur filij:* Non merentur liberos habere,qui illorum causà mutuam ſoluunt charitatem, in rixas,in contentiones feruntur.

Salu.

Vitæ pignora filij dicti. Simocat.

486. *Familiæ Cæſaries filij appellati,& capitis nutrimentum. Himmer. S.Auguſt.*

Familiæ cæſaries appellati filij ſunt:Himmerius apud Photium in Biblioth. *Quod quæſo numen aureum* CÆSARIEM *familiæ detondit meæ?quis gloriæ meæ ſplendorem extinxit?* ſanctus Auguſtinus ornamentum capitis filium vocat:ſerm.1. de Innocent. *Mater crines capitis diſſipabat, quæ ornamentum capitis amittebat.*

Virgarum nomine filij circumſcripti. Oleaſt.

Virgarum nomine filios ſignificari obſeruabat Oleaſter in cap. 23. Exodi in hæc verba: Iuxta duodecim tribus Iſrael,Hebraicè:*Iuxta duodecim* VIRGAS *Iſrael:vocat Hebraiſmus virgas filios,quod veluti virgæ ſeu rami à trunco progrediuntur filij.*

Parentum carnifices filij. Boeth.

Parentum quoque *carnifices* non nemo filios appellauit:Boëtius lib. 3. part. 7. *Nimis è natura dictum eſt,neſcio quem filios inueniſſe* TORTORES, *quorum quam ſit mordax quæcunque conditio, neque alias expertũ te,neque nũc anxiũ neceſſe eſt admonere.*

487. *Apud quoſdã Senatorem eſſe non poteſt,qui liberis caret. Strab.*

Apud Maſſilienſes ait Strabo 4. Geograph. nullus timuchi, hoc eſt Senatoris dignitatem conſequitur, cui nulli ſint liberi,aut cuius ſtirps inter ciues non per tres ætates durauerit.

Sine liberis eſſe dicitur qui ineptos imperio liberos habet. 2 Reg.18. Iſid.Clar.

Qui filios haberet,ſed inidoneos qui alios regerent,aliis imperarent,ſine liberis eſſe quandoque dicebatur;ſic aliqui explicant illud 2. Reg. 18.verſ.18. *Dixerat enim non habeo filium:* vbi Iſidorus Clarius: *Supra dicitur illum tres habuiſſe filios, & vnam filiam,ſed mortui erant: Alij tamen dicunt, quod adhuc viuerent, ſed* ESSENT INEPTI AD IMPERIVM: ac ſi viuere non videatur qui ſibi ſoli viuit,nec ſcit aliis præeſſe,alios regere.

CAPVT LVII.

Lapis de filio; ædificandi verbum in filiorum procreatione rectè addibitum.

בן *quidquid* אבן*?* Lapis *nexus,&* filij.
Ædificari *ex aliqua eſt filios ex illa ſuſcipere.*
Formatio hominum ædium *creationi pariata.*
בנה *de* ædificatione, *&* filiorum procreatione.
Filiorum fundamentum *patres, & patrum exemplum.*
Pudeat *eum peccare qui laudatis viris ſuccedit.*
Patrum exemplum *& paternâ inſtitutione filij à caſu eximuntur.*
Perſtricti qui ædificiorum curâ *tanguntur, non puerorum.*
Virtutis exemplar *filiis parentes ſint.*
Ædificandi *verbum de generis propagatione.*
Charitatis,*&* pacis *glutino inter ſe hæreant fratres.*

Domos obſtetricibus ædificare, *quid ſit?*
An ſteriles in Ægypto eſſent obſtetrices.
Obſtetricandi *munus exercebant, quæ parere deſierant.*
Sterilibus negatur obſtetricandi *munus.*

488. IN diuinis litteris lapis de filiis dicitur, & in linguæ ſanctæ ſchola tantam cum lapide filij nomen cognationem habet, vt vix diſcriminentur; בן *ben* quippe *filium* ſignificat, אבן *Eben* verò lapidem, vt a vocum affinitate rei affinitatem diſceremus; namen בן eſt à בנה *banah*, quod ſignificat *ædificare*, quia filiis velut lapidibus domus, & familiæ ædificantur, & extruuntur; nobis ſuccinit doctiſſimus Agellius, qui commentario in Pſalm. 117. hæc habet ad hanc mentem: *Lapis nomen in Hebraica lingua maximam cum filio ſimilitudinem vocis habet: dicitur enim filius* ben, *lapis autem* eben*ita vt ex hac non modo nominis, ſed etiam rei affinitate eleganti translatione dicatur ædificari domus, quum filiis, & poſteritate genus augetur: vt de Lia, & Rachel in ſacris litteris dicatur ædificaſſe eos domum Iſrael, quod liberis editis, & nepotibus genus Iſrael propagarint, vt lapidibus aliis ſuper alios conſtructis domus ædificatur.*

בן quid
quid אבן
Lapidis nexus & filij
Agell.

Verbum בנה de ædificatione dici, & filiorum procreatione notiſſimum eſt ſanctæ Linguæ peritis, Geneſ. 16. 2. *Ædificabo ex illa*, hoc eſt ſuſcipiam ex ea liberos, & vniuersè בנה & ædificare ſignificat, & liberos gignere, & בן filius dicitur Arabicè אבן quod ſit ex parentibus extructus, nec ſacris tantum hæc phraſis familiaris, etiam Ethnici vſurparunt; Plautus in Moſtel. act. 1. ita loquitur: NOVARVM ESSE ÆDIVM ARBITROR SIMILEM EGO HOMINEM, *quando hic natus eſt*: & paulò poſt; *Parentes fabri liberorum ſunt, & fundamentum ſubſtruunt liberorum.*

Ædificari ex aliqua eſt filios ex illa ſuſcipere.
Gen. 16. 2.
Formatio hominum ædificationi pariatur.
Plaut.

489. Alij quoque Hebräicæ linguæ periti in hac re nobis fauent: Muiusin Concord. Hebr. בנה *ſignificat ædificium, & per metaphoram vſurpatur de procreatione, ſuſceptione, & educatione liberorum, qui ex parentibus quaſi extruuntur, & quibus familia tanquam domus ædificantur, inſtaurantur, & conſeruantur, vt filius ædificij, pater fundamenti inſtar ſe habent*; hoc ſi ad mores, ſpiritualémque fabricam flectatur, colligitur, quanti referat, patres in bono ſtabiles eſſe, vt boni filij ſint: hoſque facilè caſuros, ſi paterno fundamento deſtituantur: Huc flecto illud illius: *Fabrica citò corruet ſi fundamentis careat, & filij à bono facile excidunt, ſi patris exemplo, matriſque non ſuſtententur.*

בנה de ædificatione, & filiorum procreatione.
Muius.
Filiorum fundamentum patres, & patrum exemplum
RANo.

Non facilè labentur filij, ſi filiis in innocentia patres præiuerint: Parentum probitas filiorum frænum eſt: ſapienter Caſſiodorus 1. Var. 4. *Pudet eum* PECCARE, *qui laudatis viris videtur potuiſſe ſuccedere.*

Pudet eum peccare qui laudatis viris ſuccedit.
Caſſiod.

Explicari non poteſt, quanti momenti res ſit, Patres in bono filiis præire, exemplis, monitiſque filios erigere: ſtabit diu hæc fabrica huic fundamento ſuperſtructa: quod tres filij Noë aquis diluuij deiecti non fuerint in paternam inſtitutionem, bonúmque bonique patris exemplum aliqui non aliené reiiciunt.

Patrum exemplo & paterna inſtitutione filij à caſu eximuntur.

490. Ædificiis liberi comparantur, vt qui ædificiorum curâ tanguntur, ſtatim ferantur ad liberorum ſolicitudinem, alioquin quædam inſaniæ conſignatio eſt, ædificiorum cura corripi non filiorum: huc flecti poteſt illud Apollonij in epiſt. Rom. Iud. PORTVVM inquit, & ÆDIFICIORVM *pleriſque veſtrum cura eſt*: PVERORVM *verò in vrbibus, neque vobis, neque legibus cura eſt: an eiuſmodi imperium bonum erat?* non erat: hoc non eſt ædificare, eſt deſtruere: Bene ædificabat mater illa, quam efferebat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. in laudem Gorgoniæ: *ac ſe quidem dum vixit*, inquit, *omnis virtutis* EXEMPLAR *liberis ſuis propoſuit*: vt ſpiritualiter ædificaret quos carnaliter ædificauerat.

Perſtricti qui ædificiorū curâ tanguntur, non puerorū.
Apoll.
Virtutis exemplar filiis parentes ſunt.
S. Greg. Naz.

491. Lapides, liberi ſunt, qui in familiarum extructionem, vt in domorum adhibentur: de hoc ædificio hæc habet Agellius, quem ſuperiùs etiam aduocauimus in commentar. Pſalm. 86. ita ſcribit: ÆDIFICANDI *autem verbo aptè vſus eſt, vt ſucceſſionem Regiæ ſtirpis indicaret. Etenim ſucceſſio, & propagatio generis ſolet in ſcripturis ſacris ædificatione ſignificari; videntur enim liberi quaſi in lapidum ſtructura alter alteri ſuperponi ad muri, & domus conſtructionem: exempla obuia ſunt legenti:* ſic Ruth. 4. *Faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tuam ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael.*

Ædificandi verbum de generis propagatione.
Agell.

Hæc lapidum metaphora, hæc ædificij, tectè probat, concordiam, ac pacem in fratribus requiri, vt illis erigi domus poſſit, perficique; neque enim extrui muri poſſunt niſi inter ſe lapides hæreant: idem requiritur in hoc ædificio: Felliuè ille: *Fratres inter ſe coaleſcere* AMORIS, & CHARITATIS GLVTINO *debent, domus tota corruat, ſi inter ſe non hæreant*: exempla, quæ rem firmeot, ne quæras: in omnia ſecula oculos flecte, & exemplorum copia nos obrui videbis.

Charitatis, & pacis glutino inter ſe hæreant fratres.
Anon.

Ad hoc ædificiū, quod filiorū editione, erigitur ſolēt interpretes illud vocare, quod habetur Exod. 1. 21. de obſtetricibus, quibus Deus domos ædificaſſe dicitur: ſic enim ſcribit Moſes: *Quia timuerūt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos*: ideſt, filiis eas auxit, ditauit liberis, ſic enim plerique hæc verba interpretantur, licet alij ad diuitias reſpiciant, & bona temporalia, quibus cumulatæ hæ obſtretices à Deo fuerunt.

Domos obſtetricibus ædificare quid ſit.
Exod. 1. 21.

492. Firmat hunc ſenſum Syluester Petra ſancta, quia apud Ægyptios eæ ſolæ mulieres, quæ erāt ſteriles obſtetricandi munus exercebant: ſic enim ille ſcribit metaph. 2. *ædificauit eis domos*, id eſt, dedit eis filios, *quippe ſteriles fœminas olim* OBSTETRICIA *in puerperis exercuiſſe Plato morum Ægypti ſatis gnarus tradit*: ſed non reperio dixiſſe Platonē ſteriles huic muneri addictas, ſed eas, quæ iā parere deſierāt: hęc illius verba: *Omnes* OBSTETRICVM *operas cōſidera, & facile quid velim perſpicies: noſti enim illarū nullā eo ipſo tempore, quo liberorū percipiendorū facultatē habet, parturientibus obſtetricari, ſed illas nimirū, quæ nō amplius poſſunt parere, quia ſterilibus negatū obſtetricādi munus.* Statim adiicit: *Illius vero cauſā eſſe Dianā, quæ quāuis ipſa minimè pariat, partus tamen tutelam ſortito nacta eſt: ſterilibus ergo mulieribus* OBSTETRICANDI *officium tribui noluit, quoniam infirmior eſt humana natura quā vt eam artē, cuius inexperta eſt, queat ſuſcipere, at illis quibus per ætatē parere nō licet, illud munus imperauit, ſuā hac in re ſimilitudinē honore proſequēs.* Ex quibus verbis habes ſteriles mulieres adeò ad obſtetricandi munus aptas exiſtimatas, vt potiùs ab eo repellerentur: ſufficit tamē nobis eas obſtetrices augeri filiis potuiſſe, aut quia obierint ij, quos genuerant, aut quia alios inſuper dederint, aut quia liberis caruerint, licet

An ſteriles in Ægypto eſſent obſtetrices.
Syl. Pet. S.
Ex. d. c. 20.
Obſtetricandi munus exercebant, quæ parere deſierant.
Plato.
Sterilibus negatur obſtetricandi munus

ſteriles non eſſent; Denique dato quod ſteriles hæ obſtetrices eſſent, & filiis eſſent deſtitutæ, quod non nego, quod tamen obſtetriciam artem exerceret, nō erat à ſterilitate, ſed poterat aliunde oriri; vt non ſit certum, quod Syluester à Petra ſancta ſuperius aduocatus ex Platonis ſententia tradidit.

EXCVRSVS XXXVIII.

Vtilia filiis monita bibenda offerant Patres, vt patres ſe probent.

אב *quid, quid* אבה?
Patres bona volunt filiis, *deberent velle filios bonos eſſe.*
Vtilia *à parentibus monita ebibant filij.*
Parentes filiorum mentes *vtilibus monitis debent* irrigare.
Inſignis dementia hæreditatem *filiis curare neglectis* hæredibus.
Filiorum *nomen etiam de diſcipulis.*
Patres *filiorum magiſtri ſint.*
Filios erudire *mater debet.*
Mactare dæmoniis *filios videtur pater qui malè inſtituit.*
Bonus pater *bonus* magiſter *filiorum eſt.*
Marci Catonis exemplū *vt filium erudiret.*
Filios qui inſtitueret *Lycurgus?*
Quæ monita *teneris pueris exhibenda.*
Patres puniti *ob fratrum diſcordiam.*
Ab vrſis *necantur, qui à parentibus vrſorum exemplo non fuerant inſtituti.*
Exemplo *filiis præeant parentes.*
De filiorum correctione *vtile monitum.*
Filiorum ſpeculum *parentes ſint.*

493. PAtrem exuit, qoi filios habens, & habere contentus non informat, non inſtituit; אבה: vt ab Hebraico fonte exordium ſumā, eſt velle, & cupere, à quo eſt אב pater, ab affectu ſcilicet, & propenſione in filios, adeò naturale eſt, patres bona filiis cupere, vt nihil noo præſtent, quo filij diuites fiant; Bene volet pater filio, ſi filium bonum velit, & curet eſſe.

אב quid, quid אבה. Patres bona volunt filiis, deberent velle filios bonos eſſe.

Vtilia monita quæ pueri ebibant offerenda pueris à parentibus, ab educatoribus ſunt; bibendi, & hauriendi metaphora in hac re vtebatur Marcell. Palingenius in Capric.

Vtilia à parentibus monita ebibant filij. Marcel. Paling.

Permagni refert etiam quos quiſque PARANTES
Accipiat, quo ſit pacto nutritus, & à quo
Inſtructus, nam quos mores puer adbibit, & quas
Artes a teneris didicit, retinebit adultus,
Illa diu durant, animiſque tenaciter hærent
Quæcunque à primis naſcentes hauſimus annis.

Et Horat. lib. 1. epiſt. 2. — Horat.

Nunc ADBIBE puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.

494. Vera parentum conſignatio eſt vtilium rerum cognitione filiorum mentes irrigare; Dauidis verba ſunt Pſal. 43. *Patres noſtri annuntiauerunt nobis*; quæ in parentes torquet ſanctus Chryſoſtomus qui ſuorum filiorum curam negligunt; ſic enim ille hic inclamat: *Audite quotquot FILIORVM VESTRORVM nullam curam geritis, quicunque carmina diabolica canentes,*

Parentes filiorum mentes vtilibus monitis debent irrigare. Pſal. 43. S. Chryſ.

contemnitis diuinas narrationes, ſed non hi eiuſmodi, ſed in narrationibus præclarorum Dei factorum vitam aſſidue conſumebāt; filiorum auribus ea inſtillātes, quibus pietas fouebatur, & in Deum amor.

Et non inſignis dementiæ certa conſignatio eſt hæredibus neglectis, hæreditatem curare, & reiecta filiorum cura, culturaque agros tantùm colere, qui filiis relinquantur? Egregiè de hac re quidam auctor: *Pudeat parentes illos, qui minus propria naturæ pignora, quam propriæ hæreditatis prædia curant: & dum ſilueſcunt in filiis mores, videntur ſolliciti dumtaxat, circa culturam agrorum, ac circa rei temporariæ adminiſtrationem. Quæ verò amentia eſt, omni ope, ac ſtudio HÆREDITATEM augere, atque ipſos HEREDES interim negligere: qui malè geniti, & malè educati, mox ea diſſipabuntur. Ita afficior, inquit Plato, vt exiſtimem inſaniam eſſe filiorum gratia per cætera occupatum eſſe, vt circa cōiugium, nempe qui ex matre generoſiſſima naſcātur: deinde vt amplum eis patrimonium relinqueretur; illorum autem educationē negligere. Videlicet interim negligūt poſſeſſionē, quæ eſt omniū pretioſiſſima, vt alibi pulcherrimè habet idem Plato, an exigua quadam de re, inquiens, vos periclitari cenſetis potiùs, quam de veſtrarum poſſeſſionum omnium pretioſiſſima: filiis namque bene maléve inſtitutis, vniuerſa domus paterna, eodem modo gubernabitur, quo & filij affecti ſunt.*

Inſignis dementia hæreditatem filiis curare neglectis hæredibus. Syl. Pet. San. Met. 8.

Diſcipuli magiſtris filiorum loco eſſe debent: certè apud Hebræos filiorum nomen diſcipulos notat: 1. Reg. 2. 3 & egreſſi ſunt בני הנביאים *filij Prophetarum*; Targhum תלמידי נביא *diſcipuli Prophetarum*; vnde & magiſtri patres dicuntur, ſic exponendus Iſaias 7. 3. *Filius tuus*, Targ *diſciplus tuus.* 495.

Filiorum nomen etiam de diſcipulis. Iſa 7. 3.

Filij quoque parentum ſuorum diſcipuli erūt, ſi à parentibus tanquam à magiſtris erudiantur hoc enim tectè docet hic diſcipulorum nexus, & filiorum.

Patres filiorū magiſtri ſint.

Hæc parentum nota, & verus character eſt, ſi filios erudiant, & inſtituant; patris, & matris nomine indignus eſt, qui iſtuc negligit, fuerit Eua viro lapſus occaſio, ad lapſum ſuis verbis maritum inclioauerit, at filios inſtruxit. Certè Cain pariens dixit: *Poſſedi hominem per Deum.* Geneſ. 4: 1. Procopius hæc verba expendens ait: *Quæ antea fraude circumuenit virum filium decenter, & pie inſtruit, petit nomenclaturam à munere Dei quaſi perpetuum doctrinæ argumentum filio parat.*

Filios erudire mater debet. Gen. 4. 1. Procop.

Dæmoniis mactare videntur liberos ſuos, qui malè inſtituunt, verus pater eſt, qui bonus eſt magiſter; vtrimque offerebat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5 epiſt. 9. in hæc verba: *Qui liberis ſuis adhuc in tenera ætate, primum quidem, verum de Dei excellentia, atque prouidentia ſenſum, deinde virtutem, moreſque probos inſerunt, hi cum non modo parentum, ſed & optimorū magiſtrorū munere fungātur, à Deo mercedē accipiēt. Qui verò cōtrà, Deorū multitudinē, & vitia eos docēt,* QVASI DÆMONIIS LIBEROS SVOS OFFERANTES, *debitas pœnas perſoluent*; iam non patris, ſed hoſtis officium obeuntes, dum filiorum curam negligunt filios non informant, non inſtituunt. 496.

Mactare Dæmoniis filios videtur pater qui malè inſtituit. S. Iſid. Peluſ. *Bonus pater, bonus magiſter filiorum eſt.*

Marcum Catonem hiſtorias grandibus litteris ſuâ manu cōſcripſiſſe legimus vt filius maiorem diſciplinam inde peteret: ita de illo ſcribit Plutarchus: *Hiſtorias ſua manu ſe grandibus litteris dicit conſcripſiſſe, vt filius diſciplinam maiorum, & veterum inſtituta à domo petere valeret.*

Marci Catonis exemplū, vt filium erudiret. Plut.

Filios qui inſtitueret Lycurgus docet his verbis Plutarchus in eius vita: *Lacedæmoniorū liberis non prepoſuit Lycurgus emptitios, aut mercenarios pædagogos,* 497.

Filios qui inſtitueret Lycurgus. Plut.

gogos, neque poterat quiſquã pro arbitrio ſuo alere, & inſtituere filiũ: ſed omnes vt ſeptimũ annũ exceſſerant centuriauit ipſe in claſſes, parique, & vnà libertate, atque cõtubernio colludere inter ſe, & ſtudiis vacare docuit. Horum cohorti præfectum dedit eum, ingenio qui præcelleret, & in pugnis eſſet animoſiſſimus. Eum intuebantur, & imperanti erant dicto audientes, punientemque ferebant: ita diſciplina eorum erat parendi commentario. Ludentes ſpectabant maiores natu, qui plerunque contentiones inter eos, & certamina ferentes, non defunctoriè, qua cuiuſque ad audendum, & non cedendum in pugnis eſſet indoles aduertebant. Litteras quatenus eſſet neceſſe diſcebant, reliqua diſciplina erat omnis ad obtemperandum, ad labores perferendos, ad enitendum ad victoriam. Quare ætatis progreſſu exercitationem intendebant, &c. Sine calceis incedere, nudoſque ferè conſuefaciebant eos luſitare. Vbi attigerunt annos duodecim iam ſine tunica agebant, vnum accipiebant quotannis pallium: ſqualidi corpore, balneorum, & vnctionum neſcij, tantum paucis diebus per annum guſtabant eas lautitias. Vnà quietem turmatim, & gregatim capiebant in toris, quos ipſi conſtruebant ex arundine ſecus Eurotam creſcente, cuius paniculam manibus citra ferrum defungebant. Per brumam licophanas, quos vocant, ſubſternebant, toriſque miſcebant: quod ex materia vim quandam obtinere excalfactoriam videatur. Tum autem cum talibus proborum amatores adoleſcentium conuerſabantur, & curam agebant de his maiorem ſenes. Qui accedebant ad gymnaſia, ſpectabántque non in tranſcurſu dimicantes, & ſe dicteriis inuicem petentes: verum exiſtimabant quodammodo omnium patres, magiſtros, & rectores eſſe.

498. *Quæ monita teneris pueris exhibenda.* S. Iſid. Peluſ.

De puerorum inſtitutione ita loquitur ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 506. *Pueris etiamnum teneris de Dei excellentia ac prouidentia, poſtea de virtute præcepta ſunt inferenda, vt grandiores iam facti in viroſque iam formati, cùm* Dei *Optim. Maxim. amantes, tum præditi euadant virtute.*

Patres puniti ob fratrum diſcordiam. Plut.

Apud Lacones cum duo fratres inter ſe diſſidium haberent, Lacedæmonij multam dixère patri, quod filiorum diſcordiam diſſimulaſſet. Iuuenibus ignoſcendum putarunt: ſed quicquid illi per calorem ætatis peccaſſent, parenti imputabant, cuius auctoritas prouidere debuerat, ne quid inter filios oriretur ſimultatis, ita ferè Plutarchus in Lacon.

Ab vrſis necantur qui à parentibus vrſorum exẽplo non fuerant inſtituti. 4. Reg. 2. 24.

Vrſam parentes imitentur, quæ linguâ fœtus perficit, ſibique ſimiles facit; vt ſuperius ex Beato Ambroſio dicebamus; plerique adeò ab vrſæ more abeunt, vt lingua non cuſtodita, & verborum parum honeſtorum fuſu filiorum mentes deforment potiùs, quàm informent; hinc non caſu factum eſt, vt vrſos, non aliud beſtiarum genus eduxerit Eliſæus ad pueros, à quibus conuitiis afficiebatur, deuorandos 4. Reg. 1. 22. *Vt quæ animalia*, boni auctoris hæc ſunt verba, *ad informandos filios imitari neglexerant, eadem experirentur in illorum internecione lictores*; huc facit & illud: *Quia parentes illorum puerorum non benè inſtituerant filios, nec vrſos imitati erant, quorum exempla in filiis non erant ſequuti, ſuo, ſuorũmque liberorum damno correptionis crudelitatem experti ſunt.*

Oct. d. Tu cap. 7. Eccl.

Hinc ceteri patres diſcant filiorum curam informationẽmque contemnere, ne damna ſibi, & filiis non facile reparanda creent.

499. *Exemplo filiis præeant parentes.* Deut. 33.

Exemplo filiis præeant parentes, aquilæ partes, quæ partus ad volatum inuitans volitat ſuper eos; præclarè ille auctor reſpiciens ad illa verba Deut. 33. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans*; ait quippe: *Chara auis, cui Deus aſſimilari in ſcripturis non abnuit, vt eruditam prælegeret parentibus lectionem? vt viſus præſtantia homines ſuperas plurimos, qui Argi videri volunt, centoculi, quibus non ſuppetunt duo, vni ex tuis in hoc caſu comparandi? Vtinam eſſetis ô parentes, ſicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos? vtinam vt aquila eſſetis ſuper eos volitans? Non ſolum prouocans, ſed & ſimul ſuper eos volitans: Exhortando, inſtruendo* LIBEROS BENE VIVERE, *& volitando ante eos exemplis: O Aquila animal rarum! ô homines raros, idipſum quod aquila præſtantes!* non rectè ad volatum prouocat, qui non volat. Anon.

De filiorum correctione vtile monitum. Rich. à S. Laur. Luc. 1. 48.

De filiorũ correctione, ſi deliquerint, vtile eſt quod ex Virgineis verbis elicit Richardus à ſancto Laurẽtio lib. 4. de laudibus Virginis ad illud Luc. 1. 48. *Ego & pater tuus dolentes quærebamus te*: addit: *In hoc verbo inſtruimur* DELINQVENTES FILIOS CORRIPERE, *cum ipſa corripuerit etiam non delinquentem, nec commendare coram eis, ſi quid fecerint boni, ſicut ipſa non legitur filium commendaſſe de eo, quod erat in his, quæ patris ſui erant.*

Filiorum ſpeculum parentes ſint. Plut.

Filiorum ſpeculum parentes ſint, vt in iſtis illi videant, quales eſſe debeant; Benè Plutarchus in libell. de educat. puerorum: *Ante omnia debent parentes nihil peccando, omniaque pro officij rationibus agendo euidens ſeſe liberis* EXEMPLVM *præbere, vt in iſtorum ij vitam tanquam in ſpeculum intuentes à turpibus dictis, factiſque auertantur*; abeunt à ſuo munere partes, quorum malis moribus à malo non auertuntur filij, ſed mali imitatione auertuntur.

EXCVRSVS XXXIX.

Parentes filiorum ſuorum flores probæ inſtitutionis aquis irrigent.

Matrimonij flores *liberi.*

Flos *Chriſtus.*

Filiorum *ſalutem negligere nunquam pater debet.*

Bonus pater etiam dubiis filiorum culpis *remedium parat.*

Pater ita filios informet, *vt de ſolis cogitationibus filiorum ſit ſollicitus.*

Non patrimonia *conſeruare, & augere filiis ſtudeant patres, ſed filiorum* innocentiam.

Noë rectè filios inſtituens à communi diluuio eos liberauit.

Filiorum amor Dei amorem *in parentibus non impediat.*

Ex parentum in filios amore *Dei erga nos amorem colligere debemus.*

Filiorum curam *non negligat qui pater eſt.*

Pater de magiſtro.

Nulla eſt patrum peritia *niſi filiorum ſaluti conſulant.*

Filij ſi delinquant, puniendi ſunt patres *conniuentes.*

Puella ad domum paternam lapidabatur *ſi lapſa erat, vt deinceps hanc confuſionem vitarent parentes.*

Filiorum morte *patres puniti, qui filios benè haud informauerint.*

Filios excolant *patres, tanquam arua.*

Notati qui fundos *excoli ſtudent, non filios.*

Arandi *verbum ad filiorum productionem.*

Filij tanquam ingens poſſeſſio *habendi.*

Scelus *quod pater permittit à filiis fieri, patri tribuitur*

Quanti referat benè à patribus filios inſtitui.

Proba patris inſtitutio *filiis quàm vtilis.*

500. *Matrimonij flores liberi.* Clem. Alex.

FLores filij ſunt, qui è coniugij aruis naſcuntur, quóſque diuinus colligit agricola. Pulchrè Clemens Alexandrinus 2. Pædag. cap. 8. *Matrimonij flores amborum liberi, quos quidem carnalium pratorum diuinus colligit agricola.* Hinc illud Iſaiæ de Chriſto cap. 11. verſ. 1. *Flos de radice eius aſcendet*; Filius Dei ex Virginea radice prodidit, de qua nobis illud aliquando excidit:

Flos Chriſtus. Iſa. 11. 1.

Virgo qua FLOREM *non ſine flore parit.*

Cant. 2. 1.

Ipſe filius de ſe in amoris Cantico cap. 2. verſ. 1. *Ego* FLOS *campi*, nempe virginei, & nullius hominis aratro ſciſſi, *& lilium conuallium.*

Filiorum ſalutem negligere nunquã pater debet. Iob 1. 5.

Cùm igitur vniuersè filij matrimonij flores ſint, debent probæ inſtitutionis aquis perplui, & irrigari, ne vitiorum æſtu areſcant, & ſpiritus ſiccitate laborantes pereant, & moriantur. Exemplum inſtitutionis huius præbuit Iob, de quo ſcriptum eſt cap. 1. verſ. 5. *Mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos, conſurgénſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis, dicebat enim ne forte peccauerint filij mei.* Aberat à filiis pater ſed corporali præſentia tantùm, non aberat ſollicitudine, & curâ; quid illum egiſſe cenſes cùm adeſſet, qui tantùm ſollicitus eſt dum abeſt? Probè arguit ſanctus Gregorius lib. 1. Moral. cap. 3. *Cùm dicitur, mittebat, & ſanctificabat illos apertè demõſtratur, quid diſtinctionis erga illos* PRÆSENS *ageret, quibus* ABSENS *ſollicitudine non deeſſet.* Veri hæc patris nota eſt; abit à patris munere, qui filiorum ſalutem negligit, & præſens etiam à filiis abeſſe videtur, dum filiorum ſollicitudine non tenetur.

S. Greg.

501. *Bonus pater etiam dubiis filiorũ culpis remedium parat.* Iob 1. S. Chryſ.

Sed pendo illa verba; *ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.* Etiam pro dubiis, & incertis ſacrificium affert, quid actutum credimus ſi vera, certáque peccata in ſuis filiis deprehendiſſet cùm tam ſollicitus ſit in dubiis? Huc ſpectauit etiã ſanctus Chryſoſtomus hom. 45. ad populum Antioch. dum ait: *Sic Iob filios expiabat; nam qui pro* INCERTIS *ſacrificia offerebat, multo magis* CERTORVM *pœnas exigebat, ſed nos non ita facimus, ſed omne contrarium.* quæ poſtrema verba vtinam non melius noſtro huic æuo conuenirent, quum tam ſupini in filiorum inſtitutione patres ſunt, vt nec apertè mala in filiis reprehendant, nec à manifeſtis ſceleribus auocare filios ſtudent.

Pater ita filios informet, vt de ſolis cogitationibus filiorum ſit ſollicitus. Iob 1. S. Greg.

Porrò indiſcuſſũ abire nõ debet, quod Iob de ſola filiorum cogitatione ſollicitus ſit, *ne forte*, inquit, *benedixerint Deo in cordibus ſuis.* Cur ab operibus, non timet, nõ timet à verbis, quibus in Dei offenſã incurrere incauti poterant? Tã probe filios bonus pater inſtituerat, vt de ſolis cogitationibus timeret, tam benè eos in bono efformauerat, vt longè ab omni operis ſcelere, ab omni blaſphemo, noxioque ſermone eſſent, ſubrepere Satanæ aſtu aliena aliqua cogitatio eorum mentibus poterat, & ab hac parte filiis ſacrificij oblatione conſulit. Audiendus ſanctus Gregorius lib. 1. Moral. cap. 4. *Perfectos, inquit, eſſe in opere, & ſermone docuerat pro quibus de ſola pater* COGITATIONE *metuebat.* Audiant patres, qui ſuos erudire filios negligunt, qui noxia quadam indulgentia in aperta ſcelera filios labi permittunt, & lapſos erigere non curant.

Non opes, diuitiaſque filiis quærit Iob, non gloriam, honoreſque, nulla harum rerum tangitur cura, tantum ſollicitus eſt, ne aliquid contra Deum cogitent; quod eleganter expendit ſanctus Chryſoſtomus hom. 69. ad populum Antiochenum his verbis: *Non dixit (Iob) vt hominum plurimi: Relinquam eis* PATRIMONIA, *non dixit: gloriam eis conferam: non ait: principatum emam: non ait: agros acquiram: ſed quid? Ne forte* COGITAVERINT *aliquid in corde ſuo:* ita ille in poſtremis verbis, quibus Iobi locum profert: LXX. verſionem videtur ſequutus, qui ad hunc modum legunt: *Ne forte filij mei cogitauerint mala erga Deum.* Hic timor probi patris pũgebat mentem, nec ſollicitus erat, qui diuites relinquere filios poſſet, poſtrema hæc eius cura, imo & nulla. 502.

502. *Non patrimonia conſeruare, & augere filiis ſtudeant patres, ſed filiorum innocentiam.* S. Chryſ. LXX.

CũDeus diluuio delere homines vellet, pepercit Iuſto Noë, pepercerat & filiis eius; cur ipſi quoque ab aquis exempti fuere? quia probè illos inſtituit, Dei legem ſeruare docuit, ne in fœda cum aliis vitia laberentur; paternæ inſtitutioni dandum, quod aquis ſepulti in communi illo totius orbis diluuio non fuerint, quod ſuperius etiam aliter rem verſans tetigi.

Noë rectè filios inſtituens à communi diluuio eos liberauit.

Explicari non poteſt, quantum hæc filiorum inſtitutio Deo placeat. Gen. 5. verſ. 22. de Enoch ſcribitur: *Ambulauit Enoch cum Deo, & genuit filios, & filias.* Ambulare cum Deo eſt Deo placere. Vnde LXX. tranſtulerunt. *Et placuit Enoch Deo:* nam qui coram Deo ambulat perfectus eſt, & Deo placet: ſed cur rurſus additur verſ. 24. *ambulauit cum Deo?* quò ſpectat hæc repetitio? an non ſatis erat ſemel dixiſſe? ſuo non caret pondere hæc eiuſdem rei geminatio: bis dicitur Enoch Deo placuiſſe & antequam filios gigneret, & poſtquam genuit, vt ſtatim colligeremus filiorũ amore non impeditum quin Deo perfectè ſeruiret: plerique antequam filios haberent placebãt Deo, poſtea nimio filiorum affectu correpti, diuitiis augendis ſtudentes, in crimina lapſi, Deo diſplicuerunt, adeo vt poſt natos filios ipſi ſanctitati denaſcerentur: Non talis Enoch, qui ob id & antequam filiis augeretur Deo placuiſſe dicitur, & poſtquam auctus eſt.

Filiorũ amor Dei amorem in parentibus non impediat. Gen. 5. 22.

Bonus pater ab amore, quo ſentit ſe in filium ferri, in Dei amorem auidius fertur, non impeditur Deus quippè in patrũ viſceribus tantũ filiorum amorem inſeruit, vt hinc colligeremus, quanto nos Deus amore complectatur qui eius pignora ſumus, & amore amori reſpondeamus, amantem redamemus: Appoſitè Saluianus lib. 4. de gubernat. Dei, vbi hanc rem ad hanc mentem ita verſat: *Ab ipſo affectum omnem quo pignora noſtra amamus, accepimus. Totus namque mundus, & totum humanum genus, pignus eſt creatoris ſui, & ideo ex hoc quoque affectu, quo amare nos fecit pignora noſtra, intelligere nos voluit quantum ipſe* AMARET PIGNORA SVA. *Sicut enim, vt legimus inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ita amorem erga nos ſuum, per eum quem nobis erga noſtros dedit amorem, voluit intelligi.* 503.

503. *Ex parentum in filios amore Dei erga nos amorem colligere debemus.* Salu.

Preterea hęc repetitio oſtẽdit, Enoch in filiorũ

Digitized by Google

Filiorum curam non negligas qui pater eſt.

inſtitutione ſocordiæ non obdormiſſe, non neglexit filiorum curam, alioquin Deo poſtea non placuiſſet. Deſinant parentes conqueri ſe Deo ſeruire minimè poſſe filiorum cura impediti, falluntur: hæc cura, atque ſollicitudo efficiet, vt magis Deo placeant.

Pater de magiſtro
4. Reg. 2. 12.

Abit à ſua notione pater, ſi filius probis moribus non inſtruat, & informet. Pater in ſacris litteris ſæpe pro magiſtro vſurpatur, ita 4. Reg. 2. verſ. 12. *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga eius.* Eliſæus Eliam patrem vocat, quia eius magiſter extiterat. Iudic. 18. verſ. 19. *Veni nobiſcum, vt habeamus te patrem, & ſacerdotem*, id eſt, Doctorem, ac magiſtrum, & alibi ſæpè eodem ſenſu. Imo Patris nomen ad magiſtrum porrigitur, vt ſtatim qui pater eſt moneatur, ſe filiorum ſuorum magiſtrum, atque doctorem eſſe debere. Patris quippe eſt Dei filiis annuntiare.

Iud. 18. 19.

504.
Nulla eſt patrum peritia niſi filiorum ſaluti conſulat.
Iul.

Nulla eſt patris peritia, & notitia, niſi filiorum ſaluti conſulatur. Probè improbus Imperator Iulianus in epiſt. ad Eugen. Phil. Dædalum reprehendit qui Icaro alas quibus in ſublime veheretur finxiſſe fingitur; hæc Imperatoris verba: *Dædalum aiunt Icaro filio, & compactis alis cera, naturam arti ſubiicere auſum fuiſſe; ego vero illum quanquam ob induſtriam, & artem laudandum puto, tamen ſententiam eius, ac voluntatem minimè probo, ſolui enim fluida cera filij ſalutem, atque vitam credere non veritus eſt.* Dædalum imitantur qui falſis ſpebus filios ad alta honorum culmina, & ſublimes dignitatum gradus alliciunt, è quibus facilè in præceps ruunt, vt plerunque ruinæ occaſio filiis parentes ſint, qui à præcipitiis reuocare filios prudentiæ habenis deberet, non alas ad faſtum addere.

Filij ſi delinquant puniendi ſunt patres conniuentes.

Porrò ſicut exitij cauſa parentes filiorum erroribus conniuentes ſunt, ita & maiorem ipſi pœnam ſubire debent. Apud Lacones cum duo fratres inter ſe diſſidium haberent, Lacedæmonij mulctam dixere patri, quod filiorum diſcordiam diſſimulaſſet. Iuuenibus ignoſcendum putarunt, ſed quidquid illi per calorem ætatis peccaſſent, parenti imputabant, cuius auctoritas prouidere debuerat, ne quid inter filios oriretur ſimultatis ita refert Plutarchus in Laconicis. Pulchrè ex noſtris Origenes lib. 1 in Iob ad cap. 1. *Omnia quæ deliquerint,* FILII *de* PARENTIBVS *requirentur, qui non erudient, neque corripuerint filios ſuos.*

Plut.
Orig.

505.
Puella ad domum paternam lapidabatur ſi lapſa erat, vt deinceps hanc confuſionem vitarent parentes.
Oleaſt.

Hinc aperiemus, quò illa in ſacris litteris lex ſpectaret; qua puella, quæ peccauerat lapidari iuxta parentum domum iubebatur, ita colligit Oleaſter ex cap. 22. Deuteronomij, licet hoc apertè id vulgati lectio non habeat, ſed portæ ciuitatis mentionem habeat. Verba Oleaſtri hæc ſunt. *Iubebatur autem puella ad domum, ſeu hoſtium parentum lapidari: vt parentes de* CÆTERO MAIORI CVRA *& ſtudio, puellas ſuas cuſtodirent, ne talem confuſionem ſubire paterentur.* Sic ille in cap. 21. Deuteronomij.

Filiorũ morte patres puniti, qui filios benè haud informauerint.
4. Reg. 2. 23.
S. Aug.

Quid? pueri quidam videntes Eliſæum Prophetam exclamarunt *aſcende calue, aſcende calue*, 4 Reg. 2. 23. Tantum dicterium iſtud Deo diſplicuit, vt à leonibus diſcerpti hi pueri Deo vindice fuerint. Proh quam ſeuera punitio! tenera adhuc puerorum ætas veniam aliquam merebatur, merebatur, ſed quia à parentum mente, atque informatione hæ voces veniebãt, filiorum morte patres & inſtituuntur, & caſtigantur, vt puerorum mors parentum pœna fuerit, & monitio. Rem eleganter his verbis habet ſanctus Auguſtinus ſerm. 204. de Tempore. *Illo*, inquit, *tempore ſancti Prophetæ ita in grandi contemptu, & opprobrio habebantur, vt etiam beato Eliſeo, qui tanta miracula faciebat, ſicut ſupra diximus, pueri indiſciplinati clamarent: Aſcende calue, aſcende calue. Quam rem etiam parentibus ſuis inſtigantibus feciſſe credendi ſunt. Manifeſtè pueri illi non clamarent ſi hoc eorum* PARENTIBVS *diſpliceret, vt percuſſis paruulis, maiorem reciperent diſciplinam, & mors filiorum fieret diſciplina parentum.*

506.
Filios excolãt patres tanquam arua.
Plut.

Meminerint patres filios ſuos velut arua excolenda, proborum monitorum ſemina in eos iacienda, quæ ſuo tempore in fructum erumpant, & in opera; Etiam Ethnicus auctor hoc euaſit, Plutarchus in commentario de liberis educandis: *Sicut*, inquit, *in* AGRORVM CVLTVRA *bonam eſſe in primis tellurem oportet, tum ſerendi peritum agricolam, deinde bona ſemina. Eodem modo telluri filium, agricolæ præceptorem, ſeminibus ſtudiorum inſtitutiones ac præcepta conferri.* Hoc idem ex noſtris habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 9. in epiſt. 1. ad Timotheum; patres arguens, qui terreni fundi curam habent, & excoli curant, filios incultos eſſe ſinunt. FVNDVS, inquit, *ſit optimè cultus cuncta molimur, eique fideli viro magno cum ſtudio tradimus. Cæterum quod nobis chariſſimum eſt omnium negligimus, neque curamus quo pacto filium noſtrum fideli cuipiam viro committamus, qui ipſum tueri, ac ſeruare pudicitiam poſſit & certè nulla nobis poſſeſſio, nullus fundus nobis charus, ac gratus eſſe debet, quam liberi, quorum ille gratia comparatur.* Tradat Pater ipſemet excolat, & proborum monitorum ſeminibus fœcundet tantum excolendum hunc fundum.

Notatis qui fundos excoli ſtudent, non filios.
S. Chryſ.

507.
Arandi verbum ad filiorum productionem.
S. Iſid. Pelus.

Arandi verbum ad liberorum procreationem traduci obuium eſt, hinc illud ſancti Iſidori Peluſiotæ lib. 3. epiſt. 243. *Apud Athenienſes legimus: congreſſus* ARANDORVM FILIORVM *cauſa fieri dicebatur, ac parentes appellabantur*; alios prætereà qui hac metaphora in hac eadem re vſi fuere: tantum patres moneo, quod ipſos verbum ipſum monet; vt excolant, & arent ſalutaribus inſtitutis, quos genuerunt.

Filij tãquam ingens poſſeſſio habendi.
Gen. 4. 1.
Oleaſt.

Et verò ingentis poſſeſſionis loco habendi filij ſunt, atque adeo vt excolitur fructibus colligendis poſſeſſio, ita & filij; Euæ verba illud innuunt; nam filio donata dixit: *Poſſedi hominem per Deum*, Gen. 4. 1. accepiſſe ſe filium à Deo fatetur non à natura, quod inſignis gratitudinis ſignum eſt, *poſſedi*que verbo eſt vſa; vt in filiorum dono poſſeſſione magnâ donatos ſe parentes agnoſcant, vtrumque obſerubat Oleaſter, verba hæc hoc loco expendens, inſit enim: *Admonet locus iſte quanti facienda ſunt beneficia Dei, tanti enim Eua æſtimauit hunc filium, ac ſi Dominus illi magnam dediſſet* POSSESSIONEM, *non conſiderauit filium ſecundum naturæ ordinem genuiſſe, aut illud beneficium eſſe naturæ, ſed illud totum in Deum refert, ac ſi nulla in beneficio eſſent naturæ partes in quo nos vehementer arguit qui non niſi miraculoſa Deo damus, neque illi accepta fatemur beneficio naturæ.*

508.
Scelus quod pater permiſit à filiis fieri, patri tribuitur.
1. Reg. 2.
Abul.

Scelus quod permittit fieri à filiis pater, ipſe committere pater videtur, & magis reprehenſione dignus, quam filius. Hinc 1. Reg. 2. ait Deus ad Heli: *Quare calce abiecisti victimam meam* nonquam tale quidpiam Heli feciſſe legitur, cur ergo ſceleris inſimulatur quod non commiſit? an quia filij id commiſere, quos ſeuerè non correxit? ſubſignat Abulenſis hic

quæſt. 15. dum ait: *Conqueritur hîc Deus de Heli tanquam ipſe feciſſet iniquitatem iſtam, ipſe tamen non peccabat, ſed* FILII SVI, *quia tamen ipſe permiſit, dicitur feciſſe.* Audiant qui filiorum iniquitati non ſolum conniuent, ſed malo exemplo ad malum filios aduocant, & alliciunt.

Quanti referat benè à patribus filios inſtitui. Gen. 18. 17.

Aliud ebibant conſilium patres, aliter inſtruant filios vt omnium bonorum copia à Deo ditentur. Magnus ille, & fidelium omnium pater Abraham in hac filiorum educatione maximè excelluit, qui idcirco tantam à Deo benedictionem impetrauit, quia ſciebat Dominus quam diligentem liberorum curam eſſet habiturus. Hinc illud Gen. 18. v. 17. *Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum, cum futurus ſit in gentem magnam, & robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ?* Proh quam ſingulare hoc priuilegium, quam magnum! & vnde hoc huic Patriarchæ, & à qua nam eius virtute hoc fluxit, vt in illo omnes nationes benedicerentur An quia optimè liberos erat educaturus? Ita eſt, & Dominus ipſe id indicat, cum cauſam ſubiungens ob quam illi tantam benedictionem impertierit ait: *Scio enim quod præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iuſtitiam, vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ loquutus eſt ad eum.* Audis quanta inuehat bona liberorum bona inſtitutio? In Abraham omnes gentes potiſſimè benedicentur, quia optimè filios inſtituit, adeo vt in omnes optimæ inſtitutionis vtilitas deriuet, & bonorum omnium perennis fons ſit.

Proba patris inſtitutio filiis quam vtilis;

Tantum autem Abrahæ educatio proba in filio potuit, vt patre illum in ſacrificium Dei iuſſu offerre deſtinante, ipſe occidi non detrectarit, hoc totum à proba patris inſtitutione hauſerat, quam ſi Abraham neglexiſſet, repugnantem, ac refractarium filium reperiſſet, quin & in patrem ipſum filius inſurrexiſſet.

CAPVT LVIII.

Amara impuri amoris potio.

Bibendi *verbum ad amorem translatum.*
Amorem bibere.
Amor in cor impluens.
Amoris potio.
Ex vna aqua *bibere amantium formula.*
Noxia amoris ſitis.
Magna amoris ſitis.
Amor vinum bibentibus *propinat.*
Amara amoris potio.
Amoris potio *furorem inducit.*
Amor carnifex, *ac* tyrannus.
Amor vt ſanguinem ex illius corpore hauriat, *quem corripit.*
Amoris ſæuities.
Qui amat ærumnas Herculis *ſuperat.*
Crudelis *amoris periphraſis.*
Faces *cur Cupidini datæ?*
Roſæ *cur amori ſacræ?*
Roſæ *in tutela amoris.*
Corporum amores non ſecus ac veris flores *facilè, & citè flacceſcunt.*
Vino *cur prophanus amor comparatus, lacti cur diuinus?*
Diuina dulcedo *fallacem expellit.*
Corporis voluptatibus quaſi clauis *anima ſuffigitur.*

Bibendi metaphora etiam amori congruit; 509.
& ſuauis, & ſalubris amoris potio eſt, ſi purus, & pudicus amor ſit, & a diuini Amoris fonte veniat, alioquin inſuauis, & inſalubris potio, ſi impurus, & fæculentus bibatur amor, qui carnem tantum ſapiat, & concupiſcentiæ vappa laboret.

Bibendi verbum ad amorem translatum. Theocr. Heſiod.

Amorem ad modum potus hauriri, & in viſcera traiici non eſt quod vocemus in dubium, nec noua, nec inſolens hæc loquutio, & phraſis, qua frequenter vſi externi, prophaniq. ſcriptores, Theocritus in Adonid. AMOREM BIBAM. Idem in epig. AMOREM MVLTVM EBIBI. Heliodorus lib. 7. Hiſt. Æthiop. inducit Arſacen, quæ deperibat Theagenem, amoris plus in conuiuio, quam vini haurientem. Virg. 1. Æneid.

Amorē bibere. Virg.

Infelix Dido LONGVM BIBEBAT AMOREM

Lucretius:

——— Veneris dulcedinis in cor
Manauit GVTTA.

Amor in cor impluens. Plaut.

Plautus amore cor madefieri, & pectus perplui affirmat in Moſtellaria dum ait:

Amor PERMADEFECIT *cor, & in pectus* IMPLVIT.

Amoris potio. Idem.

De amoris poculo, & potione ita ſentiebat Plautus in Truculento act. 1. ſcen. 1.

Si ſemel AMORIS POCVLVM *accepit meri,*
Eáque intra pectus ſe penetrauit potio,
Extemplo & ipſus periit & res, & fides.

Ex vna aqua bibere amantium formula eſt. 510.
Propertius lib. 2. eleg. 4. per mare amicam ſe ſequuturum affirmans, ſi illa ire per mare velit, ita canebat:

Ex vna aqua bibere amantium formula. Prop.

Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc ſequar, & fidos vna aget aura duos,
Vnum littus erit ſopitis vnaque tecto
Arbor, & ex vna ſæpè BIBEMVS AQVA.

Noxia amoris ſitis.

De noxia amoris ſiti afferri huc poteſt, quod ſcitus poëta de amore loquens emittebat:

Vt qui Sardois fauces ſatiauerit herbis,
Ridenti gelidam prodigit ore animam.
Lethifero aut Afer quem dente momorderit hydrus, &c.
Sit eo quò crucier, morbum ſequor: ipſáq; morbum
Quæ mihi cauſa dedit, cauſa beata placet.

Magna amoris ſitis.

Tanta amoris eſt ſitis, vt nullà aquarum copià extingui poſſit. Nonnus lib. 42. Dionyſ. *Non poteſt enim extinguere ſitim amoris totus* FLVCTVS OCEANI.

Amor vinum bibentibus propinat.

Amor virus noxium propinat, quod necem bibentibus affert, ſcitè ſcitus poëta:

Te propè quiſquis amas, ſequitur mors certa, nec vllum
Certius eſt homini, quam ſi amet exitium.
Sic Deus imo Puer: ſic non puer, imo tyrannus:
Humanis neſcit mitior eſſe malis.
Sed virus miſeris, & Theſſala philtra propinans
Fallaci virum POCVLA *melle linit.*
Primum oculos (oculis prima eſt vidiſſe ruina)
Obſtruit, hácque ſubit ſaucia corda viâ.
Inflammánſque iecur gemino ſuſpiria riuo
Stillat, & hoc inget igne fouet lachrymas
Mox variis ludit, qua Circe eſt fabula, formis,
Nec ſinit humanis ſenſibus eſſe locum.

Amara

511. *Amara amoris potio.* Sapph. Amara præterea amoris potio eſt licet ſuauitatem præſeferre videatur, vt proinde ſuaueamarus dictus amor ſit: Sappho apud Hephæſtionem,

Amor me ſubigit miſeram impotens
Suaueamarus & inſuperabilis ſtimulus.

Eurip. Euripides Hippol. *Amare, ſuauiſſimum, ô puer, idémque amariſſimum.* Sed maior amaritudo eſt quàm ſuauitas, imo & verior, amaritudo quippè vera eſt ſuauitas ementita.

Amoris potio furorem, inducit. Plut. Tam noxia iſta amoris potio eſt, vt in furorem inducat viſceribus illapſa, qui ægrè poſtea ſanare poſſit, aut mitigari. Plutarchus, *Amatorium furorem, vbi ſerio corripuit, inflammauitque hominem, nulla iam muſa, non carminis illecebra placant, aut loci commutatio, ſed præſentes, abſentéſque amore æſtuant.* Quis tam demens vt amatorium furorem cum amore velit ebibere, & eius amaritudinem deguſtare?

512. *Amor carnifex ac tyrannus.* Plaut. Amoris amaritiem multi nouêre, fatentur multi carnificem, & carnificinæ auctorem dicit Plautus in Ciſtell. 2. 1. *Credo ego amorem primum apud homines* CARNIFICINAM *commentum.*

Amor ſanguinem ex illius corpore haurit quem corripit. Theocr. Amor ex illius corpore ſanguinem haurire videtur, quem corripit. Theocritus Idyll. 11. ita queritur: *Hei mihi* triſtis amor, *quam mihi atrum è corpore ſanguinem veluti paluſtris* HIRVDO *inhærens, omnem exuxiſti.*

Ariſt. Sæuus apud alios tyrannus audit Ariſtides in Orat. ad Bacchum: *Admirandus hominum tyrannus amor.* Chorus apud Sophoclem in antiq. *Amor inuicte prælio.* Philoſt. Philoſtratus Iunior in Iconibus ait amorem ferre *Sinum plenum victoriarum* Calliſt. Calliſtratus in ſtatuis. Amorem tyrannum Deum, & magnum. *Amoris ſæuitiei.* Theocr. Theocritus apud Stobæum ſerm. 64. ita amoris ſæuitiam depingit: *Nunc noui amorem, Grauis eſt Deus, virorum leænæ vbera ſuxit, & mater ipſum in Sylua educauit, qui me exurens vſque ad oſſa lædit.* Lædit omnes quos corripit, ſæuit in omnes, & nulli parcit, qui leænæ mammam ſuxit, ſæuitiam, & crudelitatem ebibit, quam in illis exercet, qui amatorium poculum ſiccare tentant.

513. *Qui amat, ærumnas Herculis ſuperat.* Plaut. Herculis ærumnæ de magnis dicuntur, vt res in prouerbium etiam abierit; ſed maiores amoris ærumnæ, anguſtiæque ſunt. Plautus in Perſa: *Qui amat,* ÆRVMNAS HERCVLIS *ſuperat.* Non ergo ſuauis non blandus amor eſſe poteſt; qui ærumnarum fœcundus parens eſt, crudelis, & ſæui meretur nomen.

Crudelis amoris periphraſis. Prou. 5. 9. Quid quod crudelis, amoris periphraſis, & circumſcriptio eſt? Prou. 5. verſ. 9. *Nè des annos tuos crudeli* Aliqui vertunt: *ne des annos tuos amori*: Cohærent, nam crudelitatem tantum exercent, impurus amor nouit, & amor non eſſet niſi crudelis eſſet, & in ſuos ſæuiret. Achill. Achilles Alexandrinus lib. 2. Amorem inducit hac ratione ad quendam vtentem: *An tu igitur tantum tibi ſumis, vt contra me arma feras, mihíque reſiſtere audeas? mihi ad volandum pennæ, ad vulnerandum ſagittæ,* AD EXVRENDVM FACES *data ſunt. Quonam te modo euaſurum ſperas?*

514. *Faces cur cupidini data.* S. Zeno. Faces Cupidini, amoríque dantur, quia eos exurit, quos inuadit, quia tela facibus iungit, quia illicitis ardoribus ſupplicium iungitur. Ex noſtris ſanctus Zeno rectè amoris tum lubricitatem, tum ſæuitiem explicat, cúrque puer pingatur exponit, pennáſque habeat; ipſiſſima dabo ſancti patris verba ſerm. de fide, ſpe, & charitate de impuri amoris imagine loquens ait: *Cui recte hominis forma tribuitur, quia temporalis, ac fragilis eſſe cognoſcitur, ideo lineamento puerili depingitur, quia eius laſciua lubricitas nec annis ſenilibus temperatur. Ideo* PENNATVS *quia in quæcunque conceperit velociter ruit. Ideo telis, facibúſque conſtructus, quia illicitis ardoribus ſemper ſtrictus eſt gladius.* Poterat opportunius poëticam fabulam veritatis ornamento veſtire?

Pendo illud, *quia temporalis ac fragilis*; nil citius euaneſcit quam impurus amor qui perituræ carni innititur. *Roſa cur amori ſacra.* Philoſt. Roſæ amori ſacræ credebantur, primum ob ſpinas quibus amantium, penè exciderat amentium, animus pungitur, & vulnerat; ſed quia momento abit, diſperitque vt tempus neſcire videatur. Pulchrè Philoſtratus epiſt. ad vxorem: *Reuera roſæ ſunt amori ſacræ plantæ, ſunt enim iuuenes quemadmodum ille, & delicatæ quemadmodum amor ipſe. Et ambo comas aureas ferunt, atque reliqua ſunt ipſis ſimilia.* ROSÆ *ſpinam ſagittæ loco habent, & rutilum colorem pro facibus, foliis alatæ ſunt. Tempus autem amor, & roſa pariter neſciunt.* *Roſa in tutela amoris.* Fulg. Fulgêtius hoc idem ſentit lib. 2. Mythologiæ, additque roſæ ruborem verecundiam ſignificare, quæ impurum amorem comitatur; hæc eius verba: *Huic etiam roſas* IN TVTELA ADIICIVNT, *roſæ enim & rubent, & pungunt vt etiam libido rubet verecundiæ opprobrio, pungit etiam peccati aculeo, & ſicut roſa delectat quidem ſed celeri motu temporis tollitur, ita & libido libet momentaliter, & fugit perenniter.*

Et quî diu conſiſtere hic amor poſſit, quum 515. rei tam fluxæ, corpori ſcilicet innitatur, quidni *Corporum amores non ſecus ac veris flores facile, & cito flaceſcunt.* ſtatim velut flos marceſcat amor, qui fertur in pulchritudinem, quæ velut flos deperit, & marceſcit? Scitè arguit ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. in laudem ſancti Baſilij, ſic enim loquitur: S. Greg. Naz. *Nam corporum quidem amores, quia res fluxas ſibi proponunt, fluunt quoque ipſi non ſecus ac* VARIS FLORES; *nec enim flamma conſumpta materia remanet, ſed vna cum eâ extinguitur,* cibus deficit quibus amor nutritur, caro fluit, & deficit, deficit, abitque & amor, qui aliud niſi carnem non nouit.

Vino impurus amor, & carnalis affectus *Vino cur propbanus amor comparatur, lacti cur diuinus?* comparatur; lacti diuinus amor, & ſpiritalis affectus; vua vbi parum quid liquoris preſſa dederit, non habet aliud quod fundat; habent vbera, quæ preſſa lac exhibent, aliud poſt preſſionem exhibitum. Habes vtriuſque amoris imaginem, & fors huc ſpectauit ſponſa, quæ lac & vbera vino prætulit dum ait: *Meliora ſunt vbera tua vino.* Cant. 1. verſ. 2. Huc Beati Bernardi verba vocauerim, qui ſerm. 9. in Cantica ita ſcribit. Cant. 1. 2. S. Bern. Et pulchrè vino comparat carnalem affectum: *Vt enim vua ſemel expreſſa non habet iam quod denuo fundat, ſed perpetua ariditate damnatur, ſic caro in preſſura mortis ab omni prorſus ſua delectatione* SICCATVR, *nec vltra reuireſcit ad libidines* Contrà ſpiritualis affectus, diuinúſque amor ſemper incrementum ſumit, & vitam maximè poſt mortem habet.

Det nobis Amor ſui dulcedinem deguſtare, 516. vt falſam terreni amoris impuri affectus, & fallacium illecebrarum dulcedinem expuamus; *Diuina dulcedo fallacem expellit.* Idiota. dicat quilibet cum Idiota illo ſanctiſſimo lib. 1. de amore diuino: *Sis ſuauis, & dulcis Domine affectui meo, contra fallaces & male dulces vitæ carnalis illecebras, & vincat falſam dulcedinem dulcedo tua vera, quemadmodum* CLAVVS CLAVVM CONTRVDIT: Verè diuina dulcedo, diuinus amor impuram voluptatem, carnalem amorem veluti clauus expellit, nam voluptuoſus affectus

nil

Corporis voluptatibus quaſi clauis anima ſuffigitur. S. Ambr.

nil aliud quam clauus eſt, quo anima ſuffigitur, & cruciatur: Hinc illud ſancti Ambroſij lib. 4. in Lucam: *quaſi* CLAVIS QVIBVSDAM *ſuffigitur anima corporis voluptatibus.* Amoris diuini clauo, voluptatis, terrenique amoris clauum extrudet, qui ſaluti ſuæ conſultum vult.

CAPVT LIX.

Nuptiarum, impuríque amoris mare ſuos ignes habet, ſuas flammas.

Noua nupta cur olim & ignem, & aquam iubebatur attingere.
Riſus & gemitus *nexum ignis, & aquæ nuptis prælata ſignificabat.*
Ignis, & aqua *Sponſis prælata quid aliud doceat.*
Ignis, & aqua *in amante.*
In aquis muliebribus *ignis timendus,*
Nilus, & Æthna *in amantis corde.*
Mare, & Æthna *amanti amica.*
Ignis, & aquæ *nexus in muliere.*
Gelu, & ignis *in eadem fœmina.*
In amore mare, & ignem *amans vidit.*
Mulier aqua *eſt, & tamen* vrit.
Amicæ imber ignem *nutrit.*
Amicarum lachrymæ ignem *fouent.*
Venus aquis *nata* ignem *eiaculatur.*
Æſtus, & pluuia *in vno amatore.*
Imbrem *in fœmina amoris* ignes *mitigantem falſo amans quidam vidit.*
Ignis, aqua, *& alia elementa in amante, vt ſimul coaleſcant.*
Lachrymis *haud extinguitur amoris* flāma.
Amantis amentia mari *ſe comparantis.*
Cupidinis imago *in thermis.*

517. *Noua nupta cur olim & ignem, & aquam videretur attingere.* Plut.

NVPTIIS amicæ aquæ ſunt, amica ſunt amoribus fluenta, ſed aquæ iſtæ ſuos ignes habent, ſuas habent flammas hæc fluenta. Olim nubēs attingere ignem & aquam iubebatur, ritum, & ritus cauſas nonnullas recenſet Plutarchus quæſt. centur. Roman. vbi ait: *Cur nubentem attingere ignem, & aquam iubent? Vtrum quod horum inter elementa, & principia hæc fœmina, ille mas ſit, atque ille motus exordium infundat, hæc ſubiecti, & materiæ vim. An quia ignis purgat, & aqua expiat. Debet autem munda, & ſancta, quæ nupta eſt, permanere.*

Riſus, & gemitus nexum ignis, & aquæ nuptis prælata ſignificabat.

De nouæ nuptæ igne, & aqua ita quidam philoſophabatur:

Cur noua nupta viro FLAMMAS, *&* FLVMINA *confert?*
Frigida cum calidis miſcet, & illa ſimul?
Hæc via coniugijs: accedunt omnibus æquè,
Cum gemitu riſus, cumque quiete labor.

Ignis, & aqua ſponſis prælata quid aliud doceat.

Aqua, igniſque olim ſponſis præferebantur, vt rectè vir moneretur amoris igne aquam tepeſaceret; aqua mulierem referebat, virum ignis: Scitè ſcitus Poëta:

Præponebat AQVAM *ſponſæ Romanus, &* IGNEM
Quo ſenſu? ille ignis quod debeat eſſe maritus
Qui ſociam complexus aquam moderanter amoris
Igne tepefaciat; Repetam moderanter amoris
Igne tepefaciat; námque vt nimis illa caleſcat
Non ipſi poterit, non & prodeſſe marito.

De igne, & aqua, quæ in amante ſunt, ita quidam ludebat, ad eam quam miſer deperibat ſcribens: 518.

Ignis, & aqua in amante.

Ad te me iubeas vel per FRETA *rauca venire*
O Sophie, ſtagnent IGNE *licet, veniam.*
Efficerent lachrymis oculi ne flamma voraret,
Contra vndas æſtus pectoris ille foret.
Nec mihi poſcam aliquam ſublimi è turre lucernam
Quæ mihi monſtraret per vada cæca viam.
Me modo reſpiciant dominæ radiantis ocelli,
Milleno valeat lumine nota pharos.

Adeo inſaniunt, qui inſano amore corripiuntur.

In aquis muliebribus ignis timēdus. B. Vmb.

In aqois muliebrem ignem ille timebat, de quo B. Vmbertus de contactu cap. 50. ſcribit: *Si picem quis tetigerit, manum vtique ſordidabit. Quis autem ſtultus credit ſe manum in* IGNEM *mittere, & incendium non ſentire. Vnde quidam ſanctus, quando per* AQVAM *matrem propriam transportabat, manum pallio ne illam tangeret inuoluebat.*

Nilus, & Æthna in amantis corde.

Nilum, ac Æthnam in amantis corde domicilium ſuum habere ille fatebatur, qui canebat:

Aſpice quam variis diſtringar Veſtia curis
Vror, & heu noſtro manat ab IGNE LIQVOR.
Sum NILVS, *ſumque* ÆTHNA *ſimul, reſtringite flammam*
O lachryma: lachrymas ebibe flamma meas.

Æthnam, & mare in vno amante coaleſcere alius quoque querebatur, parum honeſto amore correptus: 519.

Mare, & Æthna amanti amica.

ÆTHNAM *non vidi, tamen hæc mî in corpore flagrat*
Nec ſalſum MARE, *at id mî fluit ex oculis.*

Ignis, & aqua nexus in muliere.

De amoris aquis, ignéque ita ludens canebat quidam poëta:

Lumina, Pata, mihi liquidum ſoluuntur in IMBREM
Non reſtinguendo ſed calet IGNE *iecur*
Orta mari Venus ad lachrymas ſed natus in Æthna
Ad FLAMMAS *pronum Pata, Cupido facit.*

Gelu, & ignis in eadem fœmina.

Gelu, glaciémque ſimul cum igne ab eadem fœmina qui prodeant ita quidam amans amentiam ſuam explicans explicabat:

Vna eadémque FACES, *in me ſuccendis, & vna*
Atque eadem GLACIE *pectora noſtra gelas.*
Corda rigent, oculos quoties auertis iniquos,
Occupat, & ſubitum pectora noſtra gelu.
Vrimur, atque imis feruent incendia venis,
Spirat vt ex oculis aura ſecunda tuis,
Hæc flammas, hæc ipſa faces diuentilat aura:
Iam video in flammas pectora abire meras.
Verte oculos age, funde gelu, glaciémque, niuémq;
Fax glacie a niuibus, Flamma abolenda gelu eſt.

In amore mare vidit & ignem, qui canebat: 520.

In amore mare & ignem amans vidit.

Non magnum ſi ridet amor, ferit, VRIT *& vna:*
Huic ſunt adfines, ſpicula, flamma, MARE.
Vulcanus coniux, Gradiuus matris amator.
Nata mari eſt genitrix nequitioſa Venus.
Dat mare ſanitiam, Mars tela intincta cruora
Blanditias genitrix, Mulciber ipſe faces.

Mulier aqua eſt, & tamen vrit.

Aqua mulier eſt, & tamen vrit, hinc illud:

ÆQVORE *frigidior mulier, tamē* VRIT *amantē*
Sic calx in gelidam iacta caleſcit aquam.

Amicæ imbrem ſuum habent, habent ſuas aquas,

Amicæ imber ignem nutrit. Ducat.

aquas, quibus amatores obruant, inebrient, ſed quod mirum hæ aquæ ignem fouent, nutriunt ignem; Pulchre Ducatius:

Dum ſitit inſano vexatus amore Polemus,
Adque fores Dominæ tingitur IMBRE *ſuæ:*
Quid moror infeſtas, quibus hic, ait; opprimor VNDAS:
Ignis ab hac vires cum meus imbre ferat?

521. *Amicarum lachrymæ ignem fouét, Forcat.*

Amicarum lachrymas ignes fouere, nutrire ignes ſic feſtiuè aſſerebat Forcatulus:

Inuitis LACHRYMAS *fallax expreſſit ocellis*
Lydia dum læſo fœdere inane queror.
Ora ego perſpicuis dum tingi candida gemmis
Adſpexi, lachrymas miſcui, & ipſe meas.
Quot guttas, viſa eſt totidem fudiſſe SCINTILLAS
Queis magis accendor quam Veſuuius apex
Heu quænam miſero requies ſeruatur amanti,
Si fluit ex tenui maximus IGNIS AQVA?

Alius eadem mente, aliis verbis, verſibúſque;

Humida pugnabant ſiccis prius; at miſero in me
Se inter conueniunt humida ſicca bene.
Æſtu cor nimio toſtum ſenſim cineréſcit
Luminaq; ob LACHRYMAS, *in lateres abeunt.*

522. *Venus aquis nata ignem eiaculatur.*

Aquis nata Venus ignem tamen eiaculatur & flammam, quod expendens ſcitus quidam poeta canebat;

Si Venus, vt mendax docuerunt turba, Poëtæ
De mediis verè nata putatur AQVIS.
Qui fieri potis eſt, mediis, vt fluctibus orta
Aſſiduo noſtrum TORREAT IGNE *iecur?*
O dolor! ô quid iam miſeri ſperetis amantes?
E media vobis naſcitur IGNIS AQVA.

Æſtus, & pluuia in vno amatore.

Æſtum ſimul, & pluuiam in vno amatore eſſe auctor ille querens ſignificabat:

Sirius ardores aliis, Hyas vda minatur.
Dant æſtum, & PLVVIAM, *corque, oculique mihi.*

Imbrem in fœmina amoris ignes mitigantem falsò amas quidam vidit.

In muliere imbrem amoris ignem, æſtum, caloremque mitigantem agnoſcebat ille, qui canebat;

Vt herba ſiccis VSTA *caloribus*
Imbrem requirit, ſic animus graui
Amore coctus, te leuamen
Expetit ô Lalage, caloris.

Sed falſus hic falſus omnis, qui putat amoris flammas feminâ extingui, non ampliùs accendi.

523. Idem alibi eadem mente, eademque amentia:

Te ſolam Lalage meam
Mens anhelat, vt æſtuans
Tellus lampade Cinthij
Gratus expetit IMBRES.

Ignis, aqua, & alia elementa in amante vt ſimul calefiāt.

Præter ignem, & aquam alia quoque elementa in amante ita quidam ex amantium ſcholæ notabat:

IGNEVS *eſt nobis vigor, intra corda fauillas*
Qui gerimus Veneris de face flammiuomæ.
Aerias referunt ſuſpiria plurima ventos
Quæ de ſollicito pectore miſſa FLVVNT.
Cũ gemitu lachrymar, & acerbos fundimus imbres
Mox nos in cinerem ſoluet amarus amor.

524. *Lachrymis haud extinguitur amoris flamma.*

Lachrymis non extinguitur amoris flamma; pulchrè ille:

Ne LACHRYMIS *ſpera* FLAMMAM *reſtinguere amoris,*
Flamma ea pauxillæ cedere neſcit aquæ,
Aurò ſemper amor medit ante vigebit, at idem
Nec medio naſcens obrutus eſt PELAGO.

Amantis amentia mari ſe comparantis.

Amans quidam, amore correptus canebat:

Quid MARE *ſi ſuimit vrit implacabilis ardor*
Quid ſi IGNIS *flammas impedit humor aquæ.*

Cupidinis imago in thermis. Grud.

De Cupidinis imagine in thermis poſita ita ludebat Grudius lib. 3.

Hic tua quis ſtatuit ſigna, inſidioſe cupido?
An tuus, & mediis æſtuat IGNIS AQVIS?

CAPVT LX.

Prophani amoris mare, fluctus, ſcopuli, naufragia.

Amare, mare *infame naufragiis.*
Nauigatio *in re amatoria.*
Amans velut cordis nauis *iactata.*
Infelici naufragio *ſuos obruit profanus amor*
Amans in terra naufragium *facit.*
In amoris mari *Syrenæ nec audiendæ nec videndæ.*
Amoris aquæ *quàm noxiæ.*
In amore vt in mari *fluxus, ac refluxus.*
In ſcopulos *impudicus amor ſuos adigit.*
In amoris mari *portus difficile amantes reperiunt.*
Helycen, *&* Cynoſuram *in amica oculis videre dum ſe putat amans, decipitur.*
Glaciei *cur amor comparatus?*
Qui amoris inſani fluctibus *rapitur, ægrè retro flectitur.*

IN impuri amoris inſaniam calamum rurſus acuo; contra illum pugnans ab aquis non diſcedo, quæ huc nos duxerunt; Ferat lector, ſi pleraque ex prophanorum caſtris ablata hic offero; Licitum hoc furtum eſt, & omnibus, quod mireris, vtile, de ſua paratura inſanos amatores repercutio, vt ita repercuſſi ſanitati reſtituantur, & ſibi. 525.

Amare mare infame naufragiis. Anon.

Amare, amari à mari vix diſcriminatur; vt nexus in amore, vt in mari naufragium timeremus; ſcitè ille, & vere de amore non vero, nec pudico: *Amare* MARE *infame eſt naufragiis fortunarum, valetudinis, honorum.*

Nauigatio in re amatoria.

In re amatoria nauigationem notabat Salmonius Macrinus, cuius hi ſunt verſus:

Fulſerunt tibi candidi ante ſoles,
Et purio tua nauis acta VELO *eſt.*
Fallaci leuium profundo Amorum,
Cum lætiſſimus ipſe NAVIGARES.

Amans velut cordis nauis iactata.

Velut vndis iactata nauis amans eſt, fatetur ille apud Ouid. epiſt. 20.

Ipſe velut NAVIS *iactor, quam certus in altum*
Propellit Boreas, æſtus, & VNDA *refert.*

526. *Infelici naufragio ſuos obruit prophanus amor.*

Decipit cultores ſuos amor, in ſyrtes, in breuia ſuos ducit, infelici naufragio eos obruit; hinc illud illius ad amorem:

Improbe, inermis amor, quid riſu fallis amantes?
Sepoſitis armis, non tamen inſidiis.
Nam ſub flore dolor, ſub pace pericula eludis:
Allicis vt perdas, improbe, naufragio.

Amans in terra naufragium facit.

De hoc impuri amoris naufragio ita peritus quidam poeta viderat, vnde dicebat:

Inſanis PELAGI, *Cypri, fluctibus eripe nautas,*
Et me qui terra NAVFRAGIVM *facio.*

In amoris mari ſyrenæ nec audiendæ, nec videndæ.

In amoris mari amicarum Syrenæ ita cauendæ ſunt, vt non occludantur tantùm eorum cantibus aures, quod feciſſe legimus Vlyſſem, ſed oculi quoque ne videantur, & dum videntur

Digitized by Google

xur, decipiant, & quos deceperint, capiant; ſcite quidam de quadam:

Auribus obſtructis SYRENAS *fugit Vlyſſes*
Si fugis hanc, aures obſtruito, atque oculos.

527. *Amoris aqua quam noxia.* De impuri amoris aquis ita quidam mœrens canebat, Amoſi ſcribens, imo in Amoſem:

Quæ tua nequitia eſt, Puer improbe? verum age flammis
Adde faces, & AQVAS iniice, & adde faces:
Non ſatis vna meo fuerat data pœna dolori;
Non ſatis exitio FLAMMA vel illa meo eſt
Quæris aquas, nō quas reſluo rotat Eurus ab alto,
Sed tibi quas rapida cum face tela ferunt,
His mea raptantes nonnunquam pectora flammas
Opprimis, infuſis creſcat vt ignis aquis.
Quid facis? ah nimium poſſunt ſine flumine flāmæ,
Et tamen illa neci eſt plus ſatis vnda meæ.
Sic quoties potui (niſi me mea fata dolore
Vouiſſent) miſero dudum in amore mori.

In amore vt in mari fluxus, ac refluxus. *Cic. in pol. lib. 1.* In amore ementitam faciem præferente, atque adeo non vero amore, vt in mari fluxus, refluxúſque peritus ille auctor perite his verbis notabat: *Vis deinde videre quantum illi amenti accedat iuratus tibi hoſtis, & maioribus, ſemper exterſis, ſemper vigilantes has impleat manus, ex amicis hoſtes experieris, quod ſi nouis exinde maioribúſque beaueris, amicos rurſus reperies. Fuge hos ementiti amoris* FLVXVS, *ac* REFLVXVS, *Euripæa pectora: mergent, non ſeruabunt, non deuehent, depriment* NAVIGANTEM. *Nihil enim magis inſidum hoc hominum genere, irreſpirabile hoc profundum eſt, ſi ſemel te credideris.*

528. *In ſcopulos impudicus amor ſuos adigit.* In ſcopulos impudicus amor in amoris mari ſuos adigit; Pulchrè de amore ille poeta, qui deſcribens amorem, ait:

Aliger eſt, quia ſede caret: quia ſenſibus, infans,
Qua libet inſtabiles lubricus ire vias:
Eſt cæcus, cæco comites quia deiicit antro,
Præcipitéſque adigit perfidus in SCOPVLOS.
Eſt puer, & facili penetrat precordia lapſu:
Eſt Deus, hoc cœlum iure, hominéſque tenet
Miſſilibúſque manus geminis armatur, vt aurum
Spem ferat, & certam plumbea tela necem.

In amoris mari portus difficile amantes reperiunt. In amoris mare portum reperire ſe amantes putant, ſed falluntur ſæpè, ſæpè ſe fallunt; etiam ille hoc vidit, dum ad amicam ſcribens aiebat:

Sæpè mihi ex oculis auram flatúſque ſecundos
Promittiſque mea tempora fauſta rati,
Sæpè ſuperciliis PORTVM, *fidoſque receſſus*
Ira ſit vt placido nulla timenda MARI.
Cor, ô cor, Boreas vnáque nigerrimus Auſter
Eripiunt portus littoráque ipſa mihi.
Aeris hoc vitium, vitium commune puellis
Illi incerta fides; his fugitiuus amor.

529. *Helycen, & Cynoſuram in amicæ oculis videre dum ſe putat amans decipitur.* Huc aliquos in amoris mari amentia egit, vt amatæ oculos Helycen, & Cynoſuram appellarent: vnus ex hoc amantium, atque etiam amentium grege canebat:

Tandem venuſti cernere contigit
Vultus decorem, tandem oculos eos
Qui FLVCTVANTI *per dolores*
Sunt HELYCE, & CYNOSVRA *menti.*

Glaciei cur amor comparatus. *Sophoc.* Sophocles amorem comparabat pueris, qui glaciem conſpectam arripiunt manibus, ac delectantur: ſed eâ mox liqueſcente, nec facile poſſunt abiicere lubricam maſſam, nec retinere noxiam. Itidem amor nec excuti poteſt ob voluptatem adiunctam, nec retineri ob moleſtias admixtas voluptatibus maiores.

Qui amoris inſani fluctibus rapitur, ægrè retro flectitur. *Senec.* Qui amoris inſani fluctibus rapitur, ægrè retrò flecti poteſt, ægrè ſanis conſiliis aliò duci; Seneca in Hippolyto act. 2. in nauis metaphora ſiſtens aiebat:

— — Quæ memoras ſcio
Vera eſſe nutrix, ſed furor cogit ſequi
Peiora, vadit animus in præceps ruens,
Remeátque fruſtra ſana conſilia appetens,
Sic cum grauatam NAVITA *aduerſa ratem*
Propellit vnda, cecidit in vanum labor
Et victa prono PVPPIS *aufertur vado*
Quod ratio poſcit, vincit, ac regnat furor.

CAPVT LXI.

Amoris nexus, & aquæ; quædam de amore obſeruationes.

Amor vt fons *in multis diuiſus minuitur.*
Amans huc illuc velut aqua *per hortos ſerpens fertur.*
Aquas *amor amat.*
Amans vt ceruus ad aquam *currens currebat ad amicam.*
Amoris proprij fons *quàm noxius.*
Terrenus amor in huius mundi pelago *non habet vbi pedem figat.*
Luſus in amantium ſuſpiria, & lachrymas.
Amentis, & amantis *cognatio.*
Impurus amor nunquam ſatiatur *vt nec terra* fluentis.
Mors ſine morte *amor.*
Amor liuori *cognatus.*
Amor dicendus amaror.
Prophani amoris paupertas.
Luſus in amoris *nomine.*
Annos *amica ſe dare paratos dicebant amantes.*

AMORIS vim ſi feratur in multos minui, & quodammodo eneruari fontis, & fluuij ſimilitudine, qui minor fiat, ſi in plures alueos deducatur, explicat his verbis Plutarchus de mult. amic. *Sicut amnes in multos diuiſi alueos, imbecilli* FLVVNT, *ac tenues, ſic vehemens amor in animo, ſi diſſipetur in multos eneruatur, vnde fit, vt ea etiam animalia prolem ſuam magis ament, quæ vnum tantum gignunt.* 530. *Amor vt fons in multis diuiſus minuitur.* *Plut.*

Amantem velut aquam, quæ per hortos feratur, ferri fatebatur ille inſano amore correptus: Ariſteneti verba ſunt lib. 1. epiſt. 17. *Me amor veluti per hortos* SERPENTEM AQVAM *huc illuc agit.* *Amans huc illuc velut aqua per hortum ſerpens feratur.* *Ariſt.*

Amat aquas amor aquis cognatus, aquis alitur, ac nutritur: amata amori aqua otium eſt: Verus ille in amoris caſtris nobilis: *Aquas amor amat.*

Quàm platanus RIVO *gaudet, quàm populus* VNDA
Et quàm limoſa canna paluſtris humo.
Tam Venus otia amat:

Ad amicæ ſuæ delicias vt ceruus ad aquas ſiti ardens currebat ille, qui canebat: 531. *Amans vt ceruus ad aquam currens currebat ad amicam.*

Defeſſus æſtúque, & leuium canum
Actus citato corniger impetu,
Non ceruus ad fontes aquarum
Sic gelidóſque lacus anhelat:

Ad

Ad ſuauitates, vt mea lux, tuas
Ardens anhelo.

Amoris proprij fons quà noxius.

Noxius amoris proprij fons eſt, ſumméque ab iis cauendus, qui ad ſumma contendunt, ſcite ſcitus Poëta:

Narciſſus liquidis formam ſpeculatus in VNDIS,
Contemnens alios arſit amore ſui.
Tabuit, & ſenſim venienti in membra ſtupore,
Ipſe ſui factus flos Hyacinthus amans.
Hinc fugite ò iuuenes: fons iſte Philautia, ſeipſum
Stultus vbi, cùm ſe non bene norit, amat.

Terrenus amor in huius mundi pelago non habet vbi pedem figat.
B. Laur. Iuſt:

532. Terrenus amor in huius mundi pelago non habet, vbi pedem figat, niſi ad Deum erigatur, ſemper fluctuat, & noxio æſtu fertur, id eleganter columbæ illius exemplo, quæ ex arca emiſſa, non inuenit vbi requieſceret pes eius diluuij tempore, explicat Beatus Laurĕtius Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 3. *Diligendo in procelloſo ſæculi* PELAGO *pacem quærens non reperit, vbi ſuæ dilectionis figat pedem: quamobrem ad Deum, in quo pacis imperturbabile bonum, & dilectionis ineſt tranquillitas, remeare compellitur. Hoc nimirum diuinus ſermo, quum pereuntis per diluuium mundi narraret hiſtoriam, intimare curauit. Nam quum Noe ſcire cupiens, vtrũ diluuij diminuta fuiſſent aquæ emiſiſſet de arca columbã, illaque circũquaque peragrãdo minimè reperiſſet vbi pedum ſuorum veſtigia figeret, ad eum, à quo directa fuerat, redire coacta eſt. Myſteriũ hoc præcipuũ eſt, & carnalis amoris documentũ quã maximũ.*

Luſus in amantium ſuſpiria, & lachrymas.

Circa amantium ſuſpiria, lachrymaſque ita quidam ſeriò ludebat:

Diſtillat FONTE *è tenui vagus amnis, & inde*
Labitur effuſis non rediturus aquis.
Emanant cordi ex imo ſuſpiria, moxque
Conuerſà redeunt in ſua corda viâ.
Ex oculis lachrymæ poſtquam fluxêre, nec illas
Luminibus rurſum reſtituêre genæ.
Cur reuocant ad ſe rurſum ſuſpiria curæ?
Rurſus, & infeſtat triſtia corda dolor?
Nulla quidem ratio eſt: etenim rationis amantes
Expertes, omnis cæca in amore via eſt.

Amentis, & amantis cognatio.
Fauſt.

533. Amãtis, amĕtiſque magna nominis cognatio; magna plerũque & rei: ſcite Fauſtus Andrelinus:

Si ſapis AMENTEM *dicas, non, Lector,* AMANTEM
Nam nihil inſanus mentis amator habet.

Impurus amor nunquã ſatiatur vt nec terra fluentis.
Lud.

Impurus amor nunquam ſatiatur, ſicut nec terra fluentis, hac enim ſimilitudine hanc rem exprimebat non malus Poëta Ludouicus Bigus:

Humani nunquam Proſerpina nigra cruoris
Sat BIBIT, *& tellus non ſatiatur* AQVA.
Æſtibus impuri modus eſt ita nullus amoris,
Exitium præter corporis, atque animæ.

Mors ſine morte amor.

De amore ita quidam canebat:

MORS SINE MORTE AMOR EST, *ſine vita, Carole, vita*
Nec moritur, viuit nec ſibi quiſquis amat.

Amor liuori cognatus.

Amorem liuori cognatum in hunc modum quidam euincebat:

Sunt fratres, & ſunt germani LIVOR AMORQVE.
Ex oculis etenim natus vterque fuit.

Amor dicendus amaror.

Amoris, & amaroris nexus magnus, magna cohærentia eſt, ſcitè ille:

Non amor antiquo fuerat, ſed AMAROR *ab æuo*
Dicendus, cùm ſit ſemper amarus amor.

Prophani amoris paupertas.

534. De prophani amoris paupertate ita quidam ſeriò ludens canebat:

Si tam potens Veneris puer, vti fingitur
Cur nudum vbique cernimus?
An non habet tantum PECVNIÆ *miſer*
Veſtem ſibi vnde compararet?
Nouarini Nuptiales Aquæ.

Luſus in amoris nomine.

In amoris nomine ita ſeriò ludebat quidam Poëta, amoriſque confuſione:

Ergo Chaos denſum rupiſſe putemus amorem,
Qui nihil eſt, aut eſt nil niſi triſte chaos?
Spes, timor, ira, preces, bellum, pax, gaudia, luctus,
Et lachrymæ, & riſus ſunt in amore ſimul.
Afficis his animum ſpectris male ſanus amator,
Nec quid amet nouit prodigioſus Amor.
Odit amãs etenim quod amat: quod & odit, amabit:
Iſtud nonne potes iure vocare chaos?
Quid quod Roma, Maro, Ramo, Mora: quid quod & Armo
Diſſona quæque ſuo nomine geſtat AMOR?
Scilicet vt vani, Chaos eſt effectus Amoris,
Sic Chaos implicitum nomen amoris habet.

Annos amicæ ſe dare paratos dicebant amantes.
Seneca.

Vſitata amantibus formula amori ſignificando erat, vt dicerent paratos ſe amicis annorũ partĕ dare; Seneca de breuit. vitæ cap. 8. *Dicere ſolĕt eis, quos validiſſimè diligũt,* PARATOS SE PARTEM ANNORVM SVORVM DARE: *dãt nec intelligũt, dant autĕ ita, vt ſine illorũ incremĕto ſibi detrahãt, ſed hoc ipſũ an detrahãt, neſciunt: ideo tolerabilis eſt illis iactura detrimĕti latentis: reſtituet annos, nemo iterum te tibi reddet:* Salomon non eſſe meretrici annos exhibendos canit, cum dixit Prou. 5. 7. *Ne des* ANNOS TVOS *crudeli:* mulieri ſcilicet meretrici, quæ omni fera crudelior, in eos maximè ſæuit, quibus maximè blanditur.

Prou. 5. 7.

CAPVT LXII.

Impuri amoris æſtus, & fluctus.

Amoris fluctuatio.
Amoris natatio.
Fluctuatio *de curis.*
Forenſium curarum diluuium.
Amoris fluctus.
Marinos mores *amor habet.*
Amor cymba *minor amans dictus.*
Typhis *amoris quis aicatur?*
Difficile eſt integra rate *amoris æquor enauigare.*
Curarum fluctibus *agitur amoris mare.*
Sattago *flagitioſorum amorum.*
Amantis fluctus.
Semper fluctuat *qui amat.*
Amantis æſtus *extingui nullo* fluuio *poſſunt.*

Amoris fluctuatio.
Fulg.

Habet ſuos impurus amor æſtus, habet ſuos fluctus, mari ſimilis marinos habet mores, varios, inſtabiles. Fabius Planciad. Fulg. l. 3. Mythologiæ Chymeræ vocĕ explicans ait: *Chymera,* quaſi *κῦμα ἔρωτος fluctuatio amoris.* Natantem illum inducit, quia cultores ſuos velut in mari fluctibus iactat, ſic enim ille alius ſcribit lib. 3. de Hero, & Leandro: *Amor cum periculo ſæpè concordat, & dum ad illud ſolum* NATAT, *quod diligit, nunquam videt quod expedit.* Pergit explicans cur natet, & lucernam in aquis deferat. *Hero quoque in amoris ſimilitudine fingitur lucernam ferre, & quid aliud amor niſi flammam ferat, & deſideranti periculoſam viam oſtendat? Citò tamen extinguitur quia iuuenilis amor non diu perdurat. Denique nudus natat illa videlicet cauſa, quod ſuos affectores amor & nudare nouerit, & periculis ſicut* IN MARI IACTARE. Hactenus ille. Nouit ſuos iactare impurus amor, nouit curarum fluctibus obruere. 535.

Amoris natatio.

Fluctuatio de curis. Soph. Herod.

Nā,vt hoc obiter notē fluctuationē de curis quibus animus agitur angitúrque elegāti metaphora dici locupletes teſtes habemus. Sophocles in Electra,& de illa *σαλεύει fluctuat*: Herodianus de Commodo: *Habes animum tantis curis fluctuantem*: ſic viciſſim tranquillum animum dicunt ἀκύμαντον, vt qui careat fluctibus curarum. Ad eum modum, quo dixit Syneſius lib. de Inſomn. *anima vacant forenſium curarum diluuio* Plerique adeò deſipiunt vt perire in hoc diluuio velint, nec arcam Noëtico more ſibi ſtruant.

Forenſium curarum diluuium. Syneſ.

536. *Amoris fluctus.* Propert. *Marinos mores amor habet.* Plaut.

Fluctibus maximè ſubiacent amantium animi, huc illuc vndis impelluntur, nunquam ſiſtunt quiete omnino vidui, Propertius in amantium perſona ita canit:

Scilicet alterna quoniā IACTAMVR IN VNDA.

Marinos habet amor mores, inſtare ſuos poteſt, & in varias partes impellere, ſtare non poteſt, nec ſtabilitatem aliquam induere, aut afferre. Rem fatetur Plautus in Ciſtellaria, cuius hæc ſunt verba: *Ita mihi omnia ingenia ſunt; quod lubet non lubet iam id continuo.*

Ita me amor lapſū animi ludiſicat; fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, deludit.
Modo quod ſuaſit, diſſuadet; quod diſſuaſit id oſtentat,
MARITIMIS MORIBVS *mecū experitur.*

Cui inſtabilitas, & inquietudo placet, amoris ſe fluctibus credat, & in eius aquis vndis ſepeliendus natet.

Amor cymba minor amans dictus. Philoſt.

Quidam vt amoris cymba minor relinqui non vult. Philoſtrati hæc ſunt verba epiſt. ad vxorem: *Ego non relinquar amoris appendix, vt cymba minor.* Alius amoris peritus nauclerus dici vult. Ouidius:

TYPHIS *dicar* AMORIS *ego.*

Typhis amoris quis dicatur. Ouid.

Typhis peritus nauigandi Magiſter erat; de quo Seneca in Medea:

Auſus TYPHIS *pandere vaſto*
Carbaſa ponto, legeſque nouas
Scribere ventis.

537. *Difficile eſt integra rate amoru æquor enauigare.* Ca. ſc. lib. 1. cap 3. Inſtit. Pol.

Sed nulla tam probè inſtructa cymba, quæ in amoris fluctibus facile non pericliteur, ſeſe incautè tam infido mari committat. Nullus tam peritus nauclerus, cuius hîc caſſa peritia nō ſit, & inanis labor ſi amoris impuri vndis ſe crediderit. Illud nimis verum, quod vniuersè de omni amorum Oceano doctus auctor habet: *O quis* INTEGRA RATE *magnum hoc enauiget æquor amorum? quam varius in his fluctibus ludit error, dum mentiuntur tranquillitatem, & momento in tempeſtates exſurgunt, cælo propè metuendas? O! quis modum inſidiis ponet? quis luctantes eruet? Etiam rupes, & montes deuerrunt doloſi fluctus, & excutiunt tanquam pilas, aut calcant tanquam herbam pedibus natam. Ne fide, qui te, ſalutémque tuorum amas, nec te facile credas fraudulento huic amorum Oceano.* MERGET *vbi luſit, & inter oſcula venena iaculabitur, inter amica pocula toxica propinabit, ne fide.* Poterat elegantius, & in noſtram mentem cohærentius?

Curarum fluctibus agitur amoris mare. 2. Reg. 13.

Abundat curarum fluctibus impuri amoris mare, à quibus ſe difficile tuebitur, qui amoris æquor incautus nauigat; ipſemet carnalis affectus mera affiictio, mera tribulatio eſt. 2. Reg. 13. verſ. 1. & 2. *Factum eſt vt Amnon filius Dauid deperiret eam* (Thamar) *valde, ita vt propter amorem eius ægrotaret*; Perit qui impuro amore laborans aliquam deperit. Pagninus ita legit ex Hebræo: *Ex anguſtiis affectus eſt Amnon, vt ægrotaret propter Thamar ſororem ſuam*: ac ſi idem eſſet amare impudico amore mulierem aliquam, & anguſtiis aſfici, curiſque torqueri, & angi. LXX. & *tribulabatur Amnon ita vt ægrotaret.* nempe amor mera tribulatio eſt, & vera anguſtia, qua amore correptus angitur, & torquetur. Etiam Clemens Alexandrinus lib. Pædag. afflictionem eum amore nectit dum ait: *Multi libidinoſi nudatos habent eos, quos amant vel amicas, vt ne ſi velint quidem, poſſint afflictiones amoris obliuiſci.* Ægrè afflictionem ab impuro amore ſeiungas. Tangit, & damnat æui ſui morem, quo aliqui in annulis nudos eos geſtabant, quos amabant, vel nudas amicas, vt nulla eos illorum inuaderet obliuio.

LXX. Clem. Alex.

538. *Sartago flagitioſorum amorum.* S. Auguſt.

Senſit impudici amoris afflictionem, curarum fluctus, & æſtus etiam ſanctus Auguſtinus, antequam diuini amoris aquis innataret, & rem nudè fatetur lib. 3. Cōfeſſ. cap. 1. *Circumſtrepebat*, inquit, *me vndique ſartago flagitioſorum amorum.* Martyres olim ſartagine cruciabantur, impudicus amator tanquam ſatanæ martyr impuri amoris ſartagine lubens cruciatur.

Amantis fluctus.

Amantis fluctus ſcitus Poëta amantis voce depingebat, qui loquentem ſic facit:

Non freta, non SVRTES *æquant me* FLVCTIBVS *Afra*
Cum rota me vertat, qua male diſcrucior.
Orta nec eſt alio tempeſtas ſidere, quàm quod
Allicit, & mox me ſana puella fugat.

De amoris vndis, & fluctibus ita quidā canebat:

Reſtincturus AQVIS *ingentes pectoris* ÆSTVS
Aut animam PELAGO MERGERE *pronus eram.*
Aut ſedaturus decumanos pectore fluctus
In flammas Æthnæ me dare præcipitem
Sed potis haud pelagus curare, nec Æthna quod opto
Abſorpti iuris illud, & illa forent.
Oceano maior decuplo cor verberat vnda:
Ignis, & æthereo grandior igne flagrat.
Neutrius alterutram vis vim compeſcere tentat,
Trux Aquilo tantum robur vtriſque dedit.
Æſtuo nec poſſum comburier æſtibus hiſce;
Fluctuo, nec mergi fluctibus hiſce queo.
O ignes ipſi has flammas extinguite flammis:
O vnda hos fluctus fluctibus obruite.

539. *Semper fluctuat qui amat.*

Sēper fluctuat, qui amat, teſtes illi illius æſtus.

Hinc animum iugo
Premit cupido turpis, & vinci vetat,
Et inter iſtas mentis obſeſſæ faces
Feſſus quidem, & deiectus, & peſſundatus
Pudor rebellat, FLVCTIBVS *variis agor;*
Vt cum hinc profundus VANTVS, *hinc* ÆSTVS *rapit,*
Incerta dubitat vnda, cui cedat malo.

Ita loquitur Clytemneſtra apud Senec. in Agamen. act. 2.

Amantium æſtus extingui nullo fluuio poſſunt. Philoſt.

Æſtuant amantes, & aquas petere ſolent, petebat Philoſtratus in Epiſtolis, ita tamen vt fateretur amoris æſtum aquis non extingui, ex fluuiis, fontibuſque peritis; hæc eius verba: *In ſummo periculo conſtitutus,* AQVAM *peto, ſed nemo fert, quoniam quæ flammam hanc extinguat reperiri omnino non poteſt, ſi quis afferat ex fonte, ſi quis è* FLVVIO *ſumat: nam ab amore ipſa quoque aqua ſentit incendium.* Ab incendio ad incendium ibunt, à flammis, ad flammas, eaſque perennaturas, niſi aliam ebibant mentem, qui inſano amore corripiuntur.

CAPVT

CAPVT LXIII.

De amicitiæ fonte, amicorum aquis.

Amicitiæ *encomia.*
Vena, *amicitia dicta.*
Fluminis *metaphorâ familiaritas, & amicitia notata.*
In vita huius pelago *amici fidi auxilium quàm neceſſarium.*
Inimicitia in aqua *ſcribenda non amicitia.*
Amicitiæ nomen facile mergitur.
Fidus amicus in fortunæ fluctibus *gratior, quam nautis tranquillitas.*
Scopulis *nocentior infidus amicus.*
Amicitia in nauigatione *inita.*
Probandi prius amici *quam eis vt vaſis ſecretorum aqua committantur.*
רע *quid? quid* רעה?
Non veri amici *qui ſe paſcere ſtudent.*
Ex רע *formatur* ער *& ex* amico inimicus.
In calamitate qui erant amici inimici *fiunt.*

540. GAlamũ ab impuri amoris aquis iã ſubduco, poſſem & omnium mentes, animoſque, vt nullus deinceps in illius fluentis nauigaret, nullus illius fluctibus ageretur: amoris pudici amore omnes tenerentur, diuini amoris flammis omnes æſtuarent? Opto iſtuc potius, quam ſpero: interim vt purius aliquid offeram de amicitiæ fonte amicorum aquis aliqua libabo, ſed libabo dumtaxat.

Amicitiæ encomia. Caſſiod.

Amiciriam ſic efferebat Caſſiodorus in prologo lib. de amicit. *Amicitia eſt diuitibus pro gloria, pauperibus pro cẽſu, exulibus pro patria, imbecillibus pro virtute, pro medicina ægrotis, mortuis pro vita:* ſed nos in aquæ metaphora ſiſtamus.

Vena amicitia dicta. S. Auguſt.

Venæ amicitia ſolet compatari: ſanctus Auguſtinus lib. 4. confeſſ. cap. 1. VENAM AMICITIÆ *coinquinabam ſordibus concupiſcentiæ:* & cap. 1. *Et hoc illa* VENA *amicitiæ eſt.*

Fluminũ metaphora familiaritas, & amicitia notata. Hebr.

Fluminis metaphora familiaritatem, & amicitiam notatam teperio apud Hebræos: hinc illud: *Quid contines te immemor fluminum familiaritatis priſtinæ, cuius* AQVÆ *non mentientur, datura fructum ſuum in tempore ſuò.*

541. *In vita huius pelago amici fidi auxiliũ, quàm neceſſarium.* Cord. Lep.

In vitæ huius Oceano amici fidi auxilium ceruorum ſimilitudine ſcitè explicabat Cordeſius Lepidus hiſce verſibus:

Cerno debilis eſt ceruix: hinc quando neceſſe eſt,
Coniuncti tranant ſalſa FLVENTA *greges.*
Alter enim alterius ceruicem clunibus infert;
Vt ſimul alternâ quiſque iuuetur ope.
Omnibus in rebus fido ſocieris amico:
Conſiliis etiam ſis comes ille tuis.

Inimicitia in aqua ſcribẽda, non amicitia. S. Iſid Peluſ.

Vt aquæ, & fonti ſimilis amicus ſit, at in aqua ſcribi amicitia non debet, debet inimicitia, hinc illud ſancti Iſidori Peluſiotæ lib. 3. epiſt. 211. *Inimicitiam in* AQVAM *ſcribere oportet, vt quamprimum oblitteretur, amicitiam autem in æs incidere, vt perpetuò firma, & immota conſeruetur.*

Amicitiæ nomen facile mergitur. Max. Tyr.

Aquæ ſimilis amicitia eſt, ſed ſuis ipſis aquis mergitur, vt vix appareat: hinc illud Maximi Tyrij diſſert. 36. *Ab omnibus negatur, penituſque* MERGITVR AMICITIÆ NOMEN, *vix vt minima, tenuiſſima eius apparere queant veſtigia.*

542. Amicus verus gratior amico, qui aduerſæ fortunæ fluctibus agitetur, quam ſit nautis maris tranquillitas poſt tempeſtatem: Scitè Eurip. in Oreſte: *Fidus amicus in rebus aduerſis iucundior eſt viſu, quam* NAVTIS TRANQVILLITAS.

Fidus amicus in fortuna fluctibus gratior. quam nautis tranquillitas. Eurip.

Quid ſi infidus? ſub malacia tempeſtatem occultat, ſcopuloſque quibus amici nauis alliſa, mergatur: nam doloſam, fictamque amicitiam, & amicitiæ larua decipiens ſcopulis ipſis nocentior eſt. Lucil. in Anthol. Græcorum lib. 2. cap. 15. epig. 1. ita loquitur:

Scopulis nocentior infidus amicus. Lucil.

Omnibus enim hominibus ego multo meliorem dico
Manifeſtam inimicitiam doloſâ amicitia:
Dicunt & NAVIBVS *in mari errantibus peiores*
Sub marinas petras manifeſtis ſcopulis.

Lepidè ille de amicitia in nauigatione cum alio inita:

Amicitia in nauigatione inita.

OCEANO *quodcumque ſolet fundarier, illud*
Infirmum, & fluxi ponderis eſſe ſolet.
Noſter at hic mediis amor enutritus in vndis
Viuet: namque amor hinc, & VENVS ORTA MARI.

Probandos amicos prius, quam eis ſecreta cõmittãtur, teſtæ exẽplo, cui aquã immittũt pretioſum aliquid immiſſuri, ſic quidam explicabat: 543.

Probãdi prius amici quam eis vt vaſis ſecretorum aqua cõmittantur.

Quam prius accipiat pretioſum teſta liquorem
AQVA *probare eam ſolemus inditâ.*
Rebus in exiguis fac ante probetur amicus
Secreta quam commiſeris ei tua.

Amicus apud Hebræos רע dicitur à verbo רעה quod ſignificat paſcere, ſe, & paſci, quia inter greges ſimul paſcentes mutua eſt amicitia, & ſocietas, vt ille ait, aut etiã quia plerumque amici qui a vera amicitiæ notâ abeunt ſub fictæ amicitiæ velamine cupiditatem ſuam paſcunt, commoda ſua quærunt, quærunt ſe; vt menſæ potius amici ſint, quam hominis.

רע quid, quid רעה. Nõ veri amici qui ſe paſcere ſtudent.

Velamina ſi auferrentur plures qui amici faciẽ circunferunt hoſtes, & inimici reperirentur, רע amicus dicitur, nomẽ ſi tantum inuertas formatur ער quod inimicum, & aduerſarium ſignificat, vt ex nominis inuerſione inimici nomen ſit, quod erat amici, ſic ex rerũ euerſione ſit inimicus, aut certè amicus fictus probatur, qui ſe fingebat amicum: Bene Euripides in Oreſte: *Nomen non rem habent amici qui non in calamitatibus ſunt* AMICI; huc facit & illud Boethij lib. 3. Philoſoph. Conſol. proſ. 5. *Quem felicitas* AMICVM *fecit, infortunium facit* INIMICVM; Et illud Cæſaris lib. 3. de bello Ciuili: *Plerunque in calamitate ex* AMICIS INIMICI *exiſtunt*; ſed verè non veri amici, quos calamitas facit inimicos, veros amicos amici calamitas probare poteſt, mutare non poteſt.

Ex רע formatur ער ex amico inimicus.

In calamitate qui erant amici, inimici fiunt. Eurip. Boeth. Cæſar.

CAPVT LXIV.

Quid edere, quid panis?

Edẽdi, & comedẽdi *verbũ in obſcœno ſenſu*
Eſuries, & ſaturitas *in re, quæ honeſtè nominari nequit.*
Gula *de luxuria.*
Edendi *metaphora luxuriæ peccatum circumſcriptum.*
Semper famem *patitur impura voluptas.*
Panis fornicarij *quis.*
Fæmina qualibet luxuriæ mancipio panis *dulcis.*
Mellita placenta *in nuptiis.*
Panis *de concubitu.*
Comedere *obſcœnam notionem continet.*

Esûs *nexus.&* operis nuptialis.
Panis *nomen in ſenſu obſcœne.*
Os rodere *de vxore.*

544. *Edendi, & comedendi verbum in obſcœno ſēſu.* Lucul.

AQuam de licitâ, aut etiam illicitâ Venere honeſtè dici luculenter ſuperius ex omnibus fontibus probauimus, à potu ad cibum nauigo, ab aquis ad panem. Et in primis comedendi, edendi verbum in obſcœno ſenſu ſumpſit Lucul. lib. 4. ſat.

COMMANDVCATVR *totum complexa*, COMESTQVE.

Nam aliam præter vſitatam notionem in his verbis latere etiam alij notauêre, etiam Apuleius 8. Metamorph. *caue ne ſolus* EXEDAS *tam bellum ſcilicet pullulum*: neſcio quid parum pudicum ſub exedendi verbo deliteſcere obſeruatum à nonnullis eſt.

Eſuries, & ſaturitas in re, quæ honeſtè nominare nequit. Hebr.

Huc facit elegans, & verum dictum Hebræorum, qui eſuritionis, & ſaturitatis nomen ad rem quæ honeſtè proferri nequit accommodant, & celebris hæc ſententia apud illos circumfertur אכל קטן יש בו באדם משביעו רעב ברעיבו שבע Latinis verbis, Latinis auribus non conſulo, vt conſulam pudori; Hebraicè periti vident eſuriem, & ſaturitatem ad rem ſignificandam vocatam, quam diximus, imperiti verò credent.

Gula de luxuria. S. Hier.

Gulæ metaphora in hoc quoque ſenſu vſus eſt ſanctus Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinianum cap. 20. dum ait: *Vxoris ardentiſſimam* GVLAM FORTVITA LIBIDO *reſtinguat*: quod nefas eſt, fas tamen Iouiniani argumento futurum.

545. *Edendi metaphora luxuria peccatum circumſcriptum.*

Edendi metaphora luxuriæ peccatum circum-
ſcripſit prudens illa mulier, quæ Filiolæ virgunculæ quærēti, quid ſit luxuriæ peccatum, reſpōdit, eſſe eſum placentæ non butyratæ, vt vulgò dicimus: interroganti verò quid ſit matrimoniū; dixit cum Hiſp. eſſe data lanæ penſa in fila deducere, parere, lachrymare, ſic vt intelligendo nihil intelligat, & vidēs nihil videat. Hiſp. Prou. *Madre, que coſa et caſar?* Hyſp. *hilar, parir, llorar.*

Semper famē patitur impura voluptas. B. Laur. Iuſt.

Edit qui fornicatur, aut alienas vxores inuadit, ſed nunquam ſatiatur, famē ſemper patitur hæc voluptas, de qua ita ſcribit Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de continētia: *Polluitur animus huius peſtis colluuione fœdatus: Voluptas breuis eſt, quæ quo auidius hauſta eſt eo citius in contrarium vertitur,* SEMPER FAMEM PATITVR, *cum non habetur, cum autem habita fuerit prærumpit dolor, angit mœror, hebetatur mens.*

Panis fornicarij quis. S. Chryſ.

Ex his, quæ produximus immitti ſua lux pleriſque ſacrarum litterarum locis poteſt, quæ viciſſim ea quæ diximus, & illuſtrant, & confirmant; Sapiēs Eccleſiaſtici 23. verſ. 24. panis metaphora opus quod verecūde, nominari nequit, circumſcripſit, cum ait: *Homini fornicario omnis panis dulcis eſt: non fatigabitur tranſgrediens vſque ad finem*: ſeu vt legit ſanctus Chryſoſtomus orat. 1. in 1. epiſt. ad Theſſal. *Scortatori omnis* PANIS *eſt dulcis non ceſſabit donec fuerit deuoratus*: ſenſus eſt; Libidinis mancipio viliſſimum quodque ſcortum, humiliſſima quęque Venus grata, & ſapida eſt. Bonartius Oliuerius ad hanc mentem: *Omnis illis* PANIS *dulcis id eſt qualibet* FÆMINA, *quamuis exoleta, lurida, olida placet, vt cupiditatem expleat, & vſus, ſiue appetitum ſatiet.* Cornelius eodē ſenſu: *Homo aſſuetus fornicationi irruit in quaſlibet mulieres omnis fœmina ſiue pulchra ſit, ſiue turpis, ſiue pauper, ſiue diues, ſiue iuuenis, ſiue ſenex ei videtur dulcis, ſicut famelico dulcis videtur, & ſapidus quilibet* PANIS *etiam ater, & durus. qualibet ergo fœmina quaſi pane os, id eſt appetitum luxuriæ ſuæ implet, & ſaturat.*

Fœmina qualibet luxuriæ mancipio panis dulcis. Bonart. Oliuer. Corn.

Mellitæ placentæ in nuptiis Athen. LXX.

Pineda vbique oculatus, eruditusque vbique 546.
lib. 5. de rebus Salomonis cap. 4. num. 13. putat hic alludi ad panem mellitūm, qui in nuptiis dabatur ſponſis, ac deinde conuiuis, ex quo nuptię dicebantur contrahi confarreatione, quia panis ille erat farraceus aut far teſte Athenæo lib. 7. Alex. lib. 2. cap. 5. & Cœlio Rhod. lib. 24. cap. 15. vnde ſponſus inuitans ſponſam ad hanc placentam mellitam dicebat Cant. 5. 1. *Comedi fauum cum melle meo*, vbi LXX. *Cōmedi panem meum cum melle meo*, erit ergo ſenſus ad Pinedæ mentem: Scortator proiectiſſimus eſt ad omnem cuiuſlibet fœminæ voluptatem, neque minus ardet quauis occaſione oblata, quam ſi primas nuptias celebraturus eſſet, ac mellitam placentam nuptialem deguſtaturus: ſapidus hic ſenſus, & aliis viſus, & acutiſſimè excogitatus.

Panis de concubitu. Agell.

In re conuenimus, in alluſione nō facile allata ſubſignarim, cum violenta nonnihil ſit, & ſimplicior, cohærētior, atque etiam plenior euadat horū verborū explicatus, ſi purè ad edēdi & panis metaphorā reſpiciatur, qua ſolent vti honeſtæ mulieres, vt ex his quæ dedimus elucet, ex aliis quoque ſacræ ſcripturæ locis apparet, quorum aliqua cōgeſſit noſter Agellius in Pſal. 140. vbi ait: *Nam* PANIS APPELLATIONE *ſeu cibi nonnunquam ſacra littera honeſtè concubitum vocāt: ſic aliqui volunt in Geneſi accipiendum eſſe quod de Puthiphare dicitur cap. 39. eum nil aliud noniſſe in domo ſua, præter panem quo veſcebatur. Et in Eccl. cap. 23. homini fornicario omnem panem dulcem. Et in Prou. cap. 30. mulier adultera cum comederit abſterſo ore ſe nihil mali operatam dicit, & ſimillimus locus huic Pſal legitur cap. 9. Prouerbiorum vbi ſtulta mulier vecordem iuuenem illicit dicens: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.* nihil poterat cohærentius dici, nihil opportunius.

Comedere obſcœnam notionem continet.

Quo ad locum cap. 30. Prou. aliter ſentit Salazar, ait enim: *Hæc verba, quæ comedit, & tergit os ſuū dicit, ad obſcœnam quandam ſignificationem conuertunt Hebræi, parum elegantem metaphoram commenti. Sed tamen quis obſcœnam adeo expoſitionem non repudiet?* Et verò non videtur tam facile repudianda, nec facile ei expoſitioni ſubſignarim, quam ipſe tradit, vt comedere de nudis epulis accipiatur quibus delicioſè mulier vtatur, vt magis excolat formam, pulchritudinemque augeat, ſed cum comedēdi verbum opus quod honeſtè nequit exprimi niſi circumſcribatur ſignificet, quis tanquam alienum, parumque cohętētem hunc explicatum & damnet, & repudiet.

Eſûs nexus, & operis nuptialis. Pſal. 140. LXX. Agell.

Magnus nexus eſus, & operis nuptialis, Pſal.
140. *Non communicabo cum electis eorum.* Symma- 547.
chus μὴ δὲ συμφάγοιμι τὰ ἡδέα αὐτῶν *neque ſimul veſcar ſuauibus illorum cibis.* Hebr. אלחם *manducabo.* LXX. καὶ οὐ μὴ συνδυάσω *ſed non combinabor* vt Latini etiam codices habent, Vnde Agellius hîc; *Videtur*, inquit, *LXX. in ſignificatione concubitus accepiſſe vt ſit ſenſus: neque combinabor cum electis eorum: nullo modo, inquit ſim eorum ſimilis, quam nihil ſancti in* MATRIMONIIS *habent nihil inuiolati, & electa eorum, & ſuauitates, ne vnquam in* CIBO SVMAM, *nunquam imiter eorum in concubitu voluptates.*

Panis nomen in ſenſu obſcœno. Herod.

Panis nomē in obſcœnis etiā externi adhibuēre: Hinc Herodotus lib. 5. cui Titulus Terpſichore, hic enim Periandro, qui cū defuncta muliere

rem

tem habuerat, Meliſſa ait: *Quòd in furnum quum frigeret Periãder im miſiſſet* PANES, Quod ænigma de re ſibi conſcius Periander intellexit ſtatim.

Os rodere de vxore. Ben-Syr.

Denique, vt definiam, ferendam vxorem eſſe, oſſis, quod ægre quis rodit metaphora ſapiens quidam ſignificabat. Ben-Syra Hebræorum antiquiſſimus, cuius pleraque monita ad nos deuoluta ſunt: Conſolenti an expediret repudiare vxorem, quam malam haberet, reſpondit (Ben-Syra) Os, *quod cecidit in ſorte tua*, RODITO. Sic R. Nathan in Talmud. Poſſem huc alia iis, quæ adduximus firmandis, & illuſtrandis, afferre; ſed hæc quæ diximus ſatis inſtituto noſtro ſunt, cùm multa alia calamum ad ſe vocent, nec ſinant diu in vna re immorari.

CAPVT. LXV.

Aliud quid facere, quid in ſacris litteris ſit, quid manus, quid loqui?

Aliud quid facere, *quid apud Apoſtolum*.
Facere *in obſcœno ſenſu.*
Quid agere, *quid* facere *in ſacris.*
Manus *de opere nuptiali.*
Aliud quid facere *de coniugij vſu.*
Facere *pro miſereri.*
Facere, *& benignè facere in Deo cohærent.*
Faciendi *nexus, &* Saluandi.
Amare *pro frui re amata.*
Amoris *honeſto vocabulo obuelatum quod non honeſtum.*
Amandi *verbum de opere nuptiali.*
Tempus amantium *tempus ſponſalium.*
Beneuolentia, *&* dilectio *de debito coniugali.*
Loqui, *&* colloqui *in ſenſu obſcœno.*
Loquutio *de mulieris cognitione.*

548. PAnis mentio, de quo ſuperiùs egimus, feret nos alia huc conuehere, ſub quibus aliud deliteſcit ac prima fronte videatur, vt honeſtati, & modeſtiæ litetur; panis aliorum ferculorum conſortium non admittit tantum, ſed & requirit, vt ſapidior ſit; hic quoque poſt panis notionem aliam aliorum verborum adiicio, vt & ſententiarum quarumdam ſenſus aperiatur, & liberioris, inhoneſtiorisque loquutionis aditus obſtruatur.

Aliud quid facere quid apud Apoſtolum. 1. Cor. 10. 31. Lyran. Theoph.

Apoſtoli verba ſunt 1. Cor. 10. 31. *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*: Quid eſt *aliud quid facere* non eſt adeo notum, vt redundantis ſit operæ explicare: Placuit pleriſque ſenſus, quem prima fronte afferunt ipſa verba, vt de quacunque operatione vniuerſè ſumatur præter edendi opus, & bibendi, quod expreſſerat Lyranus: *Vel aliud quid facitis, quantum*, inquit, *ad alia negotia vos contingentia*. Theophilactus hic: *Simpliciter autem quamcunque rem in gloriam Dei quiſpiam agit, quando neque alium ſcandalo quopiam lædit, neque ſe ipſum vt ſi nihil agat, vt hominibus placeas, neque prauo aliquo animi affectu*: non reiicio hunc ſenſum, non repudio, quò quia illum verba ferunt, offerunt auctores probi: Verum alium iudico magis latentem, quem facile peritus lector obuio illi, cuius ſuperius facta eſt mentio præferet, cùm probatum viderit, & confirmatum: ſenſus talis eſt: ſiue manducatis, ſiue bibitis, ſiue etiam operi nuptiali operam datis, omnia Dei gloriam reſpiciant, in Dei honorem cuncta reſiliant, vt velit Apoſtolus non ſolum opera ex ſe bona, & ſpiritualia in Deum, Deique gloriam referenda, ſed etiam ea, quæ frequenter a Deo ſoleut homines auocare, Deique cogitatione, & cultu, vt comedere, bibere, & liberorum procreationi vacare.

Hoc vt ſtabiliam præmitto vſitatum eſſe & prophanis, & noſtris, vt *faciendi* verbum in obſcœno ſenſu adhibeatur: Petronius: *Quare non* FACIMVS? integer verborum contextus, quæ ibi habentur, apertè oſtendunt *facere* præter vſitatam notionem ad opus, quod honeſtè non poteſt nominari traducendum; ſed noſtros adeamus: ſanctus Ambroſius cap. 2. ad virginem deuotam ita loquitur: *Melius fuerit te non vouiſſe, &* FACERE, *quam vouere, &* FACERE: loquitur de Virgine cui melius eſt non vouiſſe virginitatem, & à viro cognoſci, quàm vouiſſe, & cognoſci: cum votum reddat illicitum quod non erat: ſanctus Hieronymus idem verbum eodem ſenſu extulit epiſt. 47. quæ eſt de vitando ſuſpecto contubernio: ait quippe: *Quid tu facies puella ſani corporis delicata inter vineas, & ficulneas, iuxta adoleſcentulos, quæ etſi rogata*. NON FECERIS, *tamen formæ putes teſtimonium, ſi rogeris*? non feceris, ideſt, non deuirgineris. Rurſus ſanctus Ambroſius lib. 8. epiſt. 64. de Virgine loquens ait: *Facilius eſt vt refutet quod nunquam* FECERIT, *quam quod fecerit*, honeſto verbo inhoneſtum opus operuit.

549. *Facere in obſcœno ſenſu.* Petr. S. Ambr. S. Hier.

S. Ambr.

Ex his quæ hucuſque diximus illuſtrare illa verba poſſumus, quæ habentur 2. Reg 13. 2. *Cum eſſet Virgo* (Thamar) *difficile eis* (Amnon) *videbatur, vt quidpiam inhoneſte* AGERET *cum ea*: in fonte eſt tantum *agere*, interpres ad lucem, & explicatum aduerbium illud, *inhoneſte* addidit: hinc Pagninus ea Hebræo vertebat. *Difficile erat in oculis Amnon facere ei quicquã*: ſic & LXX. *Difficile in oculis Amnon* FACERE *quicquam ei*, id eſt rem habere cum eâ, eam cognoſcere.

Quid agere, quid facere in ſacris. 2. Reg 13. 2. Hebr. Pagn.

550. Porrò cũ agere, & facere nuptiale opus ſignificent non eſt mirum ſi *manus* quoque præcipuũ operis, & actionis inſtrumentum eadem notione in diuinis litteris adhibeatur, quo ſenſu accipiẽdum alibi diximus, alibi probauimus illud Danielis, lapidem è monte eſſe præciſum ſine manibus, & præter adducta in huius rei confirmationem hic addo illud S. Auguſtini, qui in Pſal. 98. ita loquitur: *Quid eſt præciſum de montibus ſine manibus: Natus de gente Iudæorum ſine opere hominum. Omnes enim qui naſcuntur de* OPERE MARITALI *naſcuntur: ille ex virgine natus*, SINE MANIBVS *natus eſt, per* MANVS ENIM OPVS HOMINVM SIGNIFICATVR, *quo manus humanæ non acceſſerunt, vbi maritalis amplexus non fuit, fœtus tamen fuit*.

Manus de opere nuptiali. S. Auguſt.

Sed ad Pauli verba redeamus, eius in loquendo modeſtia facile mihi perſuaſerit per illud, *ſiue aliud quid facitis*, nuptiale opus ſignificare voluiſſe, non aſſero nudum illud verbum *facitis* hoc claudere, vt præmiſſis auctorum dictis dixi, ſed ſaltem integram Apoſtoli ſententiam huc vocandam: Opportunè adeſt

Aliud quid facere *de coniugij vſu.* Orig.

Origenes, qui hom. 5. in Geneſim poſt producta Apoſtoli verba, ſtatim ſubdit: *Quod enim poſt manducare, & bibere dixit, ſiue aliud quid facitis, inuerecunda* CONIVGII NEGOTIA VERECVNDO SERMONE SIGNAVIT, *oſtendens etiam ipſa ad Dei gloriam geri, ſi poſteritatis ſolius contemplatione procurentur.* Hæc Origenes, cuius verbis nihil illuſtrius ad hunc ſenſum afferri poſſet, nihil aptius.

Facere pro miſereri. Pſal. 115. 2.

Facere, & benigne facere in eo cohærens.

Sed quia hîc ſumus aliud de faciendi verbo ſubnectam, quod non adeo tritum, obuiumque eſt: obſeruo in ſacris litteris facere abſolutè poſitum ſignificare facere miſericordiam; ſic intelligitur illud Dauidis Pſalm. 115, 2. *Magnificauit Dominus facere cum eis:* Euthymius ait Hebraïca phraſi in faciendi verbo delitéſcere *miſericordiam*; quod firmat etiam Chaldæus interpres qui vertit: *Benignè* FACERE *cum eis*; adeo propria Dei miſericordia omne illius opus maxime miſericordiam redoleat, benignitatem ſpiret, licet hominum oculis aliter videatur.

551. *Faciendi nexus, & ſaluandi.* Agell.

Præterea, quod dictis cognatum eſt; facere eſt etiam ſaluare; egregiè noſter Agellius harum occultarum notionum ſedulus inueſtigator, & venator in Pſalm. 150. ita ſcribit: *Poteſt etiam (in eo qui fecit eum) in eo qui ſaluauit eum accipi, nam ſimilia in Hebræo ſunt verba* FACIENDI *ac* SALVANDI, *& ſæpe alterum pro altero à LXX. ſumptum eſt*; quod maximè locum habet, cum de Deo ſermo eſt, cuius omnis actio in eorum ſalutem, quos fecit, conditque collimat, & conſpirat; ſed ad alia pergamus.

Amare pro frui re amata. Plaut. Terent.

Amoris honeſto vocabulo obuelatum quod non honeſtum. Philo.

Amandi quoque verbum plerumque maiorem vim habet, quam prima fronte præſeferat, ſignificatque amore ipſo frui réque amata; Plautus in Bacchid. *Sine te* AMEM; nudum amorem impedire nullus poteſt, cum obiectum amoris ſit. Terent. in Eunuch. *Certè extrema linea* AMARE *haud nihil eſt*; amare hîc interprete Donato eſt amore ipſo frui. Philo quoque amoris honeſto vocabulo obuelari ſolitum quod adeo honeſtum non erat, ſignificat hiſce verbis lib. de ſpecialibus legibus: *Germanum cognatum adulterio crimen eſt puellarum vitiatio, quandoquidem vtrumque ex eadem matre incontinentia naſcitur: vtrumque à quibuſdam res turpes appellatione honeſtiore prætexêtibus* AMOR VOCATVR, *quia veram fateri pudet.* Ad ſacras litteras pergo quarum cauſa hæc quæ diximus præmiſi.

552. *Amandi verbum de opere nuptiali.* Gen. 29. 32.

Peruelluot mihi autem ea quæ de amore protuli, vt lucem illis verbis immittam, ſuoque ſenſu veſtiam ea verba, quæ habet Lia Geneſ. 29. 32. *Vidit Dominus humilitatem meam, nunc* AMABIT *me vir meus*, ideſt hærebit mihi me potietur, nam ſtatim additur: *Rurſumque concepit, & peperit filium*, vt videas de nudo eam amore non loquutam, quin verſ. 34. ait. *Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus*, quæ verba eundem ſenſum efficiunt, eademque ſenſa ab eadem prolata, ac ſuperius producta, nec nouum, inſolenſque vt diligendi verbum nuptiale opus ſonet, claudatque Geneſ. 30. verſ. 20. *Etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei ſex filios*; LXX. *Diligit me vir meus, peperi enim ei ſex filios*, vt diligere mulierem, ac eum eâ habitare in idem reſiliat, eidemque rei ſignificandæ adhibeantur.

Gen. 30. 20.

LXX.

553. Et vniuersè nuptiale eſſe verbum amandi firmant etiam illa verba apud Ezechielem cap 16. 8. *Ecce tempus tuum tempus amantium*, Aquila, *tempus ſponſalium, & nuptiarum*: Theodotion: *tempus vberum*; huc vocari fors & illud poteſt, quod habet Salomon Prou. 5. verſ. 19. *Vbera eius inebrient te, omni tempore, in* AMORE *eius delectare* iugiter; & illud de Sampſone Iud. 16. 4. *Poſt hæc amauit mulierem, quæ habitauit in Valle Sorec, & vocabatur Dalila*; quia nimirum eâ potitus eſt, nam paulo ante præmiſſum erat: *Abiit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingreſſuſque eſt ad eam*: quod aliud importare, quam nudum amorem, notius eſt, quam vt pluribus coner id confirmare.

Tempus amantium, tempus ſponſalium Ezech. 16. 8. Aquila. Theod. Prou. 5. 19. Iud. 16. 4.

Beneuolentia, & dilectionis de debito coniugali. 1. Cor 7 3.

Ab hoc non eſt valde diſſitum, quo beneuolentiæ, & dilectionis nomine matrimoniale debitum circumſcribitur; certè 1. Corinth. 7. 3. illud: *Vxori vir debitum reddat*: Græcus ita extulit: τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω quæ verba ſic vertunt aliqui: *Vir vxori ſuæ beneuolentiam debitam reddat*: nomine coniugij debitum contegi nemo non videt.

554. *Loqui, & colloqui in ſenſu obſcæno.* Dan. 13. 54. S. Auguſt.

Aliud verbum produco, quod immune ab omni rei impuræ notione videtur eſſe, ſed non eſt; loquendi verbum, & colloquendi obſcœnum neſcio quid tegit in diuinis litteris: Danielis 13. 54. *Dic ſub qua arbore videris eos colloquentes*, ideſt, nefarium opus peragentes: ſunt enim hæc verba illorum honeſtior repetitio, quæ accuſatores effuderant verſ. 37. *Venitque ad eam adoleſcens, & concubuit cum ea*: Daniel honeſtati litans: honeſtiori vocabulo rem operuit, & colloquendi verbo eſt vſus: ſicut etiam verſ. 57. *Illi timentes loquebantur vobis*: firmo hanc explicationem ea ſancto Auguſtino quæſt. 78. in Exod. *Conuerſationem non fraudabit: Græcus habet ὁμιλίαν, id eſt locutionem, quo nomine intelligitur ſcriptura honeſtius appellare concubitum: namque apud Danielem contra Suſannam falſum teſtimonium dicentes ſeniores*: Venit, *inquiunt, ad eam adoleſcens, qui erat in latenti abſconditus, & concubuit cum ea, Daniel autem de hoc ipſo interrogans ait: ſub qua arbore vidiſti eos loquentes? quod illi dixerant concubuit cum ea*: hæc ille, & alia plura, quæ ille rei affirmandæ affert: ſic etiam accipit illud eiuſdem prophetæ: *Illæ timentes loquebantur vobis*, legit enim: *Illæ timentes acquieſcebant vobis*: addit: *Græcus autem habet ὡμίλουν ὑμῖν loquebantur vobis, quo ſignificatur concubitus.* Apparet igitur apertiſſimè, *loquendi* verbum aliud claudere, quam prima fronte videatur. Poſſem diuinis litteris explicandis alia verba proferre in medium, quæ ſub honeſta appellatione rem inhoneſtam contegunt, & operiunt. Sed illa quæ producta, ſatis erunt docto lectori, & puritatis modeſtiæque cultori, & fini quem mihi hic præfixi: Prudens plura de hac re non adiicio, quod ſi nimius alicui viſus fuero, cogitet me huc veluti coactè tractum, & ſanctitatem illam, quam in verbis adhibent ſacræ litteræ, hoc à me elicuiſſe.

Locutio de mulieris cognitione. Dan. 13. 5.

* * *

EXCVR

Digitized by Google

EXCVRSVS XL.

Obſcœna verba luxuriæ vndis mergunt & mortem afferunt.

Effundi vt aqua *de oris incontinentia.*
Verba aquatica *quæ?*
Laſciua lingua ſe mergit,*& alios.*
Irati maris vndæ *minus timendæ , quàm* impuræ voces.
Verba ſubmerſionis *quæ.*
Gula linguæ tempeſtas.
Vndarum *impetu nauis non inſtructa periclitatur,verborum impudicorum fuſu mens imparata.*
Per linguæ incontinentiam *ad carnis luxuriam itur.*
Impurus ſermo fomentum *concupiſcentiæ.*
Pudicitiæ impura verba *valde nocent.*
Cadauere fœtidiora *impudica verba.*
Sepulchrum *inhoneſtè loquentium os.*
דבר *quid*,ſermonis *nexus,&* mortis.
Mors *ingreditur per os turpiter loquentis.*
Olim defuncti *extra vrbem ſepeliebantur.*
Extra vrbem reiici deberent,qui mortua , *&* *aërem inficientia* verba *proferunt.*
Caſtitatis amator obſcœna verba *proferre plus timet, quàm* mortem.
Impura verba *audienda minimè ſunt.*
Obſcœna verba ſputa Diaboli *dicta.*
Linguam Euchariſtiæ vehiculum *obſcœni ſermonis impuritate impurare quam indecens.*
Caſtitas in lingua inhabitat *ſi cordis* habitator *ſit Chriſtus.*
Os ſanctorum aperit Deus , *impiorum* Diabolus.

555. *Effundi vt aqua de oris incontinẽtia* Gen. 49.4. Rup.

TVrpia verba , & quæ incontinentiam præferunt aquis comparari poſſunt , in quibus caſtitas naufragium ſubit,& perit: nec inſolens aquas de noxio ſermone dici. Rupertus explicans Moſis verba,Geneſ.49.verſ.4.vbi Iacob ad Ruben: *Effuſus es*,inquit,*ſicut aqua,non creſcas*,ad oris incontinentiam flexit,dum ita ſcribit lib.9. Comment.in Geneſim cap.16.*Effuſus es*,inquit, *ſicut aqua,videlicet per oris tui incontinentiam. Incontinenter enim , & ſine diſcretione* FLVVNT *heretici verbis aquaticis: ſicut enim ciſternæ veteres, quæ non valent continere* AQVAS. Aquas vniuerſe euomunt , quibus auditores ſuos obruant qui impura,& obſcœna paſſim funditant ; mergit ſe laſciua lingua, mergit & alios ; hinc illud illius: *Laſciua lingua parum eſt ſuis* AVB MARGI *ſordibus , niſi vna ſecum in perniciem plurimos trahat,vndis ſuis inſepeliat.*

Verba aquatica quæ

Laſciua lingua ſe mergit,& alios.

Irati maris vndæ minus timẽda quam impuræ voces.

Irati maris vndæ minùs timendæ , quam impuræ voces, obſcœna verba, vt verus ille fuerit qui cecinit :

Plus nocet EVBOICO *ſæpè poëta* FRETO.
In mare portat AQVAS,*& ſubiicit ignibus ignes*
Cum vates aliquid carmine molle ſonat.

Eat imprudens , incautáque iuuentus , & ſe huic mari credat, his vndis ſe committat, caſtitatem miſerum in his aquis naufragium ſubiiſſe tunc ſentiet,cum ſenſiſſe non proderit.

Verba ſubmerſionis quæ. Pſal.51. S.Aug.

In ſacris litteris ſubmerſionis verba habemus Pſal.51. *Dilexiſti omnia verba præcipitationis*; Sanctus Auguſtinus hic legit: *Dilexiſti omnia verba ſubmerſionis :* addit illuſtrans hanc lectionem : *Eripe ergo te ſi potes a ſubmerſione :* NAVFRAGIVM *fugis, & plumbum amplecteris ?* Iſtuc idem ad obſcœna verba facile flectatur , vere ſubmerſionis verba ſunt,quę vndis loquentem, auditorémque ſepeliunt , & caſtitatem in naufragium impellunt.

Gula linguæ tempeſtas. B.Laur.Iuſt.

Et quidem etiam ſuam tempeſtatem habere linguam , qua agitur, & commouetur, teſtis eſt Beatus Laurentius Iuſtinianus , qui recenſens gulæ mala inter alia inquit: *Eſt tempeſtas linguæ, procella corporis,* NAVFRAGIVM *caſtitatis.* Fluctuat enim quodammodo lingua , dum in turpia,& inhoneſta verba erumpit, vt naufragium timeri iure poſſit.

556. *Vndarũ impetu nauis non inſtructa periclitatur, verborũ impudicorum fuſu mens imparata.* S.Nilus.

Quatitur vndarum impetu nauis , & facile imparata mergitur,vltimumque exitium ſubiit, ſi male inſtructa, miniméque munita fluctibus, æſtuantiſque maris vndis impetatur , ſed non minus graui diſcrimini ſubiacet mentis nauis impudicia colloquiis turpi ſermone , tanquam vndis acta, facile in libidinis voraginem mergitur,& luxuriæ Charybdi abſorbetur. Offert hic ſeſe periti Naucleri vtilis cautio , cui credere debemus,is eſt ſanctus Nilus orat.2.de luxuria, ſic enim loquitur: VNDARVM *impetu* NAVIS *malè inſtructa periclitatur , & verborum impudicorum vi mens imparata peruertitur.* Itaque tam caueri verba turpia debent,quam timere ſpiritale animæ naufragium.

Per linguæ incontinentiam ad carnis luxuriam itur. Eccleſ.5.

Vbi enim honeſtatis legibus lingua non coërcetur , vbi inhoneſta , & impudica proferuntur , caſtitas velut tempeſtate iactata facile naufragatur. Hoc voluit Eccleſiaſtes cap.5.dum ait: *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam.* Quid lingua ad lapſum carnis? quid cum inhoneſto opere inhoneſtus ſermo? Magnus inter hæc nexus ; ab oris,linguæque incontinentia ad carnis luxuriam itur , & idcirco ſapiens monuit , vt os cuſtodiremus, ne caro in libidinem laberetur. Pulchrè Olympiodorus in Eccleſiaſtem : Μὴ δῷς τὸ ϛόμα σου ἐξαμαρτάνειν τὴν σάρκα σου φλύαρος γλῶτ̃α ὅλον τὸ σῶμα μολύνει, μάλιϛα δὲ ἡ πρὸς γυναῖκας ἀφύλακτος ὁμιλία ἐρεθίζει τὴν σάρκα πρὸς τὴν ἁμαρτίαν , id eſt , *ne dederis os tuum , vt peccare facias carnem tuam. Lingua ſi nugax fuerit corpus totum coinquinat ,præſertim vero ſi cum mulieribus incautus* SERMO *commiſceatur,carnem ſtimulat ad peccandum.* Eodem ſpectat Salonius Viennenſis in explicatione myſtica Eccleſiaſtis: *Quid eſt*,inquit,*quod ait, ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam. Quomodo dat homo os ſuum, vt peccare faciat carnem ſuam ?* QVANDO LOQVITVR VERBA LIBIDINOSA , *quibus caro incitatur ad peccandum.* Ergo qui caſtitati conſultum vult à turpibus ſermonibus abſtineat , & eos auribus ab aliis excipere deuitet , Nam vt ait Antonius in Meliſſa; *Amatorius,& laſciuus ſermo fomentum eſt concupiſcentiæ.*

Olymp.

Salon.

Impurus ſermo fomentum concupiſcentiæ. Ant.

557. *Pudicitiæ impura verba valde nocent.* S.Chryſ.

Quantum impudicitiæ Impura verba noceant, quámque noxia animæ ſint probè explicat ſanctus Chryſoſtomus hom.6. in epiſt.2. ad Corinth.dum ait: *Nihil æquè pudicitiæ neruos infringit,vt flamma,quæ per ea excitatur: Deus vnguẽtum ori tuo impoſuit : tu verò* CADAVERE *fœtidiora*

Cadauere fœtidiora impudica verba.

diora VERBA *in eo recondis, atque animam ipſam obruas, & immobilem redas.* Proh quam crudeliter in ſe ipſum ſæuit, qui turpia euomit verba, & vere cadauerosa.

Sepulchrum inhoneſtè loquentium os. S. Chryſ.

Quidni cadauerum fœtori obſcœna verba comparentur, cum & ſepulchrum os impudicè & inhoneſtè loquentium ſit? Rem ab eodem calamo habes, idem ſanctus Pater in Pſalm. 15. ita loquitur: *Non aberrauerit quiſpiam, ſi etiam eorum, qui obſcœna verba loquuntur* ORA SEPVLCHRA APPELLAVERIT. *Ille enim fœtor eſt ſenſibili multo grauior, qui quidem ex putrefactione oritur.* Et ferre hunc fœtorem aliquis poteſt? & delectare obſcœnorum verborum halitu poteſt?

558. *דבר quid ſermonis nexus, & mortis.*

Verè ſpiritaliter mortua anima eſt, quæ mortua verba euomit, aut mortuis verbis, atque cadauerosis delectatur: ferè dum impudicum verbum egreditur, ingreditur mors; magna verbi, ac mortis cognatio eſt, vt idem nomen apud Hebræos ſortiantur, & ſolis punctulis diſcriminentur דבר enim verbum ſignificat דֶּבֶר verò mortem, vt obſeruauit etiam ſanctus Hieronymus in cap. 10. Iſaiæ: vnde facilis a verbis, ni magna cautione emittantur ad mortem tranſitus; Habac. 3. verſ. 4. vbi vulgatus legit: Ante faciem eius *ibit mors,* L X X. tranſtulerunt *πορεύσεται λόγος ibit ſermo.* Idem verbum Hebræum ſublatis punctis eandem notionem fert, cum דבר pro vocalium ſubiectarum varietate mortem, ac verbum ſignificet.

Habac. 3. 4. LXX.

Mors ingreditur per os turpiter loquentis.

Ingredi verò mortem dum incautè verbum egreditur, dum impuri, & inhoneſti ſermones ex ore prorumpunt non eſt quod dubitemus, & eorum exempla, qui horum verborum ſeu prolatione, ſeu auditione perierũt rem probè confirmant. Ieremiæ verba ſunt cap. 9. v. 21. *Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras;* vt verum iſtud de ſenſibus omnibus ſit, maximè tamen veritatem habet de oris feneſtra, per quam frequenter dum egrediuntur verba, ingreditur mors. Pulchrè ſanctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus: *Introiuit*, inquit, *mors per feneſtram, hoc eſt per Euæ oſtium. Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi* FALSVM LOQVARIS, SI TVRPITER, *ſi procaciter poſtremo loquaris.* Quis tam fatuus, quis ſuæ ſalutis tam prodigus, vt temere euomat verba, quibus & mortem ipſe deglutiat, qui ſe ab hac morte loquendi cautione ſubducat, & alios.

Ier. 9. 21.

S. Ambr.

559. *Olim defuncti extra vrbem ſepeliebantur.*

Mortua paſſim funduntur verba, quæ cadaueroſæ mentis fœtorem teſtantur, & ipſum aërem inficiunt, honeſtas, puraſque aures incæſtant, & polluunt, nec eſt qui huiuſmodi vitet, & fugiat: Olim defuncti extra vrbem ſepeliebantur, ne ſcilicet vrbem inficerent: in 12. Tabulis hæc apud Ciceronem 2. de legibus hæc leguntur: *Hominem mortuum in Vrbe ne ſepelito.* De Sycioniis hic idem tradit Plutarchus in Arato. In vrbe neminem ſepelire licuiſſe auctor eſt Strabo lib. 10. Huc ſpectant illa Lucæ verba cap. 7. verſ. 12. vbi ait: *Cum autem appropinquaret portæ Ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ:* Defunctus filius extra ciuitatem portabatur, quia extra vrbem mortuos ſepelire moris illius æui, illius gentis erat. Humatio autem præcipuè in vrbe fieri prohibebatur, ne aër inficeretur, & putreſceret, ſic tangit ſanctus Iſidorus lib. 14. Orig. cap. 11. Hac eadem de cauſa homines qui mortua emittunt verba, qui turpia, qui cadaueroſa, extra vrbem reiici deberent, ne alij inficiantur. Siſtenda hic ſunt ſancti Chryſoſtomi verba, qui monitum iſtuc ita exhibet in Commentario Pſalmi 5. *Si enim mortua corpora* EXTRA VRBEM SEPELIMVS, *multo magis eos, qui* VERBA MORTVA, *& qui talia proferunt, & ne tegere, aut obumbrare quidem volunt,* LONGÈ AMANDARE *oportet, huiuſmodi enim ora ſunt communis ciuitatis pernicies.* Inſiderent hæc mentibus, non tam incautè impuris impurarum rerum narrationibus aures vacuæ præberentur.

Cic.

Plut.

Strab.

Luc 7. 12.

S. Iſid.

Extra vrbem reiici deberent, qui mortua, & aërem inficientia verba proferunt. S. Chryſ.

560. *Caſtitatis amator obſcœna verba proferre plus timet quam mortem.* S. Ambr.

Qui caſtitatis, & puritatis amator eſt timere magis deberet obſcœna verba proferre, quam mortem ſubire. Suſanna cum damnata duceretur ad mortem ſemper ſiluit, nec verbum aliquod, quo ſe purgaret, & falſas ſenum calumnias aperiret emiſit. Cur tam altum in re tanti momenti ſilentium ſeruauit? Quia ſi ſenum in ſe facinus reuelaſſet, obſcœnum factum narrandum ei erat, quod noluit, pudori ſuo conſulens, conſulens honeſtati, maluit potius mori quàm turpium rerum ſermone fœdari, & tamen ea ab omni fœditate vitæ ſuæ, honoriſque diſcrimen eximebat: Huc accerſenda ſunt verba ſancti Ambroſij in Pſal. 37. qui hoc tangens ait: *Accuſabatur, & tacebat, ducebatur ad* MORTEM, *& ſilentio ſe tegebat, ne nudaret* PVDOREM. Excuſationis verba proferens, impudicorum ſenum obſcœna facta recenſuiſſet, pudori metuit, mortem non metuit. Digna res, quæ in hominum memoria viuat.

Impura verba audienda minimè ſunt. S. Ambr.

Nec proferenda impura verba ſunt, nec ab aliis prolata audienda, ad impurum ſermonem prouocat, qui libenter, bibulisque auribus audit; quam cautionem Ioſephi exemplo confirmabat idem ſanctus Pater lib. 1. offic. cap. 18. *Sicut Ioſeph ne incongrua ſua audiret verecundia, veſte fugit relictâ, quoniam quem delectat* AVDIRE, *alterum loqui prouocat.*

561. *Obſcœna verba ſputa diaboli dicta.* Guil. Perald.

Non deficit qui impura, & obſcœna verba *Diaboli ſputa* dixerit, hoc ea titulo inſigniuit Guilielmus Peraldus, quia nimirum qui inhoneſta verba expuit, diabolum in lingua defert, tanquam linguæ rectorem.

Linguam Eucharſtiæ vehiculum obſcœni ſermonis impuritate madere quam indecens. Ier. Dr. cap. 54.

Ab hac turpitudine ſe eximet, qui cogitauerit linguam ſuam non ſemel Euchariſtici Sacramenti vehiculum factam; grauiter ille rem vrgebat: *Grande nefas ducimus, ſi vas Euchariſtiæ aſſeruandæ in prophanos calices liquetur, caleturque adulteriis, & tamen inter leuiſſima piacula habemus ſi linguam dominici corporis velut* PATINAM DIABOLI *hac ſanie perfundamus & ad impium miniſterium quaſi conſecremus, vt vel ſpurcis cantiunculis, vel narratiunculis inhoneſtis deſeruiat.* Inſania laborat, qui hanc ſaniem à ſuæ linguæ patina non reiicit.

Caſtitas in lingua inhabitat ſi cordis habitator ſit Chriſtus. Hilar.

Hilarius Arelatenſis in funebri oratione, qua ſanctum Honoratum Epiſcopum laudibus efferebat, oris eius puritatem ita commendauit, vt diceret in eius ore caſtitatem ipſam inhabitauiſſe, & cum illâ etiã pacem, charitatem, pietatem: ſic enim admiratione correptus exclamat: *Nunquam in tuo ore niſi pax, niſi caſtitas, niſi pietas, niſi charitas, nunquam in corde niſi horũ omnium* FONS *Chriſtus habitauit:* ab iſto fonte emanant hi riuuli. Impudicorum hominum os luxuria inhabitat, quia pudicitiæ hoſtis Diabolus eorum corda obſidet, aut etiam ſceptrum in illis tenet contra illos, vt enim ait Origenes hom. 1. in cap. 7. Exod. *Os ſanctorum aperiet* DEVS, *improborum* DIABOLVS, tanquam vrbis dominus, in cordis arce ſedens.

Os ſanctorum aperit Deus, impiorũ Diabolus. Orig.

EXCVR

Google

EXCVRSVS XLI.

Purus ſermonis fons ſit, nec obſcœnis verbis ſordidans excurrat.

Fons oris vulgari, & impuro alloquio haud reſignandus, *aut* conſpurcandus.
Corporis feneſtra ſignaculis *obſignanda.*
Obſignandus *oris fons.*
Impurorum verborum cœnum *ex ore nemo emittat.*
Verba inuerecunda aures inceſtant.
Nugæ *caſtam fidei* inceſtant *auditionem.*
Gloria *de lingua, quia ſermone; hominis dignitas præcipuè conſtat.*
Lingua à Deo formata vt Deum glorificaremus.
כבוד *de* lingua, *&* gloria.
Incongruè Dei laudes concinit, cuius os verborum obſcœnorum ſanie *plenum eſt.*
Ab ore, in quod ingreditur Chriſti corpus *obſcænum canticum exire non debet.*
Scatabeorum *in cæno ſeſe volutantium more* verba *effundenda non ſunt.*
Munda, & caſtæ aures *impuris vocibus non ſunt* contaminandæ.
Turpitudinis *nexus, &* taciturnitatis.
Vocabulorum honeſtate *in rebus turpibus vtendum.*
Inſligũt ſibi vulnera *qui impura loquuntur.*
Taciturnitas vulnerum *medicina.*
Perſtricti qui ſeruis res neceſſarias committunt, ori vero ſuo verba ſuperflua, *& impura.*
A turpi ſermone *ſe quiſque ſubducat.*
Aurium tegumentis *Athletæ vtebantur.*
Pueris magis neceſſaria hæc tegumenta, *quam Athletis.*
Turpis ſermo *animæ nocet, vt oculis* fumus.
Ore ſe ſuo condemnat, *qui impurè loquitur.*
Suis verbis capiuntur, *qui obſcænis verbis ſe maculant.*
Senes candorem *in loquendo præſeferant.*

562. *Fons vulgari & impuro alloquio haud reſignandus, aut conſpurcandus.* S. Ambr.

AD modum fontis, puteique, os ſe habet, quod vt ſignatum eſſe debet, & probè cuſtoditum, ita turpi vulgarique alloquio reſignandum non eſt. Huc vocari ſponſi verba poſſunt, qui ſponſam laudans fonti ſignato eam comparat, innuens, non facilè oris fontem aperiendum, ne ſordes contrahat, & lutulentus euadat. Pulchrè ſanctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus: *Ideo*, inquit, *ſcriptum eſt, hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, ne facile aperiat os ſuum, nec vulgari reſignet alloquio:* minus turpi ac parum honeſto. Breui verborum interſtitio ita pergit: *Clauſæ ſint igitur labiorum* FORES *tuorum, & obſeratum maneat vocis veſtibulum, tunc fortaſſe reſerandum cùm audieris Dei vocem, cùm audieris Dei verbum.* Quid abſurdius quàm quòd fontes, puteique claudantur, & obſignentur, ne eorum puritas ſordidetur, néve animalia ratione carentia in eos labantur, & paſſim oris fons pateat, animæque puritas nimio obſcœnorum verborum fuſu impuretur, & homines audientes cadant, ſed prius ille qui turpia loquitur luxuriæ aquis ſepeliatur

Corporis feneſtra ſignaculis obſignandæ. Diog.

Cellæ promptuariæ, aliaque paſſim ſeris, ac ſignaculis muniuntur, vt ſeculæ à rapina vindicentur; & corporis ianuæ os, aures oculi omnibus patebunt, & animæ theſaurus omnibus exponetur? Scitè multorum negligentiam corripit gentilis Diogenes, de quo hæc refert Stobæus ſerm. 6. de Intemperantia: *Diogenes irridebat eos, qui cellas promptuarias obſerant vectibus, & ſeris, &* SIGNACVLIS; *corpus autem ſuum multis feneſtris, & ianuis aperiunt, per* OS, *&* AVRES, *&* OCVLOS. Et non fatuus meritò audiat, qui cùm ſedulus rerum periturarum, nullius pretij, nullius momenti cuſtos eſt, omniáque diligenter obſignat, animæ theſaurum omnibus exponit ſuperfluo verborum fuſu, oriſque frequentiori diductione?

563. *Obſignandus oris fons.* Eccl. 22. 23.

Alia ſapientis mens, qui ſignatum eſſe oris fontem cupiens dicebat: *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea* SIGNACVLVM *certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me?* Eccleſ. 22. verſ. 23. Labiis ſuis ſapiens ſignaculum quærebat, ne liberiore loquutione caderet, ac periret, néve animæ puritas verborum profluuio fœdaretur, quis non ſimilia quærat, ſimilia timens?

Impurorum verborũ cœnum ex ore nemo emittat. S. Chryſ.

Hebræi fontes claudere lapidibus conſueuerant, ne animalia in eos deciderẽt, & ne aquæ cœnoſæ fierent, & lutulentæ: ſed oris fons, ac puteus claudi ac obſignari debet, ne cœnum emittat, hoc quippe ſunt turpia, & obſcœna verba, quibus & auditor, & loquens collutulatur, quod habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 6. in 1. epiſt. ad Corinth. *Si lubet*, inquit, *præſentia expendamus, cùmque, non dico, qui turpia perpetrat ſed qui* TVRPIA LOQVITVR *conſideremus, quàm ſcilicet ridiculus ſit, qui imprimè ſeſe primum contumeliâ afficiat, atque vt qui cœnum aliquod ex ore emittit, ſeſe ipſe contaminet:* contaminat etiam alios.

Verba inuerecunda aures inceſtant. Sidon. Apol.

Adeò verum eſt, verba minùs honeſta auditorum aures impurare, vt eas inceſtare dicantur; ita loquitur Sidonius Apollinaris lib. 3. epiſt. 11. *Quidque quod verbis inuerecundis aurium publicarum reuerentiam* INCESTANT, *granditer ſibi videntur facetiari.* Et Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum nugas inceſtare caſtam fidei auditionem monet; ita enim ſcribit: *Hi qui multis nugis caſtam fidei* INCASTARINT *auditionem, ad veritatem tandem ſurdeſcentes, & inutiles fiunt & in terram decidunt.*

Nugæ caſtam fidei inceſtant auditionem. Clem. Alex.

564. *Gloria de lingua quia ſermone dignitas præcipue conſtat.* Pſal. 15. 9. Iſid. Clar.

Et non linguæ munere abutitur, qui impura verba euomit, cùm deberet iugiter Dei gloriam, laudéſque verbis celebrare? Dignum obſeruatione eſt, quod *lingua* in ſacris litteris gloriæ nomine indigitatur, Pſal. 5. verſ. 9. *Et exultauit lingua mea.* Sanctus Hieronymus *Gloria mea* quod expendens Iſidorus Clarius in huius Pſalmi ſcholiis ait: *Exultauit lingua mea; quod in Hebræo eſt (gloria,) Græcus reddidit (lingua,) nam ſermo eſt quò præcipuè dignitas hominis conſtat.* Dignitatem ergo ſuam homo maculat, & gloriam inficit, qui linguam obſcœnis, impuriſque ſermonibus turpiter fœdat.

Lingua à Deo formata vt Deũ glorificaremus. Pſal. 56. 10.

Sed aliam ob cauſam lingua gloriæ nomen ſortita eſt, vt nempè ſtatim intelligeremus, ad hoc formatam linguam eſſe, vt Deum glorificaremus,

ćaremus,eâque decantaremus, quæ ad Dei gloriam,& honorem ſpectant;& hoc fortaſſe ſenſu excitabat ſe Propheta dicens: *Exurge gloria mea, exurge pſalterium,& cithara*, Pſal.56.verſ.10. per gloriam linguam intelligit, quia ipſa Deum ſemper glorificare debemus. Opportunè nobis ſuccinit noſter Agellius in huius Pſalmi commentario, ſic ille ſcribit: *Quia nomen gloria,id eſt* כבוד *chabod linguam ſignificare inter cætera videtur:ſic námque eſt à LXX.verſum Pſal.16. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, cùm in Hebræo ſit, & exultauit gloria mea*, Pergit & rem firmat etiam auctoritate ſancti Gregorij Nazianzeni: *Idem indicare etiam Beatum Gregorium Theologum in apologetico certum eſt, cum de prædicatore differit; Priuſquam lingua nimirum impleta ſit exultatione, & diuinæ melodię facta ſit* PLECTRVM *excitata à* GLORIA. Igitur cùm ad Dei gloriam, laudes celebrandas potiſſimùm lingua ſit homini tributa, non eſt quod quis eam impuris,& obſcœnis ſermonibus conſpurcet,& ineptam reddat, quæ Dei gloriam prædicet,Dei laudes loquatur.

כבוד de lingua, & gloria. LXX. Agel. S.Greg.Naz.

565. Incongrue puras puriſſimi numinis laudes canat, cuius os verborum obſcœnorum ſanie plenum eſt; ſic enim loquitur de huiuſmodi impuritatis mancipiis ſanctus Chryſoſtomus hom.6.in epiſt.2. ad Corinth. *Præſtat* SANIEM *ex ore emittere, quam* VERBVM OBSCOENVM. *Ac nunc ſi fœteat os, ne ad communes quidem cibos admitteris:cum autem anima vſque adeò fœteat, heus tu myſteria percipere non dubitas?* Indignus eſt,qui Dei gloriam verbis celebret, ſed multo magis qui Chriſti corpus ore excipiat, cui os impuris verbis fœtet, & luxurioſis canticis ſordidatur; quod premit etiam ſanctus Auguſtinus ſerm. 215.de Tempore dum ait: *Videte fratres chariſſimi ſi iuſtum eſt,vt ex ore Chriſtianorum,* VBI CORPVS CHRISTI *ingreditur, luxurioſum canticum, quaſi* VENENVM DIABOLI *proferatur?* Audiant qui ſimul ac diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ore exceperint, & deglutiuerint, ad obſcœna, & turpia ſe conuertunt & linguam, quæ Chriſti ſanguine rubuerat impurorum verborum cœno maculant; animam ſimul cum verbis quodammodo euomentes ſalutis ſuæ cura neglecta, ſcarabeis perditos hoſce homines comparat Beatus Chryſoſtomus, & eorum impuritatem his verbis perſtringit hom.9.epiſt. 2.ad Corinth. *Quouſque tandem*, hæc ſancti Patris verba, SCARABEORVM *in cœno ſemper ſeſe volutantium verba loquimini? Neque enim hominum ratione preditorum eſt animam quæ tanti pretij eſt, pro re nullius momenti proiicere, quum è contrario nobis agendum ſit, vt pro exiguo labore cœlum capiamus*. Hactenus ille.

Incõgruè Dei laudes concinit cuius os verborum obſcœnorum ſanie plenum eſt. S Chryſ.

Ab ore in quod ingreditur Chriſti corpus obſcœnum canticum exire nõ debet. S.Aug.

Scarabeorum in cœno ſeſe volutantium more verba effundenda non ſunt. S.Chryſ.

566. Apoſtoli cùm ab immundis ſpiritibus laudarentur, qui Dei ſeruos eos vocabant,ferre hanc laudum cantilenam nequiuerunt, quin imperarunt,ne laudum verba Dæmones funderent cur iſtuc? An quia humiles laudari nolunt? ſanè:ſed peculiaris hic adeſt inhibitionis ratio; ab immundis ſpiritibus laudari noluerunt, ne eorum caſtæ aures impuris vocibus inceſtarentur, & polluerentur. Rem ſanctus Ephræmus Syrus tract. de linguæ malo his verbis tetigit: *Cur Apoſtoli Dæmonem, à quo laudabantur audire renuerunt? Nonne ideo ne munda, ac* CASTÆ EORVM AVRES *impuris vocibus contaminarentur?* Sordet pura quælibet laus in ſordenti ore, & gratum Deo eſſe poterit, placitúmque ſuas laudes ore verborum obſcœnorum ſanie referto pronuntiari?

Munda, & caſtæ aures impuris vocibus nõ ſunt contaminanda Act S.Ephræm.

Turpitudo in ſacris litteris taciturnitatis nomine circumſcribitur, quia nempe turpia ſubticeri honeſte debent, & ſilentij tegmine velari. Hinc Iſaiæ 47. verſ 2. *Denuda turpitudinem tuam*. Symmachus, *taciturnitatem tuam*, quia ſcilicet ſupprimi debent, quæ honeſte nominari nequeunt. Pulchrè Beatus Hieronymus in huius loci commentario: *In eo*, inquit, *vbi nos interpretati ſumus denuda turpitudinem tuam, ſeptuaginta tranſtulerunt, reuela operimentum, Symmachus taciturnitatem, quod taceri debeat præ verecundia.* Qui non tacent, verecundiam ſe amiſiſſe produnt; nam honeſtatis,& puritatis amator honeſte tegere, & obuelare ea debet, quæ pudicas aures offendere apertè nominata poſſunt.

Turpitudinis nomen, & taciturnitatis. Iſa 47. LXX. S.Hier.

567. Frequens hic ſacræ Scripturæ mos, (vt ex multis præſertim ex cognoſcendi verbo cognoſci facile poteſt) quo honeſtè maritale opus obtegit, & velat:Gen.4. *Adam cognouit vxorem ſuam Euam*: poterat verecundius explicare? Probè Oleaſter hic: *Similiter in verbo cognouit, docemur, quomodo vocabulorum* HONESTATE *in turpibus rebus vti debeamus.* Quare Paulus Epheſios admonens ait, *fornicatio,& omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis.* Extant alia plura inhoneſtæ rei honeſtę circumloquutiones, quibus docemur ab omni obſcœnitate linguam coercere.

Vocabulorum honeſtate in rebus turpibus vtẽdum Gen.4. Oleaſt.

Canes linguâ vulnera ſua lambunt, & curant;homo adeò in ſe ipſum ſæuit,vt obſcœnorum verborum prolatione vulnera ſibi infligat. Hinc illud monitum ſancti Auguſtini ſerm.215. de Temp. *Quod bonum eſt, & honeſtum loqui ſtudeant, ne fortè turpia proferendo de linguâ ſuâ vnde debuerant* DEVM *laudare, inde ſibi* VVLNERA VIDEANTVR INFLIGERE. Vulnerat lingua non cuſtodita loquentem, vulnerat auditores; quid mirum ſi aliis non parcit, quæ non parcit auctori? linguâ ſi quis minimè vtatur, ſi quis eam intra labia contineat, ſi taceat opportunam inueniat ſuis vulneribus medicinam, alioquin vulnera vulneribus addet: linguæ vſu medeatur ſuis vulneribus canis; homo medebitur ſi tacuerit, & linguam mouere liberiore, & parum honeſtâ verborum effuſione noluerit. Rem à probo calamo habes. Sanctus Ambroſius in Pſal.37.ita ſcribit: *Taciturnitas ipſa medicina eſt, & velox* IN SERMONIBVS MAGIS VVLNERATVR: *Quid miraris ſi alterum vulnerat cùm frequenter ipſe ſeſe* VVLNERET? *quia ex multiloquio peccatum non effugit.* Vides à taciturnitate vulnerum medicinam eſſe, ab effuſo ſermone vulnera,quod magis timendum eſt, ſi verba ab honeſtate abeant,& impuritatem oleant.

Infligunt ſibi vulnera qui impura loquuntur. S.Aug.

Taciturnitas vulnerũ medicina. S.Ambr.

568. Eos qui ſeruis res neceſſarias cuſtodiendas committunt, ori vero ſuo verba ſuperflua, aut etiam noxia, & impura in hunc modum perſtringebat Sanctus Chryſoſtomus hom. 2. in Matthæum: *An non turpe, maximéque ridiculum ſit, res neceſſarias, certáſque magnâ plerunque parte, ſeruis quot habemus demandare; ori vero quod proprium, noſtrúmque poſſidemus,* VILIORA QVÀM MANCIPIIS, *nempe inutilia quædam, & ſuperuacanea committere? Vtinam verò ſuperuacanea tantùm,& non etiam damnoſa, & noxia, nihílque profutura!*

Perſtricti qui ſeruis res neceſſarias cõmittunt, ori vero ſuo verba ſuperflua & impura. S.Chryſ.

Proderit ergo & à turpi ſermone abſtinere & inhoneſtis colloquiis aures occludere, ne mens obſcœna verba admittens maculetur. Clitomachus

A turpi ſermone ſe quiſque ſubducat. Ælian.

tomachus ſicut refert Ælianus lib.3. Variç Hiſt. in conuiuiis ſi de rebus venereis ſermo incidiſſet, continuò ſurgens diſcedebat, vt ab Ethnico fideles verecundiam diſcant, & pudorem.

Aurium tegumẽtu Athleta vtebantur. Plut. *Pueris magis neceſſaria quam Athletis.*

Xenocrates apud Plutarchum dicebat Amphotidas (ſunt hæc regumenta aurium, quibus Athletæ vtebantur) pueris potiùs, quàm Athletis neceſſarias: *quod illorum aures ictibus, horum mores ſermonibus peruertantur:* noxium magis morum vulnus, quàm aurium, & illorum magis validus ictus, quàm iſtarum.

569. *Turpis ſermo anima nocet vt oculu fumus.* S. Ephræm.

A turpi ſermone ſic nos auocabat ſanctus Ephræmus Syrus tract. ad imit. Prouerb. *Sicut* OCVLIS *obeſt* FVMVS, *ita* TVRPIS SERMO *nocet animæ:* fumo quoſdam necatos nouimus; impura loquens fumum euomit, quo & ipſe necetur, & auditores.

Ore ſe ſuo condemnat, qui impurè loquitur. S. Ambr.

Nimitum ab ore turpia loquentis exit ipſius condemnatio, ipſe ſe damnat qui impurè loquitur; hinc illud ſancti Ambroſij lib. 1. offic. cap. 42. *Graue malum, vt aliquis ore ſuo condemnetur; etenim ſi pro otioſo verbo vnuſquiſque rationem reddere debet, quanto magis pro* VERBO IMPVRITATIS, *& turpitudinis.*

Suis verbis capiũtur qui obſcœnis verbis ſe maculant. S. Pet. Dam.

Fertur, vt hoc quoque adüciam, inrer Græca prouerbia illud celebratum ex Turdi natura ſumptum: *Turdus ipſe ſibi malum cacat*, quia nempè viſcum, vnde capiatur excernit, vt auctor eſt Plinius. Plautus huç reſpiciens ſic extulit: ipſa ſibi auis mortem creat. Sed non longè abibimus, ſi iſtuç euenirę dixęrimus iis, qui temerè turpia, & obſcœna verba emittunt: his enim capiuntur, & irretiuntur. Adſcribam Beati Petri Damiani verba nam huc videtur reſpicere ſerm. de vitio linguæ, licet paulò aliter de Turdo, & de viſco ſentiat: *In quo videlicet facto quid aliud quàm* TVRDELAM *imitantur, quæ ex eo, quod digerit moritur? Ex eius quippe ſtercore planta naſcitur, de cuius humore viſcus conficitur, quo poſtmodum, & ipſa capiatur; vſque ex eo agitur, quod prius fuerat cibus ſuus, vt & ipſa poſtmodum ſit cibus alienus. Ita ergo cum immunda quæque, ac vana proferimus, quid aliud quam laqueos nobiſmetipſis loquendo compingimus, quibus ab aſtutis aucupibus, hoc eſt à malignis ſpiritibus, poſtmodum capiamur.*

Senes candorem in loquendo præferebant. Pet. Berch.

Denique vt definiam, ſenes præcipuè verborum honeſtate prælucere aliis debent, & ſermonis candore inſigniri; Ceti ſimilitudine id monebat Petrus Berchorius lib. 9. cap. 22. *Dentes Ceti in iuuentute ſunt nigri, in ſenectute verò albi: ſic* SERMONES *noſtri debent eſſe caſti, & puri in* SENECTVTE, *licet alioquin infantes fuerint in iuuentute.* Quò nimirum quis vicinior reddendæ rationi, eò cautior in ſermone debet eſſe.

EXCVRSVS XLII.

Verborum nauis fluctuat, ſi liberiùs ſermo fluat; naufragium timendum in nimia loquacitate.

Verba, & vocabula volant.
Verborum nauis *loquentem mergit.*
Mortalis temerè verbis natat.
Lingua vt fluuius fluctuat.
Sermo velut in ſalo fluctuat.
Contra Iracundiæ torrentes, *& luxuriæ* fluenta *ſilentij oſtium claudendum.*
פ *Phe quid.*
Qui os facilè aperiet, *quanta mala timere debeat.*
Errandi *nexus &* loquendi.
Silentium *mulierum ornamentum.*
Silentium ſubiectionis ſignum.
Nimia in viris loquacitas perſtricta.
Verborum flumen *plerique emittunt, vix mentis guttam habentes.*
Loquacitas innocentiæ naufragium.
מ *quid,* Maris *&* linguæ *nexus,* loquacitatis, *&* naufragij.

EXcitantur non rarò liberiorum verborum 570.
fuſu inter cõiuges irarum tempeſtates, ſurgunt diſcordiarum æſtus, fluctúſque, dum verborum ictibus verbis duris, aſperiſque occurtatur: quid igitur præſtandum, ne naufragium in nuptiarum mari coniuges habeant, vt ortam tempeſtatem ſedent, aut naſcituram impediant? in ſilentij ſe portum recipiant.

Verba vt volucres volãt. Plut.

Ad modum nauis, quæ portum deſerens in fluctibus fluctuat verbum eſt quod ex ore emittitur, nec vllis anchoris retinetur, & ſiſtitur. Hinc illud Plutarchi de Garrulitate: *Volucrem manibus emiſſam haud pronum eſt iterum prehendere, neque effuſum ore dictum apprehendere, & tenere valeas, ſed* PRÆPETIBVS PENNIS *circumcirca per alios in alios proſeminatum:* tanquam volucris verbum volitat, & alas volatu ipſo producit. Pergit ad nauis metaphoram flectens, NAVEM *à vento raptam rudentibus & anchoris curſum eius tardantes reprimunt; dicti poſtquam quaſi ex portu ſoluit; nulla eſt ſtatio neque anchoræ iactus; ſed ſtrepitu multo, & clangore volitans illidit, & demergit in magnum, & graue periculum authorem.* Flecte in omnia ſæcula oculos, & reperies innumeros incautà verborum nauigatione naufragium ſubiiſſe, vndiſque miſerè ſepultos.

Verborum nauis loquentem mergit. Plut.

Mortalis temerè verbis natat.

Periculoſè quis ſermonibus vehitur, & verbis natat, non ſolum ſi ab ore propria verba exeant, ſed etiam ſi ab alieno in noſtri laudem, aut vituperationem, niſi quis ſcopuli naturam induat, nec maledicæ linguæ impetu, nec blandientis illapſu moueatur: quod eleganter explicat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. de pace huc Iobi verba iuxta L X X. lectionem vocans; nam quod noſter habet Iob 11. *Vir vanus in ſuperbiam erigitur,* L X X. ſic efferunt. *Homo fruſtra natat ſermonibus*, ad quam verſionem reſpiciens ait: *Quod enim ſum, hoc maneo, ſiue maledictis impetar, ſiue laudibus euehar.* MORTALIS AVTEM TEMERÈ VERBIS NATAT, *vt inquit Iob, nec me improba linguæ magis circumfluunt quam æquorea ſpuma ſcopulum circumluit vel ſpinum, aut aliam quamuis arborem denſam, & ſublimem,* &c. Naufragium non ſubibit qui ſcopuli firmitatem refert, nec conuitiis, laudibúſque mouetur, non ſecus ac ſcopulus æquoris ſpuma.

Iob 11. L X X.

S. Greg. Naz.

Et vero linguam ſe ad modum fluminis, & 571.
maris habere, quæ fluctuat, & mergit minus cautos bellè explicat B. Ennodius lib. 2. epiſt. 1. dum ait: *Deus bone in quantos ſe vſus diues lingua diſpergit, cum voluerit ſæuit vt beſtia, currit vt* FLVVIVS, FLVCTVAT *vt profundum, & quæcumque fucatis verborum imaginibus pingit ſpeciem veri adſtipulatione repræſentat.* Noxius hic fluuius

Lingua vt fluuius fluctuat. B. Ennod.

fluuius niſi ſuis terminis coërceatur, ſuiſque aggeribus contineatur, ne alienos campos inuadat, & lutulentus tandem ad ſe redeat.

Sermo velut in ſalo fluctuat. S. Ambr.

Sermonem in ſalo fluctuare dum currit, indicabat etiam ſanctus Ambroſius lib. 5. Exam. cap. 11. dum ait: *Iam rogemus Dominum, vt ſermo noſter quaſi Ionas eiiciatur in terram, ne diutius in* SALO FLVCTVET.

Contra iracundiæ torrentes, & luxuriæ fluenta ſilentij oſtium claudendum. Gen. 7. 16. Vgo Vict.

Iracundiæ torrentes vincuntur, & luxuriæ flucta, voragines, linguæ cuſtodia vitantur, quod ſignificatum eſt Gen. 7. 16. quum Noë in magno illo totius orbis diluuio in arcam ſe recepit, cuius oſtium clauſum à foris eſt. Audiendus hic Vgo Victorinus lib. 2. de clauſtro animæ cap. 6. vbi hæc in hanc ſententiam habet: *Si inundauerit diluuium carnis, tunc intrat arcam mentis, & licet circumfluant torrentes iracundiæ,* FLVENTA *luxuriæ, voragines gulæ, licet ebulliant fontes delectationum, abyſſus cupiditatum, maria conturbationum, intrat tamen* Noe ſecurus arcam, id eſt, quietus animus clauſo foris ſilentij oſtio poſſidet animam. Niſi arcæ oſtium clauſum probè fuiſſet, ſepultum aquis Noë cum vxore, ſuiſque fuiſſet, & niſi ſilentij ſignaculo os claudatur timere naufragium quilibet poteſt.

572. *פ Phe quid? Qui os facile aperit quantum mala timere debeat.* Pſal. 118. 133.

Periculoſa loquacitas eſt, & ingentia damna ferè parturit effuſus, nulliſque legibus coërcitus ſermo, & nimius iniuſtitiæ fluctus ſequi liberiora colloquia ſolent, Pſal. 118. verſ. 133. & 134. has lachrymabiles voces emittit Propheta: *Aſpice in me, & miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniuſtitia.* Et vnde iſte timor? quæ huius petitionis cauſa, horum diſcriminum occaſio? An quia os aperuerat, & ob id tantus tantum Prophetam inuaſit timor, vt erumperet in hæc verba, ſciens ex labiorum diductione ingentium malorum flumina emanare? præfixa his verbis פ *phe* littera fuerat, quæ *os aperui*, interpretatur, vnde non mirum ſi Dei miſericordiam poſtulat, & petit, vt eius greſſus dirigantur, nullaque eius iniuſtitia dominetur, quòd horum omnium tunc maximè indigeamus, quando os aperimus, verborúmque nauigatione, extra ſilentij portum iactamur. Huc vocanda Beati Ambroſij

S. Ambr.

verba qui in Pſal. 118. octon. 17. obſeruans præfigi litteram *Phe* ita ſcribit: *Phe littera decimaſeptima Latinè ſignificat* ERRAVI, *ſiue* OS APERVI. *Meritò hæc lachrymabilis ſeries Pſalmi ſubiecta eſt huic litteræ. Reſpice in me, & miſerere mei, & non dominetur me omnis iniuſtitia.* Scilicet præmiſſà oris apertione, & liberiore linguæ vſu mala omnia timenda, & tunc maximè Dei auxilium implorandum, ac petendum ne iniuſtitia noſtri dominetur.

Errandi nexus, & loquendi.

Expende illud, *Erraui, ſiue os aperui*, vtrumque iungo, & necto, cognationem quippè inter ſe hæc duo habent, facilè aberrat, qui facilè os aperit, & vbi effuſus ſermo eſt, errores pullulant; qui errare non vult, linguam coërceat, clauſúmque os cuſtodiat.

573. *Silentium mulierum ornamentum.* Plut.

Et verò in nuptiarum mari maximè mulieres in ſilentij portum ſe collocare debent, alioquin ſæua totam domum tempeſtas inuadet, ſi cohibere linguam mulier negligat; hoc voluère, qui Venerem teſtudini inſiſtentem finxère, quod tetigit Plutarchus lib. de Præcept. Connub. *Eliorum Phidias Venerem teſtudini inſiſtentem finxit, domi manendum ſignificans, &* SILENDVM *fœminis.* Ornant hæc duo fœminam, euagationis fuga, atque ſilentium; probæ mulieris hæ notæ, hi characteres.

Silentiũ ſubiectionis ſignum. Agell.

Subiecta mulier viro eſt, & vir mulieri ex Dei ſententia dominatur; ſubiectam ſe nouerit, & probabit ſi taceat, ſeruétque, cùm opus erit, ſilentium, vnde in diuinis litteris, ſubiectionis indicium ſilentium eſt, & patientiæ ſignum tacere, quod acutè vt ſolet notauit noſter Agellius in Pſal. 61. illuſtrans illa Prophetæ verba: *Idem ferè dixit Ieremias in lamentationibus. Bonum eſt expectare cum ſilentio ſalutare Domini: cum ſilentio, hoc eſt patienter, humiliter, ſolet enim ſilentium ſubiectionis eſſe ſignum nam qui ſubiectus eſt iuſſis Domini non repugnat neque de eo conqueritur: itaque etiam Apoſtolus ſilentium fœminis indixit vt* SVBIECTIONIS INDICIVM. *Mulieres, inquit, in Eccleſiis taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe.*

Nimia in viris loquacitas perſtricta.

Nimiam in viris loquacitatem, ita quidam carpebat:

Multa loqui, tacuiſſe parum muliebria cùm ſint
Crimina, FOEMINEVS *multis in orbe* VIR EST.

574. *Verborũ flumen plerique emittunt vix mentis guttã habentes.* Theocr.

Ineptè ille lingua vtitur, qui multa verba fundit, quæ leuitatem, & impudentiam loquentis eò apertius produnt, quò ſunt plura, & præcipiti quodam impetu emiſſa: vt percelli ea nota poſſint, qua Theocritus Anaximenis hominis ſupra modum loquacis, & extra prudentiæ limites inconſiderati orationem momordit, inquiens in ea videri *verborũ quidem* FLVMEN, *ſed nec mẽtis guttam*; in aliquibus nec gutta quidem mentis apparet dum temerè, inconſideratéque loquuntur, & quicquid in buccam venerit, abſque vllo examine euomunt.

Loquacitas innocentiæ naufragium. S. Ambr.

Sermonis intemperans, & liberè quicquid illi à ſua leuitate ſuggeſtum fuerit effutiens, non longè à naufragio abeſt, & eo grauiori, quo innocentiore; & virtutis mentes merguntur, & pereunt dum hoc ſubitur naufragium: rem tetigit ſanctus Ambroſius in Pſal. 3. vbi ait: *Loquacitas innocentiæ virtutiſque* NAVFRAGIVM, *atque incentiuum prolapſionis, & culpæ:* quæ maiora damna ab alio naufragio timeri poterant, quàm debent ab iſto?

שפה quid. Linguæ nexus, & naufragij.

Magnus oris, & aquarum nexus: in Hebraïco fonte idem verbum & de labiis, ſeu ſermonibus dicitur & de littore, ac ripa; שפה enim labium hominis ſignificat, & ad linguam, ſermonem, loquendíque facultatem transfertur, ripam, littúſque fluminis, aut etiam nauis extremitatem notat: vt qui mouet labia vt loquatur, ſciat eius linguam tanquam nauem vndis ferri, ac proinde illi cauendum ne mergatur, infelixque ſubeat naufragium.

EXCVRSVS XLIII.

Sermonis ros ad audientium fructum.

Boni ſermonis ros *animam fouet.*

Eloquij ros *à doctore cadit vt fructus ferant auditores.*

Doctor auditoribus ſe accommodat, perfectioribus pluuiam, *rudioribus* rorem *immittit.*

Boni ſermonis ros *è cælo.*

Auidè

Auidè ſermonis pluuia *expectanda ab auditoribus.*

Sermonis ros, *& pluuia vtilis, quæ à Deo potius, quam ab hominum induſtria, & arte cadat.*

Auditores ſuos ſpiritualiter irrorat *bonus Doctor.*

Diuini ſermonis ros, *quam ſalutaris.*

A terrenis, & carnalibus affectibus ſit liber animus, qui ſupero doctrinæ rore *eſt perpluendus.*

Euangelicæ prædicationis ros, *& pluuia quam vtilis.*

Virginis ſermo vt ros.

Cui places doctrinæ ros *operis laborem non defugiat.*

575\. *Boni ſermonis ros animam fouet.* S. Nilus.

NOn temerè ſunt verba funditanda, ſpectandus audientis eſt fructus, plerique lapides loquuntur, grandinem emittunt, adeo nihil proſunt auditoribus, vt officiant; ad modum roris habere ſe verba debent, quo adſperſæ audientium mentes in adepto bono foueantur, ad non adeptum ſurgant; rore adſperſa germina adoleſcunt, ideo noſtro ſermone fiat, fiet ſi Deum ſapiat, Deum ſonet, cœlum, cœleſtiaque: Scitè ſanctus Nilus orat. 6. de Acedia: *Aeris*, inquit, ROS *auget fructum agri, & ſermo ſpiritualis animæ ſtatum fouet;* vt nouos ſemper edat fructus, & editi creſcant.

Eloquij ros à doctore cadit, vt fructus ferant auditores. Deut. 32. Oleaſt.

Huc ſpectabat & Moſes cùm diceret in ſuo Cantico Deuter. 32. *Fluat vt ros eloquium meum:* Oleaſter hic legit: *Fluet*, & ſtatim addit ad explicatum: *Fluet ſcilicet ſuper vos veluti* ROS *eloquium meum: ad faciendum vos* FRVCTIFICARE, non ego meam vtilitatem quæro, non gloriam ſpecto: veſtri cauſa laboro, vos inſtruo, vt fructum afferatis.

Doctor auditoribus ſe accommodat: perfectioribus pluuiam rudioribus rorē immittit. Deut. 32. 2. Agell.

Dixerat priùs Moyſes: *concreſcat vt pluuia doctrina mea*, & poſtea adiecit, *fluat vt ros eloquium meum*: idem doctor & ſermonis pluuiam emittit, & rorem, auditorum ſe captui accommodat, peritis, & perfectioribus imbrem, imperitis, & imperfectioribus rorem: Eleganter noſter Agellius in hoc Moſis Canticum in hæc Moſis verba: *Ex eo autem*, inquit, *quod* PLVVIA *maior eſt, & abundantior*, ROS *minutum, & rarum, intelligunt nonnulli eos qui perfectiores ſunt & maiores pluuiam excipere, rore perfundi plebem, & homines rudiores: quod ipſum docendi diſcrimen pro auditorum diuerſa facultate, ſequentibus etiam verbis aperit: Sicut imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina.*

576\. *Boni ſermonis ros à cœlo.* S. Proſp.

E cœlo ros cadit, vt terram fœcundet, & docentis ſermo Deo tribui debet, ſi fructum producat, dum auditorum adſpergit mentes, nemo adeo deſipiat, vt ſibi tribuat, quod Dei eſt: ſcitè ſanctus Proſper ſalutis verba daturus præmittit epigram. 1.

Nec noſtrum hoc opus eſt, ſed ab illo ſumitur hic ROS
Qui ſiccam rupem fundere iuſſit aquas.

Auidè ſermonis pluuia expectanda ab auditoribus. Deut. 32. 2. LXX. Agell.

Hoc ſenſu, & Moſes in productis verbis dixit: *creſcat vt pluuia doctrina mea*; quod LXX. ita verterunt: *Expectetur vt pluuia eloquium meum:* hoc eſt, interprete eodem Agellio: *In exſpectatione ac deſiderio ſit doctrina mea, vt arens terra pluuiam expectat:* eo vtilior verborum cadentium imber erit, ſi auidiùs expectetur: ſignatè autem dictum, vt pluuia expectandum ſermonem eſſe, ne à ſacro doctore artis paraturam quæreremus, & adſcitæ, elaboratæque eloquentiæ miniſterium: pluuia nulla hominis arte cadit, & terram irrigat, aliæ aliarum aquarum irrigationes humana fiunt induſtriâ, hominum opera, ac labore: Peritè idem Agellius: *Aptè dixerunt LXX. expectetur vt* PLVVIA *eloquium meum, quaſi dicat non humano ingenio, & arte deſumptum, non ſicut irrigationes aquarum, quæ arte, & induſtria agricolæ deducuntur, & deriuantur, ſed ſicut pluuia, quæ à Deo deſcendit: eiuſque iuſſu in terras defluit: non enim pluuia, aut ros eiuſmodi eſt, inquit Michæas, vt ab homine ſit expectanda.* Itaque quo minus artis, & fuci Doctoris verba habebunt, hoc magis ad diuinæ loquutionis formulam accedent: Michææ porrò verba, ad quæ reſpicit Agellius ſunt iſta ex cap. 5. deſumpta: *Erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, quaſi ros à Domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam, quæ non expectat virum, & non præſtolatur filios hominum.*

Sermonis ros, & pluuia vtilis, quæ à Deo potius, quam ab hominum induſtria & arte cadat. Deut. 32. 2. Agell.

Rore prata adſpergantur, debet & audientium arua doctor irrorare ad fructum, docentis hoc munus eſt, hinc illud Baſilij Seleuciæ Epiſcopi orat. 4. initio. *Rurſus*, inquit, *ad dicendum nos exſtimulat docendi lex, vim rurſus affert, vt* IRRORATIONE *leui ſpiritualem irrigemus paradiſum*: qui hoc rore perplutus fructus afferat. 577.

577\. *Auditores ſuos ſpiritualiter irrorat bonus doctor.* Baſil. Seleuc.

Bonus ros diuinus ſermo, qui mentis pratum perpluit ad vitam: felix qui hoc rore iugiter perfunditur, vt carnalium concupiſcentiarum æſtum temperet, aut extinguat: de diuino hoc rore ita ſcribit ſanctus Ambroſius lib. 1. officiorum cap. 32. *Pulchrum eſt, vt diuinarum ſcripturarum humeſcamus alloquio, & quaſi* ROS *ſic in nos Dei verba deſcendant:* vt ſcilicet virtutum flores erigat, quos mundanorum voluptatum radij deiecerant, & deformauerant: implantanda hic verba ſancti Cyrilli Alexandrini, qui ad hanc mentem in cap. 5. Michææ hæc afferebat: *Quemadmodum in agris nonnunquā radiorū ſolariū fulgor lilia percutiens ad deformitatem & langueſcere, & marceſcere facit, ita quoque peccati auctor cùm animum hominis mundanarum voluptatum ardore incendit, & marcidum reddit quodammodo, & ſpeciem eius deformiſſimam efficit, ſed diuinus ſermo eundem* SICVT ROS *florem aut herbam, quaſi rurſum erigit*: atque adeo à mundanarum cupiditatum humo mentem auocat, quam perfundit.

Diuini ſermonis ros, quam ſalutaris. S Ambroſ. S Cyril. Alex.

Nimirum ab omnibus vitiis vacuus eſſe debet animus, ab omnibus terræ, carniſque affectibus alienus, qui perplui ad vitam hoc rore deſiderat: hoc rectè innuebat ros ille, qui ante manna cadebat qui non quemlibet locum occupabat, ſed deſertum, quod ad noſtram mentem expendebat Philo lib. 2. Allegoriarum in hæc verba: *Videre cibum animæ vis? Verbum Dei continuum* RORI SIMILE, *per circuitum totam complectens, & nullam partem eius expertem ſui relinquens: hic ſermo non vbique apparet, ſed vbi deſertum eſt vacuum vitiis, & affectibus.*

A terrenis, & carnalibus affectibus ſit liber animus qui ſupero doctrinæ rore eſt perpluendus. Philo

Ros, & cæleſtis imber diuina prædicatio eſt, cuius deſcenſu iuſtitiæ, & ſanctitatis germina pullulant, aut reuireſcunt; Vix dixerat Dauid 578.

Euangelica prædicationis ros, & pluuia quam vtilis. Pſal. 71. Agell.

Pſal. 71. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*: quæ verba de ſermonis, & doctrinæ vtilitate, & fructu intelligenda alibi luculenter probat, cum ſtatim addit: *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis*: vt à nexu diſceremus, quantum boni mundo attulerit Euangelicæ prædicationis ros, ac pluuia; rem eleganter verſat Agellius hic, dum ait: *Ex hac doctrina pluuia quod germen, qui fructus erunt? Orietur, inquit, & pullulabit iuſtitia, magnus iuſtorum hominum prouentus erit, & pleniſſima pacis, & pacificorum hominum ſeges per totum orbem terrarum tanquam per diuinum campum pullulabit, quorum ante Chriſti aduentum cum rara germina fuiſſent, quod æſtu vitiorum exaruerint, hoc diuino prædicationis* ROREe, *& imbre in imos terræ ſinus deſcendente reuiriſcent hæc læta germina.*

Virginis ſermo vt ros. S. Ambroſ.

Denique qui hoc rore paſcitur, apis pudicitiam, laborem, continentiamque imitari debet; Rore victitare apes perhibentur, apis ſit ſpiritalis, qui ſpiritali rore paſcitur; Huc flecti poteſt illud quod habet ſanctus Ambroſius lib. 1. de Virginibus: *Digna*, inquit, *virginitas quæ apibus comparetur, ſic laborioſa, ſic pudica ſic continens Rore paſcitur apes, neſcit concubitus, mella componit. Ros quoque virginis eſt ſermo diuinus quia ſicut* ROS *Dei verba deſcendunt.*

Cui placet doctrinæ ros operis labore non defugiat. Iſa. 26. 9. Chald.

Laborioſa apis eſt, & rore paſcitur, laborem non defugiat, ab opere ſe non eximat, cui ros iſte placet; Chaldæus Paraphraſtes quod noſter habet Iſaiæ 26. 9. *Quia* ROS *lucis ros tuus*: vertit: *Quia ros luminis* ROS *tuus operantibus legem*: non eſſet ad lucem iſte ros, eſſet ad tenebras, ſi ille non operatur, qui illo operitur.

EXCVRSVS XLIV.

Verborum nexus & aquæ, fluminumque.

Sermonis fons ripis ſuis coërceatur *ne lutum colligat.*

Viri ſtulti ſermones ripas *premunt, arua non fœcundant.*

Linguæ loquacitas reprimenda vt fluctus *rupe.*

Riuulus fontis *à quo manat index, & ſermo illius character, à quo exit.*

Sermo *conſcientiæ index.*

Cauendum ne in ſermonibus partus abortus *fiat.*

Sermo malus hominis mentem perturbat vt lapis aquam *in aquam coniectus.*

Conuitia ſpumæ *paria.*

Spumans ſermo *exquiſito fuco infectus.*

Spumans verborum ornatus *damnandus.*

Iniuriæ frendentes tanquam indignabundi maris *fluctus, qui in ſpumam deſinunt.*

Cauti aquas reiicienti *par, qui loquentis verba ſpernit.*

Linguæ *vis maior, quàm* torrentis.

Verba in ſcopulorum morem *grandia.*

579. VAria hic de lingua, varia de ſermone offero, & fere omnia aut aquã tangunt, aut adnexa aquis ſunt, vt argumento cò ſtrictiùs hæreant, quò aquis magis ſunt proxima.

Sermo ſuis ripis ſuis coërcetur, ne lutum colligat. S. Ambroſ.

Coërcendus intra honeſtatis, modeſtiæ, ac temperantiæ ripas ſermo eſt, ne tanquam fluuius dum liberior currit, & extra vndas fertur lutum colligat, & conſpurcetur id quod docebat hiſce verbis ſanctus Ambroſius lib. 1. offic. cap. 3. quæ etiam alibi aliò ſpectans, protuli: *Alliga ſermonem tuum ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloquio peccata ſibi colligat: ſit reſtrictior, &* RIPIS SVIS COERCEATVR, *citò lutum colligit amnis exundans*: Cœno inficiatur ſermonum fons, ſi liberius euagetur, & per alienos campos excurrat. Ad hæc verba videtur ſpectaſſe Beatus Laurentius Iuſtinianus, tract. de continentia cap. 15. vbi ait: *Alliga, ò homo, qui continentiam cuſtodire moliris, ſermonem tuum, ne laſciuiat, nec luxurietur, & in turpiloquio peccata ſibi colligat ſit reſtrictior, &* RIPIS COERCEATVR. *Cito lutum colligit animus ſuperfluitate verborum.*

B. Laur. Iuſt.

Viri ſtulti ſermones ripas premunt, arua non fœcundant. S. Greg. Naz.

Et verò ſermonis fons in hoc poteſt, prata percurrere, & campos non vt lutum colligat ſibi, ſed vt pinguiora, & fertiliora reddat arua, quæ peruadit, alioquin ſtultitiam quandam ſapiunt illius ſermones, qui ſimiles vndis marinis ſunt, littus enim ita premunt, vt ſterilitatis ſemper nota laboret: Aduocanda huc ſunt ſancti Gregorij Nazianzeni verba, qui in ſententiis ita loquitur: *Sonitus* MARIS VIRI STVLTI SERMONES *ſunt, ita enim ripas premunt, vt meliora interim, & pinguiora prata non reddant.*

Linguæ loquacitas reprimenda vt fluctus rupe.

Linguæ loquacitas reprimenda ratione vt fluctus rupe, ſcitè ille: 580.

Fluctibus obſiſtit validis velut obuia RVPES
Cogit, & in propriis currere limitibus.
Sic ratio LINGVÆ *præſcribit verba loquaci,*
Ne referat ſtolide quæ reticenda forent.

Riuulus fontis à quo manat index, & ſermo illius character, à quo exit. S. Baſil. Sermo conſcientiæ ind. x. Dauid.

Riuulus fontis à quo manat index eſt, & ſermo pectoris à quo prodit: hac ſimilitudine vtitur ſanctus Baſilius epiſt. 341. AQVARVM, inquit, RIVVLVS SVVM FONTEM *indicat, ſermonis autem ingenium illud eſt, vt pectus vnde emanat characterizet.* Conſcientiæ indicem loquentis ſermonem eſſe aſſerebat Dauid de Auguſta cap. 15. in formula nouitiorum: *Sermo*, inquit, *verus vana conſcientiæ index eſt, qualis enim es, tales ſermones loqueris, talis & mens comprobatur.*

Cauendum ne in ſermonis partu abortus fiat.

Sermonis fœtum emittere mens nimis citò non debet, facilè moriturus hic partus, ſi diu in mentis ventre non perficiatur, vt in partu ipſo accidit cùm fit abortus: Hinc illud illius:

Quò præcipiti lingua effrænis
Impete tendis? certè ſatius
Tacuiſſe fuit quam veloci
Mentis ABORTV *temerare Deum.*

Sermo malus hominis mentem perturbat, vt lapis aquã in aquam coniectus. S. Nilus.

Vel leuis, paruuſque lapis in aquam coniectus eam commouet, & perturbat, non aliter ſi puram mentem impurus, maluſque ſermo ingrediatur, commouet, & turbat. Hoc voluit ſanctus Nilus orat. 4. de ira: *Lapis in* AQVAM *coniectus eam perturbat, & hominis mentem ſermo malus*, non enim minus ciet mortem maledicus ſermo, quàm luxurioſus, & vt ille ad iram vocat, ita & impudicus ad impudicitiam. 581.

Conuitia ſpumæ paria. S. Greg. Naz.

Conuitia, quæ aliquis in alium euomit, ſpumæ paria videntur, quam fluctibus iactatæ vndæ maris emittunt: ſanctus Gregorius Nazianzenus in quadrag. ieiun. ſil. *Hæc*, inquit, *ſæpè ex animo perturbato, grauique ira percito conuitiorum*

conuitiorum omnis generis velut SPVMAM *quandam extra diffundit.*

Spumans ſermo exquiſito fuco infectus. S. Auguſt.

Spumans ſermo eſt dictus, exquiſito fuco infectus potiùs, quàm ornatus; de quo ita ſentit ſanctus Auguſtinus, ſi tamen illius non alterius eſt tractatus de ſobrietate, & caſtitate, qui inter eius opera recenſetur cap. 1. *Suademus auditores rationem dicti debere aduertere, non fucum* SPVMANTIS SERMONIS *aut artificioſam eloquentiam expectare.*

Spumans verborum ornatus damnandus. S. Auguſt.

Spumeum verborum ornatum damnat verè ipſe ſanctus Auguſtinus lib. 4. de doctrina Chriſtiana cap. 14. ſub his verbis: *Nec illa ſuauitas delectabilis eſt, quâ non quidem iniqua diliguntur, ſed exigua, & fragilia bona,* SPVMEO VERBORVM AMBITV *ornantur quali nec magna, atque ſtabilia decenter, & grauiter ornarentur.*

582. *Iniuriæ ferendæ tanquam indignabundi maris fluctus, qui in ſpumam deſinant.* Euag.

Iniuriæ ferendæ, conuitia forti animo excipienda ſunt, non videntur maledicæ linguæ tanquam mare vndis fluctuare, in ſpumam deſinont, ſi æquo feramus animo; flecto huc illud Euagoræ Antipat. in epiſt. Theophyl. *Iniuriis animum aſſuefacito, ſic enim indignabundum mare vltra* SPVMAS, *& fluctuationes iram non effert*; Parum eſt maris iram imitari, quæ in ſpumas finit, & fluctuationes, quod tantum videtur exigere Euagoras: ſed maledicentium quoque conuitia ferenda tanquam iratum mare donec ſubſidat alioquin ſi par pari reddere tentabimus, & fluctus fluctibus reponere, iram alienæ linguæ mare non ponet, ſed plus ferueþit, & acrius æſtuabit.

Cauti aquas reiicienti par qui loquentis verba ſpernit. Ouid.

Cauti aquas reiicienti ſimilis eſt, qui loquentis verba ſpernit, atque flecti neſcius repudiat; Ouidius 2. Metamorph. hac vtitur metaphorâ:

Quæ pater haud aliter, quam CAVTES MVRMVRA *Ponti*
Excipit.

Seneca. Et Seneca in Hippol.

Vt dura CAVTES *vndique intractabilis*
Reſiſtit vndis, & laceſſentes aquas
Longè remittit, verba ſic ſpernit mea.

Nollem hac nota inſigniri fidelium pleroſque dum Dei verba excipiunt, nolim cautes eſſe, ſuperæ doctrinæ aquas repudiantes.

Linguæ vis maior quam torrentis. S. Greg. Naz.

Maiorem quam in torrentibus vim, impetumque in lingua notabat ſanctus Gregorius Nazianzenus in quadrageſimi ieiunij ſilentium, dum ait: *Linguam loqui properantem non homo, non nix, non* TORRENS, *non ſcopulus, non denique res vlla coërcere poteſt.*

Verba in ſcopulorum morem grandia. Ariſtoph.

Ariſtophanes in Ranis appellat ῥήματα ἱπποκρημνα *verba quæ in rupium, ac ſcopulorum morem grandia ſunt*: quod etiam ad periculum transferri poteſt, ſi accidat quempiam hiſce verborum ſcopulis nominis ſui ratem illidere.

EXCVRSVS XLV.

Sermonis cymba perità gubernanda, ne in breuia, in ſcopulos trahat, ſed ducatur ad portum; ad portum ducat.

Cymba *de ſermone.*
Cogitatio ſermonis cymbâ *ad audientem vehitur.*

Carinandi *verbum probra obiicere ſignificat.*
Cauendum ne ſermonis cymba *ſcopulis illidatur.*
Silentij anchorâ *linguæ* cymba *ſiſtenda.*
Linguæ gubernaculum *precibus continetur.*
Sermo in quieta audientia portum *reperit.*
Sermo in tumultu *auditorum naufragat.*
Tutus ſilentij portus.
In aduerſitatum fluctibus *muti vt piſces eſſe debemus.*
דום *quid? ſilentij nexus, & quietis.*

CYmbæ nomen, & nauigandi verbum elegantiſſimè ad ſermonis vſum transferri à bonis auctoribus ſolet; præter ea, quæ ſuperius dedi, hoc euincunt, quæ ſubiicio. Papinius in fine Thebaïd. 583. *Cymba, & ratis de ſermone.* Papin.

Et mea iam longum meruit RATIS *æquore* PORTVM.

Sidonius Apollinaris epiſt. 17. lib. 9. Sid. Apol.

Iam per alternum PELAGVS LOQVENDI
Egit audacem mea CYMBA *curſum,*
Nec bipertito timuit fluento
Flectere clauum
Soluit antennas, ligat alta vela,
Palmulam ponit manus, atque tranſtris
Littori iunctis petit oſculandam
Saltus arenam.

Cogitatio ſermonis cymba ad audientē vehitur. S Baſil.

Nec inſolens translatio eſt, ac metaphora, vt ſermo cymbæ comparetur. Accipe Beati Baſilij verba homil. ad illud: Attende tibi ipſi, vbi explicans, qui cogitatio ad audientium aures transferatur, ſic ait: *Quum vocem ſignificatiuam mens, ac cogitatio noſtra apprehenderit, velut* CYMBA *quadam ſermone vehitur, & aerem penetrans ex loquente ad audientem tranſit.* Igitur cum ſermo nauis in morem feratur non temerè effundi debet, ac funibus ſolui, lingua tanquam nauclerus adeſſe debet, ne vltimum ſubeat naufragium. Ruinæ proximus eſt qui in ſermone non eſt cautus.

584. *Carinandi verbum probra obiicere ſignificat.* Ennius. Feſt.

Carinandi quoque verbum ad verba translatum reperio: Ennius:

Contra CARINANTES VERBA, *atque obſcœna profatus.*

Et iterum:

Neque me decet hanc CARINANTIBVS *edere chartis:*

Quod obtrectationem quandam ſapit, vt alij quoque notauêre, vnde & Feſto *carinare* eſt probra obiicere.

Cauendum ne ſermonis cymba ſcopulis illidatur. Ennod.

Cum igitur cymba de verbis dicatur, vnuſquiſque huius cymbæ, & nauis gubernator eſſe debet, ne in ſcopulos feratur; Feſtiuè Ennodius lib. 1. epiſt. 1. *Dum ſermonum* CYMBAM *inter loquelæ ſcopulos rector diligens frænas* alioquin niſi coërceatur ſcopulis illiſa miſerum ſubiit naufragium.

Silentij anchorâ linguæ cymba ſiſtenda. Plat.

Anchoris ſiſtitur nauis, ſilentio verò lingua; Plato Aaiochæ in epiſt. Theoph. hanc nauis metaphoram ita verſat: *Nauigamus aliquando velis* NAVEM *explicantes, aliquando anchoris frænantes retinemus. Eadem gubernatio ad linguam adhibenda eſt Axiocha, vt aliquando eam verbis armemus, aliquando ſilentiô reprimamus.*

Linguæ gubernaculum precibus continetur. Heſych.

Linguæ gubernaculũ precibus cõtinendũ eſſe indicabat Heſychius Hieroſol. ſerm. de laudibus Mariæ, vbi ait: *Vos* GVBERNACVLA LINGVÆ *preci*

precibus continetis. Sed quia hîc ſumus portum indicemus, ad quem appellere linguæ, ſermoniſque nauem debemus.

585. *Sermo in quieta audientia portum reperit.* Zeno

Sermo in tumultu audi torum naufragat. Idem.

Sermo qui aquarum fluctibus, & tempeſtatibus obnoxius eſt, in quietâ audientiâ portum repetit, id quod his verbis ſignificabat ſanctus Zeno ſerm. de præcep. Attende tibi: *Si quidem inuenerit tranquillam quietamque audientiam ſicut in* PORTV FIDISSIMO IN AVRIBVS AVDITORVM SERMO RECONDITVR; *ſi verò velut fluctus quiddam, & ſaxoſa vada auditorum tumultus, & murmur docentibus refragetur in medio aeris ſpatio ſermo transfretans* NAVFRAGABIT.

Tutus ſilentij portus. Ioan. Caſſ.

Præterea ſermo, qui liberiùs effuſus fluctuat, ferri, ne mergatur, in portum debet, tutus portus ſilentium eſt; de quo ita loquitur Ioannes Caſſianus præfat. ad lib. de Incarnatione; *Conſtitueram ita me in* SILENTII PORTV *collocare*; tuta hîc manſio, & à diſcriminibus illis immunis, quibus effuſior procurſus obnoxius eſt.

586. דום *quid? ſilentij nexus, & quietis.* S. Pet. Dam.

Quieſcit nauis, vbi in portum appulſa eſt, & mens quiete ſummâ fruitur, & tranquillitate, vbi in ſilentij portum ſe receperit; hinc eſt, quod apud Hebræos verbum דום *Dum* & ſilere ſignificat, & quieſcere, vt cum ſilentio quietem ac tranquillitatem coaleſcere diſceremus, dum vtriuſque rei notio ſub vno eodémque verbo deliteſcit: hinc illud ſancti Petri Damiani ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ: *Numquid non facilius eſt, atque tranquillius tacere, quàm loqui? Numquid non laborioſius eſt linguam per tot prolixæ loquacitatis verba diſcurrere, quàm in ſuo* QVIETAM SILENTIO *permanere?* Hæret cum ſilentio quies, cum nimia loquacitate labor.

In aduerſitatum fluctibus muti vt piſces eſſe debemus. S. Bern.

Denique vt in aquis definiam, piſcium nota ſilentium eſt, vt magis mutus quàm piſcis prouerbiali formula dicatur, qui emittere vllum verbum vix poteſt: ſpirituales piſces eſſe debemus vt inter aduerſitatum fluctus taceamus, non murmur effundamus, & querelas. Huc voco illud ſancti Bernardi opuſc. de charitate cap. 11. *Fortitudo dies quintus, per quam in hoc mari magno, & ſpatioſo quaſi piſces ſpirituales procelloſa fluctuum volumina toleremus,* CONIBEAMVS LINGVÆ LVBRICVM SVB CENSVRA SILENTII. Bonus piſcis, qui inter tribulationum fluctus tacet, & ſuo ſe ſilentio munit.

EXCVRSVS XLVI.

Lingua tanquam virgineus fons cuſtodiendus & obſignandus, & tanquam vrbis porta os cuſtodiendum.

Oris lingua vt pudica virgo *incorrupta ſeruanda.*

Virgineam innocentiam *verbis ſpiret Chriſti ſponſa.*

Os cum fonte *vt cohæreat.*

Oris fons *cautè obſignandus.*

Labia ſigillo *munienda.*

Lingua cuſtodia *commendata.*

Lingua clauis *deferenda.*

Os tanquam vrbis porta *haſtatis militibus cuſtodiendum.*

Satellitum vis, *& robur in verbis.*

Cuſtodia *quid?*

Cuſtodia *de excubiis militaribus.*

Excubiæ *militares ad tuendum os.*

Haſtati *milites, qui os cuſtodiunt ſilentij ſcuto non careant.*

Ab incuſtodita lingua quàm ingentia mala.

587. *Oris lingua vt pudica Virgo incorrupta ſeruanda.* S. Pet. Dam.

AQuæ, & fonti virginem ſupra pariauimus: nunc quia de verbis, de lingua agimus, virginis ſimilitudinem huc flecto: Oris noſtri ſaliua tanquam virgo cuſtodiatur, nec liberiori verborum fuſu ſinatur facile corrumpi: Mentior ſi non huc ſpectauit quoque ſanctus Petrus Damianus ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ, ait quippe: *Sit lingua noſtra modeſta, ſobria, diſcreta, pudica,* SIT ORIS NOSTRI SALIVA VIRGO *die creſcente, & niſi vtilitatis occaſio præbeatur, vſque in craſtinum, ſiue perendie incorrupta ſeruetur.*

Virgineam innocentiam etiam verbis ſpiret Chriſti ſponſa. Cant. 4. 11.

Pura, & ab omni obſcœni, fraudémque olentis ſermonis macula aliena debet eſſe illius lingua, qui Chriſti ſponſi gratiam inire quærit: vt virgineam quandam innocentiam non moribus tantum ſapiat, ſed & lingua. In ſponſæ laudes ſponſus flectens aiebat inter alia: *Mel & lac ſub lingua ſua:* Cant. 4. 11. propter verborum dulcedinem, & ſuauitatem præcipuè, ſed etiam quia mel, & lac puerorum innocentium, & ab omni fraude, impuritatéque immunium cibus eſſet, ille igitur mel, & lac in lingua habet, quia infantium puritatem, ſimplicitatemque verborum fuſu colit, & linguæ officio.

588. *Os cum fonte vt cohæreat.* S. Ambroſ. S. Paul.

Os cum fonte cohæret, aquis non ſemel comparatur: Os ſic efferebat ſanctus Ambroſius lib 6. examer. cap. 9. *Quid eſt os hominis niſi quoddam ſermonis adytum,* FONS DISPVTATIONIS, *aula verborum, promptuarium voluntatis*; ſanctus Paulinus ad ſanctum Paulinum ſcribens eius os ita euehit: *Os tuum* FISTVLAM AQVÆ VIVÆ, *& venam fontis æterni meritò dixerim*; Fons iſte obſignandus eſt, ſilentiique ſigillo muniendus vt non inconſideratè aperiatur; Scitè ille: *Oris fons cautè* OBSIGNANDVS EST, *ne facile conſpurcetur, & ſordes contrahat ſine moderati, prudentiſque* SILENTII SIGILLO; alius non minus eleganter à fontis quidem metaphorâ abiens, ſed non à ſigilli, hæc efferebat: *In labio ſic electo vt in valuis opulentiſſimis gazæ velut ſummi Imperatoris* SIGILLVM *ponitur, vt non temerè aperiatur, ſed cum iubet Deus. Hæ portæ nunquam reſerari debent, quia aliquid pretioſum ſemper exeat, aurum, electrum, ebur, vniones, radianteſque gemmæ quorum lucem, & pretium mirentur homines, vtilitate gaudeant, & fructuoſiſſimè reficiantur. Procul abſit eorum hominum impuritas, qui cùm oſtium non habeant in pectore, non eſt mirum ſi apertis labiis non ſtacten nobis, atque moſchum aut delectos Arabiæ odores poſſint effundere*; ſed verborum leuiorum paleas, impurorum ſermonum ſaniem.

Oris fons cautè obſignandus. H. Nou.

Labia ſigillo munienda. Lud. Creſ. lib 4. cap. 26.

589. *Linguæ cuſtodia commendata.* S. Chryſ.

De oris cuſtodia ita loquitur ſanctus Chryſoſtomus hom. ad baptizandos: *Fac ori tuo oſtium, & ſeram. Non vt portas corpori faciamus, ſed vt non facile verba proferantur; & ad incongruè dicenda ſeſe lingua cum omni cautela contineat.*

Ad

Lingua clauem, & ſeramia. S. Pet. Dam.

Ad linguæ cuſtodiam nos appoſitiſſimis exemplis, & ſimilitudinibus vocabat ſanctus Petrus Damianus, euius verba hic in omnium vtilitatem implantanda ſunt; ſic ille ſcribit ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ: *Portatis fratres mei vobiſcum, portatis* CLAVEM CALLVLÆ, PORTATE ET CLAVEM LINGVÆ: *apponitis peſſulum oſtio, adhibete retinacula ſalubriter ori veſtro. Auceps non emittit Accipitrem, niſi anſerem videat, & Monachus demittit linguam ſuam, ſi loquendi neceſſitas non aſſiſtat? dedignatur venator catulum ſoluere, niſi lepus appareat: viliorem habeat Monachus linguam ſuam, quam ad nullius ſalutem, vel commodum inutiliter ſoluat? ſudat lapis in manu oppugnantium mœnia, & incaſſum volet verbum de ore ſtantis in ſancta militia diſciplina? arcus fruſtra flexis cornibus non intenditur, & rationale os ad effundenda paſſim ſuperflua reſeratur? Parcitur Pharetre, vt ex ea ſagitta leniter non exeat: non parcitur lingua, vt mordax in quemlibet verbum, velut ictum vulneris non infligat?*

590. *Os tanquam vrbs porta haſtatis militibus cuſtodiendum.* Pſal. 140. 7. S. Chryſ. Lud Cr. lib. 4 cap. . 6.

Vrbium portæ armatis militibus ſolent cuſtodiri, ne hoſtium incurſui pateant, tota vrbs tuta ab iſta cautione ſit: idem ſi quis in ore, in ſermone requirat non aberrabit: Huc flecto illa Dauidis verba Pſal. 140. 7. *Audient verba quoniam potuerunt*: vario ſolent explicatu exornari, & varie etiam verti, alij legunt ex Hebræo hæc poſtrema, *quoniam dulcia facta ſunt*, alij *decora ſunt*, alij, *ſpecioſa fuerunt*: ſanctus Chryſoſtomus aliam aliquorum lectionem affert, in hunc modum ἐδορυφορήθησαν, *ſatellitibus munita fuerunt*, quam lectiooem ita quidam auctor expendebat: *In quo meo iudicio notat in loquendo ſingularem, & ſuis partibus, munerisque abſolutam prudentiam, quando quis ita cautus in verbis eſt, & circumſpectus, & ſic in omnem officij partem intentus; vt quaſi munitus vndique videatur, nec vel ipſa inuidia reprehendere quicquam poſſit*: Addit: *Vel ſermonem intelligit, qui propter mirabilem gratiam, & dicentis honeſtatem* SATELLITVM VIM, ET *robur obtineat, ad perſuadendum, & vinciendos cæterorum animos, & vincendos.*

Satellitum vim, & robur in verbis. Idem.

Armatos milites ad oris cuſtodiam non ſecus ac fiat in Vrbium portis requirebat & Dauid cum diceret Pſal. 140. 2. *Pone Domine cuſtodiam ori meo*, per cuſtodiam inſtrumentum aliquod quo labia muniantur coerceanturque intelligit Agellius dum ait: *Hoc loco cuſtodia, tanquam inſtrumentum aliquod accipiendum eſt, quo labia coerceantur, frena videlicet, aut camus, aut eiuſmodi aliquid, Pone clauſtrum ori meo, ne impudenter in verba proſiliam.* Similis ſententia, *in Eccleſiaſtici lib. cap. 22. poſita cogit* CVSTODIAM *tanquam inſtrumentum accipiendam: Quis dabit, inquit, ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me.*

Cuſtodia quid Pſal. 4 . 3. Agell.

Eccleſ. 22.

591. *Cuſtodia de excubiis militaribus.* Matth.

Sed cum LXX. habeant vocem, φυλακήν, quæ de militibus, excubiiſque militaribus dicitur: apud Matth. 27. 65. *Habetis cuſtodiam, ite cuſtodite, ſicut ſcitis*, licet hoc loco Latino cuſtodiæ nomine vſus ſit interpres Græcus, pro Græco φυλακῆς non ſuadet prorſus alienus ſenſus, ſi per cuſtodiam ad militares excubias, quibus arces, & vrbes cuſtodiuntur ab hoſtibus reſpici dicamus; Boni, & periti auctori hæc ſunt verba: *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantia labiis meis. A Deo petit oris cuſtodiam, hoc eſt vt ſeptuaginta loquuntur φυλακὴν* COHORTEM PRÆSIDIARIAM, EXCVBIAS MILITARES, *fidos ſatellites ad tuendum os, atque ad muniendum ne quid exeat, quo lex diuina, aut communis hominum ſocietas violetur*; Diceres magis ab vna lingua timendum, quam ab integro fortiſſimorum hoſtium exercitu, vt ei ocurrendum pleno militum agmine ſit.

Excubiæ militares ad tuendum os. L. Cr. lib. 4.

Haſtati hi milites, qui os obſepiunt, & cuſtodiunt linguam ſcuto carere non debent, ſilentij ſcuto muniantur, vt os muniant; hoc enim titulo donabat ſilentium ſanctus Ambroſius præfat. in Pſalm. 38. dum exclamans ait:

Haſtati milites qui os cuſtodiunt ſilentij ſcuto non careant. S. Ambroſ.

O validum ſcutum circumſpecta MVNITIONIS *ſilentium*
O fidiſſimum ſtabilitatis fundamentum.

592. Ab incuſtodita lingua maiora plerunque damna naſci, quam à vita mala in hunc modum probabat ſanctus Petrus Damianus ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ: *Si rem, inquit, velimus diligenter inſpicere, deterius peccat plerunque lingua quam vita: nam etſi vigilanti curâ animam noſtram cuſtodire proponimus, tamen quia propagati de carne cum peccato ſumus impediente ſæpius ipſa carnis infirmitate, peccamus. Sed quicquid in humana conuerſatione delinquitur, fructuoſa pœnitentia remedio, & crebris orationibus expiatur. Conſideremus ergo fratres chariſſimi quam graue ſit in lingua delinquere, quæ compuncti, & amari cordis interpres pro noſtris delictis efficaciter conſueuit orare; & eam vaniſſimæ loquacitatis vitio ream, atque obnoxiam diuino conſpectui reddere, quæ nimirum in ſua munditia puritate perſiſtens, noſtris reatibus poterat veniam obtinere*: obtinendæ veniæ ſibi quodammodo viam præcludit, qui linguam verborum ſanie coinquinat, quâ poſtulanda venia erat, & eo inſtrumento iudicis iram prouocat, quo iratus placandus erat.

Ab incuſtodita lingua quam ingentia mala. S. Pet. Dam.

EXCVRSVS XLVII.

In loquendo ciſternas diſſipatas ora ſua quinam efficiant; de ſilentio, & loquacitate aliqua notantur.

Quinam os ſuum ciſternam diſſipatam *efficiant.*
Ciſterna diſſipata *non eſt qui meditatur, quod loquuturus.*
Sermonis *nexus, &* cogitationis.
Sermo pectoris clauis.
Lingua in corde *tenenda.*
Cogitatio *cur linguæ tributa.*
Collum gruis *in loquendo expedit habere.*
Vtile monitum de oris cuſtodia.
Promptior quiſque ad audiendum, *quam ad* loquendum.
Excipiendus *potius*, *quam* emittendus ſermo.
Nimia loquacitas *damnata.*
Loquacitatis ventus *à loquacibus vt excutiendus.*
Taciturnitas pharmacum *dicta.*

Cadauere fœtidiora impudica verba.

diora VERBA *in eo recondis, atque animam ipſam obruunt as, & immobil m redais.* Proh quam crudeliter in ſe ipſum ſæuit, qui turpia euomit verba, & vere cadauerosa.

Sepulchrum inhoneſtè loquentium os. S. Chryſ.

Quidni cadauerum fœtori obſcœna verba comparentur, cum & ſepulchrum os impudicè & inhoneſtè loquentium ſit? Rem ab eodem calamo habes, idem ſanctus Pater in Pſalm. 15. ita loquitur: *Non aberrauerit quiſpiam, ſi etiam eorum, qui obſcœna verba loquuntur* ORA SEPVLCHRA APPELLAVERIT. *Ille enim fœtor eſt ſenſibili multo grauior, qui quidem ex putrefactione oritur.* Et ferre hunc fœtorem aliquis poteſt? & delectare obſcœnorum verborum halitu poteſt?

558. *דבר quid ſermonis nequam, & mortem.*

Verè ſpiritaliter mortua anima eſt, quæ mortua verba euomit, aut mortuis verbis, atque cadauerosis delectatur: ferè dum impudicum verbum egreditur, ingreditur mors; magna verbi, ac mortis cognatio eſt, vt idem nomen apud Hebræos ſortiantur, & ſolis punctulis diſcriminentur דבר enim verbum ſignificat דֶבֶר verò mortem, vt obſeruauit etiam ſanctus Hieronymus in cap. 10. Iſaiæ: vnde facilis a verbis, ni magna cautione emittantur ad mortem tranſitus; Habac. 3. verſ. 4. vbi vulgatus legit: Ante faciem eius *ibit mors*, L X X. tranſtulerunt *πορεύσεται λόγος ibit ſermo*. Idem verbum Hebræum ſublatis punctis eandem notionem fert, cum דבר pro vocalium ſubiectarum varietate mortem, ac verbum ſignificet.

Habac 3. 4. L X X.

Mors ingreditur per os turpiter loquentis.

Ingredi verò mortem dum incautè verbum egreditur, dum impuri, & inhoneſti ſermones ex ore propluunt non eſt quod dubitemus, & eorum exempla, qui horum verborum ſeu prolatione, ſeu auditione perierũt rem probè confirmant. Ieremiæ verba ſunt cap. 9. v. 21. *Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras*, vt verum iſtuc de ſenſibus omnibus ſit, maximè tamen veritatem habet de oris feneſtra, per quam frequenter dum egrediuntur verba, ingreditur mors. Pulchrè ſanctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus: *Introiuit*, inquit, *mors per feneſtram, hoc eſt per Euæ oſtium. Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi* FALSVM LOQVARIS, SI TVRPITER, *ſi procaciter poſtremò loquaris.* Quis tam fatuus, quis ſuæ ſalutis tam prodigus, vt temere euomat verba, quibus & mortem ipſe deglutiat, qui ſe ab hac morte loquendi cautione ſubducat, & alios.

Ier. 9. 21.

S. Ambr.

559. *Olim defuncti extra vrbem ſepeliebantur.*

Mortua paſſim funduntur verba, quæ cadauerosæ mentis fœtorem teſtantur, & ipſum aërem inficiunt, honeſtas, puráſque aures incæſtant, & polluunt, nec eſt qui huiuſmodi vitet, & fugiat: Olim defuncti extra vrbem ſepeliebantur, ne ſcilicet vrbem inficerent: in 12. Tabulis hæc apud Ciceronem 2. de legibus hæc leguntur: *Hominem mortuum in Vrbe ne ſepelito.* De Sycioniis hic idem tradit Plutarchus in Arato. In vrbe neminem ſepelire licuiſſe auctor eſt Strabo lib. 10. Huc ſpectant illa Lucæ verba cap. 7. verſ. 12. vbi ait: *Cum autem appropinquaret portæ Ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ:* Defunctus filius extra ciuitatem portabatur, quia extra vrbem mortuos ſepelire moris illius æui, illius gentis erat. Humatio autem præcipuè in vrbe fieri prohibebatur, ne aër inficeretur, & putrefieret, ſic tangit ſanctus Iſidorus lib. 14. Orig. cap. 11. Hac eadem de cauſa homines qui mortua emittunt verba, qui turpia, qui cadauerosa, extra vrbem reiici deberent, ne alij inficiantur. Siſtenda hic ſunt ſancti Chryſoſtomi verba, qui monitum iſtuc ita exhibet in Commentario Pſalmi 5. *Si enim mortua corpora* EXTRA VRBEM SEPELIMVS, *multò magis eos, qui* VERBA MORTVA, *& qui talia proferunt, & ne tegere, aut obumbrare quidem volunt,* LONGÈ AMANDARE *oportet, huiuſmodi enim ora ſunt communis ciuitatis pernicies.* Inſiderent hæc mentibus, non tam incautè impuris impurarum rerum narrationibus aures vacuæ præberentur.

Cic.

Plut.

Strab.

Luc 7. 12.

S. Iſid.

Extra vrbem reiici deberent, qui mortua, & aërem inficientia verba proferunt. S. Chryſ.

560. *Caſtitatis amator obſcœna verba proferre plus timet quam mortem.* S. Ambr.

Qui caſtitatis, & puritatis amator eſt timere magis deberet obſcœna verba proferre, quam mortem ſubire. Suſanna cum damnata duceretur ad mortem ſemper ſiluit, nec verbum aliquod, quo ſe purgaret, & falſas ſenum calumnias aperiret emiſit. Cur tam altum in re tanti momenti ſilentium ſeruauit? Quia ſi ſecum in ſe facinus reuelaſſet, obſcœnum factum narrandum ei erat, quod noluit, pudori ſuo conſulens, conſulens honeſtati, maluit potius mori quàm turpium rerum ſermone fœdari, & tamen ea ab omni fœditate vitæ ſuæ, honoríſque diſcrimen eximebat: Huc accerſenda ſunt verba ſancti Ambroſij in Pſal. 37. qui hoc tangens ait: *Accuſabatur, & tacebat, ducebatur ad* MORTEM, *& ſilentio ſe tegebat, ne nudaret* PVDOREM. Excuſationis verba proferens, impudicorum ſenum obſcœna facta recenſuiſſet, pudori metuit, mortem non metuit. Digna res, quæ in hominum memoria viuat.

Impura verba audienda minimè ſunt. S. Ambr.

Nec proferenda impura verba ſunt, nec ab aliis prolata audienda, ad impurum ſermonem prouocat, qui libenter, bibuliſque auribus audit; quam cautionem Ioſephi exemplo confirmabat idem ſanctus Pater lib 1. offic. cap. 18. *Sicut Ioſeph ne incongrua ſua audiret verecundia, veſte fugit relicta, quoniam quem delectat* AVDIRE, *alterum loqui prouocat.*

561. *Obſcœna verba ſputa diaboli dicta.* Guil Perald.

Non deficit qui impura, & obſcœna verba *Diaboli ſputa* dixerit, hoc ea titulo inſigniuit Guilielmus Peraldus, quia nimirum qui inhoneſta verba expuit, diabolum in lingua defert, tanquam linguæ rectorem.

Linguam Euchariſtiæ vehiculum obſcœni ſermonis impuritate madere quam indecens. Ier. Dr. cap. 14.

Ab hac turpitudine ſe eximet, qui cogitauerit linguam ſuam non ſemel Euchariſtici Sacramenti vehiculum factam; grauiter ille rem vrgebat: *Grande nefas ducimus, ſi vas Euchariſtiæ aſſeruandæ in prophanos calices liquetur, caleturque adulteriis, & tamen inter leuiſſima piacula habemus ſi linguam dominici corporis velut* PATINAM DIABOLI *hac ſanie perfundamus & ad impium miniſterium quaſi conſecremus, vt vel ſpurcis cantiunculis, vel narratiunculis inhoneſtis deſeruiat.* Inſania laborat, qui hanc ſaniem à ſuæ linguæ patina non reiicit

Caſtitas in lingua inhabitat ſi cordis habitator ſit Chriſtus. Hilar.

Hilarius Arelatenſis in funebri oratione, qua ſanctum Honoratum Epiſcopum laudibus efferens, oris eius puritatem ita commendauit, vt diceret in eius ore caſtitatem ipſam inhabitauiſſe, & cum illâ etiã pacem, charitatem, pietatem: ſic enim admiratione correptus exclamat: *Nunquam in tuo ore niſi pax, niſi caſtitas, niſi pietas, niſi charitas, nunquam in corde niſi horũ omnium* FONS *Chriſtus habitauit:* ab iſto fonte emanant hi riuuli. Impudicorum hominum os luxuria inhabitat, quia pudicitiæ hoſtis Diabolus eorum corda obſidet, aut etiam ſceptrum in illis tenet contra illos, vt enim ait Origenes hom. 1. in cap. 7. Exod. *Os ſanctorum aperiet* DEVS, *improborum* DIABOLVS, tanquam vrbis dominus, in cordis arce ſedens.

Os ſanctorum aperit Deus, impiorũ Diabolus. Orig.

EXCVR

Digitized by Google

EXCVRSVS XLI.

Purus ſermonis fons ſit, nec obſcœnis verbis ſordidans excurrat.

Fons oris vulgari, & impuro alloquio haud reſignandus, *aut* conſpurcandus.

Corporis feneſtræ ſignaculis *obſignandæ.*

Obſignandus *oris fons.*

Impurorum verborum cœnum *ex ore nemo emittat.*

Verba inuerecunda aures inceſtant.

Nugæ *caſtam fidei* inceſtant *auditionem.*

Gloria *de lingua, quia ſermone; hominis dignitas præcipuè conſtat.*

Lingua à Deo formata vt Deum glorificaremus.

כבוד *de* lingua, *&* gloria.

Incongruè Dei laudes concinit, cuius os verborum obſcœnorum ſanie *plenum eſt.*

Ab ore, in quod ingreditur Chriſti corpus *obſcœnum canticum exire non debet.*

Scarabeorum *in cœno ſeſe volutantium more* verba *effundenda non ſunt.*

Mundæ, & caſtæ aures *impuris vocibus non ſunt* contaminandæ.

Turpitudinis *nexus, &* taciturnitatis.

Vocabulorum honeſtate *in rebus turpibus vtendum.*

Infligũt ſibi vulnera *qui impura loquuntur.*

Taciturnitas vulnerum *medicina.*

Perſtricti qui ſeruis res neceſſarias committunt, ori vero ſuo verba ſuperflua, *& impura.*

A turpi ſermone *ſe quiſque ſubducat.*

Aurium tegumentis *Athletæ vtebantur.*

Pueris magis neceſſaria hæc tegumenta, *quam Athletis.*

Turpis ſermo *animæ nocet, vt oculis* fumus.

Ore ſe ſuo condemnat, *qui impurè loquitur.*

Suis verbis capiuntur, *qui obſcœnis verbis ſe maculant.*

Senes candorem *in loquendo præſeferant.*

562. AD modum fontis, puteique, os ſe habet, quod vt ſignatum eſſe debet, & probè cuſtoditum, ita turpi vulgarique alloquio reſignandum non eſt. Huc vocari ſponſi verba poſſunt, qui ſponſam laudans fonti ſignato eam comparat, innuens, non facilè oris fontem aperiendum, ne ſordes contrahat, & lutulétus euadat. Pulchrè ſanctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus: *Ideo*, inquit, *ſcriptum eſt, hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, ne facilè aperiat os ſuum, nec vulgari reſignet alloquio:* minùs turpi ac parum honeſto. Breui verborum interſtitio ita pergit: *Clauſæ ſint igitur labiorum* FORES *tuorum, & obſeratum maneat vocis veſtibulum, tunc fortaſſe reſerandum cùm audieris Dei vocem, cùm audieris Dei verbum.* Quid abſurdius quàm quòd fontes, puteique claudantur, & obſignentur, ne eorum puritas ſordideтur, néve animalia ratione carentia in eos labantur, & paſſim oris fons pateat, animæque puritas nimio obſcœnorum verborum fuſu impuretur, & homines audientes cadant, ſed prius ille qui turpia loquitur luxuriæ aquis ſepeliatur

Fons vulgari & impuro alloquio haud reſignandus, aut conſpurcandus.
S. Ambr.

Cellæ promptuariæ, aliaque paſſim ſeris, ac ſignaculis muniuntur, vt ſeculæ à rapina vindicentur; & corporis ianuæ os, aures oculi omnibus patebunt, & animæ theſaurus omnibus exponetur? Scitè multorum negligentiam corripit gentilis Diogenes, de quo hæc refert Stobæus ſerm. 6. de Intemperantia: *Diogenes irridebat eos, qui cellas promptuarias obſerant vectibus, & ſeris, &* SIGNACVLIS; *corpus autem ſuum multis feneſtris, & ianuis aperiunt, per* OS, *&* AVRES, *&* OCVLOS. Et non fatuus meritò audiat, qui cùm ſedulus rerum peritorarum, nullius pretij, nullius momenti cuſtos eſt, omniáque diligenter obſignat, animæ theſaurum omnibus exponit ſuperfluo verborum fuſu, oriſque frequentiori diductione?

Corporis feneſtra ſignaculis obſignanda.
Diog.

Alia ſapientis mens, qui ſignatum eſſe oris fontem cupiens dicebat: *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea* SIGNACVLVM *certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me?* Eccleſ. 22. verſ. 23. Labiis ſuis ſapiens ſignaculum quærebat, ne liberiore loquutione caderet, ac periret, néve animæ puritas verborum profluuio fœdaretur, quis non ſimilia quærat, ſimilia timens? 563.

Obſignandus oris fons.
Eccl. 22. 23.

Hebræi fontes claudere lapidibus conſueuerant, ne animalia in eos deciderēt, & ne aquæ cœnoſæ fierent, & lutulentæ: ſed oris fons, ac puteus claudi ac obſignari debet; ne cœnum emittat, hoc quippe ſunt turpia, & obſcœna verba, quibus & auditor, & loquens collotulatur, quod habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 6. in 2. epiſt. ad Corinth. *Si lubet*, inquit, *præſentia expendamus, cùmque, non dico, qui turpia perpetrat ſed qui* TVRPIA LOQVITVR *conſideremus, quàm ſcilicet ridiculus ſit, qui imprimè ſeſe primum contumeliâ afficiat, atque vt qui cœnum aliquod ex ore emittit, ſeſe ipſe contaminet:* contaminat etiam alios.

Impurorum verborũ cœnum ex ore nemo emittat.
S. Chryſ.

Adeò verum eſt, verba minùs honeſta auditorum aures impurare, vt eas inceſtare dicantur; ita loquitur Sidonius Apollinaris lib. 3. epiſt. 11. *Quidque quod verbis inuerecundis aurium publicarum reuerentiam* INCESTANT, *granditer ſibi videntur facetiari.* Et Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum nugas inceſtare caſtam fidei auditionem monet; ita enim ſcribit: *Hi qui multis nugis caſtam fidei* INCESTARINT *auditionem, ad veritatem tandem ſurdeſcentes, & inutiles fiunt & in terram decidunt.*

Verba inuerecunda aures inceſtant.
Sidon. Apol.

Nugæ caſtam fidei inceſtat auditionem.
Clem. Alex.

Et non linguæ munere abutitur, qui impura verba euomit, cùm deberet iugiter Dei gloriam, laudéſque verbis celebrare? Dignum obſeruatione eſt, quod *lingua* in ſacris litteris gloriæ nomine indigitatur, Pſal. 5. verſ. 9. *Et exultauit lingua mea.* Sanctus Hieronymus *Gloria mea* quod expendens Iſidorus Clarius in huius Pſalmi ſcholiis ait: *Exultauit lingua mea; quod in Hebræo eſt (gloria,) Græcus reddidit (lingua,) nam ſermo eſt quò præcipuè dignitas hominis conſtat.* Dignitatem ergo ſuam homo maculat, & gloriam inficit, qui linguam obſcœnis, impuríſque ſermonibus turpiter fœdat. 564.

Gloria de lingua quia ſermone dignitas præcipue conſtat.
Pſal. 15. 9.
Iſid. Clar.

Sed aliam ob cauſam lingua gloriæ nomen ſortita eſt, vt nempè ſtatim intelligeremus, ad hoc formatam linguam eſſe, vt Deum glorificaremus,

Lingua à Deo formata vt Deũ glorificaremus.
Pſal. 16. 10.

caremus, eáque decantaremus, quæ ad Dei gloriam, & honorem ſpectant; & hoc fortaſſe ſenſu excitabat ſe Propheta dicens: *Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara*, Pſal. 56. verſ. 10. per gloriam linguam intelligit, quia ipſa Deum ſemper glorificare debemus. Opportunè nobis ſuccinit noſter Agellius in huius Pſalmi commentario, ſic ille ſcribit: *Quia nomen gloria, id eſt* כבוד *chabod linguam ſignificare inter cætera videtur: ſic námque eſt à L X X. verſum Pſal. 16. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, cùm in Hebræo ſit, & exultauit gloria mea*. Pergit & rem firmat etiam auctoritate ſancti Gregorij Nazianzeni: *Idem indicare etiam Beatum Gregorium Theologum in apologetico certum eſt, cum de prædicatore diſſerit; Priuſquam lingua nimirum impleta ſit exultatione, & diuina melodiæ facta ſit* PLECTRVM *excitata à* GLORIA. Igitur cùm ad Dei gloriam, laudes celebrandas potiſſimùm lingua ſit homini tributa, non eſt quod quis eam impuris, & obſcœnis ſermonibus conſpurcet, & ineptam reddat, quæ Dei gloriam prædicet, Dei laudes loquatur.

כבוד de lingua, & gloria.
LXX.
Agel.
S. Greg. Naz.

565. Incongrue puras puriſſimi numinis laudes canat, cuius os verborum obſcœnorum ſanie plenum eſt; ſic enim loquitur de huiuſmodi impuritatis mancipiis ſanctus Chryſoſtomus hom. 6. in epiſt. 2. ad Corinth. *Præſtat* SANIEM *ex ore emittere, quam* VERBVM OBSCOENVM. *Ac nunc ſi fœteat os, ne ad communes quidem cibos admitteris: cùm autem anima vſque adeò fœteat, heus tu myſteria percipere non dubitas?* Indignus eſt, qui Dei gloriam verbis celebret, ſed multo magis qui Chriſti corpus ore excipiat, cui os impuris verbis fœtet, & luxurioſis canticis ſordidatur; quod premit etiam ſanctus Auguſtinus ſerm. 215. de Tempore dum ait: *Videte fratres chariſſimi ſi iuſtum eſt, vt ex ore Chriſtianorum*, VBI CORPVS CHRISTI *ingreditur, luxurioſum canticum, quaſi* VENENVM DIABOLI *proferatur?* Audiant qui ſimul ac diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ore exceperint, & deglutiuerint, ad obſcœna, & turpia ſe conuertunt & linguam, quæ Chriſti ſanguine rubuerat impurorum verborum cœno maculant; animam ſimul cum verbis quodammodo euomentes ſalutis ſuæ cura neglecta, ſcarabeis perditos hoſce homines comparat Beatus Chryſoſtomus, & eorum impuritatem his verbis perſtringit hom. 9. epiſt. 2. ad Corinth. *Quouſque tandem*, hæc ſancti Patris verba, SCARABEORVM *in cœno ſemper ſeſe volutantium verba loquimini? Neque enim hominum ratione præditorum eſt animam quæ tanti pretij eſt, pro re nullius momenti proiicere, quum è contrario nobis agendum ſit, vt pro exiguo labore cœlum capiamus*. Hactenus ille.

Incongruè Dei laudes concinit cuius os verborum obſcœnorum ſanie plenum eſt.
S. Chryſ.

Ab ore in quod ingreditur Chriſti corpus obſcœnum canticum exire nō debet.
S. Aug.

Scarabeorum in cœno ſeſe volutantium more verba effundenda non ſunt.
S. Chryſ.

566. Apoſtoli cùm ab immundis ſpiritibus laudarentur, qui Dei ſeruos eos vocabant, ferre hanc laudum cantilenam nequiuerunt, quin imperarunt, ne laudum verba Dæmones funderent cur iſtuc? An quia humiles laudari nolunt? ſanè: ſed peculiaris hic adeſt inhibitionis ratio; ab immundis ſpiritibus laudari noluerunt, ne eorum caſtæ aures impuris vocibus inceſtarentur, & pollucrentur. Rem ſanctus Ephræmus Syrus tract. de linguæ malo his verbis tetigit: *Cur Apoſtoli Dæmonem, à quo laudabantur audire renuerunt? Nonne ideo ne mundæ, ac* CASTÆ EORVM AVRES *impuris vocibus contaminarentur?* Sordet pura quælibet laus in ſordenti ore, & gratum Deo eſſe poterit, placitúmque ſuas laudes ore verborum obſcœnorum ſanie referto pronuntiari?

Mundæ, & caſtæ aures impuris vocibus nō ſunt contaminandæ.
Act.
S. Ephræm.

Turpitudo in ſacris litteris taciturnitatis nomine circumſcribitur, quia nempe turpia ſubticeri honeſte debent, & ſilentij tegmine velari. Hinc Iſaiæ 47. verſ. 2. *Denuda turpitudinem tuam*. Symmachus, *taciturnitatem tuam*, quia ſcilicet ſupprimi debent, quæ honeſte nominari nequeunt. Pulchrè Beatus Hieronymus in huius loci commentario: *In eo*, inquit, *vbi nos interpretati ſumus denuda turpitudinem tuam, ſeptuaginta tranſtulerunt, reuela operimentum, Symmachus taciturnitatem, quod taceri debeat præ verecundia*. Qui non tacent, verecundiam ſe amiſiſſe produnt; nam honeſtatis, & puritatis amator honeſte tegere, & obuelare ea debet, quæ pudicas aures offendere apertè nominata poſſunt.

Turpitudinis nexus, & taciturnitatis.
Iſa. 47.
LXX.
S. Hier.

567. Frequens hic ſacræ Scripturæ mos, (vt ex multis præſertim ex cognoſcendi verbo cognoſci facile poteſt) quo honeſtè maritale opus obtegit, & velat: Gen. 4. *Adam cognouit vxorem ſuam Euam*: poterat verecundius explicare? Probè Oleaſter hic: *Similiter in verbo cognouit, docemur, quomodo vocabulorum* HONESTATE *in turpibus rebus vti debeamus*. Quare Paulus Epheſios admonens ait, *fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis*. Extant alia plura inhoneſtæ rei honeſtę circumloquutiones, quibus docemur ab omni obſcœnitate linguam coercere.

Vocabulorum honeſtate in rebus turpibus vtēdum.
Gen. 4.
Oleaſt.

Canes linguâ vulnera ſua lambunt, & curant; homo adeò in ſe ipſum ſæuit, vt obſcœnorum verborum prolatione vulnera ſibi infligat. Hinc illud monitum ſancti Auguſtini ſerm. 215. de Temp. *Quod bonum eſt, & honeſtum loqui ſtudeant, ne fortè turpia proferendo de linguâ ſua vnde debuerant* DEVM *laudare, inde ſibi* VVLNERA VIDEANTVR INFLIGERE. Vulnerat lingua non cuſtodita loquentem, vulnerat auditores; quid mirum ſi aliis non parcit, quæ non parcit auctori? linguâ ſi quis minimè vtatur, ſi quis eam intra labia contineat, ſi taceat opportunam inueniat ſuis vulneribus medicinam, alioquin vulnera vulneribus addet: linguæ vſu medeatur ſuis vulneribus canis, homo medebitur ſi tacuerit, & linguam mouere liberiore, & parum honeſtâ verborum effuſione noluerit. Rem à probo calamo habes. Sanctus Ambroſius in Pſal. 37. ita ſcribit: *Taciturnitas ipſa medicina eſt, & velox* IN SERMONIBVS MAGIS VVLNERATVR: *Quid miraris ſi alterum vulnerat cùm frequenter ipſe ſeſe* VVLNERET? *quia ex multiloquio peccatum non effugit*. Vides à taciturnitate vulnerum medicinam eſſe, ab effuſo ſermone vulnera, quod magis timendum eſt, ſi verba ab honeſtate abeant, & impuritatem oleant.

Inſigunt ſibi vulnera qui impura loquuntur.
S. Aug.

Taciturnitas vulneris medicina.
S. Ambr.

568. Eos qui ſeruis res neceſſarias cuſtodiendas committunt, ori vero ſuo verba ſuperflua, aut etiam noxia, & impura in hunc modum perſtringebat Sanctus Chryſoſtomus hom. 2. in Matthæum: *An non turpe, maximéque ridiculum ſit, res neceſſarias, certáſque magnâ plerunque parte, ſeruis quos habemus demandare; ori vero quod proprium, noſtrúmque poſſidemus*, VILIORA QVÀM MANCIPIIS, *nempe inutilia quædam, & ſuperuacanea committere? Vtinam verò ſuperuacanea tantùm, & non etiam damnoſa, & noxia, nihilque profutura!*

Perſtricti qui ſeruis res neceſſarias cōmittunt, ori vero ſuo verba ſuperflua & impura.
S. Chryſ.

Proderit ergo & à turpi ſermone abſtinere & inhoneſtis colloquiis aures occludere, ne mens obſcœna verba admittens maculetur. Clitomachus

A turpi ſermone ſe quiſque ſubducat.
Ælian.

Digitized by Google

tomachus ſicut refert Ælianus lib. 3. Varię Hiſt. in conuiuiis ſi de rebus venereis ſermo incidiſſet, continuò ſurgens diſcedebat, vt ab Ethnico fideles verecundiam diſcant, & pudorem.

Aurium tegumentis Athletæ vtebantur. Plut. *Pueris magis neceſſaria quam Athletis.*

Xenocrates apud Plutarchum dicebat Amphotidas (ſunt hæc tegumenta aurium, quibus Athletæ vtebantur) pueris potiùs, quàm Athletis neceſſarias: *quod illorum aures ictibus, horum mores ſermonibus peruertantur*: noxium magis morum vulnus, quàm aurium, & illorum magis validus ictus, quàm iſtarum.

569. *Turpis ſermo animæ nocet vt oculis fumus.* S.Ephræm.

A turpi ſermone ſic nos auocabat ſanctus Ephræmus Syrus tract. ad init. Prouerb. *Sicut* OCVLIS *obeſt* FVMVS, *ita* TVRPIS SERMO *nocet animæ:* fumo quoſdam necatos nouimus; impura loquens fumum euomit, quo & ipſe necetur, & auditores.

Ore ſe ſuo condemnat, qui impurè loquitur. S.Ambr.

Nimirum ab ore turpia loquentis exit ipſius condemnatio, ipſe ſe damnat qui impurè loquitur; hinc illud ſancti Ambroſij lib. 1. offic. cap. 42. *Graue malum, vt aliquis ore ſuo condemnetur; etenim ſi pro otioſo verbo vnuſquiſque rationem reddere debet, quanto magis pro* VERBO IMPVRITATIS, *& turpitudinis.*

Suis verbis, capiūtur qui obſcœnis verbis ſe maculant. S.Pet.Dam.

Fertur, vt hoc quoque adiiciam, inter Græca prouerbia illud celebratum ex Turdi natura ſumptum: *Turdus ipſe ſibi malum cacat,* quia nempè viſcum, vnde capiatur excernit, vt auctor eſt Plinius. Plautus huc reſpiciens ſic extulit: ipſa ſibi auis mortem creat. Sed non longè abibimus, ſi iſtuc euenire dixerimus iis, qui temerè turpia, & obſcœna verba emittunt: his enim capiuntur, & irretiuntur. Adſcribam Beati Petri Damiani verba nam huc videtur reſpicere ſerm. de vitio linguæ, licet paulò aliter de Turdo, & de viſco ſentiat: *In quo videlicet facto quid aliud quàm* TVRDELAM *imitantur, quæ ex eo, quod digerit moritur? Ex eius quippe ſtercore planta naſcitur, de cuius humore viſcus conficitur, quo poſtmodum, & ipſa capiatur, vtque ex eo agitur, quod prius fuerat cibus ſuus, vt & ipſa poſtmodum ſit cibus alienus. Ita ergo cum immunda quæque, ac vana proferimus, quid aliud quam laqueos nobiſmetipſis loquendo compingimus, quibus ab aſtutis aucupibus, hoc eſt à malignis ſpiritibus, poſtmodum capiamur.*

...tores candorem in loquendo præferebant. Pet.Berch.

Denique vt definiam, ſenes præcipuè verborum honeſtate prælucere aliis debent, & ſermonis candore inſigniri; Ceti ſimilitudine id monebat Petrus Berchorius lib. 9. cap. 12. *Dentes Ceti in iuuentute ſunt nigri, in ſenectute verò albi: ſic* SERMONES *noſtri debent eſſe caſti, & puri in* SENECTVTE, *licet alioquin infantes fuerint in iuuentute.* Quò nimirum quis vicinior reddendæ rationi, eò cautior in ſermone debet eſſe.

EXCVRSVS XLII.

Verborum nauis fluctuat, ſi liberiùs ſermo fluat; naufragium timendum in nimia loquacitate.

Verba, & vocabula volant.
Verborum nauis *loquentem mergit.*
Mortalis temerè verbis natat.
Lingua vt fluuius fluctuat.
Sermo velut in ſalo fluctuat.
Contra Iracundiæ torrentes, *& luxuriæ* fluenta *ſilentij oſtium claudendum.*
פ *Phe quid.*
Qui os facilè aperiet, *quanta mala timere debeat.*
Errandi *nexus &* loquendi.
Silentium *mulierum ornamentum.*
Silentium ſubiectionis ſignum.
Nimia in viris loquacitas perſtricta.
Verborum flumen *plerique emittunt, vix mentis guttam habentes.*
Loquacitas innocentiæ naufragium.
מש *quid,* Maris *&* linguæ *nexus,* loquacitatis, *&* naufragij.

EXcitantur non rarò liberiorum verborum fuſu inter cōiuges irarum tempeſtates, ſurgunt diſcordiarum æſtus, fluctúſque, dum verborum ictibus verbis duris, aſperiſque occurratur: quid igitur præſtandum, ne naufragium in nuptiarum mari coniuges habeant, vt ortam tempeſtatem ſedent, aut naſcituram impediant? in ſilentij ſe portum recipiant. 570.

Verba vt volucres volāt. Plut.

Ad modum nauis, quæ portum deſerens in fluctibus fluctuat verbum eſt quod ex ore emittitur, nec vllis anchoris retinetur, & ſiſtitur. Hinc illud Plutarchi de Garrulitate: *Volucrem manibus emiſſam haud pronum eſt iterum prehendere, neque effuſum ore dictum apprehendere, & tenere valeas, ſed* PRÆPETIBVS PENNIS *circumcirca per alios in alios proſeminatum*: tanquam volucris verbum volitat, & alas volatu ipſo producit. Pergit ad nauis metaphoram flectens, NAVEM *à vento raptam rudentibus & anchoris curſum eius tardantes reprimunt; dicti poſtquam quaſi ex portu ſoluit; nulla eſt ſtatio neque anchoræ iactus; ſed ſtrepitu multo, & clangore volitans illidit, & demergit in magnum, & graue periculum authorem.* Flecte in omnia ſæcula oculos, & reperies innumeros incautà verborum nauigatione naufragium ſubiiſſe, vndiſque miſerè ſepultos.

Verborum nauis loquentem mergit. Plut.

Mortalis temerè verbis natat.

Periculosè quis ſermonibus velutur, & verbis natat, non ſolum ſi ab ore propria verba exeant, ſed etiam ſi ab alieno in noſtri laudem, aut vituperationem, niſi quis ſcopuli naturam induat, nec maledicæ linguæ impetu, nec blandientis illapſu moueatur: quod eleganter explicat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. de pace huc Iobi verba iuxta LXX. lectionem vocans; nam quod noſter habet Iob 11. *Vir vanus in ſuperbiam erigitur,* LXX. ſic efferunt. *Homo fruſtra natat ſermonibus*, ad quam verſionem reſpiciens ait: *Quod enim ſum, hoc maneo, ſiue maledictis impetar, ſiue laudibus euehar.* MORTALIS AVTEM TEMERÈ VERBIS NATAT, *vt inquit Iob, nec me improbæ linguæ magis circumfluunt quam æquorea ſpuma ſcopulum circumluit vel ſpinum, aut aliam quamuis arborem denſam, & ſublimem,* &c. Naufragium non ſubibit qui ſcopuli firmitatem refert, nec conuitiis, laudibúſque mouetur, non ſecus ac ſcopulus æquoris ſpuma.

Iob 11. LXX.

S.Greg Naz.

571. *Lingua vt fluuius fluctuat.* B Ennod.

Et vero linguam ſe ad modum fluminis, & maris habere, quæ fluctuat, & mergit minus cautos bellè explicat B. Ennodius lib. 2. epiſt. 1. dum ait: *Deus bone in quantos ſe vſus diues lingua diſpergit, cum voluerit ſæuit vt beſtia, currit vt* FLVVIVS, FLVCTVAT *vt profundum, & quamcunque fucatis verborum imaginibus pingit ſpeciem veri adſtipulatione repræſentat.* Noxius hic fluuius

fluuius niſi ſuis teroinis coërceatur, ſuiſque aggeribus eontineatur, ne alienos campos inuadat, & lurulentus tandem ad ſe redeat.

Sermo velut in ſalo fluctuat. S. Ambr.

Sermonem in ſalo fluctuare dum eurrit, indicabat etiam ſanctus Ambroſius lib. 5. Exam. cap. 11. dum ait: *Iam rogemus Dominum, vt ſermo noſter quaſi Ionas eiiciatur in terram, ne diutius in* SALO FLVCTVET.

Contra iracundiæ torrentes, & luxuriæ fluenta ſilentij oſtium claudendum. Gen. 7. 16. Vgo Vict.

Iracundiæ torrentes vincuntur, & luxuriæ flueta, voragines, linguæ cuſtodia vitantur, quod ſignificatum eſt Gen. 7. 16. quum Noë in magno illo totius orbis diluuio in arcam ſe recepit, cuius oſtium elauſum à foris eſt. Audiendus hie Vgo Victorinus lib. 2. de clauſtro animæ cap. 6. vbi hæe in hanc ſententiam habet: *Si inundauerit diluuium carnis, tunc intrat arcam mentis, & licet circumfluant torrentes iracundiæ,* FLVENTA *luxuriæ, voragines gulæ, licet ebulliant fontes delectationum, abyſſus cupiditatum, maria conturbationum, intrat tamen* Noe ſecurus arcam, id eſt, quietus animus clauſo foris ſilentij oſtio poſſidet animam. Niſi arcæ oſtium clauſum probè fuiſſet, ſepultum aquis Noë eum vxore, ſuiſque fuiſſet, & niſi ſilentij ſignaculo os claudatur timere naufragium quilibet poteſt.

572. *פ Phe quid? Qui os facile aperit quanta mala timere debeat.* Pſal. 118. 133.

Periculoſa loquacitas eſt, & ingentia damna ferè parturit effuſus, nulliſque legibus coërcitus ſermo, & omnis iniuſtitiæ fluctus ſequi liberiora colloquia ſolent, Pſal. 118. verſ. 133. & 134. has lachrymabiles voces emittit Propheta: *Aſpice in me, & miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniuſtitia.* Et vnde iſte timor? quæ huius petitionis cauſa, horum diſcriminum occaſio? An quia os aperuerat, & ob id tantus tantum Prophetam inuaſit timor, vt erumperet in hæc verba, ſciens ex labiorum diductione ingentium malorum flumina emanare? præfixa his verbis פ *phe* littera fuerat, quæ *os aperui*, interpretatur, vnde non mirum ſi Dei miſericordiam poſtulat, & petit, vt eius greſſus dirigantur, nullàque eius iniuſtitia dominetur, quòd horum omnium tunc maximè indigeamus, qoando os aperimus, verborúmque nauigatione, extra ſilentij portum iactamur. Huc vocanda Beati Ambroſij verba qui in Pſal. 118. octon. 17. obſeruans præfigi litteram *Phe* ita ſcribit: *Phe littera decimaſeptima Latinè ſignificat* ERRAVI, *ſiue* OS APERVI. *Meritò hæc lachrymabilis ſeries Pſalmi ſubiecta eſt huic litteræ. Reſpice in me, & miſerere mei, & non dominetur me omnis iniuſtitia.* Scilicet præmiſsà oris apertione, & liberiore linguæ vſu mala omnia timenda, & tunc maximè Dei auxilium implorandum, ac petendum ne iniuſtitia noſtri dominetur.

S. Ambr.

Errandi nexus, & loquendi.

Expende illod, *Erraui, ſiue os aperui*, vtrumque iungo, & necto, cognationem qoippè inter ſe hæc duo habent, facilè aberrat, qui facilè os aperit, & vbi effuſus ſermo eſt, errores pullulant; qui errare non vult, linguam eoërceat, clauſúmque os cuſtodiat.

573. *Silentiũ mulierum ornamentum.* Plut.

Et verò in nuptiarum mari maximè mulieres in ſilentij portum ſe eollocare debent, alioquin ſæua totam domum tempeſtas inuadet, ſi cohibere linguam mulier negligat; hoc voluère, qui Venerem teſtudini inſiſtẽtem finxère, quod tetigit Plutarchus lib. de Præcept. Connub. *Eliorum Phidias Venerem teſtudini inſiſtentem finxit, domi manendum ſignificans, &* SILENDVM *fœminis.* Ornant hæc duo fœminam, euagationis fuga, atque ſilentium; probæ mulieris hæ notæ, hi characteres.

Silentiũ ſubiectionis ſignum. Agel.

Subiecta mulier viro eſt, & vir mulieri ex Dei ſententia dominatur; ſubiectam ſe nouerit, & probabit ſi taceat, ſeruétque, cùm opus erit, ſilentium, vnde in diuinis litteris, ſubiectionis indicium ſilentium eſt, & patientiæ ſignum tacere, quod acute vt ſolet notauit noſter Agellius in Pſal. 61. illuſtrans illa Prophetæ verba: *Idem ferè dixit Ieremias in lamentationibus. Bonum eſt expectare cum ſilentio ſalutare Domini: cum ſilentio, hoc eſt patienter, humiliter, ſolet enim ſilentium ſubiectionis eſſe ſignum nam qui ſubiectus eſt iuſſis Domini non repugnat neque de eo conqueritur: itaque etiam Apoſtolus ſilentium fœminis indixit vt* SVBIECTIONIS INDICIVM. *Mulieres, inquit, in Eccleſiis taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe.*

Nimia in viris loquacitas perſtricta.

Nimiam in viris loquacitatem, ita quidam carpebat:

Multa loqui, tacuiſſe parum muliebria cùm ſint
Crimina; FOEMINEVS *multus in orbe* VIR EST.

574. *Verborũ flumen plerique emittunt vix mentis guttã habentes.* Theocr.

Ineptè ille lingua vtitur, qui multa verba fundit, quæ leuitatem, & impudentiam loquentis eò apertius produnt, quò ſunt plura, & præcipiti quodam impetu emiſſa: vt percelli ea nota poſſint, qua Theocritus Anaximenis hominis ſupra modum loquacis, & extra prudentiæ limites inconſiderati orationem momordit, inquiens in ea videri *verborũ quidem* FLVMEN, *ſed nec mẽtis guttam*; in aliquibus nec gutta quidem mentis apparet dum temere, inconſideratéque loquuntur, & quicquid in buccam venerit, abſque vllo examine euomunt.

Loquacitas innocentiæ naufragium. S. Ambr.

Sermonis intemperans, & liberè quicquid illi à ſua leuitate ſuggeſtum fuerit effutiens, non longè à naufragio abeſt, & eo grauiori, quo innocentiore; & virtutis mentes merguntur, & pereunt dum hoc ſubitur naufragium: rem tetigit ſanctus Ambroſius in Pſal. 3. vbi ait: *Loquacitas innocentiæ virtutiſque* NAVFRAGIVM, *atque incentiuum prolapſionis, & culpæ:* quæ maiora damna ab alio naufragio timeri poterant, quàm debent ab iſto?

שפה quid. Lingua nexus, & naufragij.

Magnus oris, & aquarum nexus: in Hebraïco fonte idem verbum & de labiis, ſeu ſermonibus dicitur & de littore, ac ripa; שפה enim labium hominis ſignificat, & ad linguam, ſermonem, loquendíque facultatem transfertur, ripam, littúſque fluminis, aut etiam nauis extremitatem notat: vt qui mouet labia vt loquatur, ſciat eius linguam tanquam nauem vndis ferri, ac proinde illi cauendum ne mergatur, infelixque ſubeat naufragium.

EXCVRSVS XLIII.

Sermonis ros ad audientium fructum.

Boni ſermonis ros *animam fouet.*

Eloquij ros *à doctore cadit vt fructus ferant auditores.*

Doctor auditoribus ſe accommodat, perfectioribus pluuiam, *rudioribus* rorem *immittit.*

Boni ſermonis ros *è cælo.*

Auidè

Auidè ſermonis pluuia *expectanda ab auditoribus.*

Sermonis ros, *& pluuia vtilis, quæ à Deo potius, quam ab hominum induſtria, & arte cadat.*

Auditores ſuos ſpiritualiter irrorat *bonus Doctor.*

Diuini ſermonis ros, *quam ſalutaris.*

A terrenis, & carnalibus affectibus ſit liber animus, qui ſupero doctrinæ rore *eſt perpluendus.*

Euangelicæ prædicationis ros, *& pluuia quam vtilis.*

Virginis ſermo vt ros.

Cui placet doctrinæ ros *operis laborem non defugiat.*

575. *Boni ſermonis ros animam fouet.* S. Nilus.

NOn temerè ſunt verba funditanda, ſpectandus audientis eſt fructus, plerique lapides loquuntur, grandinem emittunt, adeo nihil proſunt audiroribus, vt officiant; ad modum roris habere ſe verba debent, quo adſperſæ audientium mentes in adepto bono foueantur, ad non adeptum ſurgant; rore adſperſa germina adoleſcunt, ideo noſtro ſermone fiat, fiet ſi Deum ſapiat, Deum ſonet, cœlum, cœleſtiaque: Scitè ſanctus Nilus orat. 6. de Acedia: *Aeris*, inquit, ROS *auget fructum agri, & ſermo ſpiritualis animæ ſtatum fouet;* vt nouos ſemper edat fructus, & editi creſcant.

Eloquij ros à doctore cadit, vt fructuoſi fiant auditores. Deut. 32. Oleaſt.

Huc ſpectabat & Moſes cùm diceret in ſuo Cantico Deuter. 32. *Fluat vt ros eloquium meum:* Oleaſter hìc legit: *Fluet*, & ſtatim addit ad explicatum: *Fluet ſcilicet ſuper vos veluti* ROS *eloquium meum: ad faciendum vos* FRVCTIFICARA, non ego meam vtilitatem quæro, non gloriam ſpecto: veſtri cauſa laboro, vos inſtruo, vt fructum afferatis.

Doctor auditoribus ſe accommodat. perfectioribus pluuiam rudioribus verò immittit. Deut. 32. 2. Agell.

Dixerat priùs Moyſes: *concreſcat vt pluuia doctrina mea*, & poſtea adiecit, *fluat vt ros eloquium meum*: idem doctor & ſermonis pluuiam emittit, & rorem, auditorum ſe captui accommodat, peritis, & perfectioribus imbrem, imperitis, & imperfectioribus rorem: Eleganter noſter Agellius in hoc Moſis Canticum in hæc Moſis verba: *Ex eo autem*, inquit, *quod* PLVVIA *maior eſt, & abundantior*, ROS *minutum, & rarum, intelligunt nonnulli eos qui perfectiores ſunt & maiores pluuiam excipere, rore perfundi plebem, & homines rudiores: quod ipſum docendi diſcrimen pro auditorum diuerſa facultate, ſequentibus etiam verbis aperit: Sicut imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina.*

576. *Boni ſermonis ros è cœlo.* S. Proſp.

E cœlo ros cadit, vt terram fœcundet, & docentis ſermo Deo tribui debet, ſi fructum producat, dum auditorum adſpergit mentes, nemo adeo deſipiat, vt ſibi tribuat, quod Dei eſt: ſcitè ſanctus Proſper ſalutis verba daturus præmittit epigram. 1.

Nec noſtrum hoc opus eſt, ſed ab illo ſumitur hic
ROS
Qui ſiccam rupem fundere iuſſit aquas.

Auidè ſermonis pluuia expectanda ab auditoribus. Deut. 32. 2. LXX. Agell.

Hoc ſenſu, & Moſes in productis verbis dixit: *creſcat vt pluuia doctrina mea*; quod LXX. ita verterunt: *Expectetur vt pluuia eloquium meum:* hoc eſt, interprete eodem Agellio: *In exſpectatione ac deſiderio ſit doctrina mea, vt arens terra* *pluuiam expectat:* eo vtilior verborum cadentium imber erit, ſi auidiùs expectetur: ſignatè autem dictum, vt pluuia expectandum ſermonem eſſe, ne à ſacro doctore artis paraturam quæreremus, & adſcitæ, elaboratæque eloquentiæ miniſterium: pluuia nulla hominis arte cadit, & terram irrigat, aliæ aliarum aquarum irrigationes humana fiunt induſtriâ, hominum opera, ac labore: Peritè idem Agellius: *Aptè dixerunt LXX. expectetur vt* PLVVIA *eloquium meum, quaſi dicat non humano ingenio, & arte deſumptum, non ſicut irrigationes aquarum, quæ arte, & induſtria agricolæ, deducuntur, & deriuantur, ſed ſicut pluuia, quæ a Deo deſcendit: eiuſque iuſſu in terras defluit: non enim pluuia, aut ros eiuſmodi eſt, inquit Michæas, vt ab homine ſit expectanda.* Itaque quo minus artis, & fuci Doctoris verba habebunt, hoc magis ad diuinæ loquutionis formulam accedent: Michææ porrò verba, ad quæ reſpicit Agellius ſunt iſta ex cap. 5. deſumpta: *Erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, quaſi ros à Domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam, quæ non expectat virum, & non præſtolatur filios hominum.*

Sermonis ros, & pluuia vtilis, quæ à Deo potius, quam ab hominum induſtria & arte cadat. Deut. 32. 2. Agell.

Rore prata adſpergantur, debet & audientium arua doctor irrorare ad fructum, docentis hoc munus eſt, hinc illud Baſilij Seleuciæ Epiſcopi orat. 4. initio. *Rurſus*, inquit, *ad dicendum nos exſtimulat docendi lex, vim rurſus affert, vt* IRRORATIONE *leui ſpiritualem irrigemus paradiſum:* qui hoc rore perplutus fructus afferat. 577.

Auditores ſuos ſpiritualiter irrorat bonus doctor. Baſil. Seleuc.

Bonus ros diuinus ſermo, qui mentis pratum perpluit ad vitam: felix qui hoc rore iugiter perfunditur, vt carnalium concupiſcentiarum æſtum temperet, aut extinguat: de diuino hoc rore ita ſcribit ſanctus Ambroſius lib. 1. officiorum cap. 32. *Pulchrum eſt, vt diuinarum ſcripturarum humeſcamus alloquio, & quaſi* ROS *ſic in nos Dei verba deſcendant:* vt ſcilicet virtutum flores erigat, quos mundanorum voluptatum radij deiecerant, & deformauerant: implantanda hìc verba ſancti Cyrilli Alexandrini, qui ad hanc mentem in cap. 5. Michææ hæc afferebat: *Quemadmodum in agris nonnunquã radiorũ ſolariũ fulgor lilia percutiens ad deformitatem & langueſcere, & marceſcere facit, ita quoque peccati auctor cùm animum hominis mundanarum voluptatum ardore incendit, & marcidum reddit quodammodo, & ſpeciem eius deformiſſimam efficit, ſed diuinus ſermo eundem* SICVT ROS *florem aut herbam, quaſi rurſum erigit:* atque adeo à mundanarum cupiditatum humo mentem auocat, quam perfundit.

Diuini ſermonis ros, quam ſalutaris. S. Ambroſ. S. Cyril. Alex.

Nimirum ab omnibus vitiis vacuus eſſe debet animus, ab omnibus terræ, carniſque affectibus alienus, qui perplui ad vitam hoc rore deſiderat: hoc rectè innuebat ros ille, qui ante manna cadebat qui non quemlibet locum occupabat, ſed deſertum, quod ad noſtram mentem expendebat Philo lib. 2. Allegoriarum in hæc verba: *Videre cibum animæ vis? Verbum Dei continuum* RORI SIMILE, *per circuitum totam complectens, & nullam partem eius expertem ſui relinquens: hic ſermo non vbique apparet, ſed vbi deſertum eſt vacuum vitiis, & affectibus.*

A terrenis, & carnalibus affectibus ſit liber animus qui ſupero doctrinæ rore eſt perpluendus. Philo.

Ros, & cæleſtis imber diuina prædicatio eſt, cuius deſcenſu iuſtitiæ, & ſanctitatis germina pullulant, aut reuireſcunt; Vix dixerat Dauid 578.

Euangelicæ prædicationis ros, & pluuia quam vtilis. Pſal. 71. Agell.

Pſal. 71. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*: quæ verba de ſermonis, & doctrinæ vtilitate, & fructu intelligenda alibi luculenter probar, cum ſtatim addit: *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis*: vt à nexu diſceremus, quantum boni mundo attulerit Euangelicæ prædicationis ros, ac pluuia; rem eleganter verſat Agellius hic, dum ait: *Ex hac doctrinæ pluuia quod germen, qui fructus erunt? Orietur, inquit, & pullulabit iuſtitia, magnus iuſtorum hominum prouentus erit, & pleniſſima pacis, & pacificorum hominum ſeges per totum orbem terrarum tanquam per diuinum campum pullulabit, quorum ante Chriſti aduentum cum rara germina fuiſſent, quod aſtu vitiorum exaruerint, hoc diuino prædicationis* ROREBRE, *& imbre in imos terræ ſinus deſcendente reuireſcent hæc læta germina.*

Virginis ſermo vt ros. S. Ambroſ.

Denique qui hoc rore paſcitur, apis pudicitiam, laborem, continentiamque imitari debet; Rore victitare apes perhibentur, apis ſit ſpiritalis, qui ſpiritali rore paſcitur; Huc flecti poteſt illud quod habet ſanctus Ambroſius lib. 1. de Virginibus: *Digna*, inquit, *virginitas quæ apibus comparetur, ſic laborioſa, ſic pudica ſic continens Rore paſcitur apes, neſcit concubitus, mella componit. Ros quoque virginis eſt ſermo diuinus: quia ſicut* ROS *Dei verba deſcendunt.*

Cui placet doctrinæ ros operis laborē non defugiat. Iſa. 26. 9. Chald.

Laborioſa apis eſt, & rore paſcitur, laborem non defugiat, ab opere ſe non eximat, cui ros iſte placet; Chaldæus Paraphraſtes quod noſter habet Iſaiæ 26. 9. *Quia* ROS *lucis ros tuus*: vertit: *Quia ros luminis* ROS *tuus operantibus legem*: non eſſet ad lucem iſte ros, eſſet ad tenebras, ſi ille non operatur, qui illo operitur.

EXCVRSVS XLIV.

Verborum nexus & aquæ, fluminumque.

Sermonis fons ripis ſuis coërceatur *ne lutum colligat.*

Viri ſtulti ſermones ripas *premunt, arua non fæcundant.*

Linguæ loquacitas reprimēda vt fluctus *rupe.*

Riuulus fontis *à quo manat index, & ſermo illius character, à quo exit.*

Sermo *conſcientiæ index.*

Cauēdū ne in ſermonibus partus abortus *fiat.*

Sermo malus hominis mentem perturbat vt lapis aquam *in aquam coniectus.*

Conuitia ſpumæ *paria.*

Spumans ſermo *exquiſito fuco infectus.*

Spumans verborum ornatus *damnandus.*

Iniuriæ frendētāquam indignabundi maris *fluctus, qui in ſpumam deſinunt.*

Cauti aquas reiicienti *par, qui loquentis verba ſpernit.*

Linguæ *vis maior, quàm* torrentis.

Verba in ſcopulorum morem *grandia.*

579. VAria hîc de lingua, varia de ſermone offero, & fere omnia aut aquā tangunt, aut adnexa aquis ſunt, vt argumento eò ſtrictiùs hæreant, quò aquis magis ſunt proxima.

Sermonis fons ripis ſuis coërceatur, ne lutum colligat. S. Ambroſ.

Coërcendus intra honeſtatis, modeſtiæ, ac temperantiæ ripas ſermo eſt, ne tanquam fluuius dum liberior currit, & extra vndas fertur lutum colligat, & conſpurcetur id quod docebat hiſce verbis ſanctus Ambroſius lib. 1. offic. cap. 3. quæ etiam alibi aliò ſpectans, protuli: *Alliga ſermonem tuum ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloquio peccata ſibi colligat: ſit reſtrictior, &* RIPIS SVIS COËRCEATVR, *citò lutum colligit amnis exundans*: Cœno inficiatur ſermonum fons, ſi liberiùs euagetur, & per alienos campos excurrat. Ad hæc verba videtur ſpectaſſe Beatus Laurentius Iuſtinianus, tract. de continentia cap. 15. vbi ait: *Alliga, ò homo, qui continentiam cuſtodire moliris, ſermonem tuum, ne laſciuiat, nec luxurietur, & in turpiloquio peccata ſibi colligat: ſit reſtrictior, &* RIPIS COËRCEATVR. *Cito lutum colligit animus ſuperfluitate verborum.*

B. Laur. Iuſt.

Viri ſtulti ſermones ripas premunt, arua non fæcundant. S. Greg. Naz.

Et verò ſermonis fons in hoc poteſt, prata percurrere, & campos non vt lutum colligat ſibi, ſed vt pinguiora, & fertiliora reddat arua, quæ peruadit, alioquin ſtultitiam quandam ſapiunt illius ſermones, qui ſimiles vndis maris ſunt, littus enim ita premunt, vt ſterilitatis ſemper nota laboret: Aduocanda huc ſunt ſancti Gregorij Nazianzeni verba, qui in ſententiis ita loquitur: *Sonitus* MARIS VIRI STVLTI SERMONES *ſunt, ita enim ripas premunt, vt meliora interim, & pinguiora prata non reddant.*

Linguæ loquacitas reprimenda ratione vt fluctus rupe; ſcitè ille: 580.

Linguæ loquacitas reprimenda vt fluctus rupe.

Fluctibus obſiſtit validis velut obuia RVPES
Cogit, & in propriis currere limitibus.
Sic ratio LINGVÆ *præſcribit verba loquaci,*
Ne referat ſtolide quæ reticenda forent.

Riuulus fōtis à quo manat index, & ſermo illius character, à quo exit. S. Baſil.

Riuulus fontis à quo manat index eſt, & ſermo pectoris à quo prodit: hac ſimilitudine vtitur ſanctus Baſilius epiſt. 341. AQVARVM, inquit, RIVVLVS SVVM FONTEM *indicat, ſermonis autem ingenium illud eſt, vt pectus vnde emanat characterizet.* Conſcientiæ indicem loquentis ſermonem eſſe aſſerebat Dauid de Auguſta cap. 15. in formula nouitiorum: *Sermo*, inquit, *verus vana conſcientiæ index eſt, qualis enim es, tales ſermones loqueris, talis & mens comprobatur.*

Sermo conſciētiæ ind. x. Dauid.

Cauēdum ne in ſermonis partu abortus fiat.

Sermonis fœtum emittere mens nimis citò non debet, facile moriturus hic partus, ſi diu in mentis ventre non perficiatur, vt in partu ipſo accidit cùm fit abortus: Hinc illud illius:

Quò præcipiti lingua effrenis
Impete tendis? certè ſatius
Tacuiſſe fuit quam veloci
Mentis ABORTV *temerare Deum*

Vel leuis, paruuſque lapis in aquam coniectus eam commouet, & perturbat, non aliter ſi putam mentem impurus, maluſque ſermo ingrediatur, commouet, & turbat. Hoc voluit ſanctus Nilus orat. 4. de ira: *Lapis in* AQVAM *coniectus eam perturbat, & hominis mentem ſermo malus*, non enim minus ciet mortem maledicus ſermo, quàm luxurioſus, & vt ille ad iram vocat, ita & impudicus ad impudicitiam. 581.

Sermo malus hominis mentē perturbat, vt lapis aquā in aquam coiectus. S. Nilus.

Conuitia ſpumæ paria. S. Greg. Naz.

Conuitia, quæ aliquis in alium euomit, ſpumæ paria videntur, quam fluctibus iactatæ vndæ maris emittunt: ſanctus Gregorius Nazianzenus in quadrag. ieiun. ſil. *Hæc*, inquit, *ſæpè ex animo perturbato, grauique ira percito*

conuitiorum

conuitiorum omnis generis velut SPVMAM *quandam extra diffundit.*

Spumans ſermo exquiſito fuco infectus. S. Auguſt.

Spumans ſermo eſt dictus, exquiſito fuco infectus potiùs, quàm ornatus; de quo ita ſentit ſanctus Auguſtinus, ſi tamen illius non alterius eſt tractatus de ſobrietate, & caſtitate, qui inter eius opera recenſetur cap. 1. *Suademus auditores rationem dicti debere aduertere, non fucum* SPVMANTIS SERMONIS *aut artificioſam eloquentiam expectare.*

Spumans verborum ornatus damnandus. S Auguſt.

Spumeum verborum ornatum damnat verè ipſe ſanctus Auguſtinus lib. 4. de doctrina Chriſtiana cap. 14. ſub his verbis: *Nec illa ſuauitas delectabilis eſt, quâ non quidem iniqua diliguntur, ſed exigua, & fragilia bona,* SPVMEO VERBORVM AMBITV *ornantur quali nec magna, atque ſtabilia decenter, & grauiter ornarentur.*

582. *Iniuria ferendo tanquam indignabundi maris fluctus, qui in ſpumam deſinant.* Eug.

Iniuriæ ferendæ, conuitia forti animo excipienda ſunt, non videntur maledicæ linguæ tanquam mare vndis fluctuare, in ſpumam deſinunt, ſi æquo feramus animo; flecto huc illud Euagoræ Antipat. in epiſt. Theophyl. *Iniuriis animum aſſuefacito, ſic enim indignabundum mare vltra* SPVMAS, *& fluctuationes iram non effert*; Parum eſt maris iram imitari, quæ in ſpumas finit, & fluctuationes, quod tantum videtur exigere Euagoras: ſed maledicentium quoque conuitia ferenda tanquam iratum mare donec ſubſidat alioquin ſi par pari reddere tentabimus, & fluctus fluctibus reponere, iram alienæ linguæ mare non ponet, ſed plus feruebit, & acrius æſtuabit.

Cauti aquas reiicienti par qui loquentis verba ſpernit. Ouid.

Cauti aquas reiicienti ſimilis eſt, qui loquentis verba ſpernit, atque flecti neſcius repudiat; Ouidius 2. Metamorph. hac vtitur metaphorâ:

Quo pater haud aliter, quam CAVTES MVRMVRA *Ponti*
Excipit.

Seneca. Et Seneca in Hippol.

Vt dura CAVTES *vndique intractabilis*
Reſiſtit vndis, & laceſſentes aquas
Longè remittit, verba ſic ſpernit mea.

Nollem hac nota inſigniri fidelium pleroſque dum Dei verba excipiunt, nolim cautes eſſe, ſuperæ doctrinæ aquas repudiantes.

Linguæ vis maior quam torrentis. S. Greg. Naz.

Maiorem quam in torrentibus vim, impetumque in lingua notabat ſanctus Gregorius Nazianzenus in quadrageſimi ieiunij ſilentium, dum ait: *Linguam loqui properantem non homo, non nix, non* TORRENS, *non ſcopulus, non denique res vlla coërcere poteſt.*

Verba in ſcopulorum morem grandia. Ariſtoph.

Ariſtophanes in Ranis appellat ῥήματα κρημνώδη *verba quæ in ruplum, ac ſcopulorum morem grandia ſunt*: quod etiam ad periculum transferri poteſt, ſi accidat quempiam hiſce verborum ſcopulis nominis ſui ratem illidere.

EXCVRSVS XLV.

Sermonis cymba periti gubernanda, ne in breuia, in ſcopulos trahat, ſed ducatur ad portum; ad portum ducat.

Cymba *de ſermone.*

Cogitatio ſermonis cymbâ *ad audientem vehitur.*

Carinandi *verbum probra obiicere ſignificat.*

Cauendum ne ſermonis cymba *ſcopulis illidatur.*

Silentij anchorâ *lingua* cymba *ſiſtenda.*

Linguæ gubernaculum *precibus continetur.*

Sermo in quieta audientia portum *reperit.*

Sermo in tumultu *auditorum naufragat.*

Tutus ſilentij portus.

In aduerſitatum fluctibus *muti vt piſces eſſe debemus.*

דמי *quid? ſilentij nexus, & quietis.*

583. *Cymba, & ratis de ſermone.* Papin.

CYmbæ nomen, & nauigandi verbum elegantiſſimè ad ſermonis vſum transferri à bonis auctoribus ſolet; præter ea, quæ ſuperius dedi, hoc euincunt, quæ ſubiicio. Papinius in fine Thebaïd.

Et mea iam longum meruit RATIS *æquore* PORTVM.

Sid. Apol. Sidonius Apollinaris epiſt. 17. lib. 9.

Iam per alternum PELAGVS LOQVENDI
Egit audacem mea CYMBA *curſum,*
Nec bipertito timuit fluento
Flectere clauum
Soluit antennas, ligat alta vela,
Palmulam ponit manus, atque tranſtris
Littori iunctis petit oſculandam
Saltus arenam.

Cogitatio ſermonis cymba ad audientẽ vehitur. S Baſil.

Nec inſolens tranſlatio eſt, ac metaphora, vt ſermo cymbæ comparetur. Accipe Beati Baſilij verba homil. ad illud: Attende tibi ipſi, vbi explicans, qui cogitatio ad audientium aures transferatur, ſic ait: *Quum vocem ſignificatiuam mens, ac cogitatio noſtra apprehenderit, velut* CYMBA *quadam ſermone vehitur, & aerem penetrans ex loquente ad audientem tranſit.* Igitur cum ſermo nauis in morem feratur non temerè effundi debet, ac funibus ſolui, lingua tanquam nauclerus adeſſe debet, ne vltimum ſubeat naufragium. Ruinæ proximus eſt qui in ſermone non eſt cautus.

584. *Carinandi verbum probra obiicere ſignificat.* Ennius. Feſt.

Carinandi quoque verbum ad verba tranſlatum reperio: Ennius:

Contra CARINANTES VERBA, *atque obſcœna profatus.*

Et iterum:

Neque me decet hanc CARINANTIBVS *edere chartis:*

Quod obtrectationem quandam ſapit, vt alij quoque notauêre; vnde & Feſto *carinare* eſt probra obiicere.

Cauendum ne ſermonis cymba ſcopulis illidatur. Ennod.

Cum igitur cymba de verbis dicatur, vnuſquiſque huius cymbæ, & nauis gubernator eſſe debet, ne in ſcopulos feratur; Feſtiuè Ennodius lib. 1. epiſt. 1. *Dum ſermonum* CYMBAM *inter loquelæ ſcopulos rector diligens frænas*, alioquin niſi coërceatur ſcopulis illiſa miſerum ſubiit naufragium.

Silentij anchorâ lingua cymba ſiſtenda. Plat.

Anchoris ſiſtitur nauis, ſilentio verò lingua; Plato Axiochæ in epiſt. Theoph. hanc nauis metaphoram ita verſat: *Nauigamus aliquando velis* NAVEM *explicantes, aliquando anchoris frænantes retinemus. Eadem gubernatio ad linguam adhibenda eſt Axiochæ, vt aliquando eam verbis armemus, aliquando ſilentio reprimamus.*

Lingua gubernaculum precibus continetur. Heſych.

Linguæ gubernaculũ precibus cõtinendũ eſſe indicabat Heſychius Hieroſol. ſerm. de laudibus Mariæ, vbi ait: *Vox* GVBERNACVLA LINGVÆ *preci*

precibus continetis. Sed quia hìc ſumus portum indicemus, ad quem appellere linguæ, ſermoniſque nauem debemus.

585. *Sermo in quieta audientia portum reperit.* Zeno *Sermo in tumultu auditorum naufragat.* Idem.

Sermo qui aquarum fluctibus, & tempeſtatibus obnoxius eſt, in quietâ audientiâ portum ſeperit, id quod his verbis ſignificabat ſanctus Zeno ſerm. de præcep. Attende tibi: *Si quidem inuenerit tranquillam quietamque audientiam ſicut in* PORTV FIDISSIMO IN AVRIBVS AVDITORVM SERMO RECONDITVR; *ſi verò velut fluctus quidam, & ſaxoſa vada auditorum tumultus, & murmur docentibus refragetur in medio aeris ſpatio ſermo transfretans* NAVFRAGABIT.

Tutus ſilentij portus. Ioan. Caſſ.

Præterea ſermo, qui liberiùs effuſus fluctuat, ferri, ne mergatur, in portum debet, tutus portus ſilentium eſt; de quo ita loquitur Ioannes Caſſianus præfat. ad lib. de Incarnatione; *Conſtitueram ita me in* SILENTII PORTV *collocare*; tuta hìc manſio, & à diſcriminibus illis immunis, quibus effuſior procurſus obnoxius eſt.

586. דום *quid? ſilentij nexus, & quietis.* S. Pet. Dam.

Quieſcit nauis, vbi in portum appulſa eſt, & mens quiete ſummâ fruitur, & tranquillitate, vbi in ſilentij portum ſe receperit; hinc eſt, quod apud Hebræos verbum דום *Dum* & ſilere ſignificat, & quieſcere, vt cum ſilentio quietem ac tranquillitatem coaleſcere diſceremus, dum vtriuſque rei notio ſub vno eodémque verbo deliteſcit: hinc illud ſancti Petri Damiani ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ: *Numquid non facilius eſt, atque tranquillius tacere, quàm loqui? Numquid non laborioſius eſt linguam per tot prolixæ loquacitatis verba diſcurrere, quam in ſuo* QVIETAM SILENTIO *permanere?* Hæret cum ſilentio quies, cum nimia loquacitate labor.

In aduerſitatum fluctibus muti vt piſces eſſe debemus. S. Bern.

Denique vt in aquis definiam, piſcium nota ſilentium eſt, vt magis mutus quàm piſcis prouerbiali formula dicatur, qui emittere vllum verbum vix poteſt: ſpirituales piſces eſſe debemus vt inter aduerſitatum fluctus taceamus, non murmur effundamus, & querelas. Huc voco illud ſancti Bernardi opuſc. de charitate cap. 21. *Fortitudo dies quintus, per quam in hoc mari magno, & ſpatioſo quaſi piſces ſpiritnales procelloſa fluctuum volumina toleremus,* COHIBEAMVS LINGVÆ LVBRICVM SVB CENSVRA SILENTII. Bonus piſcis, qui inter tribulationum fluctus tacet, & ſuo ſe ſilentio munit.

EXCVRSVS XLVI.

Lingua tanquam virgineus fons cuſtodiendus & obſignandus, & tanquam vrbis porta os cuſtodiendum.

Oris lingua vt pudica virgo *incorrupta ſeruanda.*
Virgineam innocentiam *verbis ſpiret Chriſti ſponſa.*
Os cum fonte *vt cohereat.*
Oris fons *cautè obſignandus.*
Labia ſigillo *munienda.*
Lingua cuſtodia *commendata.*
Lingua clauis *deferenda.*
Os tanquam vrbis porta *haſtatis militibus cuſtodiendum.*
Satellitum vis, *& robur in verbis.*
Cuſtodia *quid?*
Cuſtodia *de excubiis militaribus.*
Excubiæ *militares ad tuendum os.*
Haſtati *milites, qui os cuſtodiunt ſilentij ſcuto non careant.*
Ab incuſtodita lingua quàm ingentia mala.

Aquæ, & fonti virginem ſupra pariauimus: nunc quia de verbis, de lingua agimus, virginis ſimilitudinem huc flecto: Oris noſtri ſaliua tanquam virgo cuſtodiatur, nec liberiori verborum fuſu ſinatur facile corrumpi: Mentior ſi non huc ſpectauit quoque ſanctus Petrus Damianus ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ, ait quippe: *Sit lingua noſtra modeſta, ſobria, diſcreta, pudica,* SIT ORIS NOSTRI SALIVA VIRGO *die creſcente, & niſi vtilitatis occaſio prebeatur, vſque in craſtinum, ſiue perendie incorrupta ſeruetur.* 587. *Oris lingua vt pudica Virgo incorrupta ſeruanda.* S. Pet. Dam.

Pura, & ab omni obſcœni, fraudémque olentis ſermonis macula aliena debet eſſe illius lingua, qui Chriſti ſponſi gratiam inire quærit: vt virgineam quandam innocentiam non moribus tantum ſapiat, ſed & lingua. In ſponſæ laudes ſponſus flectens aiebat inter alia: *Mel & lac ſub lingua ſua:* Cant. 4. 11. propter verborum dulcedinem, & ſuauitatem præcipuè, ſed etiam quia mel, & lac puerorum innocentium, & ab omni fraude, impuritatéque immunium cibus eſſet, ille igitur mel, & lac in lingua habet, quia infantium puritatem, ſimplicitatemque verborum fuſu colit, & linguæ officio. *Virgineam innocentiam etiam verbis ſpiret Chriſti ſponſa.* Cant. 4. 11.

Os cum fonte cohæret, aquis non ſemel comparatur: Os ſic efferebat ſanctus Ambroſius lib. 6. examer. cap. 9. *Quid eſt os hominis niſi quoddam ſermonis adytum,* FONS DISPVTATIONIS, *aula verborum, promptuarium voluntatis*; ſanctus Paulinus ad ſanctum Paulinum ſcribens eius os ita euehit: *Os tuum* FISTVLAM AQVÆ VIVÆ, *& venam fontis æterni meritò dixerim*; Fons iſte obſignandus eſt, ſilentiique ſigillo muniendus vt non inconſideratè aperiatur; Scitè ille: *Oris fons cautè* OBSIGNANDVS EST, *ne facile conſpurcetur, & ſordes contrahat ſine moderati, prudentiſque* SILENTII SIGILLO; alius non minus eleganter à fontis quidem metaphorâ abiens, ſed non à ſigilli, hæc efferebat: *In labio ſic electo vt in valuis opulentiſſimis gazæ velut ſummi Imperatoris* SIGILLVM *ponitur, vt non temerè aperiatur, ſed cum iubet Deus. Hæ portæ nunquam reſerari debent, quia aliquid pretioſum ſemper exeat, aurum, electrum, ebur, uniones, radianteſque gemmæ quorum lucem, & pretium mirentur homines, vtilitate gaudeant, & fructuoſiſſimè reficiantur. Procul abſit eorum hominum impuritas, qui cùm oſtium non habeant in pectore, non eſt mirum ſi apertis labiis non flacten nobis, atque moſcum aut delectos Arabiæ odores poſſint effundere*; ſed verborum leuiorum paleas, impurorum ſermonum ſaniem. 588. *Os cum fonte vt cohæreat.* S. Ambroſ. S. Paul. *Oris fons cautè obſignandus.* H. Nou. *Labia ſigillo munienda.* Lud. Creſ. lib. 4. cap. 26.

De oris cuſtodia ita loquitur ſanctus Chryſoſtomus hom. ad baptizandos: *Fac ori tuo oſtium, & ſeram. Non vt portas corpori faciamus, ſed vt non facile verba proferantur; & ad incongruè dicenda ſeſe lingua cum omni cautela contineat.* 589. *Linguæ cuſtodia commendata.* S. Chryſ.

Ad

Digitized by Google

Lingua clauſa ſerenda. S.Pet.Dam.

Ad linguæ cuſtodiam nos appoſitiſſimis exemplis, & ſimilitudinibus vocabat ſanctus Petrus Damianus, cuius verba hic in omnium vtilitatem implantanda ſunt; ſic ille ſcribit ſerm.73. qui eſt de vitio linguæ: *Portatis fratres mei vobiſcum, portatis* CLAVEM CELLVLÆ, PORTATE ET CLAVEM LINGVÆ: *apponitis peſſulum oſtio, adhibete retinacula ſalubriter ori veſtro. Auceps non emittit Accipitrem, niſi anſerem videat, & Monachus demittit linguam ſuam, ſi loquendi neceſſitas non aſſiſtat? dedignatur venator catulum ſoluere, niſi lepus appareat: viliorem habeat Monachus linguam ſuam, quam ad nullius ſalutem, vel commodum inutiliter ſoluat? ſudat lapis in manu oppugnantium mœnia, & incaſſum volet verbum de ore ſtantis in ſancta militia diſciplina? arcus fruſtra flexis cornibus non intenditur, & rationale os ad effundenda paſſim ſuperflua reſeratur? Parcitur Pharetra, vt ex ea ſagitta leniter non exeat: non parcitur linguæ, vt mordax in quemlibet verbum, velut ictum vulneris non infligat?*

590. *Os tanquam vrbs porta haſtatis militibus cuſtodiendum. Pſal.140.7. S.Chryſ. Lud Cr.lib.4 cap.16.*

Vrbium portæ armatis militibus ſolent cuſtodiri, ne hoſtium incurſui pateant, tota vrbs tuta ab iſta cautione ſit: idem ſi quis in ore, in ſermone requirat non aberrabit: Huc flecto illa Dauidis verba Pſal.140.7. *Audient verba quoniam potuerunt*: vario ſolent explicatu exornari, & variè etiam verti, alij legunt ex Hebræo hæc poſtrema, *quoniam dulcia facta ſunt*, alij *decora ſunt*, alij, *ſpecioſa fuerunt*: ſanctus Chryſoſtomus aliam aliquorum lectionem affert, in hunc modum ἰδορυφορήθησαν, *ſatellitibus munita fuerunt*, quam lectionem ita quidam auctor expendebat: *In quo meo iudicio notat in loquendo ſingularem, & ſuis partibus, muneriſque abſolutam prudentiam, quando quis ita cautus in verbis eſt, & circumſpectus, & ſic in omnem officij partem intentus; vt quaſi munitus vndique videatur, nec vel ipſa inuidia reprehendere quicquam poſſit*: Addit: *Vel ſermonem intelligit, qui propter mirabilem gratiam, & dicentis honeſtatem* SATELLITVM VIM, ET *robur obtineat, ad perſuadendum, & vinciendos caterorum animos, & vincendos.*

Satellitum vis, & robur in verbis. Idem.

Cuſtodia quid. Pſal. 140.3. Agell.

Armatos milites ad oris cuſtodiam non ſecus ac fiat in Vrbium portis requirebat & Dauid cùm diceret Pſal.140. 3. *Pone Domine cuſtodiam ori meo*, per cuſtodiam inſtrumentum aliquod quo labia muniantur coerceanturque intelligit Agellius dum ait: *Hoc loco cuſtodia, tanquam inſtrumentum aliquod accipiendum eſt, quo labia coerceantur, fræna videlicet, aut camus, aut eiuſmodi aliquid. Pone clauſtrum ori meo, ne impudenter in verba proſiliam.* Similis ſententia, *in Eccleſiaſtici lib.cap.22.poſita cogit* CVSTODIAM *tanquam inſtrumentum accipiendam: Quis dabit, inquit, ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me.*

Eccleſ. 22.

591. *Cuſtodia de excubiis militaribus. Matth.*

Sed cum LXX. habeant vocem, φυλακήν, quæ de militibus, excubiiſque militaribus dicitur: apud Matth.27.65. *Habetis cuſtodiam, ite cuſtodite, ſicut ſcitis*, licet hoc loco Latino cuſtodiæ nomine vſus ſit interpres Græcus, pro Græco φυλακῆς non euadet prorſus alienus ſenſus, ſi per cuſtodiam ad militares excubias, quibus arces, & vrbes cuſtodiuntur ab hoſtibus reſpici dicamus; Boni, & periti auctori hæc ſunt verba: *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis. A Deo petit oris cuſtodiam, hoc eſt vt ſeptuaginta loquuntur* φυλακὴν COHORTEM PRÆSIDIARIAM, EXCVBIAS MILITARES, *fidos ſatellites ad tuendum os, atque ad muniendum ne quid exeat, quo lex diuina, aut communis hominum ſocietas violetur*; Diceres magis ab vna lingua timendum, quam ab integro fortiſſimorum hoſtium exercitu, vt ei ocurrendum pleno militum agmine ſit.

Excubiæ militares ad tuendum os. L.Cr.lib.4.

Haſtati hi milites, qui os obſepiunt, & cuſtodiunt linguam ſcuto carere non debent, ſilentij ſcuto muniantur, vt os muniant; hoc enim titulo donabat ſilentium ſanctus Ambroſius præfat. in Pſalm. 38. dum exclamans ait:

Haſtati milites qui os cuſtodiunt ſilentij ſcuto non careant. S.Ambroſ.

> *O validum ſcutum circumſpectæ* MVNITIONIS *ſilentium*
> *O fidiſſimum ſtabilitatis fundamentum.*

Ab incuſtodita lingua maiora plerunque damna naſci, quam à vita mala in hunc modum probabat ſanctus Petrus Damianus ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ: *Si rem, inquit, velimus diligenter inſpicere, deterius peccat plerunque lingua quam vita: nam etſi vigilanti cura animam noſtram cuſtodire proponimus, tamen quia propagati de carne cum peccato ſumus impediente ſæpius ipſa carnis infirmitate, peccamus. Sed quicquid in humana conuerſatione delinquitur, fructuoſa pœnitentiæ remedio, & crebris orationibus expiatur. Conſideremus ergo fratres chariſſimi quam graue ſit in lingua delinquere, quæ compuncti, & amari cordis interpres pro noſtris delictis efficaciter conſueuit orare; & eam vaniſſima loquacitatis vitio ream, atque obnoxiam diuino conſpectui reddere, quæ nimirum in ſua munditia puritate perſiſtens, noſtris reatibus poterat veniam obtinere*: obtinendæ veniæ ſibi quodammodo viam præcludit, qui linguam verborum ſanie coinquinat, quâ poſtulanda venia erat, & eo inſtrumento iudicis iram prouocat, quo iratus placandus erat.

592. *Ab incuſtodita lingua quam ingentia mala. S.Pet.Dam.*

EXCVRSVS XLVII.

In loquendo ciſternas diſſipatas ora ſua quinam efficiant; de ſilentio, & loquacitate aliqua notantur.

Quinam os ſuum ciſternam diſſipatam *efficiant.*
Ciſterna diſſipata *non eſt qui meditatur, quod loquuturus.*
Sermonis *nexus, &* cogitationis.
Sermo pectoris clauis.
Lingua in corde *tenenda.*
Cogitatio *cur lingua tributa.*
Collum gruis *in loquendo expedit habere.*
Vtile monitum de oris cuſtodia.
Promptior quiſque ad audiendum, *quam ad* loquendum.
Excipiendus *potius*, *quam* emittendus ſermo.
Nimia loquacitas *damnata.*
Loquacitatis ventus *à loquacibus vt excutiendus.*
Taciturnitas pharmacum *dicta.*

Nec proximi informandi cauſa ſolui facile *ſilentium debet.*

Vipetæ pares *qui occultos ſermones retinere intra ſe nequeunt.*

Serpentinum *aliquid refert nimia linguæ celeritas.*

593. *Quinam os ſuum ciſternam diſſipatã efficiant?* S. Pet. Dam.

AB ore non abeo, non abeo verborum fuſu, & in aquis ſiſto, ciſternam efficiunt, qui inutilia euomunt verba; óſque ſuum ciſternam diſſipatam efficiunt, qui continere ſe vix poſſunt, quin ſine vlla lege veterem hominem verba tedolẽtia effundant. in hos non ab re Ieremiæ verba torquẽtur, conquerentis in Dei perſona, Hebræorum populum aquæ viuæ fontem dereliquiſſe, fodiſſeque ſibi ciſternas diſſipatas, quæ aquas non valerent continere cap. 2. 13. Religio eſſet hic ſancti Petri Damiani verba deſiderari, qui huc Prophetæ verba flectẽs ita ſcribit ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ: *Porrò otioſis verbis aſſuetus duplici proculdubio culpa videtur obnoxius, qui & diuinas laudes, ad quas humana conditio aſſiduè prouocatur, abiicit: & ſuperfluæ loquacitati, à qua prohibetur, inſiſtit, ſicut de quibuſdam Ieremias dicit: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Quæ nimirum Prophetæ verba etiam de* OTIOSA LOQVENTIBVS *poſſunt non inconuenienter intelligi, qui nimirum derelicto fonte aquæ viuæ, hoc eſt, poſtpoſito me vitæ,* ORA SVA CISTERNAS FACIVNT, *ex quibus non noui, ſed veteris hominis verba proferunt, quemadmodum non recentem de fonte, ſed ſentinoſam potius aquam de ciſterna proferant: & quia labia ſua moderata neſciunt diſcretione reprimere,* CISTERNÆ DISSIPATÆ *aquam nequeunt continere.*

Ciſterna diſſipata non eſt qui meditatur. quod loquuturus. Agell.

Ciſterna diſſipata nõ eſt qui diu cogitat quod loquuturus, in diuinis litteris loquendi, & meditandi verba adeò inter ſe nectuntur, vt alterum alterius loco aliquando ponatur, qui nexus tacitè inclamat non temere fundenda eſſe verba, ſed meditatè loquendum. Agellius in Pſal. 118. ita firmat quod tetigimus: *Aduertendum eſt, in Græco, & in Hebræo ſic haberi: Et loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum: eiuſmodi autem loquendi modus tacitam ſecum confabulationem ac meditationem & inſuſurrationem ſignificat, vt Deuter. 6. de eadem re dicens Moyſes, cum in Hebræo ſit: Et loqueris in eis, beatus Hieronymus vertit, & meditaberis in eis, & cap. 11. Docete filios veſtros, vt in illis loquantur. Beatus Hieronymus: Vt illa meditentur.*

594. *Sermonis nexus & cogitationis.* B. Laur. Iuſt.

De ſermonis, & cogitationis nexu ita ſentit B. Laurentius Iuſtinianus, vt qui ſermone incõpoſitus eſt, æquè ſit cogitatione, in faſciculo amoris cap. 11. *Qui,* inquit, SERMONE *incompoſitus eſt, eſt &* COGITATIONE *confuſus.*

Sermo pectoris clauis. Ennod.

Sermone tanquam pectoris claue vtendũ eſt; nam vt ait Ennodius lib. 2. epiſt. 26. *Bene ſecretum pectoris reſeratur* CLAVE SERMONIS.

Lingua in corde tenẽda. B. Vmb.

Linguã potius in corde, quã cor in lingua tenẽdũ eſſe monebat his verbis Beatus Vmbertus de ordinatione hominis in ſe quoad cuſtodiam oris cap. 52. *In locutionibus veſtris non cor in lingua, ſed linguam potius* IN CORDE TENEATIS.

Cogitatio cur linguæ tributa. Pſal. 51. Agell.

Ob nexum, quæ cum mente lingua habet mentis ipſius interpres cogitate lingua dicitur; præclarè Agellius in Pſal. 51. *Quæri autem poteſt, cùm cogitare ad cor, animumque pertineat, quomodo dixerit (Iniuſtitiam cogitauit lingua tua?) ſed quia lingua* EST MENTIS INTERPRES, *& eius opera cogitationes aperiuntur, ideo illi tributa eſt cogitatio. Quomodo de manibus dictum eſt in Pſalm. 77. Et in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos. Nam quia manibus cordis intelligentiæ ſeruientibus deducitur grex, ideo manibus intelligentia datur.*

Quidam Angliæ Rex rogatus à patre, quidnam optione data præ omnibus à Deo poſtularet, reſpondit; COLLVM GRVIS, *quo non niſi benè diſcuſſa verba depromam:* Quantò hic melius illo quem hoc ipſum gulæ explendæ gratiâ ferunt à diis poſtulaſſe? 595. *Collum gruis in loquendo expedit habere.*

Huc euaſerat etiam Beatus Ægidius cap. de bonis, & malis verbis, vbi hæc habet ad hanc mentem: *Meo iudicio non minor eſt virtus benè noſſe ſilere, quàm bene ſcire loqui. Expediret, opinor, homini* COLLVM HABERE INSTAR GRVIS, *vt ſermo per longos ductus meatus, tardius ab ore proficiſceretur.* B. Ægid.

De oris cuſtodia vtile nobis monitum exhibet ſanctus Ambroſius lib. 1. offic. cap. 3. *Habet,* inquit, *ſuas habenas mentis ſobrietas, quibus regitur, & gubernatur. Sit ori tuo oſtium, vt claudatur vbi oportet: &* OBSERETVR DILIGENTIVS, *ne quis in iracundiam excitet vocem tuam, & contumeliam rependas contumeliæ. Audiſti hodie lectum: Iraſcimini, & nolite peccare: ergo & ſi iraſcimur, quia affectus naturæ eſt, non poteſtatis, malum ſermonem non proferamus de ore noſtro ne in culpam ruamus.* *Vtile monitũ de oris cuſtodia.* S. Ambroſ.

Promptior quiſque ad audiendum ſit, quàm ad loquendum: monitum iſtuc ita ex legis diuinæ verbis colligebat ſanctus Ambroſius lib. 1. offic. cap. 2. *Lex dicit: Audi Iſrael Dominum Deum tuum, non dicit, loquere, ſed audi. Ideo Eua lapſa eſt, quia* LOQVVTA *eſt viro, quod non audierat à Domino Deo ſuo.* 596. *Promptior quiſque ad audiendum quam ad loquendum* S. Ambroſ.

Excipiendus potius, quàm emittendus ſermo eſt, vt aliter in verbis accidat ac in pilæ luſu: præclarè Plutarchus lib. de audiendo: *Pilâ,* inquit, *ludentibus diſciplina eſt ſimul accipere pilam, & mittere: at in* SERMONIS *vſu accipere rectè, quàm emittere prius eſt.* *Excipiendus potius, quam emittendus ſermo.* Plut.

Nimiam loquacitatem, & inutilem verborum inutilium fuſum damnabat & Plutarchus, has linguas porticum illam referre affirmans, quæ vnâ voce acceptâ reddebat multiplicatam: ſic ille ſcribit lib. de garrulitate: *Porticum Olympiæ, quod repercuſſu ex vna vocem numeroſam reddat, Heptaphonam vocant* GARRVLITATEM, *ſi breuiſſima attigerit oratio reſonat ſtatim vndique.* *Nimia loquacitas damnata* Plut.

Chordas mouens immotas in præcordiis.

Loquacitatis ventum ſuperbis excutiendum, docet Petrus Bleſenſis epiſt. 91. dum ait: *Scio vnde ſpiritum elationis conceperit, & quare veſter Cornificius intumeſcat. Verùm ſicut plena vento veſicula detumeſcit, ſi acu modica perforetur, ſic vno* VERBVLO *de follibus imperiti gutturis* VENTVM LOQVACITATIS *excutiam.* *Loquacitatis ventus à loquacibus vt excutiendus.* Pet. Bleſ.

Taciturnitatem pharmacum vocabat Stobæus ſermone 33. dum ait: *Multis hominibus* PHARMACVM *malorum eſt taciturnitas, quæ peculiaris eſt frugi moribus.* 597. *Taciturnitas pharmacum dicta.* Stob.

Huc facit illud, quod habet R. Simon Gamaliel: *Omnibus,* inquit, *vita mea diebus inter ſapientes educatus fui, & non inueni* TACITVRNITATE *corpori quidquam vtilius, neque fundamentum felicitatis eſt ſermo, ſed opus.* R. Simeon.

Nec

Nec proximi in formandi cauſa ſolui facilè ſilentium debet. B. Dionyſ. Carth.

Nec proximi informandi cauſâ facilè ſolui ſilentium debet, maximè illis, qui quadam lege ſilentio ſeruiunt, ſilentium ſeruant; huc facit illud quod habet B. Dionyſius Carthuſianus ſerm. 4. de ſancto Nicolao: *Nec ſub prætextu inſtructionis ædificationiſque aliorum, debet in monacho eſſe* PROCACITAS AD LOQVENDVM, *ſed potius recordemur, quod ſanctiſſimus abbas Pambo, rogatus à fratribus loqui verbum exhortationis, Alexandrino Antiſtiti dixit: ſi non ædificatur in ſilentio meo, non ædificabitur in verbo meo.*

598. *Viperæ pares, qui occultos ſermones retinere inter ſe nequeunt.* Plut.

Viperæ pares videntur, qui occultos ſermones continere nequeunt: in partu parit ſibi illa mortem, vt ferunt, iſti in verborum fuſu: Plutarchus huc nos vocat de Garrulitate: *Acut memorant &* VIPERAS, *cum enituntur, dirumpi. Occulti ſermones eos, à quibus non continentur, poſtquam effluxêre, perdunt, & conficiunt.*

Serpentinum aliquid refert nimia linguæ celeritas. S. Iſid. Peluſ.

Serpentinum neſcio quid præfert nimiâ celeritate linguam ad verba mouere; nam vt obſeruabat ſanctus Iſidorus Hiſpalenſis lib. 2. Orig. cap. 5. *Nullum animal tanta celeritate linguam mouet, vt* SERPENS: ſerpenti ſe parem facit, qui linguam tanta celeritate mouet, vt mentem anteuertat.

EXCVRSVS XLVIII.

Mens tanquam pudica quædam ſponſa intra oris clauſtra cuſtodienda; déque bono bonorum verborum odore.

Mens tanquam pudica ſponſa *ſe intra oris clauſtra contineat nec paſſim foras prodeat.*

Sponſa *Chriſti quid ore verſare debeat, vt ſponſo placeat.*

Loquuturi vt ſuauem halitum *emittant Indi ſtudent.*

Thus *linguam refert, à qua prodire bonorum bonus odor debet.*

Verborum fumus *cogitationum index.*

Lingua tanquam thuribulum *nihil habere immundum debet.*

Leoni, *&* dæmonii *pares, quibus verborum impudicorum fuſu os malè olet.*

Fœtorem *tanquam* ſepulchra *detractores, & adulatores emittunt.*

Linguæ ſcabies *quàm noxia.*

Effuſæ loquutionis damna.

Cum ſilentium *fieret, adeſſe* Mercurium *olim dicebant.*

Chriſti præſentiam *arguit ſilentium.*

Silentium vt efferret Chriſtus *ſe demiſit, vermi ſe comparans.*

Non ex ſermone, *ſed ex* operibus *ſuos Deus metitur.*

599. *Mens tanquam pudica ſponſa ſe intra oris clauſtra contineat, nec paſſim foras prodeat.* S. Pet. Dam.

QVia de nuptiis, de ſponſis agimus, ſponſæ pudicæ exemplo ſe mens intra oris clauſtra contineat, nec ſe in verba effundat, quæ ſeculum ſuum ſapiunt, impudicitiam aliquam, aliquam leuitatem ſpirent; ſcitè rem verſat ſanctus Petrus Damianus ſerm. 71. qui eſt de vitio linguæ, vbi poſt multa in ſilentij laudem, in loquacitatis reprehẽſionem adducta claudit: *Quapropter dilectiſſimi fratres mei ſtudeamus noſmetipſos intra ſilentij clauſtra reprimere, & linguas noſtras à vanis, & inutilibus eloquiis cohibere: Anima námque noſtra ſuperni Regis eſt* SPONSA, *quæ accepto pignore ſancti Spiritus, ſignaculo fidei eſt dotata, maneat ergo in ſuis penetralibus Virgo, non indecenter in publicum prodeat, non per oris limen egreſſa, in ſuperuacua ſe verba, ac ſæcularia inaniter fundat, ne ſi deuiare eam ſponſus, a modeſta pudicitiæ ſuæ grauitate conſpexerit, quandoque obiurgans dicat: ſi ignorat te, inquiens, ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum. In cubiculo igitur ſuo virginali more reſideat, oris oſtium clauſum teneat, & nunquam niſi quæ ad ſpectandum pertinent ſponſi cæleſtis aduentum, loquutura procedat: ſub vmbra ſe ſilentij reprimat, ne decolor videatur, ab omni ſe æſtu negotij ſæcularis abſcondat, vt non immeritò poſſit alacri voce canere, ſub vmbra illius, quem deſiderabam, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo: introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.*

600. *Sponſa Chriſti quid ore verſare debeat, vt ſponſo placeat.* Idem.

Quid verò anima tanquam Chriſti ſponſa ore verſare debeat, vt placeat ſponſo, & gratum odorem ſpiret, explicat hiſce verbis idem ſanctus Doctor, dum ſtatim addit: *Solent autem ſponſæ nobilium diuerſas pigmentorum ſpecies mandendo per ora reuoluere, vt aduenientibus procis fragrantiùs valeant, ac ſuauiùs* RADOLERE. *Anima etiam noſtra cepas, allia, & quidquid terrenæ prudentiæ acritudinem feruet abhorreat; caſſiam verò aſſiduæ orationis, ſtacten ſacræ lectionis, pſalmodiarum cinnama, & cuncta odoramenti ſpiritualis aromata, iugiter fragrare contendat. Chriſtus ſit omne, quod loquitur, omne quod delectatur, omne quod ſapit, omne quod viuit: Chriſtum ſpiret, Chriſtum flagitet, Chriſtum æſtuet, Chriſtum ore pronunciet, Chriſtum aſſidua cordis meditatione pertractet. Amare aliud neſciat, ad hunc ſolum totis viſceribus inardeſcat. Illum ſummis deſiderij vocibus clamet, illum ad ſe venire ſuſpiriis, & crebris gemitibus prouocet. Illum diuerſis adornata virtutibus ipſa ſui pulchritudine, vt ad ſe ingrediatur, inuitet.*

Loquuturi vt ſuauem halitum emittãt, Indi ſtudent. Ioan. Metel.

Loquuturi, vt ſuauem halitum emittant ſtudent Indi, præſertim ſi plebeij cum nobilioribus ſint loquuturi, Ioannes Metel. de hac re ita ſcribit: *Betre Indi* SVAVIORIS HALITVS *gratia, cum alliis mixtum potentiores maſticant. Idémque faciunt plebeij, cum potentioribus loquuturi. Vel qui eo carent, manum ori apponunt, ne eos halitu offendant. Os enim non habere odoratum ſummæ apud eos eſt inciuilitatis. Mulieres quoque viris congreſſuræ illud Betri maſticant. Laſciuiæ maximum id eſſe illectamentum arbitrantes; ſed ab eius eſu abſtinent, cum defunctos propinquos lugent.* Sic cum Deo loquuturus.

601. *Thus linguã refert, à qua prodire bonorum verborum bonus odor debet.* Marc. Viget.

Thus linguam refert, à qua prodire bonorum verborum bonus odor debet; ſicut verò thus Deo ſacrum cenſebatur, ſic & linguam ea verba emittere par eſt, qua oſtendatur Deo ſacram eſſe: non debent hic deſiderari Marci Vigerij verba, qui chorda 4. cap. 21. ait: THVS *per quod conſcientiam intelligi oportere iam diximus,* LINGVAM, *ſiue* SERMONES *ſi denotare dixerimus, mea ſententia non errabimus. Fama namque hominis, quæ quaſi fumus eſt, & quaſi odor vitæ totius, linguâ, atque ſermonibus conſtare dignoſcitur. Et profectò ſicuti fumo, qui ſunt condimentorum experti, ſaporem, & ſubſtantiam rei fumantis agnoſcunt:*

ſic mores hominum, vitaque inſtitutionem nihil magis indicare ſufficit, quam lingua. Non quod per os intrat, inquit Magiſter veritatis, coinquinat, ſed quæ de ore egrediuntur hæc hominem coinquinant, & ſecurum, vel impurum eſſe manifeſtant. Quando quæ de ore exeunt, de corde procedunt, quaſi de clibano fumus, & de qualibet decoctione vapor exhalans. Qualis enim vnuſquiſque eſt, talia loquitur. Quoniam igitur cogitationes noſtræ quaſi aurum offerendæ ſunt Deo: ſermones inſuper, qui ſunt cogitationum FVMI, ODORES, *indiceſque certiſſimi, Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt Sacerdoti ſummo, quaſi thus offerre debemus, vt dicere id ſolum diſcamus, & aſſueſcamus, quod eius auribus dictum eſſe volumus. Ita, ne leues, ſcurras, aut mentientes, Maximus Pont. noſter nos exiſtimet, pudebit nos leuia, turpia doloſa verba proferre. Hoc eſt veriſſimum, & gratiſſimum thus, quod Sacerdoti ſummo Domino Ieſu Chriſto offerre debemus.*

Lingua tanquam Thuribulum nihil habere immundum debet.
S. Chryſ.

Linguam ab omni verborum impuritate immunem eſſe par eſt, rem ſic explicat ſanctus Chryſoſtomus in Pſal. 140. *Quemadmodum oportet* THVRIBVLVM *nihil habere immundum, ſed ſolum ignem, & ſuffitum; ita etiam linguam nullum oportet verbum proferre, quod ſit vlla macula, aut labe reſperſum, ſed ſanctitatem, & laudem. Ita etiam oportet manus eſſe Thuribulum.* SIT ERGO OS TVVM THVRIBVLVM, VIDE AVTEM NE ID FIMO IMPLEAS. *Tales enim ſunt qui loquuntur verba turpia, & immunda.*

602. Plerique in hoc leoni ſunt pares, quod os illis male oleat, ob impura, & parum pudica quæ emittunt verba; Euthymius ad illud Pſalm. 7. *Ne quando rapiat vt leo animam meam*, hæc habet ad explicatum: *Dæmon leoni conuenienter comparatur, quia ſicut leoni os, ac fauces* MALÈ OLENT, *ita etiam os Dæmonis eructans blaſphemias malè olet*, Nollem hæc in homines quoque conuenire; conueniunt in eos, quorum os impurorum verborum vſu malè olet.

Leoni, & dæmoni pares, quibus verborum impudicorum ſuſu os male olet.
Pſal. 7.
Euthym.

Fœtorem emittunt detractores, maledici, adulatores, vt proinde illorum os ſepulchro comparetur Pſal. 5. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*; vbi Beatus Laurentius Iuſtinianus in manuſcripto commentario Pſalmorum, ait: SEPVLCHRVM *voracitate, patens adulatione, ſemper enim hiat voracitas, pro qua fiunt adulatione mendaces, poſſunt & intelligi ſepulchrum patens quod emittit fœtorem, & alios corrumpit. Quando adulatione trahunt homines mortuis ſibi aſſimilando.*

Fœtorem tanquam ſepulchra detractores & adulatores emittunt.
Pſal. 5.
B. Laur. Iuſt.

In lingua ſcabiem notabat ſanctus Petrus Damianus quàm Chriſti ſententia de otioſo verbo reddendam eſſe rationem aſſerentis ita tollere conabatur, aut mitigare ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ: *Audiat lingua vaniloqua, audiat* LINGVA SCABIOSA: *Scabioſa, inquam, lingua, quæ velut ſcabiem quandam, atque pruritum patitur; niſi ſemper acuto quodammodo ſuperuacuæ loquutionis vngue ſculpatur. Audiat, & paueſcat; intelligat & tam terribilem ſententiam perhorreſcat, an non habet aures, vt poſſit audire, quæ & manum habet vt poſſit occidere? mors enim & vita in manu linguæ. Audiat ergo, quod ex ore Veritatis dicitur: Omne, inquit, verbum otioſum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.*

Lingua ſcabies quam monia.
S. Pet. Dam.

603. Pergit, & effuſæ loquutionis damnum expendit in hunc modum: *Ponamus itaque vt otioſum verbum, ſi contra ſacræ Scripturæ ſententias fas eſt dicere, leue ſit, & exiguum omnino peccatum, ſed quid milio breuius? quid pennâ leuius inuenitur? Veruntamen ſi pennarum, vel miliorum innumerabilis multitudo congeritur, neceſſe eſt, vt portantis ceruix, velut ſub graui lapide immoderantius preſſa frangatur. Ex humentibus quoque ſaxis tenuis quidem, & rara gutta diſtillat: ſed ſi vas ſubeſſe ſpatio longiore permittatur, ita plenum, ac ſi profluens vndâ decurreret, inuenitur. Parua quidem ſed innumera Ciniſes ſuperbi Pharaonis: & totius Ægypti ſuperanêre virtutem. Breue tempus eſt hora, ſed dum hora horæ continuâ ſucceſſione coniungitur totius vita noſtra curſus impletur. Nemo itaque ſemetipſum decipiat, fratres mei, ſed peccatum, quod leue arbitratur eſſe, dum penſat, graue videatur in eius æſtimatione, cum numerat.*

Effuſæ loquutionis damna.
Idem.

Olim cum in circulo ſilentium fieret, adeſſe Mercurium dicere conſueuerant; Meminit huius ritus Plutarchus de Garrulitate, dum ait: *Quomodo cum in circulo* SILENTIVM *factum eſt, adeſſe aiunt* MERCVRIVM: *ſic quando in conuiuium vel conſeſſum familiarium intulit ſe loquax, cuncti conticeſcunt, ne ei nexum præbeant.* Nos ſi ritè ſilentium ſeruetur, exquo pietatis ſtudio, adeſſe Deum verum dicemus: hinc & Martha cùm Chriſtus adeſſet, vocaſſe eum ſilentio ſororem ſuam dicta eſt vt vel modeſtâ, ſubmiſſâque voce Chriſtum adeſſe teſtaretur; *Ioan.* 11. 28. vetus ille: *Præcipuè ædes illas Chriſtus incolit, in quibus* OB CHRISTVM SILENTIVM COLITVR: ADESSE CHRISTVM INCLAMAT, QVI CHRISTI AMORE SILET.

Cum ſilentium fieret adeſſe Mercurium olim dicebat.
Plut.

Chriſti præſentiam arguit ſilentium.
Ioan. 11. 28.
Anon.

Vt ſilentium efferret Chriſtus ſe demiſit, vermi ſe pariauit, vermem ſe dixit: Vermis hoc proprium habet vt iugiter operetur, & ſemper taceat, Pſal. 21. hæc habet: *Ego autem ſum vermis, & non homo.* Caſſiodorus hic: *Vermem ait dictum Chriſtum, quod eius* SILENTIOSÆ, *& humiles extiterunt*, &c. 604.

Silentium vt efferret Chriſtus ſe demiſit vermi ſe componens.
Caſſiod.

Moſes dicitur Deus Pharaonis, cur non & Aaron? Moſes maiora operabatur, Aaron elegantius loquebatur: maior operum, quàm verborum habetur ratio apud Deum: magnus & Dei ſui imitator, Deúmque ipſum referens, qui grandia operatur, non qui grandia loquitur; ex operibus, non ex ſermonibus ſuos Deus metitur.

Non ex ſermone, ſed ex operibus ſuos Deus metitur,

EXCVRSVS XLIX.

Via de ore & ſermone; linguæ ambulatio, currus ad linguam, pleraque alia de linguæ vſu, & cuſtodia.

Via *de ore & ſermone.*
Lingua ambulatio.
רגל *quid?* ambulationis, *&* detractionis.
רגל *quid?* pedis, *&* detractoris *cohærentia.*
Sermonem ſuum quiſque moderetur *vt auriga.*
מולל *de* loquente *&* infirmo.
Debilitatis, & infirmitatis *ſignum facile loqui.*
Prædicator, & auriga *&* currus *ſuorum eſſe debet.*
Hominis ſermone homo regitur, *vt equus habenis.*

Linguam

Linguam accepimus vt gratias Deo age-remus, *benediceremus Deum.*
Aqũa *de lingua.*
Pondus *in ſermone requiritur.*
Verba ponderanda.
In verborum ſtatera *fraus aliqua admitti non debet.*
Maledicæ linguæ conuitia *æquo animo ferenda.*
Lingua malitiam germinare *cur dicatur?*
Qui ſpinis aures *ſepiendæ.*
Doloſa lingua *vt fraudes nectat.*
A ſermonis lapſu *abſit diuini verbi prædicator.*
Tantali *ſupplicia ob linguæ procacitatem.*
Oris ſigillum *ieiunium.*
Quanti referat à quo *verba emittantur.*

605. VErba, & os cum via in ſacris litteris cohærere obſeruabat noſter Agellius in Pſal. 138. vbi rem ita firmat, & probat: *Vias ſuas intelligit verba ſua: Ne verò cuiquam audacior, & à conſuetudine loquendi remotior hæc expoſitio videatur, iiſdem auctoribus probari poteſt quos interpretes ſequimur: ij enim in Prouerbiis cap. 16. vbi noſtra editio habet: Cuſtos animæ ſuæ ſeruat viam ſuam, reddiderunt* ἀγαπῶν δὲ ζωὴν αὐτοῦ φείσεται στόματος αὐτοῦ, *videlicet pro* VIA SVA, OS SVVM TRANSTVLERVNT.

Via de ore, & ſermone. Prou. 16. 17. Agell.

Huc facit feſtiuum illud Alphonſi Aragonum Regis reſponſum, nam vt refert de eo in eiuſdem geſtis lib. 3. Panormitanus de Podagra, quæ magnatum ferè morbus eſt, percuntanti, cur qui eius nodis preſſi detinentur, loquaciores cæteris forent, reſpondit; *Quia cum pedibus vti nequeant, lingua velut* AMBVLATIONE QVADAM *vtuntur.*

Lingua ambulatio. Panorm.

Malè ille linguâ ambulat, qui alienam vellicat famam, & quod ab vno in alterius notam accepit linguæ vehiculo tranſmittit ad alium; vt non abs re apud Hebræos detrahendi, & ambulandi notio ſub eodem verbo coaleſcat: Beoè Oleaſter in cap. 31. Numerorum *Verbum* ragal *ſignificat propriè* AMBVLARE *inde*, ragel *id eſt explorator vel* AMBVLATOR *quod hinc inde diſcurrat: Pſalmo 15. habes non* ragal, *id eſt, nõ ambulauit in lingua ſua, id eſt non detraxit; vocat autem* DETRAHERE AMBVLARE *in lingua, quoniam detractor ab vno in aliud locum diſcurrit, vt quod hic audiuit alibi referat.*

רגל *quid? ambulationis, & detractionis nexus.* Oleaſt.

606. Præterea cenſent aliqui verbum רגל *ragal* deduci à nomine רגל *reghel* quod pedem ſignificat; quod detractores, & exploratores iugiter ab vno diſcurrant ad alterum.

רגל *quid? pedis, & detractionis cohærentia.*

Verba dirigere ſicut currum debemus, ne decidat mens, ac prudentia aurigæ tenere locum debet, Prouer. 25 verſ. 11. Verbum dictum אפניו על *ſuper rotis ſuis*, hoc eſt circumſtantiis, quibus obſeruatis quis ſermonem moderatur inſtar aurigæ vt aliqui exponunt.

Sermonem ſuum quiſq; moderetur vt auriga. Prou. 25. 11.

Rota in curru debiliore eſt illa, quæ ſtridet, ſic plerunque accidit vt cæteris imbecillior, ſerbiliorque, in verbis effuſior ſit, paratior ad dæmones; apud Hebræos מולל *molel* de loquente dicitur, & de infirmo, ac debili, vt notabat R. Dauid de Pomis; vt à nexu harum notionum colligeremus infirmitatis cuiuſdam ſignum eſſe liberiorem, faciliorémque verborum fuſum; hinc & mulieres, quia infirmiores debilioréſque quàm viri, idcirco ad verba fundenda promptiores eſſe ſolent, & ad conuitia euocanda.

De loquente, & infirmo, *Debilitatis, & infirmitatis ſignum facilè loqui.*

Prædicator, & auriga ſuorum eſſe debet, & currus, vt eos non ſolum ducat, ſed etiam portet; Rabanus in allegoriis: *Auriga, quilibet prædicator, vt in libris Regum: currus Iſrael, &* AVRIGA *eius, quod prædicator populum Dei & portare debet, & ducere.* 607.

Prædicator, & auriga & currus ſuorũ eſſe debet. 4. Reg. 2. B. Raban.

Hominis ſermone homo regi debet, vt equi habenis; flecto huc illud Maximi Tyrij: *Equi animos habenæ &* LORA, *equitiſque ac magiſtri ars moderetur, animum hominis ſermo, & oratio.*

Hominis ſermone homo regitur vt equus habenis. Max. Tyr.

Ob id præcipuè linguam a Deo accepimus, vt Deo gratias ageremus, vt gratitudinis inſtrumentum dici queat: Sanctus Chryſoſtomus hom. 16. in Geneſim: *Animam nobis*, inquit, *inſpirauit, & linguam dedit, vt ſua in nos* BENEFICIA *animis percipientes, Dominum agnoſcamus, & nos gratos exhibeamus, & pro viribus gratias agamus* Sanctus Auguſtinus diuinis laudibus deſtinatam dicit, nam cap. 42. de ſalutaribus documentis: *Lingua*, inquit, *ad benedicendum, & laudandum creata eſt.*

Linguam accepimus vt gratias Deo ageremus, benediceremus Deum. S. Chryſ. S. Aug.

Adeo lingua cum aqua cohæret, vt aquæ nomine aliquando lingua ſignificetur; certè Rabanus illud Prou. 17. 14. qui dimittit aquam caput eſt iurgiorum de lingua interpretatur, dum ait lib. 2. AQVAM DIMITTERE *eſt linguam influxu eloquij relaxare. Quo contra in bonam partem dicitur: Aqua profunda, verba ex ore viri, qui ergo dimittit aquam, caput eſt iurgiorum, quia qui linguam non refrenat, concordiam diſſipat, vnde è diuerſo ſcriptum eſt: Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat*: Scio de vera aquæ emiſſione exponi à noſtris, & ab Hebræis ſolere, quod litteræ cohærentius eſt: hic tamen Rabani explicatus ſaltem tanquam accommodatitius repudiandus non eſt.

Aqua de lingua. Prou. 17. 14. B. Raban.

Pondus in verbis requiritur, ne leuis audiat qui ſine pondere verba emittit: hinc illud sãcti Ambroſij 1. offic. cap. 3. *Ad* MENSVRAM SERMONES *proferat examinatos iuſtitiæ, vt ſit grauitas in ſenſu, in ſermòne pondus atque in rebus modus.* Sapiens quoque ſtateram linguæ faciendam ſuadebat, Eccleſiaſtici cap. 22. quò ſpectans ſanctus Chryſoſtomus in Pſalmum 140. aiebat: *Si hoc facimus in auro, & materia, quæ interit, hoc multo magis faciendum eſt in verbis, vt nihil deſit, nec* REDVNDET. 607.

Pondus in ſermone requiritur. S. Ambr.
Verba ponderanda. Eccl. 22. S. Chryſ.

Cauendum portò eſt ne in verborum ſtatera fraus aliqua admittatur, & pòderis, ac grauitatis velamine verſutiæ ſubnectantur: huc facit illud, quod habet ſanctus Ambroſius lib. . epiſt. 44. *Statera fallax improbabilis apud Deum, non illam ſtateram dico, qua merc edem* APPENDIT *alienam, & in vilibus quidem rebus raro conſtat fallacia, ſed* STATERA VERBORVM *ipſa apud Deum eſt execrabilis, quæ prætendit pondus grauitatis ſobriæ, & ſubnectit verſutias fraudulentiæ.*

In verborum ſtatera fraus aliqua admitti non debet. S. Ambr.

Maledicæ linguæ conuitia ferenda ei ſunt qui lætam in cœlo meritorum ſegetem demetere cupit; Sancti Auguſtini hæc ſunt verba in Pſal. 54. *Ille in terra* GERMINAT *conuitia, tu in cœlo* LVCRA. 608.

Maledicæ linguæ conuitia æquo animo ferenda. S. Aug.

Lingua malitiam germinare cur dicatur explicat noſter Agellius in Pſal. 49. ad illud: *Os tuum abundauit malitia*, vbi addit ad explicatum: *Os tuum tanquam pernitioſa* RADIX *germinauit malitiam, & frutices multos, ac propagines iniquitatis protulit: aut abundè malum produxit, & fructus peſtiferos affatim edidit. Sic namque L X X.*

Lingua malitiam germinare cur dicatur. Pſal. 49. Agell.

intel

intellexerunt שלחת *ſalahtha, tanquam de germine à propagine dictum.*

Qui ſpinis aures ſepienda.
S. Paulin.

Qui ſpinis aures ſint ſepiendæ aliter exponit ſanctus Paulinus epiſt. 1. ad Aprum: *Nos aures noſtras ſpinis (vt ſcriptum eſt)* SEPIAMVS, *ideſt, Dei verbo & fide. Verbi, quæ vita noſtra ſegetem firmiſſima innocentia atque patientia ſæpe defendunt, & Diabolo dolis ſuis aditus in præcordia noſtra captanti, quaſi furibus ſpina reſiſtunt.*

609. *S. Pet. Dam.*

Aliter hæc verba verſat Sanctus Petrus Damianus epiſt. 31. dum ait: *Aduerſus linguam nequam aures noſtras* SPINIS SEPIRE *præcipimur, vt detrahentes quoſque ſpinoſæ reſponſionis aculeo retundamus.*

Doloſa linguæ vt fraudes nectat.
Agell.

De doloſa lingua, quæ fraudes contexit hæc habet Agellius in Pſal. 49. *Neque ſolum aliis hominibus noxia, & quæ palam cæteris moleſtè ferunt loquebaris, verum etiam lingua tua verſatilis tanquam* TEXTORIS RADIVS *vtrinque iactatus concinnabat, & nectebat dolos, vt vnum alteri aptè iungendo, &* TANQVAM FILA *inuicem contorquendo falleres vel ex occulto noceres, nam ſimplex dolus cum facile ſoluatur altero addito atque ſimul intexto credibilior fit, ore proinde facilius decipit.*

A ſermonis lapſu abſit diuini verbi prædicator.
Iſa. 6.
Oleaſt.

Vt ab omnibus vitiis abeſſe diuini verbi prædicator debet, maxime tamen à linguæ, ſermoniſque lapſu, hinc Seraphim Iſaiæ labia purgauit, quia doctoris erat munus obiturus Iſa. 6. vbi Oleaſter: *Purgatur Prophetæ potius* OS, *quam aliud membrum, quoniam à mendacio maximè alienum eſſe oportet prophetam, & prædicatorem: quemadmodum ab aliis vitiis loquutionis.*

610. *Tantali ſupplicia ob linguæ procacitatem.*
S. Cyri. Alex.

Tantali ſupplicia, de quibus multa poëtæ fabulantur procacis linguæ pœnas eſſe ſanctus Cyrillus Alexandrinus aſſerebat homil. 6. de feſtis Paſchalibus, dum ait: TANTALO *ſiquidem ſaxum vrgens ceruici impoſitum imminere, cúmque impendentis periculi metu aſſiduè torqueri aiunt. Inde ſi quærat quiſpiam huius mali cauſam, quod linguam procacem habuerit vociferantes audiet, atque hoc vitium fœdiſſimi morbi appellatione circumſcribentes.*

Eratoſth.

Simile quidpiam habet Eratoſthenes in epiſt. Theophylacti, dum ait: *Hinc etiam* TANTALVS *pœnis afficiebatur, nam in diuinis rebus linguam habuerat immodeſtam.*

Oris ſigillum ieiunium.
S. Iſaac.

Optimum oris ſigillum ieiunium eſt, de quo hæc habet ſanctus Iſaac Presbyter lib. 1. de mundi contemptu: *Ieiunans corpus non expectat in lecto ſuo vt dormiat tota nocte, cum* SIGILLVM IEIVNII *ſuperponitur, ori hominis mens compunctione meditatur, & cor eius producit orationem, & mœſtitia iacet in vultu eius, & prauæ cogitationes eliguntur ab ipſo.*

Quantl referat à quo verba emittantur.

Multum intereſt à quo emittantur verba etiam alioquin bona: hinc illud illius:

Intererit multum QVO VASE *vina recondas,*
Nam pereunt putido vina ſalerna cado.
Sic bona verba mali fruſtra funduntur ab ore
Illius & vitio ſæpè perire ſolent.

EXCVRSVS L.

Linguam maris detractor habere cur dicatur: linguæ detrahentis fluctus damna.

Lingua maris *quænam dicatur.*
Linguã maris *habet qui alienas labes euomit.*
Lingua ignis *quæ.*
Linguam ignis *habere videtur qui alienas maculas abſumit.*
Conuitiorum, & obloquiorum *ſcylla.*
Scyllæi *obtrectatorum canes.*
Aliena facta non facile retegenda.
Sponſa labia vittæ coccineæ *comparata quæ alterius nomen non proſtituunt.*
Homo *eſſe non videtur qui lingua alios mordet.*
Retegere *aliorum crimina quam graue ſit crimen Chriſtus oſtendit, dum ne peccator occultus publicetur, in eucharistico Sacramento non vult ſe negari.*
Apoſtolica eſt modeſtia nihil ſiniſtrum de aliis cogitare, *nec quærere, vt alienum peccatum publicetur.*
Detractionis officium *data opera exercere quàm deteſtabile.*
רבר רבר *quid, quid* רבר. *Lingua parata ſit, vt alios* exornet, *non* commaculet.
Conſolatorem, & ducem angelum habet, *quæ aliena à detractione.*
Detractor *tanquam ciconia ſerpentibus paſcitur.*
Detractio *Diaboli ſemen.*
Detractores *ſibi potius, quam aliis nocet.*
Perſtricti qui alienæ vitæ *opprobriis ſe inebriant.*
Quinam proximum tanquam panem *manducent.*
Detractoris *lingua quam impia.*
Detractor *vt ſerpens fugiendus.*
Virulentis *ſerpentibus noxior lingua virulenta,*
Vtilis *eſt bonis malorum* detractio.
Detractor iis prodeſt *quibus nocere putatur.*
Detractori haud detrahendum.
Detractoris *lingua à gehenna inflammata.*

Linguæ nomen ad mare quoque transfertur, hinc in diuinis litteris לשון ים *leſcon iam* lingua maris dicitur maris ſinus; ita capiendus illud Iſa. 11. 15. *Et deſolabit dominum linguam maris Ægypti;* linguam maris ille habet, qui maris more immunda omnia, mortua, & cadauerosa ex ore euomit; alieni nominis detrimento, in animæ ſuæ exitium, & ruinam; mare immunda reiicit, vt ſe purum reddat, detractor dum immunda, & impura emittit, impurior fit, ac lutulentior. 611.

Lingua maris quænam dicatur.
Iſa. 11. 15.

Linguã maris habet qui alienas labes euomit.

Linguæ ignis in eiſdem diuinis litteris flamma dicitur, quæ ſe in linguæ ſpeciem protendit, porrigitque & linguam & colore refert, & figura, Iſa. 5. verſ. 24. *Sicut deuorat ſtipulam lingua ignis;* ideſt ignis flamma; ille quoque ignis linguam habet, qui alienos errores, labeculáſque abſumere à ſermone conatur, non augere, nec aliorum exponere notitiæ.

Lingua ignis quæ.

Linguã ignis habere videtur, qui alienas maculas abſumit.

In ſermonis Oceano ſcyllam referunt, qui inuidè aliis obloquuntur, conuitiis alios onerant: Sidonius Apollinaris lib. 1. epiſt. 1. ita loquitur: *Poſt liuidorum* LATRATVVM SCYLLAS *nauigatas*

Conuitiorum, & obloquiorum ſcylla.
Sidon. Apol.

gu.as ſufficientis gloriæ anchora ſedet.& lib.7.epiſt. 9. *Primum tamen noſſe vos par eſt in quas me* OBLOQVIORVM SCYLLAS, *& in quos linguarum,ſed humanarum latratus, quorundam nos infamare conantium, turbo proiecerit*; & ſanctus Hieronymus epiſt.4. *Noueris,*inquit,*vbi* SCYLLÆI OBTRECTATORVM CANES *ſint.*

Scyllæi obtrectatorum canes.

612. Non eſſe facile aliorum peccata retegenda Chriſtus ipſe nos docuit, cum Pontificum, & Sacerdotum inuidia accuſatus, reſpondere noluit, nec eos de ſua paratura repercutere ne ſcilicet dum ſe defenderet, cogeretur Sacerdotum improbitatem reuelare, id quod tetigit Marcus Vigerius chorda 7. cap.91. ad illud Matth.26. verſ.63. *Ieſus autem tacebat*; ſubdit enim: *Tanti namque exiſtimauit Pontificiam maieſtatem, & publici conſilij auctoritatem, vt* QVIA SINE EORVM INFAMIA RESPONDERE NON POTERAT, *maluerit taciturnitate ſua famæ parcere impiorum iudicum, quam per eorum infamiam excuſare ſe ipſum.*

Aliena peccata non facile retegenda.
Matt. 26.63.
Marc. Vig.

Sponſæ labia vittæ coccineæ in amoris Cantico comparantur,ſic enim habetur cap. 4. *Sicut vitta coccinea labia tua*;reſpiciunt hæc verba ex aliquorum interpretum mente, ad funiculum coccineum qui ad domum Raab appenſus eſt, ne quid moleſtiæ, aut damni ipſa pateretur in domo ſua, in qua exploratores ſeruauerat, & cuſtodierat; merentur hanc laudem labia illa, quæ nullum produnt, tegunt omnes, nullius proſtituunt famam, omniũ nomini famulantur.

Sponſæ labia vittæ coccineæ comparata quæ alterius nomen non proſtituunt.
Cant.4.

613. Homo eſſe non videtur, qui lingua alios mordet, & vulnera infligit, cum inflicta deberet ſanare: Excipienda ſancti Chryſoſtomi verba hom.5.in epiſt.ad Corinth. *Homo es:ne aſpidum virus euomas. Homo es:ne in beluam degeneres. Ob eam cauſam os tibi datum eſt, non vt* MORDEAS,*ſed vt aliorum* VVLNERIBVS *medearis.*

Homo eſſe nõ videtur qui lingua alios mordet.
S.Chryſ.

Retegendæ alienæ iniuſtitiæ iniuſtitia quam magna ſit, & criminis alieni prodendi crimen quam graue ſit ex hoc capite deduco, Summam requiri puritatem ad Euchariſtici Sacramenti ſumptionem vt grauiſſimum ſit ſcelus illud mente excipere lethali ſcelere maculata, fatentur omnes,& res per ſe ipſa clamat,attamen Chriſtus ipſe eligit potius ab indigno recipi, quam à miniſtro Sacramenti negatione crimen prodatur,quod occultum alioquin ſit; Chriſtus peccatores, & indignè ſumentes potius ſubire fert, quam velit alienum nomen alienam famam infici, aut amitti; & reperiri poterit, qui tam leue ducat aliena peccata publicare, proximorum vitam publice lacerare?

Retegere aliorum crimina quã graue ſit crimen Chriſtus oſtendit, dum ne peccator occultus publicetur in Euchariſtico ſacramento non vult ſe negare.

614. Magiſtri ſui mentem ebibêre diſcipuli, qui in cœna, cum prodendum ſe ab vno illorum Chriſtus diceret, non poſtularunt, vt nomen tantum ſcelus molientis publicaretur, ſed vt habet ſanctus Matthæus cap.26.verſ.22. *Contriſtati valde cœperunt dicere: Numquid ego ſum Domine?* quæ verba ad noſtram mentem expendens Marcus Vigerius chorda 8. cap.43. hæc habet: NEMO DE FACTO ALTERIVS EST AVSVS INTERROGARE *palam, ſed* DE SE QVISQVE QVÆRIT, *& dubitat. Decebat enim Apoſtolorum modeſtiam, nihil ſiniſtrum credere, vel quærere de proximo. Satis erat ſuam ſingulos innocentiam excuſare, alterius culpam palam aperiri petere non debuerunt.*

Apoſtolica eſt modeſtia nihil ſiniſtrum de aliis cogitare, nec quærere vt alienum peccatũ publicetur.
Matth. 26. 22.
Marc. Vig.

Mala ſemper detractio eſt, noxium ſemper detractionis vitium, ſed tunc præcipuè cum diligenter, & data opera exercetur; crimini etiamen addit quodammodò qui ſummo ſtudio alienum nomen lacerat; quod damnabat Propheta regius Pſal.49. dum ait: *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris*; ſed vt legit ſanctus Auguſtinus *detrahebas*; qui ſedendi verbum hoc expendens,ait: *Sedens aduerſus fratrem tuum detrahebas: & ipſum ſedens ad hoc pertinet quod ſuperius dixit, amplexa eſt. Quia ſtans aut tranſiens facit Qui vero ad hoc ſedet, quantum otium quæris vt faciat? ſedens aduerſus fratrem tuum detrahebas: ipſam detractionem malam diligenter faciebas,* SEDENDO FACIEBAS. *Volebas ibi occupari, amplexabaris malum tuum,oſculabaris dolum tuum.*

Detractionis vitium data opera exercere quam detestabile.
Pſal.49.
S.Aug.

615. Et vt aliquid ex Hebraicis etiam monumentis exſculpam,noto verbum Hebræum דבר *dabar* quod loqui ſignificat, ſi inuertatur formare רבד *rauad*, quod eſt adornare,inſtruere,vt rectè moneretur, qui loquitur eius partes eſſe linguâ vti non ad aliorum vituperationem, & contumeliam,ſed potius ad ornatum, ad commendationem, ſcitè ille: *Lingua paratior ſit ad alienas res laudibus* EXORNANDAS, *quam contumeliis* INFICIENDAS:ornatus in loquẽdi verbo clauditur, non vt ornatè tantum loquamur, quod non ſemper neceſſarium, ſed aliquando etiam negligendum, quum pleruncque cultus ille ornatior ſit, qui ineditus, ſed quia linguâ præcipue vti debemus diuinis laudibus concinendis, aliorum virtutibus celebrandis, non detegendis labeculis,& erroribus.

דבר *quid,* *quid* רבד.
Lingua parata ſit. vt alios exornet non contumeliet.

Agar cùm exiiſſet à Domina ſua Sara,eiuſque conſpectum fugeret, Angelum ducem, & conſolatorem habuit,Gen.16. Vnde hoc huic mulieri priuilegium? Etiam ab iſto titulo, quod aliena a detractionis vitio eſſet, nam interrogata quò pergeret: *A facie,* inquit, *Sarai Dominæ meæ ego fugio* Gen.16.8. Dominam nominat nec aliud adiecit, quo ſæuitiem eius, duritiémque criminaretur quod obuium omni ferè alteri mulieri fuiſſet: Rem vrget Procopius hic dum ait: *Iuſtitia illius, & æquitas hinc quoque elucet, quod nihil* SARAM CRIMINETVR, nihil mali de illa dicit, nihil illi criminis affinxit, nihil durum in illam euomit, vt non mirum ſi etiam ab hoc capite Angeli auxilium,opémque ad ſe quodammodò traxerit.

Cõſolatorem & ducem Angelũ habet quæ aliena à detractione
Gen 16.8.
Procop.

616. Detractorem ciconiæ comparabat Vgo Carenſis,quod aliorum malis paſcatur, vt illa ſerpentibus, in cap. ..Prouerb. ita ille ſcribit:*Detractor eſt* CICONIA, *quæ ſolis ſerpentibus, & bufonibus ſatiatur.*

Detractor tanquam ciconia ſerpentibus paſcitur.
Vgo Car.

Vitabit detractionis vitium,qui eam Diaboli ſemen cogitabit, venenúmque quod è tartaro effluxit:Beatus Dionyſius Carthuſianus ſerm.6. in feſto ſancti Andreæ: *Porrò detractio,ſuſurratio, ſeminatio diſcordiæ, contumelioſúmque verbum, non aliud quam* DIABOLICA SEMINA *reputentur a nobis, & ea tanquam venena tartarea ſemper vitemus, nec committentibus tanta facinora, per audientiam,aut complacentiam communicemus.*

Detractio Diaboli ſemen
B. Diony. Carthuſ.

Qui detrahunt, & aliorum nomen mordent, ac lacerant,ſibi potiùs nocent, quàm aliis, cum diuinæ bonitati ſe inuidere indicent. dum quod diuina bonitas hominibus communicat in hominibus damnant: Huc nos vocat Richardus Pampolitanus ſuper illa verba: *Adoleſcentulæ dilexerunt te,*ait enim: *Detractores non eis, quibus derogant,ſed ſe ipſis nocent,quia dum aliorum profectus abrogare, vel paruipendere cupiunt,* DIVINÆ BONITATI *(ſine qua nullus bonus eſt) ſe inuidere oſtendunt.*

Detractores ſibi potius nocent quam aliis.
Rich Pamp.

Et

617. *Perſtricti qui aliena vitæ opprobriis ſe inebriant.* Prou. 23. B. Rab.

Et quia bibendæ propriæ aquæ monitum huc nos duxit, obſeruo & potum in alienæ famæ infectione vſurpatum, vt potui vacate dicatur, qui alienæ vitæ opprobrio ſe velut inebriat; huc flexit B. Rabanus in Prouerb. lib. 2. cap. 23. ad illud Salomonis cap. 23. verſ. 21. *Quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur, & veſtietur pannis dormitatio*, ait enim: *Symbolum Græcum nomen eſt, & interpretatur collatio ſermonum, ſicut in conuiuiis ſolet, eſt & pecuniarum, ſiue aliarum rerum, vt & præſens locus docet: Potibus ergo vacant, qui de opprobrio alienæ vitæ ſe inebriant. Symbolum verò dare eſt, ſicut vnuſquiſque ſolet pro parte ſua cibos ad veſcendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre, ſed vacantes potibus, & dantes Symbola conſumentur, quia ſicut ſcriptum eſt, omnis detractor eradicabitur, veſtitur autem pannis dormitatio, quia deſpectum, & inopem à cunctis bonis operibus mors ſua inueniet, quem hic alienæ vitæ exquirenda* CRIMINA DETRACTIONIS *ſua languor occupauit.*

Quinam proximum tanquam panem manducent. Pſal 52. S. Aug.

Panis quoque nomen in detractione locum habet, vt tanquam panem aliquem manducent, qui aſſiduè illius famam proſcindunt, ſancti Auguſtini hæc ſunt verba in Pſal. 52. *Tanquam panem manducant populum meum. Cætera enim quæ manducamus, poſſumus modò illa, modò illa. Non ſemper hoc olus, non ſemper hanc carnem, non ſemper hæc poma: ſemper autem panem. Quid eſt ergo, deuorant populum meum in cibo panis?* SINE INTERMISSIONE, *ſine ceſſatione deuorant, qui deuorant populum meum in cibo panis.*

618. *Detractoris lingua quam impia.* S. Ant. Vlyſ.

In detractoris linguam iuſtè ſæuiebat ſanctus Antonius Vlyſſiponenſis ſerm. in Dom. 4. poſt paſcha, dum ait: *Linguam* DETRACTORIS *mucrone, quo Dominicum latus eſt confoſſum crudeliorem dicere ne verearis. Fodit enim hæc corpus Chriſti, nec iam exanime fodiendo. Nec nocentiores fuerunt ſpinæ pungentes caput, claui perfodientes manus, & pedes, quam lingua detractoris, quæ perfodit ipſum cor.*

Detractor vt ſerpens fugiendus. S. Pacom.

In detractore ſerpentem ſpecta, vt te ab illo ſubducas. Præiuit in exemplum ſanctus Pacomius, de quo in vitis Patrum hæc ferè leguntur: *Si quando fratrem detrahentem cuiquam pro quolibet negotio cognouiſſet Abbas Pachomius, non ſolum non ei credebat, ſed etiam auertens ſe mox ab eo veluti* A FACIE SERPENTIS *concitus abſcedebat.*

Virulentis beſtiis noxior lingua virulenta.

Virulentis beſtiis noxiorem eſſe virulentam linguam ſic quidam euincebat: *Mortua beſtia innoxium venenum eſſe. Nam vt fateamur quibuſdam animalculis* VIRVLENTIS, *ſi poſtquam vulnus inflixerunt, ſuffocentur, & conterantur vim eſſe medicaminis, adeò vt innocuum venenum ſit idem certè non eſt facile de virulenta hominum lingua aſſeuerare, quibus mortuis non deſinit tamen vis toxici.*

619. *Vtilis eſt bonis malorum detractio.* S. Greg.

Vtilem eſſe iuſtis iniuſtorum detractionem ſic explicabat ſanctus Gregorius hom. 9. in Ezech. *Iſta verò facientes exardeſcunt ſicut in ſpinis: quia per flammas* DETRAHENTIVM *non iuſtorum vita comburitur, ſed ſi qua in eis eſſe poterant peccatorum ſpinæ concremantur.*

Detractor iis prodeſt quibus nocere putatur. Num. 12. O ig.

Nocere detractor ſtudeat, prodeſt potiùs, euehitque eum, quem conatur deprimere; Moſes cum Aaronis & Æthiopiſſæ detractionem ſubiiſſet, ſtatim à Deo laudibus eſt euectus Num. 12, quod expendens Origenes in Numeros ait: *Audiſtis quid ſibi inducij obtrectatores, & maleloqui, & quid damnationis acquirant. Audite nunc, & quantum beneficij conferant iis, quibus obtrectant: nunquam inuenimus* TANTAS LAVDES *Deum dixiſſe de Moyſe famulo ſuo, quantas nunc dici videmus quando ab hominibus ei derogatum eſt.*

Detractori haud detrahendum. B. Vmb.

Ferenda detractio eſt, nec de ſua paratura detractor repercutiendus, alioqnin vt ait Beatus Vmbertus de malis impatientiæ cap. 44. *Quando de* DETRAHENTE *ſe quis vindicauerit plus amittit quia tribuit tunicam innocentiæ tollenti pallium bonæ famæ.*

Detractoris lingua à gehēna inflammata. Iac. 3.

Linguam à gehenna inflammari dixit ſanctus Iacobus in ſua epiſt. cap. 3. ſui ignis aliquid linguæ affricat infernus, gehennæ ignis in ſola peccata fertur, ſolos cruciat peccatores, maledicorum lingua aliorum lapſus carpit, virtutes efferre nouit, notat tantum vitia, aut virtutes ipſas vitiorum veſte quandoque operit, in hoc gehennali igne ſæuior, ac crudelior.

EXCVRSVS LI.

Adulationis aquæ quàm noxiæ, quàm cauendæ, ne infelix ſubeatur naufragium.

Aſſentatores, tanquam gutta *lapides, homines excedunt.*

Animæ ſoliditas adulationis guttis *atteritur.*

Humanæ laudis cupiditas *animam euacuat.*

Humanæ laudes fumo, & ſomniis *ſimiliores.*

Adulationis aquam *vt timeret ſanctus Auguſtinus.*

Tanta ineſt adulationi vis *vt eâ euertere Chriſtum ipſum putauerit Satan.*

Mel *à ſacro cultu arcebatur, arcenda ab omnibus* adulatio.

Laudum mel *vt admitti poſſit?*

Meretur ab omnibus laudari *qui omnium laudes veretur, etiam Angelorum.*

Blandientis linguam Satanas *mouet.*

Naufragiū *ab adulatoris lingua timendum.*

Adulatorem *qui repercuſſerit B. Antoninus?*

שכח *quid? adulator tanquam* fluctuans *mare compeſcendus.*

Quid שבוי ligatur, *qui laudibus effertur.*

Vulnera *ſub laudum velamine ſæpè latent.*

שכח *quid?*

Captiuus *ducetur qui adulatoris laudibus delinitur.*

GVttæ continuo lapſu petram excauanti adulatores comparatos inuenio, qui adulatione tandem homines terunt, ac veluti excedunt, Manaſſ. in Annal. GVTTA *continuo ſtillans, durum etiam ſaxum excauat, & aſſentatores ad extremum homines puſillis præditos animis excedunt.* 620. *Aſſentatores tanquā gutta lapides, homines exedunt.* Manaſſ.

Gutta paulatim decidens lapidem excauat, deteritque & animæ noſtræ ſoliditas verborum multorum fuſu velut pluuiæ guttis atteritur, minuitúrque. Feſtiuè rem explicat ſanctus Pe- *Animæ ſoliditas adulationis guttis atteritur.* S. Pet. Dam.

trus

Digitized by Google

trus Damianus ſerm. 73. qui eſt de vitio linguæ, dum ait: *Quid durius* SAXO *? quid* AQVA *liquidius? & tamen à quodam ſapiente dicitur:*

GVTTA CAVAT *lapidem, & conſumitur annulus vſu.*

Nimirum, & omnis animæ noſtræ ſoliditas, ac fortitudo deſtruitur, ſi aſſiduis inundantium, & quodammodo PLVVIALIVM VERBORVM FLVXIBVS *atteratur.*

621. *Humana laudis cupiditas animā enaruat.* S.Greg.

Hæc adulationis aqua, & humanæ laudis cupiditas tantam vim habet, vt quicquid ſolidæ virtutis in mente deliteſcit, deterat, abſumat, & in vagum puluerem tranſmutet; Audiri hic debet ſanctus Gregorius lib. 22. Moral. cap. 5. vbi ait: *Plerunque ſi fama noſtra laudibus inhiamus, à virtute vacuamur: quia cum delectatur animus in hoc quod de ſe extrinſecus haberi conſiderat, illud obliuiſcitur, ad quod* INTRORSVS *anhelabat.*

Humanæ laudes fumo, & ſomniis ſimiliores. S.Chryſoſt.

Fortior, ſolidiorque cuiuſque mens, animuſque eſſe debet, quàm vt adulationis guttis vinci poſſit, & abſumi; qui humanas omnes laudes, fumo, & ſomniis infirmiores eſſe cogitabit, non ſinet ſe illarum amore frangi. hoc nos docebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 17. in epiſt. ad Romanos, dum ait: *Sint duo millia, aut etiam quatuor, vel ſi ita placuerit innumeri, qui applaudant, nihil tamen illi omnes à graculis deſuper garrientibus different: imò ſi Angelorum theatrum perpendens, apparebunt illi vermibus etiam viliores, illorumque præconium aranearum textura,* FVMO-QVE & SOMNIIS *infirmius.*

Adulationis aquam vt timeret ſanctus Auguſtinus.

A blandæ adulationis aqua ſibi magis timebat ſanctus Auguſtinus, quàm à ſeueræ reprehẽſionis torrẽte; hinc illud illius lib. ... de Trinit. *Magis optabo à quolibet reprehendi, quam ab* ADVLATORE *laudari: Nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis.*

622. *Tanta ineſt adulationi vis, vt ea euertere Chriſtum ipſum putauerit Satan.* Matth. 4. S.Chryſoſt.

Adulationi tantam vim ineſſe Diabolus nouit, vt per eam vincere Chriſtum in deſerto ſtuduerit: adulationem redolent illa verba Matth. 4. *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant*, nulla famis mentio fit, non obiicit illi, quod eſuriret, vt tutiùs laudibus poſſet ab eo aliquid exſculpere: Scitè ſanctus Chryſoſtomus hom. 13. in Matthæum, vbi hanc Satanæ aſtutiam retegens, ait; *Non dixit: quandoquidem eſuris, ſed ſi filius Dei es, videlicet exiſtimans poſſe ſe illi aliquid* PER LAVDVM BLANDIMENTA SVFFVRARI. *Idcirco non commemorauit, eſuriem, ne hoc ei, quaſi exprobrare, atque obiicere videretur.*

Mel à ſacro cultu arcebatur, arcenda ab omnibus adulatio.

Mel olim à diuino cultu arcebatur, vt habetur Leuit. cap. 2. quia nimirum adulatio omnis reiicienda eſt; mellis tamen primitiæ afferebantur, vt innueretur, iis qui noui in Dei via ſunt, poſſe aliquid non inutiliter remitti, ita rem verſabat Iſidorus Clarius in cap. 2. Leuit. ad illud: *Quicquid fermenti ac mellis: Fermentum hypocriſim ſignificat, vt & in Euangelio, & inſinceritatem; mel blanditias, &* ADVLATIONES, *quorum neutrum diuino cultui eſt intermiſcendum, & eorum vtrunque maximo eſt hominibus damno. Primitiæ tamen mellis ſicut & aliorum fructuum offerri permittuntur fortaſſe quia non vitioſe remittimus aliquid tanquam blandientes iis qui recentiores in via Dei ſunt vt dicamus cum Apoſtolo: Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ.*

Laudum mel vt admitti poſſit. Iſid. Clar.

623. *Meretur ab omnibus laudari qui omnium laudes*

Verè ille ab omnibus meretur laudari, qui omnium laude veretur laudari, timet & quadam triſtitiæ nube vultum obducit, cum laudes ſuas audit, egit iſtuc Maria, ad cuius

exemplum alios vocabat Marcus Vigerius chorda 2. cap. 23. *Vtinam hodie à magiſtra virtutis, veſtram pudicitiam tueri diſceretis, quæ præconio laudum tam eminentium, & Angelo excellentiſſimo, ſummi Dei nuncio laudanti non arriſit, neque tantis* LAVDIBVS *eſt exhilarata. Turbata, id eſt facie, aſpectuque quaſi ad mœſtitiam mutata. Turbata eſt, ideſt, potius ad vultus grauitatem quam ſerenitatem verſa, depoſuit oculos,* SE TANTIS INDIGNAM LAVDIBVS EXISTIMANS, *pro ſua de ſe opinionis modeſtia erubuit ſic laudari. Turbata eſt in ſermone eius.* Maria, quia vnius Angeli laudes verita eſt, hoc conſequuta eſt, vt & omnes homines, & Angelos omnes habeat laudatores, & æternùm habitura ſit. *Veretur etiā Angelorum.* Luc. 1. Marc. Vig.

Audis laudibus te obruentem linguam? naufragium time, & tanquam Scyllæam voraginem oblatam laudem vita: ſanctus Petrus Damianus opuſc. 50. cap. 8. SÆPE MALIGNVS SPIRITVS VELVT AVIS IN RAMO ARBORIS, SIC IN LINGVA PONITVR ADVLANTIS: quid hic boni, vtiliſque ſperandum, quid non timendum mali, cum blandientis linguam Satanas moueat, & regat? Pergit ſanctus Pater: *Tu autem obtura aures, &* SCYLLEÆ VORAGINIS *prudenter euade naufragium, ſicque cor tuum in ſancto propoſito timor iudicis figat, vt nequaquam hoc ventus aſſentatorij fauoris euellat.* 624. *Blandientis linguam Satanas mouet.* S.Pet.Dam. *Naufragium ab adulatoris lingua timendum.* Idem.

Bellè adulatorem repercuſſit Beatus Antoninus, nam vt habetur in lib. 7. cap. 16. de vitis Patrum Occidentis: *Cuidam adulatori impudenter blandienti, Cardinalem breui eum futurum, reſpondit: De ſepulchro nobis eſt, ac propinquo interitu, non de ſublimiore gradu cogitandum.* *Adulatorem qui repercuſſeris B. Antoninus.*

Qui laudibus effertur, ſi ſapiat, laudes comprimat, illaſque plus timebit, quàm fluctuantis maris ſonitum: in Hebræo verbum שבח ſignificat primariò *laudare, laudibus efferre,* & etiam *reprimere,* & *compeſcere*; vt qui laudibus celebratur ſciat ſui eſſe muneris eas ſtatim compeſcere, ac reprimere, R. AbenEzra in cap. 29. Prouerbiorum, alij notant, dici cum de mari ſermo, cuius fluctus, ſonituſque eſt compeſcendus; cohæret & iſtuc cum laudibus, quas omni ſtudio ac labore compeſcere debemus. שבח *quid, adulator tanquam fluctuans mare compeſcendus.*

Sed quia hîc ſumus, licet vlterius pergere, & aliud in cautionem ex eodem Hebraico verbo excuneare: שבח quod diximus laudis notionem continere; ſi inuertatur format חבש *chabaſch,* quod ſignificat, & *alligare*: vt in oblatis laudibus ſtatim vincula, funeſque timeremus, caueremus: hoc verbum de obligatione vulnerum plerunque dicitur, nimirum laudes plerunque. faſcias illas referunt, quibus vulnera ligantur, laudes ex iis amoue, plagas inuenies, quæ latebant, ſæpè enim ſub laudum velamine laudatorum vitia occultantur. 625. *Quid* חבש *Ligatur qui laudibus effertur.* *Vulnera ſub laudum velamine ſæpè latent.*

Denique vt in Hebraïco fonte definiam, obſeruo verbum שבח quod ſignificat *laudare* ſi litteras ſpectemus, & ſonum, cognationem quandam habere cum verbo שבה quod de captiuitate dicitur, ſonatque captiuum facere, captiuum ducere, vt tam facilis ſit tranſitus à laudibus oblatis ad captiuitatem, quam verbum שבח *ſchabach* ad verbum שבה *ſchabah*: verè captiuus ducetur, qui adulatoris laudibus ſe ſinet delinire. שבה *quid. Captiuus ducetur qui adulatoris laudibus delinitur.*

CAPVT LXVI.

Bibendi nexus cum nuptiis : nonnullæ obſeruationes circa potum.

Potus, *&* ſympoſij *nexus cum nuptiis.*
שתה *quid.*
Ex ciſterna ſua bibit, *qui ex mentis ſuæ ſinu aquas effluentes bibit.*
Nutricem bibere *quid ſit.*
Iumenta *olim bibere cogebant.*
שתי *quid? qui* nimio potu *obruitur, multorum ſcelerum telas texit, & multarum calamitatum.*
Sanctorum nominibus *olim ſe inuitabant ad bibendum.*
Etiam pro ſalute totius exercitus *olim bibebant.*
Potatores minoribus *priùs calicibus bibebãt, deinde* maioribus *vtebantur.*
Ebrioſi ſitim *vt accenderent.*
A nimio potu plantæ ipſæ *vt nos auocent.*
Nauigiis *quæ merguntur pares, qui* vino ſe *ingurgitant.*
Bibitari de temperantia *diſputabant Perſæ.*
Ebrioſi animalium exemplo *perſtricti.*
Quodnam poculum *fortuna exſiccandum offerat.*
Vinum cum lacte bibere *quis dicatur?*
Cur arundini *ſpongia appoſita condemnatorum ori admoueretur?*
Amarum poculum *Chriſtus bibit, ne nos bibere timeremus.*

626. *Potus & ſympoſij nexus cum nuptiis.* Eſth. 9. 22. שתה *quid* LXX.

Bibendi verbum cum nuptiis quoque cohæret, vt dies potus, nuptiarum dies intelligatur; rei firmandæ locum Eſther adducam ex cap. 9. verſ. 22. vbi hæc Vulgatus habet: *Eſſemque dies iſti epularum, atque lætitiæ*: in fonte ימי משתה; ad verbum *dies potus*, ſeu *dies conuiuij*, nam ſic transfert etiam Pagninus, & quidem verbum שתה *ſchathah bibere* propriè ſignificat, & tameo hunc locum ita tranſtulerunt LXX. *ἡμέρας γάμων*, *dies nuptiarum*, vt hac verſione innuant nuptias, & conuiuium, ſympoſiáque potúſque inter ſe cohærere; cùm hæc illas ſoleant comitari; etiam in producto, & illuſtrato Salomonis loco hoc verbum adhibetur שתי מים מבורך *bibe aquas de ciſterna tua*: vt non mirum ſi totum locum ad nuptias vocauerimus, cùm nudum bibendi verbum cognationem aliquam cum nuptiis habeat, vt diximus.

Ex ciſterna ſua bibit qui ex mentis ſuæ ſinu aquas effluentes bibit. R. Leui Gherſ.

Etiam ille de ciſterna ſua bibit, qui puras aquas bibit ex mentis ſuæ ſinu effluentes; R. Leui Gherſomites ad hæc Salomonis verba: *Bibe*, inquit, *de ciſterna tua, quæ quidem eſt mens tua, à qua perennes* LIMPHÆ *effluunt, potanti nunquam defectura, ea nempe quæ mentis ope intelliguntur*; à quo abit qui effundit tantum aliis ſalubria informandis moribus, pietatique irrigandæ monita; nec bibere ex iis fert, quæ ille fert; ſed quia huc ſumus ea afferamus, quæ ad potum, & bibendi ritum ſpectant, præter illa, quæ à nobis ſuperius dicta fuêre.

Bibendi verbo noue vſus eſt Apuleius, cùm lib. 1. *bibere nutricem* dixit, quod vt alij etiam notauêre, mammam eius haurire ſignificat. 627. *Nutricem bibere quid ſit.* Apul.

Iumenta quoque bibere vinum olim cogebant: Indicat iſtuc Plinius lib. 14. cap. 22. *At nos*, inquit, *vinum bibere & iumenta cogimus.* *Iumenta olim bibere cogebant.* Plin.

Apud Hebræos שתה *ſchathah* ſignificat *bibere*, & שתי *ſchethi potus* dicitur, & etiam *ſtamen*, & *filum*, quod per panni longitudinem extenditur: quæ notiones adeò variæ huc nos vocant, vt a nimio potu variorum criminum, miſeriarúmque nexum, texturámque timeamus: Feſtiuè ille, & opportunè: *Qui nimio vini potu obruitur, multas ſibi* NECTIT *calamitates, multorum* SCELERVM TELAM TEXIT. שתי *quid, qui nimio potu obruitur, multorum ſcelerum telas texit, & multarum calamitatũ.* P.H.N.

Olim ſe linguis ad bibendum inuitabant, ſanctorumque nominibus: indicat iſtuc hæc Riuolahi Suenionenſis Epiſcopi in conſtitutione ſcripta anno 889. cap. 14. *Inuitati etiam presbyteri à religioſis, quibuſque pro memoriis* CHARORVM SVORVM NE SE INEBRIENT, *neque inter pocula cantare præſumant, ſed neque precationes bibendi ſub* NOMINIBVS SANCTORVM *exerceant.* *Sanctorum nominibus olim ſe inuitabant ad bibendum.* Riuol.

Non pro ſalute tantum Imperatoris bibebant olim, ſed etiam pro totius exercitus, comitum virtute, ac filiorum ſanitate: Meminit huius moris imò abuſus non ferendi ſanctus Ambroſius lib de Elia cap. 17. *Quid*, inquit, *obteſtationes potantium loquar? quid memorem ſacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt*, PRO SALVTE IMPERATORVM, *& qui non biberit ſit reus indeuotionis: videtur enim non amare Imperatores, qui pro ſalute eius non biberit:* BIBAMVS PRO SALVTE EXSRCITVVM, *pro comitum virtute, pro filiorum ſanitate.* 628. *Etiam pro ſalute totius exercitus olim bibebant.* S. Ambroſ.

Notaui alibi potatores à minoribus calicibus incepiſſe, & iuſſe deinde ad maiores: rem firmo etiam Philonis verbis, qui lib. de temulentia ait: *Bibentes, ſitiunt incipientes* À MINORIBVS CYATHIS, *procedente verò potatione iubent pincernas in maiores infundere calices, poſtquam verò incaluerunt iam parum ſui compotes infundibula, crateras, amyſtides integras exhaurientes, & merum ingurgitantes, donec profundus ſomnus occupet.* *Potatores minoribus prius calicibus bibebant, deinde maioribus vtebantur.* Philo.

Ebrioſos quædam edere conſueuiſſe, quibus ſitis accenderetur, & fieret potus delectabilior, ſuauiorque, indicant hæc ſancti Auguſtini verba lib. 8. confeſſ. capite 1. *Edendi, & bibendi voluptas nulla eſt, niſi præcedat eſuriendi, &* SITIANDI MOLESTIA. *Et ebrioſi quædam ſalſiuſcula comedunt, quo fiat moleſtus ardor, quem dum extinguit potatio fit delectatio.* *Ebrioſi ſitim vt accenderent.* S. Auguſt.

A nimio potu nos plantarum ſimilitudine ita auocabat Xenophon apud Stobæum ſerm. 19. *Porrò videtur mihi idem in hominum conuiuiis, quod plantis vſu venire. Nam ſicut hæ, ſi nimium cælitus* MADESCANT, *erigi nequeunt, neque ab auris perſpirari, cum verò tantum* IMBIBERINT *humoris, quantum egebant, tum & in rectum augentur admodum, & florida ad fructuum maturationem perueniunt. Ita ſcilicet quoque nos, ſi* 629. *A nimio potu plantæ ipſæ vt nos auocent.* Xenoph.

potum

potum ſine modo hauſerimus, max & corpore, & animo laboramus, ne reſpirare quidem amplius rectè, nedum ad loquendum idoneè.

Nauigiis, quæ merguntur pares qui vino ſe ingurgitant. S. Baſil.

Plus æquo bibentes, & vino ſe ingurgitantes nauigiis fluctibus actis ſcitè comparabat ſanctus Baſilius ſerm. de ebriet. in hæc verba: *Velmò* NAVIGIA, *quando fluctibus procella acceptis grauantur, neceſſariò commeatus vacuatione, ac proiectione leuanda ſunt; ſic ebriis rerum ſtomachum grauantium vacuatio neceſſaria eſt, ex quo & vomitatione, ac deiectione frequenti vix leuari poſſunt, tanto naufragis deteriores, quanto illi res cauſantur intrinſecas, ventos, & mare, hi verò ſponte periculum adeunt, & ex ebrietate ſibi volentes tempeſtatem pariunt.*

630. *Bibituri de temperantia diſputabant Perſæ.* Stob.

Probus Perſarum mos, qui bibituri de temperantia diſputabant, vt temperantiam quodammodo biberent cum vino; ita Serinus apud Stobæum ſerm. 44. *Perſarum Reges ante ſacrificia de pietate diſſerunt: antequam* BIBANT, DE TEMPERANTIA; *pugnaturi verò, de fortitudine.*

Ebrioſi animalium exemplo perſtricti. S. Auguſt.

Ebrioſos animalium exemplo, quæ vbi ſitim extinxerint amplius non bibunt, perſtringit ſanctus Auguſtinus ſerm. 231. de tempore, cuius verba hic duxi ſiſtenda, ait autem: *Diligenter attendite, & videte, quia quando animalia ducuntur* AD AQVAM, *vbi ſaturauerunt* SITIM SVAM, *etiam ſi ſupra aquam ipſam diutius teneantur, repleta ſiti bibere nolunt omnino, nec poſſunt. Conſiderent* EBRIOSI, *ſi non peiores animalibus iudicandi ſunt.*

Quodnam poculum fortuna exſiccandum offerat. Stob.

Poculum fortuna exſiccandum offert ſed malis magis refertum quam bonis, quod ſic explicabat Dythilus apud Stobæum ſermone 104. *Fortuna nobis tanquam* CYATHOS *exſiccantibus, ſi vnum bonum infundat, tria mala affundit.*

631. *Vinum cum lacte bibere quis dicatur.* Pet. Bleſ.

Vinum cum lacte quando bibatur explicat Petrus Bleſenſis in Iob. cap. 2. *Amicus,* inquit, *meus* BIBIT VINVM CVM LACTE, *ideſt ſeueritatem exercet cum amaritudine.*

Cur arundini ſpongia appoſita condemnatorum ori admoueretur. Marcus Vig.

Cur arundini ſpongiam appoſitam condemnatorum ori admouerent, & an quod in Chriſto factum, peculiare fuerit in illo, ſed & idem in aliis fieret, ediſſerit Marcus Vigerius chorda 7. cap. 147. dum ait: *Calamo autem appoſuerunt* SPONGIAM, *neque ad os illam manu admouerunt, ad contumeliam; vel fortaſſe quoniam nequam homines, crucifigi pœnis exacerbati, nonnunquam vertebantur in rabiem, & admotas manus mordere nitebantur, pro cuius euitatione periculi tractum erat in conſuetudinem, non vaſis, ſed ſpongiis potare crucifixos.*

Amarum poculum Chriſtus bibit ne nos bibere timeremus. S. Auguſt.

Chriſtus tanquam medicus amarum poculum bibit, & ſiccauit, ne bibere nos timeremus, qui ſumus ægroti, & illius potu indigemus ad ſalutem. Peritè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 98. *Amarum,* inquit, POCVLVM *prior medicus bibit, ne bibere timeret egrotus;* malè ſanus, imò inſanus eſt ille æger, qui bibere poculum timet, quod ſanus ſiccauit Chriſtus, & infirmorum medicus.

CAPVT LXVII.

Sitire quid; de ſiti quædam litteris exarata.

Inſolens aliquorum aduerſus ſitim remedium.
Olim vt ſitim *quærerent.*
Sitienti Imperatori *extra vrbem aqua vt exhiberetur.*
De ſitis *tolerantia egregium exemplum.*
Purgatricium flammarum memoriâ ferenda ſitis.
Ferendæ ſitis exemplum *ſingulare.*
Aqua ipſa ſitiens *quando viſa.*
Dauid ſitim ferens *ad ſitis tolerantiam exercitum prouocauit.*
Quid ſitiret *à ſuis Chriſtus cum dixit ſitio?*
Iudæorum ſæuities expenditur, dum exhibuere ſitienti Chriſto acetum.
A ſanguine *olim abſtinere homines iubebantur, ne humanum* ſanguinem ſitirent.
Deus eſum ſanguinis *conceſſit, vt homines ad* Euchariſtiam *aptaret.*
Reprimenda peccati ſitis.
Probanda illa eſt ſitis, *quâ quis alienæ laudis poculum auidiſſimè bibit.*
Bona iuſtitiæ ſitis.
Noxia corporearum voluptatum ſitis.
D*amnanda* ſitis hypocriſis.
D*ulcis ſitientibus* honeſtatis potus.
Amoris vi explicanda ſitiendi verbum *aptum.*
מאי *quid? quid* מאי?
Fortitudinem *acquirit qui Deum* ſitit.
Sitire in Deum *cor Dauid dixerit?*
Sitit Deus *amorem noſtrum.*

COhæret cum potu ſitis, & bibendi verbum cum ſitiendi; adeò vt cum de bibendi ritu aliquid paſſim tradiderimus, integrum nobis hic minimè ſit, ſitim & aliqua quæ ſitis extinctionem ſpectant, prætterire. 632.

Mirum, inſolenſque aduerſus ſitim remedium eſt, quod in deſcriptione Africæ his verbis refertur: *cùm tam ingenti diſcruciantur ſiti, vnum è camelis mactant, è cuius inteſtinis* AQVAM *premunt, hanc potant, hanc circumferunt, donec aut puteum quemdam inueniunt, aut certè nimia ſiti animam expirent.* *Inſolens aliquorum aduerſus ſitim remedium.* Deſcr. Afric.

Quî olim ſitim quærerent indicat Plinius lib. 14. cap. 22. *Huc pertinent,* inquit, *peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno, ac pectoroſa ceruicis repanda oſtentatio. Per omnia hæc prædicatur ſitis quæri.* *Olim vt ſitim quærerent.* Plin.

Quî ſitienti Imperatori, dum extra ciuita-

Siſienti Imperatori extra vrbem aqua vt exhiberetur. Georg. Cod.

tem iret, aqua exhiberetur indicat his verbis Georgius Codinus de offic. & official. aulæ Conſtantinop. cap. 7. num. 17. *Olim quidem extra ciuitatem Imperatorem comitans (pincerna) ferebat ſuſpenſum ex catenula* POCILLVM, *vt ſi Imperator* SITI VRGERETVR *ex fonte, vel fluuio hauſtum porrigeret.*

633. *De ſitis tolerantia egregium exemplum.* Æneas Sylu.

De ſitis tolerantia egregium facinus eſt, quod narrat his ferè verbis Æneas Syluius lib. 3. Comment. de geſtis Alphonſi. *Rodulphus Romanorum Imperator, cum Auſtriam, deficientibus ex genere Ducum virilis ſexus heredibus ad Imperium deuolutam aſſereret, & in bello contra Ottocarum Boemiæ regem ſiti laboraret exercitus: ferunt agreſti, qui meſſoribus potum ferret, ablatam hydriam ſicerâ plenam, Imperatori oblatam fuiſſe, quam cùm ille vidiſſet: Reddite, inquit, nam ego exercitui, non mihi* SITIEBAM. *Hac ſitis tolerantia ſitibundum exercitum refocillauit.*

Purgatricis flammarum memoria ferenda ſitis. Bern. Iuſt.

Dignum quoque eſt, quod omnium notitiam ſubeat illud quod de Beato Laurentio Iuſtiniano in ſitis tolerantia fertur: nam vt habet Bern. Iuſtin. in eius vita cap. 2. nunquam extra tempus bibebat, & inuitatus dicebat: *Quo igitur pacto feremus* PVRGATORII CALORES, *ſi primùm hanc ſitim ferre non poſſumus?* O hæc eadem cogitatio illorum mentibus admoueretur, qui toti in calicibus ſiccandis ſunt!

Ferendæ ſitis exemplum ſingulare. Stob.

Ferendæ, & domandæ ſitis exemplum ſingulare præbuit Plato de quo hæc habet Stobæus ſerm. 17. *Plato ſæpius* SITI *laborans, è puteo hauriebat* AQVAM, *iterumque effundebat, vt ita cupiditatem caſtigaret.*

634. *Aqua ipſa ſitiens quando vita.* S. Bern.

Aqua ſitiens quando vita, & quando panis eſuriens docet ſanctus Bernardus hom. 2. ſuper Miſſus eſt, vbi loquens de Virginis partu ait: *Ibi agnoſcitur longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, profunditas plana. Ibi agnoſcitur lux non lucens, verbum infans,* AQVA SITIENS, *panis eſuriens.*

Dauid ſitim ferens ad ſitis tolerantiam exercitum prouocauit. 2. Reg. 23. Angelom. S. Ambroſ.

Etiam Dauid, vt ſitim ferre exercitum doceret exemplo, aquam quæ de ciſterna Bethlehem allata fuerat profudit in terram, & libauit eam Domino 2. Reg. 23. vbi Angelomus: *Vt ſuo exemplo totus exercitus diſceret* SITIM TOLERARE. Rem aliter verſat ſanctus Ambroſius in apolog. Dauid cap. 7. *Rex,* inquit, NOLVIT BIBERE, *& profudit illam Domino, dignum enim tanto munere fuit, vt quæ erat viuidæ virtutis, inſignis fieret pietatis ſacrificium.*

Quid ſitiret à ſuis Chriſtus dum dixit ſitio. S. Auguſt.

Quid ſitiret à ſuis Chriſtus cum dixit *Sitio* præſtat vt ex ſancti Auguſtini verbis diſcamus, qui ſerm. 76. de diuerſis hæc habet: *Quod dixit* SITIO: *fidem quærebat à ſuis, ſed quia in propria venit, & ſui eum non receperunt: pro ſuauitate fidei acetum perfidiæ dederunt, & hoc in ſpongia. Verè ſpongiæ comparandi, non ſolidi, ſed tumidi: non recto confeſſionis aditu aperti: ſed inſidiarum tortuoſis anfractibus cauernoſi.*

635. *Iudæorum ſæuities expenditur, dum exhibuere ſitienti Chriſto acetum.* S. Chryſoſt.

Hanc Iudæorum ſæuitiem in exhibendo ſitienti Chriſto aceto ſic expendebat ſanctus Chryſoſtomus ſerm. 4. de myſteriis Cœnæ dominicæ: *Et qui* AQVAM IN NVPTIIS, *pretioſum mutauit in vinum: meruitne, vt in ſiti ſua abs te acciperet acetum?*

A ſanguine olim abſtinere homines iubebantur, ne humanum ſanguinem ſitirent. Oleaſt. *Deus eſum ſanguinis cõceſſit vt homines ad Euchariſtiam aptaret.*

A ſanguine olim abſtinere homines voluit, ne hominum ſanguinem ſitirent; Oleaſter in Geneſim cap 9. *Si autem hominibus liceret ſanguinem edere,* SITIRENT COMMVNITER SANGVINEM, *& ſic homicidia frequentarent.* Ad tempus hæc lex durauit: ſanguinis eſum conceſſit, vt paulatim ad Chriſti ſanguinem in Euchariſtia bibendum aptaret, cuius potu ita alieni ſanguinis fundendi ſitis tollebatur, vt potius quiſque pro proximo paratus eſſet effundere ſuum.

636. *Reprimenda peccati ſitis.* Arnold. Carn.

Reprimendam peccati ſitim ita colligebat Arnoldus Carnot. Abb. tract. de operibus ſex dierum: *Fel quoque crucifixo oblatum eſt, & neglectum omnia Diaboli tentamenta contemptibilia effecit, & repulſus amaritudinis hauſtus* SITIM PECCATI, *quod fellei ſaporis eſt, intimauit à membris eius facilè reprimendam, imo eiuſdem ſanguinis calice hauſto penitus extinguendam.*

Probãda illa eſt ſitis, qua quis alienæ laudis poculũ auidiſſimè bibit. S. Pet. Dam.

Probanda illa eſt ſitis, qua quis alienæ laudis poculum auidiſſimè ſiccat ab omni inuidiæ liuore alienus, vt quod de ſe fatebatur ſanctus Petrus Damianus erga Apoſtolicam ſedem, hoc in ſe quiſque ſentiat in proximi ſui laudibus; nequeo hic præterire verba huius ſancti Patris ſitim ſuam in hunc modum aperientis: *De Apoſtolica ſede bona ſemper audire aridis deſiderij mei faucibus* SITIO: *largum præconij veſtri* POCVLVM, *multis iam propinantibus, bibo. Qui videlicet, hauſtus tanta ſuauitatis dulcedine mentis meæ ſtomachum recreat, vt dum mens interius iubilat, lingua protinus in hanc vocem laudis erumpat: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hucuſque ille lib. 1. epiſt. 1.

637. *Bona iuſtitiæ ſitis.* S. Auguſt.

Vtiliter ille ſitit qui iuſtitiæ ſiti corripitur; ſanctus Auguſtinus ſerm. 93. de tempore ita loquitur: *Sitiuit populus aquam, & murmurauit contra Moyſem: Cum enim dixiſſet:* SITIVIT *populus, quid opus fuit, vt adderet aquas? Sic enim habet antiqua tranſlatio. Quare hoc addidit, niſi aquam ſitiuit, qui debuit ſitire iuſtitiam? Beati enim qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.*

Noxia corporearum voluptatum ſitis. B. Laur. Iuſt.

Noxia corporearum voluptatum eſt ſitis, quæ qui poſſit extingui docet Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſticæ conuerſationis cap. 22. *Quodam hydropis morbo laborantes, quo auidius labilem huius vitæ delectationem hauriunt, eo acrius ipſam* SITIRE *coguntur. Hanc etenim ſitim illecebrarum carnalium facillimè valerent extinguere: ſi Dei conſolationem humilibus præſtitam ſuauiter degustarent.*

638. *Damnanda ſitis hypocriſis.* S. Pet. Chryſ.

Damnanda ſitis hypocriſis, quæ eò magis ſitit, quò magis bibit, non ſecus ac hydrops; Audiendus ſanctus Petrus Chryſologus ſermone 7. vbi ait: *Hypocriſis cognata febris frigido populo propinat ardorem. Quod corporibus eſt* HYDROPS, HYPOCRISIS *animabus: hoc eſt hydrops bibendo ſitit, hypocriſis inebriata ſitit.*

Dulcis ſitientibus honeſtatis potus. Philo.

Dulcem ſitientibus honeſtatis potum ſapientiæ laticem eſſe aſſerebat Philo lib. de temulentia, dum ait: *Idem Vates & ad puteum carmen occinit, non iam ob ſolum affectuum interitum, ſed ob acquiſitam ſapientiam, poſſeſſionem incomparabilem, quam per* PVTEVM *ſignificat: quæ non in ſuperficie, ſed in profundo habet laticem dulcem animabus* SITIENTIBVS *honeſtatis neceſſarium potum, ac ſuauiſſimum.*

639. *Amoris vi explicãda ſitiendi verbũ aptum.* Pſal. 41. S. Chryſoſt.

Cur amoris ſui probandi cauſa, *Sitiendi* verbo vſus fuerit regius Propheta Pſalm. 41. dicens: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum;* exponit ſanctus Chryſoſtomus hic dum ait: *Non dixit amauit anima mea Deum viuum,*

Digitized by Google

viuum, neque amat anima mea Deum vinum: ſed vt oſtenderet affectionem, AMOREM SITIM VOCAVIT. *Vtrumque nobis ſignificans, & ardorem amoris, & eiuſdem perpetuitatem.*

639. Pendo hic illud, *ad Deum fortem, viuum*: ſic enim legendum, non fontem, cùm in Græco ſit ἰσχυρὸν: cohæret hæc ſitis cũ Deo forti, fortitudinem quippe acquirit, qui ita ſitit; in Hebræo, vt hoc obiter notem, pro *ſitiuit* eſt verbum צמא *tzamah* quod propriè ſignificat ſitire: quod verbum ſi inuertatur format אמץ *amaz*; quod de fortitudine, de forti, & robuſto dicitur; vt vel hinc colligeretur, fortitudinem inhalare Dei quærendi ſitim.

צמא quid? quid אמץ. Fortitudinem acquirit, qui Deum ſitit.

Sitiendi verbo vſus eſt & alibi idem Propheta Pſal. 62. *Sitiuit in te anima mea*; vbi noſter Agellius hæc habet: SITIRE SE PRÆTEREA, NON ESVRIRE DIXIT, *vt ardentiſſimum erga Deum ſtudium declararet, ardentius eſt enim potus, quam cibi deſiderium, & magis torquet.*

Sitit Deus non vinum, ſed amorem: amat amari qui amor eſt, Benè Nicetas comment. in orat. xi. ſancti Gregorij Nazianzeni: *Sitit atque appetit Dominus à nobis amari*: Da nobis, Amor, quod in nobis ſitis; Da nobis amorem tuum, da vt ſitiamus ſemper amorem, amoriſque ſitim excitet exhibitus amor.

CAPVT LXVIII.

Aqua de ſapientia: fontes, flumina, maria de doctrina, & eruditione.

Aqua de doctrina, *de ſapientia.*

Sitientibus auribus *doctrina aqua excipienda.*

Varij in ſapientiæ aquis *gradus, profectus varij.*

Vaſis aquam continentis *ſimilitudine lectioni vacandum probatur.*

Vtiliores libri *qui ſacra ſapientiæ* fonti *viciniores.*

Chriſtus ſcientiarum mare.

Pelagi profundo *ſe committit, qui ſacrarum ſcripturarum arcana ſcrutatur.*

Sacrarum litterarum ſtudio mens irriganda.

Sacris ſcripturis mens irrigatur.

Quibuſnam ſcripturarum aquæ viuentes, *quibuſnam* mortuæ *dicantur?*

In diuinis litteris qui aqua in vinum *vertatur.*

Secunda nauigatio in *diuina ſcripturæ mari.*

Sacra ſcripturæ aquæ *menti reficiendæ.*

In ſacra ſcriptura fonte *dæmonis inſidiæ reteguntur.*

In diuinis rebus perſcrutandis ſacra ſcriptura nauigio *vtendum.*

Vela fidei expandenda in hac nauigatione.

SVo ſenſu Salomonis verba veſtiuimus, in nuptialibus aquis nauigauimus diu, non reiiciendus ille explicatus qui ad mores flectens aquas de doctrina accipit, & eruditione, in primo ſacrorum electorum volumine ſatiatiſſime egi hac de re, tam diues tamen eſt hoc argumentum, vt alia ibi indicta in verborum, quæ illuſtramus, lucem, addere hîc poſſimus; aquarum igitur nomine, fontium, fluminum, maris doctrinam ſignificari, vt ſapientiam, ea quæ hîc ſubiiciemus euincent. 640.

Aquæ nomine doctrinam ſignificari obſeruauit Euthymius in Pſalm. 17. *Aquas pro doctrina accipimus, quæ & refrigerat, & purgat.* Richardus in Pſalm. 28. *Contemplantis animus qui ſupra ſe attollitur, cum cæleſtibus totus ſuſpenditur ſeipſum nimirum, & quæ ſub ipſo ſunt obliuiſcitur, &* IN TANTO SAPIENTIÆ DILVVIO *nil niſi cœlum aſpicitur, & ipſa ſapientiæ aqua quâ perluſtratur, à qua & in altum ſubleuatur.* Sanctus Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianum; *Aperiunt quaſi fontem ſcientiæ, qui aquam non habent doctrinarum*: Cæſarius Arelatenſis orat. de pœnitentia ſerpentis naturam verſans currentis ad fontes, ait: *Serpens virus euomit, vt* SALVBRES AQVAS EBIBAT; *hi autem* SALVBRES SAPIENTIÆ, *ac doctrinæ eſcas reuomunt, vt peccati virus exhauriatur, iuxta illud, omnis peccans eſt ignorans.* Sanctus Auguſtinus in Pſal. 41. *Quando concupiſces* FONTEM SAPIENTIÆ, *cum adhuc labores in veneno malitiæ: interfice in te quicquid contrarium eſt veritati.*

Aqua de doctrina de ſapientia.
Euthym.
Rich.
S. Hier.
Cæſarius.
S. Auguſt.

Aqua ſupera doctrina eſt, quæ idcirco ſitientibus auribus eſt excipienda, ierunt in exemplum Apoſtoli de quibus ita ſcribit Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 15. *An non* SITIENTIBVS AVRIBVS *diſcipuli, tua, ô Domine, dicta excepere*; quò quis magis ſitit, eò ſalubriorem hanc aquam ſentiet, maioremque. 641.

Sitientibus auribus doctrina aqua excipienda.
S. Baſil. Sel.

Aqua de ſapientia dicitur, varios pro aquarum menſurâ, ac varia magnitudine vitæ, & morum & profectus gradus elegantiſſimè notabat ſanctus Petrus Damianus ſerm. 28. Huc Ezechielis verba cap. 47. *Hæc prouectus noſtri quadrifaria diſpoſitio, quæ ab ipſo Domino ſub ſeminis figura deſcribitur, apud Ezechielem Prophetam per aquæ vocabulum deſignatur. De viro quippe, quem in excelſo monte conſpexerat, hæc per ordinem narrat: Menſus eſt, inquit, cubitos mille, & traduxit me per aquam vſque ad talos: rurſumque menſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad genua: & menſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad renes: & menſus eſt mille, torrentem, quem non potui pertranſire, quoniam intumuerat aqua profunda torrentis, qui non poterat tranſuadari. Quid planè deſignatur in millenario numero; niſi collati numeri plenitudo? Quid hic aqua, niſi cæleſtis eſt ſapiẽtia? Vnde per Salomonem dicitur: Sapientia Dei eruperũt abyſſi, & nubes rore cõcreſcũt. Vir itaque qui apparuit, mille cubitos metitur, & Propheta per aquam vſque ad talos ducitur: quia Redemptor noſter cum nobis ad ſe conuerſis ſpiritalis exordij plenitudinem tribuit dono ſupernæ ſapientiæ, quaſi prima veſtigia noſtræ operationis infundit. Nam quaſi vſque ad talos peruenit aqua cum nos per acceptam ſapientiã deſideratæ rectitudinis figimus inchoata veſtigia.*

Varij in ſapientiæ aquis gradus, profectus varij.
S. Pet. Dam.

Qui rurſus cubites metitur mille, & Propheta vſque ad genua per aquam ducitur: quoniam ad hoc iam ſapientia noſtra vigor augetur, vt ad perpetranda prauitatis opera non flectatur. Vnde per Paulum dicitur: Demiſſas manus, & diſſoluta genua dirigite, & greſſus rectus facite pedibus veſtris, ne claudicans quis erret; magis autem ſanetur. Aqua vero vſque ad genua peruenit, cum nos percepta ſapientia perfectam ad boni operis rectitudinem ſtringit, vt iam noſter animus non vacillet, ac titubet, ſed in bono, quod cœperat, veſtigia fixa confirmet. Præfatus etiam vir iterum menſus eſt mille, & Propheta per aquam vſque ad renes ducitur, quia tunc videlicet in nobis plenitudo ſancti operis creſcit, quando in nobis percepta ſapientia, omnem, in quantum poſſibile eſt, delectationem carnis extinxerit. Niſi enim renibus delectatio carnis ineſſet, Pſalmiſta Deo non diceret: Vre renes meos, & cor meum. Aqua ergo ad renes venit, cum infuſa nobis ſapientia petulantes illecebras, & incentiua carnis extinguit. Qui vir adhuc menſus eſt mille, torrentem, quem, ſicut dicitur, Propheta tranſire non potuit; quoniam intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non potuit tranſuadari. In quo nimirum, quid aliud nobis innuitur, niſi quia poſt pedes noſtros iam in boni operis itinere conſtitutes, poſt genua cordis non iam dubie vacillantia, ſed ad incedendum per iuſtitiæ tramitem firmiter roborata, poſt oblectamenta renium, & æſtuantis incentiua carnis extincta, vir quiſque perfectus ad tantam plenitudinem contemplationis attollitur, vt iam non poſſit iam eximiam profunditatem ad liquidum comprehendere, velut excreſcentis vndæ vadum mens non valeat humana tranſire.

642. Vtilium librorum lectioni vacandum eſſe, licet pleraque nobis excidant, vaſis aquam continentis ſimilitudine ſic explicabat Ductianus Abbas in ſpeculo Monachorum: *Non turberis ſi bona, quæ legis, aut audis vniuerſa in memoria non retines. Nam quemadmodum vas quod ſæpius* A Q V A *perfunditur, parum permanet, etiamſi aqua effuſa labatim effluat. Ita ſi mentem beneuolam doctrina ſpiritualis crebro pertranſierit, quamuis ibi non perſiſtat, ipſam tamen mentem nitidam, Deoque placentem reddit, & conſeruat.*

Vaſis aquam continentis ſimilitudine lectioni vacandum probatur.
Ductianus.

Vtiliores libros eſſe, qui ſacræ Scripturæ viciniores, fōtis, amniſque ſimilitudine ita quidam explicabat:

Vtiliores libri qui ſacræ ſcripturæ fonti viciniores.

Quo minus eſt auctus, F O N T I Q V E *propinquior amnis*
Hoc ſine ſorde putri P V R I O R I L L E F L V I T.
Quo magis accedunt ad biblica ſcripta libelli
Hoc homines melius de pietate docent.

Doctrina aquæ, & fontibus comparatur,
643. Chriſtus mare eſt, à quo omnes ſcientiarum fontes prodeunt, ad quod flumina debent decurrere, vt iterum exeant; ſuccinit ſanctus Bernardus, cuius hæc verba ſunt, locus nobis excidit: *Origo* F O N T I V M, E T F L V M I N V M O M N I V M M A R E E S T, *virtutum, ac ſcientiarum Dominus Ieſus Chriſtus, quis enim Dominus virtutum niſi ipſe eſt rex gloriæ? ſed & iuxta Annæ Canticum, idem ipſe Deus ſcientiarum Dominus eſt: ſi quis callet ingenio, ſi quis nitet eloquio, ſi quis moribus placet, inde eſt, inde ſcientia, inde ſapientiæ ſermo, theſauri quidem ſapientiæ, & ſcientiæ ibi omnes abſconditi ſunt: cur non ſpirituales riui vt arua mentium rigare non deſinant, proprio fonti ſine fraudibus, & ſine intermiſſione reddantur.*

Chriſtus ſcientiarum mare.
S. Bernard.

Pelagi profundo ſe committit qui diuinarum ſcripturarum arcana ſcrutatur quo ſenſu aiebat ſanctus Chryſoſtomus hom. de cruce: *Committamus nos* P E L A G I P R O F V N D O *ad perquirendam in ſcripturis diuinis margaritam latentem. Parate animos veſtros, & tota intentione mentis quæ dicuntur audite. Cupio enim in hoc ſanctarum Scripturarum profundum deſcendere, & inde vobis proferre pretioſiſſimam margaritam.*

Pelagi profundo ſe committit, qui ſacrarum ſcripturarum arcana ſcrutatur.
S. Chryſ.

Sacrarum litterarum ſtudio veluti aqua mentem irrigandam egregiè monebat filium Baſilius Imperator cap. 17. *O fili, inquit, quemadmodum tenera planta fontibus irrigata vireſcunt, floreſque & fructus ferunt: ita mens tua ſacrarum litterarum ſtudiis* I R R I G A, *magis ac magis augeſcet, ac pro fructibus egregias virtutes producet. Nam corpus quidem ſaginatur cibis, qui alius ſuper alium infarciuntur: animus vero ſanctis ſermonibus* A L I T V R, *ac* V E G E T A T V R. 644.

Sacrarum litterarum ſtudio mens irriganda.
Baſil. Imp.

Sacris ſcripturis noſtram mentem irrigari indicant etiam ſancti Auguſtini verba in Pſal. 103. *Vt rigemur ſcripturis, confugimus ad Apoſtolum Paulum. Ille vnde habet? Confugimus ad Eſaiam. Eſaias vnde? Audi vnde. Rigans montes de ſuperioribus ſuis.* Euthymius de hiſce aquis ita ſcribit in Pſalm. 1. *Meritò diuina eloquia* A Q V I S *comparauit, cum non minus animæ illis irrigentur, atque impinguentur, quam aquis plantæ.*

Sacris ſcripturis mens irrigatur.
S. Auguſt.
Euthym.

Quibuſnam ſcripturarum aquæ viuentes, quibuſnam mortuæ ſint, ſcite explicat B. Rupertus in cap. 4. Cant. *Similiter aquæ ſcripturarum ex te, ſoror mea ſponſa, dulceſcunt, ex vtero tuo, ſiue per vterum tuum* V I V E N T E S *factæ: alias autem valde amaræ, imo & mortuæ atque mortificantes ſunt. Littera enim occidit, ait quidam amicorum noſtrorum. Etenim quid aliud eſt quicquid Moſes loquitur, quicquid de Prophetis legitur apud filios matris noſtræ (Iudæos) qui* P V G N A N T C O N T R A T E, *niſi littera ſine ſpiritu, ſine anima corpus? idcirco bibentes aquas mortuas moriuntur, & ſequentes ſolam occidentem litteram occiduntur. Quo pacto tandem fiet iſtud? quomodo plantabitur, ſiue dilatabitur talis emiſſionum tuarum Paradiſus? ſurgente Aquilone, & flante Auſtro fiet iſtud. Ideo ſurge.* 645.

Quibuſnam ſcripturarum aquæ viuentes, quibuſnam mortuæ dicantur.
B. Rupert.

Quî in diuinis litteris aqua in vinum vertatur docet ſanctus Gregorius homil. 6. in Ezech. in hæc verba: *Qui mutare aquam in vinum potuit, etiam vacuas hydrias valuit vino ſtatim replere ſed implere hydrias aqua iubet, quia prius per ſacræ lectionis hiſtoriam corda noſtra replenda ſunt. Et* A Q V A M N O B I S I N V I N V M V E R T I T, *quando ipſa hiſtoria per allegoriæ myſterium in ſpiritalem nobis intelligentiam commutatur.*

In diuinis litteris qui aqua in vinum vertatur.
S. Greg.

Benè nauigat, & tutus à naufragio eſt, qui per diuinarum ſcripturarum mare fertur; de ſecunda hac nauigatione ita ſentiebat ſanctus Bonifacius Mogūtinenſis Archiepiſcopus epiſt. 3. *Quid à iuuenibus decentius quæritur? aut quid à ſenibus demum poſſidetur, quam ſcientia ſcripturarum ſanctarum, quæ ſine vllo* N A V F R A G I O P E R I C V L O S Æ *tempeſtatis, nauem animæ noſtræ gubernans, deſluit ad amœniſſimi littus Paradiſi.* 646.

Secunda nauigatio in diuina ſcripturæ mari.
S. Bonif.

De ſacræ ſcripturæ aqua ita ſentit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. Glaphyrorum in Exodum: *Sacra ſcriptura comparat Dei verbum aquæ: quia ſicut hæc* S E N S I B I L I S A Q V A *viuificat corpora, ita Dei verbum ſi mentem noſtram*

Sacra ſcriptura aqua menti reficiendæ.
S. Cyril. Alex.

ſtram ſubeat, haud mediocriter eam refecerit.

In ſacra ſcriptura fonte dæmonis inſidiæ deteguntur. S.Greg.

In ſcripturæ ſacræ fonte dæmonis inſidias videre ſanctos viros ſic oſtẽdebat ſanctus Gregorius in cap.5. Cant. *Ad hoc columbæ iuxta fluenta reſidere ſolent, vt volantium auium vmbram in aqua videant, ſuper quam ſe proiicientes vngues rapacium ſic effugiant. Sic ſancti viri in* SCRIPTVRA SACRA *fraudes Dæmonum proſpiciunt, & ex deſcriptione quam vident, quaſi ex vmbra hoſtem cognoſcunt, dumque ſe conſiliis ſcripturæ ex toto addicunt, vt videlicet nihil agant, niſi quod ex reſponſo ſcripturarum audiunt, quaſi in aquam ſe proiicientes, hoſti illudunt.*

647. *Philo Carpath.*

Huc etiam ſpectabat Philo Carpathiorum Epiſcopus in hæc verba: *Debent & viri ſancti, præſertimque Paſtores ita in Sacrarum litterarum lucidiſſimis* VNDIS *inſpicere, vt ſupernenientes fallaciſſimorum dæmonum rapinas, inſidias, ac fraudes ex ſanctiſſimis præceptis Scripturarum, atque conſiliis feliciſſimè declinent, ſeque ipſos, ac cæteros tueantur illæſos diuina gratia protegente: nihil enim feliciſſimi conſilij, nihil ſalutaris præcepti deſiderare poſſumus, quin omnia nobis è ſcripturis ſanctis abundè ſuppeditentur, modò recta mente, & animi ſinceritate legantur.*

In diuinis rebus perſcrutandis ſacra ſcriptura nauigio vtendum. S.Chryſ.

Vela fidei expandenda in hac nauigatione. Idem.

In rebus diuinis perſcrutandis nemo ſeſe vndis committat, diuinis ſcripturis vti debet tanquam nauigio ne obruatur; à probo doctore probum hoc monitum eſt: ſanctus Chryſoſtomus hom.7.in epiſt.1.ad Theſſ. *Et ſi quis,* inquit, *quidem iubeat te deſcendere in profundum, & inueſtigare, quæ ſunt in fundo maris, iuſſum non feres. Nemine autem cogente, ipſe vis comprehendere abyſſum, quæ nequis inueſtigari. Ne hoc facias rogo, ſed in ſuperficie* NAVIGEMVS, *non natemus. Cito enim defatigabimur, & vndis obruemur, ſed diuinis vtentes ſcripturis tanquam aliquo nauigio pandamus* VELA FIDEI, ſine quibus timendum naufragium eſt.

CAPVT LXIX.

In doctrinæ aquis quis ciſternam habeat, quis cum ciſterna fontem: alia de eruditionis aquis, & fluentis huc vehuntur.

In doctrinarum aquis *quinam ciſternam habeant, quinam cum ciſterna fontem.*

Doctrinæ probæ monita voluptatum cordibus *abſtergendis.*

Doctrinæ pluuiam *qui expectat, mentis humum excolat.*

מורב *quid*, doctoris, & naucleri nexus.

Doctrina vinum bibere *vt debeat, qui illud aliis eſt exhibiturus.*

Prophani auctores ebrij *dicti.*

Sacrorum librorum lectioni *vt vacandum.*

Voluptas, *quæ ex alienis laboribus percipitur in litterarum ſtudiis vt explicata.*

Nilo *doctorum virorum lucubrationes comparatæ.*

Doctrinæ falſæ torrentibus *pariatæ.*

Sapientiæ fluenta *mentem ambiunt, vt aqua Vrbes.*

Illa doctrinæ aqua *bibenda, quæ diuiſiones neſcit.*

Fonti *animus comparatus verâ eruditione refertur.*

Studiorum æquor *tranſire.*

Doctrinæ aqua *bibenda, antequam aliis bibenda exhibeatur.*

Qui doctrinæ aquam *excipit, foraminoſo vaſi non ſit ſimilis.*

IN doctrinarũ aquis quinam ciſternam habeant, & qui nõ ciſternã ſimul cum fonte, 648.
perite explicat Galfridus lib allegor. ſuper Prouerb ad locum, quem illuſtrauimus, dum ait: *Habent* CISTERNAM, *qui licet in ſe ipſis nihil inueniant, ab aliis tamen dicta ſtudioſi colligunt, & conſeruant. Habet, &* CISTERNAM, *&* FONTEM *putei, qui de corde ſuo tanquam doctus ſcriba noua pariter proferre nouit, & vetera.*

In doctrinarum aquis quinam ciſternam habeãt, quinam cum ciſterna fontem. Prou.5. Galfrid.

Doctrinæ proba monita voluptatum ſordibus abſtergendis. S.Ambr.

Mundanæ voluptatis ſordes probis doctrinæ monitis veluti fluentis abſtergendas ex his Salomonis verbis colligebat ſanctus Ambroſius lib.de Iſaac, & anima cap.4. *Vt cognoſcamus quia Salomon ita hos interpretatus eſt* PVTEOS, *vt ad moralem doctrinam, & naturalem referret, & myſticam in ſingulis libris ſuis quos de moralibus, vel naturalibus, vel myſticis ſcripſit, poſuit hos puteos: nam & in Prouerbiis cum declinandam ſpeciem diceret ſæcularis illecebræ, ait: de puteorum tuorum fontibus, & ſuperfluent tibi aquæ de tuo fonte: & infra: fons aquæ tuæ ſit tibi proprius, & iucundare cum vxore, quæ ab adoleſcentia tua, eo quod aduerſus teſtamenta mundi remedium nobis vera ſapientia ſit; moralis quoque doctrina, quæ imaginem mundanæ voluptatis meretriceis quibuſdam illitam fucis irriguo ſuo diluat, & fluento ſui fontis abſtergat.*

Doctrinæ pluuiam qui expectat, mentis hu- 649.
mum excolat, & more agricolæ aretrata monebat ſanctus Cyrillus Alexandrinus in catena græca ad illa verba Deut.32. *Expectetur ſicut pluuia doctrina mea, ait enim: Expectetur ſicut pluuia eloquium meum, facite receptacula in vobis ipſis, in eorum quæ dicunt perceptionem: Nam hoc faciunt prudentes agricolæ. Etenim pluuia imminente arant terram, & ſtudioſè colunt ea, quæ circa arbores ſunt, ne quid* AQVÆ *effugiat, ſic etiam volo, ne quid eorum, quæ dicuntur vos lateat.*

Doctrina pluuiam qui expectat, mentis humum excolat. S.Cyr. Alex.

Aquam de doctrina dici notiſſimum eſt, illud magis inſolens, idem verbum מורב *mudib doctorem* ſignificare, & nauclerum: nauigare debet, qui docet, & in doctrinæ aquis probæ vitæ clauum dirigere.

מורב *quid, doctoris, & naucleri nexus.*

Doctrinæ riuos non eſſe aliis claudendos, ſed ceteris communicandos, ex his Salomonis verbis Prou.5. *Deriuentur fontes tui foras* colligebat ſanctus Hildebertus Turonenſis Archiepiſcopus epiſt.1. in hæc verba: *Scientia diſtributa ſuſcipit incrementum, & auarum dedignata poſſeſſorem, niſi publicetur, elabitur; noli ergo claudere* RIVOS DOCTRINÆ TVÆ, *ſed iuxta Salomonem deriuentur fontes tui foras.*

Qui bibere doctrinæ vinum debeat, qui do- 650.
ctrinæ poculum aliis eſt exhibiturus ita explicabat ſanctus Gregorius in cap.7.Cant. *Vmbilicus ſanctorum prædicatorum ordo eſt, qui bene* CRATER *eſſe dicitur: quia dum per eos populus eruditur, vino ſpirituali ipſorum officium debriatur. Qui bene tornatilis nuncupatur, quia iuxta mores hominum vniuerſos, neceſſe eſt vt lingua prædicatoris voluatur. Qui poculis non indiget, quia quod*

Doctrina vinum bibere vt debeat, qui illud aliis eſt exhibiturus. S.Greg.

aliis propinat, neceſſe eſt vt abundantius CÆTERIS BIBAT *& plenius quod dat, contineat.*

Prophani auctores ebrij dicti. S. Aug.

Prophanos auctores ebrios vocat ſanctus Ambtoſius; quetiturque homines pet eos in maré magnum duci, in quo libidinis fluctibus abſorbeantur, ſalſis ſabulis ad vetum exitium ducti, præſtat hic eum audire lib. 1. Confeſſionum cap. 16. ita ſcribit: *Non accuſo verba quaſi verba electa, atque pretioſa, ſed* VINVM ERRORIS, *quod in eis nobis propinabatur ab* EBRIIS DOCTORIBVS: *& niſi biberemus cadebamur, nec appellare ad aliquem iudicem ſobrium licebat: & tamen ego, Deus meus in cuius conſpectu iam ſecura eſt recordatio mea, libenter hæc didici, & eis delectabar miſer, & ob hoc bonæ ſpei puer appellabar.*

651. *Sacrorum librorũ lectioni vt vacãdum, S. Chryſ.*

Sacros libros Iudæorum more non eſſe in manibus nudè habendos, ſed cordi inſcribendos ita doeebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 52. in Ioannem: *Quamobrem hortor vt lectioni vacetis, ſenſus imbibatis, eoſque veſtris inſcribatis mentibus: quod cum* IVDÆI *neglexerunt, libros manibus ferre iubebantur. Nos vero non in manibus, ſed domi habeamus, imo cordibus, vt oportet, inſcribamus.*

Voluptas, quæ ex alienis laboribus percipitur in litterarũ ſtudiis vt explicata Lucret.

Voluptatem, quæ ex alienis laboribus in litterarũ ſtudiis percipitur ſcita ſimilitudine illorum, qui in terta poſiti in mari laborantes cum voluptate ſpectant, explicat Lucretius lib. 2. de retum natura, dum ait:

Suaue MARI *magno turbantibus æquora ventis,*
E terra magnum alterius ſpectare laborem;
Non quia vexari quemquã eſt iucunda voluptas,
Sed quibus ipſe malis careas, quia cernere ſuaue eſt,
Per campos inſtructa tua ſine parte pericli:
Sed nil dulcius eſt bene quam munita tenere
Edita DOCTRINA *ſapientum templa ſerena.*

652. *Nilo doctorũ virorum lucubrationes comparata. Iul.*

Nilo doctorum virorum lucubrationes comparatas legimus; Iolianus Imp. orat. 1. ait: *O fortunatos Ægyptios, aiebam, qui Nilum habeant iampridem omnium rerum præbitorem, quas is afferre ſolet: ſed nunc multo beatiores, qui Muſis tuis præterea fruantur, nihil inferioribus Nilo, vel (vt ego ſentio) fortaſſis etiam maioribus. Ille enim terram eorum irrigando diuites eos efficit; tu vero linguâ tuâ mentes adoleſcentium excitando, aduerſus opes ſapientiæ dirigis, non minus quam olim Pythagoras, cum ad eos ſe contulit, & poſt eum Plato.*

Doctrina falſa torrẽtibus pariata. S. Aug.

Doctinæ falſæ, hæreſéſque torrentibus ſunt ſimiles, perſtrepunt, ſed citò deficiunt; ſancti Auguſtini hæc ſunt verba in Pſal. 57. *Non vos terreant, fratres, quidam fluuij, qui dicuntur* TORRENTES, *hyemalibus aquis implentur, nolite timere, poſt paululum tranſit, decurrit aqua, ad tempus perſtrepit, mox ceſſabit, diu ſtare non poſſunt. Multæ hæreſes iam emortuæ ſunt, cucurrerunt: in riuis ſuis quantum potuerunt, decurrerunt, ſicuti ſunt riui, vix earum memoria reperitur, vel quia fuerint: ſpernuntur tanquam aqua decurrens. Sed non ſolum ipſi, totum hoc ſæculum ad tempus perſtrepit; & quærit quem trahat. Omnes impij, omnes ſuperbi ſonantes ad ſaxa ſuperbiæ ſuæ quaſi aquis irruentibus, & confluentibus non vos terreant, hyemales aquæ ſunt, defluant in locum ſuum, in finem ſuum.*

Sapientiæ fluenta mentem ambiunt vt aquæ vrbes. Vmbert.

Caſtra, & vrbes aquæ ad munimem ambiunt; idem ſi quis aſſerat de ſapientiæ fluentis, quæ mentis caſtrum circundant; ſuccinentem ſibi habebit Vmbertum lib. 2. de erud. relig. part. 4. *Sicut* CASTRVM *forte eſt quod vndique profundâ* AQVA *cinctum eſt: ſic facis ad fortitudinem mentis, ſi cingatur* AQVA SAPIENTIÆ *ſalutaris. Non nocebunt, neque occident in vniuerſo mõte ſãcto meo, quia repleta eſt terra ſapiẽtia Domini.*

653. *Illa doctrina aqua bibenda, quæ diuiſiones neſcit. Pſal. 31. S. Aug.*

Aqua illa bibenda, quæ vna eſt, diuiſiones neſcit: multæ aquæ non ſitim auferunt, ſed afferunt mortem; inquinant, non mundant, à Deo ſuos auocant, non ducunt ad Deum; hinc illud Dauidis: *In diluuio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt*, Pſal. 31. quam ſententiam ita illuſtrat & expendit ſanctus Auguſtinus hic: *Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non appropinquabunt. Quid eſt in diluuio aquarum multarum? Qui natant in diluuio aquarum multarum non appropinquant ad eum.* QVID EST DILVVIVM AQVARVM MVLTARVM? MVLTIPLICITAS VARIARVM *doctrinarum. Intendite fratres. Multæ aquæ ſunt variæ doctrinæ. Dei vna eſt, non ſunt multæ aquæ, ſed vna aqua, ſiue ſacramenti baptiſmi, ſiue doctrinæ ſalutaris. De ipſa doctrina, qua irrigamur per ſpiritum ſanctum dicitur. Bibe aquam de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus. Ad iſtos fontes non accedunt impij, ſed credentes in eum, qui iuſtificat impium, iam iuſtificati accedunt. Aliæ aquæ multæ doctrinæ inquinant animas hominum, quod paulo ante dicebam. Alia doctrina eſt: fatum mihi fecit, alia doctrina caſus mihi fecit, fortuna fecit. Si caſibus reguntur homines, nulla prouidentia aliquid geritur, & ipſa doctrina eſt. Alius dixit, eſt gens tenebrarum contraria, quæ rebellauit aduerſus Deum, ipſa fecit peccare homines. In hoc diluuio aquarum multarum ad Deum non appropinquabunt. Quæ eſt illa aqua? illa vera quæ manat de intimo fonte puræ venæ veritatis? Quæ illa aqua eſt fratres, niſi quæ docet confiteri Domino? quæ eſt illa aqua, niſi quæ docet bonum eſt confiteri Domino? quæ eſt illa aqua, niſi quæ docet hanc vocem: Dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitiam meam domino? Et ego dixi: Domine miſerere mei, ſana animam meam quia peccaui tibi. Hæc aqua confeſſionis peccatorum, hæc aqua humiliationis cordis, hæc aqua vitæ ſalutaris abiicientis ſe, nihil de ſe præſumentis, nihil ſuæ potentiæ ſuperbè tribuentis. Hæc aqua in nullis alienigenarum libris eſt, non in Epicureis, non in Stoicis, non in Manichæis, non in Platonicis. Vbicunque etiam inueniuntur optima præcepta morum, & diſciplinæ, humilitas tamen iſta non inuenitur. Via humilitatis huius aliunde non manat, à Chriſto venit. Hæc via ab illo eſt, qui cum eſſet altus, humilis venit.*

654. *Fonti animus comparatus verâ eruditione refertus. S. Greg. Naz.*

Fonti animum variâ, multâque eruditione tefertum comparatum obſeruo. Sancti Gregorij Nazianzeoi in carm. ad Nicobulum hæc ſunt verba:

Ne fontem obtures fluuium qui parturit altum,

Hoc eſt ex Seholiaſtis mente; ne animum ingentem eruditionem parturientem impedias.

Studiorum æquor tranſire. S. Greg. Naz.

Æquoris ſtudia dixit Nicobulus apud ſanctum Gregorium Nazianzenum.

Quanquam doctrinæ non genus omne
Peruaſi cupiens licet id, nec carbaſa tendens,
Totum traieci ſtudiorum ſedulus æquor.

655. *Doctrina aqua bibenda, antequã aliis bibenda exhibeatur. Billius.*

Doctrinæ aqua bibenda prius, quàm aliis communicetur, priuſque diſcendum, quàm doceatur, conchæ metaphora exprimebat Billius:

Concha prius ſeſe liquidis ingurgitat vndis,
Tunque ſuperfuſas plena refundit aquas.
At contra exiguos latices ſimul atque canalis
Cepit: quam cepit, mox quoque reddit aquam.
Cernimus heu, multos hac tempeſtate canales:
Penè etiam vacuo pectore quiſque docet.
At vix inuenias multis è millibus vnum,
Qui conchæ ſimilem, ſe prius eſſe ferat.

Verba inſtar pertuſi dolij, quæ ingeruntur effun

Qui doctrina aquam excipit foraminoſo vaſi non ſit ſimilis.
Heb.2.1.

effundit,atque tranſmittit, qui ſtatim obliuioni tradit ea quæ audierit. Rimoſa hæc doctrinarum vaſa timebat Apoſtolus ad Hebræos ſcribens, cap.2.verſ.1. *Propterea,* inquit, *abundantius oportet nos ea, quæ audiuimus obſeruare ne quando* PEREFFLVAMVS, Græcè eſt παραῤῥυῶμεν, verbum autem παραῤῥύω aliqui in hoc ſenſu hic accipiunt, vt ſignificet in modum vaſis perforati ea effundere, quæ ingeſta ſunt, vt talem Pauli verba ſententiam contineant: ne pereffluamus, id eſt, ne inſtar rimoſi vaſis paulatim ea effundamus, quæ accipimus. Auditoris enim obliuioſi naturam vas vndique pertuſum optimè refert. Plautus in Pſeudolo. *In* PERTVSVM *ingerimus* DOLIVM,*operam ludimus*;ab hac ſimilitudine non abit Plutarchus lib. de officio,Auditoris verò operam ludit qui in dolum pertuſum doctrinæ aquam ingerit,& ineptus auditor eſt, qui ſtatim quod ingeſtum eſt, foras emittit: non videtur totus eſſe intus, qui totum quod excipit,foras exire ſinit.

CAPVT LXX.

Aqua de lege, legíſque diuinæ verbis, & ſpiritualibus doctrinis.

Salutaris aqua *lex diuina.*

Diuinus ſermo vt aqua *à ſordibus mentem abluit.*

Dei verba extinguendæ ſiti *opportuna.*

Verba legis vt aqua *ſitibundo.*

Lex homini neceſſaria vt aqua *piſci.*

Legis aqua *ad humiles fluit.*

Veteris teſtamenti aqua *amara ligno Crucis dulcis effecta.*

Exitus aquarum *in ſitim Iudæis conuerſi.*

Legis aqua *à Iudæis ad Gentes fluxit.*

Diuinæ legis aqua *in corde non in nudis labiis.*

Quò plus hauriuntur *eò magis creſcunt diuinæ ſapientiæ* aquæ.

Cordis terra paranda excipiendæ ſuperæ doctrinæ aquæ.

A Chriſti fontibus aquam *haurit, qui ab Apoſtolis,& Eccleſiæ doctoribus doctrinam accipit.*

Quàm ſalubris, quàm vitalis apoſtolica doctrina.

Doctorum flumina *à diuinæ doctrinæ* mari *exeant,& ad illud reuertantur.*

Doctrinæ ſpiritualis aqua *vtilis, licet ſtatim effluat.*

Salutaris aqua lex diuina.
Chald.
Diuinus ſermo vt aquam à ſordibus mentem abluit.
Ioan.15.
Rich.

656. SALVTARIS aqua cordibus eluendis lex diuina eſt; hinc illud Iſaiæ 1. verſ.16. *Lauamini,mundi eſtote*;ad legem tranſtulit Chaldæus, dum transfert; *Conuertimini ad legem meam; mundabimini à peccatis veſtris*, hinc illud Saluatoris: *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.*Ioan.15.mundat enim Chriſti ſermo tãquam aqua. Pulchrè Richardus in Apoc.cap.4. *Sicut* AQVÆ A SORDIBVS LAVANT, *ita verba ſcripturarum à vitiis purgant, vnde Dominus in Euangelio diſcipulis ſuis, dicit: iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis*,clementares aquæ corpus, hæ ſpirituales mentem eluunt.

Dei verba extinguendæ ſiti opportuna.
S Ephrem.

Extinguendæ ſiti maximè opportunæ hæ ſuperæ legis aquæ ſunt,hinc illud ſancti Ephrem tract.ad imit.Prouer. *Diuinas ſcripturas auſculta, vt lucrum referas, nam quemadmodum in æſtu hauſtus* AQVÆ FRIGIDÆ *propinatus viro itineranti, ſic etiam diuini ſermones irrorant animæ.*

Verba legis vt aqua ſitibundo.
Chald.

Noſtrum eſt ad has aquas cum ſiti accedere; nam habet Thargum Iſa.32.6. *Verba legis ſunt, ſicut* AQVA *ſitibundo*, quò maior ſitis erit, eò ſuauior iſta erit aqua, quæ iuſtius in mel conuerſa,mellis nomine inſigniri poterit, quam illa potuerit,quæ ex petrâ percuſsâ fluxit.

Lex homini neceſſaria vt aqua piſci.
Hebr.

657. Aqua Piſci neceſſaria,vt viuat; & lex homini,ne moriatur: Hinc illud Hebræorum tract. de Idolat.cap.1. *Quemadmodum piſces à mari extracti ſtatim moriuntur, ita homines ſeparati à lege, & præceptis illicò vitam cum morte commutant.*

Legis aqua ad humiles fluit.
R.Achinah.
R.Oſa.

Ex eo quod aquæ lex diuina comparatur, colligunt Hebræi ad humiles eam fluere, in humilibus conſeruari: Pulchrè R. Achinah filius Idi, cuius hæc ſunt verba: *Cur* SIMILIS AQVÆ LEX *dicitur? quia aqua ad ima declinant, ſic nec lex ſeruatur niſi in illis, qui humiles ſunt.* Illud non alienum, quod notabat R. Oſaniah: *Cur lex pariatur aquæ, vino, lacti? quia hæc potus genera non conſeruantur niſi in vaſis vilibus, ſic nec lex niſi in humilibus.*

Veteris teſtamenti aqua amara ligno Crucis dulcis effecta.
S.Ambr.

Amara erat veteris teſtamenti aqua, ſed crucis ligno dulcis effecta eſt,huc facit illud ſancti Ambroſij ſerm.23.de Quadrageſima. AQVAM AMARAM *myrrha legem eſſe arbitror veteris teſtamenti;quæ lex priuſquam Cruce temperaretur Domini,erat immitis, amara eſt legis litera ſine Crucis myſterio.*

Exitus aquarum in ſitim Iudæis conuerſi.
Philip.

658. Aqua iſta in deſertum, in ſitim facta nunc Iudæis eſt: Pulchrè Philippus Presbyter lib.1. in Iob cap.12.AQVÆ DOCTRINARVM *in Iudæorum populis continentur, atque ſiccantur, vt ſint eis legis flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim, & habent terram fructiferam in ſalſuginem à malitia inhabitantium in eâ*; non ab aquæ huius imperfectione, ſed à Iudæorum perfidia hoc natum; aqua exſiccata apud Iudæos eſt, in Gentibus creuit,quas ingenti copiâ irrigauit,vt quæ in deſertum ierant, in paradiſum harum aquarum abundantiâ verterentur: Non caſu ab Euangelici Prophetæ ore excidit: Legem Dei de Sion exituram cap.2. *De Sion,* inquit, *exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem*; exiuit, non manſit;etiam nationes legis aqua peruaſit; Audiendus hic ſanctus Hieronymus in cap. 2. Iſaiæ. *Pulchrè non dixit in Sion & in Hieruſalem erit,& manebit verbum, & lex Domini, ſed egredietur: vt de* ILLO FONTE *omnes nationes doctrina Dei ſignificet irrigandas.*

Legis aqua à Iudæis ad Gētes fluxit.
Iſa.2
S.Hier.

Diuinæ legis aqua in corde, non in nudis labiis.
Pſal.36.
Agell.

Aqua doctrinæ, & legis vt ſit ſuauis, vt ſit fructifera ac ſalutaris non in lingua, non in nudis labris habenda eſt, ſed in corde: hinc illud Dauidis Pſalm. 36. *Lex Dei eius in corde ipſius*; quæ verba ſic expendebat noſter Agellius: *Neque enim legem Dei in lingua tantum & labiis habet tanquam in areſcentibus & deficientibus* RIVIS AQVAM, *ſed de cordis perpetuo fonte aquam illam viuam, ac verba viuentia perfundit, itaque cor ſolet Salomon fonti comparare. Aqua, inquit, profunda verba ex ore viri, & torrens*

redun

redundans FONS *ſapientiæ.*

Quò plus hauriuntur eò magis creſcunt diuinæ ſapientiæ aquæ. Baſil. Sel.

Exhauriri ſacræ ſcripturæ fons minimè poteſt, quia quò magis foditur, eò maiores exhibet aquas: ſcitè Baſilius Seleucienſis Epiſcopus orat. 13. *Qui*, inquit, *puteorum* FONTES *expurgant, eos quanto perſcrutantur altiùs, tantò puriores efficiunt, & aquarum prouentu diuitiores. Nam agitando dilatatus aquarum gurges, quas parturiebat ſcaturigines, parit. Diuina ſcriptura* FONS *eiuſmodi eſt: ſi quis enim celeſtes in eo venas orationis vi fodicare velit, ac pertundere: videbit quaſi cellam gratiæ promptuariam latius nudatam.*

659. Salutaris eſt ſermonis diuini aqua, fœcunda pluuia eſt, ſed proba terra eſſe debet, quæ eam ſinu ſuo excipiat, vt non ſpinas producat ſed bonos fructus: feſtiuè ſanctus Auguſtinus in Pſal. 98. *Ecce quicquid loquimur in nomine Dei, quoniam Dei eſt loquentis per nos,* IMBER DEI *eſt, videte vos quaſi terra ſitis: Nam quando pluuia venit ſuper terram, ſi bona terra eſt, fructus bonos parit: nam ſi mala terra eſt, ſpinas parit; pluuia tamen dulcis eſt, & ſuper fructus, & ſuper ſpinas. Qui iſtis verbis auditis peior factus fueris, & ſpinas de* PLVVIA *generauerit, horreum ſperet, pluuiam laudet.*

Cordis terra paranda excipienda ſupera doctrinæ aqua. S. Aug.

A Chriſti fontibus aquā haurit, qui ab Apoſtolis, & Eccleſiæ doctoribus doctrinā accipit. Iſa. 12. 3. Chald. Agell.

Haurit aquam à Chriſti fontibus, qui ab Eccleſiæ doctoribus doctrinæ monita accipit; Illud Iſaiæ 12. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris*: de doctrina interpretatus eſt Chaldæus interpres, dum vertit: *Accipietis doctrinam nouam ab electis iuſtorum.* Agellius in Cant. Iſaiæ addit per ſaluatoris fontes duodecim Apoſtolos accipi non alienè poſſe, per quos doctrinæ aqua in alios fluxit, fluétque ait enim: *Baſilij ſententiam qui* AQVAM *allegorice doctrinam Chriſti ſalutarem interpretatur, confirmat Chaldæa, verſio: & accipietis, inquit, doctrinam nouam ab electis iuſtis hominibus, Ac fontes Saluatoris illi duodecim Apoſtoli poſſunt accipi, vnde perennis aqua de Spiritus ſancti* VENA *ſcaturiens manat.*

660. Quàm ſalubris, quàm vitalis, quàm cunctis congrua Apoſtolica doctrina ſit, pulchrè explicat ſanctus Proſper in epigram. dum canit:

Quàm ſalubris, quàm vitalis Apoſtolica doctrina. S. Proſper.

Exueret Deus vt tetra caligine mundum,
Doctrina accendit lumen Apoſtolicæ.
Quæ nullis animis, nullis non congruit annis,
Lacte rigans pueros, pane cibans validos.
Non tempus, non ſexus huic, non cauſa reſiſtis,
Omnes curat, alit, iuſtificat, vegetat.
Sumite quæ magnæ appoſuit ſapientia menſæ,
Et variis paſci diſcite deliciis.
Quarū pars, totum eſt epulum, quo quiſq; innatur
Inde capit vitam, quam parit vna fides.

Doctorū flumina diuinæ doctrinæ mare exeant, & ad illud reuertantur, Eccl. 1. S. Greg.

Flumina doctores omnes referunt, qui ita à diuinæ ſapientiæ mari exeunt, vt redire etiam debeant, fluminum more: de quibus ait Salomon, Eccl. 1. *Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant*: quæ verba ſic ad noſtram mentem expendebat ſanctus Gregorius Magnus hom. 5. in Ezechielem: *Siue in virtutibus, ſeu in doctrina, quid aliud ſunt ſancti viri, quàm* FLVMINA, *quæ terram cordis carnalium aridam* RIGANT? *ſed ſine in operatione quam faciunt, ſeu in doctrina verbi citius ſiccarentur, niſi per intentionem cordis ſemper ſollicitè ad locum, de quo exeunt, redirent.*

Doctrina ſpiritualis aqua vtilis licet ſtatim effluat, Bloſ.

Doctrinæ ſpiritualis aqua vt hic definiam, vtilis animæ eſt, licet ſtatim ac mentis vaſe recepta, effluat: Scitè Bloſius in paradiſo animæ cap. 6. n. 6. *Quemadmodum enim vas quod ſæpius* AQVA *perfunditur, nitidum permanet, etiamſi ipſa aqua tota effluat: ita pia mens, quam doctrina ſpiritualis crebro pertranſit, pura conſeruatur, etiamſi ipſa ſancta verba in ea non perſiſtant:* Perſiſtat in verborum auditione licet in auditore audita non perſiſtant.

EXCVRSVS LII.

Alia de lege, alia de diuinis litteris.

תורה *cur de lege Dei dicatur.*
Homo eſſe non videtur qui Dei legem *non cuſtodit.*
Veritas de lege.
Veritas *cur de præceptis Dei dicatur.*
Aliarum nationum lex *debilis, & conuulnerata.*
Fabrica mundi legis promulgationi *cur præmiſſa.*
Dei lex *tanquam depoſitum à nobis ſeruanda, & cuſtodienda.*
Sermonum depoſita.
Diuinorum præceptorum cuſtodia.
Supera doctrina nutriendæ ſanctitati *data, non curioſitati.*
Lex Dei à lege *Iuſtiniani vt differat?*
Dei præcepta vt cauterium *excipienda.*
Scripturæ ſacræ mari *qui ſe committit, aliorum precibus indiget.*
Sacra ſcriptura mare.
Ad ſacræ ſcripturæ fluenta *ſitis, auditáſque afferenda.*
Inhortatio ad ſacræ ſcripturæ lectionem Athletarum *exemplo.*
Diuina ſcriptura ab aliis ſcriptionibus *vt differat.*
Sacrarum ſcripturarum vinum *quiſnam violet.*
Pietatis ſemina *ſacra ſcriptura demittit, & paſſionum ſpinas euellit.*
Litterarum diuinarum tractatio *certaminis formam habet.*
In ſacræ ſcripturæ arcu *vaſa mortis vt Deus poſuerit.*
In quem finem ſcrutanda *Dei eloquia.*
Nouum Teſtamentum ad vitæ nouitatem *nos vocat.*
Sacrarum litterarum commoda, *&* vtilitates.
Ignorantiæ procellis *ne obruamur ſupernæ ſententiæ littus tenendum.*
Vitæ ſanctitas *iis neceſſaria, qui ſacras litteras tractant.*
Dei verba adulterant, *qui humanas laudes quærunt.*
Scientiæ diuinæ opera danda *ne peccemus.*
In diuinis litteris manifeſta *nos paſcunt,* obſcura *exercent.*

MVlta de lege Dei, déque diuinis ſcripturis 661.
aduehere huc poteram, ſed ab onere me
facilè

facilè eximent, quæ alibi ſatiatiſſimè exhibui, hæc qoq; hic implanto non feret tantùm æquus lector, ſed etiam tanquam maximè ſalutaria, in ſuæ mentis hortum opportunè transferet.

תושיה cur de lege Dei dicatur.

Homo eſſe nō videtur qui Dei legem non cuſtodit.

Hebraicè vox תושיה *thuſchiah* ſubſtantiam, eſſentiámque ſignificat, transfertur ad legem, ac ſapientiam, quod nempè durabilis, firmaque legis natúra ſit, cætera cito tranſeant, vt hominis quodammodo ſubſtantia ſit diuinæ legis obſeruatio, quam ſi violet homo eſſe nō videtur; ſcitè ille: *Ab hominis natura videtur abeſſe, qui Dei* LEGEM *temerat, quæ illum cuſtodit, qui illam cuſtodit.*

Veritas de lege.
Iſa.26.2.
Chald.

Veritas cur de præceptis Dei dicatur.
Agell.

Veritas de lege aliquando dicitur, ſic illud Iſaiæ cap.26.verſ.2. *Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta cuſtodiens veritatem.* Chaldæus vertit: *Et ingredietur populus iuſtus, qui cuſtodit* LEGEM *corde perfecto*, vt idem ſit *legem Dei cuſtodire, & cuſtodire veritatem*: cur vero Dei præcepta veritatis nomine ſignificentur egregiè explicat, vt ſolet noſter Agellius in argumento Pſal.118. vbi ait: VERITAS *dicuntur Dei præcepta, quia illis credentem, & obſequentem non fallunt:* aut quia falſitati contraria eſt, & falſitatem ſæpè LXX. vertunt *ἀδικίαν* ita vt è contrario veritas dicatur *δίκη* ius, fas: aut veritas dicuntur, quia non interdicunt, ſtabilia, firma, ac fixa ſunt, qui ſenſus cum primo conuenit, nam ſi fixa ſunt credentem non fallunt, vnde alius interpres ſolet veritatem *βεβαιότητα* transferre, hoc eſt *firmitatem, & conſtantiam:* & verò etiam diuinorum præceptorum cultor, firmus, fixus, & conſtans eſſe debet, vt verus cultor ſit.

Aliarum nationum lex debilis, & conuulnerata.
Salu.

662. Cæteras nationes aut debilem, aut conuulneratam habere Dei legem teſtatur Saluianus lib. :. vbi ita loquitur: *Cæteræ quippè nationes, aut non habent legem Dei, aut debilem, & conuulneratam habent:* noſtra adeò non vulneratur, vt ſanet vulnera.

Fabrica mūdi legis promulgationi cur præmiſſa.
Seuer.

Non caſu accidit, quod Moſes Deum prius mundi conditorem oſtendit, deinde datorem legis, vt nempe ad legis obſeruātiam promptiores eſſent homines, qui legiſlatori ſe debere ſcirent, quod eſſent, & quod tot eſſent donis cumulati: Seuerianus in catena Græca veterum Patrum cap.1 Gen. hunc ordinem expendit, licet paulo aliter verſet, ait enim: *Duo ſibi præcipua Moſes propoſuit, & fabricam mundi exponere, &* LEGEM *promulgare, ac primum quidem Deum voluit oſtendere totius naturæ conditorem, & Dominum, vt ſuis legem ferre, non alienis iure videretur. Si enim prius illis de artifice mundi non conſtitiſſet fide minus dignum legiſlatorem renunciaſſe:* Seriò mundi creatorem Deum eſſe vix cogitat qui eius legem facilè violat, temerat eius præcepta.

Dei lex tanquam depoſitum à nobis ſeruanda & cuſtodienda.
Agell.

Dei legem, diuináſque litteras tanquam depoſitum cuſtodiendum nobis commiſſum probat in hunc modum Agellius in Pſal.18. *Alij Hebræa voce* פקודים *pikudim, ideo iuſtitias appellatas putant, quia veluti* DEPOSITA *quædam ſint à Deo animis hominum inſita, & commendata, vt illa fideliter ſeruent, & cuſtodiant: aut etiam quia illas repetere memoria debemus: aut quia magni æſtimanda ſint, tanquam munera eximia quædam ac pretioſa, hæc namque omnia Hebraica voce* פקודים *pikudim indicantur.*

Sermonum depoſita.
Iſocr.

Nec noua inſolénſque hæc phraſis, qua ſermones tanquam depoſita cuſtodiendi ſignificantur: hinc illud Iſocratis in orat. Demoſth. *Sermonum* DEPOSITA *fideliùs, ac diligentiùs, quam auri, & pecuniarum cuſtodito*; de humanis ſermonibus hoc gentilis auctor dixit, quid dixiſſet de diuinis?

Diuinorum præceptorum cuſtodia.

De diuinorum præceptorum cuſtodia hæc
habet ſuperius aduocatus Agellius in Pſal.77. 663.
Exquirant autem dixit, *vt diligentia in illis cuſtodiendis, atque ſeruandis admoneret. Etenim Dei præceptorum cuſtodia nobis demandata eſt, atque commiſſa, rei pretioſiſſimæ eiuſque cuſtodia a nobis ratio repetetur, ſi quid exciderit, & noſtra negligentia emiſſum deperierit, quod ne accidat, exquirenda nobis ea ſunt, & diligentiſſima cura conſeruanda.*

Supera doctrina nutrienda ſanctitati data non curioſitati.
S.Pet.Dam.
Rom.15.

Supera doctrina non ad hoc tradita, vt curioſitas nutriatur, ſed vt ſanctitatem nobis inhalaret, ſcitè ſanctus Petrus Damianus opuſc.53. c.1. *Quæcunque enim, vt Apoſtolus ait, ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſunt. Quare ad noſtram doctrinam? Nunquid vt ſyllogiſmorum calleamus tendiculas ſtruere: vt tonantia, & accurata verba rhetorica copia coloribus venuſtare, & harmonicæ ſuauitatis organa, meloſque diſtinguere: vt aſtrorum mathematicorum ſigna, vt aiunt, noſcamus radio deſignare? Non plane ad hæc indaganda ſacris ſcripturis inſtruimur, ſed per eas potius ad exempla patientiæ prouocamur. Vnde mox ſequitur vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.*

Lex Dei à lege Iuſtiniani vt differat.
Pet.Bleſ.

Dei legem cum lege Iuſtiniani conferens Petrus Bleſenſis epiſt.140. *Scitis*, inquit, *quia* LEX *Domini, lex immaculata conuertens animas. Iuſtiniana verò peruertit multos, & gehennæ filios facit. Quod ſub quodam ænigmate Propheta inſinuans: Vocauit inquit iudicium ad ignem, & deuorauit abyſſum multam*

Dei præcepta vt cauterium excipienda.
S.Ambr.

Dei præcepta vt cauterium excipienda, & vt medicamentum docebat ſanctus Ambroſius lib.5. in Lucam: *Omne mandatum tuum ſicut cauterium impreſſum tenebo: etſi vrit cauterium, tamen putrefacta carnis exurit ne ad viuum ſerpat contagio & ſi mordet medicamentum, tamen vitium vlceris tollit.*

Scriptura ſacra mari qui ſe committit aliorum precibus indiget
Baſil.Sel.

Scripturę ſacræ mari qui ſe committit, etiam 664.
alienas preces poſtulare poſt ſuarum fuſum debere: hinc illud Baſilij Seleuciæ Epiſcop. oratione 6. *Nunc veſtris confiſi precibus de his iterum narrationē adſumimus* SCRIPTVRÆ FVNDVM SCRVTATVRI. *Scripturarum namque mari reapſe immenſo ſi quis omnino adſimilet, non aberrabit à vero. Nam & lectionis ſcripturæ facies gratiam profert, altitudo ratione menſurata immodico ſtupore mentem ferit:* malè doctorum ſacrorum voto reſpondet qui detractiones pro precibus exhibet.

Sacræ ſcripturæ mare.
S.Am.

De ſacræ ſcripturæ mari ita differit ſanctus Ambroſius lib.7. epiſt.44. *Mare eſt ſcriptura diuina, habens in ſe ſenſus profundos, altitudinem propheticorum ænigmatum, in quod mare plurima introierunt flumina. Sunt ergo & fluuij dulces atque perſpicui, ſunt & fontes niuei, qui ſaliant in vitam æternam, ſunt & ſermones boni ſicut faui mellis, & gratæ ſententiæ, quæ animos audientium ſpirituali quodam potu* IRRIGENT, *& præceptorum moralium dulcedine mulceant.*

Ad ſacræ ſcripturæ fluenta ſitis auiditáſque afferenda.
Philip.Abb.

Ad ſacræ ſcripturæ fluenta maxima eſt auiditas, ardénſque ſitis deferenda, vt ceruis pares ſint, qui ad illam currunt, indicabat iſtue Philippus Abbas Bonæ-ſpei epiſt.6. quæ eſt ad Ioannem: *Eſt, fateor, neceſſaria, non faſtidioſa ſatietas ad profunda lectionis diuinæ, non corrupta facilitas crudelitatis adulterinæ: non tumens importunitas garrulitatis corninæ, ſed è conuerſo inexplebilitas* AVIDITATIS CERVINÆ, *intemerata caſtitas fidei*

fidei turturinæ, modeſta humilitas ſimplicitatis columbinæ.

Inhortatio a ſacra ſcripturæ lectionem Athletarum exemplo.
S. Amb.

Ad ſactarum ſcripturarum lectionem nos Athletarum exemplo, qui oleo pugnaturi vnguuntur, inhortatur ſanctus Ambroſius in Pſal. 118. octon. 12. in hæc verba: *Quando in afflictionis tempore ſumus, & quatimur aduerſis, meditatio nobis in lege ſit, ne imparatos procella tentationis affligat. Athleta niſi exercitio palæſtræ prius fuerit aſſueſactus non audet ſubire certamen. Vngamus igitur oleo lectionis noſtræ mentis lacertos. Sit nobis tota die ac nocte exercitij vſus in quadam cœleſtium ſcripturarum palæſtra, artuſque animorum noſtrorum, ſalubris ſpiritualium ferculorum eſca confirmet, vt cum aduerſarius aſſiſtere cœperit, & puluere nos ſuæ tentationis aſperſerit, ſtemus intrepidi: nitamur, non vt in incertum, nec vt aëra cædentes.*

665. Diuinam ſcripturam ita ab aliis ſcriptoribus præſertim externis diſcriminabat B. Rupertus lib. 5. de gloria, & honore filij hominis; *Talium ſcripta ſi ſanctis ac diuinis ſcripturis conſeras ea maximè diſcernuntur diſtantia, quod apud illos res exiles atque ignobiles vtpote terrenæ, & de cæleſtibus ſiue ſpiritualibus nihil habentes, verbis ornantur: in ſanctis autem ſcripturis non res verbis, imò verba rebus venerabiliter decorantur.*

Diuina ſcriptura ab aliis ſcriptoribus vt differat.
B. Rup.

Sacrarũ ſcripturarum vinum quiſnã violet.
S. Hier.

Quiſnam ſit qui ſactarum ſcripturarum vinum violet docet ſanctus Hieronymus in cap. 1. Iſaiæ, dum ait: *Omnis doctor qui auſteritatem ſcripturarum per quam poteſt audientes corripere vertit ad gratiam, ita loquitur vt non corrigat, ſed delectet audientes, vinum ſanctarum ſcripturarum* VIOLAT, *atque corrumpit ſenſu ſuo.*

Pietatis ſemina ſacra ſcriptura dimittit, & paſſionum ſpinas euellit.
S. Chryſ.

Pietatis ſemina diuina ſcriptura dimittit, & ſimul paſſionum ſpinas extirpat; ita loquitur ſanctus Chryſoſtomus hom. 7. de pœnitentia: *Scriptura,* inquit, *diuina quadam, & ineffabilis eſt paſſionum exſtinctio: nam &* SPINAS PASSIONVM *extirpat, purámque tellurem reddit, ſeminaque demittit pietatis, atque ad vigorem fructum agit.*

Litterarũ diuinarum tractatio certaminis formã habet.
S. Hier.

Litterarum diuinarum tractationem certaminis cuiuſdam formam referre indicat ſanctus Hieronymus Prolog. in lib. 2. ſuper Iſaiam dum ait: *Obſecro te virgo Chriſti Euſtochium, vt, nobis* IN SCIENTIARVM EXPLANATIONE CERTANTIBVS, *tu cum Moyſe ad Dominum eleues manus, vt qui exeuntes de Ægypto mare tranſiuimus rubrum, vincamus Amalec, qui interpretatur deuorans, & elingens, & poſſimus tecum dicere: Benedictus Dominus Deus qui docet manus meas ad prælium.*

In ſacra ſcriptura arcu vaſa mortis vt Deus poſuerit.
B. Laur. Iuſt.

Qui in ſacræ ſcripturæ arcu vaſa mortis Deus parauerit in lib Pſalm. inedito explicat Beatus Laurentius in hunc modum: *Et in eo* ARCV *non fecit, ſed parauit, id eſt, diſpoſuit vaſa mortis, id eſt, hæreticos, & obſcura quædam loca, vnde non dicitur impellente, ſed culpa ſua merente, hæc eſt hæreſis pœna vt non intelligant in ſcripturis: vt inde ſpinis, quaſi boues boni inuitati ſcripturis inuigilent.*

666. In quem finem ſcrutanda Dei eloquia ſint ita ex Dauidis verbis colligit ſanctus Auguſtinus in Pſal. 118. vbi ait: *Non tantum dixit, Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, ſed addidit, in toto corde exquirunt eum: tanquam docens quemadmodum, vel propter quid* SCRVTANDA *ſint teſtimonia Domini.*

In quẽ finem ſcrutãda Dei eloquia.
S. Aug.

Nouum teſtamentũ ad vitæ nouitatem nos vocat.
S. Aug.

Nouum teſtamentum vel ſolo noui epitheto clamat, vt ij renouentur, quibus offertur: ſanctus Auguſtinus illud Pſal. 17. *Filij alieni inueterati ſunt,* legit *inueterauerunt,* & addit: *Filij alieni, quibus vt renouaretur, nouum teſtamentum attuli, in vetere homine remanſerunt.*

Sacrarũ litterarũ commoda, & vtilitates.
Caſſiod.

Sactarum litterarum commoda, & vtilitates explicat Caſſiodorus de diuinis lectionibus c. 16. *Quid enim in illis litteris vtilitatis, & ſuauitatis non inuenies, ſi puriſſimo lumine mentis intendas? Lectio cuncta virtutum eſt, verbum non inaniter cadens, nec tardat effectus, quod promittit affatus, obedientibus conferens æternam ſalutem, ſuperbis reſtituens perenne ſupplicium.*

Ignorantiæ procellis ne obruamur ſupernæ ſententiæ littus tenendum.
S. Greg.

Vt ignorantiæ noſtræ procellis non obruamur, ſupernæ ſententiæ littus tenendum nobis eſt; ita loquitur ſanctus Gregorius 7. mor. c. 1. *Nullis ignorantiæ noſtræ* PROCELLIS *obruimur, ſi tranquillum ſupernæ ſententiæ littus tenemus.*

Quanta vitæ ſanctitate, & puritate nitere debeamus ex eo, quod diuinarum litterarum ſolario, auxilióque gaudemus, quo Patriarchæ olim caruerunt, colligit ſanctus Chryſoſtomus hom. 1. in Matthæum, dum ait: *Iam ergo conſidera quam ſit extrema omnino clementia, vt qui tanta deberemus vitæ perfectione pollere, vt nihil prorſus litteris egeremus (vt Patriarchæ, & Apoſtoli,) ſed ſcribenda Spiritu ſancto corda pro paginis præberemus, quale inquam eſt ſi poſtea primam illam perdidimus gratiam, ne ſecundo quidem remedio ad noſtram vtamur ſalutem.* 667.

Vita ſanctitas iis neceſſaria qui ſacras litteras tractant.
S. Chryſ.

Illi præcipuè adulterant Dei verbum, qui adulterinos humanæ laudis fœtus in illo quærunt; ſanctus Gregorius lib. 22. moral. cap. 12. ad Pauli verba 2. Cor. 2. *Non ſumus ſicut plurimi* ADVLTERANTES *verbum Dei,* ita ſcribit: *Adulterare verbum Dei eſt aut aliter de illo ſentire quàm eſt, aut ex eo non ſpirituales fructus, ſed adulterinos fœtus quærere laudis humanæ.*

Dei verba adulterant, qui humanæ laudes quærunt.
S. Greg.

Scientia diuina ſeruire nobis debet, vt aptius ſeruire Deo poſſimus, & à peccatis abire: Arnobius in Pſal. 118. *In corde, inquit, meo abſcondi eloquium tuum, vt non peccem tibi; non ergo ideo ad ſcientiam laboraui pertingere, & præcepta Dei memoriter retinere, vt viderer ſciolus, & per ſcientiam inflatus ſuperbia, increpationi aptarer, ſed ideo vt non peccarem tibi.*

Scientia diuina opera danda ne peccemus.
Pſal. 118.
Arnob.

In diuinis litteris aliqua ſunt manifeſta, aliqua obſcura, vt dum illis paſcimur, iſtis exerceamur, id quod tetigit ſanctus Auguſtinus lib. 83. q. 53. *Deus noſter ſic ad ſalutem animarum diuinos libros ſpiritui ſancto moderatus eſt, vt non ſolum manifeſtis* PASCERE, *ſed etiam obſcuris* EXERCERE *nos vellet;* licet & paſcant etiam cùm exercent.

In diuinis litteris manifeſta nos paſcũt, obſcura exercent.
S. Aug.

EXCVRSVS LIII.

De ſacra ſcriptura nonnulla alia litteris conſignantur.

Sacra ſcriptura laus.

Sacra ſcriptura commune *bonarum doctrinarum* promptuarium.

Purum cultorem *ſacra ſcriptura requirunt.*

In diuinis ſcripturis ſcrutandis non curioſitas *fouenda, ſed* charitas.

Sacrarũ ſcripturarum ſtudium *cõmendatur.*

Noui *ſacrarum ſcripturarum* intellectus *dilecti noſtri nuntij ſunt.*

Sacra

Digitized by Google

Sacræ ſcripturæ aqua *eò vtilior, quò pluribus ſenſibus dives.*

Poculum melle litum pſalmi *referunt, qui pharmacum intus continent ad ſalutem.*

Amoris carmen *canticum canticorum.*

Sacrarum ſcripturarum ſpeculum.

In ſacræ ſcripturæ ſpeculo *ſe quiſque intueri debet.*

Mundanarum rerum fœditas in hoc ſpeculo *apparet.*

Hic fœda corrigi *debẽt, & pulchra pl⁹ ornari.*

Sacræ ſcripturæ ſpeculo *ea emendare debemus, quæ indigent emendatione.*

Sacræ ſcripturæ ſpeculum *cæteris vt præſtet.*

Nullum fallit hoc ſpeculum.

Diuinæ legis ſpeculum *quàm cuilibet vtile.*

Euangelium ſpeculum *veritatis.*

Opportunum ſpeculũ *eſt Chriſtus crucifixus.*

Patiendi ſpeculum *Chriſtus patiens.*

Speculum *ſuperiores referunt.*

Probi viri ſermones malis ſpeculum *ſunt.*

Turri *ſacra ſcriptura comparata.*

Pharetræ *ſacræ litteræ compoſita.*

In corde abſcõdere eloquia Dei *quid ſit?*

C*ur* volumen volans *dicta ſacra ſcriptura?*

Sacra ſcriptura munimen *contra Diabolum.*

Aliud eſſe legem in corde *habere, aliud* cor in lege.

In diuinis litteris quæ Iudæorum portio *dicatur.*

Occidentis litteræ aquæ *vt calcandæ.*

In vitalibus litteris *mortẽ quærunt hæretici.*

Labor *ſacræ ſcripturæ ſtudio expenſus quàm Deo gratus.*

Sacrarũ litterarũ notitia *operatione perficitur.*

668. AQuæ, quibus huc ferimur, ferent, de ſacra ſcriptura in ſacræ ſcripturæ laudé, commédationemque aquæ, non pœnitus oblitos nos afferre aliqua illis adiicienda, quæ alibi luculentius dedimus.

Sacra ſcriptura laus. B. Laur. Iuſt.

Sacrã ſcripturã ſic efferebat B. Laurentius Iuſt. de cõtẽptu mũdi c. 4. *O quãta eſt diuinarũ ſcripturarũ auctoritas, quãtaque ſub litterarũ velamine obtecta manet veritas!* TOTA SANCTA, *tota ſacramẽtis* GRAVIDA, *tota* DECORATA *ſentẽtiis. Nihil in ea ſordidum, nil obliquum, nil vacuum, nihilque reperitur veneratione indignum. Fulget in ſe, intelligentibus ſapit, facit credentes, amantes nutrit, dirigit peregrinantes, neſcientes docet, lætificatque ſperantes.*

Sacra ſcriptura cõmune bonarum doctrinarum promptuariũ. S. Baſil.

Sacrã ſcripturã, *cõmune* PROMPTVARIVM *bonarũ doctrinarum* vocat S. Baſilius hom. 1. in Pſal. 1. additque in ea omnes habere contra ægritudines medicinam. *Spiritui ſancto cõſcripta eſt, vt velut in cõmuni medica* ANIMARVM *officina, omnes homines propriæ affectionis medelam vnuſquiſque eligeremus.*

Purum cultorem ſacræ litteræ requirũt. Theod.

Vt puræ ſacræ litteræ sũt, ſic purũ etiã cultorẽ deſiderant, animũque defæcatũ. Pulchrè Theod. epiſt..... *Diuinarũ ſcientiarũ expoſitio cũ* ANIMVM PVRVM, *atque ab* OMNI MACVLA ALIENVM *requirit, tum mentis oculos acres, qui & res diuinas queant perſpicere, & in penetralia ſpiritus ingredi audeant, tum linguam eiuſmodi, quæ menti deſeruiat, eiuſque ſenſum explicet pro dignitate.*

669. In diuinis ſcripturis ſcrutãdis nõ curioſitas fouẽda, ſed charitas accẽdẽda eſt; Peritè S. Bernardus Cant. ſerm. 8. *Vos quoque vt cautè in arcanis ſenſibus pedẽ figatis, mementote ſemper, quod ſapiens admonet: Altiora inquit, te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. In ſpiritu ambulate in illis, & non in ſenſu proprio. Doctrina ſpiritus non* CVRIOSITATEM *acuit, ſed charitatem accendit.*

In diuinis ſcripturis ſcrutandis nõ curioſitas fouenda, ſed charitas. S. Bern.

Sacrarũ ſcripturarũ ſtudium commẽdatur. S. Chryſoſt.

Sacrarũ ſcripturarũ ſtudiũ ita cõmẽdabat ſãctus Chryſ. ita improbabat neglectũ, cõc. . de Lazaro: *Magna aduerſus vitiũ munitio ſacrarũ lectio, magnũ præcipitiũ profundũ baratrum ſui erarum ignoratio.*

Noui ſacrarũ ſcripturarum intellectus dilecti noſtri nuntij ſunt. Richar.

Nouos ſacrarũ ſcripturarũ intellectus, qui in illis delitéſcũt dilecti noſtri nũtios vocatos obſeruo, hoc eos titulo donat Richar. l. 4 de cõtempl. c. 14. *Quotidie ni fallor, vos qui lectioni, vel meditationi inſiſtitis eius nũcios ſuſcipitis: mandata cognoſcitis. Quoties ex abditis ſcripturarum receſſibus* NOVOS INTELLECTVS ERVIMVS: *quid aliud quam quoſdã dilecti noſtri nuncios excepimus: huic ſane negotio ſubſeruit omnis ſacra lectio, ſagaxque meditatio.*

Sacra ſcriptura aqua eò vtilior, quo pluribus ſenſibus dives. S. Bern.

Eò vtilior, gratiorque aqua ſolet eſſe, quò plures aquæ vſus sũt, plurib⁹ deſeruire aqua poteſt, idẽ in ſacræ ſcripturæ sẽſibus ſentiẽdũ eſt; Vnus plerũque ſermo plures sẽſus fert, plures explicatus, & intellectus, vt pluribus animæ lãguoribus proficiat. Peritè rẽ verſat S. Bernardus ſerm. 51. in Cant. *Charitas cui ſcriptura ſeruire oportet, coædificet plures, quo plures ex eis in opus ſuum veros erudierit intellectus, cur enim hoc diſpliceat in ſenſibus ſcripturarũ, quod in vſibus rerũ aſſiduè experimur? in quãtos (verbi cauſa) ſola* AQVA *noſtrorum aſſumitur corporum vſus? Ita vnus quilibet diuinus ſermo non erit abs re ſi diuerſos pariat intellecta, diuerſis animarum neceſſitatibus & vſibus accommodandos.*

Poculũ melle litũ Pſalmi referũt ob ſuauitatem qua referti, intus pharmacũ cõtinẽt ad ſalutem Euthym. præf. in Pſal. de Dauid. pſalmis loquẽs, ait: *Per blandã, & lenẽ illã vocẽ, vtilitatẽ, & cõmodũ latẽter etiã reportemus, iuxta prudẽtiã medicorũ præcepta, qui in auſterioribus pharmacis,* POCVLVM *inungi iubent melle: ita & nos apparẽter quidẽ dulce ac ſuaue melos canimus, re ipſa vero animas erudimus.* 670.

Poculũ melle litum pſalmi referunt, qui pharmacum intus continẽt ad ſalutem. Euthym.

Amoris carmen canticũ canticorum. Guarric.

Amoris carmen dictum canticũ canticorum reperio; Guarricus abbas ſerm. 5. in Annuntiat. Dom. *Proinde namque Salomon cum in* CARMINE AMORIS *caſtitatem prædicaret Virginis, ait: Venter eius eburneus.*

Sacrarũ ſcripturarũ ſpeculum. S. Auguſt.

Solẽt ſacræ litteræ ſpeculo comparari: Varios ſubiiciã, qui hoc titulo eas donauẽre: S. Auguſtinus in pſ. 103. *Poſuit tibi* SPECVLVM *ſcripturam ſuã, legitur tibi, Beati mũdi corde, quoniã ipſi Deũ videbũt. Speculũ in hac lectione propoſitũ eſt, vide ſi hoc es quod dixit; Si nõdũ es, geme vt ſis. Renũciauit tibi ſpeculũ faciẽ tuã. Sicut ſpeculũ nõ ſẽties adulatorẽ, ſic nec te palpes. Hoc tibi oſtendit nitor ille quod es, vide quæ es, & ſi tibi diſplicet, quære vt non ſis;* & ſer. 112. de temp. rẽ eandẽ ita verſat: *Adhuc bonũ habemus ſolatiũ, diuinarũ lectionẽ ſcripturarũ, quia ſacrarũ lectio ſcripturarũ diuina eſt præcognitio non parua beatitudinis. In his enim quaſi in quodã* SPECVLO *homo ſeipſũ cõſiderare poteſt, qualis ſit, vel quò tẽdat. Lectio aſſidua purificat omnia, timorẽ incutis gehẽnæ, ad gaudia ſuperna cor inſtigat legentis.* Vgo Victorinus in c. 12. in reg. S. Auguſt. ad illud Iacobi: *Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis, non auditor obliuioſus factus,* ait: *Viri ſancti quotidie in ſacris ſuis nõ ceſſant inſpicere vitã ſuã, moreſque ſuos vigilãter pẽſare, & ſi quid deforme, vel incõpoſitũ, aut inordinatum inuenerint mox reformare, & cõponere ſe ſtudẽt & ideo pſalmiſta ait: tũc nõ confundar cũ perſpexero in omnibus mandatis tuis.* B. Laurent. Iuſt. de caſto connubio c. 19. *Eſt ſacra pagina ſapientiæ verbi* SPECVLVM,

Vgo Vict.

B. Laur. Iuſt.

& diuinitatis armarium. Nullus in ea purè, prudēter, humiliterque accedens, recedit vacuus. Omnium quidē morum ſcientiam continet. Quis non Dei miretur ſapientiam, quum tot myſteriorum ſacramenta, tot veritates ſub littera cortice eſſe videt contenta? & tract. de perſeuerantia c. 4. *Eſt,* inquit, *ſacra ſcriptura nobis à Domino exhibita, vt in ipſa intellectus noſtri curioſitas ſolidetur, & velut in quodam* SPECVLO *interna noſtra facies videatur. Ibi quid verum, quid falſum ſit conſpicitur. Ibi fœda, ibi pulchra cognoſcuntur, ibi quantum intellectus proficiat, quantum capiat, ſine offuſcatione aperitur.*

In ſacra ſcriptura ſpeculo ſe quiſque intueri debet. Caſſiod.

671. Ad hoc ſpeculū vocabat Caſſiod. de amicitia: *Vtinā te ipſā agnoſceres, vt tui gratiā creatoris in tuæ plenitudinis inſpectione probares, porro oculus cuncta vidēs, ſeipſū nō vidēs, ideo facies cordis tui quandoque in* SPECVLO *ſacra ſcriptura, quandoque in ſpeculo propriæ rationis, ne tuæ facias iniuriam dignitati.*

Mundanarū rerum fœditas in hoc ſpeculo apparet. B. Laur. Iuſt.

Hoc diuinæ ſcripturæ ſpeculū mundanarū rerum fœditatem, & vanitatē ita oſtēdit vt doceat contēnenda: Beatus Laurentius Iuſtinianus de cōtemptu mūdi. cap. 4. *Mūda te, ô homo, ab infidelitatis* CALIGINE, *a fumo ſuperbiæ, & à delictorum ſordibus, quatenus in lumine diuinorū eloquiorū veluti in præclaro* SPECVLO *erudiaris nō ſolum de naturalibus, vel humanis aut diuinis, verum etiam mundum agnoſcere, ſeculi illecebras ſpernere, tēporales dignitates, diuitiaſq; calcare, carnis oblectamenta fugere.*

Hic fœda corrigi debent, & pulchra plus ornari. S. Auguſt.

Hoc ſpeculo & fœda corrigi debēt, & pulchra plus ornari; ita S. Auguſt. ep. 143. *Optimè vteris lectione diuina ſi eā tibi adhibeas* SPECVLI VICE, *vt ibi velut ad imaginem ſuam anima reſpiciat, & vel fœda quæque corrigat, vel pulchra plus ornet.*

Sacra ſcriptura ſpeculo ea emendare debemus quæ indigent emēdatione. Abſalom.

In ſacræ ſcripturæ ſpeculo ita ſpectare nos debemus, vt in nobis emēdemus quæ emēdatione indigēt, ita Abſalom Abb. ſerm. in Feſt. omnium Sanctorum: *Sicut enim* SPECVLVM *intueri, & non componi, ſicut ignem reſpicere, & non calefieri, aut certè eſcam præparare, & non refici, nihil habet in ſe vtile: ſic & in lege Domini, niſi his ſolis, qui memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea. Intellectus enim bonus eſt facientibus eum.*

Sacra ſcriptura ſpeculū cæteris vt præſtet. S. Iſid. Peluſ.

672. Sacræ ſcripturæ ſpeculū in hoc aliis præſtat, quod ita deformitatē oſtēdit vt in meliorē formā immutet; opportunè rē verſat S. Iſid Peluſ. e. 135. *Quidnā igitur faciendū eſt? illud reſpondeā,* SPIRITVALE SPECVLVM, *hoc eſt ſacras ſcripturas, in quibus & proborū virorū hiſtoria, & ſalutares leges à Deo poſita continentur, perpetuo in manibus habendum eſſe: hoc enim ſpeculum non modo deformitatem oſtendit: ſed etiam ſi velimus, in incredibilem quandam pulchritudinem immutat.*

Nullū fallit hoc ſpeculum. B. Thom.

Sacræ ſcripturæ ſpeculum nullum fallit, vnūquēque vnicuiq; obiicit qualis ex vero eſt; ſcitè B. Thomas à Villa noua Conc. in Octau. Paſch. *Sacra ſcriptura nitidiſſimum* SPECVLVM *eſt, talem reddens vultum hominis, qualis eſt. Quem pagina ſacra redarguit, etiamſi ab hominibus commendetur, deformis, & fœdus putandus eſt.*

Diuinæ legis ſpeculum quā cuilibet vtile. Oleaſt.

Ad diuinæ legis ſpeculū nos vocabat Oleaſter in c. 1. Gen. *Fuimus (ait Eſaias) immundi omnes nos, & quaſi pannus mēſtruatæ omnes iuſtitiæ noſtræ, quare quantumcunque opus tuum, ô homo, purū & bonū tibi eſſe videretur, cōfer illud ad* SPECVLVM DIVINÆ LEGIS, *vt emendet quæ in eo emendatione digna deprehenderis præſentia diuini obtutus, & audi ſententiam eius de opere tuo.*

Euangelium ſpeculum veritatis. S. Bern.

De Euāgelij ſpeculo hęc nobis ſuggerit S. Bernardus in Euāg. ſeptē panum ſerm. 1. *Euangelium* SPECVLVM *veritatis nemini blanditur, nullum ſeducit, talem in eo ſe quiſque reperiet qualis fuerit, vt nec ibi timore trepidet vbi non eſt timor, nec lateat eum malè fecerit:* Sed quia hîc ſumus alia etiam ſpeculum optimè referentia referamus.

Opportunum ſpeculū Chriſtus crucifixus eſt, quod vires inſpicientibus inhalat, vt ferre dona quæque poſſiot: hinc illud B. Laurētij Iuſt. de caſto connubio c. 8. *Quoties aduerſa premunt, tentamenta grauant, vires animi in Crucifixi* SPECVLO *reparentur. Cuius etenim ſaxeum pectus non emolliāt vulnera ſaluatoris? Quis pati renuet patiente Domino? Crucifixus quidem reliquis exemplum, vt ſequamur ipſius veſtigia.* 673.

Opportunum ſpeculum eſt Chriſtus crucifixus. B. Laur. Iuſt.

Patiendi ſpeculum Chriſtus patiens. S. Bern.

Patiēdi ſpeculū eſſe Chriſtū vidit S. Bernardus in Cant. ſerm 47. *Vtrumque es mihi, Domine Ieſu, &* SPECVLVM PATIENDI, *& præmium patientis. Vtrumque fortiter prouocat, ac vehementer accendit.* Eōdē ſpectauit quia & ex eodē auctore ſumpſit B. Laurentius: *Chriſtus patiens ſpeculum patiendi.* B. Laur. Iuſt. c. 5. de pat. *Es mihi, ô Domine Ieſu &* SPECVLVM PATIENDI, *& meritum patiendi, vtrumque fortiter prouocat, & vehementer accendit.*

B. Laur. Iuſt.

Speculum ſuperiores referunt. Idem.

Speculū ſuperior referat, in quo bene viuendi formā inſpiciāt qui illū adſpiciunt: hoc voluit B. Laurentius Iuſt. de caſto connub. cap. 3. *Eſt qui præeſt quaſi* SPECVLVM *quoddam, in quo incipientes viuendi formam accipiunt.*

Probi viri ſermones malis ſpeculum ſunt. S. Iſid. Peluſ.

Speculi vicē ſubeūt malis probi viri probi ſermones, & oſtēdēdis, emēdādiſque vitiis opportuni: hinc illud S. Iſidori Peluſ. l. 1. ep. 381. *Si autē ſermones mei turpes veſtras actiones coarguūt, tanquam* SPECVLVM *fœdū, ac deforme reperior. Quamobrem aut deformitatem mutate, ac ſanitatem reuocate, aut ſpeculum vobis perpetuè ero: ſed iterum ad ſacram ſcripturam calamum flectamus.*

Turri ſacra ſcriptura cōparata. S. Pet. Dam.

Turri ſacram ſcripturam ita comparabat ſanctus Petrus Damianus ſerm. in Epiph. Dom. *Ponatur* TVRRIS *David cum propugnaculis contra Damaſcum, ex qua dependeant clypei mille: Turris namque fortiſſima eſt nomen Domini, ad eam confugiet iuſtus & exaltabitur. Hæc eſt ſcientia, vbi nomen Domini inuocatur, in qua propugnacula ſunt prælati, atque Doctores, qui eius terminos debent cuſtodire.* 674.

Pharetra ſacra littera compoſita. B. Laur. Iuſt.

Pharetræ ſacras litteras in hunc modum comparabat B. Laur. Iuſt. de caſto connubio cap. 6. *Eſt quidem ſacra pagina* PHARETRA *quædam ſpiritualis, in qua ſagitta acuta, & ignita latitant. Hanc nemo Deo militans derelinquat. Et aſſiduo cogitatu virtutem intelligat ſcripturarum, vt iuxta qualitatem ſuggeſtionis, reſponſionis intorqueat iaculum.*

In corde abſcondere eloquia Dei quid ſit. Agell.

In corde abſcondere Dei eloquia quid ſit explicat Noſter Agellius in Pſal. 118 ad illud: *In corde meo abſcondi eloquia tua:* ait quippe: *Eloquia Dei, hoc eſt, tanquam in libro ac volumine deſcripta habere: neque tamen ita habere, vt qui bibliothecas libris inſtructiſſimas habent, quos nunquam legunt, ſed eum librum* CORDIS, *& animi ſæpe legere, & pronunciando, ac repetendo percurrere, & aliis etiam communicare, vt expeditam ac promptam ſe eorum notitiam habere ſignificaret, & ad vſum paratam.*

Cur volumen volans dicta ſacra ſcriptura? S. Greg.

Cur volumen volans ſacra ſcriptura ſit, egregiè explicat ſanctus Gregorius lib. 15. moral. cap. 8. ad illud Zach. 5. *Ego video volumen volans,* ait enim: *Quid namque eſt* VOLVMEN VOLANS *niſi ſcriptura ſacra, quæ dum de cæleſtibus loquitur ad ſuperiora mentis noſtræ leuat intentionem, quia dum illam ſuper nos eſſe aſpicimus, ima attendere, id eſt, concupiſcere deuitamus.*

De ſacræ ſcripturæ munimine contra Satanicum 675.

cum

Sacra ſcriptura munimen contra Diabolum. S.Pet.Dam.

cum hoſtem ita ſẽtiebat ſanctus Petrus Damianus epiſt. 117. *Mens tua diuinis ſe voluminibus occupet his intenta peruigili ſemper inſtantiâ perſeueret. His antiquus inſidiator cum te videt intentum velut hoſtem fugit armatum, & timet cominus aggredi donec te conſpicit his telis impenetrabili, vt ita fatear, lorica muniri.*

Aliud eſſe legem in corde habere aliud cor in lege. Vgo Vict.

Aliud eſſe legem in corde habere, aliud habere cor in lege, quidque hæ duæ formulæ importent egregiè explicat Hugo Vict. in annot. in Pſal. 1. ad illud: *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte*, ait enim: *Multi habent legem in corde: ſed non habent cor in lege. Legem in corde habent, qui cognoſcunt veritatem: cor in lege habent, qui diligunt veritatem. Qui autem legem in corde habent, non cor in lege, hi portant legem, non portantur à lege: onerati ſunt, non adiuti, quia ſcientia vbi non eſt charitas, grauat, non alligat.*

In diuinis litteris qua Iudæorum portio dicatur. S.bern.

In diuinis litteris Iudæorum portio dicitur, quæ nudo litteræ cortice continetur; ita loquitur ſanctus Bernardus ſerm. 73. in Cant. *Hic litteræ tenor, & hæc* IVDÆORVM PORTIO. *Ego vero quemadmodum accepi a Domino, in profundo ſacri eloquij gremio ſpiritum mihi ſcrutabor, & vitam, & pars mea hæc qui in Chriſtum credo. Quidni eruam dulce, ac ſalutare epulum ſpiritus de ſterili, & inſipida littera tãquam granum de palea, de teſta nucleum, de oſſe medullam? Nihil mihi & litteræ huic, quæ guſtata carnem ſapit, glutita mortem affert.*

Occidentis littera aqua vt calcanda. S.Hier.

676. Occidẽtis litteræ aquas calcãdas docet sãctus Hieronym. in c. 1. Iſai. 32. *Beatus qui ſeminat ſuper omnẽ aquã, vbi bos calcat, & aſinus*: Sic enim legit, & addit: *Beatus eſt autẽ qui ſeminat in eloquiis ſcripturarũ tã veteris, quã noui inſtrumẽti, & calcat aquas occidentis littera, vt metat fructũ ſpiritus viuificãtis.*

In vitalibus litteris mortẽ quærunt hæretici. Luc. Tud.

In ſacris litteris, quæ vitâ grauidæ ſunt mortẽ quærunt hæretici, in earum dulcedine amaritudinem, inque earum veritate falſitatem: in eos ea verba quadrant, quæ habet Lucas Tudẽſis præf. in lib. 3. de altera vita: *Exteriùs ſacrarum ſcripturarum carpentes male ſuperficiem ad acritatis medium nunquam veniunt: ſed ſemper in dulcedine quæruntur amaritudinem, in* VITA MORTEM, *in candore nigredinem, in ſcripturis veritatis errorem, falſitatem in veritate.*

Labor ſacræ ſcripturæ ſtudio expenſus quam Deo gratus. B.Laur. Iuſt.

Labor ſacræ ſcripturæ ſtudio impenſus, quam ſit Deo gratus explicat in hunc modum Beatus Laurentius Iuſtinianus procem. in lib. de caſto connubio: *Hoc præteritorum temporum: hoc quotidiana aſſeuerat experientia, quod in aliquo* STVDIO TANTVM ACCEPTABILI DEO, *& Eccleſiæ proficuo occupari nemo poteſt, quantum in ſanctarum explanatione ſcripturarum: earum potiſſimùm quæ Dei notitiam, amorem diuinitatis, & morum honeſtatem valent conferre legentibus.*

Sacrarum litterarum notitia operatione perficitur. Pſal. 24. Euthym.

Porro, vt hoc adiiciam, qui diuinarum litterarum notitiam aliquo ſtudio acquiſiuit, debet & operatione melius, perfectiuſque addiſcere. Dei præcepta. Dei legem callebat Dauid cum diceret Pſal. 24. *Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me*: vt ſcilicet innueret ſe nuda notitia non eſſe contentum, ſed adſpirare ad illam, quam opus, & exercitium parturierit: Benè hic Euthymius: *Quæ omnia* (mandata) inquit, *tametſi in diuinis litteris antea didiciſſet,* OPTAT TAMEN *re ipſa, atque operationibus melius addiſcere.*

Eadem mente eandem notitiam nos quoque poſtulare par eſt, quos ad perfectiora legis perfectioris exhibitio vocat.

Nouarini Nuptiales Aquæ.

EXCVRSVS LIV.

De doctrina, & ſapientia varia chartis conſignantur.

Sancta ſtudia *litterarum dicta.*
Sali *ſapientia cur comparata.*
Adulterina ſapientia, *quæ in nudis verbis ſita.*
Scientia inflat *ſi leuis.*
Scientia collytio *compoſita.*
Inanis ſcientiæ perſuaſio.
A verâ ſapientia abſunt verborum aucupes.
Philoſophia *noſtra Chriſtus eſt.*
Auctores ſacri *à prophanis vt diſcriminati.*
Summa ſapiẽtia in crucis *myſterio abſcõdita.*
Verborum fucum *verus ſapiens non amat.*
Sapientia cur vinum miſcere *dicatur.*
Sapientiæ compedes.
Sapientiæ compedes *reiiciendi non ſunt.*
Compedes *Dei cultoribus vt iniiciat Dei ſapientia.*
Scientiæ *nexus, &* charitatis.
Iuſtorum vita *totius Philoſophiæ doctrinam continet.*
Bonus ille doctor, *qui vitam doctrinæ ſternit.*
Nuda rerum cognitio *non eſt ad meritum niſi bona voluntati nubat.*
Verba ſi nuda ſpuma *tantùm ſunt.*

AQuas ad doctrinas elegãti metaphorâ trãſ- 677.
ferri diximus, & probauimus; nõ erit abs re, ſi alia vniuersè de ſapientia, doctrinaque afferamus; extra harum metaphorarum anguſtias, ſed non extra limites vtilitatis.

Sancta ſtudia litterarum dicta. Ennod.

Sancta litterarum ſtudia vocat Ennodius, in quibus vitia dediſcuntur antequam doctrina diſcatur; hęc eius verba lib. 5. epiſt. 10. SANCTA SVNT STVDIA LITTERARVM, *in quibus ante incrementa peritiæ vitia dediſcuntur. Hoc itinere canæ ad annos pueriles ſolent venire conſilia: dum quod ætas refugit, norunt inſtituta præſtare.*

Sali ſapientia cur comparata. B. Rab.

Sali ſapientia comparatur, quod in carnis terra ſæculi luxum, vitiorumque fœcunditatem cõpeſcit: Benè B. Rabanus in Pratth. lib. 1. cap. 5. *Notandum autem, quod* SALIS NATVRA *infœcunditatem terræ facit: Vnde & in Pſalmo ſcriptum eſt: Poſuit terram fructiferam in ſalſuginem. Et quaſdam vrbes ita victorum ſale ſeminatas, vt nullum in eis germen oriretur. Allegoricè autem hoc bene conuenit doctrina Apoſtolica, vt deſtructis aduerſariorum munitionibus, & peccati regno deiecto, ſale ſapientia, compeſcat vltra in carnis humanæ terra ſæculi luxum, atque fœcunditatem geminare vitiorum.*

Adulterina ſapientia, quæ in nudis verbis ſita. S.Greg. Naz.

Adulterina ſapientia eſt, quæ in nudis verbis ſita, & velut quibuſdam præſtigiis animos ludificat, ita ſentit, ita loquitur ſanctus Gregorius Nazianzenus in Laudem Heronis: *Adeſdũ adulterina illius ſapientiæ confutator, quæ in verbis ſita eſt, atque orationis ſuauitate, ac velut* PRÆSTIGIIS *animos hominum ludificat, altiuſque aſſurgere nec vult, nec poteſt.*

Scientia inflat ſi leuis. S. Auguſt.

De ſciẽtia, quæ inflat, & quæ ædificat hæc habet S. Auguſtinus ſerm. 73. de verbis Domini: *Scientia* INFLAT, *ſi leuis eſt: ædificat ſi ſolida eſt.*

Scientia collyrio comparata. Philipp.

678. Scientiam collyrio comparabat Philippus Abbas Bonæ-ſpei epiſt. 4. ad Engelbertum: *Vtinã omnes, qui mancipantur ſtudio litterario ſic ſtuderent, eo fine multiplices ſcholarum anguſtias ſuſtinerent: vt ſcilicet oculus eorum interior infuſo ſcientiæ* COLLYRIO *mundaretur, & ad videndum Deum promptior, & defæcatior redderetur.*

Inanis ſcientiæ perſuaſio. Syneſius.

Eos, qui ſibi ſapere videntur, déque ſapientia ſua præſumunt audire debent ea, quæ habet Syneſius epiſt. 142. *Mira enim, ac ſubdola quædam res eſt vana de ſua ſapientia perſuaſio, quæ inter imperitos nihil recuſat, nihil non inconſiderate ſuſcipit. Quid enim inſcitia eſſe poſſet audacius? In id ego arrogantium hominum genus, tanquam fucos quoſdam incidens.*

A verâ ſapientia abſunt verborum aucupes. S. Iſid. Peluſ.

A vera ſapientia abeſſe verborũ aucupes, dialecticoſque docebat ſanctus Iſidorus Peluſiota epiſt. 21. lib. 2. *Nec dictionum* AVCVPES, *nec oratores, nec dialectici, nec qui ob dicendi facultatem gloriantur, ſapientes appellandi ſunt: verum ij, qui eo philoſophiæ genere, quod in actione verſatur eminent.*

Philoſophia noſtra Chriſtus eſt. S. Pet. Dam.

Philoſophiam noſtram Chriſtum vocat ſanctus Petrus Damianus ſerm. 57. *Nos autem, fratres chariſſimi, quia* PHILOSOPHIA NOSTRA CHRISTVS *eſt, & hic crucifixus; atque ideo magiſtros habemus, non oratores, ſed Piſcatores; non verſutos, & eloquentes, ſed mutos, ac ſimplices.*

Auctores ſacri à prophanis vt diſcriminati. S. Auguſt.

Auctores ſacros a prophanis ita diſcriminat S. Auguſtinus, vt noſtri de rebus maximè ſint ſolliciti, externi de nudis verbis: hæc ſancti huius Patris ſunt verba lib. contra Adimantum Manichæi diſcipulum: *Sicut enim noſtri auctores, diuinarum ſcilicet litterarum, de rebus maximè cogitauerunt, ſic mundanorum auctorum prope omnis cura de verbis eſt.*

Summa ſapiẽtia in crucis myſterio abſcondita. Agell.

679. Summam ſapientiã in crucis myſterio abſcõditam ita colligebat Agellius in Pſal. 77. *Itaque præclare ad hoc myſterium indicandum cum benediceret Iacob nepotibus, Ioſeph liberis, in crucis formam cõformauit manus, vel immutauit, vt eſt apud LXX.* ἐνήλλαξε τὰς χεῖρας, *quod in Hebræo eſt, intelligere fecit manus ſuas: nimirum quia ſumma ſapientia in crucis myſterio ſit abſcondita.*

Verborum ſucum verus ſapiens non amat. S. Greg. Naz.

Verborum ornatum, fucumque non amat, qui vere ſapiens, cum prima ſapientia in huius contemptu ſita videatur, & inutilium diſputationũ neglectu, ita ſentit, ita loquitur ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. de plaga grandinis: *Prima ſapientia eſt, ſapientiam in verbis, & dictionũ argutiis &* FVCATIS AC *ſuperuacaneis diſputationibus ſitam pro nihilo ducere.*

Sapientia cur vinum miſcere dicatur. S. Iſid. Peluſ. Prou. 9.

Sapientia cur miſcere vinum dicatur Prou. 9. ita ediſſerit ſanctus Iſidorus Peluſiota epiſt. 3. lib. 2. *Quoniam autem intelligere aues, quidnam iſtud ſibi velit, ſapientia miſcuit vinum ſuum, quidque cauſæ ſit quamobrem non purum illud propoſuerit, paucis verbis multa accipe. Diuina, & natura ſublimiora documenta corporeis ſermonibus, & exemplis temperauit. Neque enim fieri poterat, vt alia ratione ea intelligeremus. Quapropter diuinarũ cogitationũ, ac terrenorum verborum coniunctionem, mixtionem ac temperationem haud abs re appellauit.*

Sapientia cõpedes. Pſal. 84. S. Auguſt.

680. De ſapientiæ compedibus eleganter diſſerit ſanctus Auguſtinus in Pſal. 84. dũ ait: *Quod verò adiungit & compeditos corde in ſapiẽtia. Alij codices nõ habent* COMPEDITOS, *ſed eruditos. Verbũ enim Græcum ita vtraque ſignificatione ſimiliter ſonat, vt vna ſyllaba paulum differat; ſed cum illi erudiantur in ſapientia, qui iniiciunt, ſicut ſcriptum eſt, pedem in* COMPEDES *eius, non vtique pedem corporis, ſed pedem cordis, & eius velut aureis vinculis alligati à via Dei non exorbitant, nec ſiunt ab illo fugitiui: Quodlibet horum legatur, ſalua eſt ſententia veritatis.*

Sapientiæ cõpedes reiiciendi non ſunt. Pſal. 101. S. Auguſt.

Non eſſe ſapientiæ compedes reiiciẽdos monebat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 101. *Intret,* inquit, *in conſpectum tuum gemitus compeditorum: non tamen euitandi ſunt tales* COMPEDES, *vt appetatur pernicioſa libertas, & temporalis vitæ breuiſque dulcedo, quã ſequatur amaritudo perpetua: proinde ſcriptura ne recuſemus eſſe compediti ſapiẽtiæ, ſic nos alloquitur: Audi fili, & excipe ſententiam meam, & ne abiicias conſilium meum, & inſer pedem tuum in compedes illius & in laqueos eius collum tuum.*

Sapiẽtiæ cõpedes recuſantẽ ita alloquebatur ſanctus Auguſtinus ſerm. 39. de diuerſis: *Noui te, etiam atque etiam recuſantem, & formidantem* COMPEDES SAPIENTIÆ, *timeo te rebus mortalibus validiſſimè, & pernicioſiſſimè compediri.*

Cõpedes Dei cultoribus vt iniiciat Dei ſapientia. B. Laur. Iuſt.

Compedes Dei cultoribus ſuis iniicit ſapientia, ne à Dei iuſſibus deuient; Pſal. 89. *Et eruditos corde in ſapientia:* nonnulli legunt, *& compeditos corde:* quam lectionem habet Beatus Laurentius in cod. MS. ad hunc Pſalmum, & eam ſic explicat: *Et eruditos vel compeditos corde in ſapientia, ſubaudi, ſic notat, idem eſt, nam qui erudiuntur in ſapientia* PEDEM CORDIS *iniiciunt in compedes Dei, ne a via eius exorbitent.*

Scientiæ nexus & charitatis. S. Auguſt.

De ſcientiæ, & charitatis nexu hæc habet ſãctus Auguſtinus tract. 27. in Ioan. *Quid eſt, ſcientia inflat? ſola, ſine charitate. Ideo adiunxit, charitas vero* ÆDIFICAT. *Adde ergo ſcientiæ charitatem, &* VTILIS ERIT SCIENTIA, *non per ſe, ſed per charitatem.*

Iuſtorum vita totius Philoſophia doctrinam continet. S. Chryſoſt.

681. Philoſophiæ doctrinam in iuſtorum vita contineri aſſerit ſanctus Chryſoſtomus hom. 54. in Geneſim, vbi ait: *Iuſtorum conuerſatio, & vita totius* PHILOSOPHIÆ *continet doctrinam.*

Bonus ille doctor, qui vitã doctrinæ ſternit. Philipp.

Bonus ille doctor eſt, qui vitam doctrinæ præmittit, quod præſtitiſſe legimus Chriſtũ; de quo Philippus Abbas Bonæ-ſpei lib. 1. in Cant. cap. 5. *Cœpit (vt legiſtis) Ieſus facere, & docere: vt factorum tanquam illecebroſa ſpecie nos attentos, & beneuolos aduocet, & adducat, & illectos ſuauiter in ſuum adiutorium fortiter introducat. Dextro velut vbere magna faciens, commendabilem ſe oſtendit, diligentius intuentes forma laqueo comprehendit: Siniſtro magna dicens, quos iam tenet, efficit eruditos, beatos auditores.*

Nuda rerum cognitio non eſt ad meritũ niſi bona voluntati nubat. Pſal. 35. Vgo Car.

Nuda rerũ cognitio, nuda ſciẽtia nõ eſt ad meritũ, nudus erit nuda cognitione contentus, Volũtas bona niſi intellectui accedat, parũ prodeſt; vt fruſtra ille ſcit, qui de ſola notitia intumeſcit: Præclarè Dauid Pſal. 35. *Prætende miſericordiam tuam ſciẽtibus te: & iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde:* rectus ordo, miſericordiam ſcientibus poſtulat, rectis corde iuſtitiam, vt id innueret, quod innuebamus: huc nos vocat Vgo Carenſis: *Notandum quod competenter iungit miſericordiam ſcientibus, & iuſtitiam rectis corde, quia* SCIENTIA NIHIL MEREMVR, *ſed bona voluntate cordis meremur, quod ergo datur ſcientibus miſericordia eſt, quod rectis corde iuſtitia, quia merito datur.*

Verba ſi nuda ſpuma tantum ſunt. Sidon.

Verba ſi nuda, nuda ſpuma ſunt, quærendum illud, quod ſub verbis deliteſcit; Scitè Sidonius lib. 7. epiſt. 13. *Summa homini cura de* LITTERIS, *ſed maximè religioſis: in quibus eum magis occupat medulla ſenſuum, quàm ſpuma verborum. Tota illi actionum ſuarum inten-*

tio,

tio , celeritas , mora , Chriſtus eſt ; Statim illa ſcientia euaneſcit, quæ in nudis verborum ſpumis eſt ſita, & quod mirum cultorem ſuum emedullat, licet ipſa ſine medulla ſemper ſit.

EXCVRSVS LV.

Coniux Dei ſapientia dicta; externæ ſapientiæ nuptiæ vt quærendæ, vt ferendæ.

Bona coniux *Dei ſapientia.*

Vxor *noſtra ſapientia.*

Sapientiæ vxor *purior & virginior quò plures operum fœtus parturierit.*

Coniugem *caſtam relinquunt qui neglectis litteris ſacris, externis ſe ſacrant.*

Quæ præſtanda vt prophana eruditio in vxorem *ducatur.*

Prophanæ eruditionis ſcholæ ſine Chriſto lupanaria.

Externa ſcientia ſcientia vanitatis.

Aquæ turbatæ *externa doctrina comparata.*

Vanæ ſapientiæ ſectatores mortuos *referunt.*

Secularis ſcientiæ vinum *curioſitate inebriat.*

Diuinæ ſapientiæ ſeruiat *externa eruditio.*

Externæ ſapientiæ facundia plenis rebus *accommodanda.*

Aurea *non* lutoſa *ſapientia in nobis ſit.*

Externi ſcriptores ſuam laudem *quærunt, non Dei.*

Noxia doctrina paleæ *comparata.*

682. AQuæ ſapientiam non ſemel comparaui, aquatum metaphorâ doctrinam exhibuimus cum probæ notæ auctoribus; hîc non ſiſto: vt nexum cum aquis nuptiæ habent, habet & doctrina, vt coniux cultoris ſui doctrina illa ſit, cui quis ſe totum tradit.

Bona coniux Dei ſapientia. S. Auguſt.

Bona coniux Dei ſapientia eſt, cui adhærere debet, qui cupit adhætere Deo; ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 15. ita de hac coniuge ſentit: *Vbi erit requies? Saltem in cubili cordis, vt tolles te ad interiora conſcientiæ tuæ, ſi ibi inueniſti fortem* CONIVGEM, *quæ tibi non faciat amaritudinem, ſapientiam Dei, cum gratia, coniungere? Quieſce intus in cubili tuo, non inde te eiiciat fumus malæ conſcientiæ.*

Vxor noſtra ſapientia. Olymp. *Sapientia vxor purior & virginior quò plures operum fœtus parturierit.*

Non aliena à nuptiis ſapientia eſt, vxoris titulo doctrina gaudet, adhætere cultoribus ſuis vt vxor amat; nam vt ait Olympiodorus in Eccleſiaſtem cap. 9. SAPIENTIA VXOR NOSTRA *dicitur ad conuincendum, tanquam ex vxore bonorum operum liberi ſunt procreandi.* Vxor iſta eò virginior, purior, & illibatior eſt, quò plures huiuſmodi fœtus ediderit, deuirginatur ſi non pariat, à partu caſtior ſit, quæ & partu puritatem ſibi parit, dum parit caſta eſt, quia fœcunda; vix eſſet caſta niſi eſſet fœcunda, hic à ſterilitate impuritas eſt.

Coniugem caſtam reliaquunt qui neglectis litteris ſacris externis ſe ſacrant. S. Pet. Dam.

Illi, qui in ſacram aliquam familiam nomen ſuum dederunt, & grammaticæ regulas ſtudioſius ſeruant, quam ſui inſtituti, pares iis ſunt, qui nuptiali fœdere, legitimoque coniugio violato, ad lupanaria ſe conferunt, & ad illas quæ pudicitiam ſuam proſtituerunt; rem egregiè vrget ſanctus Petrus Damianus, cuius verba hîc deſiderari nolo: ſic igitur ille ſcribit opuſc. 13. cap. 11. *Parui pendentes regulas Benedicti regulis gaudent vacare Donati. Hi porrò faſtidientes Eccleſiaſticæ diſciplinæ peritiam, & ſæcularibus ſtudiis inhiantes, quid aliud quam in fidei thalamo coniugem relinquere caſtam & ad ſcenicas videntur deſcendere proſtitutas? Et vt ita fatear meretricum lenociniis oblectati dant repudium liberis: vt violato nuptiali fœdere ſocientur ancillis. Deſerunt vxores Laban videlicet filias, & ad lupanares tranſeunt concubinas: vt meritò cum Bala vetere, & cum Zelpha vaniloqua videantur vrbanitate, &c.*

Quod ſi prophana eruditio tanquam legitima vxor ducenda ſit, ea omnia in hoc coniugio 683. ſeruanda ſunt, quæ ſeruari Deus iuſſit, cum cuipiam ex Iſraelitico populo in vxorem eſſet ducenda mulier, quæ in hoſtium bello eſſet capta: Rem elegantiſſimè verſat idem ſanctus Pater eodem loco: vt religio fuerit aliquid ab eius verbis elidere: ſic igitur ille ſcribit: *Ex his, quæ antè didicimus ſuperflua quæque præcipimur detruncare. Vnde per Moyſem lege decernitur, vt mulieri in bello captæ, & in coniugium victoris electæ corporis ſuperfluitas abſcindatur: Quæ radet, inquis, cæſariem, & circumcidet vngues, & deponet veſtem, in qua capta eſt ſedenſque in domo tua flebis patrem, & matrem vno menſe: & poſtea intrabis ad illam, dormieſque cum illa, & erit vxor tua. Mulieri quippè cæſariem radimus cum rationalis diſciplinæ ſenſus ſuperfluos amputamus: vngues etiam circumcidimus cum ab ea mortua quæque ſuperſtitionum opera deſecamus. Quæ etiam veſtem deponere in qua eſt capta præcipitur: vt ſuperductam fabularum, & quorumlibet figmentorum exuat ſuperficiem, ac ſolidam veræ rationis exhibeat veritatem. Patrem verò, & matrem deflet: quia liberalium auctores artium mens noſtra deputat & eos in errore periiſſe compatiendo deplorat. Conſuetudo autem fœminarum eſt, per vnumquemque menſem ſui ſanguinis effuſione purgari: poſt mēſem itaque ad hāc mulierē intrare præcipimur, vt artē cuiuſlibet diſciplinæ omni ſuperſtitionū cōtagio defæcata, velut in coniugiū ſortiamur, quatenus iam Iſraelitica facta, conſequenter in Iſraelita coniugiū tranſeat, & bene fœcundam ſpiritualium operum ſobolem reddat. Et hæc omnia illis proculdubio congruunt, qui in ſæculari militia liberalium ſtudiorum artibus inſtruuntur: cæterū quibus non licet etiam cum hoſpitibus loqui, in quibus videlicet ipſe Chriſtus alloquitur & ſuſcipitur: qui non niſi ad interrogationem os aperire debemus, & cū reficimur ex ipſa etiā ſacra lectione conſulere non audemus, quomodo liceat theatralia Grāmaticorū gymnaſia inſolenter irrūpere, & velut inter nūdinales ſtrepitus vana cum ſæcularibus verba conferre. Hæc autem aduerſus Monachos nugis exteriorum artium implicatos diximus: vt eorum vanitas quam procul a linea rectitudinis exorbitet, monſtraremus.*

Quæ præſtanda vt prophana eruditio in vxorem ducatur S. Pet. Dam.

Huc quoque ſpectauerat ante S. Petrum Damianum Origenes, qui hos ducendę vxoris ritus ad prophanę eruditionis vſum tranſtulit hom. 7. in Leuiticum, vbi hæc inter alia habet: *Quæcūque benè, & rationabiliter dicta inuenimus apud inimicos noſtros, ſi quid illos ſapiēter, & ſcienter dictū legimus, oportet nos mundare id, & à ſcientia quæ apud illos eſt auferre, & reſecare omne quod emortuū, & inane eſt, hoc enim ſūt omnes capilli capitis, & vngula mulieris ex inimicorum ſpoliis aſſumptæ & ita demū facere eā nobis vxorē:* vt legitimos ex ea ſēſus producamus. 684.

Orig.

Alioquin nimis infœcūda, ſterilis, turbida, illa doctrina eſt, quę in ſuo habitu incedere permittitur: Scholæ ſæcularis eruditio, quæ nunquā Deū ſonat, lupanaribus pariabat ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 5. *Hinc eſt quod luxurioſus*

Prophanæ eruditionis ſcholæ ſine Chriſto lupanaria. S. Pet. Chryſ.

per deſiderium ſæcularis eloquentiæ per ſcholarum lupanaria, per triuia ſectarum, diſſipauit Dei patris dementi diſputatione ſubſtantiam.

Externa ſcientia. ſcientia vanitatis. Pet. Bleſ.

Externam ſcientiam vanitatis appellat Petrus Bleſenſis: ſic enim ille ſcribit epiſt. 13. *Scio equidem quod ſciolus es, & tecum aliquid de ſcholari ſcientia attuliſti in clauſtrum. Veruntamen non exiſtimes te habere ſpiritum Dei, donec draco Moyſi deuoret dracones Pharaonis: donec ſcientia charitatis euacuet* SCIENTIAM VANITATIS.

Aquæ turbatæ externa doctrina cōparata. S. Auguſt.

Aquæ turbatæ externam doctrinam, prophanamque eloquentiam comparabat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 103. *Sonat ſtrepitus vocis Tulliana, Cicero legitur, aliquis liber eſt, dialogus eius eſt ſiue ipſius, ſiue Platonis, ſeu cuiuſcunque talium, audiunt imperiti, infirmi, minoris cordis, quis audet illuc aſpirare? Strepitus ibi aqua & forte turbata, certè tamen tam rapaciter fluentis, vt animal timidum non audeat accedere & bibere.*

Vanæ ſapientiæ ſectatores noctuas referunt. S. Baſil.

Vanæ ſapientiæ ſectatores noctuas referre cenſet ſanctus Baſilius in Exam. hom. 8. *Quomodo* NOCTVÆ *oculis ſimiles ſunt vanæ ſapientiæ vacantes. Nam illius viſus nocte quidem validus eſt, ſole autem ſplendente obſcuratur: & horum mens acutiſſima quidem eſt ad vanitatis ſpeculationem, verum ad veræ lucis intelligentiam obfuſcata eſt. In die autem valde facile eſt tibi vndequaque miraculum conditoris apprehendere.*

685. *Sæcularis ſcientia vinū curioſitate inebriat. S. Bern.*

Sæcularis ſcientiæ vinum curioſitate inebriare non charitate implere aſſerebat ſanctus Bernardus ſerm. 9. in Cant. *Vnde & vbera tibi intumuerunt, facta in vbertate lactis meliora* VINO SCIENTIÆ SÆCVLARIS, *quod quidem inebriat, ſed curioſitate, non charitate.*

Diuinæ ſapientiæ ſeruiat externa eruditio. S. Cyril. Alex.

Ne noxia externa eruditio, & ſapiētia ſit, Deo, & veritati litet, diuinæ ſapientiæ ſeruiat, & ancilletur, adeò vt linguæ facundiā veluti hoſtiam Deo immolemus, huc nos vocabat ſanctus Cyrillus Alexandrinus in collectaneis cap. 8 *Accipit aliquis ex Ægypto, & Pharaone, & offert Deo, accipiens ab impia philoſophia, ac eruditione veluti hoſtias linguæ facundiam, & eloquentiam, & ea admiſcēs dogmatibus pietatis, & per ea quæ ſunt artificioſa pietati, & diuino cultui opem ferens, & ex armis mendacij efficiens arma veritatis.* Quàm abeunt ab hac mēte noſtræ & omnis ætatis hæretici, qui armis veritatis vtuntur, vt veritatem arietent, mendacio famulentur, diuinaſque litteras prophanæ ſubiiciunt, non prophanas diuinis.

Externa ſapientiæ facundia plenis rebus accommodanda. S. Paulinus.

Inanis ſapientiæ facundia plenis eſt rebus accommodanda, & medullatū veritatis corpus ſcitis ſermonibus exornandum; ſic enim loquitur ſanctus Paulinus ad Iouium epiſt. FVCVM *illum facundiæ quo decipit vana ſapientia plenis rebus accommodes, ne vacuum figmentorum, ſed medullatum veritatis corpus exornans non ſolis placitura auribus, ſed & mentibus hominum profutura mediteris.*

686. *Aurea non lutoſa ſapientia in nobis ſit. Rich.*

Auream, non lutoſam ſapientiam in nobis requirebat Richard. in Cant. cap. 12. *Vt aureum ſit reclinatorium, aurum etiam ſpiritualis ſapiētiæ habere ſtude, non ſit ſapientia tua* LVTOSA, *ſed* AVREA, *non terrena, animalis, diabolica, ſed ſpiritualis & diuina. De hac ſpirituali ſapientia abyſſus humanæ ſapientiæ dicit, non eſt in me, & mare, id eſt, amaritudo vitiorum dicit, non eſt mecum.*

Externi ſcriptores ſuam laudem quærunt non Dei. Saluian.

Hac ferè nota externi ſcriptores laborant, vt ſua potius laude, quam alieno commodo conſulerent; ita Saluianus Epiſcopus Maſſil. in præfat. prima, lib. de Gubernatione Dei. *Omnes in ſcriptis ſuis* CAVSAS TANTVM EGERVNT SVAS, *& propriis magis laudibus, quam aliorum vtilitatibus conſulentes, non id facere adnixi ſunt vt ſalubres ac ſalutiferi, ſed vt ſcholaſtici, ac diſerti haberentur. Itaque ſcripta eorum aut vanitate ſunt tumida, aut falſitate infamia, aut verborum fœditatibus ſordida, aut rerum obſcœnitate vitioſa.*

Noxia doctrina paleæ cōparata. S. Hier.

Noxiam doctrinam paleæ comparat ſanctus Hieronymus lib. 4. in Ieremiam vbi ait: *Pulchrè doctrina peruerſa* PALEIS *comparatur, quæ medullam non habent, nec poſſunt nutrire diſcentium populos, ſed de inanibus ſtipulis conteruntur.* Nimis leuis eſt, qui leues doctrinæ paleas quærit.

EXCVRSVS LVI.

De ſacris tractationibus nonnulla tractantur.

Ad dicendum ſe aquæ potu *comparaſſe veteres dicebant.*

Sacri tractatores à balneis *ſuos auditores auocabant.*

Manu *ſibi frontem aliquando* feriebant *auditores.*

Cur aliqui concionatores *in feſto Cōceptionis B. Virginis ab hoc argumento abſtinerent?*

Concionatores *ſuos auditores ita inuitant, vt ab illis alios inuitari vellent.*

Ob acres calores à concionandi *munere quādoque abſtinebant.*

Concionatores *in ſuggeſtu quandoque referebant quod in illis alij reprehenderent.*

Concionatores *emiſſum ſudorem in auditorum vtilitatem eſſe cupiebant.*

Quid olim ſacri tractatores *à ſuis exigerent.*

Quibus permitterent vt ſederent *olim concionatores.*

Ii perſtricti qui ne eadem audirent à concionibus *ſe abducebant.*

In ſuggeſtu *aliquando ſe in orbē conuertebāt.*

Auditorum plauſus *vt compeſcerent.*

Plauſus *ſacer tractator non quærat.*

Digitis *aliquando in concione loquebantur.*

Æri candenti *cur prædicatio comparata.*

Prædicationis verbum cum ſolis radiis *confertur.*

Quàm efficax *docentis vox.*

Ad ſuorum auditorum captum *ſeſe accommodet doctor.*

Nihil leue, *nihil* vacuum *habet qui aliorum eſt doctor.*

Ex corde *emittenda doctrinæ verba.*

Prædicatoris puritas.

Veri doctoris *eſt, vitam ſuam ſuis auditoribus imitandam proponere.*

Sacri tractatores ſe aliò ituros *auditoribus ſuis manifeſtabant quaſi licentiam eſſent impetraturi.*

MVltus alibi de hoc argumēto fui, multa de ſacris tractatoribus, de doctoribus ſacris 687.
ſparſim

ſparſim tradidi, vt leuior mihi hic labor ſit ſubeundus, itaque præter tradita hæc quoque adiecta volo, nam affinis doctrinæ doctorum tractatio eſt, præſertim cùm neque hic ab aquis prorſus abſtineamus.

Ad dicendum ſe aqua potu comparaſſe veteres videbant. Ariſtoph. Schol. Demoſth. Dion. Cic.

Veteres olim ſe ad dicendum aquæ potu cõparaſſe notatum nobis eſt; Ariſtoph. in Clem. *Scio quomodo te paraſti noctem inſomnem ducẽdo, &* AQVAM BIBENDO, vbi Scholiaſtes: *Qui cauſam dicendam ſuſceperunt, ſi non admodum ſint à natura comparati ſedulo exercentur inter priuatos parietes, & de nocte vigilant, & aquam bibunt.* De Demoſthene Libanius: AQVAM BIBEBAT, *vt ingenio eſſet vigilantiore*, & Calenus apud Dionem lib. 46. de Cicerone: *Ipſe aquam vt refert bibens, vt orationes contra nos elucubrare poſſit.*

Sacri tractatores à balneis ſuos auditores auocabant. S. Chryſ.

Sacri olim tractatores ſuos ad Eccleſias in villis erigendas inhortabantur, à fori, & balneorum ædificiis auocabant, ſeriò id præſtitit ſanctus Chryſoſtomus vt apparet ex illius verbis hom. 18. in Act Apoſt *Fora, ac* BALNEA *faciunt multi, Eccleſias autem non item, & omnia magis quam has. Ideo oro, ac ſupplico, & gratiam peto, imo & legem pono, vt nullus qui habet villam, appareat carere Eccleſia. Ne mihi dixeris propè eſt, in vicina eſt, magnus eſt ſumptus, non magnum commodum: ſi quid habes inſumendum in pauperes, illuc inſume, melius illuc quam ibi educa magiſtrum, educa Diaconum, & Sacerdotalem ordinem.*

Manu ſibi frontem aliquando feriebant auditores. Idem.

Inter conciones, ſi concionator aliquid dixiſſet, quod pudorem auditoribus incuteret, manu ſibi frontem feriebant, operiebant vultum, meminit huius moris ſanctus Chryſoſtomus hom. 21. ad Pop. VVLTVM OPERVISTIS, FRONTEM PERCVSSISTIS, *& ad terram inclinaſtis*, & ſerm. 16. de diuerſis: *Cum hæc*, inquit, *dicerem, plures ex vobis vidi faciem percutientes.*

688.

Cur aliqui concionatores in feſto conceptionis B. Virginis ab hoc argumento abſtinerent. Bernardin.

Olim aliquos verbi Dei concionarores hic timor inuaſerat, vt in feſto conceptionis Beatiſſimæ Virginis ab huius argumenti tractatione abſtinerent, ne ſcilicet aliter ſentiẽtium linguas in ſe acuerent, & maledictis proſcinderentur, quod Dei matrem ab originali maculâ piè vindicarent: Meminit huius moris, quem etiam damnat Bernardinus de Buſtis 1. part. ſui Marialis ſerm. 9. in hæc verba: *Aliqui Prædicatores falluntur, qui* DIMITTVNT PRÆDICARE DE CONCEPTIONE B. VIRGINIS, *maximè in die ſuæ ſolemnitatis, timentes aliquos prædictæ conceptionis aduerſarios aduerſus ſe concitari. Bonus namque ac fidelis ſeruus non debet à laudibus Domini, ac Dominæ ſuæ deſiſtere, licet aliquos videat de prædictis laudibus indignationem habere. Ideo, vt intellexi, cum ſupraſcriptus pater, frater Bernardinus Feltrinus præfato reſpectu non ſoleret prædicare de conceptione Virginis benedictæ: quadam vigilia cõceptionis interrogauit eum Pater Frater Sixtus de Mediolano Ordinis noſtri, de quo vellet in craſtino prædicare. Cui ille reſpondit, quod prædicare nolebat de conceptione, ratione prædicta, ſed aliqua alia ad B. Virginis gloriam intendebat dicere. Prædictus autem pater eum hortatus eſt, vt de immaculata Virginis conceptione prædicaret, & matrem Dei quantum dignè poterat laudaret: nec à laude Dominæ noſtræ propter talium murmurantium indignationem deſiſteret. De talibus enim qui ex maleuolentia, vel obſtinatione ſcandalizantur, dici poteſt illud, quod de Phariſæis, qui de verbis Chriſti ſcandalizabantur, dixit ipſe Dominus diſcipulis ſuis, Matth. 15. ſcilicet: Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Quapropter præfatus Pater frater Bernardinus iſtius ſancti viri, qui in vita, & in morte miraculis claruit perſuaſione confortatus, poſtea ſemper de ipſa conceptione prædicauit, credens hanc eſſe Beatiſſimæ Virginis voluntatem, quæ ad hoc inſinuandum ſuæ conceptionis deuotis multas gratias elargitur. Nam tempore Blancorum cum Mediolani eſſet maxima peſtis, fecerunt Mediolanenſes votum Beatæ Virgini, quod ſi eos liberaret, feſtum ſuæ immaculatæ conceptionis celebrarent. Quo emiſſo voto, a dicta peſte liberati ſunt. Intellexi etiam quod primus Dux Mediolani tam præclarum conſequutus eſt dominium: Quia ad exhortationem Magiſtri Petri de Candia, qui poſtea fuit Summus Pontifex, deuotionem præcipuam ſemper habuit conceptioni Beatæ Virginis matris Dei: quam deuotionem ſæpius per ſanctiſſimam ſuam conceptionem inuocabat.*

Concionatores ſuos auditores ita inuitabant vt ab illis alios inuitari vellent. S. Chryſ.

Olim ſacri tractarores ita ad conciones auditores ſuos inuitabant, vt vellent eos alios ad templum trahere, vt non ſoli venirent; ſanctus Chryſoſtomus orat. in laudationem ſancti Martyris Iuliani venatores vult eſſe auditores ſuos; hæc illius verba; *Cum propoſitam mercedem nouerimus, ne* VENATIONEM *negligemus, neque ſoli die craſtina reuertamur, ſed vnuſquiſque* PRÆDAM SECVM HABENS *adueniat, quæſtum igitur animo verſantes, quem inde collegimus ante vrbem omnes effuſi comprehenſos fratres noſtros huc reducamus, vt craſtino etiam die plenum nobis theatrum reddatur ac feſtos conuentus ſit perfectus.*

689.

Ob acres calores à concionãdi munere quandoque abſtinebant. S. Pet. Chry.

Ob acres vehementéſque æſtus, & calores ſacri olim tractatores à concionandi munere abſtinebant aliquando, ne nimio æſtu corriperentur auditores, id præſtitiſſe ſanctum Petrum Chryſologum ex ipſiſſimis eius verbis diſcimus, ſic ille loquitur ſerm. 51. *Quia ſolito plus ſeſe terris* ÆSTVS INFVDERAT, *diu tacui, ne complexio, quæ ex deſiderio naſcitur audiendi, ipſa nobis cynocaumatum generaret incendium, nunc vbi aërem temperies mutauit Autumni, dominicum iuuante Domino reuocamur ad verbum.*

Concionatores in ſuggeſtu quandoque referebant quod in illis aliq reprehenderint S. Chryſ.

Sacri tractatores in ſuggeſtu plerunque referebant, quod ab aliquibus auditoribus in illis reprehẽſum, ita ſanctus Chryſoſt. hom. de conuerſione ſancti Pauli: REPREHENDERVNT *nos amicorum quidam, quod* PRODVCTIORA SERMONVM INITIA *faciamus. Igitur ſiue iniuſte illi taxent, ſiue iuſtè ſententiam ferant, vtpote de his, quæ a nobis audierunt: hic quaſi in foro, in quo omnibus iudicare conceſſum eſt, nos hoc primum præfatione demonſtrabimus quod illis ob hanc reprehenſionem gratiam habemus.*

Concionatores emiſſum ſudorem in auditorum vtilitatẽ eſſe cupiebant. S. Aug.

Sacri concionatores ſudorem in concionando emittentes, auditoribus rem ita manifeſtabant aliquando, vt ad profectum illorum eſſe vellent, non in accuſationem; ita loquitur ſanctus Auguſtinus in Pſal. 93. SVDOR ISTE NOSTER *ſit vobis in profectum ſalutis, non in teſtimonium accuſationis.*

Quid olim ſacri tractatores à ſuis exigerent. S. Chryſ.

Olim ſacri tractatores ab auditoribus ſuis poſtulabant vt ſaltem vno per hebdomadam die Euangelicas lectiones domi percurrerent, & aliquid obſcurum adnotarent, & quid pugnare videretur, cum verè non pugnaret, feciſſe id ſanctum Chryſoſtomum ab eius verbis diſcimus, nam in Ioannem hom. 10. ait: *Quid igitur à vobis contendimus, vt* VNA DIERVM IN HEBDOMADE, *vel ſaltem ſabbato, cura vobis ſit Euangelicas legere lectiones, quas ante has conciones in manibus habere, domi frequenter repetere, earum diligenter ſenſum diſquirere, quid clarum, quid obſcu-*

Digitized by Google

rum in his ſit adnotare velitis, quid pugnare videatur, cùm non pugnet.

Quibus permitterent vt ſederent olim ccionatores. S. Aug.

690. Concionatores olim pedibus, aut alia corporis parte laborantibus permittebant, vt in longioribus lectionibus, aut paſſionibus ſedere poſſent, ſi non poſſent ſtare: ſanctus Auguſtinus lib. homiliarum hom. 26. ita loquitur: *Ante aliquot dies propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inæqualitate laborant, paterna pietate ſolicitus conſilium dedi, & quodammodo ſupplicaui, vt, quando aut paſſiones prolixæ, aut certa aliqua lectiones longiores leguntur, qui* STARE *non poſſunt, humiliter, & cum ſilentio* SSDENTES *attentis auribus audiant, quæ leguntur.*

Iſ perſtricti qui ne eadem audirent à concionibus ſe ſubducebant. S. Chryſ.

Eos qui à concionibus ſe ſubducebant, hoc prætextu ne eadem ſemper audirent, ita arguit ſanctus Chryſoſtomus hom. 3. in epiſt. 2. ad Theſſal. *Dic mihi vnam ex illis, ſed non dicis. Prætextus hæc ſunt, & verba: licet, inquit, eadem audire quotidie. Quid vero, dic quæſo, in theatris non eadem audis? in ſtadiis, & equorum curriculis non eadem vides? Non idem Sol ſemper oritur? non iiſdem vtimur alimentis?*

In ſuggeſtu aliquando ſe in orbem conuertebant. Demoſth.

In ſuggeſtu quoque aliquando ſe Rhetores in orbem conuertebant. Demoſtheni hoc obiicitur orat. contra Creſiph. dum ait: *Rurſus cum in ſuggeſtu te in* ORBEM CIRCVMAGENS *dicebas.*

Auditorum plauſus vt compeſcerit. S. Chryſ.

Auditorum plauſus ſacri tractatores aliquando compeſcebant, compeſcuit ſanctus Chryſoſtomus, cuius hæc ſunt verba hom. 10. in acta Apoſt. *Quæ ſudorum meorum vtilitas, ſi auditores è verbis meis nullum fructum accipere volunt? & ſæpius cogitaui ponere legem plauſus prohibentem, & ſuadentem, vt cum ſilentio, & conuenienti decentia audiatis, ſed ſuſtinete oro, & credite mihi, & ſi placet hanc nunc legem firmabimus, ne quis auditor plaudat, quandiu nos loquimur.*

Plauſus ſacer tractator non quærat. S. Greg. Naz.

Plauſus ſacer tractator quærere non debet; Peritè ſanctus Gregorius Naz. de vitæ differentiis: *Nec in ſacris locis aut ſolus, aut multis in vnum coactis honoratiore ſubſellio ſedens, proiecta ſpirituali doctrina, in hoc tantum elaborabo, vt auribus grata proloquar, eáque ratione comitatis laudem, vulgique beneuolentiam mihi conciliem,* PLAVSIBVS *gaudens, ac velut in theatris tripudians, funambuliſque vt ita dicam, in verbis athletarum more colluctantibus, inſaniſque aurigis Circenſi certamine inter ſe contendentibus haudquaquam abſimilis nihil minus curans, quam vt iracundiam ex auditorum animis euellam.*

Digitis aliquando in concione loquebantur. Plut.

691. Olim qui in concione populum alloquebantur, populo eius vocem non excipiente digitis loquebantur: Plutarchus in Pompeio: *Roſcio incipienti dicere nemo præbuit aures. Tum ille* DIGITIS *ſignificauit, ne ſolum, ſed addito collega deſignarent Pompeium. Ibi offenſum populum adeo ferunt ſucclamaſſe, vt ſuperuolitans foro coruus caligine captus atque in turbam ſic delapſus.*

Æri candenti cur prædicatio comparata. S. Greg.

Æri candenti cur prædicatio comparetur explicat ſanctus Gregorius hom. 3. ſuper Ezech. ad illud: *Et ſcintilla quaſi aſpectus æris candentis,* ait enim: *Æris metallum valde ſonorum eſt, & recte voces prædicantium* ÆRI *comparantur, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Benè autem æs candens dicitur, quia vita prædicantium ſonat, & ardet. Ardet enim deſiderio, ſonat verbo. Æs ergo candens, eſt prædicatio accenſa.*

Prædicationis verbum cum ſolis radiis conferatur S. Chryſ.

Prædicationis verbum cum ſolis radiis ita conferebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 16. ad pop. *Sicut* RADIVM *vincire poſſibile non eſt, nec domi concludere, ſic nec prædicationis verbum, & quod multo amplius eſt, doctor vinctus erat, & verbum volabat: ille carcerem habitabat, & doctrine alata paſſim currebat.*

Quā efficax docentis vox. Hugo.

Adeo quandoque efficax docentis, & prædicantis vox fuit, vt vel magnorum criminum confeſſionem ab auditorum ore exſculperet, publicéque auditores crimina ſua ſponte faterentur; de ſancto Hugo ita ſcribit auctor illius vitæ Hugo: *Denique in tantum auditores eius interdum prædicatione eius mouebantur, vt* CAPITALIA ETIAM ALIQVA CRIMINA, *Deum magis verentes, quam homines publicè faterentur. Quod ſequens declarabit exemplum. Apud Vinnacium Caſtrum populo multo ad dedicationem Eccleſiæ congregato, verbum fecit, quo in multas lachrymas audientium corda reſoluit. Ibi mulieres duæ, quæ ſicut apparuit, eius verba profundius aure cordis imbiberant, audientibus pluribus ſcelera confeſſa ſunt quæ commiſerant & poſterior quidem quid dixerit non ſatis habemus compertum, prior autem ſuum ſe prodidit occidiſſe maritum. Cúmque vir Dei necis exquireret modum, retulit in eſcam ſe dediſſe venenum.*

Ad ſuorum auditorum captum ſeſe accommodet doctor. S. Athan.

692. Non eſſe maiori lumine quam ferre queant auditorum mentes feriendas, ſed eſſe doctorum munus ſeſe ad illorum captum accommodare, qui aurium ſuarum vſum ipſis accommodant, colligo ex illo, quod habet ſanctus Athanaſius quæſt. 84. quærens cur animalia poſt luminaria creauerat, plantas verò ante, ſic enim ille nodum ſoluit: *Quare plantas ante luminaria creauit Deus, animalia vero poſt? Reſpon. Propterea quod plantæ ſunt inanimata, & non habent oculos, ſunt ante luminaria creatæ. Splendorem enim lucis portabant, poſt luminaria vero tandem animalia creata ſunt. Nam lucem illam magnam, quam Deus fecerat in luminaria diuiſit: quæ lux hinc inde diſperſa, aliquatenus eſt imminuta, quod niſi factum fuiſſet, non potuiſſent animalia ſuſtinere magnū iubar, & ſplendorem tanti ignis*; idem in homines homines præſtent, ne maiori eos lumine perfundant, quam ferre eorum imbecillitas poſſit.

Nihil leue, nihil vacuū habeat qui aliorum eſt doctor S. Nilus.

Qui luce perfundere alios debent, nihil leue, nihil vacuum debent in ſe habere; hinc candelabrum ſolidum olim erat, vt quod tetigimus recte doceret; Sanctus Nilus in Aſceticis rem ita verſabat: *Vt & omnium infirmitates magna cum patientia ferant, & quæ illos propter ignorantiam latent, æquo animo doceant. Idcirco boues in templo peluim ſuſtinent. Candelabrum verò ſolidum atque tornatile eſt. Ac candelabrum quidem indicat, qui cæteros illuminare profitetur, omnibus eſſe partibus ſolidum, &* NIHIL LEVS, NIHIL INANE *habere, aut vacuum oportere; omniáque ſupervacanea, atque inutilia, vt inculpatæ vitæ exemplum intuentibus præbeat, circumcidere, & amputare.*

Ex corde emittenda doctrinæ verba. Agell.

693. Eccleſiæ doctor corde eruditus eſſe debet, non ore dumtaxat, rudis eruditio eſt, quæ in ore tantum radices habet; Benè noſter Agellius in Pſal. 89. *Sed oſtende illos eruditos corde, qui non ore tantum, ſed etiam ex corde eructent verba ſapientiæ, & ſpiritu ſapientiæ plenos, quales fuerunt Chriſti tempore Apoſtoli, & Euangeliſtæ, & Doctores, qui doceant populum quæ ſit voluntas tua.*

Prædicatoris puritas. Oleaſt.

De prædicatoris puritate hæc habet Oleaſter in cap. 6. Iſaiæ verſic. 7. *Solebat Dominus Prophetas* PVRGARE *antequam eos mitteret ad prophetandum. Vnde Ieremias dicit, Deum miſiſſe manum, & os eius tetigiſſe. Et hæc erat illorum*

ſancti

ſanctificatio Hoc autem Dominus faciebat, ne populus vati diceret: Medice cura te ipſum.

Veri doctoris eſt vitam ſuam ſuis auditoribus imitandam proponere.

Veri doctores vitam ſuam diſcipulis imitandam proponant, vt ſcriptores præſtant, ſcita exemplaria diſcipulis offerentes. Petitè ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 259. *Vt ſcribæ*, inquit, *accepto ſtylo quàm elegantiſſimè litteras pingentes, eum tyronibus quoque ſuis prebent, vt quantum facultas ferat, eos imitari poſſint: eodem modo magiſtris etiam & præceptoribus faciendum eſt, vt* VITAM SVAM TANQVAM IMAGINEM QVANDAM *ſcite depictam, diſcipulis proponant, quò eam, quantum vires tulerint, imitentur.*

Sacri tractatores ſe aliò abituros auditoribus ſuis manifeſtabant quaſi licentiam eſſent impetraturi. S. Greg. Nyſ.

Sacri tractatores aliò vrgente neceſſitate, abituri ad ſuorum auditorum notitiam id publicè dicebant tanquam ab illis eſſent dimittendi. Sanctus Gregorius Nyſſenus orat. 1. in verba: *Faciamus hominem*, in calce ita loquitur: *Verum in præſentia negotij cuiuſdam cauſa* NOS ITER FACTVROS DIMITTITE, *vt celeriter vobis incolumes redditi, quod reliquum eſt æris alieni perſoluamus, illius auxilio confiſi, qui nos procreauit, quique ſingulas in nobis partes tam egregiè perfecit & abſoluit: cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

EXCVRSVS LVII.

De librorum portu, librorum ſcriptione, ac lectione.

Tutus librorum potus.
Potus, *& ſitis metaphora in ſcriptione adhibita.*
Librum legis *quanta religione Hebræi colant.*
In contrectando *legis libro quàm religioſi Iudæi ſint.*
In libris iudicandis *facilè vt in filiis auctor fallitur.*
Sacri libri quàm vtiles.
Lex *de legum libris aliò non adſportandis.*
Perſtrictus libros emens, *& libris non vtens.*
In humero librum portare, *quid ſit?*
Primus liber totus hic mundus.
Lex *de ſcholarium libris pro pignore exhibentur.*
Regium eſt amare litteras, *amare libros.*.
Librariorum *opera commendatur.*
Chriſtus *vt librum referat.*
Singularis ſcribendi ritus *apud Iaponios.*
Ad ſcribendum citò accurrere *nemo debet.*
De Ægyptiorum litteris, *& ſcribendi ritu.*
Hebræorum mos in alphabeti *vſu.*
Veræ latinitatis *vera nota.*
Eloquentia *in ſcriptione qui excuſata?*
Barbariſmus, *&* ſolœciſmus *etiam in operando.*
Amata lectio *quæ?*
Inanis lectorum verborum *pompa.*
Verborum aucupes *haud timendi.*
Verborum flores *ſectari nullus debet.*
In libro Vniuerſi *quinam paruuli Abecedarij dicantur.*
Res *potius quàm* verba *in operibus ſpectanda.*

IN aquis ad portum nos recipiemus, ſi ad li- 694.
bros; de illis igitur aliqua hic adiiciemus, nam plura alibi de hoc argumento dedimus, quæ nos hìc breuiores eſſe ſecerunt.

Tutus librorum portus. S. Ambr.

Tutum libros ipſos portum eſſe indicat ſanctus Ambroſius Procem. lib. 4. in Lucam vbi ait: *Certè ſi quis* INFIDÆ RATIS *vitia perſpexerit, tanquam frequenti librorum portu abiecto aurium vela deponat, lectionis anchoram figat, non videtur deſeruiſſe nauigium, ſed confeciſſe curſum, ſi deſcendit in portum.*

Potus, & ſitis metaphora in ſcriptione adhibita. Arnob.

Potus, & ſitis, ac bibendi metaphora in ſcriptione vtitur Arnobius in Prolog. commentar. in Pſal. *Alij*, inquit, *parauerint vina fragrantia, mella, alij nectareis plena liquoribus* POCVLA, *nos ex ſarculo oris noſtri, terram hinc inde lacero verberantes impulſu, Dauidicum laticem, licet tenuiter* SITIM *patientibus aperimus ſitientes vt* BIBANT.

Librum legis quanta religione Hebræi colant. Hebr.

Quanta reuerentia librum legis Hebræi colant, quanta religione, apparet ex his quæ in שלחן ערוך tract. de hac re: *Tenetur quilibet* MAGNO HONORE PROSEQVI LEGIS LIBRVM; *atque adeò præceptum eſt, vt locus ille ſingularis dicetur, illúmque reuereri & exornare decentius quàm fieri poteſt, non decet contra illum ſpuere, non verenda retegere, nec pedem contra extendere: nec efferre illum, tanquam vulgare onus, nec humeros illi obuertere, niſi ſit altior homine decem palmis, ſed decet magna grauitate coram lege conſiſtere cum timore, & tremore.*

In contrectando legis libro quam religioſi Iudæi ſint. Hebr.

In deferendo libro legis, & contrectando 695.
maximè religioſi Iudæi ſunt, dabo hic aliqua digna quæ in omnium notitiam proueniant; in שלחן ערוך tract. de libro legis ita ſcribitur; *Si quis ab vno loco ad alium eat cum libro legis, in ſaccum illum* CONIICERE *non debet, aut* DEFERRE ILLVM *ſuper aſinum adeò vt ipſe eodem iumento vehatur; ſed debet illum in ſinum* AD COR, *& deinde equitare ille poteſt, niſi aliud latronum timor ſuadeat.*

In libris iudicandis facilè vt in filiis auctor fallitur. S. Ambr.

Libros liberis pariaui, & pariatos à bonis auctoribus ex bonis auctoribus dedi, dum filios audis, cauendum ne aliquis in eorum iudicio auctori ſubrepat, vt deformes non videantur, licet ſint: Audiendus hic ſanctus Ambroſius epiſt. 10. *Neſcio*, inquit, *quomodo præter imprudentiæ caliginem, quæ me circumfundit, vnumquemque fallunt ſua ſcripta, atque vt alij etiam deformes delectant: ſic etiam ſcriptorem indecores etiam ſermones ſui palpant.*

Sacri libri quam vtiles. Thom.

De bonorum, & maximè ſacrorum librorum vtilitate bene ſentiebat Thomas à Kempis, cuius verba hìc ſupprimere religio fuit; conc. 20. ita loquitur: *Sunt libri ſacri arma Clericorum, ornamenta Eccleſiarum, diuitiæ, & theſauri Doctorum, tuba Sacerdotum, ſolatia Religioſorum, epulæ deuotorum, teſtamenta ſanctorum, luminaria fidelium, ſeminaria virtutum, organa Spiritus ſancti: ſcribere ergo libros, opus Deo acceptabile, legere vtile, docere commendabile, prædicare ſalubre. Quis autem legeret, vel prædicaret, niſi ſanctorum ſcripta noſſet, & niſi ſcriptor prius ſcripſiſſet. Benedicta ergo manus ſcribentis, & benedicti digiti in tali opere occupati. Exemplo ſuo te docet Ieſus digito ſcribens in terra, quatenus & tu libenter ſcribas Dei verba: quæ dum alius legit, alius etiam prædicat, præmium maximum*

de

de multiplici fructu laborum manuum tuarum conſequaris.

696. *Lex de legũ libris aliò nõ adſportãdis.* Stat.

Legum libri olim à nullo extra Cremonæ ciuitatem, & ciuitatis loca ſubiecta aliò adſportare ſine licentia poterat; in ſtatutis Cremonæ Rubr. 445. hæc leguntur: *Statutum eſt, quod nullus poſſit exportare aliquem librum legum extra ciuitatem Cremonæ, & eius diſtrictum abſque licentia, & buleta Rectoris vniuerſitatis, & quod gabellatores non poſſint facere aliquam buletam de aliquo libro exportando, niſi ille qui voluerit exportare, oſtenderit gabellatoribus prædictis ſigillum Rectoris vniuerſitatis ſcholarium, ſub pœna ſoldorum centum Imper.*

Perſtrictus libros ement. & libris non vtent. S Iſid. Peluſ.

Ementem libros, libros ſibi coaceruantem, nec vtentem libris egregiè perſtringit ſanctus Iſidorus Peluſiota epiſt. 127. lib. 1. *Plurimos libros vt audio, emiſti atque opinione locuples es, eorum lectionem ignorans, atque idem faciens, quod y qui frumentum comprimunt, ac tineas alunt. Nam libri quoque tinearum patres, & nutritij fiunt, cum vinciuntur. Quare aut opibus tuis vtere, aut ingentem eruditionem non læde, nimirum hic quoque conciues ſaluos colligens: dum librorum corrupter, aut librorum ſepulchrum, aut tinearum altor appellans atque coram Deo accuſationem conferens, vt qui ingens vtilitatis talentum occulſaris, quod aliis quidem concreditum, atque elaboratam eſt, à te autem improbè defoſſum.*

697. *In humero librum portare quid ſit.* Iob 31. S. Greg.

Quinam ſit ille, qui in humero librum portet, vtiliter explicat ſanctus Gregorius lib. 12. moral. cap. 14. ad illa verba Iob cap. 31. *Vt in humero meo portem illum (librum;)* ait enim: LIBRVM *quippe in humero portare, eſt ſacram ſcripturam operando perficere, & notandum quàm aptè deſcribitur & prius in humero portare, & poſtmodum ſicut corona circumdari, quia videlicet ſacri eloquij mandata, ſi modo bene portantur in opere poſt nobis coronam victoriæ exhibent in retributionem.*

Bonus liber totus hic mundus. S. Bern.

Bonus liber eſt, totus hic mundus, in quo legere quiſque Dei ſapientiam poteſt: Sancti Bernardi hæc ſunt verba ad illud: *Audiam quid loquatur in me Dominus meus;* ait enim: *Eſt velut* COMMVNIS QVIDAM LIBER, *& catena alligatus (vt aſſolet) ſenſibilis mundus iſte, vt in eo ſapientiam Dei legat quicumque voluerit. Erit tamen cum cœlum plicabitur ſicut liber, in quo vtique deinceps legere debeat neceſſe, quoniam erunt omnes docibiles Dei.*

Lex de ſcholarium libris pro pignore exhibendis. Stat.

De ſcholarium libris pro pignore exhibendis exſtat hæc lex apud Cremonenſes olim in caſu vt habetur in illorum ſtatutis Rubr. 444. in hæc verba: *Omnes & ſinguli vſurarij, teneantur, & debeant mutuare ſcholaribus volentibus accipere pecuniam mutuo* SVPER LIBRIS SVIS, *quos voluerint pignori dare mutuando ſuper dictis libris vſque ad duas partes pretij dicti libri, quo dictus liber æſtimatus fuerit per ſtationarium vniuerſitatis, & quod nullus vſurarius audeat mutuare ſuper aliquo libro, niſi ſcholaris dictum librum fæneratori perſonaliter præſentauerit, & prædicti vſurarij ſeu fœneratores teneantur, & debeant dare bonam, & idoneam fideiuſſionem Domino Poteſtati, vel eius Vicario de ſaluandis, & guardandis libris, vel rebus ſibi pignori datis per ipſos ſcholares, ſub pœna & in pœna in fideiuſſione contenta & quod nullus, qui dictam fideiuſſionem non præſtiterit vt ſupra dictum eſt audeat, nec præſumat mutuare, nec mutuari facere alicui Scholari, vel etiam alij pro eo, vel eius nomine aliquampec uniæ quantitatem, ſub pœna amiſſionis debiti, & librarum vigintiquinque Imper.*

698. *Regium eſt amare litteras, amare libros.* Lud.

Regium planè eſt amare litteras, amare libros: Inter ſolemnes ritus inaugurationis Abyſſinorum Imperatorum eſſe traditionem clauium regiæ bibliothecæ refert Ludouicus de Vrreta, vt hinc colligeremus quanto affectu in litteras ferre imperantis munus debeat, & quanto ſtudio laborare, vt ſcientiarum inſtrumenta libri conſeruentur.

Librariorum opera commendatur Caſſiod.

Librariorum operam ita efferebat Caſſiodorus de diuinis lectionibus cap. 30. *Accedit etiam laudibus eorum, quod factum Domini aliquo modo videntur imitari, qui legem ſuam licet figuraliter ſit dictum, omnipotentis digiti operatione conſcripſit. Multa ſunt quidem quæ de tam inſigni arte referantur, ſed ſufficit eos dici* LIBRARIOS *qui libra Domini iuſtitiaque deſeruiunt.*

Christus vt librum referat. Vgo Cat.

Chriſtus quì librum referat egregiè explicabat Vgo Catenſis in cap. 4. epiſt. ad Epheſ. ad illud: *Didiciſtis Chriſtum:* ait enim *ſicut dicitur* LIBER *addiſci à diſcipulo: Chriſtus enim eſt nobis liber, expoſitus, gloſſatus, & illuminatus proprio ſanguine, & in cruce nobis extenſus; cuius omnis actio noſtra eſt inſtructio, Pſal. 103. Extendiſti cœlum ſicut pellem Iob 31. Librum ſcribat ipſe qui iudicat.* HIC LIBER *fuit ſcriptus intus, & foris, in quo ſcripta fuerunt lamentationes, & carmen, & væ, Ezec. 2. Maria leget in eo ſuſpenſo in cruce lamentationes, latro pœnitens carmen, latro blaſphemus væ.*

699. *Singularis ſcribendi ritus apud Iaponios* Io. Pet Maff.

Singularis ſcribendi ritus eſt, quo Iapones vtuntur, rem his verbis affert Ioan. Pet. Maffæus lib. 6. hiſtoriarum Indicarum. *Ad* SCRIBENDVM *autem arctas, & oblongas adhibent è leui admodum, & tenui papyro pagellas neque verſus ab læua ad dexteram, vt Græci, neque ab dextra ad læuam, vt Hebræi; ſed ad imum ab ſummo perducunt cuius generis impreſſum volumen, atque inde tranſmiſſum, Romæ in Vaticano, itémque in Laureniana Philippi Regis bibliotheca videre me memini.*

Ad ſcribendum citò accurrere nemo debet. S. Hier.

Inſaniæ quadam notâ laborat, qui citò ad ſcribendum proſilit, leuiter ad docendum excurrit, antequam diſcat, ſanctus Hieronymus epiſt 4. quæ eſt ad Ruſticum de viuendi forma, ait: *ne ad* SCRIBENDVM *citò proſilias, & leui ducaris inſaniâ, multo tempore diſce, quod doceas.*

De Ægyptiorum litteris, & ſcribendi ritu. Cæl. Rhod.

De Ægyptiorum litteris, & ſcribendi ritu hæc ſcribit Cælius Rhodiginus lib. 18. Lect. antiq. cap 37. de illis agens: *Scribunt non vti nos à ſiniſtro in dextrum pergentes, ſed è diuerſo: prædicant tamen ipſi, nos in ſiniſtrum produci, ſe verò in dextrum Litteræ eorum bifariæ ſunt ſacræ ac populares. In Deorum cultum præter cæteros ſtudio feruntur exſuperantiſſimo.*

Hebræorum mos in alphabeti vſu. Iſid Clar.

Hebræi in ſcribendo alphabeto inuerſo litterarum ordine vtuntur, adeo vt vltima littera ת *thau*, ponitur pro prima *Aleph* א & ſic de cæteris, notabat hoc etiam Iſidorus Clarus in cap. 25. Ieremiæ, vbi ait: *(Rex Seſach) ſecundum Hebræos hic eſt Rex Babel per conuerſionem alphabeti: nam Iudæi in vſu habent quoddam alphabetum vbi pro prima littera Aleph vltima nimirum Thau ponitur, & pro ſecunda Beth, penultima Sin: ſic pro Gimel & ſic conſequenter. Itaque Seſach idem erit quod Babel ſi ad rationem huius alphabeti expendas.*

700. *Veræ latinitatis vera nota.* S. Proſper.

Quænam veræ latinitatis vera nota ſic habet ſanctus Proſper de vita contempl. lib. 3. cap. vlt. *Ea eſt ni fallor, iudicata latinitas, quæ breuiter, & apertè obſeruata dumtaxat vſitatorum verborum proprietate res intelligendas enunciat: non quæ*

vernantis

Digitized by Google

vernantis eloquij venuſtate, atque amœnitate luxuriat: & prudentibus viris non placent phalerata, ſed fortia: quando non res pro verbis, ſed pro rebus enunciandis verba ſunt inſtituta.

Eloquentia in ſcriptione qui excuſata S. Fulb.

Stylum, & eloquentiam in ſcriptione ita excuſabat ſanctus Fulbertus Epiſcopus epiſt. 1. *Ecce habes pauperis quidem ingenij opuſculum, ſed non ignobile fidei monumentum, in quo quaſo non eloquentia ornatum, ſed obedientia perpendas vota, nec eruditis auribus aſtimes fatua verba reuelanda, ne pro ruſtico ſtylo, ſacra vileſcat materia.*

Barbariſmus & ſolœciſmus etiam in operando. S Hier. Sidon.

Solœciſmus apud Chriſti cultores, non in loquendo tantum committitur, ſed & in operando; ſanctus Hieronymus contra Heluid. *Apud Chriſtianos,* inquit, SOLOECISMVS *eſt magnus turpe quid vel narrare, vel facere*; Barbariſmus quoque in moribus notauit Sidonius; *Quidam*, inquit, BARBARISMVS EST MORVM, *ſermo iuuandus, & animus afflictus.*

Armata lectio qua. Ennod.

Armata lectio quænam ſit apud Ennodium ex eius verbis diſcere poſſumus, quæ ſunt iſta lib. 1. epiſt. 4. *Nolo cuiuſquam nomen inceſſere, nec contra conſcientiam accuſantis ſubire perſonam, ſufficit pudorem meum in ſtatione conſtitui: alios iactent incerta ventorum. Ego tamen etſi imperare talia calcaribus armata lectionis adigerer, Patriarcharum me imitatione defenderem.*

Inanis lectorum verborũ pompa. S. Hier.

De lectorum verborum pompa ita ſentit ſanctus Hieronymus in cap. 5. Iſaiæ: *Omnis pompa, ſtructuráque verborum, & argumenta dialectica, redigentur ad nihilum.*

Verborũ aucupes haud timendi. S. Aug.

Verborum aucupes non eſſe timendos docebat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 55. *Non ergo timeat vnuſquiſque veſtrum callidos inſectatores* AVCVPES *verborum, dinumeratores penè ſyllabarum, & prauaricatores præceptorum.*

701. *Verborũ flores ſectari nullus debet. Ennod.*

Verborum flores tenere nullum debent, ſed omnium minimè illum, qui ex officio ad gemitus, & preces vocatur; vt dicere eum Ennodio poſſit lib. 1. epiſt. 16. quæ eſt ad Florianum; *Et nequeo occupari* VERBORVM FLORIBVS, *quem ad gemitus & preces euocat clamor officij.*

In libro vniuerſi quinam paruuli abecedarij dicantur. Vgon.

In vniuerſi libro pueros Abecedarios mundi ſapientes indigitatos obſeruo; Vgonij hæc ſunt verba; *Sapientes huius mundi, ideo paruuli appellantur à ſanctis, quia quaſi paruuli pueri abecedarij ſeu elementary in libro vniuerſi pulchritudinem creaturarum, quæ ſunt litteræ huius libri, & admirantur, & ſtupent: ſenſum autem earum, ſcilicet Dei potentiam, ſapientiam bonitatem, & alia attributa omnino non capiunt.*

Res potius quam verba in operibus ſpectanda. S. Seuer. Sulp.

Rem potius quàm verba in operibus lectores ſpectent; Benè ſanctus Seuerus Sulpit. in præf. lib. de Vita B. Martini: *Quodſi acciderit, & ab aliquibus eum legi viderit: bona id venia à lectoribus poſtulabis, vt res potius quam verba perpendant, æquo animo ferant, ſi aures eorum vitioſus forſitan ſermo pertulerit, quia regnum Dei non in eloquentia ſed in fide conſtat*: quod ad noſtra quoque opera transferri fetet lector, vt ſi quid in verbis non placuerit, rerum varietate, ac pondere leuius fiat quod in ſermone non accidet, ſed quia hucuſque aquas ad doctrinas fleximus, flectamus & ad diuites, & ad diuitias.

EXCVRSVS LVIII.

Doctrinæ aqua aliis communicanda, ſed bibenda priùs, quàm effundatur.

Qui doctrina aquas aliis diuidit humanâ *laude non capiatur.*
Solus *doctrinæ* aquas *habet, qui etiam in ceteris habet.*
Qui Dei dona *accipit diſtribuere* aliis *debet.*
Doctrinæ fons *in alios effluere debet.*
Eruditio aliis *communicanda.*
Qui doctrinam aliis bibendam *offert,* bibat *ipſe prius.*
De ciſternâ ſuâ bibit qui opere complet, *quod aliis docturus.*
Qui onus *aliis importandum docet, portet prior.*
Operibus *Dei regnum perſuadendum.*
Prædicator exerceat, *quod docet.*
Doctrina ſtultorum cur fatuitas *dicatur?*
Doctrina ſine vita vt aqua *ſine motu marceſcit.*
Plerique doctores puteis *pares puram doctrinæ aquam aliis exhibent, ſibi lutum reſeruant.*
Doctrinæ fluenta bibat, doctrinæ poculum *aliis exhibiturus.*

DE aquis dixit Salomon in plateis eas eſſe diuidendas, illius hæc ſunt verba: *In plateis aquas ſuas diuide,* Prou. 5. 16. Doctrinarum nimirum aquæ etiam in alios deriuandæ, ſed quî iſtuc cohæret cum eo quod ſtatim ſubdit? *Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui:* qui aliis diuidit non ſolus habet quod habet, vtrumque cohæret; ſolus aquas habet, qui eas aliis diuidens aliena laude non capitur; Solonius Vienenſis ad hæc verba ita ſcribit: *Si aquas in plateis diuidere debemus, quomodo ergo eas ſoli habere poſſumus? Aquas in plateis diuidimus, quando aliis verba diuina latè prædicamus, & tamen ſoli aquas habemus, quia de ipſa prædicatione humanas laudes non quærimus.* Addit: *alienos dæmones vocat: nam tunc malignos ſpiritus in prædicatione noſtra nobis ſocios facimus, quando per ſuperbiam intumeſcimus:* 702. *Qui doctrina aquas aliis diuidit humana laude nõ capiatur. Prou. 5. 16. Solon.*

alioquin qui cæteris Eccleſiæ membris, nulla humanæ laudis aurâ captus, nec eius affectu alienatus, doctrinæ aquas communicat, ſolus eas habet, quia & plenius habet, quia in cæteris ipſe ſapientiam poſſidet, quam non ſibi ſoli poſſidet, ſed & aliis; huc afferri poſſunt ea verba Rabani Mauri, qui lib. 1. in Prouerb. hunc locum, quem tangimus verſans, ait: *Nec ſint alieni participes tui, immundi ſpiritus participes ſunt doctori, ſi eius mentem, &* FASTV ELATIONIS *dum prædicat, & hæreſi, & alio quolibet vitio corrumpunt, ſolus autem aquas poſſidet, cùm membris Eccleſiæ fideliter connexus ab extraneorum ſeſe conſortio liberum ſeruat.* Nimirũ ſolus habet aquas, nec illius extranei ſunt participes, ſi ille, qui docet extraneus à vitiis ſit, nec ſatanicæ ſuperbiæ particeps. *Solus doctrinæ aquas habet, qui etiam in cæteris habet. Raban.*

Qui

Qui Dei dona, & præſertim doctrinā à Deo accipit diſtribuere eam aliis debet.
1. Rom. 14.
Sedul.

703. Qui ſapientiæ, & peritiæ donum à Deo accipit, nouerit ſtatim ſe aliorum debitorum eſſe, ceteriſque impertiendum, communicandum cæteris, quod accepit: ſcitè hoc innuit Paulus ad Rom. 1. verſ. 14. *Græcis,* inquit, *ac barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum.* Si quis quærat; quid debitorem omnium Apoſtolum conſtituit? reſpondere poſſumus conſtituiſſe ſupera Dei dona, linguarum peritiam, ſapientiæ dotem, quibus à Deo donatus fuit, vt in omnes effuoderet, quod illi infuſum: Succinit Sedulius hic: *Requirendum eſt,* inquit, *Quomodo Apoſtolus Græcis, & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor eſt. Quid enim ab ipſis acceperas, vnde eis debitor fieret? arbitror diuerſis quidem gentibus inde effectum eſſe* DEBITOREM *quia omnium gentium linguis eloqui accepit gratiam Spiritus ſancti. Ergo debitor omnibus illis efficitur, quorum cauſa accepit à Deo linguæ notitiam. Sapientibus autem efficitur debitor, per hoc, quod accepit ſapientiam in myſterio abſconditam, quam perfectis & ſapientibus loqueretur: quomodo autem, & inſipientibus? in quo patientiæ gratiam, & longanimitatis accepit: ſummæ etenim patientiæ ferre inſipientium motus,*

Doctrinæ fons in alios effluere debet.
S. Baſil.

Doctrinam in alios deriuare laude dignum eſt, arguendus eſt qui ne in alios fluat inuidè ſtudet, quod fontis metaphora ſic explicabat ſanctus Baſilios epiſt. 191. *Non enim qui fontem circumſepiuerit & exitum* AQVARVM PROFLVENTEM *impediuerit laudari debet, nec ſi quis doctrinam, & aliis abundè ſuffecturam emanare non patietur, ab inuidiæ culpâ immunis cenſendus eſt.*

Eruditio aliis communicanda.
Euſeb.

704. Eruditionem qua quis refertus, aliis commonicandam hac ſimilitudine explicabat Euſebius apod Stobæum ſerm. 39. *Vir multis quidem ſcientiis eruditus, ſed ob animi malitiam inuidiamque nolens aliis deſiderantibus communicare, ſimilis eſt malo vaſi, quod in ſe multa & bona recondit, ſed antequam vſum ſui præbeat corrumpit.*

Qui doctrinæ aquam bibendam, aliis offert, bibat ipſe prius.
Prou. 5.
Raban.

Quid? quod Salomon ipſe monuit, vt in plateis aquas diuideremus cap. 5. Prou. *Deriuentur fontes tui foras:* id eſt, interprete Rabano lib. 1. in Prouerbia: *Cum ipſe ſeruaris tunc, & aliis prædica, & in magna auditorum amplitudine diuina eloquia iuxta vniuſcuiuſque qualitatem diſpenſa,*

Probanda hæc aquæ diſpenſatio eſt & doctrinæ in alios effuſio, ita tamen vt non negligat ex iis fluentis ille bibere, quæ bibenda aliis exhibet: nam antequam dixerat ſapiens: *Deriuentur fontes tui foras,* præmiſerat: *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui,* ne ſiti moriens bibendam aliis aquam porrigat.

De ciſterna ſua bibit, qui doctrinam opere implet, quam aliis daturus.
Prou. 5.
Salon.
S. Greg.

Ille de ciſternâ ſuâ bibit qui quod alios edocet opere implet: peritè Salonius in parabolas Salomonis: *Ciſternam,* inquit, *vocat veteris, & noui teſtamenti doctrinam, & eſt ſenſus: Bibe aquam de ciſterna tua, id eſt ſerua & opere imple doctrinam quam aliis prædicaris.* Eodem ſpectabat ſanctus Gregorius 3. part. paſt. admon. 25. dum ait: *Aquam prædicator de* CISTERNA SVA BIBIT *cum ad cor ſuum rediens prius audit ipſe quod dicit. Bibit quidem ſua fluenta putei, ſi ſui irrigatione verbi infunditur.*

Qui onus aliis imperandum docet portet prior.
S. Bern.

705. Ad hanc mentem aiebat Martinus Dunienſis lib. de Moribus: *Quicquid dicturus es, antequam aliis dixerit tibi.* Et ſanctus Bernardos epiſt. 101. eodem nos vocabat his verbis: *Memento etiam voci tuæ dare vocem virtutis. Quid illud, inquis? Vt opera tua verbis conſonent, imo verba operibus, vt cures videlicet prius facere, quàm docere. Pulcherrimus ordo eſt, & ſaluberrimus vt onus quod portandum imponis, tu portes prior: & ex te diſcas qualiter oporteat aliis moderari.* Et ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 4. *Perſuadendum bone vir, operibus eſſe regnum Dei, eius etiam deſiderium audientibus ingenerandum. Perſuadentur autem, ſi, quæ regno illi Cœlorum digna ſunt docentē agere obſeruem. Si vero ſupplicio digna, vt tu ſoles committens philoſophetur, quî quaſo, apud auditores fidem inueniet? Idem enim facit, atque ſi quis rem adamare ſe auſcultantibus perſuadeat, quam in rerum natura non eſſe credant.*

Operibus Dei regnum perſuadendum.
S. Iſid. Pelul.

Prædicator exerceat quod docet.
Prou. 16.
Raban.

Sed fontis & aquarum metaphora idem probemus, Salomonis hæc ſunt verba cap. 16. Prou. v. 22. *Fons vitæ eruditio poſſidentis, doctrina ſtultorum fatuitas,* probæ vitæ moribos poſſidenda eruditio eſt, quàm in alios diuidimus alioquin fatuus audiet, qui quæ aliis ſuadet ipſe contemnit, & opere non complet, quæ complenda auditoribus ſuis offert. Opportunè rem verſat B. Rabanus lib. 2. Prouerb. cap. 16. dum ait: *Fons vitæ eruditio poſſidentis, doctrinæ ſtultorum fatuitas: Cum diceret poſſidentis, non addidis quid poſſidentis: quid autem putamus eum voluiſſe intelligi, niſi forte ipſam eruditionem, vt ſit plena ſententia: fons vitæ eruditio poſſidentis ipſam eruditionem tuam: quod eſt apertè dicere, quia ille prædicator verè ſuis auditoribus vitæ vias aperit, qui exercet ipſe, quæ prædicat, qui amorem verbi, quem alios erudit fixo in corde poſſidet. Nec tantummodo memoria recentum, quaſi collectum gremio ſemen iactat in terram; Idcirco namque doctrina ſtultorum fatuitas eſt: quia etſi quæ bona dicere vſu eruditionis didicerunt, eadem tamen quæ dicunt bona ipſi fatuo corde contemnunt.*

Doctrina ſtultorū cur fatuitas dicta.

Doctrina ſine vita, vt aqua ſine motu marceſcit.
Philip.

Aqua niſi moueatur corrumpitur, & doctrina ſine vita marceſcit; Scitè Philippus de Greuue in Pſal. 1. ſerm. 28. *Doctrina quaſi* AQVA *eſt, & ſicut aqua ſine motu ſuſcipit corruptionem, ita doctrina, ſine operibus: vnde quantum inſtruunt doctrina, tantum deſtruunt vitia.* 706.

Plerique doctores puteis pares puram doctrinæ aquam aliis exhibent, ſibi lutum reſeruant.
Vit. Pat.

Huiuſmodi pares ſunt puteis, qui puram aquam aliis exhibent, ipſi ſibi ſordes retinent; in vitis Patrum lib. 10. paral. 6. hæc referuntur: *Dixit Abbas Paſtor, ſi quis docet aliquid, & non facit quod docet, ſimilis eſt* PVTEO, *qui omnes ad ſe venientes ſatiat, & diluit ſordes, ſeipſum autem purgare non poteſt; ſed omnis ſpurcitia, & immunditia in eo eſt.*

Doctrinæ fluēta bibat, doctrinæ poculum aliis exhibiturus.

Igitur qui doctrinæ poculum aliis exhibiturus, bibat ipſe prius, ne ſiti moriatur aliorum ſitim extinguens; Sanctus Petrus Damianus ſerm. 38. *Sanctus Donatus, illius exemplo qui cœpit primitùs facere, & pòſt docere, viuendo doctrinæ* FLVENTA *concepit, quæ poſtmodum per oris poculum & aliis propinauit;* doctrinæ aquam non meretur habere, qui aliis tantùm ſapia, non ſapit ſibi.

CAPVT LXXI.

Sitirè, & bibere de diuitiis, déque diuitiarum ebrietate, & inexplebili auari ſiti.

Aurum in coniugem *aliqui ſumunt.*
Sitis, *&* fames *de opibus.*
Diuites vinum bibentibus *pariati.*
Diuites bibere *diuitias dicuntur.*

Bibere

Bibere *de diuitiis.*
Plerique diuitiarum vino *inebriantur.*
Lucri cupiditate ebrius.
Ebrioſis *ſimiles diuites.*
Auri ſitis.
Aurum bibere *cur iuſſus Hebraicus populus.*
Tantalea diuitiarum ſitis.
Mari *auari animus ſimilis, opibus dum numquam ſatiatur.*
Auarus nunquam ſine fluctibus *mæroris.*
Inextinguibilis auaritiæ ſitis.
Sitis, *&* potus *ad diuitiarum cupiditatem translatus.*
In pleriſque diuitiarum cupiditas non ex indigentiâ *eſt, ſed ex* morbo.
Inexplebilis ſitis *auari.*
Humani corporis ſanguiſuga *auarus.*
Inferno *ſimilis auarus, nunquam ſatiatur.*
Canibus venaticis *pares qui auri, & argenti prædam ſequuntur.*
Inſatiabilis auaritiæ hydra.
Auarè *opes cumulari ſolent.*

707. *Aurum in coniugem ali qui ſumunt.* Iob. 31. 24. LXX.

DE connubialibus aquis agimus; quid ſi ad opes, aurumque calamom torqueamus, cum huic tam indiſſolubili nexu aliqui hæreant, non ſecus ac coniux coniugi? ab hac mente aberat Iob cum diceret, cap. 31. 24. *Si putaui aurum robur meum*: LXX. *ſi poſui aurum in coniugem meum*: aurum pro coniuge habet, qui nimio adfectu auro coniungitur; aurum amat; non erit igitur abs te ſi nuptiales aquas etiam ad diuitias deriuemus, cum coniugis, vt ita dicam, munus obeant opes.

Sitis, & fames de opibus.

Bibendi quoque verbum ad opes, diuitiaſque nos vocat, dum diuitiarum cupidi vehementi laborant ſiti; bibere opes videtur, qui eas indipiſcuntur, ſitiendi, & edendi metaphora in opum poſſeſſione, & adfectu ita Borbonius vtebatur.

Tu vel opum compeſce famem, LVCRVMQVE SITIRE
Deſine, vel cur ſis quærere, Marce, macer.

Diuites vinū bibentibus pari ati. Ariſtonimus.

Ariſtonimus apud Maximū ſerm. 12. *Quemadmodū*, inquit, *ex iis qui idem* VINVM BIBERINT *alij bacchantur, alij furunt, alij tamen mitiores redduntur, ſic etiam qui pares habent diuitias, non tamen pariter afficiuntur*: idem vinum ebibunt, ſed non idem patiuntur.

Diuites bibere diuitias dicuntur Caſſiod.

Bibunt diuites diuitias, ſed ſitim non extinguunt hydropicis pares. Caſſiodorus de amicitia. *Hydropici more qui plus* BIBENDO *plus ſitit pecuniæ cupiditas ex multiplicatione grandeſcit*: Pacatus Drepau. in panegyr. ad Theod. *Vt agrorum* SITIM *potus accendit, vt ignis arentibus non obruitur, ſed augetur, ita coacta publica egeſtate diuitia auiditatem ieiuna mentis acuebant.*

708. *Bibere de diuitiis.* Iob 5. 5. Chald. Cat.

Bibendi verbum ad diuitias tranſtulit & Iob. cap. 5. verſ. 5. dum ait: *Et bibent ſitientes diuitias eius*: Chald. vertit. *Diripient prædones ſubſtantiam eius*: in Græco; *Exhauriatur eorum fortitudo*: fortitudinem de diuitiis dici luculenter probaui in Adagiorum volumine, quæ ex ſanctis Patribus, Eccleſiaſticiſque ſcriptoribus collegi: in Catena Græca producta verba ſic explicantur: *Exhaurietur, id eſt* ABSORBEBITVR, *conſumetur, planè vacuabitur, ab his*

Nouarini Nuptiales Aquæ.

rebus ſumptâ metaphorâ, quæ fiſtulâ, canaliue exhauriuntur omnino, vt nihil humoris planè relinquatur.

Sitiunt diuitiarum cupidi diuitias, diuitias bibunt, & non ſecus ac vino madidi inebriantur; ebrietatem à diuitiis eſſe bonorum auctorum teſtimonia euincunt: Sidonius Apollin. libro 5. epiſt. 7. *Qui nouis* OPIBVS EBRII: Eutropij interpres libro 5. *Eutropius autem iam* OPIBVS EBRIVS; Sanctus Iſidorus Peluſiota, libro 3. epiſt. 412. *Et ſi* TEMVLENTIÆ *eorum, qui vini, & pecuniarum rabie tenentur, ſpecies diuerſa eſt, (altera enim à vino, altera à pecuniis proficiſcitur:) at affectus tamen ſimilis eſt. Nam vtrique eodem modo à turpi, & abſurda cupiditate ſubacti ſunt. Siquidem, & qui vini auidus eſt: quò plures calices exhauſerit, eò plures appetit: & qui pecuniarum amore tenetur, quò plura collegerit, eò magis cupiditatis fornacem accendit*: Sanctus Leo ebrium lucri cupiditate Iudam repræſentans ait ſerm. 9. de Paſſione Domini: *Hoc perfidus Iudas* INEBRIATVS *veneno, dum ſitit lucrum, peruenit ad laqueum*: Auari omnes ebriis ſimiles ſunt; ſancti Baſilij hæc ſunt verba homil. contra diteſcentes auaros. *Vt* EBRIOSIS *ſi potum augeas cauſam bibendi accumulas: ita etiam auari quo plura poſſident, eo plura concupiſcunt: auctary morbum ſemper alentes.*

Plerique diuitiarum vino inebriantur Sidon. Peluſ.

Lucri cupiditate ebrius Iudas. S. Leo.

Diuites ebrióſque ita inter ſe conferebat quidam Poëta: *Ebrioſis ſimiles diuites.* S. Baſil.

Vt EBRIOSI *quo meri*
Vinique plus exhauriant,
Eò ampliora pocula,
Et pleniora poſtulant:
Sic & recenter diuites
Vel iure, vel iniuria,
Quò plus bonorum poſſident
Eo ſitis magis æſtuat
Faméſque ſacra pecuniæ.

De auri ſiti ita loquitur Prudentius hymn. 3. Periſteph. 709. *Auri ſitis.* Prud.

Aurum, quod ardenter SITIS,
Effoſſa gignunt rudera,
Et de metallis ſquallidis
Pœnalis excutit labor.

Auarus aurum amat, aurum potat, & bibit, hinc & Hebræis vitulus ex auro in puluerem redactus exhibetur à Moſe, vt aurum biberet, qui aurum ſitiebat. Scitè Petrus Rhemenſis auctor antiquus, licet ignotus, nec paſſim obuius. *Aurum bibere cur iuſſus Hebraicus populus.* Pet. Rem.

In vitulum ſæuit, eumque rapit.
Comminuit, commiſcet AQVAS, POTVM *dat Hebreis,*
Exeat vt fœdus per loca fœda Deus.
Denotat hic auri cor Hebræi potus auari
Qui ſitiens aurum primitus ecce bibis:
Conſonat hoc: Craſſi titulo, quod corde ſitiſti.
Viuens, hoc aurum mortuus ore bibit.

Prouerbiali figura *ſitis Tantalea* dicebatur de magnâ, & quæ ſedari non poſſit, licet alioquin adſint fluenta; torqueri in diuites poterit, & auaros, qui aurum ſitiunt, aurum habent, nec ſitim explent; Nicetas Choniates libro 3. in Alexio: TANTALEAM SITIM *perpeſſi, cum forum haberent* BIBERE *non potuerunt, ſed crebro haurire conati aurum ex manibus amiſerunt.* Petrus Bleſenſis epiſt. 12. *Quidam more Tantalico in aquis ſitiunt dum inter opulentias inedia ſe affligunt*: Hac mente, & ille clamabat: *Cur inter*

Tantalea diuitiarum ſitis. Nic. Chon.

VNDAS TANTALVS *ſitim ludo. Famemque partis aſperam bonis fraudo? An eſſe in orbe vanitas poteſt maior,maiuſque mentis,diriuſque tormentum?*

710. *Mari auari animum ſimilis opibus eſt nunquam ſatiatur. S. Nilus.*

Tot flumina bibit mare, non expletur tamen, non ſatiatur; mare auarum animos refert, opes bibit, diuitias ſorbet, nec expletur; Hinc illud ſancti Nili, oration. 5. de Auaritia. *Nec multitudine* FLVMINVM *mare, nec diuitiarum copia auari animus expletur:* alia etiam de cauſa mari auarus pariatur: eiuſdem ſancti Patris verba in eadem oratione ſunt. *Nunquam ſine* FLVCTIBVS *eſt mare, nec auarus ſine ira, & mœrore:* redeo ad ſitim.

Auarus nunquam ſine fluctibus maror is. Idem. Inextinguibilis auaritiæ ſitis. S. Iſid. Peluſ.

De inextinguibili auaritiæ ſiti hæc habet ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 67. *Vt is, qui continua laborat ſiti etiamſi* FLVMINIBVS *fontibuſque adponatur, nullam percipit delectationem: cum ſitim reſtinguere non poſſit, ſic etiam is, qui plura ſemper appetit, tametſi theſauros habeat infinitos, voluptatem nunquam ſentiet, eò quod ſatiari neſciat:* adeo non extinguitur diuitiarum aquis auari ſitis, vt potius augeatur. Nam vt ait ſanctus Antonius Vlyſſip. ſerm. 2. in Domin. 1. Quadrageſimæ. *Auari quanto magis habent, tanto magis ſitiunt.*

Potus ad diuitiarum cupiditatem tranſlatus. Plut.

Sitim ac potum ad diuitiarum cupiditatem in hunc modum transferebat Plutarchus comment de diuit cupid. *At ſanè,* inquit, *qui cum nondum* BIBERIT, SITIAT *futurum expectes, vt is ſimul atque biberit ſiti liberetur: cum verò qui continenter bibat, nec vllum faciat finem, huic non expletione, ſed purgatione indicamus opus eſſe, iubemuſque vomere, quippe qui non perturbetur inopia, ſed acrimonia caloreque quopiam qui præter naturam ineſt. Ergo etiam qui* EGET ATQVE INOPIA *laborat ex eorum numero qui parant facultates fortaſſe quieſcet parata domo, aut inuenta theſauro, aut amici cuiuſpiam ope perſoluto, liberatus ære alieno à fœneratione eſt: qui plura quam ſat eſt poſſidet, plura nihilominus concupiſcens, hunc nec aurum, nec argentum ſanare poteſt, nec equi, nec oues, nec boues: ſed eiectione & purgatione opus habet. Neque enim huius* MORBVS EST PENVRIA, SED INSATIABILITAS AMORQVE DIVITIARVM, *à prauo & à ratione alieno iudicio proficiſcens, quem niſi quis reuellat ab animo, ceu obliquum implicamentum, non deſinet immodicè egêre, hoc eſt, deſiderare ea, quibus non eſt opus:* Digna verba, quæ illorum mentibus inſideant, qui augendarum opum plus, quam ſit opus, affectu corripiuntur.

In pleriſque diuitiarum ſitis non ex indigentia, ſed ex morbo eſt.

Inexplebilis ſitis auari.

Inexplebilem auari ſitim, & inextinguibilem ſic quidam exprimebat:

Si quicquid auri fulua PACTOLI VADA,
Flauoque manans alueo voluit Tagus,
Diues capaci Ventris exhauſtum ſinu,
Veſcique condat; non minor tamen ſitis
Fauces auari cruciet. Vt bibat bibit
Malè ſanus hydrops: nulla diſtenta cuti
Sat plena amyſtis: nec tamen tacitam luem
Datur fateri, aut noſce quo pereat malo:
Sed vt Amphitrite neſcit vndanti ſinu
Fœnus receptat AMNIVM, *hinc Iſtrum bibens*
Rapidúmque Gangem, inde ſepteno impete
Nilum influentem.....
Sibique ſimilis: ſic per ingeſtas opes
Nunquam cupido ſtatuit optatis modum.

711. Auarus aliorum ſanguinem bibit, vt ſit *velut* SANGVISVGA *ad corpus humanum,* vt habet ſanctus Thomas opuſc. de regimine principum lib. 3. cap. 5.

Humani corporis ſanguiſuga auarus. S. Thom. Inferno ſimilis auarus, nunquam ſatiatur.

Multas Auarus abſorbeat opes, non ſatiatur tamen, Orco ſimilis, ſimilis inferno: pulchrè ille.

Innumeros quamuis homines abſorbeat ORCVS
Nulla tamen ſaties hunc ſaturare poteſt:
Cui melius nihil aſſimiles, quam pectus auarum.
Quod rebus nullis exſatiare queas.

Canibus venaticis pares, qui auri & argenti prædam ſequuntur. Plut.

Plerique canibus venaticis pares, aurum argentúmque velut optatiſſimam prædam inſequuntur; hinc illud Plutarchi in vitâ Alexandri: *Ibi Macedones primum* GVSTATO AVRO, *argento, mulieribus, & vita barbarica, ſicut canes olfactis veſtigiis, maturabant inſequi, atque inueſtigare Perſarum diuitias.*

Inſatiabilis auaritiæ hydra. S. Iſid. Peluſ.

De inſatiabili auaritiæ hydrâ hæc habet ſanctus Iſidorus Peluſiota libro 5. epiſt. 55. *Si pecuniarum amore flagrare ſentias quotidie; illis occine; Equis nouus hic, & abſurdus auaritiæ furor eſt? Cui quidquid ſuppeditaueris id materia, ac fomitis inſtar habendi ardorem magis, magiſque accendit? Semper enim accipiens nunquam expletur, ſed veluti* HYDRA QVÆDAM MVLTORVM CAPITVM *mille faucibus cibum in ventrem inexplebilem demittens, tanto auidius eum appetit, quaſi nihil adhuc acceperit: Ecquis igitur cordatus huiuſmodi monſtrum amauerit? quòd & in hac vita inexplebili auiditate amatorem ſuum torquet, & in futura in ignem inextinguibilem præcipitabit.*

Auarè opes cumulari ſolent.

De opibus auarè cumulandis ita canebat Monerius.

Ingenio cumulabat opes gens, Pontice, priſca:
Nunc non ingenio, Pontice, ſed genio.

CAPVT LXXII.

Aqua de diuitiis, fontes de opibus, déque pecuniis, quæ poſſeſſores ſuos mergunt.

Fluunt *diuitiarum aquæ.*
Fluunt *diuitiæ, dum affluunt.*
Fluuiatilibus vndis *diuitiæ pares.*
Maris fluctibus *diuitiæ comparatæ.*
Torrentis fluxui *Diuitiarum fluxus ſimilis.*
In diuitiarum mari *auaritiæ Charybdis.*
More aquæ *pecunia fluit.*
Diuitiarum aquæ *ſaluti officiunt.*
Diuitiarum ſcopuli *vitandi.*
Plures polypi *in hoc diuitiarum mari.*
Pecunia aquæ ſimilis, *quæ febrienti porrigitur.*
Pecunia in Fiſcum fluit, *vt aquæ in mare.*
Argenteos fontes loqui *quid?*
Imber *de Argento.*
Argenti guttæ *aliquando decidêre.*
Aurei nummi per ludum in amnem *proiecti.*
Opes poſſeſſores ſuos mergunt.
Ab auro mergi *Crates noluit.*
Cenſum Domini mergere *quid?*
Alieno ære grauati mergi *dicuntur.*
Vſura, & fœnus trucidat, *&* necat.

Mentem

Mentem pecunia mergit.
Mergantur *diuitiæ, ne nos* mergant.

712. Via hîc ſumus calami remis ſcriptionis huius ratè à littore nonnihil ſinemus abire, de diuitiarum aquis alia habeo, quæ ad docti lectoris aures perueniant, & ſunt inter alia, quæ ſubiicio.

Fluunt diuitiarum aquæ. Pſal. 61. S. Antiochus. Fluunt diuitiæ dum affluunt.

Diuitias aquarum more fluere indicauit Regius Propheta cum dixit: *Diuitiæ ſi affluant:* Pſalm. 61. affluendi verbum ſic expendebât ſanctus Antiochus homil. 89. *Vtique dixit eleganter, ſi* AFFLVANT, *more enim* AQVÆ *perelicet diffluentes vniuerſa mundi iſtius nos prætereunt. Hodie ad huius pendent arbitrium, craſtino futura penes alterum;* Sanctus Auguſtinus in hunc Pſalmum pro *affluant*, habet *fluant*; addit ad explicatum. *Diuitiæ ſi* FLVANT, *ne apponatis cor. ille non habet, iſte habet, ille non quærat rapere quod non habet: iſte non apponat cor in eo, quod habet. Diuitiæ ſi fluant, ideſt, ſi exundent, tanquam de fonte currant, ne apponatis cor;* Sanctus Ambroſius ad hæc eadem verba in huiuſ Pſalmi commentario ait: *Vide quia fluunt, non vides quia præterfluunt? quid excipere quæris, quod tecum auferre non poſſis? Fluenta ſunt, quæ miraris, quoniam veniunt, ſic tranſeunt, & recedunt:* Non diuitiarum amore capietur, qui labilitatem diuitiarum animo ſeriò voluet, Benè ſanctus Nilus in parænesi: *Cum vides diuitias, aut gloriam, aut humanam potentiam, conſidera* LABILITATEM *ipſarum, & effugies illecebram:* Diuitiarum amatorem perſtringens ſanctus Chryſoſtomus inclamabat, homil. 2. ad populum. *Quid inſanis circa fugientia? nihil diuitiis fallacius, hodie tecum, & cras contra te inuidorum oculos armant:* Benè & ſanctus Proſper: *Edita perpetuæ* SEMINA MORTIS *habet: Ex* OPIBVS *breuis, ac peritura voluptas.*

Fluuiatilibus vndis diuitiæ pares. Agap.

Ob labilitatem fluuiorum decurrentium vndis diuitias comparabat Agapetus in ſua parænesi. *Terrenarum Opum inſtabiles diuitiæ* FLVVIATILIVM *vndarum imitantur curſum, modicum enim affluunt his, qui habere ſe eas arbitrantur; mox verò refluentes ad alios accedunt;* Eodem ſpectabat ſanctus Gregorius Nazianaenus, in cygnæo carmine, libro ad Seleucum de rectâ educatione: *In opum natura ſtabilitas, & certitudo nulla eſt, vbique comparari cum ingentibus* MARIS FLVCTIBVS *poteſt, qui & in orbem attolluntur incerto motu, & viciſſim delabuntur.*

Maris fluctibus diuitiæ comparata. S. Greg. Naz.

713. Torrentis curſui diuitiarum fluxum pariabat ſanctus Baſilius, homil. de diuitiis, & paupertate. *Fluxa, inquit, eſt diuitiarum natura,* TORRENTEQVE *citiùs eos, apud quos eſt præterlabitur.*

Torrentis fluxui diuitiarum fluxus ſimilis. S. Baſil.

In diuitiarum mari Charybdis auaritia eſt, & nimia habendi cupiditas; ſancti Hieronymi hæc ſunt verba epiſt. 4. ad Ruſticum de viuendi formâ: *Vbi* CHARYBDIS, *& radix omnium malorum auaritia.*

In diuitiarũ mari auaritia Charybdis. S. Hier.

More aquæ pecuniam fluere notabat ſanctus Iſidorus Peluſiota libro primo, 247. in hæc verba: *Pulchritudine, atque opibus, vt apparet, gloriaris, alioſque quibus hæc deſunt, pro nihilo ducis, illud ignorans, te fœno quàm ocyſſimè marceſcente coornatum eſſe. Atque item pecunias* TANQVAM AQVAM *continens, quæ alios ex aliis humectat, & rurſum ad alios fluit.*

More aquæ pecunia fluit. S. Iſid. Peluſ.

Diuitiarum aquas officere ſaluti, ſi nimis auidè, & auarè congregentur, ſcitè explicat Guillhelmus Pepinus in cap. 1. Geneſ. clauſula 7. vbi ait: *Aquæ in ſacra ſcriptura quandoque ſignificant diuitias terrenas, & temporales, eò quod fluunt, & currunt de vno, in alium. De quibus in Pſalm. 31. veruntamen in* DILVVIO AQVARVM *multarum ad eum non approximabunt. Ac ſi apertè diceret Pſalm. quod huiuſmodi aquæ temporalium bonorum vbi valdè abundant plùs obſunt humanæ ſaluti, quàm proſint Eccleſ. 11. ſi fueris diues, non eris immunis à peccato. Et 1. Tim. 6. qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli. Scilicet quid volunt facere diuites, & auari, de huiuſmodi aquis quæ ſub cœlo ſunt: ideſt in hoc mundo, quia in alio ſæculo nullæ reperiuntur? Profectò laborant die ac nocte per fas, & nefas congregare eas in locum vnum: ideſt recludere eas in arcis ſuis, nolentes quod currant ad aliorum vtilitatem: laborant etiam denudare aquis aridam, ideſt pauperes agricolas trahendo per vſuras, & vias obliquas modicas* AQVAS *eorum, ita vt tales ſæpè maneant aridi, & ſicci per defectum temporalium.*

Diuitiarum aquæ ſaluti officiunt. Guil. Pap.

Scopulos dictas diuitias lego, lego delitias: 714.
ſcitè ille, & breuitèr:

Humanæ vitæ ſcopulos ante omnia deltas
Tres fuge, DIVITIAS, *Dæmona, Delicias.*

Diuitiarum ſcopuli vitandi. Plures polypi in hoc diuitiarum mari.

In hoc diuitiarum mari plures polypos reſerunt: feſtiuè ille Poëta.

POLYPVS *in ſolis ſolers legitur capiendis*
Æquoreis conchis, cætera bardum animal.
Sic quidã ſtupido ingenio, nec diſcere quidquam
Prompti, ſi dotes inſpicias animi.
Cum de diuitiis per fraudes eſt cumulandis
Quæſtio, iudicio, conſilioque valens.

Pecuniam ad modum aquæ ſe habere notum eſt, In hoc quoque aquam præfert, quod ſicut illa ægroto exhibita, eum recreare videtur, dum bibitur, & noxia plerumque eſt, dum in ſtomacum traiecta; ſic & pecunia, quam indigenti velut ſitibundo exhibet fœnerator; quod elegantiſſimè premebat ſanctus Gregorius Nyſſenus orat. contra vſurarias, dum ait: *Qui pecuniam cum fœnore reddendam accipit, pignus & arrham paupertatis accipit, ſpecie beneficij exitium domum reportans: quemadmodum enim is, qui precibus victus febricitanti, & quem vehementiſſimus calor ſitiſque nimia exagitat* MERI POCVLVM PORRIGIT, *exhilarat quidem ægrum perbreui tempore, dum poculum exhaurit, ſed non longè poſt acerbiſſimam, & decuplo grauiorem febrim miſero parit: ſic & qui egeno pecuniam ſub fœnore commodat, neceſſitatem illius non ſubleuat, ſed calamitatem potius auget.*

Pecunia aquæ ſimilis, quæ febrienti porrigitur. S. Greg. Nyſſ.

Aquam pecuniam referre etiam ille cenſebat, qui de fiſco loquens aiebat:

INFLVIT *in Fiſcum collecta pecunia, ſicut*
Vndique flumineas imbibit æquor aquas;
Effluit è fiſco diſperſa pecunia, ſicut
Æquoris in fontes verſa recurrit aqua,
Nec dum FLVMINIBVS *ſatura ſunt æquoris vnda.*

Pecunia in Fiſcum fluit vt aqua in mare.

Argenti fontes loqui prouerbiali ſchemate qui dicantur, explicat Diogenianus centur. 2. Prouer. 93. *Argenti fontes loquuntur, in indoctos, ſed ob nimiam opulentiam liberè, & confidenter loquentes.*

Argentei fontes loqui quid. Diogen.

Imbris metaphora de argento loquitur & 715.
ſcitus ille Poëta:

Imber de Argento.

IMBER

Spargitur ARGENTI,*nix velut alba pluit.*

Argẽti guttæ aliquando decidere. Theod.

Aureliano imperante,argenti guttas decidiſſe ad modum imbris ſunt qui referunt, vt indicat Theod.Metochita in hiſt.Roman.

Aurei nummi per ludum in amnem proiecti. Schand.

Non defuit,vt hoc quoque adiiciam, qui aureos numos in fluuiom ludi cauſa proiiceret,ne abeſſent ab vndis, qui vndis pares. Scaodeonius lib. 3. Hiſtoriarum Patau. rem his ferè verbis narrat: Iacobus de ſancto Andrea Patauinus Nobilis cum Venetias aliquando veheretur,nec haberet quibuſcum alea luderet ne prorſus otioſus ſederet,argenteos, atque aureos numos perinde atque lapillos è nauis prora in ſubiectum amnem iactauit,quot quiſque ſaltus faceret in ſumma vnda,annumerans.

Opes poſſeſſores ſuos mergunt.

Cauendum ne nos opes mergant:Scitè Poëta ille:

Quemadmodum ſi VIPERAM,
Vel aſpidem, vel ſcorpium,
Cernas in auro aut Indico
Ebore: tamen non diligis:
Nec hinc beatas indicas
Has belluas, quod vndique
Rutilo nitore fulgeant;
Natura ſed quia his malum
Virus dedit longe fugis
Timens veneno afflarier.
Sic cum vides magnas opes
Habere plurimum mali
Mirari, & amplecti caue
Splendorem earum: ſed magis
Contemne propter improbos
Mores in illis quod vides:
Ne te queat ſubmergere,
Quod accidit quamplurimis.

716. In Opom Oceano nos mergi volebat,qui dixit:*Vis propinis opes intueri,& in illarum magnitudine tanquam in* OCEANO *te mergere?* Qui ſapit, nolet,volet qui non ſapit.

Ab auro mergi Crates noluit.

Ab auro mergi Crates noluit, qui aurum merſit in mare:auri contemptum ſuadens; hinc quidam Poëta hæc canebat:

Diuitias nullus ſapiens deſiderat vnquam
Quod ſoleant illis multa ſubeſſe mala.
In MARE *coniecto Crates hinc pondere grandi*
Auri,ait,hoc mergam,mergar vt ipſe minus;
Audiit vt Zeno,ſua quod periiſſet in vndis
Res,riſiſſe magis,quam doluiſſe ferunt.
Dixit enim voluis Sophiæ fortuna relictis
Inuigilem curis commodiore via.
Democritus patriæ ceſſit patrimonia,Phœbi
Vt vacua poſſet mente vacare ſacris.
Clarus Anaxagoras agros reliquit inertes,
Pectoris,his cultum propoſuitque ſui.
Sic faciet,qui vult cultor virtutis haberi,
Nam nihil his OPIBVS *vanius eſſe poteſt.*

Cenſus Domini quid. Plin.

Porrò eleganter *mergere* pro perdere,ac profligare ponitur,& ſignatè de bonis,ac eétu ſumpſit Plinius lib. 9. cap. 16. *Nulluſque propè iam mortalis pluris æſtimatur, quàm qui peritiſſimè cenſum Domini* MERGIT; ſed cenſus, opeſque non merguntur tantùm, dum perduntur, ſed mergunt,dum perdunt.

717. Alieno ære grauati mergi dicuntur. Plut.

Certè apud Plutarchum dicuntur ἐβαπτισμένοι ὑπὸ τῶν ὑδάτων, qui alieno ære merſi emergere vix poſſunt.

Vſura & fœnus trucidat, & necat. Auſon.

Nec mergere tantum fœneratores dicuntur, ſed & necare,ac trucidare,hine illud Auſonij.

Velox inopes TRVCIDAT *vſura.*

Cicer.

Cicero pro Cælio:*Ne effundat patrimonium, ne fœnore* TRVCIDETVR. Valerius Maximus rem vſurariam necationem vocat lib.4.cap. 8. *Opportunè teſtatus eſt ſe nummorum ſuorum, non ciuilis* SANGVINIS ESSE FOENERATOREM:*nam qui hac præcipuè necatione delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint*; Ita plerique lege odiũ putant,cum veteres libri negationem habeant. Val.Max.

Mentem pecunia mergit. S.Nilus.

Contemnenda ergo pecunia eſt, ne mentem mergat;ſanctus Nilus in aſceticis: *Pecuniam,inquit,& omnia quæ mentem* DEMERGVNT, *atque opprimunt,contemnamus. Onus abiiciamus,vt nauis parumper ſubleuetur. Tempeſtate iactati abiiciamus, & magnam ſupellectilis partem, vt animus tanquam gubernator vndarum impetum queat ſuſtinere,ſalutique conſulere.*

Mergantur diuitiæ ne nos mergant. Io.Eut.

Sapuit, qui ne in diuitiarom copia velut in mari ſubiret naufragium, naufragas opes fecit, & in mare iactauit,ne illarum fluctibus iactaretur Crates hoc fecit, vt diximus de qoo bellè auctor ille:*Diuitias formidauit Crates,& ne* NAVFRAGARETVR *ipſe ipſas humanæ vitæ procellas naufragas fecit*:Satius eſt naufragium dioitias ſubire quam dioitem: verè ille diues: qui ne ipſe mergatur mergi opes ſuas noo ſolum ſinit, ſed ipſe mergit.

EXCVRSVS LIX.

In diuitiarum aquis fluctibuſq; paupertatis portus quærendus.

Caſtitatis victoria *opum cupiditatem vincere,quæ caſtitatis hoſtis eſt.*

Diuitiæ mola aſinaria *qua diuites merguntur.*

Rerum temporalium ſolicitudo in variarum cogitationum, & affectionum pelagus homines demergit.

Felicius nauigat *pauper.quam diues.*

Pecuniarum procellæ *ac* tempeſtates.

Diuitiarum fluctus *in virtutes inſurgunt.*

Fluctibus diuitum nauis *agitatur.*

Tridentis *nota in nummo.*

Maris fluctus *pecunia ſignat.*

In diuitiarum fluctibus portus *quærendus. qui diuitiarum contemptus.*

Tutus,& obuius portus *paupertas.*

Paupertatis ros *in diuitiarum æſtu.*

מסכן *quid?ſuis paupertas* prodeſt.

Paupertas athletas legis *efficit.*

Paupertas eſt caminus *eliminans vitiorum ſordes.*

מכן *quid?paupertas* theſaurus *quidam.*

Paupertas res cæleſtis,*& ſemper diues.*

Diuitiæ quæ tanta paupertate laborant,dum ſatiare poſſidentis mentem nequeunt,ſui marceriam exhibent, vt ſecundis ventis in earum mari calamus vehatur, inueharor in illas; dedi ſuperius multa, dedi in aliis volumioibus non pauca, adiiciam adhuc alia, nec patiar aliò vehi, aut naufragium ſubire cum diuitiis ipſis quas ſpectant,& tangunt. 718.

Caſtitatis victoria opũ cupiditatem vincere,quæ caſtitatis hoſtis eſt. S.Ambroſ.

De caſtitatis,& pudicitiæ aqua diſſeruimus, cũ de nuptialibos aquis ageremus,nexum magnum cum caſtitatis aquis diuitiarum fluenta habent, imò non nexum, ſed pugnam, vinculum in diſcordia ſitum eſt. Pars caſtitatis eſt, non carnem tantum coërcere, ſed & habendi cupiditatem,

tatem, & auaritiam, cum cupiditas via ad luxuriam ſit: Egregiè ſanctus Ambroſius lib. 5. epiſt. 31. *Prima caſtitatis victoria eſt facultatum cupiditates vincere, quia* LVCRI STVDIVM *tentamentum pudoris eſt.*

Diuitiæ mola aſinaria qua diuites merguntur. Vgo Car.

Diuitiarum aquas qui amat, ſella aſinaria ad collum appenſa mergi meretur: vt quid? diuitiæ ipſæ auaro poſſeſſori idem ſunt, ac mola aſinaria in profundum demergendæ. Hinc illud Vgonis Carenſis in capit. 17. Prouerb. *Diuitiæ ſunt Poſſidenti ſicut mola aſinaria in collo vt* DEMERGATVR *in profundum ſicut dicitur Matth.* 18.

719. *Rerum temporalium ſolicitudo in variarum cogitationum, & affectionũ pelagus homines demergit.* B. Laur. Iuſt.

In pelagus diſcriminibus magnis, magnis tempeſtatibus obnoxium rerum temporalium ſolicitudo homines impellit, de qua te ita loquitur Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de paupertate cap. 1. in hæc verba: *Grauis ſarcina eſt, & laborioſa temporalium ſolicitudo, quæ nunc demulcendo, nunc violentando trahunt hominem extra ſe, & in quoddam turbulentum, & procelloſum ſolum rationalis mens aſcendit, & deſcendit, percutitur, & repercutitur, ac plerunque* INVNDATIONE AQVARVM *diſſoluitur, crebris nihilominus, & validis contra eam flantibus auris, ibi dolor, ibi labor, ibi pauor. Dolor pro amiſſione eorum, quæ inordinatè diliguntur. Labor pro ſolicita exercitatione congregandi, & poſſidendi, Pauor ne ex vehementia ventorum aquarumque impellatur* NAVIS IN SCOPVLOS, *& eodem vnoque momento rebus homo priuetur, & vita.*

Tutius nauigat pauper, quam diues.

Plures diuitum caſus eſſe, quam pauperum, ſecurioreſque iſtos præ illis nauis ſimilitudine ſic explicabat quidam Poëta.

Altum hæc CYMBA *tenet, littus premit illa propinquum.*
Pauperis hæc vitam, diuitis illa refert.
Incertum hic per iter male certa nauigat aurâ:
Arbitrio curſum temperat ille ſuo.

Pecuniarum, procellæ ac tempeſtates. S. Iſid. Peluſ.

Pecuniarum procellas notabat ſanctus Iſidorus Peluſiota libro 5. Epiſt. 51a. vbi rem ita deſcribit. *Nemo ignorat animum pecuniæ cupiditate flagrantem, mille plerumque* IACTARI PROCELLIS. *Notum, & illud in his algoribus atque tempeſtatibus, nullum eſſe ſenſum quietis, ſatietatis, & libertatis, veluti ab hiſce ventorum turbinibus eliſa. Ecquis ergo talem ducat vitam, in quas ſcopuli, fera beſtiæ, ac turbines fluctuſque vigent, exulat vero pax atque lætitia?* Et Theodoretus libro ſexto de Prudentia, ait hos diuitiarum fluctus non in diuitem tantum inſurgere, ſed & in virtutes: *Opes*, inquit, *variis* TVMVLTIBVS, *& omnigenis curis refert ac ſexcentis decumanorum fluctuum generibus virtuti inſidiantur*: ac proinde etiam diuiti, in quo mergere virtutes ſtudent, ſi eas poſſideat, aut diuitem à virtutum acquiſitione retardare.

Diuitiarum fluctus in virtutes inſurgunt. Theod.

720. *Fluctibus diuitum nauis agitatur.* B. Laur. Iuſt.

Fluctibus vbique agitatur diuitum nauis, ſiuè in proſperis ſit, ſiuè in aduerſis, pauper vbique tranquillitate fruitur: Pulchrè rem explicat Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de paupertate, cap. 2. *Magna tranquillitas cordis eſt nihil habere concupiſcentiæ ſæcularis. Nam ſi ad terrena concupiſcenda, & ad diuitias cumulandas cor inhiat,* TRANQVILLVS, *&* QVIETVS *eſſe homo nullatenus poteſt, quia aut non adepta concupiſcit, vt habeat, aut acquiſita metuit ne amittat. Et dum in aduerſis ſperat proſpera, in proſperis formidat aduerſa, huc illucque quaſi quibuſdam* FLVCTIBVS VOLVITVR, *ac per modos varios aduerſantium rerum volubilitate verſatur.*

Tridentis nota in nummo Plut.

Nummos Tridentis notâ ſignabant Trœzenij, quòd eximij eſſent Neptuni cultores, hunc enim Deum tutelarem putabant cui & frugum primitias offerebant: Diſco id ex Plutarcho in vita Theſei: *Colunt*, inquit, *eximiè Trœzenij* NEPTVNVM ATQVE *eſt hic tutelaris iis Deus cui primitias frugum libant, & Tridentem nummi habent notam*: Hoc ſit gentilium ſapientia, non Neptuni inſigne qui maris Deus putabatur pecuniam referre debet, ſed mari ipſius fluctus ſignat, quibus ſubiectus eſt, qui pecunias amat, & quærit.

Maris fluctus pecunia ſignat.

721. *In diuitiarũ fluctibus portus quærẽdus qui diuitiarũ contemptus.* P. Ni. No.

In his fluctibus, in hoc mari quærendus portus eſt, & nullus eſt opportunior, tutior nullus, nullus vicinior, quam ipſarum diuitiarum contemptus: Scitè ille, & verè: DIVITIARVM FLVCTIBVS *qui obſidetur non diuitias augeat, ſed contemnat, contemptus ipſe tutus in hoc mari portus eſt*: non eſt quod longæ nauigationi quis ſe committat, in hunc portum ſe recepturus eſt: proximus eſt, in te erit ſi in te terrenarum opum neglectus erit, reſeca diuitiarum cupiditatem, & portum habes, portum tenes.

Tutus & ſecurus portus paupertas. B. Laur. Iuſt.

In huius ſolicitudinis mare in quo nauigant, imò fluctuant diuitiarum amore poſſeſſi, tutus & tranquillus portus paupertas ipſa eſt: quam ſic efferebat ſanctus Chryſoſtomus homil. de recipiendo Seueriano: *Paupertas*, inquit, *eſt tutum aſylum, perpetua ſecuritas,* PORTVS TRANQVILLVS, *deliciæ periculorum exortes, voluptas ſincera*: Et Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de ea. cap. 1. in calce: *Paupertas eſt quædam manuductrix in via, quæ ducit ad cœlum, unctio athletica, & exercitatio magna, & mirabilis. Eſt quoque* PORTVS TRANQVILLITATIS, *nutrix confidentiæ, quietis fundamentum, orationis adiutorium, peregrinationis exhortatio, & perfectionis porta, ſine qua nemo coram Deo in ſpiritu diu perdurare poterit.*

Paupertatis vis in diuitiarum æſtu. S. Iſid. Peluſ.

Pulchrè nos ad paupertatis ſtudium, diuitiarúmque contemptum Babylonicæ ſtatuæ, fornaciſque memoria, & in ea diuinitus præſentis roris inhortatur ſanctus Iſidorus Peluſiota libro 5. epiſt. 36. vbi ait. *Omnium illos ditiſſimos cenſemus, & regibus fœlicitate præferendos, qui pedibus diuitiarum cupiditatem conculcarunt: quibus adnumerari omni ope adnitemur: tametſi enim plerique tyrannidem eius velut ſtatuam Babylonicam adorauerint, nos tamen trium puerorum continentiam imitati, etiamſi tubarum, ac tibiarum ſonitus, totiuſque muſicæ artis concentus ad cœlum vſque elatus aures noſtras circumſonet, & fornax paupertatis accendatur, ne tympanis attendamus, nec tibiis, neque reliquiis diuitiarum phantaſmatis: ſed licet in caminum proiiciendi ſimus, paupertatem eligamus, ne illas adoremus, eritque hæc nobis Philoſophia, hic quidem veluti ros in mediam diſtillans, omnemque libertatem nobis procreans: iſthic verò patientiæ coronas pariet.*

722. מסכן *quid? ſuis paupertas prodeſt.*

Fluere in morem aquæ diuitias, Deus voluit, ne ſcilicet in earum amore aliquis ſiſteret, tot curarum fluctibus in poſſeſſores ſuos inſurgere voluit: vt ad paupertatem potius, tanquam ad tranquillitatis quẽdam portum ſe quiſque reciperet: diuitiarũ theſaurũ repertutus eſt qui diuitias cõtempſerit, cum paupertas ipſa diuitis theſauri loco ſit: apud Hebræos pauper, מסכן *miſchẽ*, quoque dicitur, à quo ferè vocabulũ illud apud

Paupertas athletas legis efficit. S. Nilus.

Paupertas eſt caminus eliminans vitiorum ſordes. B. Laur. Iuſt.

Italos fluxit, quo ſumma egeſtate laboraos dicitur, *meſchino*, & מסכנות *miſchenuth*: paupertas vocatur, à radice סכן *ſachan*: quod eſt prodeſſe, vtile eſſe, quia nimirum prodeſſe paupertas ſolet, licet officere videatur, nam in primis, vt ait ſanctus Nilus in capite paræn. *Conſtantem legis athletam paupertas efficit*: & ſanctus Laureotius Iuſtinianus cap. 3. de pauper. *Paupertas eſt caminus purgans, & eliminant ſordes vitiorum*: Quot damna diuitiæ afferunt, tot bona inuehit paupertas, quæ aut diuitias à ſuis abſecat, aut ſuos à diuitiarũ amore. Præterea סכן theſaurarium ſignificat, vt vel vocis affinitate paopertatem ingentis theſauri loco babendam colligeremus, vt verus ille foerit, qui dixit; *Iniuſtè diuitiarum copia* THESAVRI *nomen furata eſt: tam ſpecioſam titulum ſola* PAVPERTAS *meretur, & diuitiarum deſpicientia*: non ſunt verus theſaurus opes, quæ verum virtutum theſaurum nobis ſurripiunt ſi impenſius amentur.

סכן quid? paupertas theſaurus quidam.

Paupertas res cœleſtis, & diues. Io. Eccl. 16. cap. 30.

Diuitias pauperes eſſe alibi probaui; addo hîc, quod ex illo ſequitur, paupertatem diuitem eſſe, tot bona ſecum deuehit paupertas, vt pauper eſſe non poſſit; qui illam poſſidet; Boni, & culti auctoris hæc ſuut verba: PAVPERTAS RES COELESTIS EST, *læta, innocens, ſecura, ſufficiens, & quod mireris, diues*: Omnes hi tituli à diuitiis exulant, ad paupertatis ſioum confugiunt, quæ eo ditior quo mious eſſe videtur; diuitias habet, ſed ſine euris, ſine ſolicitudinibus, ſine fluctibus.

EXCVRSVS LX.

In diuitiarum mari beneficentia quærenda, quæ & portus ſuis eſt, & ad portum ſuos ducit.

In diuitiarum pelago *beneficentia eſt portus.*
Qui inter fluctus *eſt, pietatis portum intret.*
Ad Cœli portum *ſuos ducit beneficentia.*
Ad Cœlum *ſuos vehit largitas.*
Eleemoſyna in cœlo domum *nobis ædificat.*
Cœli oſtiaria *miſericordia.*
In Cœli diariis *eleemoſynæ præcipua* ratio *habetur.*
Beneficentia in pauperis manibus cœli theſauros *reperit.*
חסד *quid*; ſancti, & miſericordes *inter ſe cohærent.*
Benefici manus à corruptione *immunes.*
Propriis manibus *eleemoſynam erogari quanti referat.*
Auari manus *tremit, aliquid largitura tanquam amarum medicinæ* poculum *eſſet bibiturus.*
Vir beneficus Deo ſuauis, *vt ex ore eum non euomat.*

723.
In diuitiarũ pelago beneficentia eſt portus. P. Hieſ. No.

Diuitiarum mare fluctus ſuos habet, ſuos æſtus, quibos diuitum mentem inſeſtat, & eò perieuloſius quo maiori cupiditate diuitiarum diuites æſtuant; in hoc mari, in hiſce fluctibus quærendos portus eſt, ad quem tranquillitatis, ac ſecuritatis gratia mentis nauis vehatur; obuius, opportunus portus beneficentia eſt, & diuitiarum ipſarum largitio in pauperes, in egenos, pulchrè ille, & ex vero: *In diuitiarum pelago totus beneficentia portum quærat qui* MERGI DIVITIARVM FLVCTIBVS *actus pertimeſcit*: huc vebi poteſt & illud, quod habet Beatus Petrns Chryſologus ſermone 41. *Qui intrat carnis pelagus, ſcindit vitiorum fluctus, inter ſcopulos criminum tranſit, præterit littora paſſionum: niſi cito portum pietatis intrauerit, exercere virtutes non poteſt, lucrum non poteſt habere virtutum*: Appellere ad hunc portum omnes illi debent, qui in huius mundi Oceano fluctibus obſidentur, ſed præcipuè diuites, qui ſupra reliquorum diſcrimina, etiam diuitiarum vndas, & tempeſtatem debent timere.

Qui inter fluctus eſt, pietatis portum intret. S. Pet. Chryſ.

Ad cœli portum ſuos ducit beneficentia. Anon.

Portus beneficentia eſt, tuetur à fluctibus illos, qui io eius ſe recipiunt ſinum: ſed non portus tantum eſt, ad portum etiam ducit: ad cœlum ſcilicet. Præclarè ille auctor Anonymus: *Largitas cultores ſuos ad* PORTVM COELI *ducit, nec ſinit eos in diuitiarnm fluctibus periclitari*: idem, & plerique ſanctorum Patrum ſenſêre licet non hac ſimilitudine vſi: ſanctus Chryſoſtomus homil. 9. de pœnit. *Eleemoſyna regina illa virtutum homines celerrimè in cælorum axes adducit aduocati optimi loco fungẽs, & da panẽ, & accipe Paradiſum*: & homil. 67. ad populum: *Si ad* PAVPERVM *manus extenderis manum, ipſum cœli verticem tetigeris, qui enim illic ſedit, eleemoſynam ſuſcipis. Si vero porrexeris vt curas nihil profecerit.* Homil. 54. in Matth. *Eleemoſyna manſionem nobis in cœlo ædificat, & æterna tabernacula præparat*: & nonnullis interiectis: *Et domos æternas in cœlis condit, & theſauro locupletat inexhauſto*: & homil. 55. ad populum: *Qui præſtant* ELEEMOSYNAM IN COELO ÆDIFICANT *domos, & tabernacula*: Vgo Carenſis in caput 3. Prou. *Miſericordia ſola comes eſt defunctorum, & diſtributrix orationum in regno cœlorum*: Beatus Albertus Magnus ſermone in Octaua Epiph. *Miſericordia* OSTIARIA EST REGNI DEI, *quæ miſericordes homines intromittens, vſque ante faciem regis æterni producit.*

Ad cœlum ſuos vehit largitas. S. Chryſ.

Eleemoſyna in cœlo domũ nobis ædificat. S. Chryſ.

Cœli oſtiaria miſericordia. B. Abb. Mag.

724.
In cœli diariis eleemoſynæ præcipua ratio habetur. S. Pet. Chryſ.

In diariis quoque cœleſtibus præcipuè largitatis habetur ratio, in cœli tribunali eleemoſynæ negotiis locus primus præcipouſque datur. Polchrè ſuo more rem verſat Sanctos Petrus Chryſologus ſermone 14. in hæc verba: *Quod Abel paſſus ſit, quod ſeruauit mundum Noe, quod Abraham fidem ſuſcepit, quod Moyſes legem tulit, quod Petrus crucem reſupinus aſcendit, Deus tacet, & hoc clamat ſolum, quod comedit pauper. In cœlo prima eſt eſurientis annona, prima ſtipendia pauperis tractantur in cœlo, erogatio pauperis prima diuinis ſcribitur in diurnis*: nimirum in cœlo primus locus beneficiis datur, qui in terris primum locum beneficentiæ dedêre.

Beneficentia in pauperis manibus cœli theſauros reperit. Idem.

Quid quod beneficentia in pauperis manu portum reperit, reperit cœlum, cœli theſaurum. Peritè ſanctus Petrus Chryſologus ſermone 8. *Theſaurus cœli eſt manus pauperis quod ſuſcipit, ne in terra pereat, reponit in cœlum. Theſaurizate inquit vobis theſauros in cœlo: Manus pauperis eſt* GAZOPHYLACIVM *Chriſti: quia quicquid pauper accipit, Chriſtus acceptat.*

Tantam

חסיד quid? ſancti,& miſericordes inter ſe cohærent Pſal.149. Pagn.

Tantam cognationem cum cœlo miſericordia habet, vt ſolis miſericordes ibi recipi videantur, certè ſancti, qui in gloriæ regno gloria ſunt inſigniti ob miſericordiæ opera, quæ vel re ipſa,vel affectu exercuerunt: id præcipuè ſunt conſecuti, vt non mirum ſi in diuinis litteris ſancti, & miſericordes ſub eodem nomine lateant, Pſal. 149. *Exultabunt ſancti in gloria:* Pagninus in Lex. *Exultabunt miſericordes in gloria:* ac ſi ſancti qui in cœlo regnant dum ſe miſericordiæ viſceribus veſtierunt, in miſericordes immigrarunt,& apud Deum ſancti qui in Cœlo regnant, & miſericordes vix diſcriminentur: in Hebræo eſt vox חסידים *chaſidim*, quæ propriè miſericordes ſignificat.

725. *Benefici manus à corruptione immunes.*

Corpus ipſum beoefici oſteodit quantam cum cœlo,& cum illis qualitatibus quæ in cœlo ſedem ſuam habeat, habeat beneficus, legimus aliquorum manus incorruptas poſt mortem remanſiſſe ob beneficentiæ munus, quod exercuerunt: Inter alios Vgis Omualdi manus, poſt obitum non putreſcunt, ob miſericordiam in pauperes erogatam, vt habetur in ſpec. exemp. tit. miſericordia n.9.

Propriis manibus eleemoſynā erogari, quanti referat. S.Aug.

Hinc diſcimus ita exhibendam pauperibus eleemoſynam eſſe, vt propriis id manibus fiat; quod quàm vtile ſit colligitur ex his ſancti Auguſtini verbis, qui ſerm.19.ex 40. nouiſſimè editis ita ſcribit: *Illud etiam moneo ſanctitatem veſtram, vt ſciatis eum duplam miſericordiam facere qui pauperibus ſic dat aliquid vt ipſe eroget: Non enim debet eſſe ſola benignitas largientis,ſed & humilitas miniſtrantis. Neſcio quomodo,fratres mei, animus eius, qui porrigit pauperi, velut communi humanitati atque infirmitati compatitur,quando ponitur* MANVS HABENTIS IN MANVM INDIGENTIS. *Quamuis ille det,ille accipiat,coniunguntur miniſter,& cui miniſtratur. Non enim iungit nos calamitas,ſed humilitas.*

Auari manus tremit aliquid largitura tanquam amarum medicinæ poculum eſſet bibiturus. S.Pet.Dam.

Non tremore corripiatur hæc manus, quæ eleemoſynam porrigit, alioquin par auaris erit, quorum manus tremit cum aliquid largitur non ſecus ac ægri, qui amaræ medicinæ poculum eſt ſiccaturus; illúdque ori tremens admouet, quod ſic in auaros intorquebat ſanctus Petrus Damianus Opuſc.9.cap.1. vbi de eleemoſyna agens hæc habet: TREMIT MANVS AVARI *cum tribuit: & ſicut ager exhorreſcens amareſcentis antidoti differt poculum, ſic iſte daturus aliquid differt in poſterum: Ille ſiquidem exaſperantis potus nauſeat amaritudinem; iſte ſi dederit aliquid metuit egeſtatem: ideoque licet vel in bibendo, vel in præbendo neceſſitatis tempus immineat, vterque tamen in poſterum quod abhorret, interiecta dilatione reſeruat. Planè largus, & liberalis animus facit diuitem,pauor atque tenacia reddit egentem.*

Vir beneficus Deo ſuauis vt ex ore eum non euomat. Pſal.111. S.Aug.

Læto animo bibendus beneficentiæ calix non manu tremula,ſed firma & manu, & mente: ſic enim fiet vt Deus à ſuo ore nos non reiiciat, nec nos euomat, non euomit beneficos beneficus Deus, ſed tanquam ſuaues ori ſuo admouet, & vt ita dicam, in ſua viſcera demittit, qui ſua viſcera pauperibus claudere neſciant; huc voco illud Pſalm. 111. *Iucundus homo,qui miſeretur,& commodat*; Sanctus Auguſtinus, prò *iucundus* habet, *ſuauis*, aitque in hunc Pſalmum in hunc locum: *Suauis vir qui miſeretur,& commodat, non enim eum euomet Deus ex ore ſuo tanquam in ſuauem*; ſuauis eſt qui in pauperes eſt liberalis, nec à Dei ore reiicitur,qui Dei amore pauperes non reiecit.

EXCVRSVS LXI.

Diuitiarum aquæ in alios deriuandæ; commendatur beneficentia.

Diuitiarum aquæ *in alios ſi non* fluant *diuitibus putreſcunt diuites.*

Diuitiarum aquas *poſſidet, qui aliis quoque diuidit.*

Dat ſibi *qui dat* pauperi.

Fontes, puteíque *vbera docent pauperibus diuitias erogandas.*

Bonus fons *eleemoſyna.*

Aqua Dei *eleemoſyna.*

Aquis baptiſmalibus *comparata eleemoſyna.*

Per eleemoſynam quaſi per flumen *indulgentiam debemus trahere.*

Tacti qui fluuiorum more *in mare diuitiarum aquas ferunt,non irrigant indigentes.*

In quonam aquæ *par eleemoſyna ſit.*

In paupere *pretioſa ſit pecunia.*

Premuntur qui diuitiarum aquas *non diſtribuunt quibus abluantur.*

Animæ manus eleemoſynæ aquis *abluendæ.*

Diuitiarum aquas nemo ſibi ſoli habeat, vt 726.
verè habeat,noxiæ aquæ ſitæ ſunt, & ſuos mergunt, dum ad alios quoque ire non ſinuntur: rem ſic explicat ſanctus Chryſoſtomus hom.48.in Matth. *Quemadmodum fons ſi* AQVARVM FLVMINA *in ſe ipſo quaſi ſtagnum quoddam retinet facilè putreſcit, eodem certe modo diuites, cum in ſe ipſis opes ſuas detineant, marceſcunt. Idcirco trito prouerbio fertur: nulla diuitiarum putredo apud talem hominem eſt,nec dicitur magna copia, ingens theſaurus, putredo enim profectò in ore poſſidentium, ſed opus ipſarum nam recondita veſtes corrumpunt.*

Diuitiarum aqua ſi in alios non fluant diuitibus putreſcunt. S.Chryſ.

Dat ſibi,qui dat pauperi. S.Pet.Chry.

Verè diuitiarum aquas poſſidet,qui communicat,opes verè noo habet qui opes indigentibus non diſtribuit, expendenda hîc Salomonis verba Prou.5.16. *Deriuentur fontes ſui foras, in plateis aquas tuas diuide, habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui*; necti inter ſe veritatis vinculo hæc verba prima facie non videntur, quis enim ſolus poſſidere aquas poteſt, qui iubetur eas in alios deriuare? qui ſolus aquarum fluenta habet,quæ in alios effundenda ſunt? de eleemoſynis hunc locum aliqui probæ notæ interpretantur,præſertim Ianſenius, quia igitur ille verè diuitias poſſidet, qui eas pauperibus elargitur, & retineri aquæ iubentur, & effuodere, cum enim effunduntur retinentur, tunc benè retinemus opes, cum effundimus, & ex eo quod foras prodeunt conſeruantur, veræ noſtræ diuitiæ ſunt,quia noſtræ non ſunt, ſed indigentium, hinc non alienè dixit ſanctus Petrus Chryſologus, dandum pauperi eſſe vt demus nobis; ſic enim ille ſcribit ſerm 8. *Da* PAVPERI, *vt des* TIBI: dat tibi diues, dum pauperi dat, cum totum in eius vtilitatem reſiliat, exiguum quid dat,ſed multum recipit, dat terram vt accipiat cœlum, dat nummum,vt accipiat regnum.

Digitized by Google

727. *Fontes, putei, vbera docent pauperibus diuitias erogandas.* S. Iſid. Peluſ.

Diuitias indigentibus erogandas fontium metaphora ſuadebat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1 Epiſt. 466. *Quemadmodum*, inquit, FONTIVM GVRGITES *cum hauriuntur vberius ſcaturiunt, altiúſque quam prius exiliunt, ac mamnilla cum ſuguntur, non ante deficiunt, quam infans ad ſolidiorem cibum admittendum adoleuerit, eodem modo diuitiæ, cum hauriuntur decrementum minimè patiuntur.* Eòdem puteorum exemplum ducebat ſanctus Baſilius hom. in illud Lucæ: Deſtruam horrea mea, ait enim. PVTEI *dum exhauriuntur, ſpecioſiores ſiunt, dimiſſi verò ac quieti, putent. Sic diuitiæ quieſcentis, & repoſitæ inutiles ſunt: quæ verò mouentur, ac tranſeunt, vtiles in commune ſunt, & fructuoſa*: & hom. 3. in diuites auaros: *Qui dando diuina gratia confidunt*, PVTEOS IMITANTVR, *qui continuè exhauſti minimè deficiunt, ſed duplo copioſiores euadunt*: Idem vberum

§ Baſil.

Clem. Alex.

ſimilitudine docebat Clemens Alexandrinus lib. 3. pædag. cap. 1. *Largitio bonum eſt* FONS *benignitatis, & potum ſitientibus communicant rurſus augetur, & repletur: quemadmodum ad vbera, quæ ſuguntur vel mulgentur ſolet lac copioſius accedere.*

Bonus fons eleemoſyna. S. Aug.

Bonus fons eleemoſyna, bonus ieiunium, ſalutaris oratio eſt: ſanctus Auguſtinus epiſt. 86. ita loquitur: *Ieiunij, orationis, & eleemoſynæ* FONTIBVS *abluatur*, præferendus hic fons illi eſt, qui in terreſtri paradiſo in quatuor partes diuidebatur; ſcitè ſanctus Chryſoſtomus hom. 22. in Acta Apoſt. *Eleemoſyna per quam charitatis planta nutritur: Nihil enim ita charitatem fouere ſolet, ac dum quis ſe miſericordem exhibet. Hic ramos in ſublime erigi facit. Hic melior* FONS *eo, qui eſt in paradiſo, non in quatuor diuiſus initia, ſed in cœlum ipſum ſurgit.*

S. Chryſ.

728. *Aqua Dei eleemoſyna* S. Pet. Dam.

Aquæ patiari eleemoſyna ſolet, verè aqua eſt, non quælibet, ſed Dei, hinc illud ſancti Petri Damiani ſerm. 71. *Interpretandum eſt eleemoſynæ vocabulum: El Hebraicè Deus: Moys Ægyptiaca lingua dicitur* AQVA, *inde eleemoſyna, id eſt aqua Dei, è contrario videre poſſumus, quod peccatum eſt ignis Diaboli, igitur contra ignem Diaboli opponatur aqua Dei.*

Aquis baptiſmalibus comparata eleemoſyna. S. Cypr.

Aquis baptiſmalibus ſi quis pariat, habebit ſecum ſentientem ſanctum Cyprianum qui lib. de opere, & eleem. ita loquitur. *Sicut lauacro* AQVÆ *ſalutaris gehennæ ignis extinguitur, ita eleemoſynis atque operationibus iuſtis delictorum flamma ſopitur*: hinc *ſecundum baptiſmum* eleemoſynā indigitabat ſanctus Auguſtinus hom. 39. inter 50. *Dedit*, inquit, *nobis Deus ſecundum baptiſmum, nam ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, ante fores* GEHENNÆ *ſtat miſericordia, & neminem permittit in carcerem mitti*: Sanctus Laurentius Epiſcopus Nouar. hom. de pœnitentia ad hanc mentem: AQVA & ABLVTIO, *& remiſſio in eleemoſyna largientis eſt; ne differas ablui inquinatum corpus, & animam fontibus eleemoſynæ, vt redeas rurſus in pramiſſi baptiſmatis formam*: & ſanctus Ambroſius ſerm 5. Eleemoſyna..... peccatis ſicut aqua baptiſmi gehennæ reſtinguit incendium.

Laur. Nou.

S. Ambr.

729. *Per eleemoſynam quaſi per flumen indulgentiam debemus trahere.* S. Laur. Nou.

Per eleemoſynam quaſi per flumen indulgentiam debemus trahere. Feſtiuè ſanctus Laurentius Nouarienſ. hom. de pœnit. *Sufficit*, inquit, *tibi exemplum Publicani iſtius, qui miſerabiles actus tranſacti temporis per eleemoſynam, quaſi per* FLVMEN *indulgentiam traxit, ſéque auaritiæ laqueo per erogationem eripuit.*

Falli qui fluuiorũ more in mare diuitiarum aquas ferũt, non irrigant indigentes.

Fluuiorum ſimilitudine, qui ſiccas terras non irrigant in mare feruntur, aquas in Oceanum vomunt, illos premit ſcitus quidam poeta, qui opes ſuas non indigentibus communicant: indigentibus negant.

Fluuios videmus maximos AQVAS *omnes*
In æquor exonerare nec ſuo ſiccas
Terras rigare liquore: iis pares duco,
Qui quas habent non indigentibus donant
Opes, inanis gloriæ magis zelo
Quam charitatis aut amoris inducta
At pauperum nullam aut breuem gerunt curam.

In quo aqua par eleemoſyna. S. Bern. Sen.

In hoc aquæ par eleemoſyna eſt, quod ſicut aqua ſitienti terræ vtilis, non ſitienti, ſed madidæ inutilis, atque etiam noxia, ita & eleemoſyna largienda indigentibus, non diuitibus exhibenda, id quod tetigit ſanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 7. de eleemoſyna art. 2. cap. 7. *Non eſt danda eleemoſyna niſi indigenti exemplo naturæ, quæ corporalibus membris ſecundum eorum neceſſitatem diſtribuit cibum*, TERRÆ QVOQVE SITIENTI AQVA vtilis eſt, non ſitienti damnoſa.

In pauperes pretioſa fit pecunia. S. Ambr.

Deriuanda in pauperes pecuniarum aqua eſt, ſic enim vtilis pecuniæ fit pretium dum diſpergitur. *Vilis eſt* PECVNIA, inquit ſanctus Ambroſius in Pſalm. 37. *Sed fit pretioſa per* FIDEM, *vilis eſt cum conditur, pretioſa cum diſpergitur*, nam fidei quodammodo characterem præfert, quam ille habet, qui pecuniam indigentibus tribuit, niſi fidem ille haberet, crederétque Deum redditurum cum fœnore, quod ille pauperibus largitur non adeo facilis ſua largiretur aliis.

Extremæ auaritiæ conſignatio eſt, cum auarus eò adigitur, vt aquam quoque quâ in manuum ablutione vtitur dolẽs, mœrẽóſque profundat, in Euclionem ſenem auariſſimum percellebat, Plautus in Aulul. act. 2. ſcen. 4. 730.

Premuntur qui diuitiarũ aquas non diſtribuunt quibus abluantur. Plaut.

AQVAM *herclè plorat cũ* LAVAT *profundere*
Famem vtendam ſi roges, nunquam dabit.

Non minor inſania diuitis eſt diuitiarum aquas exhibere negantis, non quibus ſit lotus, ſed quibus abluatur, fœdant diuitiæ dum fluere non ſinuntur, non ſparguntur in pauperes, abſtergunt ſi eant, ſi ſpargantur.

Animæ manus eleemoſynæ aquis abluenda.

Manus aqua lauantur quotidie, animæ manus eleemoſynæ aquis diluendæ ſunt. Adeſt ſanctus Chryſoſtomus qui hom. 3. de pœnitentia ita ſcribit, *Pelues, & lauacra cum* AQVA *ſunt, quò manus laues, quæ veſtes, aqua: ſic & eleemoſyna quo per eam animæ manus diluas.* Sordes abſterguntur diuitiarum aquis, ſi communicentur, alioquin maculas conſeruant ſi ſeruentur, augéntque dum augentur.

EXCVRSVS LXII.

Alia de diuitiarum aquis, alia de diuitiis.

Bullis aquatilibus *diuitiæ ſimiles.*
Diuitiæ ambitioſorum bullas *inflant.*
Lineis in aqua ſcriptis *citius fidendum quam diuitiis.*
Diues tanquam nauis *nimis onuſta facilè mergitur.*
Qui diuitias bibit *ſitiet iterum.*
Aurum Celtici fluuij *ritu bonos à malis diſcriminat.*

Diui

Diuitias iniuſtè ſorbere,*quam noxium.*

Auarus tanquam dipſade morſus *ad* aquas *vrgetur.*

Serpentis virus *in pecunia cauendum.*

Colubri *&* pecuniæ *cohærentia.*

Meretricia facie *diuitiæ.*

Auaritia meretrix quædam.

Auarus qualibet meretrice *fœdior, & infelicior.*

Diuitiæ plus aloës *quàm* mellis *habent.*

Aurum contemnendum quod Antichriſto ſeruari *dæmon eſt faſſus.*

Ægrè cum diuitiis probitas *cohæret.*

Pecuniæ amor *in pecudes homines vertit.*

Diuitiæ, quæ nihil firmi *habent contemnendæ.*

Diuitis amentia *qui ſe non neceſſariis, ſed inutilibus diuitem putat.*

Magnus eſt, qui non ſe magnum *putat quia diues.*

Qui ſe deſpicit deſpicit *etiam diuitias.*

731. DIues argumentum tractari diuitiæ offerunt, dum ſe: non vehitur tantum hiſce aquis calamus,mergitur, obruitur, quò plura dicuntur ſuperſunt plura quæ dicantur;vt mihi integrum minime fuerit,ea, quæ hic ſubiicio prætenire, quæ cum diuitiarum aquis, potiùque cognationem quandam habent.

Bullis aquatilibus diuitiæ ſimiles. Olymp.

Bullæ quæ ex aquis intumeſcit, & ſtatim detumeſcens euaneſcit, comparabat diuitias Olympiodorus, hæc ſunt eius verba in cap.5. Eccleſ. *Quid laboras in ventum, cum ſint diuitiæ prorſus inſtabiles, &* AQVATILIS BVLLÆ *cum detumeſcit perſimiles*: vt nec diu in ſua inconſtantia perſiſtere queant cùm nequeant diu ſtare.

Diuitiæ ambitioſorum animos inflant. S.Chryſ.

Bullæ ſunt, vt hîc malum ſiſtit, ambitionis bullas inflant in iis,à quibus amantur, huc ſpectabat ſanctus Chryſoſtomus hom. quòd nemo læditur niſi a ſe ipſo: *Diuitiæ ira tribuunt effectum, atque* INANES AMBITIONVM BVLLAS *inflant amplius*, vt ferè quò ditior quiſque & diuitiarum ineptus poſſeſſor, hoc ambitioſior ſit, & ſui iactantior; vento plenus, vento actus in hoc diuitiarum mari.

Lineis in aqua ſcriptis citius fidendum quam diuitiis. S.Greg.Naz. S.Aug.

Lineis in aqua ſcriptis vt nemo fidit, tanquam eodem momento abeuntibus, quo formantur, ita nec diuitiis fidere vllus debet; *Potius ventis*, (verba ſunt ſancti Gregorij Nazianzeni orat. ad ciues Nazianzenos:) *aut* LINEIS IN AQVA DESCRIPTIS *fidendum eſt, quàm diuitiis*: Bene & ſanctus Auguſtinus de mundi proſperitate: *Abundet licet*, inquit in Pſal.53. *& ſequatur te proſperitas ſæculi, tu mari noli credere, nec ridenti*: Addit de diuitiis: *Diuitiæ ſi* AFFLVANT, *ſi abundent* CALCA *eas & ſuſpendere ex Deo tuo.* Calcatur à diuitiis qui diuitias non calcat; malè ille nauigat ſi naue non premit diuitiarum aquas, male nauigat qui nimis onuſtus; hinc illud ſancti Nili de Monacho, ſed quod non alienè ad alios etiam transferatur: *Diues ac copioſus onuſta* NAVIS *eſt, atque in tempeſtate facilè peſſum ibit*: ſic orat.de Auaritia.

Diues tanquam nauis nimis onuſta facilè mergitur. S.Nilus.

732. *Qui diuitias bibit ſitiet iterum.* Pet. Bleſ.

Aquæ diuitiæ ſunt quæ nunquam ſatiant amantis mentem, & auari; vidit hoc Petrus Bleſenſis, qui ob id auaritiam aquæ hydriæ comparauit, qua Samaritana aquas continebat, quas ſi quis bibit iterum ſitiet, ſic ille ſcribit epiſt.141. *Auaritia eſt hydria Samaritana, de qua qui* BIBERIT *ſitiet iterum, quicquid enim deſiderari poteſt ſatiare non poteſt cupiditatis hiatum.*

Aurum Celtici fluuij ritu bonos à malis diſcriminat. Hermag.

Aurum Celtico illi fluuio comparare poſſumus, cuius aquis ſpurium partum à legitimo Celtæ diſcriminabant, de qua re alibi egi; aurum virtutem, à vitio diſcriminat, probum ab improbo: huc ſpectauit Hermag. Lop.in epiſt. Theoph. vbi philoſophus amico reſpondens; cur opes communes omnibus Deus non fecerit, ait:*Quod ſi etiam arcanam rationem vis diſcere, virtutis & vitij lora ſunt auro credita, & probatur animi cupiditas per ipſum, &* CELTICO FLVVIO *ſimile eſt. Etenim ſpuria virtutis & vitij veriſſimam habet explorationem*; nimirum hoc ſaltem boni aurum habet, habeant diuitiæ: quod bonos à malis diſcriminent,& illa bonitas quæ occultabatur, & decipiebat decipientium diuitiarum copia ſe prodat abiecto falſitatis velamine.

733. *Diuitias iniuſtè ſorbere quàm noxium.* Iob 20.15. Cat.Græc.

Et vt bibendi ſimilitudinem, etiam ad diuitias transferamus cauendum maximè, ne iniuſte acquiſitas opes aliquis conſeruet, perinde enim erit,ac ſi venenum bibat, quo in ſtomachum traiecto quicquid exceperat euomere cogitur; Feſtiuè Catena Græca ad illud Iob 20. 15.*Diuitias quas deuorauit,euomet*,ait enim; *Eiuſmodi huius loci eſt ſententia.Impius,inquit,cùm iniquas opes exorbuiſſet, videbaturque illas in tuto habere collocatas, tunc in diuinam iram, quaſi in mortiferum medicamentum veneno aſpidis temperatum incurrent, opes flagitioſè partas vomit vniuerſas, id porro ſignificat quemadmodum qui venenum hauſerunt,incitantur ad vomitum, ſic ille, qui diuitias comparauit iniuſtas cruciatur diuulſis viſceribus,& illas ipſas effundere cogitur.*

Auarus dipſade morſus ad aquas vrgetur. S.Greg.Naz.

Diuitiarum aquas auarus bibat, extingui eius ſitis nunquam poteſt, nimirum auaritia tanquam diplas ſerpens eum mordet, & à morſu acrior ſitis oritur, quod egregiè explicabat ſanctus Gregorius Nazianzenus; cuius verba, quia aliò ſpectans alibi dedi hic ab illis abſtineo, rem tantum indico, & ſancti huius auctoris mentem. Virus ſerpentis in pecunia timebat ſanctus Albertus vt eam nec contingere vellet,de illo ita ſcribit auctor illius vitæ eique Synchronos Rupertus,*Pecuniam aut accipere,aut etiam manu contingere haud aliter atque* SERPENTINVM VIRVS *abhorrebat.*

Serpentis virus in pecunia cauendum. Acta.

734. *Colubri & pecuniæ cohærentia.* S.Bonau.

Auri & colubri magna cohærentia eſt, magna pecuniæ affinitas cum ſerpente, egregiè id firmat, quod accidere Beato Franciſco narratur quod teſte ſancto Bonauentura tale eſt, dabo hic eius verba: *Tranſiens quodam tempore vir Dei cum ſuo ſocio per Apuliam iuxta Barrum inuenit, in via burſam magnam, quaſi plena eſſet denariis,tumeſcentem, quam vſitato vocabulo Fundam appellant. Monetur à ſocio pauper Chriſti, & inſtanter inducitur vt burſa tollatur à terra, & pecunia pauperibus erogetur. Renuit homo Dei commentum affirmans fore Diaboli in burſa inuenta: & fratrem monuit non rem meriti, ſed peccati, aliena ſurripere, ac donare. Recedunt de loco, feſtinant iter perficere cœptum, ſed nondum quieſcit frater, vacua pietate deluſus, virum Dei moleſtans, quaſi qui de releuanda pauperum pecunia non curaret. Acquieſcit tandem vir mitis redire ad locum, non vt fratris voluntatem perficeret, ſed vt detegeret diabolicam fraudem. Reuerſus eſt ergo ad fundam cum fratre, & iuuene quodam, qui erat in via: oratione præmiſſa,*

Digitized by Google

pramiſſa,iubet ſocio illam leuare. Tremefactus frater obſtupuit Diabolicum iam præſentiens monſtrum, propter obedientiæ tamen ſanctæ mandatum dubietatem abigens cordis,manum extendit ad burſam. Et ecce ſerpens non modicus de Burſa exiliens ſimúlque cum ipſa ſubitò euaneſcens diabolicam deceptionem fratri monſtrauit. Hoſtilis itaque virtutis deprehenſa fallacia dixit vir ſanctus ad ſocium: Pecunia ſerui Dei, ô frater nihil aliud eſt,quam Diabolus, & coluber venenoſus.

Meretricia facie diuitiæ. S. Chryſ.

Blandam faciem offerunt diuitiæ, aurum offert, ſed facies illa meretricia eſt, aliud ac appareat ea;ſuperiùs aquas ad meretrices tranſtulimus, meretrices ad aquas, egimus de aquia meretricijs, aquámq; in diuitiis reperias, aquis diuitias pariauimus, adde meretricium cultum præ ſe ferre: hinc illud ſancti Chryſoſtomi hom.de diuitiis, & paupertate. *Quemadmodum enim* MARATRICANTIVM MVLIARVM *forma frictionibus, & fucis compoſita, pulchritudinem mentiuntur, qua omnino carent: ita diuitiæ infames cùm ſint,& turpes honorem præ ſe ferunt.*

735. *Auaritia meretrix quædam. S. Aſterius.*

Auaritiam quoque meretrici comparatam reperio, S Aſterius hom.3. aduerſus auaritiam his ab eâ verbis nos auocabat: *Relinquite auaritiam,illam circumforaneam, illam Mænada: auerſamini tamquam* TVRPEM MERATRICVLAM, *multitudinem arridentem, & alienis ornatam induuiis,ac coloribus pharmacopolæ fucatam.* Inſani eſſe huic meretrici adhærere monebat Querentan. in diæt.Polyhiſt.cap.3. vbi de auaritia loquens, ait: *Huic tam horrendæ* MERATRICI *quicunque adhærent, & laqueis eius irretiuntur inſani prorſus ſunt iudicandi, & omni ratione ſenſúque carentes: eóque inſanior quiſque eſt, quò minus ſe eſſe neſcit, cùm ſit à mali huius curatione alienus, qui ignorat morbo ſe teneri.*

Auarus meretrice quælibet fœdior, vt infelicior. S. Chryſ.

●Auarus quoque meretrici ſimilis eſt, minui eius turpitudinem dum meretrici comparaui, fœdior quacumque meretrice eſt, infelicior,inſanior,impudentior, tem elegantiſſimè ad hanc mentem expendebat ſanctus Chryſoſtomus hom.15. in epiſt.ad Hebræos, cuius verba hic deſiderari noo debent, ſunt igitur iſta: *Domi ſtant* MARETRICES, *& hoc eſt earum crimen quod corpus vendant pecuniis; ſed pauperes,inquit, cogit, & fames, & ſi maximi ne hoc quidem ſufficiat ad excuſationem, poterant enim ali operantes. Hic ſtat auarus,non domi ſed in media ciuitate,non corpus ſed animam Diabolo proſtituens, vt & exeat, & ad ipſum ingrediatur, & omni eius impleta libidine exeat, & videt tota ciuitas, non duo aut tres viri:* vident alij,videre turpitudinem ſuam non vult,qui auaritia corripitur.

736. *Diuitiæ plus aloës quam mellis habēt. Pet. Bleſ.*

Qui decipi non vult nec inſanus haberi, diuitias non amet, nec opes depereat quæ pereunt, nemo eas bibere cupiat, plus aloës, quàm mellis in diuitiarum calice reperturus, Benè Petrus Bleſenſis epiſt.20. *Noli quæſo affectare* DIVITIAS, *quæ te fugiunt, & vbi affluunt, plus* ALOAS, *quam* MELLIS *habent, & in fine ad infinibilem mortem ducunt:* Imo ſi ex vero rem penſemus, nihil habent mellis aloës tantum ſunt.

Aurum contemnendum quod Antichriſto ſeruari dæmon eſt faſſus.

Contemni aurum debet, tanquam inanis falſarum diuitiarum aura, quia tanquam impietatis anſa. Ariolo cuidam reſpondit quidam Dæmon aſſeruari ab omni ſatellicio ſuo aurum, ac theſauros filio perditionis Antichriſto,vt ſufficiant éi ad ſumptus. Sic Laorentius Ananias 2. *de nat. Dæmon.* qui Antichriſti partes ſequi non vult auro minimè inhiet, nec perituris diuitiis.

Ægrè cum diuitiis probitas cohæret. Plut.

Ægre cum diuitiis probitatem cohærere cenſuit Sylla qui vt Plutarchus refert ad ridentem ſe quod vir pullus eſſet, dixiſſe fertur, *qui poſſis tu probus eſſe, qui quum nihil à patre acceperis, nunc poſſides adeo multa?* nimirum ſenſit decreſcere probitatem dum diuitiæ creſcunt.

Pecunia amor in pecudes homines vertit.

Pecuniæ amorem brutales ſpiritus hominibus inhalare feſtiuè ſcitus quidam poeta in hunc modum colligebat:

A PECVDA *antiquè ſic dicta pecunia veſtit*
In PACVDAS *nimius quos cepit huius amor.*

737. *Diuitias quæ nihil firmi habent non iactes. 4. Reg. 19. Theod.*

In diuinis litteris habemus, Ezechiam legaris Babyloniorum theſauros ſuos oſtendiſſe, 4.Reg.19. quæ res validè ipſi Deo diſplicuit; ſed cur ita? An quia neglectis iis, quæ maioris momenti, & firmitatis erant, ea legatis oſtenderit,quæ fluxa,quæ labentia,quæ vmbra, quæ nihil, terrenas perituráſque diuitias videndas exhibuit cum harum contemptu ſpirituales diuitiæ, & diu manentes apud ſuos poſſeſſores eſſent in Dei gloriam efferendæ. Præclarè Theodoretus Quæſt.22. in lib.4. Regum. Vbi quærens, *Cur fuerit Rex Ezechias reprehenſus quod oſtenderit theſauros legatis Babyloniorum?* Reſpondet, *Quod cum oporteret Dei docere virtutem, & curam, quam eſt aſſecutus,oſtenderit diuitias,quæ nihil habent* FIRMVM, *ac* STABILE.

Diuitis amentia qui ſe non neceſſariis, ſed inutilibus diuitem putat. Plut.

Eò diuitis,optimi diuitis mentem trahit, vt putet ſe non neceſſariis eſſe diuitem, ſed inutilibus: Plutarchus hæc habet in hanc rem in vita Catonis: *Scopas Theſſalus quum ab eo peteret amicus quiſpiam rem eam quæ non admodum illi eſſet vſui, diceretque nihil ſe neceſſarium, vel vtile petere. Atqui his ego (inquit) beatus & diues ſum inutilibus & ſupernacaneis. Ita diuitiarum admiratio nulli affectui conſentanea naturali ex vulgari & tranſlatitia opinione oritur.*

738. *Magnus eſt qui non ſe magnum putat quia diues. S. Aug.*

Magnum eſt tanquam aliquid magnum diuitias non putare quæ pereunt: & diues aliquid eſſe incipit, cum incipit aliquid non putare quod ſit diues. Peritè ſanctus Auguſtinus ſerm.112.de tempore; *Magnus eſt diues, qui non ſe ideo magnum putat, quia diues eſt. Qui autem ideo ſe magnum putat, ſuperbus, & egenus eſt.* Magnum eſt ſuam cognoſcere ſub diuitiarum magnitudine paruitatem.

Qui ſe deſpicit, deſpicit etiam diuitias. Gen. 18. Gloſſ.

Verè magnus Abraham, à quo humilitas rerum terrenarum, & quod magis eſt ſui deſpicientia hæc verba excuderat. *Loquar ad Dominum meum cùm ſim puluis,& cinis,*Gen.18. qui ſe cinerem puluerémque, & dixit,& duxit, quid diuitias terrenáſque opes vocaret? Benè hic Gloſſa: *Quid diuitias ſuas exiſtimabat,qui ſe ipſum* PVLVERAM, *cinerémque putabat.* Qui ſe adeo deiecit,cur non & ſua plus deiiceret? Multi faciendus eſt, qui ſe nihili facit, nihili quæ circa ſe.

EXCVRSVS LXIII.

Alia de diuitibus, alia de diuitiis chartis conſignantur.

Diuites hydropiſis *laborant morbo.*
Diuitiæ aliorum lachrymis *haud miſcendæ.*
Diuitiarum inanitas,*&* vilitas.
Diuites Herculi decimas *ſoluebant.*

Diuitiarum

Digitized by Google

Diuitiarum contemptus *victoriam parit, amor victoriam impedit.*
Diuites verè diuites *non ſunt.*
Diuitiæ putrida *terræ* fruſta.
Marſupiis *diuites comparati.*
Anima diteſcere *cupientis impregnata.*
Opes ſuas olim Eccleſiæ *tribuebant fideles.*
Aliud eſt habere *diuitias, aliud* apponere *cor diuitiis.*
In conuiuiis *olim canebant, quæ diuitiarum contemptum continebant.*
Diues potius indiget paupere, *quàm contra.*

739. DIues diuitiarum, diuitiúmque argumentum eſt, vt multa de illis dicantur, multa dicenda ſuperſunt, vt dicta dicendis viam aperiant, non viam obſtruant: de diuitiis ita agimus, vt contra diuitias ſint, quæ aſſerimus, & contra diuites.

Diuites hydropiſis laborant morbo S. Auguſt. Diuites hydropiſis morbo laborare ſic probabat ſanctus Auguſtinus de verbis Domini ſerm. 5. *Sunt homines in* MORBO HVMORE *pleni, & humorem ſitiunt. Quomodo ergo delectas opulentiam, qui habes hydropem concupiſcentiam?*

Diuitiæ aliorum lachrymis haud miſcendæ. S. Greg. Naz. Diuitias non eſſe aliorum lachrymis miſcendas docuit ſanctus Gregorius Nazianzenus ad Iulianum. *Ne aliorum egeſtate opes noſtras augere ſuſtineamus (abſit vt tam longè à Diuina æquitate recedamus) nec diuitias noſtras cum aliorum* LACHRYMIS MISCEAMVS, *à quibus tanquam à rubigine, & tinea conſumantur, aut vt ſcriptura verbo vtar euomantur.*

Diuitiarum inanitas, & vilitas. S. Iſid. Peluſ. Diuitiarum inanitatem, vt vilitatem ſic explicabat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 274. *Quamobrem aut ad inſidas huiuſmodi opes, perinde atque ad* VMBRAM, *&* FVMVM, *& ventos, animum adiice aut illud ſcito, te vmbra & fumo, & ventis confidere.*

Diuites Herculi decimas ſoluebant. Plut. Diuites olim multi Herculi ſuarum diuitiarum decimas ſoluebant, indicat iſtuc Plutarchus quæſt. centuriatæ Romanæ. *Qua de cauſa* HERCVLI COMPLVRES DIVITES *facultatum ſuarum decimas ſoluebant?*

740. *Diuitiarum contemptus victoriã parit, amor victoriam impedit.* Pet. Bleſ. Ouid. 4. met. Diuitiarum contemptum victoriam parere, amorem verò impedire, ſic explicat Petrus Bleſenſis epiſt. 91. *In huius mortalitatis excurſu nunquam obtinebis vitæ brauium* SINE DIVITIARVM CONTEMPTV, *& viatico charitatis. Scis quia Hippodamia, quandiu curſum procorum concertantium proiecto auro retardabat, præuolabat ad palmam: cúmque virgo triumphos obtinuiſſet multiplices, tandem contemptor auri de virgine triumphauit.*

Diuites vere diuites non ſunt. S. Chryſ. Diuites non verè diuites ſunt, nec tanquam veris diuitibus illis inuidendum; ſcitè ſanctus Chryſoſtomus hom. 4. de Lazaro: *Quemadmodum,* inquit, *conſpicientes in pariete pictum diuitem, aut pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperum deſpicimus, eo quod quæ videmus vmbræ rerum ſunt, non veritas: ſic & diuitiarum, & paupertatis naturam, ſi pernouerimus liberabimur à perturbatione, quæ ex harum vnaquaque in nobis gigni ſolet. Hæc enim omnia,* QVAVIS VMBRA FALLACIORA, *neque quidquam habent ſublime, neque præclarum.*

Diuitiæ putrida terræ fruſta. Diuitias ſperne terræ vt ille ait *putrida fruſta*, vt inclamauit:

Deſpice diuitias PVTRIDA FRVSTA *ſoli.*

Marſupiis diuites comparati. Muſon. Marſupiis diuites comparabat Dion apud Stobæum ſerm. 91. *Bien aiebat, quemadmodum vilia marſupia, etſi nullius pretij fuerint, tanti tamen æſtimantur, quantum in ſe continent: ita diuites etiam homines vani, & nihili, bonorum, quæ poſſident, æſtimatione, ac pretio fruuntur.*

Diteſcere cupientis animam imprægnatam poſſidendorum amore indicat ſanctus Auguſtinus, ſic enim ille loquitur in Pſal. 39. IMPRÆGNATA EST ANIMA, *ſperat ſe poſſe adipiſci villulam, & poſſeſſionem vicini pauperis. Et cum patitur iſte pauper neceſſitatem, venit ad ditiorem vicinum ſuum, cui forte obſequi ſolet, cui deferre, cui venienti aſſurgere, quem inclinato capite ſalutare: da mihi roge te, patior neceſſitatem, vrgeor à creditore.* 741. *Anima diteſcere cupientis impragnata.* S. Auguſt.

Opes ſuas olim Eccleſiæ tribuebant, quod quia temerè plerunque præſtabatur à nonnullis, iniuſtius repetebantur; huc ſpectat illud ſancti Ambroſij lib. 2. de pœnit. c. 9. *Sunt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non iudicio perpetuo, vbi* ECCLESIÆ CONTVLERVNT, *poſtea reuocandas putarunt: quibus nec prima merces rata eſt, nec ſecunda, quia nec prima iudicium habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium.* *Opes ſuas olim Eccleſiæ tribuebant fideles.* S. Ambr.

Aliud eſt habere diuitias, aliud apponere cor diuitiis, qui cor apponit diuitiis diuitias non habet, ſed habetur à diuitiis; Beatus Laurentius Iuſtinianus de paup. c. 4. *De his* (diuitiis) *dicitur per Pſalmum: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Non dixit nolite habere, ſed cor apponere. Non damnat diuitias, vnde cœlum homo meretur, ſed vt* COR NON APPONATVR, *ſcilicet illas recondendo, & non erogando.* 742. *Aliud eſt habere diuitias, aliud apponere cor diuitiis.* B. Laur. Iuſt.

In conuiuiis canere olim conſueuerant, & plerunque cantus in diuitiarum neglectum erat: Diſce ex ſancto Iſidoro Peluſiota, qui lib. 2. epiſt. 146. ita ſcribit: *Primum quidem vetus conſuetudo proferenda eſt. Apud veteres enim hoc in more poſitum erat, vt poſt conuiuium lyram caperent, illúdque* CANERENT, Ô DIVITIÆ *vtinam nec in terra videamini, nec in mari.* *In conuiuiis olim canebant, quæ diuitiarũ contemptũ continebant.* S. Iſid. Peluſ.

Si rem ad calculum vocemus diues potius indiget paupere, quam pauper diuite; ſanctus Antonius Vlyſip. rem ſic explicabat ſerm. 5. in ſeptuageſima: HEDERA *quæ in altum per ſe eleuari non poteſt, ſed alicuius inhærens ramis arboris altiora petit, ſignificat diuitem huius mundi, qui non per ſe, ſed pauperum eleemoſynis quaſi quibuſdam brachiis in cœlum eleuatur:* hæc ſi diuites cogitarent nec pauperes contemnerent, nec reiicerent, ſed colerent, ſed amarent, ſed fouerent. *Diues potius indiget paupere, quam contrà.* S. Ant. Vlyſ.

EXCVRSVS LXIV.

De auro præcipua diuitiarum parte, & vniuersè de pecunia aliqua chartis illinuntur.

זהב *quid? quid* זהב*?*
Aurum ad omnia vitiorum genera *homines exſtimulat.*
Aurea in auri contemptum *ſententia.*
Aureum flauum, & rutilum lutum.
Lutea *maſſa aurum.*
Auri cupiditas *hominem in malo ita firmat, vt vix reſipiſcere poſſit.*
Odor *noxius ex argenti amore.*

Furtum

Furtum Satanæ *pecunia.*

Aurum mortalium anima.*&* ſanguis.

Aurum Iouis filium *dicebant.*

Auri amor, *& inſatiabilitas.*

Flammæ *potius, quàm* auro *pares nos eſſe par eſt.*

Aurum pomo *illi comparatur, cuius eſus parentes à felicitatis ſuggeſtu deiecit.*

Aurum hoſtis perſonam *induit.*

Aurum à nonnullis è terrâ ſummâ religione *erui ſolitum.*

Ingenium auro *comparatum.*

Aurum aliqui comedebant.

Aurum à veſtibus *exulare quis ſtuduerit.*

Quanta laude *dignus qui aurum calcat.*

Pecunia accipiter *lucris inhians dicebatur.*

Roma *aurea dicta.*

Eloquentiæ *nitore inaurari pagina dicebatur.*

Scriptorum calamus ſancti inaurant, *quorum res geſtæ ſcribuntur.*

Optimum aurum *in Dei eloquiis deliteſcens.*

743. QVia de diuitiis agimus, aliqua & de auro adiicienda, quod melior, & præcipua diuitiarum pars: alibi quoque non ſemel calamum ad ſe hoc argumentum traxit, quod amatorum ſuorum corda ſolet ad ſe trahere, ſed quæ alibi dicta hic omittentur, hic verò dicentur, quæ alibi non dicta.

זהב quid? quid צהב? Aurum ad omnia vitiorum genera homines exſtimulat.

Nomen auri apud Hebræos eſt זהב *zahav* quod aliqui à Chaldaico verbo deducunt צהב *Zahav*, quod non ſolum hilaſcere ſignificat, & lætari, ſed etiam irritare, ſeu inſtigare, quia licet exhilarare homines videatur, verè tamen ad omnia vitiorum genera exſtimulat, vrget, & inſtigat, niſi eius vim retundant, & ipſo neglectu coërceant.

Aurea in auri contemptum ſententia. S. Bernard.

Rectè de auro, rectè de argento, aureo hoc dicto ſentiebat ſanctus Bernardus ſerm 4. aduent. *Quid vobis cum terrenis diuitiis, & gloria temporali, quæ nec vera, nec veſtra ſunt? aurum & argentum nonne eſt* TERRA RVBRA, ET ALBA, *quam ſolus hominum error facit, aut magis reputat pretioſam.* His affinia ſunt, quæ alius in aurum dixit, rutilum lutum, fuluum illud appellans.

Per confinia TARTARI
Reptauit; rutili præda inhians LVTI
&,
Non poſſidet, ſed poſſidetur, ſordidum
Quicunque fuluo pectus immerſit LVTO
&,
Auari FLAVO *delectantur* LVTO.

Aurum flauum, & rutilū lutum.

Lutea maſſa aurum.

Luteam maſſam aurum dictum euincunt hæc boni auctoris verba: *Quid pulchrum habet, aut magnificum ſi mutuatum ab arte ſplendorem detraxeris, lutea illa maſſa ab ipſis inferorum confiniis eruta?*

744. *Auri cupiditas, hominem in malo ita firmat, vt vix reſipiſcere poſſit.* S. Chryſ.

Auri cupiditas hominem à ſe alienum, malum in malo ita firmat, vt vix ad bonam frugem redire poſſit; Iudæ exemplo id firmat ſanctus Chryſoſtomus ſerm. 6. in cap. 2. ad Philipp. *Etiamſi fera eſſes, etiamſi lapis, nonne beneficiis in te collatis, nonne miraculis, nonne illo docendi officio flecti te oportebat? Verum vſque adeo efferatum adhuc vocabat, & mirandis operibus alliciebat, quamuis lapides ipſos vacuitate ſenſus exuperares, ſed nihil horum fuit, quod te meliorem redderet. Forſitan miramini tantam proditoris amentiam. Metum igitur vobis incutiat illius vulnus. Argenti cupiditas, pecuniarum amor talem reddidit. Euelle hunc affectum, tales enim morbos parit.*

Odor noxius ex argenti amore. Plin. Pallad.

Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, vt auctor eſt Plinius lib. 33. cap. 6. afflat enim peſtis anhelitum, vt loquitur Palladius lib. 9. de re ruſt. tit. 9. noxium ſpiritum eorum mentibus inhalat, à quibus amatur.

Furtum Satanæ pecunia. S. Greg. Tur.

FVRTVM SATANÆ *pecuniam*, dictum eſſe reperimus, Eutychius apud B. Gregorium Turonenſem lib. de gloria Confeſſ. cap. 82. furem increpans ait: *Caue ne vltra repetas, quia furtum, Satanæ pecunia eſt.*

Aurum mortalium anima, & ſanguis.

Aurum mortalium animam, ſanguinémque eſſe etiam ille ſentiebat, cum diceret.

Aurum cui non eſt, cui non eſt cura parandi
Humanos vitam MORTVVS *inter agit*
Nempe AVRVM *eſt* ANIMA, *&* SANGVIS
mortalibus, ergo
Non vitam hanc, victus quâ ſit egena, voco.

745. *Aurum Iouis filium dicebant.* Sapph. Alcæus.

Aurum Iouis filium Ioue prognatum dicebant: Sappho *aurum Ioue prognatum* appellauit, quod ſcilicet diuinis honoribus colatur: Alcæus quoque apud Scholiaſt. Pindari. IOVIS FILIVS *aurum.*

Auri amor, & inſatiabilitas. S. Iſid. Peluſ.

Auri amorem inſatiabilem eſſe ſic explicabat ſanctus Iſidorus Peluſiota epiſt. 155. lib. 2. *Neque quinquaginta capita dumtaxat habet, vt fabuloſa illa* HYDRA, *per quæ ad inexplebilem ventrem cibos tranſmiſerat, nec inſaturabilis illius portenti inſtar afficitur, nec denique Briareï in modum centum dumtaxat manibus armatus eſt. Quin ne pennas quidem habet, ſatiari enim, atque expleri neſcit.*

Flammæ potius quam auro pares nos eſſe par eſt. Dacrian.

Flammæ potius, quam auro pares eſſe debemus, vt in ſurſum feramur, non deorſum: Peritè Dacrianus Abbas in ſpeculo Monachorum: *Quemadmodum* AVRVM *deorſum*, FLAMMA *ignis ſurſum, ablato obice, naturaliter fertur, ita mens quæ ab omni proprietate iam defæcata, depurataque eſt, & ſolum diuinum beneplacitum quærit, naturaliter in ſuam originem nempe Deum, eleuatur, eique liberius vnitur.*

746. *Aurum pomo illi comparatur, cuius eſus primos parentes à felicitatis ſuggeſtu deiecit.* Nicet. Chon.

Aurum pomo illi poteſt comparari quod primos noſtros parentes è falſitatis ſuggeſtu in tot miſerias, & calamitates traxit: Certe vt pomi elegantia illos inuitauit ad eſum, ſic auri nitor auri amatores ad immania quæque allicit, & præcipuè ad rapinam. Pulchre Nicetas Choniates lib. 3. in Alexio Comneno. *Vt* POMI *elegantia quondam primos parentes noſtros in ſeruitutem redegit, ſic tum auri nitor aulicos ad* RAPINAM *inuitauit.*

Aurum hoſtis perſonam induit. S. Pet. Chryſ.

Aurum hoſtis perſonam induere dum quæritur, dum amatur, non eſt quod vocetur in dubium, aſſerit iſtuc etiam ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 29. dum ait: AVRI FVROR *ardentius humano feruet in pectore, quàm caminus totus igneſcit incendiis, & acrius homines diſſoluit in terra, quam ſoluitur in calore flammarum. Crudelitatis Dominus, ſæuus hoſtis, amando lædit, nudat vitando, ipſum etiam captiuat aſpectum, fidem frangit, violat affectum, vulnerat charitatem, turbat quietem, adimit innocentiam, docet furtum, ſuadet fraudes, imperat latrocinium.*

Aurum à terra ſumma religione erutum à nonnullis.

Quidam Indiæ Occidentalis populi è terra ſumma religione aurum eruunt, nam putantes aliquid ei diuinitatis ineſſe, ante multas dies ſe præparant caſtitatem ſeruantes in reuerentiam, in cibo, & potu temperantes erant, atque ab

omni

omni alia voluptate abſtinebant; meminit huius rei Ioannes Baptiſta Ramnuſius lib. 3. hiſt. ex Pet. Mart.

747. *Ingenium auro comparatum.* S. Greg. Iob. 31.

Ingenium auro comparatur, in quo fidere nullus debet; ſanctus Gregorius lib. 22. moral. cap. 2. huc flectit illa verba Iob. 31. *Si putaui aurum robur meum*, ait enim: AVRVM *robur non creditur, ſi in accepto ingenio fiducia nō habetur.*

Aurum aliqui comedebant. Cœlius Rhod.

Aurum aliquot comediſſe notatum ab aliis eſt; Cœlius Rhodiginus lib. 18. cap. 34. lect. antiquar. de ritibus Aſſyriorum: *Verum de Aſſyriis illud amplius quod libro quinto ſcribit Egeſippus: In Iudaica captiuitate pleroſque compertos, qui binones* AVREOS *deglutiſſent, quum adornarent fugam. Id poſtea ſpecie miſerabili inter alui inquinamenta aurum legebant. Quod cum inſpexiſſet Aſſyrius quidam, mox eſt in omnes propagatum. Inde diſſecabantur miſeri adhuc viuentes, ac ventris viſcerabantur ſecreta.*

Aurum à veſtibus exulare quis ſtuduerit. Vopiſcus.

Aurum à veſtibus, ab argento, ab aliis rebus, quibus aut immiſcetur, aut illinitur auocare cogitauit olim Aurelianus, de quo hæc ſcribit Vopiſcus: *Veſtem holoſericam neque ipſe in veſtiario ſuo habuit, neque alteri vtendam dedit. Et cum ab eo vxor eius peteret, vt vnico pallio blatteo ſerico vteretur, ille reſpondit, Abſit vt* AVRO FILA *penſentur: libra enim auri, libra ſerici fuit. Habuit in animo, vt aurum neque in cameras, neque in tunicas, neque in pelles, neque in argentum mitteretur, dicens plus auri eſſe in rerum natura quam argenti: ſed aurum per varios bractearum, filorum & liquationum vſus perire, argentum autem in ſuo vſu manere.*

748. *Quanta laude dignus qui aurū calcat.* S. Bern.

Beatus vir ille à ſapiente dicitur, qui poſt aurum non abiit; quanta laude ille erit dignus qui non ſolum poſt aurum non abiit, ſed aurum calcat, aurum reiicit, paupertati ſpontaneus litat? Bellè ſanctus Bernardus epiſt. 24. *Laudatur denique, & admirabilis prædicatur, qui* POST AVRVM *non abiit: qui vero &* ABIECIT, *plus nihil merebitur?*

Pecuniæ accipiter lucris inhians dicebatur. Apul. Plaut.

Pecuniæ accipiter olim dicebatur, qui pecuniæ, lucriſque auidiſſimè inhiabat; Agellius de Philoſophia naturali lib 1. *Hunc talem Plato* LVCRICVPIDINEM, *atque* ACCIPITREM *pecuniæ nominauit.* Plautus quoque in Perſa, act. 3. ſcen. 1.

Labeſque populo, PECVNIÆ ACCIPITER.

Roma aurea dicta. Prud.

Romam *auream* dictam reperio. Prudentius in Apotheoſi aduerſus Gentes de titulo crucis loquens, ait:

Agnoſcat Iudæa legens, & Græcia norit,
Et venerata Deū præcenſeat AVREA ROMA.

749. *Eloquentiæ nitore inaurari pagina dicebatur.* Nicol.

Inaurari quoque dicta eſt pagina, quæ eloquentiæ nitore, rhetoriciſque ornamentis obducitur; Nicolaus Notarius ſancti Bernardi epiſt. 10. ſcribit in hunc modum: *Tota pagina phalerata eſt, & ſplendoribus rhetoricis* INAVRATVR, *& fœcundiſſimi ſenſus ſententiarum maieſtate ſcintillant. Alteratis enim verba eadem pagina, & difficillima, ſed facillima vobis ſubtilitate: colores oratorum in manu veſtra cerei ſunt, illone ergo in plumis eſt beſtiola, qui floridiſſimas, & multiplices artium pennas ſenſibus ſuis inſuit, vt directior exeat ſagitta verborum?*

Scriptorum calamos ſancti inaurant, quorum res geſtæ ſcribūtur. Hildeb.

Inaurare ſcriptorum calamos ſancti poſſunt, quorum vitæ ſcribuntur, Hildebertus, ſi ille auctor eſt illorum carminum, quæ de Agnetis Virginis martyrio leguntur, ita canit:

Agnes ſacra ſui pennam ſcriptoris INAVRET
Linguam nectareo compluat imbre tuam.

Nouariui Nuptiales Aquæ.

Optimum nobis aurum in Dei eloquiis deliteſcens oſtendebat ſanctus Petrus Chryſologus, ſerm. 139. dum ait: *Sicut in terra latet* AVRVM, *ita diuinus ſenſus verbis celatur humanis: & ideo quoties Dominica nobis eloquia panduntur, mens euigiles, animus intendat, vt intellectus poſſit ſcientia cæleſtis intrare ſecretum.* Laudanda auri huius inquiſitio, auri huius amor non ferendus, ſed offerendus eſt.

Optimum aurum in Dei eloquiis deliteſcens. S. Pet. Chryſ.

EXCVRSVS LXV.

Quædam alia in paupertatis laudem afferuntur.

אביון *quid?* pauper *eſt qui* cupidus, *licet alioquin diues.*

Pauperum exemplo *ad gratiarum actionem vocamur.*

Cibus pauperi *exhibitus regni cæleſtis pretium.*

A paupertate robur, *non à diuitiis.*

Pauperes Dominos ſuos *quiſuam vocauerit.*

Sacra paupertas *quam in corpore ſuo Chriſtus ſacrauit.*

Diues eſt qui in paupertate *gratias Deo agit.*

Dulce vehiculum *paupertatis ramus.*

Paupertas *in viris Deo ſacris commendata.*

Perſtricti qui pauperibus *neglectu minima exornant.*

Pauperes humiles *ſint.*

Per pauperes theſauri *in cælum euehendi.*

In Eccleſiarum veſtibulis *ſedebant pauperes, vt ab eorum adſpectu vtilitatem aliquam colligerent templa adeuntes.*

Pauperes ante Eccleſiæ fores *ſtabant, ne Dei cultores vacuos ſe Deo ſiſterent.*

Foris Deus pauper *apparuit, vt intus homo diues fieret.*

Pauperes cum diuitibus lauabantur.

QVæ de diuitiis contra diuitias diximus & firmabuntur, & illuſtrabuntur, ſi aliqua de paupertate in paupertatis laudem afferemus, & pauperes efferemus; ſed ad rem. 750.

אביון quid? Pauper eſt qui cupidus licet alioquin diues.

אביון *cupidus* dicitur, & egenum, pauperemque ſignificat, ne diuitem putaremus eum, qui licet multa poſſideat, multa tamen deſiderat.

Pauperum exemplo ad gratiarum actionem vocamur. S. Chryſoſt.

Pauperum exemplo, qui dum ſtipem accipiunt gratias exhibenti agunt, ad gratiarum actionem Deo perſoluendam ſic nos inhortatur ſanctus Chryſoſtomus hom. 10. in Geneſ. *Abſurdum fuerit, ſi cùm famuli noſtri, ſi quando partem aliquam eorum quæ appoſita nobis ſunt, acceperint, nobis gratias agant, benèque nobis precantes abeant, nos cum tot, tantiſque fruamur bonis, ne hoc quidem honores Deo perſoluamus, præſertim cum hinc multam ſimus aſſecuturi ſecuritatem. Vbi enim precatio, & gratiarum actio, eò ſancti Spiritus aduenit gratia, abiguntur Dæmones, & omnis aduerſaria poteſtas diffugit, ac diſcedit.*

Cibus pauperi exhibitus regni cæleſtis pretium. S. Leo.

De cibo, quo pauperes aluntur, ita ſentit ſanctus Leo ſerm. 4. *De collectis, &c. Clem. Cibus egeni regni cæleſtis eſt pretium, & largitor temporalium, hæres fit æternorum.*

A paupertate robur non à diuitiis. S.Ant. Vlyſſ.

A paupertate robur eſſe non à diuitiis ita colligebat ſanctus Antonios. Vlyſſiponenſis ſerm. infra oct. Natiuitat. Dom. *Quid plurat Nuſquam vera libertas niſi in voluntaria paupertate. Hac eſt Ioſeph: qui accreſcens. Vnde dicitur: Creſcere me fecit Dominus in terra paupertatis meæ, Geneſ. In terra, inquit, paupertatis, non abundantia. In illa creſcere, in iſta decreſcere. Vnde Reg. dicitur, quod Dauid erat proficiens, & ſemper in ſe ipſe robuſtior. Domus autem Saul decreſcens quotidie. Dauid, inquam, qui dicit: Ego autem mendicus ſum, & pauper. Quaſi lux reſplendens proficit, & creſcit, &c. Et ſe ipſo robuſtior fit. Quia paupertas læta, & voluntaria robur tribuit. Vnde Iſai. Spiritus robuſtorum (ideſt pauperum) quaſi turbo impellens parietem: ſcilicet diuitiarum. Diuitiæ enim diſſoluunt, deliciæ......*

751. *Pauperes Dominos ſuos quiſnam vocauerit.* Pet. de Nat.

Pauperes adeo non contemnebat ſanctus Ioannes Eleemoſynarius, vt dominos ſuos eos appellaret; de illo hæc habet Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 77. *Pauperes* SVOS DOMINOS *appellauit: famuliſque ſuis præcepit, vt ciuitatem circuirent, & omnes dominos ſuos conſcriberent. Qui cum non intelligerent, expoſuit, dominos ſuos eſſe pauperes, & mědicos, qui ſibi auxiliarij fiebant, & regnum cælorum ſibi largiri poterant.*

Sacra paupertas quam in corpore ſuo Chriſtus ſacrauit. S. Bern.

Sacra paupertas eſt, quam in corpore ſuo ipſe Chriſtus dedicauit, dum paupertatis inſignia naſcens extulit, ſcitè ſanctus Bernardus ſerm. 4. in Natiu. Domini, vbi ait: *Cur & ipſe ſaluator, cuius eſt aurum pariter, & argentum* SACRAM *in corpore ſuo dedicat* PAVPERTATEM? *aut certè cur paupertas ipſa tam ſollicitè enarratur ab Angelo.*

Diues eſt qui in paupertate gratias Deo agit. B. Laur. Iuſt.

Diues ille eſt, qui paupertate preſſus, adeo non conqueritur, vt etiam gratias Deo agat; Paoperes hac mente diuites ſic commendabat Beatus Laurentius Iuſtinianus de paupertate cap. 3. *Qui paupertatem cum gratiarum actione ſuſcipiunt, pueris illis tribus ſimiles ſunt, qui in ignis fornacem regis Imperio miſſi fuerunt. Sicut pueros illos non incendit ignis, ſed diſſoluit eorum vincula, ſic eorum qui in paupertate gratias agunt ſoluuntur vincula peccatorum, & non incenduntur auaritia igne.*

752. *Dulce vehiculum paupertatis ramus.* Pet. Bleſſ.

Dolce vehiculum paupertatis ramum vocat Petrus Bleſenſis ſerm. 9. in Purificat. B. Virg. *Quam dulce vehiculum ſit iuſto aridus ramus paupertatis, nouerat ille, qui dixit. Elegi abiectus eſſe in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.*

Paupertas in viris Deo ſacris commendata. B. Vmbert.

Paupertatem in viris Deo ſacris ita efferebat Beatus Vmbertus de vtilitate paupertatis cap. 10. *Attendite fratres mei, quod ſicut ſecurum pauper tranſitum per latrones facit, ſic & Monachus nil habens cum decedit, diaboli ſecurus tranſit laqueos, & euadit. Elementa leuia ſurſum tendunt ſic, & fratres, qui ſe omnibus perfectè nudant liberè cælos petunt. Exemplum horum nobis eſt pauper Lazarus, qui fuit tandem, Angelico in ſinum Abrahæ miniſterio deportatus, Luc. 16.*

Perſtricti qui pauperibus neglectis minima exornant. S. Chryſoſt.

Eos, qui minima exornabant pauperum cura neglecta ſic perſtringebat ſanctus Chryſoſtomus in ſerm. de malis à nobis auertendis: *Pelles, & ligna quibus tegumentum aliquod contexitur, vel ſi ſedes paranda ſit aut ſuppedaneum, auro, argentoque operiuntur: at Chriſti membrum, cuius ob gratiam è cælis ad nos deuenit, ac venerandum ſanguinē fudit præ auaritia neceſſariis alimentis nil fruitur.*

Pauperes humiles ſint. Pſal. 9. 19. Pagn.

Pauperes etiam humilitatis nomine circumſcribuntur Pſal 9. 19. *Patientia pauperum non peribit in finem:* Pagninus in lexico: *Spes humilium non peribit in ſeculum.*

Per pauperes theſauri in cælum euehendi. Guarticus.

Theſauri noſtri in cœlum euehendi ſunt, ne ſi terræ hæreant, cor putreſcat dum illis hæret; Pulchre Guarticus ſerm. 1. in aduentu Domini: *Quam beati, inquit, vos pauperes ſpiritu, qui iuxta conſilium admirabilis conſiliarij theſaurizaſtis vobis theſauros in cælo, ne ſi in terra theſauri veſtri remanerent, corda quoque veſtra pariter putreſcerent; vbi enim, inquit, theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum;* eant igitur, eant corda poſt theſauros ſuos, ſurſum affixa ſit cogitatio, & ad Dominum ſuſpenſa ſit expectatio.

753. *In Eccleſiarum veſtibulis ſedebant pauperes, vt ab eorum adſpectu vtilitatem aliquā colligerent templa adeuntes.* S. Chryſoſt.

In Eccleſiarum veſtibulis olim ſedebant paoperes, vt vel illorum adſpectu aliqoam vtilitatem colligerent Eccleſiam ſubeuntes: huc ſpectabat ſanctos Chryſoſtomus hom. 11. in epiſt. 1. ad Theſſal. *In Eccleſiis, & in martyriis ante veſtibula ſedent pauperes, vt nos ex illorum adſpectu magnam capiamus vtilitatem. Cogita enim quod in terrenas regias nobis ingredientibus nihil licet videre eiuſmodi: ſed viri graues honeſti, & magnifici, præclarique diuites, & intelligentes quoquò verſus excurrunt.*

Pauperes ante fores Eccleſiæ ſtabant ne Dei cultores vacuus ſe Deo ſiſterent. S. Chryſoſt.

Pauperes ante Eccleſiæ fores ſtabant, ne ſcilicet Deom in templo adoraturus vacuum ſe illi ſiſteret; ſcitè ſanctus Chryſoſtomus hom. 67. ad pop. *Non apparebis vacuus coram Domino. Iudæis hæc dicebantur, quanto magis nobis? propterea* PAVPERES ANTE FORES *poſiti ſunt, ne quis vacuus ingrediatur, vt intret cum eleemoſyna.*

Foris Deus pauper apparuit, vt intus homo diues fieret. S Greg.

Foris pauper Deus apparuit, vt intus diues homo fieret; hinc illud ſancti Gregorij lib. 20. moral cap. 26. *Vt ad internas diuitias rediret homo, foris apparere dignatus eſt* PAVPER DEVS.

Pauperes cū diuitibus lauabantur. Suid.

Pauperes olim cum diuitibus lauabantur, vt eorum ſpongiis vterentur; indicat iſtoc Suidas verbo [illegible]: *Solebant enim* PAVPARES VNA CVM DIVITIBVS LAVARI, *eorumque ſpongiis vti:* Sed quia de diuitiis, déque paupertate, de diuitibus, & pauperibus alibi quoque non ſemel egimus, abſque vlla materiæ iniuriā poſſumos ad alia calamum flectere, præcipuè cum argumentum hoc hic non ſit præcipuum, nec locus expoſitus illud præcipoè, aut ſpectet, aut tangat.

EXCVRSVS LXVI.

Diuitiarum aquæ cognationem cum igne habent.

Diuitiarum copia *augetur paupertas & cupiditatis flammæ.*

Diuitiis ebrij, *diuites flammas cupiditatis acriores ſentiunt.*

Diuitiarum ligna *cupiditatis ignem nutriunt.*

Solo auri viſu *& adſpectu auri cupiditate accendimur.*

Sedem in inferno *diues habet.*

Diues inexplebilis gurges *diuitiarum.*

Diuitiæ inferni *flammis ſuos addicunt.*

Diuites nudi *æternis incendiis deputati.*

Superfluæ diuitiæ *ad æternas flammas ferè homines ducunt.*

Aurum flammas *colore refert.*

Diues

Diues malus inferni Veſuuius.
Pecuniarum fauillæ *in aliorũ pernitiẽ ſparſa.*
Auri locus inferni *flammis proximus.*
Auri incendia *etiam poſt mortem.*
Diuitiarum aquæ, *velut ſuppoſito igne ebulliunt, ſed minuuntur dum ebulliunt.*

754. *Diuitiarum copiâ augetur paupertas & cupiditatis flamma.* S.Chryſoſt.

AQuis diuitiarũ labilitatẽ, & incõſtantiã pariaui, pariaui fõtibus, fluminibus, mari: prodã hic aliud, quod inſolẽs alicui primâ facie videatur, has aquas cognationẽ cum igne habere, ignẽ fouere nõ extinguere. Cupiditatis flammis diuitiarũ amator ardet, afferãtur diuitiarũ aquæ, & flãmæ iſtæ, iſtis aquis adeò nõ extinguẽtur, vt magis ardeãt; hinc illud S.Chryſoſtomi hom. 64. in Matth. *Nunquã magna voce prædicare ceſſabo acceſſione pecuniarum cupiditatem habendi magis, atque magis adeò inflammari vt rerum copiâ creſcente, paupertas augeatur: nam qui maiori deſiderio ardent, egere ſe magis ſentiunt.*

Diuitiis ebrij diuites flammas cupiditatis acriores ſentiunt. Idem.

Diuitiarum cupidi, & diuitias bibunt, & ebrij fiũt, & diuitiarũ accreſcũt flãmas; ab eodẽ calamo res eſt, qui ore aureo in auri amorem ſic aiebat hom. 31. in Geneſ. in calce: *Sicut* EBRII *quãtò magis mero ſe diſtendũt, tãtò magis flagrãt ſiti, ita & iſti qui ſe tyrãnidi Auaritiæ ſubiecerũt, nullũ cõcupiſcẽtiæ finem faciunt, ſed quantò plus affluunt, tantò magis flamma creſcit, & caminus ardet validius.*

Diuitiarum ligna cupiditatis ignem nutriunt. S.Pet.Dam.

Igni ſi ligna adiiciantur nõ extinguitur flãma, ſed accenditur magis, cùm flammæ fomes addatur; diuitiæ ligna ſunt, ligna aurũ, & argentũ, quæ ſi cupiditatis igni addis, ignis creſcet, creſcet æſtuans flamma, & omnia depaſcens, dũ opũ eſca nutritur; voluit hoc S.Petrus Damianus epiſt. 13. *Sicut* IGNEM, inquit, *ligna nõ ſatiãt, ſic æſtu auaritia pecunia cumulata nõ ſedat; ſed ſicut flãma fomẽtis extollitur, ita nihilominus auaritia, dũ lucra cumulãtur augetur*: vis æſtũ extinguere, & auaritiæ flãmas? ligna diuitiarũ ab illa amoue, in gẽtes diſperge.

755. *Solo auri viſu, & aſpectu auri cupiditate accenditur.* S.Chryſoſt.

Ligna ſi iuxta ignem tantum ponãtur ignem non nutriunt, niſi ea tangat, & corripiat ignis: Aurum cupiditatis ignem in auaris hominibus accendit, ſi ſolùm videatur, non auri vi, ſed aurũ cupientis vitio; S.Chryſoſtomi hæc ſunt verba hom. 63. ad populum: *Nos ſi modicum auri viderimus,* ACCENDIMVR; adeò parati diſpoſitique ad concipiendum ignem ſumus, vt hic ſimile quidpiam accidat, ac in fumante lucernæ lychno, qui extinctus etiam nonnihil diſſitum ignem ad ſe rapit, vt accendatur; aut in ignis fomite, & ad ignem concipiendum paratiſſima materia, quæ medio ſpeculo ſolis radios excipiente cõburitur.

Sedem in infernis diues habet. S.Ambroſ.

Quò plus augentur diuitiæ eò plus in diuite augetur diuitiarũ ſitis, plus in diuitias ardet, qui diuitiis obſepitur: S.Ambroſius lib. de Nab. c. 6. Diti inferorum Deo diuitem parians, cum quo cognationẽ & nomine ipſo habet, ita loquebatur. *Ipſum nomen conſidera.* DITEM *dicunt Gentiles*

Diues inexplebilis gurges diuitiarũ.

INFERORVM PRÆSVLEM, *arbitrum mortis. Ditem appellant, & diuitem, quod niſi mortem* DIVES *inferre non nouerit, cui regnum de mortuis, cui ſedes inferi ſunt? Quid eſt enim diues, niſi quidam inexplebilis gurges diuitiarum, inexplebilis auri fames? Quò plus hauſerit, plus inardeſcit.*

756. *Diuitiæ inferni flammis ſuos addicũt.* S.Iſid.Peluſ.

Inferorum ignem timere diuites debent, qui cum inferorum præſide tantã cognationẽ habẽt, hoc præſtant diuitibus diuitiæ, vt hic ſuos cupiditatis flammis vrant, & inferni flammis æternũ addicant. Religio eſſet hic deſiderari S. Iſidori Peluſiotæ verba, qui lib. 5. epiſt. 55. ita ſcribit diuitum inſanum in diuitias amorem percellens: *Ecqua noua hæc, & abſurda plura habẽdi cupiditatis amẽtia eſt? Cur iniecta materia, ac fomite ſubiecto amplior fit poſſidendi ardor. Quantum ſi capitum multorum* HYDRA *infinita habeas ora, quibus cibũ, in vẽtrẽ inexplebilẽ demittas, tãtò plus appetat, & quaſi nihil antea acceperit. Quis igitur cordatus huius eſſe vitij ſuſtineat eſſe amator? quod & non explendo quẽ ſemel ceperit, ſic puniat, vt &* ÆTERNIS INFERORVM IGNIBVS, *qui extingui nequeant addicat.*

Diuites nudi æternis incendiis deputati. Pſal. 48. S.Bern.

Ad æternas flãmas poſſeſſores ſuos diuitiæ comitantur, ſed ad illos tantũ, nõ in illis, nudos eos relinquunt, opibuſque ſpoliatos, vt acriùs cõburãtur, quia ſoli, quia nudi. Benè sãctus Bernardus ſerm. 2. de verbis Apoſtoli: *Non eſt regnũ Dei eſca.* tangens illud Dauidis Pſal. 48. *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos*: ait, *quam bene ſicut oues? quia detracto vellere mũdialium diuitiarũ, dure preſſeque detõſi,* SEMPITERNIS NVDI DEPVTABVNTVR INCENDIIS. *Mors depaſcet eos, quia ſemper morientur ad vitam, & ſemper viuẽt ad mortẽ.*

Superflua diuitiæ ad æternas flammas ſæpe homines ducunt. S.Bernardin.

Superfluas diuitias homines ferè ad æternas flammas tradere, ſic explicabat S. Bernardinus ſerm. 7. in fer. 6. poſt ciner. art. 2. cap. 3. *Sæpe humores* SVPERFLVI *ſunt ad hominis necem, ſic & ſubſtantia ſuperflua ſæpius eſt* CAVSA PERDITIONIS ÆTERNÆ.

757. *Aurum flãmas colore refert.* *Diues malus inferni Veſuuius.* S.Pet.Dam. *Pecuniarum fauilla in aliorum perniciem ſparſa.*

Color ipſe auri rutilitatem flãmæ refert, vt in auro flãmas timeremus, & hic dũ poſſidetur, & æternas quoq; , cũ poſſideãt auri cupidos inferni flãmæ, in auro ignis fauillas, vidit S. Petrus Damianus lib. 1. epiſt. 21. Vbi Cadalorũ pſeudo-Epiſcopũ arguens, ait: *Veruntamẽ tu tanquã* VESVVIVS GEHENNÆ FLAMMAS *eructans nõ quieſcis, pecuniæ fauillas, vt ita loquar, per populũ ſpargis, & flammis cupidinis miſerorum corda corrumpis.* Vides malum diuitem, & diuitiis abutentem *inferni Veſuuium dici.* I, & hos diuites ſuſpice, his diuitibus inuide.

Auri locus inferni flammis proximus.

Locus quoque vnde aurũ eruitur ad inferni flãmas nos vocat: ad terræ cẽtrũ ſpectãt auri mineræ, adeò vt ad locũ ſuũ tendẽs, quod naturale rebus omnibus eſt, eò ſecũ facilè rapiat ſuos poſſeſſores à ſe poſſeſſos: aurũ amatores ſuos cõburit, dũ hic degunt, vret, & cũ hinc abierint. Ne-

Auri incẽdia etiam poſt mortem. S.Greg Tur.

queo hic in huius rei teſtationẽ, & eorũ quæ dixi fidẽ rẽ ſupprimere, quã ob oculos nobis ponit S.Gregorius Turouenſ. lib. 1. miraculorũ cap. 06. *Audiui præteritis annis geſtũ in Galliis. Mulier quadã ſub ſpẽ religionis vacabat ieiuniis, orationibus inſiſtebat, vigilabat pertinaciter, ac loca ſancta deuotione ſimulata circuibat aſſiduè. Cumque in hoc calore iſta viſa duraret, immenſas opes à multis ſuſcipiebat, congregabat aurũ quotidie, & quod deuotio Chriſtiana pro redimẽdis porrigebat captiuis, loculis abdebatur occultis, & quæ dabãtur inopũ neceſſitatibus profutura, iniquis marſupiis condebantur: nã effoſſa mulier humo in medio cellulæ ollã immenſã impoſuit: ibique cũ aliquid datũ fuiſſet, recondebat diligẽter, & lapide ſuperpoſito claudẽs vt nulli pateret occultũ: O terque quaterque exectrãda cupiditas, quæ luce fraudãs, homines demergis in tenebras. Quid plura? cũ olla impleta fuiſſet nũmis, huic mulieri tempus reſolutionis aduenit. Mortua verò Deo migrãs* IN INFERNO *ſepulta eſt: Poſt cuius exequias ſacerdotes qui aderant, puellã eius familiarẽ interrogãt, quid de tãta feciſſet pecunia, aut ſi ea erogãda tẽporis ſui permiſit ſpaciũ? iſta reſpondit, nunquam ſe vidiſſe, quod vlli inopum manũ miſericordiæ porrexiſſet: & quid pecunia data deueniſſet, ignorare ſe cõfitetur, vnũ tãtũ ſcio, ait, quod in cellula deportatũ, regreſſum foras vltra nõ vidi. Hæc audiẽtes Clerici ſtupẽt, & quid ex hoc factum fuiſſet diligenter inqui-*

Digitized by Google

runt, tantúmque crebris ictibus pauimentum tundẽtibus, locus in quo occultata iacebat pecunia, tinnitũ dedit impulſus, cauoque reſonans prodidit quæ latebant: & ſtatim remoto lapide inuenitur auri congeries, & clerici ſtupentes tantæ ſubtilitatis peruerſitatẽ, Epiſcopo, quid actum fuerat, indicãt. Ille verò cõmotus, iuſſit reſerato ſepulchro pecuniam ſuper corpus exanime proiici, dicens: ſint tua tibi, quæ congregaſti: pauperibus verò Chriſti non deerit vndè ſuſtententur. Nec mora cum prima quies nocturno tempore data fuiſſet, audiuntur voces à tumulo, fletus, & vlulatus immenſus: inter quas voces hoc maximè reſonabat, ſe miſeram, ſe infelicem, quæ auri conſumebatur incẽdio. Deniquè cũ per triduum hæ voces aduenientẽ nocte reſonarẽt, populis non durantibus, ad ſacerdotem venitur. At ille accedens, iubet tumuli opertorium amoueri: ſubmotóque, vidit aurum quaſi in fornace reſolutum, in os mulieris ingredi cũ flamma ſulphurea. Tum ſacerdos orauit ad Dominum, vt quia malitia eius populis fuerit declarata, tandem Dominus pœnam ceſſaro iuberet a corpore, & aperto tumulo diſceſſit, voceſque mulieris amplius nõ ſunt auditæ. Hucuſque auctor iſte, cuius omnia verba dedi, licet pluſcula, vt res maiori firmitati ad legentis aures perueniret, mentique altius inſculpta, ab auri flammis, incendiiſque omnes auocaret auri neglectu.

758. Denique vt in aquis deſiniam, quæ huc nos duxerunt, & ab igne non abeam, obſeruo in hoc quoque diuitias ſimiles aquis eſſe, vt ſicut illæ igne ſuppoſito ſtatim ebulliunt, ita tamen vt igne ſubmoto in aërem aliquas partes euanuiſſe reperiantur, ita & diuitiæ quæ ſubitò acquirũtur, decreſcunt facilè, & poſt tumorem illum, illã ebullitionem, apparebit; Venuſtè ille auctor; *Sicut* AQVA IVXTA IGNEM *ex feruore ſubito augetur, & intumeſcit, & ex feruore attollitur, ſed tamen feruore ipſo cõſumitur, quod ſtatim apparet, vbi detracto igne feruor detumeſcit, & ad ſe redit. Pari ratione opes, quæ ſubito attolluntur, & præter omnem modum excreſcunt paulo poſt veluti deferuentes imminuta viſũtur: ſic videas paſſim homines, qui à commerciis, aut quæſtibus quibus eorum copiæ fallaci quodam feruore intumeſcebant, excidẽtes ad maiores anguſtias redeũt.* Huc vocabat illud Salomonis Prou. 13. 11. *Subſtantia feſtinata minuetur* aliqui ex Græco vertũt. *Subſtantia* EFFERVESCENS *minuetur*, eo, quem ſuperius dedimus, ſenſu. Plura alia exhibere de diuitiarũ aquis poſſem, ſed quæ hucuſque dedimus ſatis inſtituto noſtro ſunt, ſatis erunt & legentium ſiti; ſunt aliæ aquæ, quæ calamum ad ſe vehũt, & ad illas ferri eò libentius fero quò plures eruditionis merces harũ aquarum auxilio in lectoris ſinum exonerabimus, Sacrarum ſcripturarum locis eadem opera lucem immittemus, immittemus & externorum auctorum dictis.

Diuitiarum aquæ velut ſuppoſito igne ebulliunt, ſed minuuntur, dũ ebulliũt. F. Sa. cap. 8. Prou. n. 44.

Prou. 13. 11.

EXCVRSVS LXVII.

Voluptatum terrenarum fluenta quàm noxia, quàm inſalubres carnalium deliciarum aquæ.

Voluptas laſciua meretricula.
Ab aliena aqua *abſtinere quid ſit?*
Carnalis *delectationis fluentum vitandum.*
Voluptates hominem extra hominẽ *rapiunt.*
In aqua frigida *natare quid?*
In voluptatis aquis *fluctus, & naufragium.*
Carnis fluctus, *& voluptatis naufragia.*
Fluminis *in morem valetudinis ripas exeunt deliciæ.*
Delectationum terrenarum flumina *in mare decurrunt amaritudinis.*
Carnales delectationes in dolorem *trahunt.*
Voluptatum aquæ *falsã refrigerij speciẽ habẽt.*
Ingentia mala voluptatum fluenta *vehunt.*
Mundi voluptas putealibus aquis *cõparata.*
Ciſterna *diſſipata voluptas, honor, diuitiæ.*
Terrenæ voluptatis aquæ *mortis tempore exſiccantur.*
Deliciæ mentem prèmunt, *ac perturbant grauius, ac domum* aquarum *inundatio.*
Gulæ mancipia natantes *referunt quibus ſaxa ad collum alligantur.*
Carnalium voluptatum gurges *eſt vitandus.*
Spirituales & carnales deliciæ inter ſe pugnãt, vt ignis, *&* aqua.
Virtus voluptates offuſcat.

VOluptates terrenas, corporis delicias aquis cõparo, & fluctis illarũ inſtabilitas, fluidáq; cõditio, quæ ſtare neſcit. Hũc nexum firmãt, cõfirmãt hãc cohærentiã, quæ de meretriciis, adulterinisque aquis diximus, huc quoque transferre non alienè poſsũt, cũ meretriciã faciẽ, vultũ meretriciũ corporeæ voluptates habeãt, vt amatores ſuos extima ſui ſpecie decipiãt, & ad mortem trahãt. Philo lib. de mũdi opificio, voluptatẽ amatores ſuos velut meretriculã hamo capiẽtẽ nobis exhibet hiſce verbis: *Omnino ſcire oportet, quod* VOLVPTAS TANQVAM LASCIVA MERETRICVLA *amatorẽ appetit, quærẽs ſtupri cõciliatores, per quos illũ ceu hamo capiat*: Quis voluptatis blanditiis credat, cũ hamus in illis lateat quibus ad mortem capiatur, qui illarũ amore capitur. 759.

Voluptas laſciua meretricula. Philo.

Placet hũc voluptatis, & meretricis nexũ aliter probare; Prou. 9. v. 18. hæc habẽt LXX. quę in vulgata lectione deſiderantur. *Ab aqua aliena abſtine te, & de fonte alieno ne biberis*: Quæ de alienæ mulieris cognitione accipi poſſe, ac etiã debere euincũt illa, quę initio libri dedimus: ſed hæc eadẽ verba etiã ad carnis delectationes voluptateſque flexit Clemẽs Alexand. 3. pædag. c. 2. dũ ait: *Ab aliena aqua abſtine, & ex fõte alieno ne* BIBERIS, *titillãtis ſinũ* DELECTATIONIS FLVENTVM *vitare nos admonẽs*: Quid tã alienũ, quã iſte fõs qui à ſe ipſis alienat eos qui eius aquas bibunt? Alienãt, dũ hominẽ extra hominẽ trahũt, & parẽ iumẽtis reddũt; hinc illud S. Laur. Iuſt. de caſto Cõnubio c. 1. vbi voluptuoſũ hominẽ ita perſtringit: *Rationalis tũ ſit, inhærẽdo terrenis,* SITIENDOQVE *voluptates, ſimilis efficitur iumentorum: ideo voce prophetica de ipſo perhibetur, vbi dicitur: Homo quum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.*

Ab aliena aqua abſtinere quid ſit. Prou. 9. LXX.

Carnalis delectationis fluentum vitandum. Clem. Alex.

Voluptates hominem extra hominem rapiunt. B. Laur. Iuſt.

Aqua de cupiditatibus, & voluptatibus dici probat, & illud Arabum prouerbium: *ne nates in* AQVA FRIGIDA, *ne pereas*, ideſt, *ne te dedas* CVPIDITATIBVS *ne moriaris in peccatis tuis*: noxiæ hæ aquæ ſunt, & plures incautos ſepelierunt, & ſepeliunt: qui ſapit, pereuntium numerum non augebit pereundo. 760.

In aqua frigida natare quid.

Naufragium poſt fluctus in voluptatis aquis timendum indicant hæc S. Baſilij verba lib. de verã virginit. *Voluptas veluti* FONS QVIDAM *à carne profluit, carnalique limo omnia adimplens, ac torrentis inſtar, & per ſenſuũ feneſtras, in carnis æſtus celerius refluens, animam perturbationum* FLVCTIBVS *quatit, atque in profunda* DEMERGIT: hoc

In voluptatis aquis fluctus, & naufragium. S. Baſil.

pericu

periculoſiora hæc fluenta ſunt, quò à noſtra carne gignuntur, vt contra nos inſurgant, domeſticum, & familiare malum, ſed cui domeſtica, & familiaris ſæuitia ſit, & ruina.

Carnis fluctibus, & voluptatum naufragia.
S.Theoph.

De carnis fluctibus, & voluptatum naufragiis ita loquitur ſanctus Theophilus Alexandrinus epiſt. paſchali 1. *Nec differimus, tumentibus carnis* FLVCTIBVS *liberati inter diuerſa voluptatū hinc inde* NAVFRAGIA *clauum tenere virtutum, & poſt grandia* MARIS *pericula, tutiſſimum cœlorum intrare portum.*

Fluminis in morem valetudinis ripas exedunt deliciæ.
S.Chryſoſt.

Eunt fluminis in morem voluptates, terrenæque deliciæ, imò fluunt, & ſanitatis roboriſq; addo & virtutis ripas fluminum currentiū more exedunt; in hoc etiam flumina à mari differunt, quod illa radunt, edunt ripas dum fluunt; At mare littoris arenis retunditur, & cogitur reſilire, in hoc fluminibus pares deliciæ ſunt, quod ripas, quibus coërcentur exedunt, & abſumunt: huc ſpectabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 55. ad populum. *Non tam vehementer*, inquit, FLVVIALIVM AQVARVM *curſus ripas corrodere, & ſubmittere ſolet. ſicut deliciæ, & luxus omnia valetudinis noſtræ firmamenta facile ſubruere.*

Delectationū terrenarū flumina in mare decurrunt amaritudinis.
Richard.

761. Et verò ad mare feruntur hæc flumina deliciarum terrenarumque delectationem deriuant in amaritudinem, vt non corporis tantum ripas deſtruant, corpori noceant, ſed etiam animo: fluminum eſt in mare ire, & voluptatum terrenarum in amaritudine finire: Benè Richardus tract. 1. de ſtatu interioris hominis cap. 10. *Omnia flumina (ait ſcriptura,) intrant in mare, & mare non redūdat: ſcimus quia* FLVMINA *dulcem faciunt aquam, ſicut maria amarā. Quid igitur eſt flumina intrare in mare, niſi omnem delectationem carnalem terminari in amaritudinē: Omne ergo* FLVMEN MARE INTRAT: *quia externa gaudij luctus occupat:* huc quoque facit, quod habet idem auctor tract. de exterminatione mali. cap. 17. *Quid eſt inferiores* AQVAS IN MARE *decurrere, atque deficere, niſi carnales, & infirmas delectationes in dolorem trahere, & pœnitendo extinguere.*

Carnales delectationes in dolorem trahunt.
Idem.

Voluptatum aqua falſam refrigerij ſpeciem habent.
Gilleb.

Falſam quandam refrigerij ſpeciem voluptatum fluenta habent, non verè refrigerant, nec diù torrentes ſunt, non fontes, non putei: bellè Gillebertus Abbas ſerm. 37. in Cantica Cant. *Quænam ſunt* AQVÆ VIVÆ, *niſi aquæ non deficiētes. Et quidem bene hauſtus aquarum æſtum deſiderij ſine defectu refrigerant, ſeculi oblectamenta vniuerſaliter falſam præferunt* REFRIGERII *ſpeciem, & ſecularem concupiſcentiam ſedant ad horam, ſed quaſi ſub ipſo ortu ſtatim areſcunt, nec fluunt vena perenni quaſi* TORRENS *raptim tranſeunt, & non eſt inuenire in hoc torrente aquas viuas. Alio quodam Iſaac fodit in torrente, &* AQVAS VIVAS *inuenit. Eſt enim* TORRENS, *qui ſuauis videtur, ſed ſalutaris nō eſt, nec ſempiternus quidem, ſicut ſecularis ille quem prædiximus, fluxus voluptatis.*

Ingentia mala voluptatū fluenta vehunt.
B.Laur.Iuſt.

762. Mala, quæ voluptatum fluenta ſecum deferūt, explicare nullus dignè poteſt, tāgit aliqua ſāctus Laurent. Iuſt. de ſobrietate c. 1. dum ait: *Seruiunt itaque voluptatibus; non fruuntur: & mala ſua (quod malorum eſt vltimū) amant: Hinc præterea oritur mētis hebetudo, rationis amiſſio, & mortis formidoloſa expectatio. Ab his variæ infirmitates, podagra, febres, vētris torſiones, ſtomachi laſſitudines, & ſimilia generantur, quæ naturam hominis maculant, & corrumpūt.*

Mundi voluptas putealibus aquis cōparata.
S.Auguſt.

Mundi voluptatem puteali aquæ comparabat S.Auguſtinus, quæ cupiditatis hydria hauritur; hæc illius verba tract. 15. in Ioannem: AQVA IN PVTEO, *voluptas ſeculi eſt in profunditate tenebroſa. Hinc eam hauriunt homines hydria cupiditatum. Cupiditatem enim proni ſubmittunt, vt ad voluptatē hauſtam de profundo perueniant, & fruuntur voluptate præcedente, & præmiſſa cupiditate. Nam qui non præmiſerit cupiditatem, peruenire non poteſt ad voluptatem. Pone ergo hydriam, cupiditatem, & aquam de profundo voluptatum.*

Ciſterna diſſipata voluptas, honor, diuitiæ.
B.Thom. ſerm. 2. 13.

Puteo comparaui voluptatis aquam? nimis extuli, ciſterna eſt, quæ continere non valet aquas; huius mentis fuit Beatus Thomas à Villa noua Conc. feri. 6. Poſt Dom. 3. Quadrageſimæ. *Verè* CISTERNA *diſſipata, honor:* CISTERNA *perforata voluptas, diuitiæ, & omnis proſperitas mundialis: non valet aquam continere, triduo placet, & ſtatim euaneſcit illa conſolatio, & faſtiditur, & diſplicet:* vt iure queritur Deus Ierem. 2. 13. ciſternas ſibi homines fodiſſe, relicto vero fonte; *Foderunt*, inquit, *ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas quæ continere non valent aquas;* ingenti labore impuras voluptatis aquas bibere ſtuduerunt, nam poſſent abſque labore ex vero voluptatis fonte, veras voluptates deguſtare.

Terrenæ voluptatis aquæ mortis tempore exſiccātur.
Vgo.

763. Verè diſſipatæ ciſternæ voluptates terrenæ ſunt, quæ tunc præcipuè aquis carent, cum aquæ neceſſariæ magis ſunt; Feſtiuè rem explicat Vgo Carenſis in Pſalm. 31. CISTERNÆ, inquit, DISSIPATÆ *quæ continere non valent aquas ſunt mundi voluptates, & deliciæ, & diuitiæ, quæ in æſtate, quando magis neceſſaria eſſet aqua exſiccantur, ideſt in articulo mortis.*

Gula mancipia natantes referūt quibus ſaxa ad collū alligantur.
Clem. Alex.

Qui carnis delicias ſequitur, natare in aquis videtur, ſi nimio ſe potu ingurgitet, nimio cibo grauet, natantes refert, quibus vt mergantur ſaxa ad collum appendebantur: opportunè monuerit Clemens Alexandrinus 2. pædag. cap. 9. *Ne cibi*, inquit, *nos grauent, ſed alleuent, vt grauantur* NATANTES, *quibus appenduntur onera.*

Deliciæ mentem premunt, ac perturbant grauius ac domū aquarum inundatio
S.Chryſoſt.

Deliciæ mentem premunt, & rationem perturbant non ſecus ac illos, qui domum aliquam inhabitantes aquarum impetum deberent ſuſtinere: grauior, & grauiora damna ſecum fert deliciarum inundatio mentem impetens, quam aquarum impetus domum ſubiens, & domus habitatores aggrediens. Præſtat hic audiri ſanctum Chryſoſtomum, qui rem hanc nobis ob oculos ponens ait, hom. 13. in epiſt. 1. ad Timoth. *Quemadmodum ſæpe cum inundatio vehementior facta fuerit,* AQVARVM VIS *officinarum additum occupauerit, turbari eos qui intus ſunt cernimus, & diſcos atque ampheras, & ſpongias, & alia plurima ad exhauriendum aquam excogitata deferre, vti ne violatis fundamentis atque commotis, omnis poſt hæc ſupellex inutilis fiat: ita, & anima quoties nimiis deliciis oppreſſa fuerit, perturbatur omnis intrinſecus ratio.*

Carnalium voluptatum gurges eſt vitandus.
S.Auguſt.

764. Carnales voluptates gurgiti comparatas legimus, & ſanctus Auguſtinus lib. 6. confeſſ. cap. 15. ita Deum alloquitur: *Nec me reuocabat à profundiore voluptatum carnalium* GVRGITE, *niſi metus mortis, & futuri iudicij tui;* in omnibus mori voluptatum terrenarum amor debet, qui cogitat ſe moriturum: nec iudicij tantum metus, ſed & præmij ſpes auocare ab hiſce aquis nos debet: eiuſdem ſancti Patris hæc ſunt verba in Pſal. 93. *Intuere quid promiſit Deus, & dulcedo promiſſorum faciet te* CONTEMPTOREM *dulcedinum ſeculi:* amara omnis ſæculi ſuauitas eſt amanti ſuauitatem quæ à ſæculi conditore, in ſæculi conditore eſt: Ad hanc voluptatem, ad has delicias nos vocabat Venantius, cum diceret, lib. 7. num. 27.

Venantius.

Expete delicias, quas SINE FINE *geras.*

Spirituales & carnales deliciæ inter ſe pugnant, vt ignis & aqua.
S. Bernard.

Quærendæ ſpirituales deliciæ, ſed carnalium contemptu, illarum ignis cum harum aquis pugnat, nec pacem habere deliciæ iſtæ inter ſe poſſunt, notabat hoc ſanctus Bernardus epiſt. 2. *Quomodo* IGNIS, *&* AQVA *ſimul eſſe non poſſunt, ſic ſpirituales, & carnales* DELICIÆ, *in eodem ſe non patiuntur: Vbi crapulam ructantis inter pocula ſenſerit Chriſtus: vina ſua dulciora ſuper mel & fauum menti propinare non dignatur.*

Virtus voluptates offuſcat.
S. Zeno.

Repudiabit terrenarum voluptatum aquas, qui Dei delicias guſtauerit virtutum: ſuauitate captus non ſinit ſe carnis illecebris capi; hoc vera virtus poteſt, vt voluptatis offuſcet lumen; ſic enim de illa loquitur ſanctus Zeno ſerm. de continentia. *Virtus* VOLVPTATES *ſemper* OFFVSCAT: Vis tibi rationis lumen voluptate minimè obſcurari, virtutem eam quære, quæ voluptates offuſcat, ne obfuſcetur à voluptatibus.

EXCVRSVS LXVIII.

Inanis voluptatum ſpuma.

Spes quæ terrenis nititur tanquam ſpuma.
Corporis voluptas inanis ſpuma.
Venus ex mari ſpuma, *& ſpumea Veneris voluptas.*
Luxus preſentis vitæ ſpuma *vani gaudij.*
σπιλάδες quid?
Voluptuariorum voluptates ſcopuli *quidam.*
Voluptas quæ extra Deum voluptatis excrementum.
Falſa voluptas, & illuſio *quæ à luxuriæ fluentis.*
Dulce nihilum *libido.*
Corporis voluptates quædam præſtigia.
Libidinis ſcabie *laborans dolorem verum poſt falſam voluptatem ſentit.*
Glaciei *impudicus amor cur comparatus.*

765. *Spes quæ terrenis nititur tanquam ſpuma.*
Oſe. 10. 7.

NOn fallor, falluntur qui aliter ſentiunt; inanis ſpuma omnis voluptas, quæ ab impuritatis aquis naſcitur, & ebullit. Nullus aliter expertus eſt, licet aliter deceptus ſentiat: ſpumea voluptas eſt in nihilum breui abitura, quæ à luxuriæ aquis pullulat. De re quæ breui duratura ſit, quæque nullius firmitatis, ac conſiſtentiæ ſit non ſine prouerbij facie dicitur, quod ad modum ſpumæ ſe habeat ſuper faciem aquæ. Hinc illud Oſee cap. 10. verſ. 7. *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum quaſi ſpuma ſuper faciem aquæ.* Etiam ſpes, quæ creaturæ nititur & pro fiducia humanum auxilium habet, tanquã ſpuma gracilis eſt; quæ facilè vento diſpergitur, vndiſque flagellata in nihilum redigitur, Præiuit Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 3. de ſpe in hæc verba. *Spes huiuſcemodi quaſi lanugo, quæ à vento tollitur, & tanquam* SPVMA *gracilis, quæ à procella diſpergitur.* Præſtat hac ſpe carere, quæ dum tenetur elabitur, in nihilúmque redigitur. Ita enim accidit in ſpuma, quæ licet aliquid eſſe videatur dum aquis ſuperfertur, ſi tangatur, aut manu claudatur, ſtatim perit; ita fiducia hæc terrena, quam homines in homines habẽt, licet aliquid magnum appareat nihil reuera eſt, videbis ſi apprehenderis, & ad humanum auxilium confugeris.

Corporis voluptas inanis ſpuma.
S. Pet. Chryſ.

Ad hunc eundem modum corporis voluptas 766.
ſe habet, ſpuma quædam inanis eſt, quæ ſuos ſectatores decipit, & fallit: Pulchrè ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 8. *Gubernante Chriſto, flante Spiritu ſancto, euictis voluptatum* SPVMIS, quàm gracilis, quæ ſpumæ comparatur, diu durare non poteſt, quæ ſpumæ componitur. Probus ventus Spiritus ſanctus, Probus Gubernator Chriſtus, quo voluptatum ſpumis non fœdamur.

Venus ex mari ſpuma, & ſpuma Veneris voluptas.
Luxus præſentis vitæ ſpuma vani gaudij.
Iud.
S. Paſch.

Spumea quælibet voluptas eſt; ſed maximè venerea; nil mirum cum ex luxuriæ aquis producatur: etiã Venus ex maris ſpuma orta perhibetur, vt ſtatim intelligeremus ſpumæ ſimilem carnis delectationem eſſe, ſolidi nihil ſperas, vana hic omnia, & ſenſum fallentia. Sanctus Iudas Apoſtolus in ſua epiſtola Catholica hanc metaphoram in hac re probauit, dum ait, verſ. 12. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore, fluctus feri maris, deſpumãtes ſuas confuſiones.* Quum in euanidam ſpumam omnis libidinis motus abeat, & nudus gaudij vapor ab luxus omnis, luxuriæque fluctibus ſurgat: Quod firmat Beatus Paſchaſius lib 1. in Pſal 44. dum inquit. *Omnis luxus præſentis vitæ vapor eſt, &* SPVMA VANI GAVDII; Abit ergo à vero ſolidóque gaudio, quod à rebus terrenis ac carnalibus ortum habet, gaudij ſpuma ac veluti excrementum eſt.

σπιλάδες quid? Voluptuariorum voluptates ſcopuli quidam.
Iudæ 12.

Maculatum nomine voluptuoſos circumſcri- 767.
bit ſanctus Iudas. *Hi ſunt*, inquit, *in epulis ſuis maculæ, quia commaculant, & conſpurcant obſcœnitatibus ſua conuiuia:* Græce eſt vox σπιλάδες, quæ auctore Heſychio etiam de ſcopolis, & rupibus dicitur, ac ſi diceret, vt ille ait: *Huiuſmodi guloſorum, ac voluptuariorum hominum voluptates ſunt veluti* SCOPVLI, *ad quos nauis humanæ mentis bonorum ſiue ſpiritualium, ſiue externorum mercibus onuſta allidat, & fatiſcat miſerando naufragio*; Scopuli ſibi ipſis ſunt ſuis voluptatibus voluptatum mancipia, & infelici exitu exitium ſibi creant. Scopulos dum verberant vndæ, ſpumæ proceantur, ad hos quoque luxus ſcopulos ſpuma quædam inanis lętitię oriri poteſt, quæ in aërem via nata abit.

Voluptas quæ extra Deum voluptatis excrementũ.
Nicet.

Ea quidem vniuersè voluptas omnis, quæ circa Deum, diuináque non verſatur, voluptatis nomen mereri non poteſt, veræ voluptatis verum excrementum eſt, vt verus Nicetas ſcerit qui in Oratione ſancti Gregorij Nazianzeni in Chriſti Natiuitate ita loquitus; *Omnis voluptas, quæ nec ex Deo, nec in Deo ſuſcipitur,* VOLVPTATIS EXCREMENTVM EST; Et tam fatuus homo cœlo, cœleſtibus natus, vt ſolis excrementis paſci velit, tam amens audiet, vt vera voluptate repudiata, quæ in Deo reperitur, ad inanis voluptatis excrementa ſe conferat, iiſque nimium ſordidè, ac brutorum more inhiet!

Falſa voluptas, & illuſio quæ à luxuria fluentis.
Epheſ. 6. 14.
S. Chryſoſt.

Falſa voluptas eſt, quæ à luxuriæ fluentis ema- 768.
nat, ſpuma tantum voluptatis eſt: contrà ſolida, veráque eſt quæ à caſtitate ac puritate naſcitur. Hoc voluit Apoſtolus cap. 6. verſ. 14. epiſt. ad Epheſios, dum ait, *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ.* Lumbos præcingere ad caſtimoniam ſpectat, ſed cur verbum illud appoſuit, *in veritate?* An vt oſtenderet falſas eſſe carnis illecebras, inanes corporis voluptates, ſolóque mendacio grauidas, verum ſolidúmque gaudium à caſtitatis cuſtodia eſſe? Ita cenſeo, & vadem ſiſto ſanctum Chryſoſtomum hom. 5. in cap. 5. epiſt. ad Hebræos, vbi ita nobis ſuccinit: *State ſuccincti lumbos veſtros, & ſubiunxit in veritate. Quare in veritate? eſt enim cupiditas illuſio,*

luſio, & mendacium:propterea dicit Propheta; lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, non eſt ea res voluptas, ſed VMBRA VOLVPTATIS. *Succincti inquit lumbos veſtros in veritate, hoc eſt in vera voluptate, modeſtia,honeſtate;* Subſigna ſi ſapis,quod ſi dubitas, experire: & inuenies ſolidæ voluptatis matrem caſtitatem eſſe, luxuriam veræ nouercam, mœroris & amentiæ. Quid ſolidæ voluptatis ab his ſpumis expectes? nihil hic verum, firmúmque,omnia leui flamine abeunt, leui timoris flatu, ſi alia deſint,euaneſcunt: Siſti hæc ſpuma nequit,nequit diei teneri,ſtatim ac tenetur diſperit.Hinc Fulgentius lib. 3. Mytholog. libidinem dulce nihilum vocat, ſic enim circa Lycomedis nomen philoſophatur: *Lycomedem Græcè quaſi γλυκὺ μηδὲν, idcirco* DVLCE NIHILVM; *omnis enim libido & dulcis eſt, & nihil eſt.* A nihilo veram dulcedinem, veram voluptatem ſperes? deliram mentem habet,qui iſtuc ſibi perſuadet.

Dulce nihilū libido. Fulg.

769. Præſtigia quædam ſunt,& apparentes imagines omnes terrenæ voluptates, eæ præſertim quæ à luxuriæ aquis ortum habent, mortalibus voluptatis nomine imponunt, mortales decipiunt, vt verè cenſuerit ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 339. dum ait. *Corporis quidem voluptates lepidæ ſunt,eámque vim habent,vt hominem velut* PRÆSTIGIIS *quibuſdam illiciant, ac rationem à principatu exturbent,atque omnia ſurſum, & deorſum miſceant:* Signatè id de his quæ à fœmineis illecebris oriuntur idem ſanctus Pater affirmat lib. 3. epiſt. 213. dum monet: *Ne te mulieris venenum corrumpat, ad alterum voluptatis congreſſum te tanquam* PRÆSTIGIIS *quibuſdam illiciens, carnaléſque blandicias,atque inutiles curas,& ſuſpiciones docens.* Eòdem ſpectat ſanctus Cyrillus Alexandrinus hom. 8. de feſtis Paſchalibus, vbi ita loquitur: *Nunc agite amplexi ſtudium rerum bonorum atque ea quæ prodeſſe poſſunt impuræ voluptatis anteponentes* PRÆSTIGIIS: Quis adeò emotæ mentis,qui veris, diuiniſque gaudiis neglectis, falſæ voluptatis præſtigiis decipi ſe ſinat, & purarum deliciarum oblitus ſordidis, & impuris ſe tanquam ſus immergat?

Corporis voluptates quadā præſtigia. S. Iſid. Peluſ.

Afferre voluptatem aliquam libido videatur: decipit, & nudo nomine blanditur: Scabieti comparatur quæ ſi defricetur oblectationem quandam dum parere videtur,dolorem, ac cruciatum parit: Quòd feſtiuè effert ſanctus Theodorus Studita ſerm. 113. de fide, & amore vbi ita ſcribit; *Quaſi qui* SCABIEM *defricat oblectari videtur,neque oblectatur, quin ſeriò cruciatur, & eò magis, quò plus defricat, ad eundem modum libidine captus dolorem,non voluptatem, æſtum non quietem, mœrorem, non oblectamentum capit miſerandus, exſpes,attonitus, qui vel umbras extimeſcat:* Sibi in hac re quilibet teſtis eſſe poteſt; ad conſcientiæ tuæ tribunal vocaris, qui libidinis ſcabie laboras, an dolorem tibi, cruciatúmque pepereris, dum oblectationem putaueras,ediſſere: O fatuæ hominum mentes, qui animæ ſuæ venditione hæc voluptatis præſtigia, imò hæc cruciamenta ſibi emunt?

Libidinis ſcabie laborans dolorem verum poſt falſam voluptatem ſentit. S. Theod. Stud.

Sophocles apud Plutarchum glaciei impudicum amorem comparabat. glacies enim vbi tenetur,ſtatim euaneſcit. *Sicut*, inquit, *pueri,qui* GLACIEM *conſpectam arripiunt manibus, ac delectantur,ſed ea mox liqueſcente, nec facilè poſſunt abiicere lubricam maſſam,nec retinere noxiam. Itidem amor, nec excuti poteſt ob voluptatem adiunctam, nec retineri ob moleſtias admixtas voluptatibus maiores:* Excutere tamen debet,qui ſuæ ſaluti conſultum vult, excutiendus cum ſua voluptate non purus amor, excutiendus & amor voluptatis, voluptas nobis ſit voluptatem viciſſe, eius fluctus,eius æſtus,eius tempeſtatem,eius ſcopulos euitaſſe.

Glaciei impudicus amor comparatur. Plut.

EXCVRSVS LXIX.

Alia contra corporearum voluptatum inanitatem intorquentur.

Corporis voluptates malum, *bonum corporis afflictio.*
Voluptas mentis caligo *vt abigenda.*
Malè dulces *corporis voluptates.*
Laquei *in corporis voluptatibus.*
Voluptates dum blandiuntur mordent.
Voluptas fugitiua *fugienda.*
Quies,*&* voluptas *inter ſe non cohærent.*
Perit ſtatim voluptas *etiam falſa peccati vicinitate.*
Non poſſunt eſſe veræ *corporis voluptates, quæ veris cor priuant.*
Voluptas amarorium exhibet poculum *vt decipiat.*
Reſpuendæ *voluptates non amandæ.*
Fellea *peccati voluptas.*
A mentis Paradiſo reiiciendus Diabolus *qui ſpondet voluptates,vt decipiat.*
Viuiſcit *ſpiritus ſi corpus voluptatibus ſit* mortuum.
Vincula *in blandiente voluptate timenda.*
Quid opponendum *terrenis voluptatibus ne nos capiant.*
Fornax *ſub blandientibus voluptatibus.*
Cor *voluptatis cupidum abitura anima* retinaculum.
Voluptatibus ſit mortuus *qui cupiditatis incendia ſentire non vult.*
Adulteræ voluptates,*quæ ſenſus mulcent.*
Ad Deum euehat *ſe mens,quæ veris voluptatibus frui vult.*
Optimum *contra mundi illecebras* medicamentum.

IN corporeas voluptates ſtrinxi non ſemel calamum, ne illarum amore ille,qui me legit, ſtringeretur, vtiliter in eas calami ferrum adigitur, quæ omni ferro nocentius blanditiis ſuis cultorum ſuorum mentem feriunt; & grauius nocent quò amantur vehementius. 770.

Corporis voluptates malum eſſe, bonum corporis afflictiones ita colligit ſanctus Bernardus ſerm. 3. de natiu. Dom. *Ipſe eſt promiſſus olim per Iſaiam paruulus ſciens reprobare malum, & eligere bonum,malum ergo voluptas corporis,bonum verò afflictio eſt. Si quidem & hanc* ELIGIT, *& illam* REPROBAT *puer ſapiens,verbum infans.*

Corporis voluptates malum, bonum corporis afflictio S. Bern.

Voluptas mera caligo eſt, quæ niſi amoris luce diſcutiatur, mentem ita occupat, vt amens fiat: vt enim ait ſanctus Laurentius Iuſtinianus

Voluptas mentis caligo vt abigenda. B. Laur. Iuſt.

Digitized by Google

de intetioti conſcie. *Quemadmodum ſolis præſente ſplendore opa:a noctis propulſantur tenebræ, ita coruſcante anima charitatis incendio omnis ab ea* CALIGO VOLVPTATIS *abigitur.*

Malè dulces corporis voluptates. S. Pet. Chryſ.

Male dulces voluptates corporis vocat ſanctus Petrus Chryſologus, & porcorum ſiliquis comparat ſerm. 5. dum ait. *Et manducant ſiliquas, hoc eſt* VOLVPTATIBVS CORPORIS MALE DVLCIBVS *inhiant, & paſcunt dæmones, qui ſemper corporum vitiis ſaginantur & ſordibus: quia ſicut Domino qui ſe iungit, vnus ſpiritus eſt: ita qui ſe iungit Diabolo, eſt dæmon vnus.*

Laquei in corporis voluptatibus. Agell.

Laqueos qui timet, voluptates non amet, nam vt ait Agellius in Pſal. 140. *Laquei autem perditorum hominum ſunt propoſitæ voluptates, quæ* LAQVEIS, & HAMO *circumpoſitæ ſtultos peſtis latentis ignaros ad fruendum alliciunt, quas vt auidè deuorarint in interitum pertrahuntur.*

Voluptates dum blandiuntur mordent. S. Greg Naz.

Blandiri videantur voluptates verè dum blandiuntur mordent, vt canis corpus dilaniant, quæ corpus mulceot: Benè ſanctus Gregorius Nazianzenus in laudem Gorgoniæ: *Nec verò eximia quidem liberalitatis laude floruit, cæterum vt benignitatis ac beneficentiæ præſidio ſubnixa deliciis, & effrænatis ventris voluptatibus perinde atque inſano cuipiam* CANI, & DILANIANTI *corpus tradidit quemadmodum plerique facere ſolent.*

771\. *Voluptas fugitiua fugienda.* S. Cæſar. Symm.

Fugitiua voluptas omnis eſt, noſtrum eſt eam quæ fugit fugere: ſanctus Cæſarius Arelatenſis hom. 4. in Paſcha hoc eam titulo inſignit: *Remanet quod damnat, præterit quod delectat, iniquitas permanet,* VOLVPTAS FVGITIVA *pertranſit:* & Symmachus ad hanc fugam ſpectans lib. 1. epiſt. 48. ait: *Fugiunt voluptates, & bona cuiuſque rei tam breuis vſus quam lenis ſenſus.*

Quies, & voluptas inter ſe non cohærent. Philo.

Quies, & voluptas inter ſe non cohærent, non ſtat qui voluptate afficitur: Peritè Philo lib. 2. Allegor. *Voluptas enim non eſt* QVIESCENTIVM, & STANTIVM, *ſed* COMMOTORVM, *& perturbatione plenorum, & ſicut flamma continuè mouetur, ita cuiuſdam flammæ more affectus hic in anima excitus, non ſinit eam quieſcere.*

Perit ſtatim voluptas etiã falſa peccati vicinitate. S. Ephræm.

Perit ſtatim voluptas etiam ſi alioquin falſa, quæ in conſcientiam cadit, quæ in peccatum inciderit: Peritè ſanctus Ephræm. in tract. de orat. *Omnis mundana, & prophana voluptas in amaram conſcientiam coniecta, quaſi parua* MELLIS STILLA *eſt in abſynthij dolium refuſa.*

Non poſſunt eſſe veræ corporis voluptates quæ veris cor priuant. B. Laur. Iuſt.

Non poſſunt eſſe veræ corporis voluptates, quæ veris deliciis cor priuant: Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de continentia ita in illas calamum armabat, intorquebat hæc tela: *Ipſæ voluptates animæ impediunt ſalutem,* OBLIVIONEM *Dei inducunt, a ſapientia mentem retrahunt,* STERILITATEM BONORVM *operum inferunt, & ſpiritualibus deliciis cor priuant.*

772\. *Voluptas amatorium exhibet poculũ vt decipiat.* Philo.

Et quidem vniuersè voluptas omnis amatorium exhibet poculum vt decipiat, & in ſui amorem mortales trahat, olim enim in vſu erat, vt pocula quædam ſtruerent, & pararent, quæ bibituris amorẽ conciliarent, talis voluptas, ſed auerſandum hoc poculum eſt ne decipiaris: ſcitè Philo lib. de Gigantibus. *Nocent eius munera, quæ mox ablata proſunt, proinde ô anima ſi quod voluptati amatorum te inuitat* POCVLVM *declina ab eo, & auerſis oculis in natiuamque virtutis pulchritudinem perge, illam intuere donec amore huius correpta traharis tanquam à magnete vt attracta cum adamata cohæreas.* Hæc Philo: vides quam cauendum amatorium voluptatis poculum ſit, ne dum quæ intus exhibet bibas mortem ebibas & mortem haurias tanquam à magnete, virtutis enim hæc vis, vt animas in morem magnetis trahat, & ad ſe alliciat.

Reſpuendæ voluptates non amandæ. S. Marcus.

Reſpuendæ voluptates, non amandæ: *cor,* inquit, ſanctus Marcus de lege ſpirituali, num. 17. VOLVPTATES AMANS *carcer, & catena eſt animæ in tempore egreſſionis: at idem laboris ſtudioſum ianua eſt aperta.*

Fellea peccati voluptas. S. Cyrill. Alexand.

Dulcis videatur peccati voluptas, & tota mellea, nihil aliud ex vero eſt, quam fel: hinc mel à Dei ſacrificiis olim arcebatur, vt hoc quoque diſceremus, in bilem deſinere voluptatem omnem, ſicut & mel: ſcitè ſanctus Cyrillus Alexandrinus homil. 2. Paſchali: *Mellis,* inquit, *oblationem abnuit:* VOLVPTATIS *enim hoc quoque ſymbolum eſt: dulcis ſiquidem videtur eſſe adiuncta vnicuique peccato voluptas, ſed exitum bile amariorem ſortitur.*

773\. *Amœnitis Paradiſo reiiciendus Diabolus qui ſpõdet voluptates, vt decipiat.* S. Marc.

Voluptatem affert Satanas, ne audi: cogita eundem eſſe, qui in Paradiſo primos homines fefellit: tu quoque in te habes Paradiſum: tantum vt illum cuſtodias cuſtodi te à Satanici ſerpentis fraudibus, & inſidiis, qui mollia pollicetur, vt te decipiat; Benè Beatus Marcus Eremita opuſc. de Paradiſo: *Cum ſcripturam audieris enarrantem, quæ pertinent ad Paradiſum, omnibus affectionibus ſemotis ad cor tuũ conuerte animum, & reperies ibi* PARADISVM; Addit ſtatim: *Iubet ſcriptura hominem omni cuſtodia ſeruare cor ſuum, vt conſeruans in eo* PARADISVM, *fruatur gratia ſpirituali, nec audiat ſerpentem intus ſe implicantem, & conſulentem, quæ faciunt ad voluptatem.*

Viuiſcit ſpiritus ſi corpus voluptatibus ſit mortuum. S. Ambroſ.

Viuiſcit ſpiritus, ſi corpus voluptatibus ſit mortuum mortem inferentibus, torpet quodammodo ſi voluptatibus caro viuat: Huc afferri poſſunt, quæ habet ſanctus Ambroſius exhortatione ad Virgines: *Mortificate membra veſtra, vt tympani modo nulla in iis laſciuia carnis exaſtuet, omniſque flagrantia corporalis ſenſus intereat. Neſciat in iis niſi* IN MORTVIS CORPORIS VOLVPTATIBVS *ſolus ſpiritus refulgere. Si enim mortui fueritis peccato, viuetis Deo.*

Vincula in blandiente voluptate timenda. Dio Chryſ.

In blandiente voluptate vincula vidit Dio Chryſoſtomus orat. 80. vbi ait: *Prima enim domina, opinor, ad vnamquamque partem* VOLVPTAS *eſt, ſæua quidem alioqui, & inſidioſa aſpectu iucundè tamẽ, atque Sardonicum quiddam ſubridens occurrit; fertque vincula iuxta ſuam naturam, florida, molliaque primum, quibus par eſt vinciri reges, aut Tyrannos, & omnes quicunque beatorum dicuntur filij. His autem ſanius nihil, neque magis inhæret, aut conſtringit.*

774\. *Quid opponẽdum terrenis voluptatibus ne nos capiãt.* Vgo Vict.

Quid opponendum teneris voluptatibus ne nos capiant, & vincant; opportunè docet Vgo Victorinus de clauſtro animæ cap. 10. *Caue ne* CONSENTIAS CARNI BLANDIENTI, *ne credas mundo decipienti, ne credas diabolo perſequenti: ſed oppone vitam Chriſti voluptatibus, quia Chriſtum induiſti: prætende vitam Chriſti falſis mundi promiſſionibus, quia te ipſum mundo non credidiſti, præpone vitam Chriſti perſecutionibus, quia crucem Chriſti non erubuiſti.*

Fornax ſub blandientibus voluptatibus. S. Chryſoſt.

Blandæ videantur voluptates, blandæ tamen non ſunt, vrunt, dum putantur mulcere, vt verè ſub illis, & in illis fornacem viderit ſanctus Chryſoſtomus epiſt. 5. ad Theodorum lapſum, ait enim: *Quandiu tamen quis in* FORNACE VOLVPTATVM *conſiſtit, etiamſi exemplis abundat infinitis, ipſi res eſſe ſupra vires apparet: cæterum ſi vel leuiter cœpit illic egredi identidem procedens, vim ignis à tergo reliquit, videtque ante ſe, &*

ad

ad pedes propemodum viam roſcidam.

Cor volupta tis cupidum abituræ animæ retinaculum. Theod. Edeſſen.

Ægrè ex hoc corpore anima exit, quia voluptatibus terrenis addicta eſt, nam cor voluptatis cupidum animæ abituræ retinaculum eſt: Scitè Theodorus Edeſſenus in Aſceticis, num. 21. *Ne vnquam effluat tibi ex animo quod dictum eſt, cor* VOLVPTATIS CVPIOVM ESSE RETINACVLVM ET CATENAM *è corpore exituræ animæ. Laborioſum autem & induſtrium, portam apertam.*

775. *Voluptatibus ſit mortuus, qui cupiditatis incendia ſentire non vult.* S. Nilus.

Voluptati mortuus eſſe debet qui cupiditatis ineeodia non vult ſeotiro; ſcitè ſanctus Nilus orat. 1. de gula: *Vt cadauer*, ioquit, *ignis calorem non ſentit, ſic qui* VOLVPTATI MORTVVS EST, *cupiditatis incendio minimè commouetur.* Verè viuit, qui noo veris voluptatibus eſt mortuus.

Adultera voluptates quæ ſenſum mulcent. S. Greg. Nyſſ.

Adulterinæ voluptates ſunt, quæ ſenſus muleent; de illis, imò contra illas, illarumque ſectatores hæc habet ſanctus Gregorius Nyſſenus orat. 2. in verba: *Faciamus hominem: Poſtquam enim à veris illis Paradiſi deliciis excidimus, nec amplius vitæ lignum intuemur, nec honeſtis illis, præclariſque* VOLVPTATIBVS FRVI, *gloriarive poſſumus adulterinas nobis delicias excogitauimus: coquos, & piſtores inuenimus, varia bellariorum, ſuffimentorumque genera, vt lapſus illius ſolatia compararimus. Vt ægrotis qui graui aliquo morbo conflictantur, cum ſolitis voluptatibus frui non poſſint, quaſdam odorum ſuauitates, & alia eiuſmodi congruentia oblectamenta medici ſubminiſtrant, & infirmis eorum ſenſibus blandiuntur.*

776. *Ad Deum euehat ſe mes, quæ veris voluptatibus frui vult.* S. August.

Vertat ſe meos quocunque libuerit, à terrenis aliud non hauriet, quam amaritudinem, euehat ſe vt ad ſe aduehat dulcedinem veram, veram voloptatem; Peritè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 85. *Quocunque corſe conuerterit, in terrenis rebus* AMARITVDINEM *inuenit: vnde dulceſcat non habet, niſi tenet ſe ad Deum:* Qui veræ voluptatis eſt verus foos.

Optimum contra mundi illecebras medicamentum. B. Laur. Iuſt.

Optimum nobis contra mundi iſtios illecebras, fallaciaſque medicamentum offert Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto cõnubio cap. 1. *Validiſſimum ergo contra præſentis vitæ illecebras* MEDICAMENTVM, *eſt futuræ vitæ habere notitiam. Abſque æternæ vitæ ſcientia, & guſtu, iſtius non habemus contemptum. Nam futura gaudia præſentis vitæ ærumnas produnt, & tanto minus in peregrinatione temporalia diligimus, quanto ardentius ad cæleſtem patriam ſuſpiramus. Æternorum enim memoria præſentium ærumnas gemere cogit. Hoc Propheta ſanctus ſentiebat quum diceret: ſuper flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Quamobrem iugiter meditemur, quæ nobis in cœlis repromiſſa ſunt, ne eorum ſeducamur blanditiie, quæ ad vſum nobis conceduntur in terris.* Cœlo, cœleſtibuſque qui ſe natum cogitat, periuuris haud immoriatur, oec in mortem inferentia feratur.

CAPVT LXXIII.

Aquæ de exercitu, & populi multitudine.

Aquarum, *&* exercitûs *cohærentia.*
Torrens *de bello.*
De aquis multis liberari, *quid ſit.*
מים *quid, quid* עמים?
Conti *in aquis.*
In vitæ huius fluctibus *illuſorum conſiliis, & doctrinæ nemo credat.*
Putei *ſimilitudine ægrè* bella *finiri oſtenditur.*
Arma contra homines, *non contra* elementa *ſe ſumpſiſſe quis dixerit.*
In flumina, *vt in* hoſtes *aliqui exarsêre.*
Rex *cum exercitu ob* aquæ potum *captiuum ſe tradidit.*
Aqua *de promiſcua populi multitudine.*
Laudati populi qui vt aquæ impetu *currunt, vt omnia impedimenta amoueant.*
Amori obices *quoque cooperantur in bonum.*

MAgna aquarũ, & exercitus cohærentia, magnus nexus eſt, vt alterius loco alterum vſurpetur. Hine illud Amos 5. 8. *Quò vocat aquas maris.* Chaldæus ita vertebat: *Qui iubet congregari exercitus multos inſtar aquarum maris:* & Iſaiæ 8. 7. *Propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas:* Chald. *Aſcendere faciam ſuper eos caſtra populorum, quæ magna ſunt, ſicut aquæ fluminis fortes, & multæ.* 777. *Aquarũ & exercitus cohærentia.* Amos 5. 8. Chald. Iſai. 8. 7. Chald.

Torrens de bello. Demoſth.

Io externa quoque ſchola torrentis ſimilitudine belli vis ſignificata. Demoſthenes orat. de eorooa, ita loquitur: *Cuncta belli moles in hanc vrbem velut torrens quiſpiam inundaſſet:* Verè torrens exereitus, qui omnia deuaſtat, ſecumque abripit vniuerſa, ad quæ extenditur.

De aquis multis liberari quid ſit? Pſal. 14. v. 7. Agell.

Per hæc lucem capiunt Dauidis verba Pſal. 143. verſ. 7. vbi ait: *Emitte manum tuam de alto, eripe me libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum:* poſteriora ſunt priorum exegetica, & aquæ multæ hoſtium multitudinem ſignificant, à quibus liberari ſe poſtulat iſte Rex, oon patiar hic deſiderari noſtri Agellij commentarium quo verba hæc illuſtrans, ait: *Mitte manum tuam, & auxilium tuum de cælo, &..... vndique circumſeſſum, & vallatum* AQVIS MVLTIS, *hoſtium inquam copiis, ac turmis eripe, quæ autem multæ* AQVÆ ISTÆ *ſint exponit (de manu filiorum alienorum) de manu hoſtium alienigenarum, qui non ſunt de populo Iſrael, iam enim contra eos bellum gerebat:* Cur autem aquarum nomen pro hoſtiis adhibuerit ait id etiam factum ex vicinia vocum Hebraicarum: in Hebræo quippè fonte agnata ſibi aquarum nomina ſunt, & copiarum; hæc huius auctoris verba: *Ceterum vt aquas pro exercitu, atque copiis poneret ex vicinia vocum Hebraicarum factum eſt* מים, *&* עמים *Maim, & ammim.* Sanctus qooque Chryſoſtomus ait aquarum nomine ſignificari: *Perturbatum* HOSTIVM *incurſum, & confuſum, & magno impetu decurrentem, vt ſiſti vix poſſit, ac retardari.* מים *quid?* *quid* עמים?

778. *Conti in aquis.* Suid.

In aquis contos defixiſſe aliquos lego, vt hoſtium naues eos peterent, & mergerentur: de Romanis id refert Suidas verbo περὶ κοντῶν: *Romani contos* AQVA *defixerunt, vt ſcaphæ ſarlarorum in eos impingerent:* Mundus quoque & Dæmon hominum ſaluti inſidiantes ſub deliciarum aquis contos defigunt, vt accedentium mentes veloti naues ab iis pereant.

Aliæ inſidiæ à ſaluris noſtræ hoſtibus timendæ in huius vitæ fluctibus ſunt, nimirum à prauis

Digitized by Google

In vita huius fluctibus illuſorum conſiliis, & doctrinæ nemo credat.
Orig.

uis prauorum conſiliis mentis noſtræ nauis eſt auocanda, vt deceptoriæ falſorum hominum doctrinæ non credamus, qui piratarum more facem in obſcura nocte non ad auxilium oſtendunt nauigantibus, ſed ad fraudem, ad deceptionem, ad interitum; Audiendus hîc Origenes, qui in cap. 14. epiſt. ad Romanos ita rem verſat: *Sicut piratæ ſolent in mari in locis vndoſis occultiſque* SCOPVLIS *per obſcurum noctis lumen accendere, quo nauigantes ſub ſpe confugiendi ad portum ſalutis, ad naufragia perditionis inuehant. Ita & quoddam lumen ſapientiæ falſæ ab illuſoribus ſolet accendi, non per quod euadant, ſed per quod pereant homines mundi huius fluctus, & vitæ* PELAGVS *nauigantes: Propterea nauigantes huius vitæ vndas, non omni lumini, id eſt non omni ſapientiæ, neque omnibus omnium conſiliis credere debemus.*

Putei ſimilitudine ægrè bella finiri oſtenditur.

Putei ſimilitudine ægrè finem bella habere, quæ facile habuere principium ſic cenſebat ſcitus quidam Poëta:

Vt facile in PVTEVM *ſeſe eſt demittere, verum*
Difficile eſt retro flectere poſſe gradum:
Sic leuiter videas exordia ducere bellum,
Aſt ægrè finem ſumere cum cupias.

Arma contra homines non contra elementa ſe ſumpſiſſe quis dixerit,

Verè in aquis exercitus, copiarum loco aliqui habuêre, qui in flumina ſe velut in exercitum armatum armauêre, bellum aquis indicentes, de qua te alibi egi; prudentius ille cuius exercitus cum vndis eſſet ſepultus, contra homines non contra elementa ſe arma ſumpſiſſe reſpondit. Cum claſſem, quam contra Britannos inſtruxerat Philippus II. Hiſpaniarum Rex Oceani rabies deuoraſſet, idque nuntiatum Regi eſſet, placidè in hæc verba erupit: *Claſſem ego contra* HOMINES, *non contra* VENTOS, *& elementa conflaram:* Quàm ingens hîc animus, & omni tempeſtate maior!

779. *In flumina vt in hoſtem aliqui ira exarſere.*
Senec.

In flumina ira exarſiſſe aliquos legimus. Seneca lib. 3. de ira cap. 21. ita ſcribit: *Hic iratus genti, & ignotæ, & immeritæ, ſenſura tamen: Cyrus* FLVMINI. *Nam cum Babylonem oppugnaturus feſtinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occaſionibus ſunt Gyndem latè fuſum amnem vado tranſire tentauit. Quod vix tutum eſt etiam cum ſenſit æſtatem, & ad minimum deductus eſt. Ibi vnus ex his equis qui trahere regium currum albi ſolebant, abreptus, vehementer commouit Regem: iurauit itaque amnem illum regiis equis meatum auferentem, eo ſe reducturum, vt tranſiri calcarique etiam à feminis poſſet. In hûc deinde amnem tranſtulit belli apparatum, & tam diu aſſedit operi, donec C. & LXXX. cuniculis diuiſum alueū in CCC. & LX. riuos diſpergeret, & ſiccum relinqueret in diuerſum fluentibus aquis. Periit itaque & tempus, & magna in vanis rebus iactura, & militum ardor, quem inutilis labor fregit, & occaſio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hoſti cum flumine gerit.*

Rex cū exercitu ob aquæ potum captiuum ſe tradidit.
Plut.

In aquis ſe cum exercitu ſepeliuit, qui ſiti correptus & frigidæ cupiditate, vt potu ſitim extingueret ſe cum exercitu vendidit; Lyſimachus contra Dromichetem Regem profectus neceſſitate adactus, ſe ipſum cum exercitu captiuum tradidit, & frigidam cum hauſiſſet: *Dij boni*, inquit, referente Plutarcho, *Quam ob* BREVEM VOLVPTATEM *ſummā amiſi felicitatem:* iuſtius id ſibi occinant, qui corporeo voluptatis hauſtu animam ſuam Satanici hoſtis poteſtati tradunt: ſeque miſerè ſeruituti vendunt, vt ſtatim abituras delicias ſibi emant.

780. De promiſcua quoque populi multitudine aquæ nomen vſurpari in ſacris litteris ſolet: Iſai. 6. 30 *Sicut ſonitus maris*, Chald. *Sicut tumultus populi:* & cap. 18. 2. *Cuius diripuerunt flumina terram eius*, Chald. *Cuius terram diripuerunt populi:* Pſal. 17. *Aſſumpſit me de aquis multis*, Chald. *Eripuit me de populis plurimis:* vt hinc appareat, quàm benè dixerit Ioannes in Apocalypſi cap. 17. 15. *Aquæ populi ſunt, & gentes.*

Aqua de promiſcua populi multitudine.
Iſai. 5. 30.
Chald.
Pſal. 17.
Chald.

Populi aquis patientur non omnibus, ſed iis, quæ currunt impetu de Libano, ſic enim habes in amoris Cantico cap 4. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano:* ad quæ verba hæc habet Gillebertus Abbas ſerm. 17. *Denique illi* AQVÆ CVM IMPETV FLVVNT, *quem nec perſecutio, nec nuditas, nec gladius ſeparare poteſt a Charitate Dei. Tot valentibus populis obiecti ſunt obices ſcandalorum, tot appoſitæ moles tormentorum, ac tamen* SEMPER FLVVNT *aquæ de Libano: aquæ enim populi ſunt: magni obices, ſed maior impetus: ſi coneris compeſcere, plus increſcit, & perrumpit obſtantia: repulſus exurgit in cumulum, & impedimento lucra conquirens ſe diffundit vberius:* Claudit, & ad amorem flectit: *Diuino amori etiam* IPSI OBICES COOPERANTVR IN BONVM, *& incrementa capit vexata virtus in iniuriis.* Virtus in maiori virtutem ſuam prodit, vt ab iniuriis iniuriam accipere vix ſciat, aut poſſit.

Laudati populi qui vt aqua impetu currunt, vt omnia impedimenta amoueant.
Cap. 4.
Gilleb.

Amori obices cooperantur in bonum.

CAPVT LXXIV.

Quid aquarum impetus? quid vehementia?

Impetus *aquarum quid?*
שפע *quid?*
Multitudo, & impetus *vt cohæreant?*
Impetus *de magnitudine etiam apud prophanos*
Aquæ vehementes *de magnis, & copioſis.*
אדר *quid?*
Vehemens *vitis de magna.*
Vehementia *de copia.*
Vehemens *abyſſus de ingenti.*
Imber vehemens, *imber magnus.*
Fortitudo *de copia.*
Chriſtianorum eſt terrenarum diuitiarum aquas *calcare.*
Terrena felicitas plumbo *grauior.*
Huius ſeculi aquas *tranſiturus rerum temporalium plumbum non complectatur, ſed crucis lignum.*

AQua ipſa ſuo impetu calamum noſtrum ad aquæ quoque impetū fert; apud Iobum cap. 38. verſ. 34. hæc leguntur: *Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?* Quid ſit impetus ex tritā ſignificatione, nullus eſt qui ignoret quam verò hoc loco notionem habeat, non æquè omnibus obuium. Non igitur ludemus operam, ſi ex omnibus ferè linguarum fontibus rem deriuemus, vt non ſolum præfixus locus, ſed multa alia ſimilia vno labore nudentur. 781.

Impetus aquarū quid?
Iob. 38. 34.

Plerique per impetum intelligunt, vim, motum, ac aquarum violentiam, ſed expoſitio ea minùs

Digitized by Google

minùs plena eſt, quæ magis ad communem, & tritam vocis huius rationem accedit.

שפע quid?

Mihi impetus non nudum impetum ſignificat, ſed copiam, abundantiam, aquarúmque magnitudinem, vt ſit ſenſus, nunquid tantæ virtutis eſt vox tua, vt ex altis nubibus vberem aquarum copiam auocare poſſis, ac magnam, ingentémque pluuiam deducere? in Hebræo eſt vox שפעת quæ redundantiam, affluentiamque propriè ſignificat. Deut. 33. verſ. 19. שפע *& multitudinem marium* ſanctus Hieronymus; *inundationem maris quaſi lac ſugent:* Iſai. 60. 6. שפעת *multitudo camelorum operiet te.* Vulgatus, *inundatio camelorum operiet te.*

Deut. 33. 19.
S Hieron.
Iſai. 60. 6.

Pagn.
Vat.

Cum igitur vox originalis copiam ſignificet, vox nudum impetum, non eſt cur aliter locum hunc Iobi intelligamus. Fauent etiam verſiones aliæ. Pagninus legit. *vt multitudo aquarum operiet te:* Vatablus; *ita vt inundatio aquarum operiat te:* & in ſcholiis num. 38. *Quaſi dicat non tuo imperio deſcendet abundantia aquarum.*

Multitudo, & impetus vt cohæreant.
Iob 22. 11.
Orig.

Huc facit & illud eiuſdem lib. cap. 22. 11. *& impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri,* in catena Græca pro impetu, eſt multitudo, & Origenes cum aliis hunc locum legit: *Multitudo aquarum operiat te:* vt videas impetum ad copiam, abundantiamque referri, quæ impetum quendam, quandam vim, & vehementiam claudat.

Impetus de magnitudine etiam apud prophanos.
Lucret.
Turn.

782. Sed hæc quio certiora ſunt, & accommodatiorem ſenſum reddunt eo magis dubitationis nebulam offundunt, cur vulgatus interpres, qui vocem Hebræam in aliis locis ad abundantiam, & copiam retulit, vt Iſai. 60. verſ. 6. Deut. 33. verſ. 19. *Quia*, & Ezech. 26. verſ. 10. משפעת *propter multitudinem equorum eius operiet te puluis eorum:* Vulgat. *inundatione*, nunc ad impetum, vimque reſpicere tantùm videatur; Quicquid oggauniant alij cenſeo latiniſſimè locutum, propriéque vertiſſe; quam verſionem, vt defendam, & explicem, præmitto apud bonos auctores, impetum ſæpè copiam, & magnitudinem, præter tritam rationem ſignificare Lucretius lib. 5. *Quantum Cœli tegit* IMPETVS *ingens.* i. Magnitudo; Turnebus lib. 14. cap. 21. n. IMPETVS *hic*, inquit, *eſt magnitudo.* Eodem libro Lucretius ita canit.

Aut hominem tanto membroſum eſſe IMPATE
natum.

Ideſt, inquit, idem Turnebus, tanta magnitudine, & mole, & vaſtitate membrorum. Optimè igitur noſter tranſtulit dum impetum poſuit, quæ vox etiam de magnitudine, & abundantia vſurpatur, Conſtat igitur ex dictis quinam ſit germanus litteræ ſenſus, quæ vocis *impetus*, vis, tùm ex Hebræo, tùm ex Latino fonte; hoc idem ſuadet verbum, *operiet*, quod ad copiam teſerendum eſt.

Aquæ vehementes de magnis, & copioſis.
Exod. 15.
Abul.

Sed alia etiam loca à nobis aperienda ſunt, in quibus verba, quæ primo intuitu impetum, & vehementiam ſignificare videtur ad copiam, exuberantiámque referenda ſunt. Huiuſmodi, eſt illud Exod. 15. *Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus*; ideſt magnis, & copioſis: Hebr. במים אדירים quæ vox etiam de quantitate, & copia dicitur, vt tradit Pagninus in lexico: Hunc ſenſum etiam Abulenſis hic ſequitur; ſic enim exponit: *In aquis vehementibus, ideſt aquis multis, & magnis quia mare erat*, Oleaſter in cap. 15. Geneſ. *In aquis adirim, ideſt* EXTENSIS, *vbi noſtri vertunt vehementibus:* vox אדר magnitudinem ſignificare non eſt dubium, Ezech. 17. 8. *Vt ſit in vineam grandem*, in fonte vt vox אדרת *adereth:* vt hinc colligamus vehementiam magnitudinem quoque claudere, ac notare.

Oleaſt.
אדר quid?
Ezech. 17. 8

Vehemens viſu de magnis.
Colum.
Turn.

Hoc nec à Latinâ ſignificatione diſcedit; ve- 783.
hemens enim etiam de magno, & copioſo dici teſtatur. Colum. lib. 3. cap. 1. in his verbis: *Terra denſa dabit* VAHEMENTEM *vitē, multáque materia frondentem*, id eſt, magnam, grandem, valde productam vt notauit etiam Turnebus lib. 10. aduerſ. cap. 3. nam ei opponit vitem rari ſarmenti; Iterum lib. 4. cap. 10. *Vnde etiam materia* VEHEMENTISSIMÆ *reperiuntur*, ideſt, luxuriantes, & maximæ.

Vehementia de copia.
Horat.

Extulit in hunc ſenſum etiam Horatius lib. 1. epiſt. 2. vt aduerterunt alij.

VAHEMENS *& liquidus, puróque ſimillimus amnis.*

Vehemens abyſſus de ingenti.
Iſai. 51. 10.
Foreſius.

Per hæc explicatur Iſaiæ locus cap 51. verſ. 10. *Nunquid tu ſiccaſti mare aquam abyſſi* VEHAMANTIS; ideſt magnæ, nam & Foretius legit: *an non tu ſiccaſti mare, aquas abyſſi ingentis:* Pagn. *aquam voraginis magnæ?* LXX. *aquam abyſſi multam?* Vatab. *aquas abyſſi immenſæ?* Non tamen negauerim cum copia, & exuberantiâ intelligi ſimul & vim impetúmque.

Imber vehemens imber magnus.
Prou. 28. 3
Vatab.

Ad hunc etiam ſenſum expono Salomonem, Prou. 28, verſ. 3. *Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri* VEHEMENTI *in quo paratur fames.* Pagn. ex Hebr. mecum ſentit, dum legit, *vir pauper, & rapiens eſt vt pluuia inundans, & non eſt panis:* Idem Vatab. in Scholiis, *inundans*, in verſione verò legit, *perinde eſt ac imber putrefaciens ſegetem: vt nihil proueniat:* Alia ſcripturæ loca conſultò prætermitto, quæ ab eadem notione lucem nanciſcuntur.

Fortitudo de copia.
Iſai. 17. 2.
Chald.

Etiam fortitudinis nomen non nudam forti- 784.
tudinem ſignificat, ſed copiam, & abundantiam, Iſai. 17. verſ. 12. hæc habentur: *Sicut ſonitus* AQVARVM MVLTARVM, quæ Chald. vertit, *ſicut ſonitus* AQVARVM FORTIVM: quia fortis nomen multitudinem in ſe claudit: ſic, & Iſai. 28. 2. *Sicut inundatio* AQVARVM MVLTARVM. Pagninus verbo כבר *ſicut inũdatio* AQVARVM FORTIVM.

Chriſtianorum eſt terrenas diuitiarũ aquas calcare.
S. Bern.

Sed quia de aquis agimus quibus obrutus Pharao cum curribus, & equitibus fuit, lubet non ſine fructu expendere filiæ Sion Iſraelis tranſitum per mare rubrum, & illud occurrit, quod quæratur cur Populus Iudaicus diuiſo mari per fundum ſicco veſtigio tranſiit; Petrus verò cum ad Chriſtum pergeret, aquas ipſas calcet, nec terram tangit. Docentur Chriſtiani, omnia terrena illis eſſe calcanda, vt ad Chriſtum perueniant, maiorémque rerum temporalium abdicationem neceſſariam ſub lege Euangelicâ, quàm ſub Moſaicâ. Audi quàm eleganter hoc ſanctus Bernardus elicuerit in declam. ſuper illud: *Ecce nos reliquimus. Longe aliud eſt*, inquit, *in* LVTO AQVARVM MVLTARVM *diuiſi fundo maris iter carpere terrena litè poſſidendo, aliud ipſam quoque nouis greſſibus vndam calcare, omnia relinquendo, ſed tempori gratia prærogatiua hæc debebatur Petro nouum iter, & noui typus itineris ſeruabatur:* Quidni agrorum pretia ad pedes Apoſtolorum deferrentur? per omnia enim docere volebant, terrena proterenda eſſe, atque calcanda.

Terrena felicitas plumbo grauior.
Syneſius.

Mare huius ſæculi dum tranſimus, plumbum temporalis felicitatis proiiciamus, ne nos mer-

gat

gat, rideres ſi quis aquis ſe committens, & natans, ſe plumbo oneraret, hoc peragunt, qui blandientis ſæculi bonis inhiant. Rectè Syneſius de Regno. *Felicitas onus eſſe videtur* PLVMBO GRAVIVS, *cum ergo ſubuertit & deprimit, qui cum humeris impoſuerit, niſi plane ſit robuſtus*: Pleniùs, & in rem noſtram aptiùs ſanctus Auguſtinus in Pſal. 51. vbi docet, non plumbum rerum temporalium, ſed lignum amplectendum crucis; *Naufragium fugis, &* PLVMBVM *amplecteris: ſi non vis* MERGI, TABVLAM *apprehende, ligno portare, crux te perducat*: Habes totum enatandi modum, habes quo naufragium præſentis ſæculi fugias, apprehende crucis tabulam, ne mergaris, excute onus plumbeum rerum terrenarum, ne de te quoque dicatur, quod de exercitu Pharaonis: *Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus*: plumbeam, vt ita dicam, mentem circumfert, totus plumbeus eſt qui plumbum rerum mundanarum amplectitur, pedibuſque ſeu collo alligat, mundi huius aquas tranſiturus.

Mulus ſæculi aquas tranſiturus rerum temporalium plumbum non amplectatur, ſed crucis lignum.
S. Auguſt.

CAPVT LXXV.

Aqua mellis nomine circumſcripta; pleraque alia de aquæ laudibus libantur.

Aqua mellis *nomine inſignita.*
Mel *de aqua.*
Bibentis ſitis aqua mellis *dulcedinem affricat.*
Aquæ *elementum in homine, vt nobiliorem locum habeat.*
Aqua vtilitates, *& commoda.*
Aqua laus ex purpura.
Quam magna homini beneficia *aqua contulerit.*
Non ſolum animæ *vtilis aqua, ſed &* corpori.
Aqua liberalibus *quoque* artibus *vt deſeruiat.*
Aqua dignitas, *etiam ex Chriſti latere.*
Aqua potum *aqua ſuadet.*

785. AQua mellis nomine inſignita non ſemel eſt, ſitienti dulcedinem mellis aqua exhibet. Hinc illud ſancti Chryſoſtomi hom. de oratione Annæ; *Pauper per omnem vitam* AQVÆ FLVENTIS *liberè veſcitur, tanquam* AD MELLIS FONTES; *ſic ad aquarum accurrens riuulos inde ſinceram, & puram hauriens voluptatem*; ſic capienda illa Dauidis verba aientis mel ex petra eductum, cùm educta pura aqua legatur, *Et de petra*, inquit, Pſal. 80. 17. *melle ſaturauit eos*: nimirum ſitientibus aqua mellis dulcedinem induiſſe viſa eſt. Succinit Oleaſter in cap. 32. Deut. explicans illa verba: *Vt ſugeret mel de petra*, cap. 32. 13. legit ipſe. *Mel de petra, & oleum de duritia petræ, & addit ad explicatum. Poteſt hoc intelligi* DE AQVA *illa, quam illis in deſerto ſitibundis tàm abundanter tribuit quam vocat mel, quoniam ſitientibus dulcis fuit, veluti mel*: *in Pſal. habes. Cibauit eos ex adipe frumenti, ideſt Manah, & de petra melle ſaturauit eos.* Tantum bibentis diſpoſitio poteſt, vt aquã tanquam, mel ſuauiſſimum eſſet, bibat; Iſtuc idem dixerat ſanctus Chryſoſtomus hom. 2. ad populum, expendens enim hæc verba: *Et de petra melle ſaturauit eos*; ſic ait: *Atqui nuſquam in ſcriptura ſcriptum eſt, quod mel de petra Moyſes eduxerit, ſed vbique* FLVVIOS, *&* AQVAS, *& frigida fluenta, quod igitur tandem eſt quod dicitur? neque enim ſcriptura mentitur. Poſtquam enim ſitientes & indigentia defatigati frigidioribus aquis inciderunt, ex potu voluptatem aſſerere volens* MEL AQVAM APPELLAVIT, *non tanquam mutatà in mel naturà, ſed bibentium diſpoſitione fluenta illa mello iucundiora faciente*: Quam rem alibi ad Euchariſtiæ dulcedinem, ſuauitatémque probandam flexımus, ſed quia hîc ſumus in aquæ laudem ſinamus calamum excurrere, aquæ commoda, vtilitatéſque libantes.

Aqua mellis nomine inſignita.
S. Chryſoſt.

Mel de aqua.
Pſal. 80. 17.
Deut. 32. 13.
Oleaſt.

Bibentis ſitis aqua mellis dulcedinem affricat.
S. Chryſoſt.

Aquæ elementum in homine nobiliorem locum ſortitum eſt: ſic ipſa probat apud ſanctum Petrum Damianum lib. 6. epiſt. 23. *Igitur non ignoras quod ex quatuor elementis ipſe conſiſtis: ſed dum eorum tria per reliqua corporis membra ſubſidunt, omnipotẽs creator mihi* EXCELLENTIOREM DIGNITATEM, *& velut quandam principatus arcem inter alia contulit: dum me in ipſo capite ſedem habere conſtituit. Nam dum conſtet, quoniam flegma ex aqua humore gignitur: flegma autem in capite ſit: nulli dubium, quin & aquæ in capite præſidere videantur. Vnde mirum ſatis quod liquidus humor tanto magiſterio in ſuperiori parte ſuſpenditur, vt ad inferiora minimè delabatur, excepto per arterias cerebri leniter defluat: & ſpiramen oris vnde valeat egredi, velut oſtium petat.* 786.

Aquæ elementum in homine vt nobiliorem locum habeat
S. Pet. Dam.

Aquam ſic loquentem, ſuas vtilitates recenſentem, hominiſque impatitudinem coarguentem adducit Thomas à Kempis part. 1. ſerm. 16. num. 17. AQVA DICET: *ego terram imbribus irrigo, fontes & flumina produco, piſces diuerſi generis enutrio, naues, & galeras multis opibus onuſtas firmiter porto, & ad longinquas regiones, & inſulas flante vento tranſuecto, & multa mirabilia opera Dei, in mari, & in aquis multis nauigantibus demonſtro: vt annuntient opera eius in exultatione, cùm ad portum peruenerint, & de magnis periculis liberati, magnificè gratias agant, & quia peccata vindictam exigunt, ideo grauiter Deo offenſo, ſæpe naues tempeſtate quatio, & frango: ſæpe homines ſubmergo, pretioſas rerum copias abſorbeo, & tanquam lutum platearum aurum, & argentum in quibus homines confidunt, in imum proſterno. Quatenus auari, & ſuperbi gigantes, qui deprimunt pauperes, & defraudant innocentes, in diuitiis ſuis non exultent, nec ſpem in terrenis ponant, ſed in Deo viuo, qui cuncta fecit ex nihilo, & pauperes paſcit in modico. Ego ſanctorum manus, & pedes lauo, & malis, & ingratis ad multa deſeruio, ſitientibus potum præſto, puteos & foſſas impleo, purgo ſordes, candido veſtes, & ad varios vſus hominum, & pecorum, dulcia pocula aquarum de fontibus, & torrentibus propino. Ego propter peccata hominum, verſa ſum in cruorem in terra Ægypti: contra naturam, de petra deſerti largiſſimè fluxi: ad preces ſanctorum conuerſa ſum in dulcedinem, & ad verbum Chriſti in ſaporem optimi vini. Multas igitur gratias Deo reddere tenẽtur, qui copiam aquarum habent & piſces retibus captant. Qui verò vino, & poculis variis ſe inebriant, & pauperibus parum, aut nihil tribuunt, cum diuite in inferno cruciabuntur.* Nihil elegantius, nihil in

Aqua vtilitates, & commoda.
Thom. à Kemp.

in aquæ laude opportunius afferri poterat.

Aqua laus ex purpurà. S Ambroſ.

In aquarum laudem reſilit, ex Beati Ambroſij mente, quod purpura, quæ ex illis ſumitur, in Regibus adoratur, lib. 5. Hexam. cap. 2. *Quid purpuras memorem, quæ ornant Regum conniuia, amictus imbuunt?* AQVARVM EST IGITVR QVOD IN REGIBVS ADORATVR: *aquarum eſt ſpecies illa, quæ fulget*; vt vel ab hoc capite fluidum eſſe quicquid in Regibus colitur diſcere Reges poſſint; nimirum vel à nudo veſtium colore moueantur Reges, ne firma culmina credant, ac ſtabilia, vt ſtabilis non eſt aqua, ſic nec regna, quorum index eſt purpura, quæ prodit ex aquis.

Quàm magna homini beneficia aqua contulerit. S. Pet. Dam.

Aquæ in hominum beneficia recenſet in hunc modum ſanctus Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 23. vbi loquentem aquam adducit: *Qui* AQVAM ODIS, *ipſa te velut viua vocis inuentione conueniat: & ingratum, te ſuis eſſe beneficiis, propriæ aſſertionis allegatione conuincat. Age, inquit, bone vir, cur me elato ſupercilio deſpicis? cur me reiiciendo, ſtomachando, rugoſo fronte faſtidis? cur me tantopere à tua ſocietate repellis? ſi id de te mereor, non reſiſto, non torqueor, ſi quidem iuxta hanc contumeliam patior: reſponde mihi, quid ego tibi vnquam malè feci, imò quid boni non contuli? ego nimirum te per virtutem ſancti Spiritus, qui me conſecrauerat de ſeruo Diaboli fieri feci filium Dei. Ego te de poſſeſſione gehennæ produxi regni cæleſtis hæredem; de colono inferni ciuem reddidi Paradiſi; de tenebroſa ſtipula ignis æterni noua gratia lumen exhibui. (Eratis enim aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino) de vaſe iræ, compoſui vas miſericordiæ. Ego te vetuſtæ damnationis tunica caui, & noui hominis luce veſtiui; Ego te vinculo antiquæ præuaricationis abſolui, & per me regeneratum diuinæ adoptionis filiis aggregaui. Ipſe mihi teſtis es, quia cum ſeptem originalibus vitiis in meum gremium deſcēdiſti, & mox purificatus, & nitidus abſque prorſus peccati contagione prodiſti. Ego te ſordidum, fœtidumque reperiens, non dubitaui animam, & ſimul corpus abluere: & tu me nunc dedignaris ſaltem labiis adhibere? Ego te diuinis facio intereſſe conuiuiis: & tu me ab humanis non erubeſcis proiicere menſis: Eſto: ſic & cæteris rebus ſua iura ſeruentur, mihi ſoli, vt mereor, proprij honoris priuilegium ſubtrahatur? videlicet quia cæteris elementis ſum iunior tempore, idcirco forſitan omnibus debeo eſſe inferior dignitate? ſed interroga, obſecro, Moyſem, perquire in mundi principio, quod ſibi elementorum ad habitandum Spiritus ſanctus elegerit, nunquid terram? nunquid aerem? nunquid ignem? planè niſi mentior, illico reſpondebit: Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.*

788. Nec animæ tantum vtilis aqua eſt, eſt & corpori, pergit idem ſanctus Pater eius in corpus commoda recenſere: *Et vt iam de ſpiritualibus ſileam, ego tibi corpus, & veſtimenta, & cuncta, quibus vteris abluo: ego tibi arua ad proferendas fruges irrigare non ceſſo: ego nauigiis iter præbeo, cuncta terræ animantia recreo, poma quoque, & olera, quibus veſceris, ad incrementa perduco. Taceo volucres, prætereo piſces, qui quotidie per mea regna naſcuntur, & mei iuris ſe vernulas confiteri nullatenus erubeſcunt. Ipſa denique vites, quas me contempta, inſana concupiſcentia diligis, niſi meo adiutorio radicitus coaleſcunt, protinus areſacta, ignem potius paſcerent, quàm inundantibus poculis bibulorum ventres ingurgitarent. Sed cur ego in breuibus immoror? Quandoquidem, & ipſa terræ moles vbi viſibilia quoque naſcuntur, adiuncto mihi con-*

Non ſolum animæ vtilis aqua, ſed & corpori. Idem.

ſortio aëris, meis ſubſtentaculis velut ſuppoſitis quibuſdam baſibus, vt conſiſtere poſſit, innititur, mea virtute fulcitur. Sed dum terras ſuſtineo, nequaquam imis contenta meæ ditioni etiam cœli culmen vſurpo. Sicut in Geneſi legitur: Diuiſit quoque Deus aquas, quæ erant ſub firmamento, ab eis, quæ erant ſuper firmamentum. Totam quippe terram cœleſtis ignis exureret, niſi noſter mador incendij vires aſſiduè temperaret. At fortaſſe, quia liquidam cernis carere viribus, inualidam credis? Sed ſi vobis mea fortitudo deeſſet, quis rogo, ad terendas fruges, grania molarum ſaxa rotaret? non eſt ergo virtus contemnenda liquoris, quæ tam facile mouet duritiam lapidis; &, vt non ignores mirandam naturæ meæ potentiam, ipſe ignis, qui mihi etiam iuxta Dialecticorum dicta contrarius cernitur: ex me certè depromitur, & ex meis viſceribus procreatur. Nam ſi Cryſtallum, quod abſque vlla quæſtione obdureſcit ex glacie, radio ſolis opponitur: nulli dubium quin ex eo protinus ignis oriatur. Lapides quoque, qui ad faciendam calcem in camino decocti ſunt, ſi poſt quamlibet longum tempus ego tetigero, fumigare, ſimul, & ardere protinus videantur, qui prius erant frigidi, poſt noſtri attactus imperium, ad calorem priſtinum ſunt adducti.

789. Aquam liberalibus quoque artibus deſeruire eadem apud eundem aqua ſic euincit. *Dum breuitatis ſtudio maieſtatis meæ iura ſuccinctè trāſcurro, nolo te lateat, quia & in liberalium artium ſtudiis non mediocrem primatum teneo. Quādoquidem ad diſcēda horarum ſpatia, ad comparandum ſolis orbem cum ſphæra cœli, ad dimenſionem Zodiaci, cunctorúmque ſignorum, ad diſcernendos planetarum circulos, ad dimenſiones terrarum cum Cœli partibus comparandas, dum Geometra, vel Aſtrologus componere ſatagunt horologium, ad noſtrum recurrunt protinus elementum. Iam verò de muſica cur aliquid referam cum ipſo ſuo nomine noſtris ſe legibus ſubditam, & noſtro principio teſtetur exortam? Nam ſi muſa Græco vocabulo dicitur* AQVA, *profecto muſica noſtri nominis titulo cernitur inſignito. Nec etiam ipſe auctor Pythagoras noſtra diſſertione diſcordat, qui videlicet, vt huius diſciplinæ inueniret viam, acetabula dum ad aquarum menſuram ſtudioſè compoſuit: & ſic omnem harmonicæ facultatis peritiam, me duce, me præſide, tandem efficaciter voti compos adinuenit: hodiéque, etiam quidquid in hydriaculis, quidquid in organis ſuauiter modulatur, mea nihilominus virtute fulcitur.*

Aqua liberalibus quoque artibus deſeruit. Idem.

Ab hoc quoque dignitatem ſuam, excellentiámque aqua prædicat, quam ex Chriſti latere profluxit, ab eodem calamo res eſt: *Et vt iam excellētiſſimum meæ dignitatis priuilegium pandam, ſuſpenſo in Cruce Domino ex ipſo creatoris mei latere prodij, & omnem terrarum orbem, totúmque aerem, ſociato mihi pretioſiſſimo eius ſanguine conſecraui. Hinc eſt enim, quod Ioannes Apoſtolus ait: Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus: & paulò pòſt ſubdit: Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus* AQVA, *& ſanguis.*

Aquæ dignitas etiam ex Chriſti latere. Idem.

790. Claudit, & ad potum ſic aqua ſuadet; *In quo nimirum perſpicua ſuperbia veſtra retunditur, quæ dum extrinſecus poſitam dedignatur haurire, aſſiduè tamen cogitur me inter oris ſepta verſari, & vt ita loquar; me mecum fugis, dum quocumque te verteris ſine me eſſe non poſſis. Nam, ſicut aquimolum nequaquam poteſt ſine gurgitis inundantia frumenta permolere, ita me neceſſe eſt inter vtrumque humani oris molas ſine intermiſſione decurrere, vt ſua poſſit verba lingua formare: ſi ergo in omnibus his meo adiutorio indiges, mea opera neceſſariò vteris, cur in ſolo poculo meum habere contubernium dedignaris?*

Aqua potum aqua ſuadet.

Redi ergo ad me fugitiue, reuertere vir ingrate, & qui tua per omnia es ſalutis obnoxius, ne videaris haberi faſtidio nauſeatus; Quis adeò ab aquæ potu abhorrens cui aquæ cupiditatem, & deſiderium hæc non admoueant, quæ in ſui commendationem attulit aqua?

CAPVT LXXVI.

Variæ de aqua obſeruationes.

- Aqua viua *quæ Scotis dicatur, & quiſnam eius vſus?*
- *Alicubi* aquæ *distribuendæ homines præficiebantur.*
- Aquarum copia *Romanis vtilis, Hebræis ſiccitas noxia.*
- Aquam publicam *in priuatos vſus deduci quis ademerit.*
- *In aucupio* gurgites *ramis operiebantur.*
- *Oſiridis cultoribus* aquæ fontes obturare *non licebat.*
- *Aqua in* Deorum honorem *in vas delata aliquando.*
- *Veritatis amore dicenda, quæ dicimus* ex aqua *vt colligatur.*
- Aquarum congregatio *Eccleſiam vnam ſignificat.*
- *Affectus animæ inferiores coërcendos* aquæ *coërcitæ docent.*
- Aquæ ſuper cœlos *non coërcentur, quia charitas diffundenda.*
- Ebrietati *dediti* mergebantur *apud Scotos.*
- *Diuerſa animalium natura, quæ* in aquis *degunt ab his quæ in terra.*
- Aquarum confuſio, *confuſio cogitationum.*
- Aquæ *vbi in vinum conuerti ſolitæ, & quando.*
- Aquarij *quinam dicerentur.*
- Aquæ *cur Chriſtus comparatus.*
- *Res mira de* Iordanis aquis, *vbi Chriſtus baptizatus fuit.*
- *Inter genera* aquarum *vna virgo dicebatur.*

791. RApiunt ad ſe calamum aquæ, rapiunt ſcribentis mentem, aquarum volumina faciunt ad hoc volumen, quod aquis, fluentis, fluctibus, fontibus, mari deſtinatum eſt. Hic igitur de aquis alia quæ mihi etiam aliò ſpectans obſeruata; ne ſi illa prætercam, multorum notitiam illa prætereant.

Aqua viua quæ Scotis dicatur, & quiſnam eius vſus. Scot. deſcr.

Aqua viua quæ Scotis dicatur, quis eius vſus, & ex quibus exprimeretur in Scotiæ deſcriptione his verbis habetur: *Si quando animos exhilarare libebat, potus genus, quam* AQVAM VIVAM *vocant, non ex aromatibus exoticis, ſed patriis herbis, thymo, menthâ, aniſo, ſimilibuſque odoratis, per diſtillationem, vt nunc quoque fit, conficiebant. Vulgaris alioqui illis quoque potus in vſu quotidiano fuit, quam ceruiſiam appellamus: ſed in caſtris potum latices præbebant.*

Alicubi aquæ diſtribuendæ homines præficiebantur. R. Ben.

Obſeruo alicubi hominem aquæ diſtribuendæ præfuiſſe, qui ſcilicet per cauas trabes aquas fontis diuideret, quæ ciuium domos adirent; De Antiochiæ Vrbe loquens Benjamin in ſuo itinerario ait: *Hanc vrbem Antiochus Rex ædificauit, cui altiſſimus mons imminet muro vrbis etiam ambitus. In montis autem vertice* FONS *eſt, cui* HOMO QVIDAM EST PRÆFECTVS: *is per cauas trabes aquam ſubterraneis conductibus in magnatum vrbanas domos immiſſam diſtribuit.*

Aquarum copia Romanis vtilis, Hebræis ſiccitas nocuit. Egeſipp.

Aquarum copia Romanis opē tuliſſe Deum, ſiccitate Hebræis aduerſatum ſic obſeruabat Egeſippus lib. 5. cap. 21. *Deum Iudæis aduerſari certum eſt, Siloa, quæ ante bellum ſicca fuerant, & omnes extra vrbem* FONTIVM *venæ, quæ diu fluere ceſſarunt, vt* AQVA *noſtro deeſſet vſui, vix pretio quæſita: nunc in vſus redeunt ſitos, & Tito ſe aduenienti refundunt. Scaturiunt vberes venæ, atque ita* AQVARVM *redundantia omnia replentur, vt non ſolum exercitui largè ad potum exuberent, ſed etiam equis bellatoribus, ac iumentis pecoribuſque vniuerſis, hortorumque irriguis, non deſit* AQVARVM *abundantia.*

792. *Aquam publicam in priuatos vſus deduci quis ademit. Plut.*

Aqua publica in priuatos vſus deducebatur apud Romanos, quem morem abſtulit Cato, vt refert in eius vita Plutarchus, *nam* AQVAM PVBLICAM *canalibus in priuata ædificia, aut hortos ductam ademit.*

In aucupio gurgites ramis operiebantur. S. Pet. Dam.

In aucupio olim gurgites ramis operiebantur, vt ad vnum hauriendæ aquæ neceſſitate volucres compellerentur, ſicque ab aucupe artibus caperentur, indicat id ſanctus Petrus Damianus opuſc. 12. cap. 25. vbi morem ad mores transferens ait: *Auceps etiam cunctos vndique* GVRGITES *ramalium denſitatibus operit, atque ad vnum hauriendæ dulcis aquæ locum confluere volucres præſcripta neceſſitate compellit: dumque ſolus ille ad* BIBENDVM *locus exponitur, circumpoſita muſcipularum tegumenta felicis aucupii prouentione ditantur. Vt ergo diuerſis animæ paſſionibus facile poſſimus laqueos captionis iniicere, oſtentis negotiorum ſecularium riuulis, aduerſus ſolos cogitationum impetus ſtudeamus viriliter decertare; vt dum vitia noſtra ab actione deterrita ſolis cogitationum fluctuationibus aduolant, facilè in ſanctæ prudentiæ laqueos cadant.*

Oſiridis cultoribus aquæ fontem obturare non licebat. Plut.

Olim Oſiridis cultoribus prohibitum erat aquæ fontem obturare, & ante eius ſacra in eius honorem præferebant aquarum vas: Vtrunque Plutarchus indicat de Iride, & Oſiride: *Oſiridis cultoribus nefas eſt arborem hortenſem perdere, aut fontem aquæ obturare. Non ſolum autem Nilum, ſed omnem ſimpliciter humorem defluxum Oſiridis vocant: & ante ſacra in pompa ſemper præcedit vas aquarum in honorem Dei.*

Veritatis amore dicenda, quæ dicimus ex aqua vt colligatur. S. Ambroſ.

Veritatis amore dicenda, quæ dicimus, non alterius rei affectu correpti ab illâ abeundum: Pulchrè de Moſe B. Ambroſius lib. 1. Hexam. cap. 2. *Moſes cum de* AQVA *nomen acceperit, non putauit tamen dicendum, quod ex aquâ conſtarent omnia, vt Thales dixit.*

793. *Aquarum congregatio Eccleſiam vnam ſignificat. S. Ambroſ.*

Aquarum congregationem ita verſat idem ſanctus Ambroſius lib. 3 Hexam. cap. 1. *Hanc, inquit, imitemur* AQVAM, *& vnam* CONGREGATIONEM *Domini vnam Eccleſiam nouerimus, congregata eſt hic quadam aqua ex omni valle, & ex omni palude, ex omni lacu, vallis eſt hæreſis, vallis eſt gentilitas, quia Deus Montium, & non vallium, ex omni igitur valle populus Catholicus congregatus eſt, iam multæ* CONGREGATIONES *ſunt, ſed vna congregatio, vna Eccleſia, dictum, & hic congregetur aqua ex omni valle, & facta eſt congregatio ſpiritualis, & factus eſt vnus populus, & hæreticis, & gentilibus repleta eſt Eccleſia.*

Aquarum

Affectus animæ inferiores coërcendos aquæ coërcitæ docent. Vgo. Vict.

Aquarum, quæ ſub cœlo ſunt, congregationem ita ad mores flectit Vgo Victorinus libro 1. de Sacrament. part. 1. cap. 33. AQVÆ, *quæ ſunt ſub cœlo* CONSTRINGENDÆ *ſunt, & congreganda in locum vnum, quia affectus animæ inferior, niſi certa lege conſtringatur, non poteſt apparere arida, nec germina producere, ſicut Apoſtolus caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit.*

Aquæ ſub cœlos non coarctantur, quia charitas diffundenda. Vgo. Vict.

Cur congregari dicantur aquæ, quæ ſub cœlo, non verò illæ, quæ ſupra, ita explicat Vgo Victorinus lib. 1. de Sacrament. part. 1. cap. 33. AQVÆ, *quæ ſuper cœlos ſunt, non debuerunt in* VNVM COLLIGI, *& in vnum coarctari, quia charitas amplificanda, & ſemper dilatanda, nam charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*

Ebrietati deditis mergebantur apud Scotos. Scot. deſcr.

Ebrietati deditos, gulæque mancipia aquis mergi apud Scotos ſolebant; in deſcriptione Scotiæ hæc leguntur; *Voraces manducones, ſuprà quàm erat humanum belluoneſque, & perpetuæ* EBRIETATI *indulgentes, aut addictos, ne tam fœda monſtra in patriæ dedecus ſupereſſent,* FLVMINE MERGENTES, *prius quantum libuit, & cibi, & potus vorare, ac ingurgitare eis præbentes, miti ſupplicio exterminarunt.*

794. *Diuerſarum animalium natura quæ aquis degunt ab his quæ in terra.* S. Ambroſ.

Diuerſam admodum eorum animalium naturam eſſe quæ in aquis degunt ab iis quæ in terris, prorſuſque aduerſam ita referebat ſanctus Ambroſius, libro 5. exam. cap. 2. *Adde hanc gratiam, quod etiam ea, quæ timemus in terris, amamus in* AQVIS: *Etenim noxia in terris, in aquis innoxia ſunt, atque ipſi angues ſine veneno, Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus.*

Aquarum confuſio, confuſio cogitationū. S. Bern.

De aquarum confuſione ita philoſophatur ſanctus Bernardus ſerm. 32. ex paruis: *Vſque hodie in ciuibus Babylonis* AQVARVM CONFVSIO, *id eſt confuſio cogitationum, terram facit inanem, & vacuam. Dum enim fluctuat circa carnem cogitatio vniuerſa, nullam ex ea ſperare eſt fructum ſalutis. Diuidantur ergo aquæ ab aquis, quatenus animæ quoque (vt dignum eſt) partem ſibi vendicat ſolicitudinis, & meditationis, ſanè* INFERIORES *certis limitibus* COËRCEANTVR, *certis contineantur alueis, neceſſitatis terminos non excedant, proinde* SVPERIORES COPIOSIVS DILATENTVR. poſteriora hæc verba alibi expendo, alibi verſo.

Aqua vbi in vinum conuerti ſolita & quando. S. Epiph.

Aquas in vinum diuinitus conuerti ſolitas in illius miraculi memoriam, quod in nuptiis Canæ Galilææ fecit Ieſus, teſtatur ſanctus Epiphanius libro 1. contra Hæreſes, tom. 1. hæreſ. 49. contra non ſuſcipientes Euangelium Ioannis, ait enim: *Vndequaque vndecima Tibi menſis prædicta Domini in carne natiuitas facta eſt: Et circa ipſam vndecimam poſt annos triginta factum eſt primum ſignum in Cana Galileæ, quando* AQVA *facta eſt vinum. Quapropter etiam in multis locis vſque in hunc diem, hoc fit, quod tunc factum eſt diuinum ſignum in teſtimonium incredulis, velut teſtantur in multis locis* FONTES, *ac* FLVVII IN VINVM CONVERTI, *Cibyres quidem Vrbis Caſiæ fons, quâ hora hauſerunt miniſtri, & ipſe dixit date architiclino, teſtatur, & in Geracha Arabiæ fons ſimiliter.*

795. *Aquary quinam dicerentur.* S. Thom.

Porrò quia de aqua agimus, non erit abs re ſi explicemus, quinam fuerint illi, qui *aquarÿ* dicebantur: Sanctus Thomas, 3. parte, q. 74. artic. 1. in corp. rem edicerit his verbis. *Quidam qui dicuntur Aquary, aquam ſolam ſub ſpecie ſobrietatis in hoc Sacramento* (Euchariſtiæ) *offerunt.*

Aqua cur Chriſtus comparatus. Pſal. 21. 15. Vgo. Car.

Aquæ Chriſtus comparatur Pſalm. 21. 15. *Sicut aqua effuſus ſum:* huius comparationis tres reddit rationes Vgo Carenſis hîc dum ait: *Propter tres rationes comparatur* AQVÆ. *Primo, quia aqua lauat, irrigat, & lapſum facit pedibus. Sic Chriſtus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. In huius rei ſignum lauit pedes Diſcipulorum, Ioannis 13. a. Item Chriſtus* IRRIGAT *terram, id eſt Eccleſiam. Eccleſiaſt. 24. d. Rigabo hortum, &c. Item Chriſtus occaſionaliter lapſum fecit pedibus. Lucæ 2. e. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, &c.*

Res mira de Iordanis aqua vbi Chriſtus baptizatus eſt. S. Greg. Tur.

In Iordane vbi Chriſtus baptizatus eſt, *in vno reflexa* AQVA *ipſa reuoluitur*; Gregorius Turonenſis de gloria martyrum, cap. 17. *In aqua nunc leproſi mundantur; cum autem aduenerint ſæpius* LAVANTVR *in flumine donec ab infirmitate purgentur; de publico tamen dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt, ſatiati autem ad propria diſcedunt.*

Inter genera aquarum vna virgo dicebatur.

Vndeuiginti aquarum genera Romæ erant, quarum vna virgo dicebatur, quòd nullis pollueretur ſordibus; ita Cruſius in annalibus Sueuicis, libro 8. part. 1. ſed ad alias nos aquæ ad ſe rapiunt, quarum vi tota ſequenti capite me abripi ſinam, & aliis etiam ſi opus fuerit.

CAPVT LXXVII.

De aqua è feneſtra in viam publicam non proiicienda quorundam populorum lex; alia de aliis aquis afferuntur.

Aqua in firmandis fœderibus *adhibita.*
Vrna *cum* aqua *ante fores mortuorum.*
Aqua è feneſtra *in publicam viam proiicere apud nonnullos vetitum lege.*
Temporis guttæ.
Moyſes aquas *non percuſſit quia ſeruatus ab aquis.*
Poſt alicuius mortem aquam *omnem, quæ in domo reperitur effundunt Hebræi.*
Aqua argentea *dicta.*
Aqua aurea *apud Perſas.*
Aquam *Deo libauit Dauid tanquam ſacrificium.*
Aquam *ferentis veſtigia ab Angelo numerata.*
Animi furorem culpa commiſſa extinguat, vt aqua *ignem.*

EA, quæ de aquis adduximus, aditum, feneſtrámque nobis aperiant, vt ad eas aquas accedamus, quæ de aqua ex feneſtra in viam publicam non mittenda aliqui ſtatuerunt, ita tamen, vt alia de aliis etiam aquis afferamus, quibus irrigari docti lectoris mens poſſit, ſitiſque eius tantiſper extingui. 796.

Aqua in firmandis fœderibus adhibita. Seru.

Aqua in' ſanciendis fœderibus adhibebatur ſicut, & ignis, eaque ex certis ferè fontibus hauriebatur. Seruius in lib. 12. Æneidum. *Sanè ad facienda fœdera ſemper* AQVA, *& ignis adhibentur. Vnde & quos arcere volumus à noſtro conſortio, eis* AQVA, *&* IGNI *interdicimus, ideſt rebus, quibus conſortia copulantur, ad hæc autem aqua de certis fontibus peti ſolet.*

Vrna cum aqua ante fores mortuorū. Suid.

Vrna cum aqua ante fores mortuorum ponebatur, quâ ingredientes egredientes ſe adſpergerent: Suidas in ὀδ φάνιον: *Vrna verò etiam ante fores mortuorum ponebatur, vt intrantes, exeuntéſque ſe adſpergerent.* Portò ex aliâ domo, quæ minimè funeſta eſſet, nec funere polluta adferebatur, quod indicat Pollux lib. 8 cap. 1. *In domum*, inquit, *lugentis ingreſſi, cum exirent purgabant ſe* AQVA *adſperſa, quæ prompta erat in vrna,* EX ALIA DOMO ALLATA.

Aquā è feneſtra in publicam viam proiicere apud nonnullos vetitum lege. Stat. Crem.

Aqua è feneſtra in viam publicam proiicere nefas apud aliquos, & lege inhibitum; Antiquis Cremonæ ſtatutis Rubr. 635. hæc habentur: *Statutum eſt quod non ſit aliqua perſona, quæ audeat, vel præſumat* PROIICERE AQVAM *alicuius conditionis, ſpazaturas, nec aliquod turpe ab aliquo balcono, feneſtra, vel ſtadiolo in ſtratis, ſub pœna ſoldorum decem idque pro qualibet perſona, & qualibet vice. Et quod nulla perſona poſſit tenere aliquod ſeclarium correſpondens in ſtratis, quod non ſit coopertum, vel clauſum aſſibus, vel lapidibus, ſub pœna prædicta vſque ad terram.*

Stat. Piſ.

Statuta quoque Piſani, libro 3. cap. 34. iſtuc idem inhibent hiſce verbis. *Mandamus quod nulla perſona audeat* PROIICERE AQVAM *mundam, vel immundam de alto in viam communis de die, vel de nocte à balchionibus, feneſtris, freſcatis, vel ſcalis ſub pœna ſolidorum viginti paruorum, cuius pœna medietas ſit communis, & alia accuſatoris, & teneatur de credentia.*

Stat. Taru.

Etiam apud Taruiſinos aquam in viam proiicere è feneſtra non licebat, tract. 9. ſtat. Rubr. 15. ita decernunt. *Neque ex balchionibus domus, neque per oſtium, neque de porticu, vel ſtationibus aliquis proiiciat in viam publicam, vel plateam aliquam in Ciuitat. Teruiſij, vel burgis,* DE DIE ALIQVAM AQVAM, *& neque de die neque de nocte aliquas immunditias. Et qui contrafecerit, in viginti ſol. den. par. condemnetur, & ad emendationem damni paſſo, quod intuliſſet pro dicta proiectione aquæ. Quorum viginti ſol. medietas ſit accuſatoris, & alia communis. Et poſſit quilibet accuſare, & denuntiare contrafacientes. Et credatur accuſatori, ſeu denuntiatori cum vno teſte fide digno.*

Stat. Felt.

Hanc eandem legem habent, & Feltris Ciues, ſic enim decernunt ſtatuta Feltrienſia, libro 2. Rubr. 69. *Item ſtatuimus quod nemo de balchone aliquo* DEIICIAT AQVAM, *ſpazzaturas, ſiue aliud immundum, ſpecialiter de balcone, qui inſpiciat ad viam tam in Ciuitate, quàm in Burgis. Et qui talia deiecerit ſoldos X L. denariorum pro banno componat vice qualibet, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni;* ipſiſſima ſtatutorum verba dedi, licet alioquin barbaris verbis concepta, vt veritati cultui potius operam darem, quam ſermonis; ſed ad alias aquas pergo, hæ ſiti ſedandæ non ſufficiunt.

797. Cum. de tempore, & temporis ſpatio loqueretur ſanctus Auguſtinus guttarum metaphorâ eſt vſus. Hæc eius verba epiſt. 136. *Sed mi frater, & tu credo quod noueris, quanta ſint in manibus meis, quibus ob diuerſas curas, quas noſtræ ſeruitutis neceſſitas habet, vix mihi* PAVCISSIMÆ GVTTÆ *temporis ſtillantur, quas aliis rebus ſi impendero contra officium meum mihi facere videor.*

Temporis guttæ. S. Auguſt.

Moyſes aquas non percuſſit, quia ſeruatus ab aquis. Exod. 7. 19. Abul.

Cum Ægypti aquæ in ſanguinem eſſent vertendæ, Moyſi Deus præcepit Exod. 7. 19. *Dic ad Aaron, tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluuios eorum, vt vertantur in ſanguinem.* Mirum cur id Aaroni à Moyſe iniunctum, cum præſtare ſimilia miracula ipſe Moyſes ſolitus eſſet; id factum, quia Moyſes aquis incolumitatem debebat, & vitam: igitur percutere aquas non debuit à quibus ſeruatus eſt, Præclarè Abulenſ. quæſt. 7. in cap. 7. Exodi. *Quia Moyſes fuerat liberatus ab aquis, ideo non erat rationabile quòd* PERCVTERET AQVAS.

Poſt alicuius mortē aquā omnē quæ in domo reperitur effundūt Hebræi. B. Leo.

De aqua extat hic apud Hebræos ritus, vt cum in domo aliqua quis abit ab hac vita, aquam omnem, quæ domi reperiatur ſpargant, quod & vicini etiam præſtant: meminit huius moris Beatus Leo, in ſuo rituali, part. 5. cap. 6. vbi addit hunc antiquiſſimum eſſe morem.

Aqua argentea dicta. Iul.

Aquam *argenteam* dictam ab Homero obſeruabat Iulianus epiſt. 19. dum ait. *Homerus ille ſapiens argentum illuſtre, &* AQVAM ARGENTEAM *appellat, quod ipſa ſpeciei ſuæ hilaritate & nitore non ſecus atque ſolis radiis colluceat.*

Aqua aurea apud Perſas. Cælius Rhod.

Apud Perſas aqua quædam erat, quæ aurea dicebatur, ex qua ſolus rex bibere conſueuerat, ita Cælius Rodiginus, libro 18. lect. antiq. cap. 18. vt etiam alibi notaui: AQVA, inquit, *fuit in Perſis, item* AVREA *cognomento, ex qua Rex modo potaret, ac inter filios natu maximus:* ſed vtiliora ex aliis aquis hauriamus. 798.

Aquam Deo libauit Dauid tanquam ſacrificium. S. Pet. Dam.

Aquam Deo libauit Dauid, quæ ad eum ex ciſterna Bethlehem allata fuerat: Deo ſacrificium quoque offert, qui eius amore deſinit amare pecunias, incipit contemnere; Præclarè ſanctus Petrus Damianus opuſc. 6. cap. 36. *Aqua vt Dauid, & aliqua parte non immeritò comparet: ille* AQVAM *de ciſterna Bethlehemitica, quæ inter hoſtiles habebatur cuneos, concupiuit: ſed cum ab obſequentibus fuiſſet oblata, bibere nolens effudit. Vnde mox ſcriptum eſt: Libauit eam Domino, ſi igitur in Dei ſacrificium verſa eſt aqua contempta, quam pretioſius Deo munus fuiſſe credendum eſt, pecunia recuſata. Ille nimirum aquam fundendo libauit; iſte nihilominus ſuaue Deo ſacrificium obtulit, dum non aquam, ſed aurum pro eius amore contempſit.*

Aquam ferentis veſtigia ab Angelo numerata. Vit. Pat.

Aquam ferentis veſtigia ab Angelo nouimus numerata, lib. 5. in Vitis Patrum libello 7. 799.
qui eſt de patientia, num. 31. ita ſcribitur. *Senex quidam ſedebat in Eremo qui longè habebat aquam à cella ſua per duodecim millia; vbi dum ſemel iret* HAVRIRE AQVAM *defecit, & dixit: Quid neceſſe eſt, vt hunc laborem patiar? Venio, & habito circa aquam hanc. Et cùm hoc dixiſſet, conuerſus, vidit quemdam ſequentem ſe, & numerantem veſtigia ſua: interrogauit autem dicens: Quis es tu? Et ille dixit: Angelus Domini ſum, & miſſus ſum numerare veſtigia tua, & dare tibi mercedem. Quod cum audiſſet ſenex, forti animo factus promptior, & adhuc longius poſuit cellam ſuam ab aqua illa.*

Aqua

Animi furorem culpa commiſſa extinguat, vt aqua ignem. B. Laur. Iuſt.

Aqua ignem extinguit, & animi furorem culpa commiſſa, & ad mentem reuocata; Pulchrè Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de patientia, cap. 5. *Patienter vnuſquiſque aduerſa portat, cum piè meminit, quod in ſe habet fortaſſe, in quo ipſe debeat tolerari: Et quaſi* AQVA *ignis extinguitur, cum pungente furore animi, cuique ad mentem culpa reuocatur: Quia erubeſcit peccatis alienis non parcere, qui Domino vel proximo ſæpe ſe recolit parcenda perpetraſſe*; Culpæ remedium culpa fit, cum iræ æſtuantis ardorem commiſſæ culpæ cogitatione veluti aquâ ignem extinguimus, quod in aliis etiam paſſionibus fieri poteſt; nimirum etiam mala bonum parturire poſſunt, ſi malis vti ſciat, qui committere potuit.

CAPVT LXXVIII.

Quædam obſeruationes, ritus quidam, circa aquas; quædam ex aquis monita.

Aqua ſacrificium *quale apud Perſas.*
Aqua quæ in ſacrificiis *adhibita in terram deponi non poterat.*
Aqua nomen *etiam de eo quòd verè non eſt aqua.*
Aqua pedum, *quæ.*
אנט *quid?*
Domus aquarum, *quæ.*
Natare in aqua *ante veſperam quid ſignificet.*
Terra aquæ *in quo prælata.*
In templi atrio aqua *locata.*
In lacum *linteamina, panes, aliaque cur proiecta.*
In fluuium *mictorire Perſis interdictum.*
Calidæ aquæ *è terra ſcaturientes Herculi ſacra.*
Aëriæ *vndæ.*
Aqua ſine ſubſtantia *quænam ſit.*
Ira Dei aquæ *comparata quia punit, vt mundet.*
Diſcordiarum initia *auferenda, aqua docet.*
Famæ pelagus *tempeſtatibus obnoxium.*
Nimio labore animus demergitur, *mediocri irrigatur.*
Tanquam aqua frigida, *ad orationis prunas accedere debemus, vt accendamur.*
Amara inuidia aqua.
Chriſtus cur ſicut aqua *effuſus dictus ſit.*

800. AQua, quæ impetu fertur ſolet aggeres ſuperare, etiam in hoc volumine ſuperat, vt poſt vnius capitis aggerem ſtruendus alius ſit; patiar igitur hoc caput vario variarum aquarum motu peti, & poſt illud aliud ſequetur, & alia deinceps ne aquis obruamur in aquarum tractatione.

Aquæ ſacrificium quale apud Perſas. Auct. Rer. Perſ.

Aquæ ſacrificium quale apud Perſas ſit, hiſce verbis explicat auctor, qui rerum Perſicarum hiſtoriam concinnauit lib. 12. AQVÆ SACRA *peragunt hoc modo; in lacum, vel flumen, vel fontem venientes ſcrobem faciunt, ibique hoſtiam iugulant, cauentes ne quid proximæ aquæ ſanguine contingatur, ſic enim omnia pollutum iri: poſtea carnibus myrto, lauròque impoſitis, eas magis gracilibus virgis comburunt, & factis imprecationibus quibuſdam, oleum lacte, & melle mixtum inſpergunt, non in ignem, nec in aquam, ſed in terram: imprecationes diu faciunt faſciculum virgarum myrricinarum tenuem tenentes.*

Aqua quæ in ſacrificiis adhibita in terram deponi non poterat. Donat.

Aqua, quæ in ſacris apud Gentiles adhibebatur in terram deponi non poterat, id quod ex his Donati verbis colligitur. *Futile vas eſt lato ore, fundo anguſto, quo vtebantur in ſacris Deæ Veſtæ, quia* AQVA *ad ſacra in terra non ponebatur, quod ſi factum eſſet, piaculum erat. Vnde excogitatum eſt vas, quod ſtare non poteſt: ſed ſi poſitum eſſet ſtatim aqua funderetur, illud quoque manibus tenere oportebat.*

Aqua nomen etiam de eo quòd verè nõ eſt aqua. Iſai. 19. LXX.

Aquæ nomine quandoque ſignificari quod verè non eſt aqua probant LXX. interpretea, qui illud Iſaiæ 19. *Diſperges ea ſicut* IMMVNDITIAM *menſtruata,* ita vertunt apud ſanctum Hieronymum: *Diſperges ſicut* AQVAM *menſtruatæ.*

Aqua pedum quæ. אנט quid? Ezech. 7. 17.

Aqua pedum vrina honeſtè dicitur, in Dictionario Syro-chaldaïco verbo אנט, *anath;* quam vocem aliqui dicunt matulam ſignificare, quæ ita ibi circunſcribitur: *Peluis* AQVARVM *pedum*, id eſt, vrinæ, ſic capiendus Ezechiel 7. verſ. 17. *Omnia genua fluent* AQVIS.

Domus aquarum quæ.

Aquarum nomine honeſtè vrinam circunſcribo: non eſt nouum, hoc non adeo obuium *locum* AQVARVM dici locum illum, in quo mingi ſolet; hinc illud in dictionario Syro-chaldaic בית מים *locus* AQVARVM *vbi mingitur.* 801.

Natare in aqua ante veſperam quid ſignificet. Arab.

Prouerbialis formula apud Arabes eſt: *nata in aqua ante veſperam*, quod aliqui ad nimis ſeram pœnitentiam trahunt ac ſi diceretur interprete Cornelio: *Sicut tardè nimis, ac periculosè* NATATIO *ſub veſperam inſtituitur, ita & periculosè in extremam vitam pœnitentia differtur*: quòd ad alia quoque porrigi poteſt, cum ſcilicet ſuadendum, non eſſe eo tempore onus aliquod ſuſcipiendum, cum maius imminet periculum, ſed cum ſecurius obiri poteſt, faciliúſque.

Terra aquæ in quo prælata. Plin.

Terram aquæ Plinius præfert, quia illa benignior, & iraſci ferè neſcit: in iram aqua præceps eſt, ſic ille loquitur libro 2. cap. 63. *Terram ſcimus eſſe ſolam, quæ nunquam infeſtetur homini,* AQVÆ *ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctibus, præcipitantur in torrentes.*

In templi atrio aqua locata. S. Paulin.

In templi atrio aqua locabatur olim, qua ſe templum ingreſſuri abluebant, huc ſpectabat ſanctus Paulinus epiſt. 12.

Sancta nitent famulis interluit atria LYMPHIS
Cantarus, intrantúmque manus LAVAT AMNE *miniſtro.*

Euſeb.

Euſebius libro 10. hiſt. cap. 4. hoc idem ſignificabat hiſce verbis: FONTES *ex aduerſa fronte templi profluentis aquæ redundantes poſuit, quibus omnes, qui in ſacros templi ambitus introeunt ſordes corporum* ABLVANT, *qui fonte ſacroſanctæ baptiſmatis lauacra repræſentant.*

802. *In lacum linteamina, panes, aliaque cur proiecta.* S. Greg. Tur.

Pleroſque olim hac cæcitate laboraſſe reperio, vt in lacum linteamina proiicerent, ceram, panem, caſeum, & alia: meminit praui huius ritus Beatus Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria confeſſorum cap. 2. vbi etiam explicat qui abolitus ſit; Dabo hic eius verba: *Mons, inquit, erat in Gabalitano territorio, cognomento Helanus,* LACVM *habens magnum: ad quem certo tempore multitudo ruſticorum quaſi libamina lacui illi exhibens, linteamina proiiciebat, ac pannos qui ad vſum veſtimenti virilis prabentur, nonnulli lanæ vellera, plurimi etiam formam caſei ac ceræ, vel panis, diuerſarúmque ſpetias, vnuſquiſque iuxta vires ſuas, quæ dinumerare per longum puto: veniebant autem cum plauſtris potum cibúmque deferentes, mactantes animalia, & per triduum epulantes. Quarta autem die cum diſcedere deberent, anticipabat eos tempeſtas cum tonitruo, & coruſcatione valida: & in tantum imber ingens cum lapidum violentia deſcendebat, vt vix ſe quiſquam eorum putaret euadere; ſic fiebat per ſingulos annos, & inuoluebatur inſipiens populus in errore, poſt multa verò tempora, quidam Sacerdos ex vrbe ipſa Epiſcopatu adſumpto acceſſit ad locum, prædicauitque turbis, vt abſiſterent ab his, ne cœleſtis ira conſumerentur: ſed nequaquam eius prædicatio à cruda ruſticitate recipiebatur: tunc inſpirante diuinitate Sacerdos Dei baſilicam in honore Beati Hilarij Pictauienſis eminus ab ora ſtagni ædificauit, in qua reliquias eius locauit dicens populo: Nolite filioli, nolite peccare ante Dominum, nulla eſt enim religio in ſtagno, Nolite maculare animas veſtras in his ritibus vanis, ſed potius cognoſcite Deum: & amicis eius venerationem impertite: adorare autem ſanctum Hilarium Dei antiſtitem, cuius hîc reliquiæ ſunt contendite: ipſe enim poteſt pro vobis apud Dei miſericordiam, interceſſor exiſtere. Tunc homines compuncti corde, conuerſi ſunt, & relinquentes lacum, omnia quæ ibidem proiicere erant ad ſanctam Baſilicam conferebant: & ſic ab errore quo vincti fuerant relaxati ſunt: ſed & tempeſtas deincept à loco illo prohibita eſt: nec vltra in hac ſolemnitate quæ Dei erat, nocuit, poſt quam beati Confeſſoris ibidem ſunt reliquiæ collocatæ.*

803. *In fluuium micturire Perſis interdictum.* Auc. Rer. Perſ.

In fluuium micturire Perſis interdictum lego, nec alia immunda in illud iniicere: auctor hiſtoriæ rerum Perſicarum lib. 12. ita ſcribit: *In* FLVVIVM PERSÆ NON MICTVRIVNT, *nec* LAVANT, *nec* ABLVVNTVR, *nec cadauer iniiciunt, nec alia quæ immunda eſſe videantur.*

Calida aquæ à terrâ ſcaturientes Herculi ſacræ. Athen.

Calidas aquas è terra ſcaturientes Herculi ſacras eſſe dicebant, docet iſtue Athenæus lib. 12. dum ait: *Cur calidas quibus* LAVAMVS AQVAS *è terra ſcaturientes, omnes Herculi ſacras eſſe dicunt.*

Aëria vnda. Lucr.

Vndæ nomen, quod aquarum videtur proprium etiam ad aërem tranſlatum reperio, Aëreas vndas Lucretius vocat lib. 2.

Aërias quòd Sol diuerberat VNDAS.

Aqua ſine ſubſtantia quænam ſit. Pſal. 123. S. Auguſt.

Quænam dicatur aqua ſine ſubſtantia non erit redundantis operæ ſi hic explicemus. Pſal. 123. vbi nos legimus: *Forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem*, ſanctus Auguſtinus habet, *aquam ſine ſubſtantia*, quænam autem ſit aqua ſine ſubſtantia, explicat in hunc modum in huius Pſalmi commentario: *Quæ eſt aqua ſine ſubſtantia, niſi* AQVA PECCATORVM SINE SVBSTANTIA? *peccata enim non habent ſubſtantiam, egeſtatem habent, non ſubſtantiam, noſtis enim quia minor filius peregrinatus eſt, & dixit patri, da mihi portionem ſubſtantiæ:* Habuit, amiſit, ſine ſubſtantia fuit, non ſine peccato.

804. *Ira Dei aquæ comparata quia punit ira mundi.* Oſe. 5. 10. Rupert.

Aquæ ira Dei ſolet comparari, vt ſtatim colligeremus calamitates, quas ille immittit mundandis peccatis ex Dei mente deſeruire. Oſe. 5. 10. *Effundam quaſi aquam iram meam:* Rupertus hic quærens cur aquæ ira Dei comparetur. Reſpondet; *quia ſicut* AQVA *viſibilis mundare ſolet* SORDES CORPOREAS, *ita illa captiuitas mundauit populi peccata*, & vniuerſè Dei flagella huc ſpectant, vt peccatorum maculas in illis eluant, qui flagellis corripiantur.

Diſcordiarũ initia auferenda aqua docet. Prou. 17. 14. Iſid. Clar.

Diſcordiarum initia auferenda ne creſcant aquarum ſimilitudine explicabat Iſidorus Clarius ad illud Prouerb. 17. 14. *Qui dimittit aquam caput eſt iurgiorum*, ait enim: *Sicut qui* AQVIS INCLVSIS *non obſtruit foramen anguſtum, mox violentia aquæ rumpit ſibi latiſſimum meatum, vt iam coerceri nequeat, ſic euenit in diſcordiarum primordiis.*

Famæ pelagus tempeſtatibus obnoxium. Sidon. Apol.

Famæ pelagus tempeſtatibus obnoxium patitur crebra famæ naufragia. Pulchrè hanc metaphoram verſat Sidonius Apollinaris inuidorum Scyllas eſſe in hoc mari, indicans hiſce verbis epiſt. 1. lib. 1. *Quamobrem nos nunc per quam heſitabundos in hoc* DEINCEPS FAMÆ PELAGVS IMPELLIS. *Porro autem ſuper huiuſmodi opuſculo toties conticueramus, contenti verſuum felicius, quam peritius editorum opinione, de qua mihi iam pridem in portu iudicij publici poſt liuidorum* LATRATVVM SCYLLAS ENAVIGATAS, *ſufficientis gloriæ anchora ſedet.*

Nimio labore animus demergitur mediocri irrigatur. Plutarch.

Nimio labore animum demergi, mediocri recreari, foueri, vt aquis plantas, ſic explicabat Plutarchus lib. de inſtit. liberor. *Vt modicè* IRRIGATÆ *aluntur plantæ; nimium, ſuffocantur, animus item laboribus creſcit iuſtis, demergitur enormibus.*

805. *Tanquam aqua frigida ad orationis prunas accedere debemus, vt accendamur.* S. Chryſoſt.

Aqua vt calorem concipiat igni admouetur, & mens, vt in Dei amorem accendatur, orationi vacare debet, & precationibus os; id quod his verbis explicabat ſanctus Chryſoſtomus hom. de Anna tom. 6. *Quemadmodum in apparando prandio, quoties* CALIDÆ POTV *opus eſt, ſi aqua parum caleat, ad focum admotum recalfacimus: ita & hic faciendum eſt, & os noſtrum ad precationes quaſi ad prunas admouendum, vt hoc pacto mens ad pietatem rurſum accendatur;* ad orationem accedat, qui accendi in Dei amore amat.

Amara inuidia aqua. S. Ephræm.

De amara inuidiæ aqua pietatis velo tectâ hæc habet ſanctus Ephræm in imitat. Prouerb. *Abominatio, atque inuidia ſub pietatis velamine occultata,* AQVA EST AMARA *in aureis vaſis contenta.*

Chriſtus cur ſicut aqua effuſus dictus ſit. Pſal. 21. B. Laur. Iuſt.

Caput obſignabo, ſi reſignauero prius cur caput noſtrum tanquam effuſum ſe dixerit, illius enim verba ſunt Pſalm. 21. *Sicut aqua effuſus ſum:* Beatus Laurentius Iuſtinianus commentario inedito in Pſalmos, ad hunc locum ait. AQVA EFFVSA ABLVIT, *& irrigat, & effuſo Chriſto* ABLVTÆ *ſunt peccatorum ſordes, & ad germinandum rigatæ ſunt mentes;* rigat mentium arua Chriſtus, nec rigat tantùm, ſed ſe illis tanquam cæleſte ſemen committit; quid non lætum ſperari ab hoc ſemine, ab hac aqua, ab hac irrigatione poteſt?

* * *

CAPVT

CAPVT LXXIX.

Lactis & aquarum nexus; maris, & vberum cohærentia expenditur, & alia de aquis chartis committuntur.

Flumina, & fontes *terræ vbera.*
Terræ mamma *dictus fons.*
Magna abyſſi mamma.
Fluctuum vlnæ.
Lacteum *Oceani profundum.*
Laqueus *ſacri lauacri fons.*
Inundationem *maris quaſi lac ſugere quid ſit?*
Ex mari lac *ſugit qui ex aduerſitatibus gaudij materiam elicit.*
Humiles inundationes maris *quaſi lac ſugere cur dicantur?*
Ab externis veram lætitiam *non eſſe quærendam*, aqua, *in quam ſe febre æſtuans proiicit, docet.*
Humanæ laudis aqua *qui eſſe vtilis poſſit, & quando?*
Delphinorum naturâ, *qui in littus non egrediuntur adulatores notati.*
In aqua ſtare *quid ſit?*
Aqua, *quæ è petra fluxit humanam arguit ingratitudinem.*
Humana fragilitas glacie, *quæ liqueſcit explicata.*
Iuſtorum eſt cor in vitæ fonte *collocare.*

806. *Flumina & fontes terræ vbera. S. Ambroſ.*

FLumina, & fontes terræ mammæ, vberàque ſunt, quibus ſuos velot pia, & prouida mater fœtus lactat: ſcitè ſanctus Ambroſius lib. 6. epiſt. 42. *Collecta in vnum* CONGREGATIONE AQVARVM *non ſe penitus exinaniuit terra, & fraudauit irriguis ſuis, ſed hodiéque in fontes prorumpit, & deducit meatus fluminum, quibus pignora ſua quaſi pia mater plenis lactat vberibus.*

Terræ mamma dictus fons. B. Rupert.

Terræ mammam fontem qui paradiſum irrigabat appellat Beatus Rupertus Abbas lib. 2. comment. in Geneſim cap. 19. dum ait. *Aſcendens de abyſſo in illam, quaſi magni corporis* TERRÆ MAMMAM, *id eſt Paradiſi* FONTEM, *quodammodò lacteam aſſumit dulcedinem, & irrigat vniuerſam terræ ſuperficiem, vt iuxta pſalmiſtam: Potent omnes beſtiæ ſyluæ*: & lib. 2. cap. 24. *Magna abyſſi mamma. Idem.* Magnam abyſſum mammam vocat quæ indeſiocnter ſugitur, hæc illius verba: *Sed indeſinenter trahens aquas in omnes venas, copioſam ſugit* ABYSSI MAMMAM, *& aſcendentem per nubes, rurſuſque labentem temporaneam, & ſerotinam accepit de cælo pluuiam.*

Fluctuum vlnæ. Suid.

Matres in vlnis infantes tenent, & mammas eis ſugendas exhibent, vlnas quoque fluctibus tributas lego, vt non mirum ſi & mammæ, Suidas ex Hiſtophane, ita loquitur.

Atque id quidem cum eſſent in VLNIS FLVCTVVM.

807. Lacteum Oceani profundum vocat etiam ſanctus Zeno ſerm. 2. de Paſchat. reſpiciens ad fontes baptiſmales, baptiſmalea aquas, ait enim: *Vt ſacri Oceani* LACTEO PROFVNDO *demerſi inde nouello, nouellique cum die reſurgentes nobiſcum poſſunt ad immortalitatis gloriam peruenire*: & ſerm. 1. ad Neophytos, de baptiſmate loquens ait. *Poſt* LACTEI FONTIS *lauacro vitali in ſpem immortalitatis animas pullulantes.* *Lacteum Oceani profundum. S Zeno.*

Per hæc quæ diximus de lactis, & aquarum nexu, ire ad illa verba poſſumus, quæ habet Moyſes. Deut. 33. verſ. 19. *Qui inundationem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos arenarum*: aliqui de vnionibus hæc accipiunt, qui lac candore ſuo referunt: ſed hæc explicatio anguſtior eſſe videtur, quàm vt rerum, quæ hîc promittitur copia exigat; alij ad abundantiam rerum, quæ per mare vehuntur; ita Abulenſis hîc: *Qui*, inquit, *inundationem maris, quaſi* LAC *ſugent, id eſt abundantiam rerum venalium apportatarum per mare recipient cum dulcedine quaſi lac ſugentes*: Alij de nauibos accipiunt, quæ maximas rerum copias tanquam lactis abundantiam omnibus ſugendam aduehunt: Alij vniuerſè de mercium expoſitione hæc verba exponont, vt nimiùm ſenſum arctauerit Oleaſter, qui de fortuita rerum iactatione hæc verba accipit, cùm ſcilicet fortuito caſu eoomit ad littus mare, qood maris vndis fertur; Chaldæus de populum ſubſtantiis opibuſque hunc locum interpretandum docet, dum vertit; *Subſtantias populorum comedent*, cùm mare, & aquæ de populi multitudine dicantur, vt alibi notabamus. *Lacteus ſacri lauacri fons. Idem. Inundationē maris quaſi lac ſugere quid ſit. Deut. 33. 19. Abul. Oleaſt. Chald.*

808. Hæc verba ad mores flectit Beatus Vmbertus, vt ille mare, quaſi lac ſugat, qui ex aduerſitatum amaritudine æquo libentîque animo exceptarum, æterni gaudij ſuccum, liquotemque exprimit, & elicit, ſic ille ſcribit de vtilitate patientiæ cap. 42. *Pater igitur, quod homo patiens de* FELLE FAVVM MELLIS *elicit, malum in bonum conuertit,* MARE QVASI LAC SVGIT, *mœrorem in felicitatis æternæ gaudium commutabit, vt poſtea iucunditatis redditio ſubſequatur.* Sanctus Antonius Vlyſſiponenſis ſerm. infra octau. Natiu. his verbis ad humilitatem torquet, premitque *ſugendi* verbum in hunc modom: *Nota quod nemo poteſt aliquid* SVGERE *niſi labia comprimat: qui habet os inhians in pecuniæ acquiſitione, in vana gloria negotiatione, in populi fauore non poteſt ſugere inundationem maris? Soli humiles qui labia ſua comprimunt, id eſt ſtringunt, ab amore temporalium inundationes* MARIS QVASI LAC SVGVNT. *O humilitas cordis, quæ* MARE *amarum, & horridum conuertis in lac dulce, & iucundum!* Sed quia hîc ſumus, alia ex aquis monita hauriamus, quæ licet mel non ſonent tamen tanquam ipſo melle lactéque dulciora habenda, & deglutienda ſunt. *Ex mari lac ſugit qui ex aduerſitatibus gaudij materiam elicit. B. Vmb. Humiles inūdationes maris quaſi lac ſugere cur dicantur. B. Ant. Vlyſſ.*

Qui externas lætitiæ cauſas à deliciis, à voluptatibus quærunt, longiùs abeoot à lætitia verâ, quo propiùs ad non veras lætitiæ cauſas accedunt; iſtuc aquæ ſimilitudine, in quam ſe febre æſtuantes proiiciunt explicat his verbis ſanctus Chryſoſtomus hom. de compunctione cordis: *Vt homines ægri cum multis febribus æſtuant ſi in* AQVAS *ſemetipſos frigidas immerſerint, ad præſens ſibi aliquid quidem videntur quæſiiſſe ſolatij: multiplicatas verò ſibi flammas febrium reparant. Ita & nos agimus, cum conſcientiæ ſtimulis agitamur, ſi merè externas gaudij, & lætitiæ cauſas quæramus.* *Ab externis veram lætitiam non eſſe quærendam, aqua in quā ſe febre æſtuās proiicit, docet. S. Chryſoſt.*

809. Aqua humana laus eſt, quæ vtilis eſſe poteſt ſi bonis operibus velut oleo ſubſternatur, vt fit, dum lampadea lumini emittendo concinnantur, feſtiuè rem verſat bonus quidam auctor, dum *Humanæ laudis aquā qui eſſe vtilis poſſit, & quādo.*

Fe. hi. cap. 10. num. 118.

ait: *Qui lucernas componunt; aut* LAMPADES *concinnant, ſolent eas ab inferiori parte* AQVA *adimplere, ſuperiorem autem oleo infundere: aqua oleum ſuſtinet: oleum verò lumen alit, ac nutrit: quod ſi oleum flamma tandem abſumpſerit ſtatim atque frigidam aquam attingit, reſtinguitur. Profectò humanæ laudes non ſunt inutiles, ſi tamen ad inferiorem animi partem per contemptum demittantur, ſi virtutes, & honeſtæ actiones his laudibus olei adinſtar ſupernatent, & ſuperferantur. Sic enim non parum adiumenti virtutibus afferunt, eas enim ſuſtinent, atque eleuant, ne iaceant: hæ autem famam, & bonam exiſtimationem, tanquam ſplendidam flammam nutriunt. Cæterum ſi oleo virtutum conſumpto, & honeſtis actionibus deficientibus famam, & bonum nomen ad ſolas humanas laudes, & commendationes deductum ſit, ſicut lucerna conſumpto nutrimento aquam attingens, ſtatim interit, atque extinguitur.*

Delphinorum naturâ, qui in littus non egrediuntur adulatores notati. Max.

Delphinorum ſimilitudine qui nauigia in aquis ſequuntur, nec exeunt in littus adulatorum naturam in hunc modum explicabat quidam apud Maximum ſerm. 11. in hæc verba. *Delphini quouſque* VNDA SVBEST NAVIGIA *comitantur natantes; in littus verò nunquam egrediuntur, ſic adulatores in ſecunda fortuna manent, in aduerſa deſerunt.*

In aqua ſtare quid ſit. S. Chryſoſt.

In aqua non ſtandum, & quid ſit in aqua ſtare, exponit hiſce verbis ſanctus Chryſoſtomus, hom. 9. in epiſt. 2. ad Timoth. *Nullus in* AQVA *ſtet, aqua enim ſecularia negotia indicat, fluxa, mortalia.*

Aqua quæ è petra fluxit, humanam arguit ingratitudinem. Oleaſt.

Ex eo quod petra aquâ vidua, aquam percuſſa exhibuit hominis ingratitudinem arguit Oleaſter, qui Deo negat quod in ſe habet, cor; præſtat hîc eius verba ſiſtere, ſic enim ille ſcribit in cap. 20. Numerorum. *Petra dabit* AQVAM *ſuam, Omnia etiam inſenſata dant Deo ſuo, & Creatori quicquid ab eis poſtulauerit, etiamſi id ſua natura non habeant, ſolus homo negat Deo ſuo quod Deus ab eo petit, nempè amorem, & præcordia ſua: ferreus & pluſquam lapideus es, ſi* DANTE PETRA AQVAS *Deo, & populo, tu non des Domino Deo tuo cor tuum;* non habet cor, qui cor quod habet, Deo ſuo non offert.

810. Humanam fragilitatem glaciei ſimilitudine, quæ ſolis radiis percuſſa liqueſcit explicabat Idiota: mortis feruore vix tangimur, & liqueſcimus, ſed eius verba exhibeamus, lib. 5. de morte: *Sicut*, inquit, AQVA CONGELATA *propter feruorem ſolis liqueſieri ſolet, & in terram, & lutum dilabi, ſic vtique, Domine Ieſu Chriſte, noſtra fragilis, & aquea conditio, quæ nihil aliud eſt quam carnea quædam moles aliquantulum coagulata, quando feruore mortis percutitur & vrgetur, mox diffluit & in terram decidit, & mutatur, vt dicere queat vnuſquiſque: ſicut* AQVA EFFVSVS *ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.*

Humana fragilitas glaciei quæ liqueſcit explicatur. Idiota.

Iuſtorum eſt cor in vitæ fonte collocare. Raban.

Iuſtorum eſſe cor, mentemque in ipſo vitæ fonte collocare ex ſportis, quæ iunco contexuntur colligit in hunc modum Rabanus Maurus lib. 5. in Matth. cap. 15. *Vnde bene ſportæ quibus Dominicorum ſunt condita fragmenta ciborum, ſeptem fuiſſe memorantur. Nam quia ſporta iunco, & palmarum foliis ſolent contexi, merito in ſanctorum ſignificatione ponuntur. Iuncus quippe ſuper* AQVAS *naſci conſueuit, palma verò victricem ornat manum. Et iunceis vaſis rectè comparantur Electi, cum radicem cordis, ne forte ab æternitatis amore areſcat, in ipſo vitæ fonte collocant: Aſſimilantur, & eis, quæ de palmarum ſunt foliis contexta, cum indefectiuam æternæ retributionis memoriam puro in corde retinet.* Neſcit cordis radix areſcere, ſi fonti illi hæreat, quod non areſcit.

CAPVT LXXX.

Fontes deſiderare in ſacris litteris, quid? pleræque circa aquas obſeruationes exhibentur.

Fontes aquarum deſiderare *pluſquam deſiderium notat.*

Furtiua aquarum ſubtractio *quàm olim punita.*

Recta in aquam *demiſſa curua videntur.*

Vtile *hinc* monitum *exſculptum.*

Cogitationum confuſio *vt aqua animæ terram inanem reddunt.*

Cur in Hebræorum templum olim aqua *immitteretur?*

Fiſcus Oceano *cur comparatus.*

Mare *rectè docet omnem tentationem menſuram à Deo accepiſſe.*

Mens proborum monitorum aquis, *quæ è cælo cadunt optimè perpluitur.*

Rigandi vis *in lachrymarum fuſu.*

Lachrymarum aquas *vt à Deo poſtolandæ.*

Quod in mari venti *præſtant, id in anima faciunt indomitæ paſſiones.*

Res mira de quodam lacu.

Ludus in aquis.

Iuſti fluctuatio *in huius vitæ mari breuis eſt.*

IN diuinis litteris aquarum fontes deſiderare plus quàm nudum deſiderium claudit; Pulchrè Agellius in Pſal. 41. ad illud: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus*, hæc addit ad explicatum: *Quam* interpretationem Symmach. comprobauit, cùm ita vertit: *ὡς σπεύδει ἔλαφος Quemadmodum feſtinat ceruus, nam* DESIDERAT, *illi poſuerunt, hic vero* FESTINAT, *quia deſiderium illud non otioſum, & iners intelligendum eſt, ſed actuoſum, & efficax, & ad aquarum peruentionem velox, & concitatum.* 811.

Fontes aquarum deſiderare pluſquam deſiderium notat. Pſal. 41. Agell.

Furtiuam aquarum ſubtractionem, vt punirent Vuiſigothi ex eorum legibus dilucet, lib. 8. tit. 5. num. 31. hæc habentur: *Multarum terrarum ſitus ſi quis indiget pluuiis, foueri aquis ſtudetur irriguis: cuius rei iam experimentum tenetur, vt ſi defecerit* AQVARVM SOLITVS VSVS, *deſperetur confiſus ex fruge prouentus. Proinde vbi maiores* AQVÆ *ſunt ſi quis furtiuè, aut malitioſè aquam ex decurſibus ſubtraxerit alienis per quatuor horarum ſpatium det ſolidum vnum: vbi autem ſunt minorum deriuationes aquarum per quatuor horas exſoluat tremiſſem vnum. Aqua vero quantis horis alibi dilapſa conuincetur, tantis ad irrigandum competenti tempore Domino reformetur. Seruus ſi ſua ſponte iſta præſumpſerit, pro maioribus aquis centum flagella ſuſcipiat, pro minoribus vero L. verberum cæſionibus ſuccumbet.*

Furtiua aquarum ſubtractio quàm olim punita.

Recta in aquam demiſſa videntur curua, ex qua re vtile monitum exſculpit Seneca epiſt. 71.

Recta in aquâ demiſſa curua videntur. Seneca.

Magno

Vtile hinc monitum ſuſculptum.

Magno animo de rebus magnis iudicandum eſt: alioqui videtur illarum vitium eſſe, quod noſtrum eſt. Sic quædam rectiſſima, cum in AQVAM DEMISSA SVNT, *ſpeciem curui, præfractique viſentibus reddunt. Non tantum quid videas, ſed quemadmodum inſert. Animus noſter ad vera perſpicienda caligat.*

Cogitationū confuſio vt aqua animæ terram inanē reddunt. S. Bernard.

Aqua, ideſt cogitationes vt inanem, & vacuam animæ terram reddant, explicat ſanctus Bernardus ſerm. 32. ex paruis: *Vſque hodie in Ciuitatibus Babylonis* AQVARVM EFFVSIO, *ideſt, confuſio cogitationum terram facit inanem, & vacuam. Dum enim fluctuat circa carnem cogitatio vniuerſa, nullum ex ea ſperare eſt fructum ſalutis, diuidantur ergo aquæ ab aquis:* quod & alibi tangebam.

812. *Cur in Hebræorum templum olim aqua.*

Cur in Hebræorum templum olim aqua immitteretur, & quâ inde nox Ariſtæa his verbis explicat Euſebius lib. 9. præparat. Euang. cap. 4. *Lapidibus ornatiſſimi pauimentum Templi constructum eſt, immittitur, vt à ſanguine detergat. Multa enim animalium millia in ſollemnitatibus offeruntur.* FONS *verò copioſiſſimè, atque integer in* TEMPLO IPSO SCATVRIT, *& quam magna vis aquarum per cloacas plumbo conſolidatas defluit.* Hæc ille ex Ariſtæa.

Fiſcus Oceano cur comparatus. Annal. Frāc.

Fiſcum Oceano comparatum reperio, ad quem populi pecunias veluti flumina deferunt, vt ob id munificus in omnes princeps eſſe debeat, hac erat mente Carolus IX. inter principes ſui æui munificentiſſimus, qui reprehenſus, quod pecunias noo daret, ſed profunderet, reſpondit: *Regem in dando facilem eſſe oporteret. Nam populus* FLVMINIS INSTAR *pecunias in Fiſcum ceu ad Oceanum defert.* Sic habent Annales Francorum.

Mare ecclē duos tentationem menſuram à Deo accepiſſe. S. Auguſt.

Mare fluctuat, ſed terminum poſuit Deus arenam, nec tranſgredi poteſt: fecit id in maris fluctibus, fecit in iuſtorum preſſuris; Peritè ſanctus Auguſtinus in Pſal. 94. *Nec ſæuire* FLVCTVS *poſſunt, niſi vſque* AD LITTVS *vbi ipſe terminum poſuit, nulla ergo tentatio niſi acceperis menſuram à Domino eſt.*

Mens proborū monitorum aquis quæ è cœlo cadunt optimè perpluitur. Io. Eu. l. 2. de ad. cap. 2.

Arua rigantur meliùs aqua è cœlo cadente, quàm ex riuo, & fonte hauſtâ; idem in mente accidit, quæ proborum monitorum aquis melius perpluitur, vtiliuſque ſi per orationem è cœlo decidant, quàm ſi à libris, ab experientia hauriantur; ſcitè rem bonus auctor verſat, cuius hæc ſunt verba: *Ipſæ veritates prudentiâ, experientiâ, doctrinâ, & lectione acquiſitæ penetrant magis in oratione cum de alto veniunt: magis iuuantur arua, cum de cœlo, quam cum è* FONTE ET RIVO RIGANTVR: *lapis quanto de eminentiori ruit, fortius cadit, & tundit terram. Eadem veritas de cœlo lapſa, plus penetrat, & tundit corda, feruorem, & deuotionem magis excitat.*

813. *Rigandi vis in lachrymarum fuſu.* Pſal. 6. S. Auguſt.

Rigandi vim in lachrymarum fuſu ſic expendebat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 6. *Quamquam,* RIGABO, *amplius ſit, quam* LAVABO, *quoniam poteſt aliquid in ſuperficie lauari: rigatio vero ad interiora permanat, quod ſignificat* FLETVM *vſque ad cordis intima.*

Lachrymarū aquæ vt à Deo poſtulādæ. S. Anſelm.

Lachrymarum aquas ſic à Deo ſuo poſtulabat, & poſtulandas docebat ſanctus Anſelmus in alloquiis cœleſtibus num. 9. *Tu quidem Rex gloriæ, & omnium virtutum magiſter, docuiſti nos verbo, & exemplo gemere, & flere dicens: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Tu fleuiſti defunctum amicum, & lachrymatus es valde ſuper perituram ciuitatem. Rogo te bone Ieſu per illas precioſiſſimas lachrymas tuas, & per omnes miſerationes tuas, quibus miſerabiliter nobis perditis ſubuenire dignatus es, da mihi* GRATIAM LACHRYMARVM, *quam multum deſiderat, & appetit anima mea. quia ſine dono tuo non poſſum habere eam, ſed per Spiritum ſanctum tuum, qui dura corda peccatorum mollit, & ad fletum compungit: Da mihi gratiam lachrymarum, ſicut dediſti patribus noſtris, quorum veſtigia debeo imitari, vt plangam me in omni vita mea, ſicut ipſi ſe planxerunt, nocte, ac die. Propter merita, & orationes eorum, qui tibi placuerunt, & deuotiſſimè ſeruierunt, miſerere mei miſerrimi & indigni ſerui tui, & da mihi gratiam lachrymarum. Da mihi irriguum inferius: vt ſint lachrymæ meæ panes die, ac nocte, efficiarque in conſpectu tuo Deus meus per ignem compunctionis holocauſtum pingue, & medullatum, mactetur totus in ara cordis mei, & tanquam pinguiſſimum holocauſtum aſſumar tibi in odorem ſuauitatis. Da mihi dulciſſime fontem irriguum, fontemque perſpicuum, in quo lactetur aſſiduè iſtud inquinatum holocauſtum. Licet enim me totum tibi obtulerim opitulante gratia tua, in multis tamen quotidie offendo propter nimiam fragilitatem meam. Da ergo mihi gratiam lachrymarum benedicte, & amabilis Deus, præcipuè ex multa dulcedine amoris tui, & commemoratione miſericordiarum tuarum, præpara hanc menſam famulo tuo in conſpectu tuo, & da mihi poteſtatem, vt quoties volo ſatier ex ea: tribue pro pietate, & bonitate tua, vt iſte calix tuus inebrians, & præclarus ſatiet ſitim meam, vt inhiet tibi ſpiritus meus, & ardeat mens mea in amore tui, oblitus vanitatis, & miſeriæ.*

Quid in mari venti præſtant ſuſque deque illud verſantes, id in anima indomitæ paſſiones efficiunt. Præiuit ſanctus Chryſoſtomus hom. 2. in epiſt. ad Titum, vbi ita ſcribit: *Quemadmodum* VENTI *quidem feri, & immanes, cùm irruerint in pelagus, ipſum totum à fundo perturbant, adeo vt & arena ſæpius vndis immiſceatur: ita & hæ perturbationes cùm in animam irruperint, cuncta permiſcent, & quæ ſuperiora erant ad infima detrahunt, excæcantque mentis clariſſimum lumen, atque in primis gloriæ veſana cupido.* 814.

Quod in mari venti præſtāt id in anima faciunt indomitæ paſſiones. S. Chryſoſt.

In Cracouia lacus eſt ſingularis, in quem abiectus fuit ſancti Staniſlai digitus; habet is aquas huius naturæ, vt ſi in quempiam vſum hauriantur noxiæ ſint, ſi ad quaſlibet ægritudines ſumantur, proſint, quod refert Surius in vita ſancti Staniſlai.

Res mira de quodam lacu. Sur.

Et verò quia de aquis agimus ludum illum, qui noſtris in vſu, quo teſtulam, lapidemve in aquam pueri iniiciunt, vt ſubinde reſiliat, iſque victor cenſeatur cuius lapis, & teſtula plures ſaltus dederit, etiam apud antiquos in vſu fuiſſe obſeruo; diſco id ex Iulio Polluce lib. 9. cap. 7. & ex Euſtathio ad Iliad. 6. ſed omnium peritiſſimè hunc ludum deſcribit Minutius in Octauio hiſce verbis: *Cum ad id loci ventum eſt, vbi ſubductæ* NAVICVLÆ *ſubſtratis roboribus à terrena labe ſuſpenſæ quieſcebant; pueros videmus certatim geſtientes teſtarum in mare iaculationibus ludere. Is luſus eſt teſtam teretem iactatione fluctuum leuigatam legere de littore: tum teſtam plano ſitu digitis comprehenſam inclinem ipſum, atque humilem quantum poteſt* SVPER VNDAS *inrotare: vt illud iaculum vel dorſum maris raderet; vel enataret dum leni impetu labitur; vel ſummis fluctibus tonſis emicaret, dum aſſiduo ſaltu ſublenatur, is ſe in pueris victorem ferebat cuius teſtula & procurreret longiùs, & frequentiùs exſiliret.*

Ludus in aquis. Minut.

De iuſti fluctuatione in huius vitæ mari hæc habet

Iuſti fluctuatio in huius vita mari breuis eſt. Pſal. 5 S. Auguſt.

habet ſanctus Auguſtinus in Pſal. 54. ad illud: *Non dabit in æternum fluctuationem iuſto*; ait enim: *Videris* FLVCTVARE *in mari iſto, ſed excipis te portus. Tu autem antequam intres in portum ab ancora noli abrumpi. Fluctuat nauis in ancoris, ſed non longe à terra proiicitur; nec in æternum fluctuabit, etſi ad tempus fluctuat*; breuis fluctuatio eſt; æterna eſt quies; in portu quieſcet æternum qui æternæ quietis ſpe, æquo animo fert huius vitæ fluctibus ferri.

CAPVT LXXXI.

Purgatorius fons quis dictus? alia de fontibus aliis; de aliis aquis alia.

Fons purgatorius *quis, & cur dictus?*
Aqua viua *Dei ſermo.*
Inſigne miraculum aquarum *Eccleſiam inuadentium, ſed in Eccleſiam non intrantium.*
Circa aquæ *probationem ritus quidam.*
Aqua *inocalationi officit.*
Aqua *è cœlo cadens alicubi aquis abſtergi ſolita quæ ex fontibus hauriuntur.*
Deorum ſedem pelagus *credebant eſſe Gentiles.*
Cautum olim ne in cubiculum in quo olera ſuſpenſa, aqua *afferretur.*
Vis aquæ *cuiuſdam ferrum abſumentis.*
Fluuiis *in mari ſalſo dulcibus pares, qui inter malos boni ſunt.*
Miſericordiæ diuinæ fons *reprobis ſiccabitur.*
Lachrymæ *in obſequium fuſa quàm dulces.*
Aqua Mercurij *cur ſe abluerent mercatores.*

815. *Fons purgatorius quis, & cur dictus.* Greg. Vver.

FOntem quendam *purgatorium* dictum obſeruo ob quandam cum purgatorio ſimilitudinem, variam aquarum differentiam; Georgius Vvernherus lib. de admirandis Hungariæ aquis ita ſcribit: *Ad Budam eſt ſub dio fons calidarum cæteris amplior, quem* PVRGATORIVM *vocauère, ea nimirum ratione, quod quemadmodum proditum eſt in purgatorio pœnas nocentium pro noxarum modo alias acerbiores, alias mitiores eſſe, ita quædam inſunt aquæ hoc in fonte diſcrimina. Nam quà in eum à Danubij ripa aditus eſt, ſubfrigida primum mox tepida, & quo in ea penetraris altius, hoc magis calet. In receſſu verò interiore tam eſt calida, vt ferri non poſſit. Eſt autem is calor haud dubiè* AQVÆ *huius proprius.*

Aqua viua Dei ſermo. S. Cyril. Alex.

Aquam viuam diuinum eſſe ſermonem docet ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 11. in Geneſim, vbi ait: AQVAM VIVAM *diuinum ſermonem eſſe intelligimus. Sed magna ipſe in profunditate iacet, & ſine magno labore, magnóque ſudore quiſquam eum haurire non poteſt. Non enim quiſque eum facilè ad ſe detrahit, cum obſcuritas eius, velut lapis grauiſſimus oſtium* PVTEI *cooperiat.*

Inſigne miraculum aquarum Eccleſiã inuadentium, ſed in Eccleſiam non intrantium. S. Greg.

Fontium, & aquarum memoria huc quoque nos vehit, vt mirum illud miraculum litteris conſignemus, quod Veronæ olim actum ad Beati Zenonis Martyris Eccleſiam; rem dabo ſancti Gregorij magni verbis, qui lib. 3. Dial. cap. 19. ita ſcribit: *Nuper Ioannes Tribunus relatione ſua me docuit, quod, Pronolphus Comes cùm illic adeſſet, ſe cum Rege Antarith eo tempore in loco eodem vbi mira res contigit, affuiſſe, eamque rem cognouiſſe teſtatus eſt. Prædictus enim Tribunus narrauit dicens: Quia ante hoc ferè quinquennium quando apud hanc Romanam Vrbem alueum ſuum Tiberis egreſſus eſt tantum creſcens, vt eius unda ſuper muros vrbis influeret, atque id iam maximas regiones occuparet: apud Veronenſem vrbem fluuius Atheſis excreſcens ad Beati Zenonis Martyris atque Pontificis Eccleſiam venit, cuius Eccleſiæ dum eſſent* IANVÆ APERTÆ AQVA IN EAM MINIME INTRAVIT: *quæ pauliſper creſcens vſque ad feneſtras Eccleſiæ quæ erant tectis proximæ peruenit. Sicque ſtans aqua Eccleſiæ ianuam clauſit, ac ſi elementum liquidum in ſoliditatem parietis fuiſſet mutatum. Cumque eſſent multi inuenti interius, ſed aquarum multitudine omni Eccleſia circundatâ quà poſſent egredi, non haberent, ibique ſe fame, & ſiti deficere formidarent: ad Eccleſiæ ianuam veniebant, ad bibendum* HAVRIEBANT AQVAM, *quæ (vt prædixi) vſque ad feneſtras excreuerat, & tamen intra Eccleſiam nullo modo diffluebat. Hauriri itaque aqua poterat, ſed diffluere (vt aqua) non poterat ſtans ante ianuam, ad oſtendendum cunctis meritum Martyris, vt aqua erat ad adiutorium, & quaſi aqua non erat ad inuadendum locum.*

816. *Circa aquæ probationem ritus quidã.* Angl. leg.

De aquæ ceu ferri probatione, déque purgationis ritu hæc ex Æthelſtani Regis Anglorum legibus cap. 32. lego: *De iis, qui ſententiam ſubituri ſunt qui ſententiam examinandam obtulerit, triduo quam id ſit adgreſſurus Sacerdotem (vt is ſacra de more peragat) adito: atque interim pane, ſale,* AQVA, *& oleribus tantummodo veſcitor. Miſſæ præterea illis ipſis diebus intereſto, munuſque ſuum offerto. Sub ipſo autem, qui eſt ſententiam ſubiturus die panem Eucharisticum ſumito, ac iureiurando ſe illius, de quo appellatur, ſceleris purum minimèque conſcium iurato. Tum ſi aquâ gelidâ facienda eſt quæſtio ad ſeſqui vlnam funis in aquã mergitor. Sin ferreo fiat candenti per continuum triduum obſignanda non reſignetur manus. Accuſator autem (quemadmodum de accuſato antea à nobis dictum eſt) iureiurando interpoſito criminationem proſequitor. Vterque etiam iuſſu Dei ac Sacerdotis ieiunato, nec pluribus quam duodecim alteruter ſtipatus aduenito. Quinſi accuſatus pluribus comitatus acceſſerit, perinde ſit, ni illi diſcedant, atque ſi is in iudicio cecidiſſet.*

Aqua inoculationi officit. Theoph.

Aqua, vt hoc quoque adiiciam, cum vtilis plantis ſoleat eſſe, officit tamen inoculationi; rem & cauſam affert Theophraſtus lib. 1. de cauſis plantarum cap. 6. AQVA *inoculationi vehementiſſimè officit, putrefacit enim, & admiſſa facilè deſtruit ratione infirmitatis: Quamobrem ſub ortum caniculæ tutiſſimè agi videtur, & quidam corticibus ita præligant, vt aqua admitti nunquam queat.*

Aqua è cœlo cadens alicubi aquis abſtergi ſolita quæ ex fontibus hauriuntur. Idem.

Cum ferè aqua pluuia prodeſſe frugibus, & arboribus ſoleat plenius quàm illa, quæ è cœlo non cadit, in quadam tamen inſula contrarium accidit, vt cadentem è cœlo pluuiam hauſtâ è fontibus aquâ veluti abluant, & abſtergant. Refert hoc Theophraſtus lib. 4. de hiſt. Plantarum cap. 9. vbi ait: AQVAM COELESTEM *fieri quidem, ſed non ad fructus vſui eſſe, ſed fontes in inſula eſſe permultos, quibus omnia rigentur: & eam aquam frumentis arboribuſque magis prodeſſe: qua de cauſa poſt pluuiam protinus hanc perfundunt, quaſi*

illam

illam abluere, atque abſtergere velint.

817. Deorum ſedem olim pelagus eſſe putabant gentiles; Pedo.

Deorum ſedē pelagus credebant eſſe Gentiles. Ped.

——— *Aliena quid* ÆQVORA *remis,*
Et ſacras violamus AQVAS, *diuùmque quietus*
Turbamus ſedes.

Cœnaculum olim ne in cubiculum in quo olera ſuſpenſa aqua aſſerretur. Theophr.

Olerum maximè ſemina in cœnaculis ſuſpēdebant, hac cautione ne in illud cubiculum aquam afferrent, refert iſtuc Theophraſtus lib. 1. de cauſis plantarum cap. 7. *Omnibus ſeminibus aliquid pabuli ineſſe hinc etiam conſtat, quæ enim arida, & veluti putaminea omnino cernuntur vt olerum hæc ſuis temporibus ad germinandum mouentur: quamobrem hæc in cœnaculis reponunt, ſuſpenduntque eminentius nec vllam in eo domicilio* AQVAM *conſpergunt, aut afferunt.*

Vis aquæ cuiuſdam ferri abſumentis. Georg. Vvern.

In ferrum aquam quandam vim ſuam exercere legimus, adeo vt citiſſimè illud abrodat, & exedat; Georgius Vvernherus lib. de admirandis Hungariæ aquis ita ſcribit: *Et vt ab* AQVA, *cui conſumendi ferri vis ineſt, ordiar: hæc eſt ad Smolniciam, quod oppidum ad arcem Zepuſienſem pertinet intra montes vnde quondam metalla eruta ſunt. Extrahitur autem hauſtro, quale Iſtrogani eſſe diximus, quod ab aqua ſuperne illabente impulſum circumacta, & raptu funis, cui implicati ſunt crebri nodi coriacei implet fiſtulas, per quas funi meatus eſt, quibus adiuncti canales effuſam aquam excipiunt, & emittunt ſub dium in alueos in terram defoſſos, quibus ferrum ſiue vetus, ſiue nouum imponitur. Quæ minora ſunt ferramenta, citius adduntur. Solea ferrea equi conſumitur intra horas viginti quatuor. Quæ vero ſunt craſſiora cuiuſmodi ſunt quæ in vicini montis ferrariis huncin vſum fiunt, poſtquam per aliquot dies aqua immerſa iacuerint ceu limo quodam obducuntur adeſa eoque ſtatis temporibus abluuntur & purgantur, vt in id, quod ſupereſt ferrum, aquæ vis efficacius penetret.*

818. Perlubent fluuios alicubi per mare ſalſum dulces incedere; imitantur qui inter malos, & ſeculum ſuum ſapientes ita degunt, vt de eorum malis motibus nihil amaritudinis referant; hinc illud ſancti Gregorij Nazianzeni orat. in laudem Baſilij: *Quod ſi quis eſt aut eſſe creditur* FLVVIVS *per* MARE DVLCIS FLVENS, *aut animal in igne quo omnia conſumuntur ſaliens: hoc ipſi inter æqualium greges eramus.*

Fluuiis in mare ſalſo dulcibus pares qui inter malos boni ſunt. S.Greg.Naz.

Miſericordiæ diuinæ fons reprobis ſiccabitur. S.Bern.

Miſericordiæ fontem aliquibus ſiccandum monebat ſanctus Bernardus ſermone de triplici coherentia, &c. *Quærite,* inquit, *dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Erit tempus quando non erit locus, cum ille fons miſerationis interminabili ſiccatur ſiccitate.*

Lachrymæ in obſequium fuſæ quam dulces. B.Rupert.

Lachrymas in Dei obſequium fuſas, ob Dei amorem dulciores qualibet præſentis ſæculi conſolatione notabat Rupertus lib. 2. de gloria, & honor. fil. hom. *Iſtu mater qualiter & ploret & conſolari noſit, melius ſentiri poteſt per experimentum, quam per ſolum lectionis auditum. Quid enim?* NONNE PLORATVS EIVSMODI DVLCIOR EST OMNI CONSOLATIONE PRÆSENTIS SÆCVLI? *dicit enim ille, quiſquis eſt, qui ploratum hunc, quam ſit dulcis expertus eſt: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi eſt Deus tuus.* Sed de his aquis plura infra dabimus.

Aqua Mercurij cur ſe abluerent mercatores. Bern. Cæl.

De ablutione, quæ aquis fit, illud ſingulare eſt, conſueuiſſe olim idibus Maiis mercatores aqua Mercurij, quæ Romæ ad portā Capenam, ſe inſpergere, & ſua, vberes quæſtus ſe facturos hac re arbitrati, quod Bern. Cæſius referebat lib. 1. cap. 6. lect. 12. num. 6. *Melior ille quæſtus, certiorque quo quis diuitiarum aquis pauperes, vndoſque abluit, & abſtergit, diuitias non cuſtodit, vt cuſtodiat, & vt verè habeat habere contemnit.*

CAPVT LXXXII.

Puteus de liberis; varia de filiis, varia de filiorum parentibus chartis illinuntur.

Puteus *de liberis, de matribus.*
Arandi *verbum in filiorum procreatione.*
Viſcerum *nomine liberi ſignificati.*
Vviſigothorum lex *de exponentibus infantes.*
Mos apud Treuiros in infantium expoſitione.
Malus pater *optimi filij pater audire non meretur.*
Benedictionis *munimine fulcire filios olim patres conſueuerant.*
Pueri eunuchis *traditi, qui eorum naſum ſcitè componerent.*
Nonnullorum lege inhibitum Patribus filios vendere, *aut apponere.*
Cautio de infantium lactatione.
Puerorum mos antiquus in fictile vas *pecuniam conijcere, vnde non extrahendam niſi vaſis fractione.*
Infantium *exemplo à rerum terrenarum amore auocamur.*
Paruulos petræ, aut terræ allidere *antiquus mos.*
Paruuli à matribus *Terræ alliſi.*
Pueri ad ſaxa *alliſi.*
Pueri arcubus *impoſiti ad ſaxa alliſi.*
Infantiam ad terram *allidere quid?*
Paruulorum alliſio *ad mores variè flectitur.*
Babylonis infantes terræ allidere *ad cogitationes tranſfertur.*
Cupiditatum fœtus *petræ alliſgandi.*
Pueris cur ſatiatè cibos ſumere *olim concederetur.*
Patres olim tertio ætatis expleto anno filios metiebantur.
Bonus pater *eſt qui filiorum* doctor, *& magiſter eſt.*
Filij *olim dicti qui erudiebantur.*
Apud Ægyptios ſolus pater *auctor generis habebatur.*
Vt quilibet poſſit eſſe ſibi ipſi pater.
Quod à filiis *fit,* patribus *ſolet tribui.*
Filij in patrum honorem gladiatorium ludum *aliquando exhibebant.*

PEt puteum liberos, & mulierem deſignari colligitur ex Artemidoro lib. 2. cap. 27. Onirocrit. vbi ait: φρέαρ δὲ ἰδεῖν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἢ ὂν ἔχειν ἐν πρότερον ἀγαθόν: ὑιοὺς γὰρ ἐπικτήσεις σημαίνει ἀγάμῳ δὲ καὶ ἄπαιδι, γυναῖκα, καὶ 819.

Puteus de liberis, de coniuge. Artem.

καὶ παῖδας: Sed extra metaphoræ huius anguſtias abeamus, varia de filiis, varia de filiorum parentibus afferamus, quæ ab iis, quæ ſuperiùs dedimus, exciderunt.

Arandi verbum in filiorum procreatione. Nonnus.

Arandi verbum in filiorum procreatione adhibitum alias obſeruaui, addo nunc alium teſtem Nonnum Panopolitanum in Paraphraſi Euangelij ſecundum Ioann. cap. 1. verſ. 13. vbi nos habemus: *neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt*, Sic ille habet: *Quos non peperit natura puerpera, non cognouit vita germen virilis voluntatis, neque etiam* ARAVIT, *& produxit ipſe nuptialis lectus, ſeu concubitus carnis amoripara, ſed geniti ſunt, non arati, filij Dei Patris.*

Viſcerum nomine liberi ſignificati. Artem.

Viſcerum nomine liberos ſignificatos teſtatur etiam Artemidorus lib. 1. cap. 46. *Liberi* VISCERA *appellantur, velut etiam interanea.*

Vviſigothorũ lex de exponentibus infantes. Vviſig.

De infantium expoſitione nonnulla ſuperius dedi, dabo hic illud quod in exponentes ſtatuunt Vviſigothorum leges lib. 4. tit. 4. cap. 1. *Si quis puerum aut puellam vbicumque* EXPOSITVM *miſericordiæ contemplatione collegeris, & nutritus infans à parentibus poſtmodum fuerit agnitus: ſi ingenuorum filius eſſe dignoſcitur, aut ſeruum vicarium reddant, aut pretium. Quod ſi facere fortaſſe neglexerint, à iudice territorij de proprietate parentum expoſitus redimatur, & parentes huius impietatis auctores exilio perpetuo relegentur. Si vero non habuerint vnde filium redimere poſſint, pro infantulo ſeruiat qui proiecit; & in libertate maneat propria quem ſeruauit pietas aliena. Hoc verè facinus cum fuerit vbicunque commiſſum, iudicibus, & accuſare liceat, & damnare.*

820. *Mos apud Treuiros in infantium expoſitione. Vvandel.*

Alius mos in exponendis infantibus vigebat apud Treuiros, cuius meminit Vvandelbertus Diaconus in vita Beati Goaris in hæc verba: *Mos tunc Treuirorum erat, vt cum caſu quelibet fœmina infantem peperiſſet, cuius nollet ſciri parentem, aut certè quem præ inopia rei familiaris nequaquam nutrire ſufficeret, ortum paruulum in quadam marmorea concha, quæ ad hoc ipſum ſtatuta erat,* EXPONARAT, *vt in ea cum expoſitus infans reperiretur, exiſteret aliquis qui eum prouocatus miſeratione ſuſciperet, & enutriret. Si quando igitur id contigiſſet, cuſtodes, vel matricularij Eccleſiæ puerum accipientes quærebant in populo ſi quis fortè eum ſuſcipere nutriendum, & pro ſuo deinceps habere vellet. Vbi verò ad eam rem offerret ſeſe aliquis, infans qui eſſet expoſitus Epiſcopo deferebatur, & eius priuilegio auctoritas nutriendi, habendique paruuli ei qui à matricularis ſuſceperat, firmabatur.*

Malus pater optimi filij pater audire non meretur. S. Chryſoſt.

Malus pater, & in malitia ſua perſeuerans indignus eſt, qui tanquam pater optimi filij recenſeatur; hoc ex verbis Apoſtoli 2. Tim. 1. colligit in hunc modum ſanctus Chryſoſtomus hom. de habenda cura ſalutis proximi: *Laudans Timothei fidem Paulus ſic dicit: Quæ habitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus ſum etiam quòd & in te; nunquam hîc patris nomen legitur, & quare? quia in impietate ſua perſeuerans non erat dignus, qui* CVM FILIO NVMERARETVR. Hæc Chryſoſtomus.

821. *Benedictionis munimine fulcire filios olim patres conſueuerũt. Philo epiſc.*

Benedictionis munimine fulcire filios patres olim antiqui conſueuerant: quod notabat Philo epiſt. in catena Vet. Pat. Græc. cap. 27. Geneſis: *In deteriorem filium deflectit* PATER BENEDICTIONEM, *non quia meliori præferret, ſed prouidens alterum ſua virtute ſemper felicem fore, alterum ſuis moribus prolabentem in peius, benedictionis pedamento indigere. Sara igitur filium, quibus dignus eſt noluit defraudari, Iſaac alterius defectum emendare cupiebat.*

Pueri Eunuchis traditi, qui eorum naſum ſcitè componerent. Plato.

Olim apud nonnullos pueri non nutricibus, ſed Eunuchis tradebantur, quorum hoc inter alia erat munus, vt naſum quam pulcherrimum redderent, ſcitéque componerent. Plato ita loquitur: *Deinceps* NVTRITVR *puer non a muliere nutrice parũ honorifica, verum* AB EVNVCHIS, *quibus & alia, quæ ſpectant ad curam pueri demandantur, ac præcipuè vt naſum quam pulcherrimum reddant, componentes membra eius, atque dirigentes, atque hæc facientes magno in honore habentur;* addit: *cùm autem pueri ſeptimum ætatis annum impleuerint ad equeſtris artis magiſtros proficiſcuntur, deinde in venationem tendunt.*

Nonnullorum lege inhibitũ patribus filios vendere, aut opponere. Vviſig.

Cautum Vviſigothorum legibus lego, ne patribus vendere, donare, aut oppignerare liberos liceret, lib. 5. tit. 4. num. 12. hæc habentur: *Parentibus filios ſuos* VENDERE NON LICEAT, *aut* DONARE, *vel oppignerare: nec ex illis aliquid iuri ſuo defendat ille qui acceperit, ſed magis pretium, vel ſepoſitionis commodum, quod dederat, perdat, quia parentibus filium comparauit.*

822. *Cautio de infantium lactatione. Frag. Hett.*

De infantium lactatione hæc cautio in fragmentis antiquis Hetruicis lib. 1. habetur: *Mater ſi poteſt,* FILIOS LACTAT; *ſin autem, nutricem bonam eligat, honeſtam præſertim maximè ſi fœminam ſit lactatura, hoc maximi refert, bibunt enim cum lacte infantes mores nutricis bonos, aut malos.*

Puerorum mos antiquus in fictile vas pecuniam conjicere inde nõ extrahendam niſi vaſis fractione. S. Bernardin.

Puerorum mos olim erat, qui etiam nunc viget, vt pecunias in terreum, & fictile vas conijcerent, à quo extrahi non poſſunt niſi vas frangatur; Huic vaſculo auaros comparabat ſanctus Bernardinus ſerm. 7. in fer. 6. poſt cineres artic. 2. cap. 2. *Tales ſimiles ſunt terreno vaſculo, in quo* AVARI PVERI RECONDVNT DENARIOS *quos hinc inde coadunari poſſunt: de quo vaſe niſi frangatur, nequaquam extrahi valeant: contra quos Pſalmus ait: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius: Quoniam cùm interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius.*

Infantium exemplo a rerum terrenarum amore auocamur. S. Auguſt.

Mala nobis, mala non ſunt, ſi malis vtamur bene, eorumque amaritudine à rerum terrenarum illecebris auocemur, infantium exemplo, qui ab vberibus hac matrum induſtriâ auocantur, quia amaritudine aliqua papillas inficiunt; Feſtiuè rem verſat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 30. *Fortè vtiliter & in malum incidiſti, quem bonum putaſti, vt in* VBERA *quaſi* MATERNO *amaritudinem inuenires: & ea offenſione repellereris, & ad cibum validiorem inuitareris. Faciunt enim hoc nutrices mammotreptis, vt aliqua amara ponant in papillis ſuis: quibus offenſi paruuli reſiliant, & ad menſam inhient.*

823. *Paruulos petræ, aut terræ allidere antiquus mos. Paul. Diac.*

Paruulos olim petræ, aut terræ allidere conſueuerant, vt eos necarent; Meminêre huius ritus auctores multi; hi præcipuè, quos ſubijcio: Paulus Diaconus, lib. 5. hiſt. poſt initium: *Ducenta millium armatorum Gallorum in eo bello interfecta ſunt, & Dux quoque eorum Beutobodus occiſus eſt; Mulieres eorum conſtantiore animo, quàm ſi viciſſent, conſuluêre, vt ſi inuiolatâ caſtitate Virginibus ſacris Diis ſeruiendum eſſet, vitam ſibi reſeruarent. Itaque cum petita non impetrauiſſent* PARVVLIS SVIS AD SAXA COLLISIS *cunctæ ſeſe ferro, ac ſuſpendio peremerunt.* Idem auctor, lib. 20. hiſtor. de Iuſtiniano ait: *At vero Iuſtinianus his agnitis non eſt triſtatus: iterum alium ſtolum mittit, & arari vſque ad* PAVIMENTVM, ET ILLIDS VNIVERSOS, QVI REMANSERANT PARVVLOS

VVLOS AD PARIETEM ɩVSSIT.

Paruulos à matribus terræ alliſ.
Cæſarius.

Paruulos terræ alliſos à matribus refert Cæſarius dialog. 2. *Quomodo eodem tempore mulieres apud nos & concipiunt, & pariunt plurima gemelloque partu edito, ambos infantes proculcant, nullo aſtro cogente, vt interimant, aut* SOLO ALLIDANT, *vt eos è vita tollant velut Amazones miſeros fœtus ſuos necant, ſed ſuam potius ceruicem pro illorum cæde obiiciant, lactentiumque infantium vitam magis quàm ſeipſas ament.*

Florus.

Humo afflictos paruulos legimus, idque à matribus refert etiam Florus lib. 4. cap. 12. de lenonibus Brennis, & aliis: *Quæ fuerit callidarum gentium feritas, facilè vel mulieres oſtendêre, quæ deficientibus telis* INFANTES IPSOS AFFLICTOS HVMO, *in ora militum aduerſa miſerunt.* De infantium alliſione hæc habet ſanctus Cyrillus Alexandrinus in cap. 14. Oſeæ: *Infantes quippe* ALLIDENDOS *narrat, & matres ipſas perituras.*

S. Cyr. Alex.

Pueri ad ſaxa alliſ.
Oſorius.

De hoc eodem more ita ſcribit Oſorius lib. 5. de rebus Emanuel. *pueros infantes ad* SAXA, ATQVE RVPSS ALLIDEBANT, *&c.*

Pueri arcubus impoſiti ad ſaxa alliſ.
Oleaſt.

Aliqui eò feritatis abripiebantur, vt pueros arcubus appoſitos ad ſaxa alliderēt; ita Oleaſter in Iſ. cap. 13. num. 17. *Aduerte Medos, & Perſas (vt dicit Rabbi Dauid in commentariis) pueros arcubus ſuis appoſuiſſe, eoſque ſagittarum loco, ad ſaxa ieciſſe, & alliſiſſe.*

824. *Infantiam ad terram alliſam quid.*
Vict. Vtic.
Pſal. 136.

Infantiam ad terram alliſam dixit Victor Vticenſis pro infaotibus lib. 1. ita loquitur: INSONTEM ɩNFANTIAM ALLIDABANT AD TERRAM.

Ad hanc paruulorum alliſionem allodit etiam Propheta Regius Pſal. 136. vbi ait: *Et allidet paruulos ſuos ad petram:* quod de vera, & hiſtorica alliſione intelligendum eſt; licet ad mores plutes ex noſtris hæc verba flexerint.

Paruulorum alliſio ad mores variè flectitur.
Idiot.

Hanc paruulorum ad petram alliſionem variè ad mores ſacri auctores torquent. Idiota de vita Chriſtiana, decima regula: *Vt in tentationibus ſemper in principio occurras, &* ALLIDAS PARVVLOS BABYLONIS AD PETRAM. *Petra autem erat Chriſtus: Quia ſerò medicina paratur.*

Babylonis infantes terræ allidere ad cogitationes transfertur.
Orig.

Origenes lib. 7. contra Celſum ita rem verſat de paruulis Babylonis: *Paruuli Babylonis quæ interpretatur confuſio, ſunt ſubnaſcentes, & ſubrepentes in anima cogitationes conturbatoriæ, vicioſæque quas qui ſuperat, ita vt firmitati, ac ſoliditati rationis allidat earum capita, is infantulos Babylonis ad* PETRAM AFFLIGIT *mactans virtutis huius nomine.*

S. Paul.

Sanctus Paulinus epiſt. 3. ad Apium ita de hac re philoſophatur: *Ibi paruuli, ſiue etiam adulti Babylonis filii eliduntur ad petram, vitia ſcilicet confuſionis, ſuperbiæque ſæcularis, quæ proclinius fidei congreſſa ſuperabit, ſi in primordiis ad Chriſtum* ILLIDERE *anticipata creſcentium firmitate præcauerit.*

825. S. Nilus.

Impuras cogitationes, tanquam paruolos Babylonis, allidendas ad petram id eſt Chriſtum ita docebat ſanctus Nilus orat. de fornicatione: *Operæpretium eſt itaque Babylonis paruulos, hoc eſt, turpes cogitationes, quæ nos primùm adoriuntur, ad petram, hoc eſt, ad* CHRISTVM ALLIDERE, *atque obterere. Adultæ enim plurimum nobis turbarum ac moleſtiarum exhibebant.* Heſychius Presbyter cent. 1. num. 27. *Is*, inquit, *eſt typus, & ordo tranquillitatis animi, ſi certare ſtatuiſti, imitandum tibi propone exiguum animalculum araneam: ſin minus, tranquillum, vt decet nondum geris animum: illa quidem minutas venatur muſcas. Quod ſi tu illius exemplo, labore quietem animæ comparare volueris, irremiſsè pueros interficies Babylonicos.*

Heſych.

B. Laur. Iuſt.

Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap 7. ita ſcribit: *Semper (mens) vt victoriam obtineat, euaginatum ſpiritus teneat gladium ad vltionem aduerſariorum, atque mox, vt ipſorum paruulos exortos eſſe conſpexerit, ad* PETRAM EOS ALLIDERE *non ſit ſegnis. Quod ſi à ſui cuſtodia neglecta virtute dormitare inchoauerit crudelem in ſe vitiorum ſuſtinebit tyrannidem.*

826. *Cupiditatum fœtus petræ allidendi.*
S. Nilus.

Cupiditatum fœtus ad petram allidendos docet ſanctus Nilus in lib. Aſcetico: *Alius Propheta beatos appellat, qui cupiditatum fœtus non excipiunt; Beatus, inquiens, qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram.*

Pueris cur ſatiati cibos ſumere olim concederetur.
S. Ambroſ.

Pueris aliquando cibos quos deſiderabant concedebant auidius ſumere, vt nimietate ſatiati ab illorum cupiditate ſe deinceps expedirent; ita ſanctus Ambroſius ſerm. 81. *Interdum pueris gulæ nimium deditis indulgemus deſideratos cibos* AVIDIVS SVMERE, *vt nimietate ipſa ſatiati horreſcant, & auertant ſe de reliquo ab huiuſmodi cupiditate. Auaritia tamen nihil tale patitur, ſed quanto plus inuenerit, tanto amplius quærit.*

Patres olim tertio ætatis expleto anno filios metiebantur.
S. Greg. Nyſſ.

Patres olim expleto tertio ætatis anno filios metiri aliquando ſolebant, vt eorum perfectam futuram magnitudinem coniucerent: ſanctus Gregorius Nyſſenus orat. 1. in verba *Faciamus hominem*, hoc ſpectans aiebat: FILIOLVM CVM TERTIVM ÆTATIS ANNVM IMPLEVIT, METITVR PATER. *Duplo enim maior, quam tunc ſit, futurus eſt ille, cum erit perfectus vir. Hunc habet humana natura terminum atque menſuram.*

827. *Bonus pater eſt, qui filiorũ Doctor, & magiſter eſt.*
S. Iſid. Peluſ.

Bonus ille pater & verus, ſi doctoris quoque munus exerceat in filios, filioſque erudiat, vt magiſter; ſcitè ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 9. *Qui ſuis adhuc teneris liberis documenta inſerunt, primum quidem de Dei præſtantia, atque prouidentia: dehinc virtutem, moreſque probos præcipiunt, hi non modò parentes, ſed & optimi exiſtunt magiſtri, & à Deo mercedem accipient.* Abeunt à patris munere, qui filios non erudiũt, non informant.

Filii olim dicti qui erudiebantur.
Clem. Alex.

Eos olim patres dicebant, à quibus aliqui inſtituebantur, filios verò appellabant eos quos erudiebant & informabant: Notabat hoc Clemens Alexandrinus, libro 1. ſtromatum init. *Iam* PATRES *eos dicimus, qui nos catecheſi inſtituerunt;* FILIVS *autem eſt quiſquis eruditur, quatenus ei, à quo eruditus morem gerit.*

Apud Ægyptios ſolus pater auctor generis habebatur
Cœl. Rhod.

Apud Ægyptios ſolus pater generis auctor habebatur, nullius matris ratione habitâ, ita refert Cœlius Rhodiginus, lib. 4. lect. antiquit. cap. 10. *Ægyptiæ mentis ſanctio fuit ſolum patrem cenſeri generis auctorem, nam matrem nutrimentum modo, & locum infanti, velut ſubſtratum exhiberi.*

828. *Vt quilibet poſſit eſſe ſibi ipſi pater.*
S. Greg. Nyſſ.

Poſſe quemlibet ſibi ipſi patrem eſſe docebat in hunc modum ſanctus Gregorius Nyſſenus homil. 6. in Eccleſ. *Nobis ipſis quodammodo* PATRES SVMVS, *quando per bonum animi inſtitutum, liberumque arbitrium nos ipſos formauerimus, & genuerimus, & in lucem dederimus;* ægrè aliis bonus pater eſſe poteſt, qui non fuerit prius ſui ipſius.

Quod à filiis fit patri tribuitur
Theod.

Ferè quod à filiis fit patri tribuitur, qui conniuet: huc facit illud, quod habet Theod. in catena veterum Patrum Græcorum c. 48. Gen. ad

illa verba: *Quam tuli de manu Amorrhei in gladio, & arcu meo. Quamuis Iacob conſcius non fuit cædis, qua ſuſtulit Sichimitas, illi tamen quod geſtum eſt, adſcribitur. Quod enim per* FILIOS CERITVR, *recidit in patrem.*

Filij in patrũ honorem gladiatorium munus exhibebant. Dion.

Filij quandoque in patrum honorem gladiatorios ludos aliquando exhibebant, egit iſtue referente Dione lib. 37. hiſt. Faſtus; de illo enim hæc ille habet Dio lib. 37. hiſt. *Faſtus Syllæ filius* LVDOS GLADIATORIOS *in honorem patris exhibuit, populumque lauto conuiuio excepit.* Maior in parentes honor reſilict, ſi cum vitiis filius ipſe ſeriò degladietur.

CAPVT LXXXIII.

Promiſcua de aquis, de fontibus, de mari, de diluuio.

Cur in prima mundi molitione aquam terræ *Deus ſubiecerit?*

Qui diuina excepturi ſunt puri *eſſe debent.*

Tribulationes *ad Deum, & Dei templa homines vrgent, vt maris procellæ naues ad portum vrgent.*

Sacrificia aquis, *& ventis oblata.*

Aquam Deo libare *quid ſit?*

Honorum contemptus *magnam apud Deum gloriam promeretur.*

Nilos *Iouis vice Ægyptiis.*

Dux dum creatur aquam *bibit in futuræ ſobrietatis ſignum.*

Homo iracundus itam ponit *ſi mitē inueniat.*

Mati *mundus par, mundo, & mundi illecebris mortuos reiicit.*

Mare *diductum tacitè clamabat, vt populus ab impietate abiungeretur.*

Plerique in mari *tuti, in portu pereunt ob ſocordiam.*

*Principibus inter ſe pugnantibus populi æ*ſtuant, *vt* mate *ventis actum.*

Diluuij ſagena *impij capti.*

Diluuium *cum quiete nexum habuit, quia malitiam ſepeliuit.*

A mari *ſal, à muliere malâ non exigua mala.*

Deliciarum aquas *diabolus amat.*

Aqua *dum feruet ebullit, cor dum feruet quieſcit.*

Diuinæ benignitatis fontes *quã nobis vtiles.*

829.

Cur in prima mundi molitione aquam terra Deus ſubiecerat. S. Chryſoſt.

CVr in prima mundi molitione aquã Deus terræ ſubiecerit expendens ſanctus Chryſoſtomus, ait id factum, vt auctoris potentiam magis admiraremur, hęc illius verba orat. 5. de illo dicto: *ſufficit tibi gratia mea.* 2. Cor. 12. *Fecit,* inquit, *cœlum, & terram. Et terram quidem ſoli inſtar ſtatuit, aquamque eidem ſubiecit. Fundamentum quidem ædificij vidiſti: ſuperior quidem erat terra, inferior autem* AQVA. *Atqui ſecus Architecti faciunt, qui aquas primùm quidẽ exhauriũt, tum demũ fundamenta iaciunt. Deus verò aquis fundamentum ſuperſtruxit: ne tu firmitatem fundamenti, ſed poteſtatem opificis admireris.*

Qui diuina excepturi ſũt puri eſſe debent. Ezech. 1. Iſid. Clar.

Secus fluuiũ Chobar ſe fuiſſe teſtatus eſt Ezechiel cap. 1. cùm Dei viſiones vidit: cur apud aquas? an quia à munditia corporali ad ſpiritualem vocantur qui diuina viſuri ſũt? Iſidorus Clarius ad hæc verba, ſecus fluuiũ Chobar, ait: *Apud* FLVVIOS, *&* AQVAS *munda* [illegible] *putauit, quod idonea ſint purificandis corporibus:* Alius, *Apud* AQVAS [illegible] *viſiones vidit, vt à corporis puritate, ad mentis munditiam tranſiret.*

Maris æſtus, ac procellæ naues ad portũ vrgẽt, & tribulationes, & aduerſa ad Dei templa: Peritè S. Chryſ. hom. 4. ad pop. *Quemadmodũ* MARI ÆSTVANTE, *& multis procellis inſaniente ad portũ confugere timor omnes cogit, ſic & nũc fori procella, & ciuitatis hyẽs, omnes in Eccleſiã vndiq; cõpellũt,* &c. 830.

Tribulationes ad Deum, & Dei templa homines vrgent, vt maris procella naues ad portum vrgent. S. Chryſoſt.

De ſacrificiis aquæ, & ventis oblatis hęc habet S. Auguſtinus epiſt. 154. *Aut ſi hoc ideo putatur diſtare, quia illud* SACRIFICIVM, *de quo fumus aeri confunditur, nõ fit ipſi aeri, ſed idolo alicui, vel dæmonio, aliquãdo autẽ ſic mittũtur ſacrificia* IN AQVAS, *vt ipſis aquis ſacrificetur, non ideo vtique ſolis huius luce non vtimur, quia ei ſacrilegi, vbi poſſunt, ſacrificare non ceſſant: ſacrificatur etiam ventis, quibus tamen vtimur ad tantas noſtras commoditates.*

Sacrificia aquis, & ventis oblata. S. Auguſt.

Aquã delatã proiecit, nõ bibit Dauid: Domino libauit nõ ſecus ac quoddã ſacrificiũ: quid erit, ſi in Dei honorem honores terreni repudictur, & culmina? Peritè rem vrget S. Petrus Damianus opuſc. 56. c. 5. *Nam ſi* SIMPLEX AQVA *à Dauid proiecta, Scripturâ teſte, in ſacrificiũ vertitur: tot rerũ, honorũq; cõtẽptus quãtã apud Deũ gloriã promeretur?*

Aquam Deo libare quid ſit. S. Pet. Dam.

Nilũ Iouis vice fuiſſe Ægyptiis notabat Cælius Rhodiginus, & causã etiã addit lib. 17. lect. antiq. c. 6. *Inuenio præterea Iouis vice fuiſſe Ægyptiis Nilũ, vnde illud apud Byzantiũ Poetã Parmenonẽ, vt ſcribit Athenæus: Iupiter Ægypti Nile quoniam certis anni temporibus ſuperfuſus ripis* IMBRIVM *modo miram campis fertilitatem inferat.* 831.

Nilus Iouis vice Ægyptiis. Cæl. Rhod.

De aquæ potu hîc illud recenſitu dignũ quod narrat Sabellius lib. 5. Enneal. 10. *Carinthij Dux dum creatur, aquam agreſti pileo delatam potat in futuræ ſobrietatis argumentum.*

Dux dum creatur aquã bibit in futuræ ſobrietatis ſignum. Sabellius.

Ferrũ ignitũ ſi aquę immittatur calorẽ amittit, & homo iracundus ſi patientẽ, & mitẽ hominẽ inueniat, iracundiam ponit: S. Chryſoſt. hom. [illegible] in Act. Apoſt. hæc habet huic rei explicãdæ *Neque ferrũ ignitũ, &* AQVÆ *intinctũ, ita ſtatim calorẽ amittit, ſicut ſi incidat in animã longanimẽ homo iracũdus.*

Homo iracundus iram ponit, ſi mitem inueniat. S. Chryſoſt.

Mare mortuos euomit, quos viuos in ſe continuerat: in hoc quoque mari par mundus eſt: mundo, mundique illecebris mortuos reiicit: tenet, & diligit, quos viuere ſibi reperit: S. Gregorij hæc ſunt verba lib. 5. moral. c. 3. *Niſi eſt* (mũdo) *quantulumcunque viuerẽt, hos ad vſum ſuũ proculdubio non armaret: mare enim viua corpora in ſemetipſo retinet, nam mortua extra ſe protinus expellit.*

Mari mundus par, mundo, & mundi illecebris mortuos reiicit. S. Greg.

Cũ ab Ægypto exiiſſent Hebręi, inſequutus eſt eos Pharao cum exercitu: ſed Deus in populi ſui ſalutẽ diduci diuinitus mare iuſſit: tectè & populũ monẽs vt maris exẽplo reſcinderetur ab impietate illâ quam in Ægypto didicerat: Acutè rẽ tetigit Baſil. Epiſc. Seleuc. orat. [illegible] *Apud Ægyptios ſuperſtitionis inſanitas pro lege obtinuit. Siquidẽ apud ipſos Ibis Deus lege ſtatuitur, & Canis, & cum iſtis Crocodilus ad ſacrificium affertur, & ouis adoratur. Neque Hebræorum gens ab hac ægritudine deduci potuit; ipſa ſolitudo ægritudinem notificauit. Vitulum enim quod eſt in Ægypto factũ in deſerto loco adorabant, &* MARE *ipſorũ gratia præter naturã ſcindebatur, cũ interim populus ab impietate nõ reſcinderetur.* 832.

Mare diductum tacitè clamabat vt populus ab impietate abiungeretur. Baſil. Seleuc.

Plerique in medio mari tuti ſunt, in portu naufragiũ ſubeũt: illi ſcilicet qui in ſeculo ſeculi fuerũt victores, in religioſis familiis nimia ſecuritate mergũtur: ita loquitur S. Cæſ. hom. 35. *Plus laudabiles ſunt, qui ſe in* MEDIO PELAGO (*Deo auxiliante*

Plerique in mari tuti, in portu pereunt ob ſocordiam. S. Cæſarius.

ſiante cuſtodiunt, quàm illi qui portu nimiâ diligentiâ, & ſecuritate merguntur: intuta ſecuritas iſta, & eò minus ſecura, quò plus ſecura putatur.

Principibus inter ſe pugnantibus populi æſtuãt, vt mare ventis actum. S. Chryſoſt.

Mari populum comparatum lego, ſicuti verò dum pugnant inter ſe venti mare fluctuat, ita principibus & regibus inter ſe contrariis populi æſtuant; ſcitè Auctor ſub nomine Chryſoſtomi hom. 2. in Matth. *Quemadmodum* CERTANTIBVS VENTIS MARE *concutitur, ſic Regibus aduerſantibus ſibi, populus regni vexatur.*

Diluuij ſagena impij capti. Baſil. Seleuc.

833. Diluuij ſagena captos impios Baſilius Seleuciæ Epiſcopus oration. 5. ait: DILVVII SAGENA *comprehenſi, inter fluctuum vortices rotati, ac mutatâ calamitate puncti, miſerando mortis genere ſurripiebantur.*

Diluuium cũ quiete nexum habuit, quia malitiam ſepeliuit. S. Chryſoſt.

Diluuium, quod tot homines ſepeliuit, cum quiete tamen nexum aliquem habuit, adeo vt Noë à quiete nomen habuerit, quod quieſcere homines faceret Gen. 5. & quinam quieſcere homines fecit, cuius tempore homines in tot diſcrimina coniecti fuêre? Sanctus Chryſoſtomus hom. de habenda cura ſalutis proximi rem nobis his verbis ediſſerit: *Tantam calamitatem, tantaque mala* QVIETEM *vocas? Profectò dicit, nam homines in magna malitia viuebant.* DILVVIVM *autem quia malitiam reſecauit, ideo liberati illi à malitia quieſcere dicuntur.* hæc Chryſ.

A mari ſal, à muliere malâ non exigua mala. Prou.

A mari ſal, à muliere mala non exigua, quæ ſuam amaritudinem virorũ mentibus aſpergãt; ſcitum Hiſpanicum illud Prouerbium: *Del mar el ſal, de la muger mucho mal*; id eſt; *De la mer vient le ſel, de la femme vient le mal.*

Deliciarum aquas diabolus amat. Iacob. Vorag.

834. Amat deliciarũ aquas Diabolus, horret abſtinẽtiã; Iacob. de Vorag. ſerm. in Dom. 5. Quadragrem ſic explicat: *Sicut piſcis natat in fluuio, & moritur in ſicco, ſic diabolus delectatur in* AQVIS DIVITIARVM, *& moritur in ſicco abſtinentiarum.*

Aqua dum feruet ebullit, cor dum feruet quieſcit. Tho. à Kemp.

Aqua dũ feruet ebullit, & agitatur: cor dũ feruet quieſcit, & pace fruitur; hinc illud Thomæ à Kempis lib. 1. de imitat. Chriſti cap. vlt. *Si dederis te ad* FERVOREM, *inuenies magnam pacem.*

Diuinæ benignitatis fontes quam nobis vtiles. Theod.

Quã nobis vtiles diuinæ benignitatis fontes ſint, explicat Theodoritus apud Agelliũ in Pſal. 84. *Peccantibus nobis ac pœnitentiã agentibus miſericordiã ſuppeditãt illi* BENIGNITATIS FONTES, *& ſuper eos, qui per veritatem Dei legẽ amplectuntur inundãt miſericordiæ flumina.* Hos ſibi fontes claudit, qui à ſe pœnitentiã excludit; ſed alia plura de fõtibus dicemus infra, alia ducemus ex fontibus.

CAPVT LXXXIV.

De aquæ potu aliqua bibenda offeruntur.

Aquæ potus *vini potui prælatus.*

Aquæ potus *quàm vtilis.*

Aquæ potus quis libertatem *&* regnum *amiſerit.*

Res ad impiorum vitam flectitur.

Aquæ potu *plerique ægri curati.*

Vinum in aquam *ad potum conuerſum.*

Aqua cum menſurâ *bibenda.*

Niue *aqua olim ad potum refrigerata.*

Glacie aliquando vtebantur ad frigiditatem aquæ conciliandam.

Aqua igni prius admouebatur, *vt facilius frigus conciperet.*

Lapidibus *aquam ad potum gelidiorem faciebant.*

Irâ feruebant ſi aqua tepidior *ad potum exhibita fuiſſet.*

Calida aqua ſenioribus *exhibebatur.*

Aqua gelida Turcæ *eſcæ viam aperiunt.*

Aliqui calefacta *in potu aqua vtuntur etiam in æſtate.*

Sinæ feruenti potu *vtuntur.*

Aquæ frigidæ *exhibitioni qui præmium ſpõdet, maiora à maioribus docet ſperare.*

Aquæ frigidæ *cur meminerit non calidæ.*

Perſtricti qui calicem aquæ negant *calicem ſanguinis exhibenti.*

Cum de aquis agamus integrũ nobis non erat de earũ potu nõ agere, cùm ipſæ non ablutioni tantũ deſtinatæ, ſed & potui; plura de hac re poſſemus huc aduehere, varios, variorum ritus in hac re afferre, ſed & ea quæ alibi aliò ſpectantes diximus, & alibi etiam dicemus à labore plura conuehendi eximent, rem tantum libo, &, quæ ſequuntur, ſubiicio. 835.

Aquæ potum vini potui ſic conferebat, & præferebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 5. de oratione Annæ. *Audi quanto præſtantior ſit quouis vino* AQVÆ NATVRA, *magiſque neceſſaria, & vtilis, nam vino quidem ſublato non magnum fuerit detrimentum, præterquam infirmis ſolis: ſi quis autem fontes abſtulerit, & aquarum elementum, vitam omnem noſtram ſubuerterit, & omnes perdiderit artes, ac ne biduũ quidem durare poterimus, ſed ſtatim moriemur morte quadam miſerabili, atque grauiſſima. Tum quoque videmus multos diuites propter delicias valetudinarios, vt plurimum aqua potu abſtinere, pauper autem per omnem vitam his fluentis liberè fruitur, & tanquam ad mellis fontes, ſic ad aquarum currens riuulos, ſinceram inde, & puram percipit voluptatem.*

Aquæ potus vini potui prælatus. S. Chryſoſt.

Ad aquæ potum ſic quandam Monacham inhortabatur Sãctus Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 23. *Audi quid ſapiens Salomon dicat: Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui fouea, cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? nonne his, qui morantur in vino? Væ, quæ nimirũ lamentationis eſt vox, intẽtatur:* AQVAM PRO VINI AMORE BIBENTIBVS *gaudium abſque vlla dubietate promittitur.*

Aqua potus quam vtilis. S. Pet. Dam.

Ex potu, quo Lyſimachus libertatem amiſit, impiorum infelicitatem colligit Plutarchus, hæc illius verba de iis qui tard. à num. corrip. *Etenim ſi quis nihil aliud mali improbis in hac vita, præſentique tempore accidere affirmaret, quàm quod ſcelerum conſcientia, flagitiorumque recordatione aſſiduè torquẽtur re admodum ſterili, moleſta, & ingrata, ac nihil boni ſeu ſtudio digni ex tot, tantiſque certaminibus referẽte cognoſceret profectò acerbiſſimè ratione propria illorum affligi animam. Quemadmodum de Lyſimacho referunt, qui ſiti coactus quũ Getis corpus vireſque tradidiſſet vniuerſas, poſtquam* BIBERAT, IAM FACTVS MANCIPIVM, *dixiſſe fertur: Heu meæ improbitati, qui ob* VOLVPTATEM *tantillam, breuemque, tanto excidi regno.*

Aqua potu quis libertatem amiſerit. Plut.
Res ad impiorum infelicitatem transfertur.

Pleroſq; aquæ potu curatos, quos medica potio reſtituere ſanitati non potuit, aſſerit ſanctus Gregorius part. 3. paſtor. c. 38. dum ait: *Sæpè ægros, quos fortis pigmentorũ potio curare non valuit, ad ſalutem priſtinã ſæpe* AQVA OPPORTVNE DATA *reuocauit.* Sãctus Machatius Scotus Abbas inuitatus ad mẽſam cum aquam petere erubeſceret, 836.

Aquæ potu plerique ægri curati. S. Greg.
Vinũ in aquã ad potum cõuerſum. Trith.

vinum quippè bibere non conſueuerat, accepir poculum ſiniſtra, & dextera benedixit, & vinum in aquam conuerſum eſt, quod videntes adſtantes admirati ſunt viri ſanctitatem; ita ferè Trithemius in Chronico. Etiam aquam cum menſura à Dei ſeruo bibẽdam dicere ſolitus eſt ſanctos Vvilhelmus, vt habet Surius tom. 1.

Aqua cum menſura bibenda. Vvilhelm.

Niue aqua olim ad potũ refrigerata. Seneca.

Niue aquam olim refrigeraſſe ad potum indicat Seneca epiſt. 1.19. his verbis, *Sitie: vtrùm hæc aqua ſit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa* NIVE *diluero, vt rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet.*

Glacie aliquando vtebantur ad frigiditatem aquæ conciliandam. Idem.

Aliqui niue non contenti, vt maiorem, firmiorémque frigiditatem aquæ conciliarent, glacie vtebantur. Quod idem auctor habet lib. 4. natural. quæſt. cap. vltimo: *Nam ſicut animo relictos ſtupentéſque* FRIGIDA *ſpargimus, vt ad ſenſum ſui redeant: ita viſcera iſtorum vitiis torpentia nihil ſentiunt, niſi* FRIGORE *illa vehementiore percuſſeris. Vnde eſt, inquam, quod nec* NIVE *quidem contenti ſunt, ſed* GLACIEM, *velut certior illi ex ſolido rigor ſit, exquirunt, ac ſæpe repetitis aquis diluunt: quæ non è ſummo tollitur, ſed vt vim maiorem habeat, & pertinacius frigus, ex abdito effunditur.*

837. Aqua vt frigidior in potu eſſet, & frigus facilius citiúſque conciperet igni prius admouebatur. Huc videtur ſpectare Plinius lib. 39. cap. 4. *Decoquunt alij* AQVAS, *mox & illas hyemant:* Hyemare aquas eſt hyemale illis frigus affricare, aut niue, aut glacie; Apertiùs Plutarchos lib. 6. ſymp. quæſt. 4. *Omnis* AQVA PRIVS CALEFACTA *magis refrigeratur, vt ea, quæ Imperatoribus paratur, igni admota dum ferueat, vaſe dein multa niue accumulata circundatæ frigidior redditur.*

Aqua vt frigus facilius conciperet igni prius admouebatur. Plin. Plut.

Lapidibus aquam ad potum gelidiorẽ faciebant. Plut.

Gelidiorem aquæ potum lapidibus in aquam coniectis olim ſibi præparabant; meminit huius ritus Plutarchus de primo frigido, dum ait: *Qui potum gelidiorem quærunt,* III CALCVLOS IN AQVAM *coniiciunt, quæ ex lapidum rigore euadit frigidior, rigeſcitque.*

Ira feruebãt ſi tepidior aqua à ſeruis exhiberetur. Seneca.

Tepidior aqua ſi exhiberetur à ſeruis, irâ aliqui feruebant, quod damnat Seneca lib. 2. de ira cap. 25. *Inde & illud ſequitur, vt minimis ſordidiſque rebus non exacerbemur! Parum agilis eſt puer, aut* TEPIDIOR AQVA *potui erogata, aut turbatus thorus, aut menſa negligentius poſita. Ad iſta concitari, inſania eſt.*

Calida aqua ſenioribus exhibeatur. Philo.

Calida aqua apud nonnullos ſenioribus tanquam delicatius tractandis exhibebatur, aliis frigida: tangit hunc morem Philo lib. de vita contemplatiua: *Vinum per illos dies non præbetur, ſed aqua limpidiſſima, cæteris* FRIGIDA, CALIDA *verò his qui inter ſeniores tractantur delicatius. Menſa pura eſt à cruentis dapibus, pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio & pro condimento hyſſopus in delicatorum gratiam; epulantur enim ſic Sacerdotes ſacris abſtemiis.*

838. Aquâ gelidâ Turcæ viam eſcæ aperiunt, alioquin æſtu, & inediâ ſiccis faucibus inhæreret, quod tradit Augerius Busbequius epiſt. 3.

Aqua gelida Turcæ eſcæ viam aperiunt. Aug. Busb.

Aliqui calefacta in potu aqua vtuntur etiam in æſtate. Io. Pet. Maff. *Sinæ feruenti potu vtũtur.*

Quidam Indiæ populi calefactâ in potu aquâ vtuntur etiam æſtate, quod his verbis refert Ioannes Petrus Maffæus, lib. 12. Hiſtoriarum Indicarum; alios illarum gentium ritus recenſens à noſtris diſſitos: *Aquam,* inquit, *nos* GELIDAM, *illi* CALEFACTAM *æſtate pariter, & hyeme potant. Inaudita ſymphoniam eorum noſtras aures omnino refugiunt. Nobis dentium, in candore: illis, quod mirere, in ipſa nigritie decor eſt: itaque atro quodam eos pigmento identidem inficiunt:* Nicolaus Trigaut. de Sinis ita ſcribit, lib. 1. cap. 7. de expedit. Chriſti. *Potu vtuntur* FERVENTI, *etiam in ſummo æſtu, ſiue ille vinum ſit, ſiue decoctio ſua, ſiue* AQVA. *Et ſanè videtur id ſtomacho prodeſſe non parum, nam & Sinæ ferè diuturnioris ſunt vitæ, & ad annum ſeptuageſimum, ac ſæpe octogeſimum viribus non admodum deſtituuntur.* Nic. Trig.

Aquæ frigidæ calicem, quem quis Chriſti nomine alicui dederit, mercede vacuum non futurum affirmat Chriſtus Matth. 10. quid ille habiturus eſt, qui omnia quæ habet Chriſti amore exhibet? rem premit ſanctus Chryſoſtomus orat. habitâ in Kalendis in hæc verba. *Si* POCVLVM FRIGIDÆ *ſolum dat propter Deum, regni cœlorum hæreditatem adibit: qui omnia feceris propter Deum, conſidera quantam habebit compenſationem.* 839.

Aquæ frigidæ exhibitioni qui præmium ſpondet, maiora à maioribus docet ſperare. Matth. 10. S. Chryſoſt.

Cur aquæ frigidæ Chriſtus meminerit, & non calidæ explicat ſanctos Auguſtinus in Pſal. 125. *Ideo dixit calicem aquæ frigidæ, ne quis vel inde cauſaret, quòd lignum non habuerit vnde* CALEFACERET AQVAM. Eòdem ſpectabat, & ſanctus Cæſarius hom. 2. in illis verbis: Frange eſurienti: vbi ita ſcribit: *Sed quis erit qui ſe poſſit excuſare, cùm pro calice aquæ frigidæ mercedem ſe Dominus redditurum promiſerit? & quaſi* FRIGIDAM *dixit, ne fortè poſſit aliquis pauper de lignorum penuria excuſare, aut certè dicere ſe vaſculum vbi aquam calefaceret, non habere.*

Aqua frigida cur meminerit, non calida. S. Auguſt. Cæſar.

Calicem ſui ſanguinis nobis Chriſtus obtulit, nos ei aquam frigidam negabimus? Iure querebatur ſanctus Chryſoſtomus hom. 46. in Matth. *Nudum,* inquit, *te induit, tu nec peregrinum conducis, primus tibi calicem ſuum obtulit, tu vel* AQVAM FRIGIDAM *ei negas:* nimis frigidus in Dei amore eſt, qui aquam frigidam ei negat, qui calicem ſuo refertum ſanguine exhibuit, & exhibet.

Perfrictĩ qui calicem aquæ negant calicem ſanguinis exhibenti. S. Chryſoſt.

CAPVT LXXXV.

Haurire aquam quid? hymni & fontis cohærentia.

Haurientes aquam *muſicum quoddam inſtrumentum adhibebant Hebræi.*
Fontes *de carminibus.*
מעין *quid? quid* ענה?
Haurire aquam *pro reſpondere carminibus.*
משיבים *quinam dicantur?*
Pſalterium in aqua *ſtans quidam canebat.*
Calidâ aquâ *modulatus ſonus quà emiſſus.*
Organa muſica aquis *pulſata.*
Laus citharâ decantata aquæ *comparata.*
Velum olim *interiectum inter pſallentes, & populum, ne luxuriæ aquis polluerentur.*

QVis crederet nos aquas ad carmina ducere, ad hymnos nos fontes vehere? vehunt tamen, & ducunt; tãtamque inter ſe cognationũ habent, & cohærentiam hymni & fontes, carmina, & aquæ, vt ſub alterius nomi- 840.

ne

ne alternus nolit lateat, & alterum altero ſignificetur.

Haurientes aquam muſicum quoddā inſtrumentū adhibebant Hebræi.
Hebr.

Olim Hebræi haurientes aquam, quæ diebus feſtiuis ſuper altare funderetur muſicum quoddam inſtrumentum adhibebant, quod *chalil* appellabant, in lætitiæ, & gaudij ſignum, quo perfundebantur aquam hanc haurientes; meminit huius moris auctor libri שלשי הגבורים; hinc non abs re in ſacris litteris aquam haurientes dicuntur qui hymnos concinunt.

Fōtes de carminibus.
Pſal 86 7.
Agell.

Fontes elegantiſſimè carmina in ſacris litteris dicuntur; Appoſitè noſter Agellius in Pſal. 86. verſ. 7. id multis exemplis confirmat ad illud; *Sicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te,* ſeu vt Hebræi habent, *vt fontes mei*, ſed audiamus huius auctoris verba: *Hebræi vocem* מעיני *maghianai fontes mei, interpretantur, vt ſit: Et cantantes ſicut tibicines, omnes fontes mei in te; Ibi, inquit, ſunt etiam cantores Leuitici generis qui Pſalmos canant, & qui tibiis concrepent, quorum ſucceſſio tanquā* AQVÆ EX PERENNI FONTE *manantes nunquam deficiat. Alij eandem vocem maghianai, cogitationes, ac ſtudia ſignificare putant vt ſit: Omnia mea ſtudia atque cogitationes in te defixa ſunt, ô ſancta Dei ciuitas, cùm ſummis ornamentis decorata ſis. Qui igitur fontes interpretantur, melius, vt mihi videtur, intelligunt, quam qui cogitationes ac ſtudia vertunt. Ceterum ne ipſi quidem aſſequuntur Pſalmi ſententiam, verborum obſeruata ac figurata locutione contectam. Non enim ſucceſſionem generis continuam auctor intelligit; ſed fontium nomine carmina deſignat de præcinentium Prophetarum corde tanquam* AQVAS DE FONTIVM *ingi vena deffluentia, itaque etiam Chaldæus interpres vertit, omnia hymnorum genera dicuntur, dum fit oblatio in medio tui, videlicet* FONTES HYMNOS, *& carmina ſignificare putauit. Vnde autem fons carmen ſignificet, non omnibus apertum eſt, & explicandum puto. Ergo euenit ſæpe in ſacris litteris, vt propter vocum ſimilitudinem etiam ad diuerſarum ſignificationem fiat tranſitus, quod obſcuritatem facit vocum ſimilitudinem ignorantibus.* מעין *maghian igitur eſt, fons,* ענה *ghana vero eſt canere, ſeu potius præcinere, ex hac vocum ſimilitudine fit, vt ad diuerſas res ſignificandas tranſeatur, & à fonte carmen ſuo præcintio intelligatur.*

מעין quidē
quid ענה;

Addit, & hac ratione explicat illud Iſaiæ 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Deum ſcilicet carmine efferetis, & laudabitis, hæc huius auctoris verba: *Inde illud eſt etiam in Iſaia Cantico: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, & dicetis in illa die, Confitemini Domino, & quæ ſequuntur, hoc eſt, perpetuo* CARMINE *Deum de accepta ſalute laudabitis.*

841. Præterea haurire aquam abditiore ſenſu eſt carmina dicere, aut reſpondere carminibus ex eiuſdem Patris notatione, ſubdit namque: *Huc accedit, quod haurire aquas, metaphorâ quadam reconditiore eſt carmina dicere, vel reſpondere carminibus, namque* בשאבים *maſabim, quod ſignificat haurientes, &* משיבים *meſibim, quod eſt, reſpondentes, ſimilia ſunt verba, adeo vt propter ſimilitudinem de vno in alterum facile tranſeatur ab haurientibus ad reſpondentes, atque ſuccinentes. Quod ne cui parum credibile videatur ex Cantico Deboræ Iudicum 5. proferimus teſtimonium: vbi cum in Hebræo ſit à voce diuidentium inter haurientes,* ἀπὸ φωνῆς ἀναχρουομένων ἀναμέσον ὑδρευομένων, *à voce præcinentium inter haurientes, ſatis apparet haurientes figuratè dictos carmina concinentes: alioqui ſi verè haurientes ſignificarentur, nulla eſſet inter præ-*

Haurire aquam pro reſpondere carminibus.
משיבים *quinam dicuntur.*
Agell.

cinentes ſeu pulſantes & haurientes affinitas, itaque alter interpres, vt hoc ipſum indicaret: quod dicimus HAVRIANTIVM NOMINE CONCINENTES FIGVRATÈ DICI, *clarius vertit* ἀνάμεσον ὑδρευομένων *inter lætantes. Quod ſi haurire eſt concinere, nil mirum ſi fons vnde concinentes hauriūt: ſit ipſum præcentoris carmen quod repetunt haurientes.*

Carmina cum aqua iungebat, nectebat Pſalmos fluentis ſanctus Orientius de quo legitur in aqua ſtantem conſueuiſſe pſalterium quotidie recitare: ſic enim in eius actis habetur lib. 4. in Vitis Patrum Occidentis: *Omni die ſemel dicebat pſalterium manens in* AQVA FRIGIDA *vſque ad vmbilicum.*

Pſalterium in aqua ſtans quidam canebat.
Act.

Calidâ aquâ hydraulica organa ſonum edidiſſe indicant hæc verba, quæ habet Vuillielmus Malmesburienſis, lib. 2. de Geſtis Regum Anglorum vbi de Gelberto loquens ait: *Extant apud illam Eccleſiam doctrinæ ipſius documenta,* HOROLOGIVM, *arte mechanicâ compoſitum, organa hydraulica, vbi mirum in modum per* AQVÆ CALEFACTÆ *violentiam ventus emergens implet concauitatem barbyti, & per multiforatiles tranſitus æreæ fiſtulæ modulatos clamores emittunt.* 842.

Calidâ aquâ modulatus ſonus qui emiſſus.
Vuillelm.

Noſtro quoque æuo huc ars euaſit, vt organa aquarum impetu pulſentur, gratiſſimumque, & varium ſonum edant ſolo aquarum vſu, abſque alio follium ſpiritum attrahentium motu.

Organa muſica aquis pulſata.

Laudem vt hoc quoque hic adiiciam à ſuperioribus non adeò diſſitam citharæ auxilio decantatam ſi quis aquæ comparauerit, exemplum habebit in Pindaro od. 4. qui ait: *Neque* CALIDA AQVA *tantum mollia efficit membra, quantum laus cithara comes*; quæ non ſemel earum mentem flexit, quod aliud non potuerat.

Laus citharā decantata aquæ comparata.
Pind.

Et quia nuptiales, fœmineæque aquæ huc nos duxerunt, vt etiam de carminibus, de cantoribus, ſub aquarum metaphora ageremus: noto fuiſſe olim in vſu velum inter populum, & pſallentes interponere, ne luxuriæ aqui pollueꝛentur viſu liberiore: Meminit huius ritus Petrus Bleſenſis ſerm. 11. in quadrag. dum ait: *Interponitur* VELVM INTER PSALLANTAS, *& populum, alterius quidem, & maioris gratia ſignificationis, ſed ad hoc tamen, vt laſciuiam tollat oculorum, & licentiam, per quorum feneſtras mors luxuriæ crebrius ſolet introire;* vt cantus occaſio luctus fiat, dum plangenda in cantu admittuntur.

Velum olim interiectum, inter pſallentes, & populū ne luxuriæ aquis polluerentur.
Pet. Bleſ.

CAPVT LXXXVI.

De mari quædam chartis illinuntur.

Oceani ſimulachrum *vt à quibuſdam populis coleretur.*

Mare fluminum aquas, vt hoſpites *recipit.*

Mare Dei iuſſa *reuerens exequitur.*

Luſus *in eum qui naufragium ſubierat.*

Mare *virgâ diuiſit Moſes, ſine virga domat Chriſtus.*

Mundo mori *debemus ne nos mundus mergat.*

Maris fides *infamis.*

Mare in theatro *repraſentabant.*

Labium maris, *maris littus.*

Amara maris aqua *Crucis ſigno dulcis effecta.*

Aquam in mari quærere *quis dicatur.*

De mari *agros adlambente pulchrum dictum.*

Pedem dextrum ſuper mare *quinam ponant.*

Maria perpeti ſine reſpiratione *diſcebant.*

Ex imbre in mare, *Prouerbium.*

Mare animantia referunt, *dum reſpirant.*

843. CVm aquæ omnes, omnia flumina currant ad mare, cur non current nuptiales aquæ, nuptiales fontes, nuptialia fluenta? fluunt, & citatiſſimè, ſecum & calamum trahūt: de mari igitur aliqua hic afferemus, quia feſtimus ad mare, ita tamen vt in rei tā vaſtæ tractatione non ſim multus, ſed paucis rem expediam, quæ latis terminis ambitur, in huius voluminis paginis maris volumina cogentur.

Oceani ſimulachrum vt à quibuſdam populis coleretur.
Alex. Gerald.

Quale Oceani ſimulachrum eſſet; quique à Naſaabeæ Vrbis populo coleretur docet his verbis Alexander Geraldinus in ſuo itinerario ad Regiones ſub Æquinoctiali plaga conſtitutas lib. 9. *Per maiora omnia, & minora patriæ templa nobile magni* DEI OCEANI SIMVLACRVM *in primo altari tenent, & hoc ſolum numen colunt quod dextera nauem velis retentam, ſiniſtra tridentem manu elatum tenet, ſtellam vero, qua puppes reguntur; & lunam fronte bicorni aduncam ante ſe habet; omni quoque nouilunio per eam vrbem redeunte pueri, & puellæ cum longo ordine ad loca magno Deo Oceano ſacra pergunt, orantes altis vocibus, vt nubes grandi aquarum multitudine compleat, quæ radiantia Phœbi lumina operiant, totam planè gentem à nimio calore recreent, & pluuias toti patriæ ſalubres emittant; reliqui ſenes, & iuuenes, etiam magna ad templum religione tendunt: Cum vero ipſi Pontifices celebrant, quod quinquies in anno ſolemni patriæ tempore faciunt, cum primaria templa tantam Ciuium multitudinem non capiant, per altiſſima templorum foria ſacris operantur, quo ſenes, & iuuenes, pueri, & puellæ cum pietate minimè credenda ad numen pelagi concurrunt: nocte qualibet concubia ſinguli è ſtrato ſurgunt, crimina in luce commiſſa cum grandi gemitu, cum duro ſingultu, cum multis lacrymis ipſi magno Oceani Deo fatentur, Sacerdotes nulla connubia ineunt, in continua caſtitate viuunt, decies nocte, & die per ſpatia à ſacris Pontificibus conſtituta pro tota gente orant, omnia à populo diſſidia, omnia a tota regione odia tollunt: Vrbem totam, & finitima vbique oppida in pace tenent.*

844.
Mare fluminum aquas, vt hoſpites recipit.
Cæſar.

Mare euomens aquas, eaſque iterum velut hoſpites recipiens ſic efferebat Cæſarius Dial. 1. *Pulchrum ſpectaculum mare albicans, cum ipſum conſtans tenet tranquillitas. Pulchrum quoque, quod cum* FLVMINVM SIT MATER, *ipſum eadem rurſus ſuſcipit, tunc quidem quaſi in lucem proferens, illinc verò recipiens* QVASI HOSPITES.

Mare Dei iuſſa reuerēs expedit.
Baſil. Seleuc.

Mare vix littus attingit, cum reuertitur Dei iuſſa reuerens, quibus vltra progredi ei non licet; diceres. Dei vocem littori impreſſam acceſſu maris coli, Deum regreſſu adorari, Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 1. ita loquitur: *Fertur* MARE QVIDEM FLVCTIBVS *alte elatum, vbi verò terminos attigerit, reuertit, refugitque, & Domini vocem litteribus inſcriptam cum intuitum fuerit, curuatis fluctibus termini poſitorem adorat:*

Luſus in eum qui naufragium ſubierat.

In eum qui per mare merces vehens facto naufragio eas amittit ita ludebat non nemo:

Per MARE *pauperiem fugiens ſum factus egenus:*
Inſtabilis ſtabilem non facit VNDA *ſtatum.*

845.
Mare virga diuiſit Moſes, ſine virga domat Chriſtus.
S. Procl.

Mare diuiſit Moſes, ſed virgam exercuit, quâ fluctus percuſſit, Chriſtus commotas vndas imperio compeſcuit, non vſus virga, non verbere: ſanctus Proclus ſerm. de transfig. Petrum alloquens aiebat: *Moyſes aliquando iratus eſt, & baculo percutiens* MARE *diuiſit, tuus verò magiſter Deus* SVPER MARE *ambulans tibi Petro profundum peruium fecit*; humana poteſtas à diuina diuerſam ſe exhibet, in diuina lenitas elucet, in humana rigor, & aſperitas.

Mundo mori debemus ne nos mundus mergat.

Mundo mori debemus ne nos mundus recipiat, ſed vt eiiciat, ſicut mare corpora vitâ functa; Pulchrè ille: *Eum qui mortuus, mundus non patietur,* PELAGVS *eſt mundana vita, mortuos mare non ſuſtinet, ſed intra triduum eiicit.*

Maris Fides infamis.
Tertul.

Maris fidem infamem appellauit Tertullianus lib. de pallio. cap. 2. *Sic &* MARIS FIDES INFAMIS, *dum & flabris aquæ mutantibus de tranquillo probum de fluſtris temperatum, & extemplo de decumanis inquiebat.*

Mare in theatro repraſentabant
S. Auguſt.

Mare in theatro olim repræſentabant; feſtiuè ſanctus Auguſtinus in Pſal. 81. *Cras illi habent, vt audiuimus, mare in theatro, nos habemus portum in Chriſto.*

Labium maris, maris littus.
S. Auguſt.

Labium maris, maris littus intelligi non eſt dubium. Sanctus Auguſtinus lib. 7. locut. de iudic. *Et ſicut arena, quæ eſt ad* LABIVM MARIS: *Hæc tranſlatio vbi labium maris poſuit pro littore, aſſidua eſt in ſcripturis, ſed rara eſt in Latinis codicibus, quia plerique littus interpretati ſunt, magis quid ſignificet labium volentes ponere, quàm ipſum labium.*

846.
Amara maris aqua Crucis ſigno dulcis effecta.
Ioan. Moſch.

Maris aquam amaram ſigno Crucis dulcem effectam accepimus, rem his verbis narrat Ioannes Moſchus cap. 173. *Anachoreta quidam erat in partibus Iordanis nomine Theodorus, eunuchus, Hic neceſſitate quadam compulſus eſt, Conſtantinopolim pergere, ingreſſúſque eſt nauem. Cum verò nauis diutius detineretur* IN PELAGO, DEFECIT AQVA, *erántque Nautæ, & vectores in magna anxietate, & deſperatione. Surgens autem Anachoreta, & expandens in cœlum manus ſuas ad Deum, qui ſaluat de morte animas noſtras, facta oratione, ſignauit* MARE SIGNO CRVCIS, *& ait Nautis: Benedictus Dominus, haurite quantum aqua opus habetis. Impleueruntque omnia vaſa ſua de mari aqua dulci, & omnes glorificauerunt Deum.*

Aquam in mari quærere quis dicatur,
Polit.

Aquam in mari prouerbiali ſchemate quærere dicitur, qui illud in re aliqua inueſtigat, quo refertiſſima eſt: Pulchrè Politianus.

Innumera tibi ſunt Mabili in Carmine menda
Atque vbi ſint quæris, per MARE QVÆRIS AQVAM.

De mari agros adlambente pulchrū dictum.
Plut.

De mari agros adlambente pulchrum extat Catonis dictum apud Plutarchum in eius vita: *Quendam*, inquit, *qui agros paternos* MARINOS *venumdederat, monſtrans, demirari ſimulabat tanquam pelago validiorem. Quæ enim illud ægrè* LAMBIT, *hic facilè (inquit) deuorauit.*

Pedem dextrum ſuper mare quinam ponant.
Apoc. 19.

Aquam maréque illi referunt, qui facilè in peccata labuntur, quibus auxilium admouendum, & omni conatu ſuccurrendum, hinc Angelus ille Apocal. 19. *Poſuit pedem ſuum dextrum, ſuper*

ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram : Iure pes dexter ſuper mare poſitus, vt ibi maior, firmiorque virtus adhiberetur, vbi & maior indigentia, & lapſus ad peccata facilior; ſcitè ſanctus Anſelmus: *Poſuit pedem ſuum prædicatores, dextrum, firmiores* SVPER MARE, *id eſt ſuper fluxiores in peccatis, ſiniſtrum autem, id eſt minus firmos ſuper terram, ſuper eos, qui aliquantulum deficiebant, etſi non perfectè.*

S. Anſelm.

847. Quoſdam didiciſſe ſpiritum ita comprimere, & maria ſine reſpiratione perpeti affirmat Seneca lib. 2. de ira. *Didicerunt*, inquit, *alij tenuiſſimis, & aduerſis finibus currere & ingentia, vixque humanis toleranda viribus onera portare, & in immenſam* ALTITVDINEM MERGI, *ac ſine vlla reſpirandi vice* PERPETI MARIA.

Maria perpeti ſine reſpiratione diſcebant.
Senec.

Prouerbiale illud eſt; *ex* IMBRE *in* MARE: ſubintelligo ferri, inſtare, incidere, aut quid ſimile, vſurpabitur quoties quis à minori diſcrimine in maius fertur, à minori ruina in maiorem, à minori damno in maius; Euſtachius de Iſmenis, & Iſmenes amoribus lib. 8. *Nos illud læti fugientes acerbiſſimam in ſeruitutem incidimus, vtque iactari ſolet ex fumo in ignem, ex* IMBRE IN MARE.

Ex imbre in mare Prouerbium.
Euſtachius.

Mare ſuo fluxu animantia referre, dum ſpiritum emittunt, & retrahunt, explicat hiſce verbis Cœlius Rodiginus lib. 16. lect. antiq. cap. 17. *Illud nequaquam tranſmittendum videtur, eſſe* MARE ANIMANTIBVS PERSIMILE. *Siquidem vt illa reciprocatione perpeti, nunc vitalem efflant ſpiritum, nunc reuocant, ſic & mare viciſſitudine perpetuo in ſe, & ex ſe recurrenti agitatione quadam, & præcipuè mira modo profertur, modo refertur, reſilitque. Id vero perſtanti in littore, contemplantique palam facit fluctuantis aquæ commotio. Pariter enim pedes diluit ſeſe porrigens vnda, remuddatque velut refugiens, aſſiletque mox irrequieto motu appetendo, ſemperque relinquat, rurſumque relinquendo quæ appetat. Hinc illa indeficiens alienorum eiectatio, algæ in littus profuſæ argumento:* Toties homo inſtabilitatis ſuæ ſui, fluxus mouetur, quoties ſpiritum exhalat, ſpiritum trahit.

Mare animantia referens dum reſpirent.
Cælius Rod.

CAPVT LXXXVII.

Mare ſanctificatum cur dictum; ad ſanctitatem, vt vrgeat mare, & ſanctitatis exhibeat monita.

Quodnam mare ſanctificatum *ſit dictum, & cur.*

Nautarum pietas *dum* mare ſanctificatum *tranſirent.*

Mare fidei ſcholam *reddidit* Chriſtus.

Timere in maris fluctibus *non debent, qui ſecum* Chriſtum *habent.*

Dei timor *plus in nobis poſſit, quam* maris.

Maris exemplo à tepore, *&* negligentià *in Dei obſequio auocamur.*

Qui huius mundi *mare nauigat, Spiritus ſancti ſydus ſpectet.*

Obedientia *peritus nauclerus in huius vitæ nauigatione.*

Sine duce *nemo in ſpiritali vita* nauiger.

In huius vitæ fluctibus *ſæpe ad ſanctorum Martyrum ſolemnitates veluti ad portum appellendum.*

In mundi mare portus *eſt clauſtrum.*

Bonus portus *Dei Miſericordia.*

Spei anchora *neceſſaria in mundi nauigatione.*

Mare ſanctificatum *Euangelium, quod intraturus carnis littus relinquere debet.*

848. MAre ſanctificatum dictum obſeruo, illud ſcilicet in quod coniectus vnus ex dominicis clauis perhibetur, quod ingredientes ieiuniis, & orationibus, pſalmorúmque concentui vacabant, id quod his verbis refert B. Gregorius Turonenſis lib. 1. miraculorum cap. 6. *Eo tempore Adriaticum mare, magnis fluctibus mouebatur, in quo tam frequentia erant naufragia, ac demerſio hominum, vt vorago nauigantium diceretur. Tunc prouida regina, condolens excidia miſerorum, vnum ex quatuor clauis deponi iubet in pelagus, confiſa de Domini miſericordia, quod ſæuas fluctuum commotiones facilè poſſet opprimere, quo facto redditur mare quietum, tranquillaque deincept nauigantibus flabra præſtantur, vnde vſque hodie* NAVTÆ SANCTIFICATVM MARE VENERANTVR, *cum ingreſſi fuerint, ieiuniis orationibuſque, & pſallentio vacant* : habes mare ſanctificatum, habes & appellationis huius cauſam, piorúmque nautarum, piorúmque pietatem, ieiuniis, Pſalmis, & orationibus illud tranſeuntium: feliciter nauigat, qui hiſce pietatis velis per mare iter facit: ſed quia hic ſumus alia etiam adiiciamus, quibus & ſanctificari nauigatio poteſt, & per huius ſæculi mare nauigantes ad ſanctitatis portum ferri.

Quodnã mare ſanctificatum ſit dictũ, & cur.
B. Greg. Tur.

Nautarum pietas dum mare ſanctificatum tranſirent.

849. Mare vt fidei ſcholam fecerit Chriſtus, cum nauis in medio maris fluctuaret, timore corriperentur Diſcipuli: Matth. 8. ſic explicat Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 22. vbi inclamat: *O Domini ſapientia, ô Magiſtri Edictum! Excinit mare:* FIDEI SHOLAM FECIT MARE. *Et quod diſcipulis ab iſta trepidatione lucrum? Et mirabantur, inquit, diſcipuli dicentes: Qualis eſt hic? Quia venti, & mare obediunt ei. Quibus ex rebus conterriti fuerunt, docti euaſerunt.*

Mare fidei ſcholam reddidit Chriſtus.
Baſil. Seleuc.

De aquarum fluctibus adiici hic poteſt, quod dixiſſe timenti nauclero fertur C. Cæſar: rem his verbis Plutarchus refert in eius vita. *Ex aſtu* MARIS, *&* FLVCTVS *occurſu efferatus, aſperatiſque fluminis, ſimul ingenti fragore, grauibuſque retrò inhibitus verticibus, ſuperari à gubernatore nulla ratione potuit: ita conuertere nauem nautæ, vt remaneret, iuſſit. Id Cæſar intelligens, qui ſit, aperit gubernatori, apprehensáque manu eius ad aſpectum ſuum obſtupefacti, Perge, age, inquit, audacter, nec quicquam time. Cæſarem vehis, vnaque Cæſaris fortunam. Ita tempeſtati nautæ obliti, ac remis incumbentes inſtitêre magna alacritate vrgere flumen. Vbi vero nequicquam fatigauerunt ſe, atque multa accepta aqua periculum ſubiit Cæſar in oſtio, permiſit perquam inuitus gubernatori recipere curſum:* timere Apoſtoli non debebant, nec nautæ cum non Cæſarem veherent, ſed Deum.

Timere in maris fluctibus non debent, qui ſecum Chriſtũ habent.

850. Dei amore terrena omnia contemnenda ſunt, Dei timore omnia reiicienda: in nobis plus maris timor poſſit, quàm timor Dei: merces

Dei timor plus in nobis poſſit, quam maris.

ces in mare mercatores abiiciunt, maris fluctuantis timore perculſi, cur non idem præſtetur ſupremi iudicis metu? rem in hunc modum vrget ſanctus Nilus in aſceticis: *Cur idem non poteſt* DEI TIMOR, *quod poteſt* TIMOR MARIS? *illi caduca vitæ cupiditate aliarum rerum iacturam leuem putant; nos qui ad vitam æternam aſpiramus nihil quamuis obiectu concernimus, ſed malumus ſimul cum onere perire, quam illo proiecto ſaluari.*

S. Nilus.

Maris exemplo à negligentia in Dei obſequio auocamur. B. Laur. Iuſt. Apoc. 3.

Maris exemplo à tepiditate, & negligentia, in Dei obſequio ita nos auocabat B. Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap 7: *Eſt diſciplina cœleſtis velut mare. In eo nihil niſi viuat, perſeuerare poteſt, omne enim* MORTVVM ET IMMVNDVM AD LITTORA PROIICIT. *Hinc eſt, quod in Apocalypſi dicitur. Vtinam frigidus, aut calidus eſſes, ſed quia tepidus es, & nec frigidus, neque calidus, incipiam te euomere ex ore meo.*

Qui huius mundi mare nauigat Spiritum ſanctū ſydus ſpectet. S. Anſelm.

Qui mundi huius mare nauigat, ſydus, ne aberret, ſpectet ſcilicet Spiritum ſāctum, qui & ſtellæ munus exercet, exercet & portus, illum alloquitur in hunc modum ſanctus Anſelmus in alloquiis cœleſtibus num. 19. *Veni mundator ſcelerum, veni* NAVIGANTIVM SYDVS *naufragij portus, veni ſanctiſſime Spiritus, veni & miſerere mei, apta me tibi.*

Obedientia peritus nauclerus in huius vitæ nauigatione. B. Laur. Iuſt.

851. In huius vitæ pelago neceſſaria tanquam peritus quidam gubernator, qui animæ nauem regat, obedientia eſt, vt euidenti ſe diſcrimini committat, qui hac deſtitutus ſe mari, vndiſque committit: id quod in hunc modum explicabat Beatus Laurentius Iuſtinianus, tract. de obedientia cap. 5. *Sicut ſine duce non confiditur de victoria, & ſine* GVBERNATORE *non peruenitur ad portum; ita & abſque obedientia impoſſibile eſt in huius vitæ pelago non periclitari.*

Sine duce nemo in ſpirituali vitæ nauiget. Idem.

In ſpirituali vitæ ſpiritalis pelago ſine duce nemo nauiget, nemo ſuis ſe credat viribus, ſuæ ſe prudentiæ committat, ne infelix ſubeat naufragium: Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba de diſcipli. monaſt. conuerſat. cap. 7. *Nemo ſine gubernatore* PELAGVS NAVIGARE *præſumit, & hoc ſpirituale mare magnis ſcopulis plenum, procellis & tempeſtatibus agitatum: in quo draco ingens & ſæuus ad illudendum poſitus eſt, confidet Dei ſeruus vadare ſecurus? Naufragio & morti propinquus eſt, qui hoc agere cogitat.*

In huius vitæ fluctibus ſæpe ad ſanctorum Martyrum ſolemnitates veluti ad portum appellendum. S. Chryſoſt.

852. In huius vitæ mari qui fluctibus agitur frequenter in portum ſe recipiat, ne mergatur, portus ſunt ſanctorum Martyrum ſolemnitates, quæ frequenter celebrantur, vt habeat qui fluctuat quà mentis ſuæ ratem appellat; rem opportunè verſat ſanctus Chryſoſtomus ſerm. 20. in dictum Apoſtoli: nolumus vos ignorare, vbi ita loquitur: NAVTÆ *eam maris partem magis amant quæ frequentibus inſulis & portubus diuiſa eſt. Mare enim vbi portu caret, etiam ſi placidum ſit, nauigantibus multum timorem incutit: vbi autem portus & littora vndequaque obuia fuerint, ibi valdè ſecurè* NAVIGATVR, *etiam ſi mare tempeſtatibus ſæuiat. Facilè tamen, & breui ab vrgentibus malis liberè poſſunt, cum non longè abſit refugium: & eapropter non ſolum quando prope portum nauigant, ſed & ſi multum abſint, ingentem ab aſpectu conſolationem accipiunt. Non enim vulgariter illorum animas recreare ſolent, etiam ea quæ procul videntur: vel vertices montium, exurgens fumus, & ouium greges in montibus paſcentes. Verum, vbi portum ingrediuntur plena tunc perfruuntur lætitia, tunc & laborem remittunt, & corpora mirè exaſperata, potabilibus oblectant aquis: egreſſique in littus, & nudis per terram ambulantes corporibus, omne nauticum tædium deponunt. Sicut autem illi hanc potiſſimum maris amplexantur partem, ob frequentes, & continuas refocillationes: ſic & ego hanc anni partem præcipuè amo. Non quod liberati ſumus hyeme, neque quod æſtate perfruimur, blandè afflante Zephyro: ſed quia crebri nos excipiunt ſpirituales portus, feſti inquam ſanctorum Martyrum dies. Non enim portus tam idonei ſunt, ad refocillandos nautas, quàm recreantur fideles ſanctorum ſolemnitatibus: Nautas quidam littora liberant ab inundatione, multóque impetu marinorum fluctuum: ſanctorum autem memoria fideles ad Martyrum feſta confluentes, erigit à malignis ſpiritibus, immundiſque, ac abſurdis cogitationibus, magna animabus eorum reddita tranquillitate. Et ſi quis vel ex publicis, vel ex priuatis negotiis mœrore obrutus adueniat: ſtatim omni eo depoſito, & leuior, & placidior abit.*

853. Portus in huius mundi mari clauſtrum eſt, quò ſe perfectioris vitæ amore conferunt plerique; ſed hic quoque cauendum ne noxiæ ſecuritatis ſpe leuati naufragium in portu ſubeamus. Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba de diſciplina monaſticæ conuerſationis cap. 14. *Non putes te eſſe ſecurum, quia ad Monaſterium confugiſti. Quid, (oro te) prodeſt* ÆQVORIS EVASISSE PROCELLAS, MARISQVE *pertranſiſſe pericula, & in portu præ negligentia periclitari? Multi namque pereunt ſecuritate. Pericula quippe hominem (vt plurimum) circumſpectum, vigilantem, ſollicitum, & robuſtum faciunt: ſecuritas verò dormitantem, lentum, imprudentem, & remiſſum.*

In mundi mari portus eſt clauſtrum. B. Laur. Iuſt.

Bonus portus Dei miſericordia. S. Cæſar.

Bonus portus Dei miſericordia eſt, ad quem appellere inter mundi huius procellas debemus; opportunè ſanctus Cæſarius de dilectione parentum hom. 21. *Fratres, quia pro iſta fragilitate carnali multis peccatis tanquam circumvolantibus muſcis aſſiduè inquietamur, ad* PORTVM *miſericordiæ Dei inter* PROCELLAS, *& tempeſtates mundi iſtius feſtinemus.*

854. Per hoc mundi mare nauigaturus ſpei anchora non deſtituatur, quæ contra tentationum fluctus neceſſaria eſt, ita Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de ſpe. cap 2. *Spes, inquit, eſt anchora animæ eam ſeruans, ne* PROCELLIS TENTATIONVM *irrumpatur: igitur ſi te videris* FLVCTVARE IN MARI ISTO *noli diuelli ab hac anchora, antequam intres portum.*

Spei anchora neceſſaria in mundi nauigatione. B. Laur. Iuſt.

Mare ſanctificatum Euangelium, quod intrantes carnis littus relinquere debet. S. Pet. Chryſ.

Denique mare verè ſanctum, ſanctum Euangelium eſt, quod qui intrat à carnis ſuæ littore abire debet, carnis ſenſum relinquere. Feſtiuè ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 168. *Sicut* PROFVNDA MARIS INGREDI, *& liquentis viæ calles inuios tranſmeare, artifex viator inuenit: ita de Dei dictis aliquid audire, & ad diuini ſenſus penetrare ſecretum dedit, & docuit lex diuina. Hinc eſt quod ratem noſtræ mentis carnis à littore ſoluentes in pelagus Euangelici ſermonis intramus, credentes quod flante Spiritu ſancto cœleſtis intelligentiæ perueniamus ad portum.* Feliciter nauigat, & ſecurius qui longè à carnis littore nauigat, ratem in altum ducit, vt carnem, ſenſúmque non ſapiat.

* * *

EXCVRSVS LXX.

De mari vitæ huius rerumque terrenarum fluctibus, & procellis.

Fluctibus *homo expoſitus vt agger.*
Mare *ſecularium mentes.*
Maris fluctibus *agitur qui in hac vita.*
Carnale cor iratum mare *vt referat.*
Mare *ſeculum iſtud, piſces homines ſunt.*
Mundus mari *comparatus.*
Mens hominis mare *cogitationum fluctibus actum.*
Humanarum rerum inconſtantia mari *ſignificata.*
Timor Dei *huius mundi* mare *calcabile exhibet.*
Mundi æſtus *& tempeſtates.*
Amatores ſuos vorat *&* abſorbet *mundi mare.*
Vtile ex mari *monitum de reprimenda nimia curioſitate.*
Vicinus naufragio *qui mortale hoc corpus circumfert.*
In mundi mari *quàm ingentes fluctus quæ charybdides, quæ ſirenæ.*
Mundi mare *ſine tranquillitate.*
Piratis *non caret mundi* mare.
Plumbeo *peccatorum pondere non ſit* grauis, *qui vitæ huius* mare *nauigat.*
Curia fluctus.
Sæuientis mundi fluctus *Deus comprimit.*
Mare *huius ſæculi amaritudo.*
Naui ſine remis *ſimilis qui inter mundi huius pericula.*
Sæua timendaque procella *calumnia eſt.*
In huius vitæ procellis *virtutis auxilium.*

855. *Fluctibus homo expoſitus vt agger. Gorop.* FLuctibus expoſitus homo eſt, dum eſt: non adeò proprium eſt aggeris ab vndis fluminis verberari, quàm hominis aduerſis percelli; Quid? quod nomen ipſum Adami huc nos vocat, hoc altè inclamat, licet ſileat: nequeo hic Goropij Becani acumen præterire, qui lib. 4. Hermothænæ: DAM *agger eſt, à* TAM *quod eſt domabam, eo quod* IMPETVS FLVCTVVM *inundantis maris aggere doment. Nulla elegantior comparatio inueniri queat, quàm ſi hominem dicas perpetuis tentationum procellis, veluti aggerem quendam fluctibus aſſiduo impetu tundentibus obiectum eſſe*; Sic ille de voce *Adam* philoſophatur, aliaque plura adducit, quæ videri apud ipſum poſſunt.

Mare ſecularium mentes. S. Gregor. Mare ſecularium mentes æſtibus, fluctibúſque ſignificari cenſebat ſanctus Gregorius lib. 18. moral. cap. 25. dum ait. *Quid* MARIS NOMINE, *niſi ſecularium mentium amara inquietudo ſignatur, quæ dum ſe viciſſim inimicitiis impetunt quaſi aduerſantes ſe vndæ collidunt.*

Maris fluctibus agitur qui in hac vita. B. Laur. Iuſt. Maris fluctibus agimur dum ſumus in hac vita, ſolus Chriſtus ſtat in littore, de huius maris diſcriminibus ita diſſerit ſanctus Laurentius Iuſtinianus lib. de triumphali Chriſti agone, cap. 27. *Quis in carne degens, non tentationibus agitetur, atteratur infirmitatibus; & doloribus fatigetur? Preſſuris repleta, fraudibus, periculis, & variis pœnarum generibus exaggerata præſens hæc vita eſſe comprobatur. In ipſa ſuperbia inflat, cupiditates accendunt, proſperitates ad laſciuiam prouocant, alienus ſucceſſus inuidiæ liuore perurit, deuaſtat ira, odia conturbant, libido dominatur, blanditur gula, triſtitia conſumit, proſternit otium, detractiones necant, diſſoluunt ioca, gloria inanis attollit, popularis fauor decipit, inopinati caſus feriunt, & ad extremum mors furibunda intercipit. In hoc procelloſo mari, ò quàm ſæpè flante ſecundo vento repentè tempeſtates inſurgunt, aperiuntur abyſſi,* NAVTÆQVE PERICLITANTVR IN VNDIS; *& qui in portus tranquillitatem arbitrabantur intrare, beluis marinis traduntur in eſum, non eſt in hoc pelago magno, & ſpatioſo, in quo ſunt reptilia, & animalia puſilla, atque ingentia ſine numero,* NAVIGATIO TVTA.

856. *Carnale cor iratum mare vt referat. Vgo. Vict.* Quî carnale cor iratum, tumidum mare referat, explicat in hunc modum Vgo Victorinus in 2. de Clauſtro animæ cap. 10. *Eſt autẽ* MARE, *cor tumidum, cor carnale. In hoc autem mari ſurgunt vndæ, impetus videlicet iræ, incurſus luxuriæ, vorago gulæ, ventus turbinis, id eſt turbatio commotæ mentis.*

Mare ſeculũ iſtud, piſces homines ſunt. S. Auguſt. Mare ſeculum iſtud eſt, & piſces homines ſunt, & piſces illi referunt, qui alios deuorant; hinc illud S. Auguſtini in Pſal. 64. MARE *in figura dicitur ſeculum hoc, ſalſitate amarum, procellis turbulentum vbi homines cupiditatibus peruerſis, & prauis facti ſunt velut piſces inuicem ſe deuorantes.*

Mundus mari comparatus. Scitè ille mundum mari comparabat:

Mundum MARE ESSE *qui negas, fluxus vide*
Et mox refluxus, huius atque huius pares.

Mens hominis mare cogitationum fluctibus actum. S. Gregor. Mens hominis mare quoddam eſt, variis variarum cogitationum fluctibus actum; de hoc mari hæc habet ſanctus Gregorius lib. 12. moral. c. 4. MARE MENS HOMINIS, *& quaſi fluctus maris ſunt cogitationes mentis, quæ aliquando per iram tumeſcunt, per gratiam tranquillæ fiunt, per odium cum amaritudine defluunt. Sed cùm homo moritur, aquæ maris recedunt, quia iuxta Pſalmiſtæ vocem: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.*

857. *Humanarum rerum inconſtantia mari ſignificata. S. Iſid. Peluſ.* Humanarum rerum inconſtantiam, & inſtabilitatem maris nomine ſignificare ſacræ litteræ ſolent. Sanctus Iſidorus Peluſ. lib. 1. epiſt. 183. explicans quinam ſint; *Qui faciunt operationem in aquis multis*; ait; *Quoniam non ſecus ac* FLVCTVVM *inſultus, humanæ res intumeſcunt, ac viciſſim ſedantur, earum inconſtantiam diuina Oracula haud abs re maris nomine appellarunt. Qui autem hoc mare tranquillum reddiderunt, in aquis multis operationem feciſſe dicti ſunt.*

Timor Dei huius mundi mare calcabile exhibet. B. Laur. Iuſt. Mare mundi huius calcabile exhibet, & conſolidat Dei timor. Deum time, & per huius maris fluctus tutus ambulabis: Scitè ſanctus Laurentius Iuſtinianus, lib. de ligno vitæ, de Timore cap. 2. in calce: *Ipſe* TIMOR *riuos concupiſcentiarum reſtringit, reptilia vitiorum de terra corporis humani exterminat, mare mundi huius conſolidat, vt ſuper illud ambulare quis poſſit.*

Mundi æſtus & tempeſtates. Ioan. Tol. cap. 3. De mundi æſtubus, & tempeſtatibus, ita quidam auctor diſſerebat: *Mundus ipſe quantus quantus eſt, quid aliud eſt, quàm æſtuarium quoddam alternis incrementis, ac decrementis reciprocum? Æſtuarium dico? imò vaſtum* QVODDAM PELAGVS,

gvs, nunc fluctibus intumeſcens, nunc malitiâ torpens, nunc ventis contrariis, atque inter ſe tumultuantibus, infeſtum: nec eâ tantum parte, quam inexplebilis hominum cupiditas nauibus peruiam fecit, procellis agitatur, atrocioribus etiam quâ parte habitabilis eſt, adque adeo in ipſis Regnorum, rerumque publicarum viſceribus, tempeſtates excitat.

858. *Amatores ſuos vorat & abſorbet mũdi mare.* S. Auguſt. Pſal. 9. 3.

Vorat amatores ſuos ſæculi mare, & abſorbet; calcandum eſt ne nos mergat, & abſorbeat; De ſancto Petro hæc legimus Matth. 14. 53. *Videns ventum validum timuit: & cùm cœpiſſet mergi, exclamauit; Domine, Pereo, libera me;* ita legit ſanctus Auguſtinus ſerm. 13. de verbis Domini; & ſubdit: *Præſumpſit de Domino, dubitauit de Domino: Titubauit vt homo, rediit ad Dominum. Si dicebam: motus eſt pes meus, Pſalmus loquitur. Sancti Cantici vox eſt; & ſi agnoſcamus, & noſtra; imò ſi velimus, noſtra eſt. Quare motus, niſi quia meus? Miſericordia tua, Domine, adiuuabat me, non virtus mea. Continuò porrigens adiutorium dexteræ ſuæ, leuauit* MERGENTEM, *increpauit diffidentem: Modicæ fidei, quare dubitaſti? De me præſumpſiſti, de me dubitaſti.* ATTENDITE; SECVLVM QVASI MARE, *ventus validus, & magna tempeſtas. Vnicuique ſua cupiditas tempeſtas eſt. Amas Deum? ambulas ſuper mare: ſub pedibus tuis eſt tumor ſeculi. Amas ſeculum? abſorbebit te. Amatores ſuos vorare nouit, non portare. Sed cùm fluctuat cupiditate cor tuum, vt vincas tuam cupiditatem, inuoca Domini Diuinitatem,* DISCE CALCARE SECVLVM; *Memento fidere in Domino.*

Vtile ex mari monitum de reprimenda nimia curioſitate. Fr. Ægid.

Ad mare ſpectat, ſumptum ex mari monitum, quo Frater Ægidius quemdam multa de inſcrutabili prædeſtinationis myſterio requirentem repercuſſit his verbis; *Sufficit* RIPA MARIS *ad lauandum pedes, manus, & totum corpus; ſtultus eſt qui altum petit. ſufficit ſcientia benè beatèque viuendi.*

859. *Vicinus naufragio qui mortale hoc corpus circumfert:* S. Greg. Naz.

Vicinus naufragio eſt, qui mortale hoc corpus circumfert, non ſecus ac ille qui mare nauigat: hac mente aiebat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. de pauperum amore. *Quiſquis* NAVIGAT, NAVFRAGIO PROPINQVVS EST, *eòque magis quò audacius nauigat: eodem modo quiſquis corpore conueſtitus eſt, corporis malis propinquus eſt, eoque magis quo rectior incedit, nec eos qui ante ſe iacent intuetur.*

In mũdi mari quam ingētes fluctus, quæ charybdides, quæ Sirenes. Io. Fel.

Minora à maris fluctibus pericula timeas, pauciora ab vndarum voraginibus diſcrimina, quàm à mundo, mundique amore, mundaniſque voluptatibus: non deſunt in hoc mari ſui fluctus; non deſunt ſuæ charybdides, non Sirenes, non ſcyllæ: qui ſapit ab biſce diſcriminibus mentis ſuæ ratem auocabit. Feſtiuè ille, & verè hanc metaphoram verſans à mundi periculis exprimebat, & ab illis ſubducere lectorem ſuum ſtudebat hiſce carminibus.

Qualiter eliſa iactatus fragmine puppis.
Per freta, per SCOPVLOS, *per vada merſa ſalo,*
Littore Trinacriæ fato ſubductus, & expes
Inſtitor, heu, ſparſas æquore plangit opes.
Et modo perfidia ventos accuſat, & vndas,
Et modò culpatis flet ſua damna Notis:
Sic ego iactatus mundi per mille pericla
Ludibrium Boreæ, ludibriumque ſali
MERSVS, *&* EMERSVS, *poſt luctiſonos ſingultus*
Ingemino, voces quà ſinit ire dolor:
Nulla fides pelago, nec merces vlla periclis:
NVLLA FIDES PELAGO, *nauita, parce rati,*
Parce rati, neque te ridens irrideat æquor,
Cui Zephyrus placidis leuis oberrat aquis.
Blanda licet leuibus criſpentur terga flabellis,
Aut ſpeculi referant æquora ſtrata vices.
Sub placido decumi celantur marmore fluctus,
Sub Zephyro Boreæ ſpumea bella latent.
Heu! quota fluctiuomis pila ludicra voluitur Auſtris
Cymbula, quæ placido ſoluerat vſa mari?
Cætera quid memorem dubij diſcrimina ponti,
Qualia funeſtus plurima mundus habet?
Hic vbi ſæua rates abſorbet ad ima Charybdis,
Fauce pari ſorbens omnia luxus hiat.
Hic vbi ſpumoſis ſymplegades aſtra laceſſunt
Fluctibus, irarum conſona bella caue.
Hic vbi demulcat modulis Acheloia Siren,
Nónne voluptatis pingit in ore typum?
Hic ſuccincta canes vbi Scylla regurgitat vndas,
Abine te ſimili ſorte libido rotet.
Nulla fides pelago, nec merces vlla periclis:
Nulla fides pelago, nauita, parce rati.

Habet aliquando ſuam mare tranquillitatem, 860.
non ſemper æſtibus agitur, non ſemper fluctuat: certè cum halcyones apparent, tranquillum mare eſt, vt *halcyonius dies* de minimè turbulenta prouerbialiter dicatur: At mundi huius mare halcyones, non admittit, vix vllam habet tranquillitatem, vllam quietem: verus ille:

Mundi mare ſuis tranquillitate.

Nunquam orbe tutos æſtibus
ALCYONES *poſuêre nidos.*

Piratis non caret mundi mare. Clem.

Præter procellas, & fluctus, piratis non caret vitæ iſtius Euripus, ac mare, infernus ei tanquam ſæuus pirata imminet, quod monuit Clemens in Catena Græca Iob. in cap. 1. his verbis, *Calamitoſam vitæ viam ambulamus, quæ ſepulturam habet pro diuerſorio. Difficile, atque infeſtum* VITÆ PELAGVS *nauigamus,* CVI INFERNVS TANQVAM PIRATA *imminet. Quis igitur abſque timore, iſtuc iſtius vitæ pelagus nauiget, tot calamitatum fluctibus agitatum, tot periculorum æſtibus plenum, quódque tam terribilis infeſtat pirata?*

Plumbeo peccatorum pondere non ſit grauis qui vita huius mare nauigat. Anon.

Cauendum eſt ne plumbeo peccatorum pondere in hoc mari mergamur: Audiendus hic anonymus auctor, & ineditus, qui variè pro ſtatus varietate in hoc mari ferri, aut ab hoc mari efferri ſic explicabat: *In hoc mundo tanquam* MARI PERICVLOSO *quidam mouentur remis operum, quidam merguntur pondere peccatorum, alij eleuantur pennis virtutum.*

Curiæ fluctus. Pet. Bleſ.

Fluctus noxios curiæ habent, quibus ambitionis cupiditate capti alios inuoluunt, aut inuoluunt ſe, quia capti: ambitioſos fluctus ab ambitione eos vocat Petrus Bleſenſis epiſt. 131. dum ait: *Tu verò abiecto prorſus exercitio militiæ litteralis magnatum venaris amicitias, & vt placeas principibus ambitioſis* CVRIARVM FLVCTIBVS *te inuoluis.*

Mare mundus eſt fluctibus inquietum: timorem incutere omnibus poſſet, niſi ſciremus 861.
Deum poſſe illius ſæuitiem comprimere, ac quodam fræno coërcere, qui maris fluctus arenâ retundit. Egregiè de hac re ſanctus Auguſtinus in Pſal. 44. ad illa verba: *Quoniam ipſius eſt mare*: ait enim: *Eſt* MARE MVNDVS *iſte, ſed & mare Deus fecit, nec ſæuire fluctus poſſunt, niſi vſque ad littus, vbi ipſe terminum poſuit, nulla ergo tentatio niſi acceperit menſuram à Domino.*

Sæuitiem mũdi fluctus Deus comprimit. S. Auguſt.

Mare huius ſeculi amaritudo. S. Auguſt.

Mare ſeculi huius amaritudo eſt, ad quam homines cupidi veluti quædam flumina feruntur: ita ſentit, ita loquitur ſanctus Auguſtinus in Pſal. 88. *Flumina,* inquit, *currunt in* MARE *cupidi*

homines

Digitized by Google

homines in amaritudinem HVIVS SAECVLI *prolabuntur.*

Naui ſine remo ſimilis qui inter mūdi huius pericula.

De huius vitæ periculis nauis ſine remis aquis delatæ metaphora ſic Macrinus diſſerebat:

De rupis ſpecula ſupinioris
Conſpexi fragilem meam phaſelum,
Huc illuc tumidis agi procellis,
Tantum non decumo perire fluctu.
Nam remis ſine ductilique clauo
Ventis oppoſitis proculque portu,
Spes fallacior infidelis auræ,
Et cæcus dubij fauoris æſtus
Iactabat mare naufragam per altum.
Sublatis oculis ad ipſa ſed tum
Cæli cærula: Summe Rector, inquam,
Hanc nauim in loca tutiora ſubduc,
Sirenis neque cantibus doloſis.
Quæ diſcriminis huius vna cauſa eſt,
Auferri in ſcopulos ſinas malignos.

862. Sæua, timendáque procella calumnia eſt, quæ eò nocentius ratem noſtram inuadit, quò innocentiores reperit; ſcitè ille de illâ:

Sæua timendaque procella calumnia eſt.

Non ſic furenti tumida deprenſam ſalo
Ratem procella quaſſat, aut turbo implicat,
Cùm Zephyrus Euro certat, & Borea Notus,
Dubiáque pēdet Vnda quem Dominum vocet:
Non ſic aquoſo fulmen eliſum ſinu
Ceraunniorum culmina adflatu quatit;
Vt maior vndis ſæuior telo Iouis,
Calumniarum turbo ſapientem rotat.

In huius vitæ procellis virtutis auxilium.
Paul. Silent.

In huius vitæ procellis virtutis auxilium quærendum eſt nè pereamus: rectè Paulus Silentiarius apud Stobæum ſerm. 1. *Nec opulentæ fortunæ eleuêris æſtu, nec tuam flectat cura libertatem. Tota enim mobilibus vita oppugnatur ventis, huc, atque illuc ſubinde in diuerſas agitata partes. Cæterum virtus res eſt ſtabilis, & immutabilis, quâ ſolâ fretus,* PROCELLAS *audacter penetres huius vitæ.* Adcò vt virtutis auxilio non mergatur virtutis cultor, vt procellas potiùs mergat, & tempeſtates.

EXCVRSVS LXXI.

Vtilia quædam monita ex mari hauſta, hîc offcruntur.

Amoris Oceanus *quam immenſas voluptates afferat.*

A ſciſſo mari *diſcere debebant Hebræi ab errore diſcindi.*

Etiam in mari *nobis à piſcibus imminet periculum vt nullibi* ſecuri *vbique ad Dei auxilium confugeremus.*

Reipublicæ pelago *ſe committere quàm periculi plena res.*

In aduerſis animum erigendum periti naucleri *exemplo docemur.*

Maris ſaporem *fontes ad mare currentes non mutant, nec fortis viri mentem res aduerſæ.*

In huius vitæ pelago *nauigantes nobiſcum ea ferre debemus, quæ in mortis tempeſtate nobis neceſſaria.*

Nimia tranquillitas, *& malacia plerumque noxia.*

מלה *quid?*

Etiam per fluctus, *&* pericula *ire debemus ad Chriſtum.*

Mors æquori *comparata.*

Maris exemplo qui imbribus *non creſcit fortitudo in aduerſis explicata.*

Vitæ huius fluctus *ridebit qui virtuti vt firmæ petræ hæret.*

Mare *in aridam quando Deus conuertat?*

Cupiditatum mare *quâ virgâ ſiſtendum.*

Abſtinentiâ corporis motus comprimuntur vt maris fluctus *oleo.*

Impietatis mare *quàm amaras aquas habeat.*

SAlubres amoris aquæ ſunt, feliciter amoris Oceano anima natat, puráſque ab hoc mari voluptates haurit: Boni auctoris hæc mens eſt, hæc ſunt verba: *Illa mille votis optanda voluptas eſt, qua amoris magnitudine tanquam* OCEANO *immerſa natat anima, hauritque plenis faucibus amoris elementum, quo tanquam mente iam alienata, furentique, quàm ſapienti propior, vix verborum ac recogitationum ſuarum conſcia nihil præter imo nata pectore ſuſpiria, & nullo connexa vinculo iaculatur vota: exulant hinc orationis illecebræ, dictionis fucus, & quæcunque verborum amœnior conteſſeratio; ruſtica hîc omnis eloquutio eſt, & tanquam proſciſſa vomere, aut raſtris malè adunca. Hæ ſunt voluptates amantis animæ quarum minima tam longè diſtat ab omni voluptate humana, quantùm ab homine Deus: cuius etiam opes, & honores ſi cum ſæculi huius componantur, maiore ſeiunguntur interuallo, quàm ab* OCEANO *ſtillicidium ſitulæ, quàm lucernarum infima à ſole maximo.* 863.

Amoris Oceanus quam immenſas voluptates adducat.
C. Su. in Pſal. 15.

In Iudæorum gratiam mare ſciſſum eſt: illorum erat à ſciſſo mari diſcere ab errore diſcindi: ſcitè Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 6. *Vitulum,* inquit, *in deſerto loco adorabant: &* MARE *ipſorum gratiâ præter naturam ſcindebatur, cùm interim populus ab impietate non reſcinderetur, ſed morum progreſſu tranſfugiebat in Ægyptum.*

A ſciſſo mari diſcere debebant Hebræi ab errore diſcindi.
Baſil. Seleuc.

Non in terris tantùm à feris nobis imminet periculum, ſed & in mari a magnis piſcibus, vt nullibi ſecuri vbique in Deum ſpem iactaremus, auxilium expectaremus à Domino, quod tetigit ſanctus Ambroſius lib. 5. Hexam. cap. 10. dum ait: *Noluit te Creator nec in* MARI, *ſatis ab inſidiantibus eſſe ſecurum, vt propter plurima quæ noceant, quaſi in excubiis poſitus* ARMIS FIDEI *ſemper, &* SCVTO DEVOTIONIS *accinctus à Domino tuo habeas* SALVTIS SPERARE *remedium.*

Etiam in mari nobis à piſcibus imminet periculū, vt nullibi ſecuri vbique ad Dei auxilium confugeremus
S. Ambroſ.

Reipublicæ pelago ſe committere quàm periculi plenum ita explicabat Corderius Lepidus. 864.

Reipublicæ pelago ſe cōmittere quā periculi plena res.
Cord. Lep.

PACATO *facile eſt cuiuis ſe immittere* PONTO,
Quem tamen inuitum ſæpius vnda tenet:
Arbitrii fortaſſe tui ſic publica primo
Res fuerit, nullo quàm prohibente petis.
Sed reuocare gradum, hic labor eſt, quis te ſemel actum.
HOC PELAGO, *iuris ſpondeat eſſe tui?*

In aduerſis animus cadere non debet, debet erigi, & à duris fortitudinem mutuare, ab inconſtantibus conſtantiam, quod prudentum virorum

In aduerſis animum erigendum periti naucleri exemplo docemur.

Iul. Imp.

virorum eſt: ſcitè Iul. Imp. orat. 2. vbi refert hanc mentem hominum mentibus inſediſſe. Neptunum cum terram quatit, quietem pelago conciliare; hæc eius verba: *Quæ res & illum præ gaudio vecordem, ac ſtolidum reddidit; & iis qui prudens Imperatoris conſilium aſſequi non poterant, nonnihil perturbationis attulit; ipſe verò conſtans, atque interritus remanſit; velut peritus aliquis* NAVIS GVBERNATOR, *cùm poſt minaces nubium fremitus, erumpente procellâ, profunda pelagi, littoraque Deo impellente quatiuntur. Tunc enim imperitos homines vehemens terror inuadit. At ille, conceptâ ex eo ſpe gaudere, atque eſſe hilarior incipit. Neptunum quippe ferunt, cùm terram concutit,* COMMOTOS FLVCTVS *compeſcere. Enimuerò homines imprudentes plerumque fortuna decipit, at enim exiguis in rebus fluero ex voto negotia permiſerit, in maioribus ſubitâ calamitate deiicit. Prudentibus porrò, cum in minoribus conſternati nonnihil fuerint, maioribus in rebus animum ac fiduciam ſuppeditat.*

865. *Maris ſapor ſ fontes ad mare currentes non mutant, nec fortis viri mentem res aduerſæ.* Seneca.

Maris ſaporem nulli fontes ad mare currentes mutant, nec fortis viri mentem res aduerſæ: Pulchrè Seneca lib. de prouidentia, cap. 2. *Quare multa* BONIS VIRIS ADVERSA *eueniunt? nihil accidere bono viro mali poteſt. Non miſcentur contraria; Quemadmodum* TOT AMNES, *tanta supernè deiectorum* IMBRIVM, *tanta medicatorum vis fontium,* NON MVTANT SAPOREM MARIS, *nec remittunt quidem: ita aduerſarum impetus rerum viri fortis non vertet animum. Manet in ſtatu, & quicquid euenit, in ſuum colorem trahit; Eſt enim omnibus externis potentior.*

In huius vitæ pelago nauigantes nobiſcum ea ferre debemus, quæ in mortis tempeſtate nobis neceſſaria.

Dum per iſtius vitæ pelagus nauigamus, vt felix curſus ſit, debemus nobiſcum ea ferre, quibus mortis tempeſtati occurratur, quæ in morte futura eſt; ſcitè ille:

Prudens NAVCLERVS *dum tempus, & aura ſecundant,*
Et pacem placidis fluctibus, ÆQVOR *habet.*
Armamenta parat, queis tempeſtate ſuborta
Feruorem pelagi, ſæuitiemque domet.
Sic, & vir ſapiens TRANQVILLO TEMPORE VITÆ
Dum rebus ſaluis, menſque, ſaluſque vigent,
Ante oculos ponit vicina PERICVLA MORTIS
Quæque his occurrat prouidet antè viam.

866. *Nimia tranquillitas, & malacia plerumque noxia.* שלוה *quid* Rabb.

In mari nimia tranquillitas: malacia non probatur, non probanda nec in hominibus, cum plerumque magnam aliquam prætendat tempeſtatem; acutè Rabbini: ad illud Geneſis cap. 11. *Dixitque alter ad proximũ ſuum, Agite, &c.* איש אל רעהו הבה ſi ab his quatuor verbis auferantur priora elementa fit שלוה, quæ vox tranquillitatem ſignificat, quia, inquiunt שעלו בשלוה, *ob multam* TRANQVILLITATEM *peccarunt*, & in ſuperbiam ſeſe extulerunt, id fors non facturi ſi preſſi aliquâ tribulatione fuiſſent.

Etiam per fluctus & pericula ire debemus ad Chriſtum. S. Ambroſ.

Etiam per fluctus per pericula ire debemus ad Chriſtum; fecit iſthuc ſanctus Petrus: de quo ita ſcribit ſanctus Ambroſius ſerm. 2. de ſanctis, *Sanctus Petrus dum* FLVCTVAT, *dum* MERGITVR, *ſic peruenit ad Dominum oſtendens nobis, quod non niſi* PER PERICVLA *properatur ad Chriſtum.*

Mors æquori comparata.

Mortem æquori in hunc modum quidam comparabat.

FLVMINA FLVMINIBVS *diſtant, ſic nos quoque nobis*
Dum ſumus in vita nos fluuiiſque viæ;
Ingreſſis PELAGVS *ſapor amnibus omnibus idem*
MORS *omnes homines æquat, vt æquor aquas.*

Maris exemplo quod imbribus non creſcit, illius fortitudinem qui aduerſis non obruitur, ita quidam explicabat. 867. *Maris exemplo qui imbribus non creſcit fortitudo in aduerſis explicata.*

In MARE SI PLVVIA, *aut ingens cadat imber ab auſtro*
Non ob id exundat nec magis vnda tumet.
Sic tonet ipſa licet validis fortuna PROCELLIS,
Nil agit in fortem, magnanimumque virum.

Vitæ huius fluctus ridebit, qui virtuti vt firma petræ hæret. S. Chryſoſt.

Vitæ huius æſtus, fluctus, inconſtantiamque ridebit, ſi virtuti hæreat vt petræ eminenti: pulchrè aptèque. Sanctus Chryſoſtomus hom. 23. in Geneſim: *Tanta*, inquit, *res eſt virtus, tam immortalis, tàm inuicta, tàm nihil cedens huius vitæ varietatibus, ſed ſuper malitiæ fluctibus volitans, quaſi è ſublimi ſpecula quadam ſic omnia humana deſpicit, nihil quod aliis moleſtum ſentit, & ſicut is, qui ſuper excelſam petram ſtat,* FLVCTVS *videt, quos videt ad petram magno impetu diſrumpi, ac protinus in ſpumam ſolui: ita & virtuti vacans, in ſecuro conſtitutus loco, nihil inſuaue fert à rebus turbulentis, ſed* TRANQVILLVS *animo, & quietus ſedet, intelligitque res huius vitæ nihil differre ab* AMNIVM FLVENTIS, *tam rapido curſu tranſeũtibus. Nam ſicut videre licet* MARIS FLVCTVS, *nunc quidem in altum extolli, mox autem & deprimi, ita & videmus eos, qui virtutem contemnunt, & malitiam operantur; nunc quidem ſublime ſapere, & ſupercilia ſurrigere, & huius vitæ curis intentos eſſe, nunc verò ad extremam venire inopiam, & abiectionem.*

Mare Deus in aridam conuertit, cum fluenta vitiorum ad continentiæ ſiccitatem redigit: Ita loquitur, ita ſentit ſanctus Paulinus, cuius hæc ſunt verba Epiſt. 3. ad Aprum: *Hæc mutatio dexteræ excelſi, quæ in ſe manens omnia innouat, & conuertit* MARE IN ARIDAM *ad continentiæ ſiccitatem ſtringens fluenta vitiorum.* 868. *Mare in aridam quando Deus conuertat.* S. Paulinus. Pſal. 76. Pſal. 65.

Cupiditatum mare qua virga ſiſtendum. S. Bernard.

Cupiditatum mare rubrum quâ virgâ Moſis exemplo ſiſtendum ſit, ne nos mergat, docet ſanctus Bernardus in ſententiis, ait enim: *Stimulus cupiditatum, qui veluti* MARE RVBRVM *ſenſum rationis noſtræ tumidis, & procelloſis vndis cogitationum inuoluit: & niſi virga diſcreti iudicij aquæ superiores ab inferioribus ſecernantur ſubruit funditus, & demergit.*

Abſtinentia corporis motus comprimuntur vt maris fluctus oleo. S. Ioã. Clim.

Oleum, inquietum mare placat, vt æſtuans ſubſidat, ſic abſtinentia tanquam oleo corporis motus comprimuntur: huc ſpectabat ſanctus Ioannes Climacus gradu 26. *Sicut*, inquit, *oleum inuitum placat* MARE, *ita* IEIVNIVM CORPORIS *contumaces pacat ardores*: ſi frequentius hoc oleo vteremur non adeò ſæuirent corporis laſciuiæ, nec æſtus concupiſcentiæ adeò intumeſcerent.

Impietatis mare quam amaras aquas habeat. Richard.

Amaras aquas habet mare: amaritudine quoque infectas aquas habet impietatis mare: ſcitè Richardus tract. 1. de exterminat. mali. cap. 3. *Impietatis*, inquit, *mare dulcem aquam facere non poteſt, ſed* EST AQVA EIVS SALSA VALDE, ET MVLTVM AMARA, *& amaritudo eius, amaritudo amariſſima. Quid quæſo dulcedinis habet inuidia; quid obſecro dulcoris habet iracundia; quid ſuauitatis impatientia?* Sola diues amaritiæ iniquitas eſt, à vera dulcedine tam aliena, quàm dulcedinis fonte, qui Deus eſt, omnino vidua.

EXCVR

EXCVRSVS LXXII.

Vtilia ex aquis monita deſumuntur.

Periculorum aquæ *mentem euehunt in Deum.*
Vitæ puritas aquæ *ſimilitudine explicata.*
Quietem, *ac* ſolitudinem *ſeu cognitionem ingenerare* aquæ *ſimilitudine probatur.*
Putreſcunt inſtar aquæ *beneficia niſi currant ad eum, à quo fluxerunt.*
Aqua, *&* terra *qui obeunda nobis pœnitentia ſit docet.*
Dies vndam *refert quæ ſemper labitur.*
Lenis animus *iræ, idem eſt quod aqua ignito ferro.*
Vir fortis in periculis obdureſcit vt ignitum ferrum aquæ *adſperſione.*
Aquæ *ſaxum excauantis ſimilitudine, conſuetudinis vis explicata.*
Iuſtus in aquis aurum *refert, peccator* lutum.
In mundi mari voluptatum Sirenæ *cauendæ.*
Rupem *referat qui mundi aquis petitur.*
Humana vita qui mari *ſit ſimilis.*
Vita maris curſui *pariata.*
Hominum vita variis procellis *iactatur.*
Qui vitæ huius fluctibus *agitur algam non arripiat.*
Moleſtiis referta hominum vita nauigantibus *ſimilis.*
Mentis clauus ita regendus, vt à malitiæ procellis *nauis eximatur.*

869. IN hoc quoque ſua laude non carent aquæ, quod Dei cultoribus ſalutaria quædam monita exhibent, quæ auidus ebibet, qui ſuam ſalutem amat, Dei gloriam quærit, vt multa hauriri poſſint: hæc quæ ſubiicio ego moribus irrigandis hauriebam.

Periculorum aquæ mentem euehunt in Deum.
S. Ioã Clim.

Et in primis ex aquâ vtile haurit monitum ſanctus Ioannes Climacus gradu 26. *Quemadmodum coercita in altum* AQVÆ, *in altum exurgunt, ita ſæpè anima* PERICVLIS *circumuenta ad Deum per pœnitentiam exurgit, & ſeruatur*; huc flecti & illud poteſt quod habet Sanctus Gregorius part. 3. paſt. admonit. 15. vbi ait. *Humana mens* AQVÆ MORE *circumcluſa ad ſuperiora colligitur, quia illud repetit, vnde deſcendit, & relaxata deperit, quia ſemper infima inutiliter ſpargit.*

S. Greg.

Vitæ puritas aquæ ſimilitudine explicata.
Pet. Bleſ.

Vitæ puritatem aquæ ſimilitudine ita explicabat Petrus Bleſenſis ſerm. 39. in Synodo habita, &c. *Effunde ſicut aqua cor tuum fili coram Domino, cæteri liquores cum effunduntur, quaſi cum mora, & difficile exeunt, & aliquid ſui faculentum in vaſculis ſuis relinquunt,* AQVA VERO CVM EFFVNDITVR *de facili, & tota ſimul egreditur. Sunt autem quidam, qui cum difficultate & mora confitentur, tanquam per ambages excuſando, vel extenuando peccatum ſuum. Non eſt hac effuſio ſimilis aqua.*

Quietem ac ſolitudinem ſui cognitionem ingenerare aqua ſimilitudine probatur.
Vit. Pat.

870. Quietem ac ſolitudinem ſui cognitionem ingenerare aquæ metaphorâ ſic quidam euincebat, qui interrogatus quid in Eremo profeciſſet, paulùm reticens; *Mittit aquam in ſcyphum, & dicit eis: Attendite* IN AQVAM. *Et erat turbulenta, & poſt modicum rurſus dicit: Attendite modò: quomodo limpida facta eſt aqua: Et cum intenderent in aquam, vident quaſi in ſpeculo vultus ſuos. Et tunc dixit eis: ſic eſt, qui in medio hominum conſiſtit: à turbulentia enim non videt peccata ſua: cum autem quieuerit, & maximè in ſolitudine, tunc delicta ſua conſpicit*; ſic legitur in vitis Patrum libro 5. cap. de quiete num. 16.

Putreſcunt inſtar aqua beneficia niſi currant ad eum à quo fluxerunt.
S. Bernar.

Putreſcunt aquæ niſi fluant, putreſcunt & Dei beneficia niſi ad eum recurrant, à quo profecta, idque per gratiarum actionem; Pulchrè ſanctus Bernardus, ſerm. 1. in capite ieiunij. *Fluminis* AQVA *ſi ſtare cœperit, & ipſa putreſcit, & inundatione facta ſuperueniens repellitur; ſic planè, ſic gratiarum ceſſat decurſus vbi recurſus non fuerit, nec modo nihil augetur ingrato, ſed & quod acceperat vertitur ei in pernitiem; ad fontem enim, vt ait paulo ante, vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant.*

Aqua & terra qui obeunda nobis pœnitentia ſit docet.
S. Iſa.

Aquæ, & terræ metaphorâ quì obeunda nobis pœnitentia ſit, docebat his verbis B. Iſaias Abb. orat. 15. *Quemadmodum terra ſine ſemine &* AQVA *fructum ferre non poteſt, ſic agere nequit homo pœnitentiam ſine humilitate, & corporis afflictione.*

Dies vndam refert, qua ſemper labitur.

Dies vndam refert, quæ ſemper labitur, nunquam redit. Pulchrè ille:

FLVMINE *in obliquo velut vnda ſuperuenit vnda,*
Et ſemel elapſam non reuocare potes.
Sic lucem heſternam lux tradere craſtina ſueuit
Et fugit INSTAR AQVÆ *nõ reparãda dies.*

Lenis animus iræ id eſt quod aqua ignito ferro.
S. Chryſoſt.

Lenis & patiens animus quàm iræ extinguendæ ſit opportunus aquæ ſimilitudine, qua ferrum ignitum ignem exuit, explicat in hunc modum ſanctus Chryſoſtomus hom. 22. in epiſt. ad Hebræos. *Nos vero lenitate, & patientia eam extinguemus. Quomodo enim candens ferrum* AQVA *tinctum ignem perdit, ita ira ſi in leuem, & patientem inciderit, patientem nihil lædit, ſed magis iuuat, & ipſe euadit magis continens*; quod alibi etiam tangebam.

Vir fortis in periculis obdureſcit, vt ignitum ferrum aqua adſperſione.
S. Greg. Naz.

Ex hoc verò quod frigidæ aſperſione ferrum 871.
durius euadit, & inflexibilius, colligitur viri virilem animum efferentis eſſe, in periculis fortiores reddi; quò nos vocat ſanctus Gregorius Nazianzenus ſerm. 23. Philoſophicus, inquit, *Animus ex eo, quod paſſus ſit,* GENEROSIOR REDDITVR, *atque vt* CANDENS FERRVM FRIGIDA ASPERSIONE *ita periculis obdureſcit.*

Aqua ſaxum excauantis ſimilitudine conſuetudinis vis explicata.
S. Iſid. Peluſ.

Aquæ aſſiduè labentis, ſaxumque excauantis ſimilitudine, conſuetudinis vim ſic explicabat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 236. *Conſuetudo multum pollet, & in naturam facilè abiit. Illam enim quidam alteram naturam dixerunt, alij verò, naturam etiam ab illa ſuperari; iuxta illud: Excauat aſſidue ſaxum* LEVIS VNDA CADENDO, *& verò, quid ſaxo durius, quid* AQVA MOLLIVS? *aſſiduo tamen lapſu hac naturam exuperat.*

Iuſtus aquis aurum, peccator lutum.
S. Chryſoſt.

Iuſtus in aquis aurum nihil ſpeciei ſuæ amittit, ſecus peccator qui ad ad modum luti ſe habet, quod ſic exponit ſanctus Chryſoſtomus hom. 4. ad populum. *Sicut*, inquit, *aurum, etſi* AQVIS *immoretur, propriam præfert ſpeciem: ſiue in conflatorium ceciderit, ſplendidius rurſus apparet: lutum autẽ, & fœnũ ſine aquis immiſceri accidas, hoc quidem*

marceſcit: illud verò diſſoluitur ſiue in ignem ceciderit hoc quidem figitur; illud autem comburitur: Sic certè iuſtus, & peccator: ille quidem ſiue remiſſione fruatur manet ſplendidus, ſicut aurum AQVÆ IMMERSVM, *ſiue in tentationem ceciderit, ſplendidior ſit, ſicut aurum igne examinatum: peccator verò ſiue remiſſionem nanciſcatur, diſſoluitur, & marceſcit, ſicut fœnum, & lutum aqua immorans: ſiue tentationem ſuſtineat comburitur, & perdetur, ſicut lutum, & fœnum ab igne.*

In mundi mari voluptatū Sirenæ cauendæ. *Bill.* In mundi mari voluptatum Sirenæ cauendæ ſunt: Billius ita canebat.

SIRENES procul eſte, procul fuge blāda voluptas;
Deſine nos cantu perdere velle tuo.
Gaudia non nobis quod primum oſtendis, & affers,
Id facis, vt miſeris cauſa ſit iſta necis.
Nam velut ex molli nil vnquam excerpitur vuâ,
Vi ſemel vt prali fluxerit inde liquor,
Sic ſemel vt prælo mortis caro noſtra ſubacta eſt,
Non viret ad luſus poſt rediuiua ſuos.

872. *Rupem referat qui mundi aquis petitur.* *Boiſſard.* Qui mundi aquis petitur, rupem debet referre, vt firmo & ſtabili animo fluctus ferat, cum feratur fluctibus, Peritè Boiſſardus:

Vt PELAGI *mediis rupes in fluctibus extans,*
Æſtum commoti fert bene firma ſali:
Sic vita qui forti animo eſt, ac mente PROCELLAS.
Propoſitâque etiam morte, pericla feret.

Humana vita qui mari ſit ſimilis. *Bill.* Vita humana qui mari ſit ſimilis peritè explicat Billius hiſce verſiculis.

Vita MARI *eſt ſimilis, namque vt mare, vita proceſſas*
Hac habet, & ventos naufragiumque frequens.
Nil ſtabile in vita, nec in æquore cernitur vnquam:
Saxa habet, & conchas, vt mare vita leues.
Qui prorſus grauitate carent, rebuſque ſiniſtris.
Franguntur, Conchas hos ego iure voco.
At mihi ſunt firma rupes, ſunt ſaxa, mouere
Quos nequit è recti ſæua procella, gradu.

Vitam maris curſui ita pariabat Bellicarius:

Vita maris curſui pariata. *Bellic.*

Vita anceps MARIS *eſt curſus, iactamur in illâ,*
Sæpèque NAVFRAGIIS *nos grauiora manēt.*
Cæca regit clauum noſtra Rhamnuſia vita
Incertoſque ſuo dirigit arbitrio.
Infauſtum his curſum ſperans, illiſque ſecundum:
Vnus ſed ſub humo PORTVS *vtroſque manet.*

873. *Hominum vita variis procellis iactatur.* Variis hominum vitam iactari procellis, & nauis inſtar maris fluctibus ferri, Pulchrè quidam his verſibus explicabat.

Sic hominum variis IACTATVR VITA PROCELLIS
Fertur vt in medio paruula CYMBA *freto,*
Vela fatigantes implent turgentia curæ,
Vixque tenet proræ vincula lapſa labor.
Inſidiæ miſcent fluctus, vis horrida ventos
Sæpè etiam totas ſubruit illa rates.

Hæc & alia in hanc rem, quæ ſcitus iſte Poëta addit

Qui vita huius fluctibus agitur algā non arripiat. Qui vitæ huius fluctibus fertur, algam non arripiat, caducis rebus non fidat, non fidat perituris: Pulchrè ille alius:

An ſapit is, preſſus qui fluctibus arripit algam:
Nec ſolidos nexus, littora tuta petit?
Haud magis ille ſapit, qui vita IN FLVCTIBVS *huius*
Præponit ſolidis fluxa, miſerque perit:
Vt fugias igitur tanti diſcrimina ponti,
Nec caput iſta minax obruat vnda tuum;
Spemque, fidemque, agapénque tene, fluxa omnia linquens
Has nihil in tabulas vlla PROCELLA *poteſt.*

Moleſtiis refertam vitam agentes nauigantibus pares eſſe cenſebat Philemon in Epheſo apud Stobæum ſerm. 98. *Nō* MARE NAVIGANTIBVS *accedit ſolis tempeſtas, vt videtur, ſed etiam in porticu deambulantibus, Laches, & illis, qui intra domos ſe continent. Et nauigantes quidem, interdum diem vnum, aut noctem tempeſtate iactati, mox mala liberati ſalutem conſequuntur, vel vento ipſos ſeruāte, vel apparente alicubi portu, mihi verò id non contingit: non enim per diem vnum tempeſtatibus agor, ſed per omnem vitam, & magis, magiſque ſemper moleſtiæ creſcunt.* *Moleſtiis referta hominū vita nauigātibus ſimilis.* *Philem.*

Peritus ille gubernator eſt, qui mentis clauum ita regit, vt à malitiæ procellis nauem ſuam eximat, Exemplo hoc de quo ita ſcribit, quem ita effert ſanctus Chryſoſtomus hom. 23. in Geneſim: *Quaſi* GVBERNATOR *aliquis, mentis clauum magna vigilantia arripiens, nauim ſuam ab irruentibus malitiæ procellis ſubmergi non eſt paſſus: ſed factus tempeſtate potentior, licet in alto iactatus, quaſi in portu ſedere, quatiebat mare, virtutis gubernaculum dirigebat, & à diluuio totum orbem deuaſtaturo ſe eripiebat.* Tempeſtas quælibet malitiæ loco habenda, ſi malitia abſit. *Mentis clauus ita regēdus vt à malitiæ procellis nauis eximatur.* *S.Chryſoſt.*

CAPVT LXXXVIII.

Arena de littore, littoris, & nuptialis thalami cohærentia.

Arena pro littore.
חול *quid?* arenæ, *&* doloris *nexus.*
חלל *quid?* à prophanatione *cur nomen* arena *habeat.*
Dei timore firmam *infirmitatem omnem reddi arena docet.*
Humiles vt arena *ſuperbos comprimunt.*
Chriſti humilitas vt arena *ſuperborum mentes coërcet vt maris fluctus.*
Humilitatis arena *tribulationis fluctus ſopit.*
Amor proprius eſt, velut arena *quæ diuinorum chariſmatum vndis reſiſtit.*
חוף *quid? quid* חפה? littoris *nexus, &* nuptialis *thalami.*
A mundi littore abire debet ieiunij *pelagus nauigaturus.*
Ad diuinorum voluminum littus *eundum nobis eſt.*

CVm de mari egerim, arenam præterire vix poteram, quæ mari hæret, eóque libentius de illa aliqua libabo, quo ſalutaria Monita offerre eadem opera mihi licebit, ſed ad rem. 874. *Arena pro littore.* *Virg.* *Ouid.*

Arena elegantiſſimè ſumitur pro littore, ita accipiendum illud Virgilij 5. Æneid.

Et tandem læti notæ aduertuntur ARENÆ.

Eodem ſenſu in 1. Æneid.

—*Hoſpitio prohibemur* ARENÆ.
——*Potiuntur Troes* ARENA.

Claſſis ARENA *potitur,* dixit quoque Ouidius pro eo, quod eſt ad littus peruenit.

Eodem ſenſu, eandem vocem efferunt ſacræ litteræ. Apocal. 12. verſ. 18. *Stetit* (Draco) *ſupra* ARENAM *maris*; id eſt ſupra littus, nam alioquin Apoc. 12. 18.

alioquin arena etiam ipſi mari ſubſidet.

חול quid arena, & doloris nexus. חלל quid? à prophanatione cur nomen arena habet.

De arenæ vocabulo apud Hebræos non conſtant ſibi illius linguæ periti: vocatur חול *chol*: quod nomen à verbo חול *chul*, deriuant; quod ſignificat *parturire, edere, quod nonnihil doloris viatoribus inferat*, ait Marinus Brixianus in area, alius *quod dolorem, ac moleſtiam ambulantibus in ea afferat*; quidam ad radicem חלל vocant, quæ profanationem notat, & à multitudine dicitur, quod ſit communis, & in publico littore; ſed videamus quam vtilitatem ſterilis alioquin arena emittere hîc poſſit in haſce paginas diſperſa.

Dei timore firmam infirmitatem omnem reddi arena docet. S. Chryſoſt.

Dei præcepto, Dei timore infirmitatem omnem firmam fieri arenæ exemplo, quæ vndas maris comprimit, & coërcet ſcitiſſimè explicabat, & confirmabat ſanctus Chryſoſtomus in Catena Græca Ieremiæ cap. 5. vbi ita loquitur. *Quid enim dices? quod ſpiritus, & deſideria praua compellunt animum? at tu oppone illis Dei præceptum. Debilis natura:* ARENA QVOQVE DEBILIS *eſt; ſed lege diuina robuſtiſſima fit: ſic & tu timore Dei. Nil adeo infirmum, nil imbecille adeo, quod non timore Dei propriam ſuperet naturam.* Firma omnis imbecillitas fit, quam Deus erigit, & fulcit.

875. *Chriſti humilitas vt arena ſuperborũ mentes coërcet, vt maris fluctus.*

Arena humiles refert, qui ſua humilitate ſuperborum tumorem vincunt, & fluctus; Peritè Rabanus in allegoriis; ARANA HVMILES, *vt in Propheta: poſui arenam terminum mari, quod ad vincendum tumorem ſuperborum Deus humiles poſuit.* Arenula maris fluctus ſiſtit, humilitas ſuperbiam flectit, & impetus eius coercet: ſpecta Moyſis mititatem, qui Pharaonis tumorem non ſemel fregit; Chriſtus humilitatis magiſter ſua humilitate Phariſæorum ſuperbiam non ſemel coërcuit: Chriſti Apoſtoli, & alij illorum exemplo ſola humilitatis virtute terrenarum poteſtatum vim, impetumque fregerunt, vt tumentis maris fluctus arena exigua.

Humilitatis arena tribulationis fluctus ſopit. Euſeb.

Humilitatis arena tribulationis omnis fluctus ſopit, & coërcet, vt vix ad illam illiſi detumeſcant, & ſubſidant: huc flecto illud Euſebij Gallicani, hom. 1. in Epiph. vbi ita loquitur: *Quælibet tribulatio ita ab humilitate mitigatur, & vincitur ſicut in* PLANIS LITTORIBVS *ſine vllo fragore* VNDA *conſumitur.*

Amor proprius eſt velut arena quo diuinorũ Chariſmatũ vndis reſiſtit. B. Maria Magdal.

De arena rectè philoſophabatur è cœlo docta Beata Maria Magdalena de Pazzius, quæ contra amorem proprium ſæuiens, quæ ita contra amatores ſuos, cultoréſque ſæuit dicere ſolebat: Amor proprius eſt velut arena, quæ licet exigua, ac leuis, tamen ingentes maris fluctus ſiſtit, ſic iſte flumini diuinæ gratiæ ſe opponit, vt nihil ferè adeo diuinorum Chariſmatum vndis reſiſtat, quàm proprius amor: digna mens, quam ebibunt etiam illi, qui ſpiritalis vitæ ſemitas premunt, & ad perfectionis culmen, amoriſque diuini perfectionem aſpirant.

876. *חפף quid? quid חפה? littoris & nuptialis thalami. Auon.*

Sed quia nos huc nuptiæ, nuptialeſque aquæ duxerunt, non erit abs re, ſi à littore ad nuptias, ad ſponſas eamus: littus cum ſponſis cognationem aliquam habere ex Hebraïco fonte non alienè, coactéque colligitur: nam חוף littus ſignificat à verbo חפף, à quo etiam deriuari notant Hebraïcæ linguæ periti nomen חפה, quod de nuptiali cubili, aut thalamo nuptiali dicitur, & de nuptiali velo, quo ſpóſi obteguntur, vt alibi obſeruabã: iure ab eodem fonte & littus, & nuptialis thalamus, ſeu velum nuptiale deſcẽdit, vt hinc colligeremus. Quod nauibus Oceani fluctibus actis eſt littus, hoc eſſe noptialẽ thalamũ ſponſis, qui concupiſcentiæ fluctibus antea iactabantur, huc facit illud illius: ENAVIGATO *amoris noxy* OCEANO, *ad* NVPTIALE *tandem* LITTVS *nauẽ appuli*: ſed ex infœcũdo quoque littore vtilia aliqua monita demetamus, nam in his paginis erit ferax, quod extrà laborat ſterilitate.

A mundi littore abire debet ieiunij pelagus nauigaturus. S. Pet. Chryſ.

Ieiunij pelagus qui nauigat, à mundi littore debet abire: huc ſpectabat ſanctus Petrus Chryſologus, ſerm 8. qui eſt de ieiunio, & eleemoſyna ait enim huic metaphoræ appoſitè inſiſtens: *Gubernator prudens* A LITTORE *cum nauim ſoluit &c. domus, patria, coniugis, pignorum curas deponit &c. ſic nos fratres ingreſſi iter abſtinẽtia, ieiunij pelagus, quadrageſima viam nauim corporis noſtri ſoluamus, à littore mundano, ſæcularis patria renuntiemus curis in crucis arbore, tota mentis vela tendamus, virtutum funibus, ſapientia remis.*

Ad diuinorũ voluminum littus eundũ nobis eſt. S. Theoph. Alex.

Littus aliud nobis exhibet ſanctus Theophilus Alexandrinus epiſt. 1. Paſchali contra Origeniſtas, quod ſcilicet appellere meotis noſtræ ratem tuto poſſumus, & iure debemus, huiuſmodi littus diuina volumina ſunt, ſed præſtat huius ſancti Patris verba audire, & ſunt iſta, quæ ſubiicio. NAVIGANTES *transfretauimus, & portum quietis intrantes, pulcherrimum diuinorum voluminũ* LITTVS AMPLECTIMVR, *varios carpentes flores ſcientiæ, & ſapientiæ preſſis figentes oculis in eius hæremus complexibus, & ſi Dominus conceſſerit, viuẽtes cum ea, & in illius perſeuerantes amore cantamus: Amator fui pulchritudinis eius:* Felix qui poſt enauigata terrenorum negotiorum maria ad hoc littus mentis ſuæ ratem appellit, hic ſecurus conquieſcit, verè theſauros abſconditos arenarum hic reperiens.

CAPVT LXXXIX.

Quædam obſeruatione digna de fontibus, & fluminibus.

Abiſſini à quodam fluuio *cur abſtineant.*

Fontes *olim colebantur.*

Perſæ fluuios *ita colebant vt in eos non ſpuerent, eorum aquis non ſe lauarent.*

A ſacris lacubus, *&* fluuiis *naues aberant, & nauigatio.*

Ad fontes olim reges vngi *ſoliti.*

Rerum humanarum inconſtantia *regibus maximè conſideranda.*

Chriſtus fluuius *hoſtium noſtrorum naues non admittit.*

Piſcatio *in portubus, & ſacris fluuiis inhibita.*

Stipes in fluuios *iaciebantur quodam diuinitatis indicio.*

Ex numinibus maximum Ægyptij Nilum *putabant.*

Niloa *maximum apud Ægyptios feſtum.*

Prima Ægyptiorum plaga in flumine, *quia Nilum pro Deo colebant.*

Iconas, & ſimulacra fluuiis *dicabant.*

Aqua ex fontibus *in vſum ſacrificiorum adhibita etiam vſibus communibus deſeruiebat.*

Qua cautione Thraces fluuios *tranſirent.*
Fons Siloë *vt incertis horis diebuſque ebulliret.*
Fons Iob *varius pro temporum varietate excurrebat.*
Fons Iob *in Eccleſiæ medio qua in modum* Crucis *facta.*
Fluuij Abanæ *vſus in Damaſco.*
Quatuor Euangeliſta fluuiis *comparati.*
Noxia *concupiſcentia , & paſſionum* flumina.

877. CVm aquis agam fontes, fluuióſque nequeo præterire; pauca hîc de illis libabo, alioquin ſi omnia quæ poſſem hiſce chartis illinerem; non vnius capitis limitibus indigerem, ſed integri, vt ita dicam, voluminis.

Abiſſini à quodam fluuio cur abſtineant. Godign.

Abiſſini à quodam flumine abſtinent, quod Mahumetanorum irrigans terras alimenta ipſis ad vitam ſuppeditet; quod refert Godignus lib. 1. cap. 4. Flumini nomen eſt *Oaram.*

Fontes olim colebantur. Cæl Rhod.

Aquarum calentium fontes coli olim ſolitos non ſinit nos illotum amentia, aut & bonorum auctorum affirmatio dubitare, Cælius Rhodiginus lib. 27. lectionum Antiq. cap. 5. hæc habet de hac re: *Coluntur* AQVARVM *calentium fontes, & ſtagna, quæ vel opacitas, vel immenſa altitudo ſacrauit, & Tacitus ſcribit, ſacra, & lucos, & aras patriis amnibus dicari conſueſſe. Hinc & Horatianum illud ex primo carminum:*

Nunc ad AQVÆ *lene caput* SACRÆ.

Perſæ fluuios ita colebant vt in eos non ſpuerent neque aquis non ſe lauarent. Herod. Strab.

Hac inſania maxime laborarunt Perſæ de quibus loquens Herodotus lib. 1. ait: *Colunt fluuios omnium numinum maximè*; quia apud eos eò ſuperſtitio proceſſit, vt in fluuios neque immingerent, nec inſpuerent, neque in illis manus abluerent, quod ibidem refert idem auctor, idem ferè habet Strabo lib. 15. qui addit eos, nec mortuos in fluuiorum aquis immergere.

A ſacris lacubus, & fluuiis, naues aberrant, & nauigatio. Plin.

Ob diuinitatem fatuè fluuiis, lacubuſque tributam, & quia ſacros eos putabant, naues exulare ab illis debebant, & nauigatio: Plinius epiſt. 116. loquens de Lacu Vadimonis ait: *Nulla in hoc nauis,* SACER *enim eſt.*

Ad fontes ſacro Chriſmate Reges olim delibuti. Hebr. 3. Reg 1. 33. Lytanus. Abul. *Dignitatum inconſtantia Regi conſideranda.*

De fontibus hoc quoque habeo, quod ſilẽtio minimè inuoluatur, morẽ ſcilicet apud Hebræos ferè fuiſſe, vt cũ Rex ſacro chriſmate eſſet illinẽdus, ad perennes, fluentes aquas duceretur: In Halc. Melach. c. 1. n. 11. hæc leguntur: *Statim ac vngunt Reges familiæ generationis,* NON VNGVNT ILLOS NISI APVD FONTEM: idem habetur in Hele Hammekdaſch cap. 5. num. 10. hinc illud 3. Reg cap. 1. v. 33 de Salomone inaugurando ait Dauid: *Ducite eum in Gihon, & vngat eum ibi Sadoc Sacerdos*, vbi Lytanus GIHON *fons eſt Siloe, vt dicunt Hebræi.* Abulenſis ibi: *In Gihon, id eſt ad* FONTEM SILOË, *apud* QVEM VNGENDVS ERAT: clamat hîc ritus eis, qui vnguntur in reges, dignitatis ſuæ labilitatem, inconſtantiam, fluctuſque cogitandos: decurrentes vndas ſpectent, qui vnguntur in reges, ne ſuper alios elati, nimium efferantur.

878.
Chriſtus fluuius hoſtium noſtrorum naues non admittit.

Nos feliciore fontis, & fluuij loco Deum habemus, in quo nauigatio omnis inhibita, quæ ab hoſtibus fit, & in noſtri exitium tendat, & incommodum, Euangelici Prophetæ hæc ſunt verba, cap. 33. verſ. 21. *Quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter, locus fluuiorum riui latiſſimi, & patentes non tranſibit per eum* NAVIS REMIGVM: Oleaſter ex Hebræo ita vertit: *Sed ibi magnificus Dominus erit nobis in loco fluuiorum, & non tranſibit per eum nauis remi*: additque ad explicatum, & ſenſum quem tetigimus: *Et eſt ſenſus, quod ibi, ſcilicet in Sion ſeu Eccleſia Dominus aſſiſtens erit cum ſuis magnificus, quaſi locus deliciarum, in quo ſunt fluuij magni, & licet ſit Dominus nobis locus fluuiorum, & riuorum, non tamen talium per quos poſſit tranſire ad nos moleſtandos* NAVIS REMI, IDEST TRIREMIS, *aut alia magnifica nauis Domino prohibente.* Iſa 33. n. 1. Oleaſt.

Piſcatio in portubus, & ſacris fluuiis inhibita. Plat.

Addo piſcationem quoque in ſacris fluuiis, portubuſque minimè permiſſam. Plato huc ſpectabat lib. 7. de legibus: PISCATOR *nec in portubus, nec in ſacris fluuiis, paludibus, ſtagniſque vetatur.*

Stipes in fluuios iaciebantur quodam diuinitatis indicio. Plin. Senec.

Præterea ſtipes in fluuios iaciebantur, quodam diuinitatis indicio, ſtipes quippe Deorum erat, vt indicat Seneca, lib. 7. de Benef. & epiſt. 116. Plinius epiſt. 8. de Cliumno loquens ait: *Fons lato gremio pateſcit purus & vitreus, vt numerare iactas* STIPES, *& relucentes calculos poſſis*; De Nilo Seneca rem clarius offert. 4. natural. quæſt. *In hac ora ſtipitem Sacerdotes, & aurea dona præfecti, cum ſolemne venit ſacrum iaciunt.*

879.
Ex numinibus maximũ Ægyptij Nilũ putabant. Heliod. Athen.

Nam apud Ægyptios Deum habitum Nilum, indicant hæc Heliod. verba, lib. 9. DEVM *eſſe Nilum fingunt Ægyptij, & ex numinibus maximum ducunt*; Athen. lib. 5. *Ægyptie Iupiter Nile.*

Niloa maximum apud Ægyptios feſtum. Heliod.

Niloa maximum apud Ægyptios feſtum erat ob Nili, opinor, cultum: Heliod. eodem lib. 9. *Accidit vt tunc* NILOA *maximum apud Ægyptios* FESTVM *exoriretur.*

Prima Ægyptiorum plaga in flumine quia Nilum pro Deo colebant. Exod 7 19. Theod.

Etiam ob Nili cultum meruerunt Ægyptij, vt in illo punirentur, primam quippè plagam, quam Ægyptiis Deus per Moſem intulit, fuit, cum aqua fluminum verſa in ſanguinem eſt. Exod. 7. 19. ſed cur ab aquis incipit, vt Ægyptios flagellet Deus? *In primis*, inquit Theodoretus quæſt. 19. in Exod. *Quia valdè gloriabantur Ægyptij* DE FLVMINE SVO, *& hunc pro Deo habebant, vt qui parem vſum illis præberet quem nubes. Deinde propter pueros Iudæorum in illum demerſos*: illud quoque non adeo obuium aut notum eſt.

880.
Iconas & ſimulachra fluuiis dicabant. Cæl. Rhod.

Icona, & ſimulachra fluuiis gentiles in honorem, & cultum ſacraſſe: id quod referebat ſuperius productus Cælius Rhodiginus optimus antiquæ eruditionis promus condus lib. 17. lectionum antiq. cap 27. vbi hæc habet: *Compertum igitur illud in primis non ſolum diuinis cultos honoribus fluuios, ſed &* ICONAS *illis, ac* SIMVLACHRA *dicari frequenter conſueſſe: verum non modi vnius ſiquidem ἀνθρωπομόρφους idest, humana eos ſpecie effinxêre nonnulli quibus bubulam alij effigiem induxerũt.*

Aqua ex fontibus in vſum ſacrificiorum adhibita etiã vſibus communibus deſeruiebat. S. Auguſt.

Aquam, ex fontibus in vſum ſacrificiorum hauriri ſolitam, quam tamẽ fideles communibus vſibus ſine vlla religione affirmat ſanctus Auguſtinus epiſt 154. his verbis. *Sicut* FONTIBVS *vtimur de quibus* HAVRIRI AQVAM AD VSVM SACRIFICIORVM, *certiſſime ſcimus. Eadem eſt etiam ratio lauacrorum. Neque enim ſpiritum deducere de aëre dubitamus in quem ſcimus ire fumum ex aris omnibus, & incenſis Dæmoniorum.*

Qua cautione Thraces fluuios tranſirent. Plut.

Qua cautione Thraces fluuios cõglaciatos trãſire ſolerẽt explicat his verbis Plutarch. de animaliũ cõparatione. *Thraces hac quoque memoria, quãdo* FLVVIVM

FLVVSVM CONGLACIATVM TRANSIRE *inſtituerunt, indicem faciunt firmitatis glaciei vulpem. Nam progrediens illa glaciei aurem ſenſim admonet. Quæ ſi percipiat ex ſtrepitu propè vndam delabentem coniiciens non altum eſſe gelu, ſed tenue, & infirmum, ſubſiſtit: ac ſi prohibeatur regreditur, ſi ſtrepitum non ſentiat tranſit fidenter.*

881\. *Fons Siloë vt in certis horis diebuſque ebulliret.* S.Hieron.

De fonte Siloë ita ſcribit ſanctus Hieronymus, lib.3. in 8 c. Iſaiæ. SILOAM FONTEM *eſſe ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, ſed in certis horis diebuſque ebulliat, & per terrarum concaua, & antra ſaxi duriſſimi cum magno ſonitu veniat, dubitare non poſſumus, nos præſertim, qui in hac habitamus prouincia.*

Fons Iob varius pro temporum varietate excurrebat. S.Iſid.Hiſp.

Fontem Iob varium pro temporum varietate excurrere teſtatur ſanctus Iſidorus Hiſp. lib.13. Orig. cap. 13. his verbis. FONS IOB *in Idumea quater in anno colorem mutare dicitur, id eſt, puluerulentum, ſanguineum, viridem, & limpidum, trinis menſibus in anno tenens ex his vnum colorem.*

Fons Iacob in Eccleſia medio qua in modum crucis facta. B.Beda.

De fonte Iacob hæc ſcribit Beatus Beda de locis ſanctis cap.15. *Propè ciuitatem*, inquit, *Sichem, qua nunc Neapolis dicitur Eccleſia quadrifida eſt, hoc eſt in modum crucis facta, in cuius medio* FONS IACOB *habetur quadraginta cubitos altus, de quo Dominus aquas à Samaritana muliere petere dignatus eſt.*

Fluuij Abana vſus in Damaſco. 4.Reg.5.12. R.Benjamin.

Fluuius Abana nobilis, etiam in diuinis litteris eſt; 4.Reg.5. 12. *Nunquid non meliores ſunt Abana, & Pharphar fluuij Damaſci?* De vſu aquarum iſtius fluuij hæc habet Benjamin in ſuo itinerario: ABANA *Damaſcum influit, cuius aquæ per trabes in omnium magnatum domos, atque etiam in forum, & plateas deducuntur.*

882\. *Quatuor Euangeliſtæ fluuiis comparari.* S.Pet Dam.

Sed meliores, vtilioreſque fontes adduco, & omnium vſibus opportuniores; ſic ſunt Beati Euangeliſtæ, quorũ aquæ non in magnatum tantum domos deducuntur, ſed & pauperum, viliorumque; De ſancto Matthæo ita ſcribit ſanctus Petrus Damianus ſerm. 41. *Matthæus tanquam Phiſon de Paradiſi* FONTE PRIMVS ERVCTAT, *atque omnem mundi latitudinem Euangelica doctrina fluentis inundat*; de ſancto Marco idem auctor ſerm. 14. *Beatus Marcus velut Geon perſpicuus, ac purus eructat, & humanas mentes ſalutiferi madoris inundatione facundat*; De ſancto Luca ſerm. 53. *Lucas vnus eſt de quatuor* FLVMINIBVS *Paradiſi, qui videlicet vberibus doctrinæ ſuæ fluentis vniuerſam mundi latitudinem irrigauit*; & demum de ſancto Ioanne ſerm. 63. *Beatus Ioannes magnus Paradiſi* FLVVSVS.

Noxia concupiſcentiæ, & paſſionum flumina. S.Ambroſ.

Noxia flumina, concupiſcentiæ, & paſſiones quæ à carne, velut à quodam fonte trahunt originem; ſancti Ambroſij hæc ſunt verba lib. de Arca, & Noë, cap. 5. *Carnem poſuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam eius corruperat, & à carne velut* A FONTE *prorumpunt, concupiſcentiarum malarumque paſſionum flumina quibus demergitur quoddam excuſſo gubernatore remigium, cum ipſa mens velut quibuſdam tempeſtatibus victa loco ſuo cedit*; ſed meliora flumina exhibeamus, fontes ſalubriores.

***

EXCVRSVS LXXIII.

Salutares quidam fontes.

In qualibet aqua Deus tanquam fons *ſpectandus.*

Pro Caſtalio fonte *nobis alius ſanctior quærendus.*

Fons vitæ *probitate præſul ſit.*

Vnus & idem Doctor, qui, & puteum *referat, &* fontem.

Ceruus necatis ſerpentibus ad fontem *currit, & anima vitiis, &* paſſionibus *peremptis ad Deum.*

Humilitatis fons *qui aſcendat.*

Salutaris fons *diuinorum beneficiorum conſideratio.*

Fluuius *operis* à fonte *cogitationis purus emanat.*

A tentationis fonte *multa emanant commoda.*

Fons *non* ciſterna *anima eſſe debet.*

Bonus fons *anima, quæ virtuti addicta.*

Fontem *anima refert ſi in Dei obſequio ſemper fluat.*

In Dei obſequio *finis reſpondere principio debet.*

Fontis *ſimilitudine mentis tranquillitas explicata.*

Ieſu nomen fonti *comparatum.*

IN. lectoris vtilitatem plures fontes in medium proferam, quorum ſalutares aquæ ad ſalutem hauriantur. 883.

In qua libet aqua Deus tanquam fons ſpectandus. Pſal.145. S.Auguſt.

Deum in qualibet aqua attendendum, & in cuilibet miniſtri officio auctorem agnoſcendum monebat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 145. ad illud. *In filiis hominum in quibus non eſt ſalus*: ait enim: *Ideo ergo habeo ſalutem quia tu mihi das: dicat & fiſtula, quia, & ipſa dat aquam: dicat & Canalis, quia ipſe manat, dicat & præco, quia ipſe liberat: Ego in* AQVA ATTENDO FONTEM, *in voce præconis agnoſco iudicem*: in hominibus nõ ſiſtat, qui per homines bonum aliquod accipit; Deus fons eſt, homines fiſtulæ pares.

Pro Caſtalio fonte nobis alius ſanctior quærendus. Bill.

Poëtæ Caſtalium fontem habuerint: nobis alius fons pro Caſtalio quærendus, amandus alius, purior, ſanctior, & ſiti extinguendæ opportunior.

Tu quoque Pieridum procul hinc fuge, ductor Apollo,
Cunctaque falſorum cum Ioue turba Deûm.
Pro Venere, & fædo ſubeat mihi pectus Amore,
Ille Amor, ex animo qui ſcelus omne fugat.
CASTALIO MIHI SIT FONS *hic pro* FONTE, *bibentem*
Qui beat, atque auido pellit ab ore ſitim.
Pro Ioue, pro Phœbo, mihi ſit, reliquoque Deorum
Agmine, qui toto regnat in orbe Deus.

Fons vitæ probitate præſul ſit. Vgo Car.

Fons vitæ probitate præſul eſt, qui tanta doctrinarum copia, tanta virtutum vbertate præditus eſſe debet, vt ex illo veluti fonte poſſit quiſque haurire quo indiget; huc ſpectabat Vgo Carenſis in Pſal. 35. *Sicut qui* HAVRIVNT

DE FONTE *non vnus totum fontem capit, ſed quilibet, quod ei neceſſarium eſt, & omnes ſatis inueniunt, ita debet eſſe in prælatis.*

884. Quî vni eidemque Doctori putei, & fontis nomen conueniat appoſitiſſimè explicat Guillebertus Abbas, ſerm. 37. in Canticum Canticorum expendere illa verba c. 4. 15. *Fons hortorum, & puteus aquarum viuentium:* ait enim: *iuxta hunc ſenſum: hortum, auditores intellige:* FONTEM *Doctores. Sed ſi fons ſunt; quomodo putei? Noſtis enim quantum inter ſe diſtent hi noti fontes, & putei; Puteus infunditur, fons gratis fluit; In illo aqua recondita ſunt: in iſto quaſi propoſita, & ſe ipſas offerentes vltro. Magna eſt in iſtis differentia, nec poſſunt vtraque in alterutris inueniri. Non poteſt vel fons putei, vel puteus fontis propria, & domeſtica vendicare ſibi: vterque naturæ ſuæ continetur. Similiter; Corporalia, & terrena anguſta ſunt, ſpirituales abundant Diuitiæ: Ad ſpiritualia ſi referamus iſta, in eodem erit inuenire fontem, & puteum, & alterutra ab inuicem propria communicari. Communicemus ergo hæc ſi vultis inuicem propria, & in eodem aſſignemus vtraque. Accipiamus in fonte ſufficientiam doctrinæ, in puteo ſecretum. In illo abundantiam, in iſto alta myſteria, & quidem Bonus Doctor qui quodam quaſi de alto puteo, ita de abdito ſapientiæ theſauro copioſè profert noua, & vetera puteus eſt: quia quæ Dei ſunt nemo nouit niſi ſpiritus Dei. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei, & quaſi fons quidem producit in medium & virtutum irriguos hortos reddit. Habetis ergo in puteo occultationem, in fonte copiam. Profuſionem in fonte, & ſenſuum profunditatem in puteo. Puteus altus eſt, ſed non indiget hauritorio, fons eſt, & gratis fluit.*

Vnus & idem Doctor qui, & puteum referat, & fontem.
Cant 4. 15.
Gilleb.

Ceruus fertur ſerpentibus necatis ad fontem ferri; idem nobis quî præſtandum ſit his verbis docebat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 41: *Curre ad fontem, deſidera* FONTEM, *ſed noli vtcunque, noli vt qualecunque animal currere, vt ceruus curre. Quid eſt vt* CERVVS? *Non ſit tarditas in currendo, impigre curre, impigre deſidera fontem. Inuenimus enim inſigne velocitatis in ceruo Sed forte non hoc ſcripturn ſolum nos in ceruo conſiderare voluit, ſed & aliud audi. Quid aliud eſt in ceruo? Serpentes necat, & poſt ſerpentium interemptionem* MAIORE SITI INARDESCIT PEREMPTIS SERPENTIBVS AD FONTES ACRIVS CVRRIT. *Serpentes vitia tua ſunt, conſume ſerpentes iniquitatis. tunc amplius deſiderabis fontem veritatis. Auaritia forte in te tenebroſum aliquid ſibilat, & ſibilat aduerſus verbum Dei, ſibilat aduerſus præceptum Dei, & quia tibi dicitur, contemne aliquid ne facias iniquitatem. Si mauis facere iniquitatem quam aliquod commodum temporale contemnere, morderi magis eligis à ſerpente, quam perimere ſerpentem. Cum ergo adhuc faueas vitio tuo, cupiditati tuæ, auaritiæ tuæ, ſerpenti tuo, quando in te inuenietur tale deſiderium, quo curras ad fontem aquarum. Quando concupiſcis fontem ſapientiæ, cur adhuc laboras in veneno malitiæ? interfice in te quicquid contrarium eſt veritati, & cum te videris tanquam vacare à cupiditatibus peruerſis, noli remanere quaſi non ſit quod deſideres.*

Ceruus necatis ſerpētibus ad fontem currit, & anima vitiis, & paſſionibus peremptis ad Deum.
S. Auguſt.

885. Salutaris fons humilitas eſt, de quo ita philoſophabatur Vgo Carenſis in cap. 1. Eccleſiaſt. *Neceſſe eſt, vt qui ſe humiliat, exaltetur. Luc. 14. & qui magis ſe humiliat magis exaltetur.* EST ENIM HVMILITAS FONS, *qui tamen aſcendit in quàm alto deſcendit.*

Humilitatis fons qui aſcendat.
Vgo Car.

Salutaris fons eſt diuinorum beneficiorum conſideratio, quæ mentis humum irrigat, & fœcundat animæ terram. Beatus Laurentius Iuſtinianus de ſpe, cap. .v. quatuor beneficiorum genera à nobis conſideranda tradit, & addit tandem. *Hæc quatuor beneficiorum Dei conſiderationes; quaſi* QVATVOR FLVMINA *ſunt egredientia de Paradiſo voluptatis, id eſt ab ineffabili clementia Maieſtatis diuinæ: & irrigantia totam terram, corda ſcilicet fidelium, vt per virtutem ſpei, quæ horum meditatione nutritur, & perficitur, proferre valeant opulentiſſima, virtutum fructus, nec deficere præ ſiccitate exuberantium paſſionum quatenus circumquaque muniti; intrepidi poſſint oſtendere ad ciuitatem ſanctam Hieruſalem, quæ eſt omnium electorum mater: in qua per eum ſicuti eſt, videbunt feliciter.*

Salutaris fōs diuinorum beneficiorum conſideratio.
B. Laur. Iuſt.

Operis fluuius à puræ cogitationis fonte purus manare debet, vt purus euadat, alioquin lutulentus fluuius erit ſi ſit, & fons; huc voco illud ſancti Gregorij lib. 1. moral. cap. 19. vbi ait: *Tota virtute perſpiciendus eſt* FLVVIVS *operis ſi purus emanat ex fonte cogitationis.*

Fluuius operis à fonte cogitationis purus emanat.
S. Greg.

886. Bonus fons tentatio eſt, à qua plura commoda naſcuntur, quam ab vno fonte riuuli; Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba tract. de patientia cap. 4. *Sicut ab* VNO FONTE PLVRIMI EMANANT RIVVLI, *ita & in tentationibus multifariæ vtilitates proueniunt. Et primò tentatio erudit, vnde dicit ſermo diuinus. Hæ ſunt gentes quas reliquit Dominus, vt in illis erudiret Iſraël. Ægreſcit profectò ingenium, niſi iugi lectione reparetur. Cito expediuntur horrea, quæ non fuerint aſſidua adiectione perfulcita: theſaurus ipſe, ſicut facile exhauritur, ſi nullis interim pecuniis reficiantur, & cito poteſt attenuari. Sic & patientiæ virtus deficit, niſi tentatione erudiatur. Humiliat etiam tentatio: Dum enim vitia tentant, proficientes virtutes humiliant. Multos enim ſua peius felicitas ſtrauit, pluresque diuturna pax elatiare proſtrauit, eóque illos hoſtes grauius perculit quo longiore, quietis vſu negligentes inuenit.*

A tentationis fonte multa emanant cōmoda.
B. Laur. Iuſt.

Fons non ciſterna anima noſtra eſſe debet, quod quî fiat ſic explicat ſanctus Ioannes Climacus gradu 25. *Non ſis anima tua* CISTERNA AQVÆ VIVÆ: *quæ modo fontium vitalium ſcaturigine redundet: modo vanagloriæ & ſuperbiæ ardoribus exhauſta exareſcat: ſed* FONS POTIVS *omnium perturbationum limo carens, qui flumen paupertatis ex ſe perpetuo fundat.*

Fons non ciſterna anima eſſe debet.
S. Ioa. Clim.

Bonus, & purus fons anima quæ virtuti addicta eſt. Scitè Epictetus apud..... ſerm. 1. vbi hæc habet. *Anima dedita virtuti ſimilis eſt* PERRENNI FONTI: *cuius aqua eſt pura, imperturbata, potabilis, & dulcis, acceptaque, & fruitioni apta, & copioſa, ab omni noxa, & pernicie aliena.*

Bonus fons anima virtuti addicta.
Epict.

887. Fontem anima refert ſi ſemper ita in Dei obſequio fluat, vt noua ſit ſemper; neſcit in bono ſiſtere, ſemper proficit, & fertur in anteriora. Peritè Richardus Victorinus in Cant. Cantic. cap. 30. ad illud: *Fons hortorum puteus aquarum viuentium:* FONS, inquit, EST ANIMA *deuota, quæ manat, & fluit, ſemper noua oritur, quia ſemper in Deo renouatur, Meditatur enim, vel operatur bonum, vel deſiderio ad anteriora fertur. Fons iſte non ceſſat ebullire, & erumpere ad Dei amorem, ad proprium excreſcere, & dilatari ad proximi dilectionem.*

Fontem anima refert ſi in Dei obſequio ſemper fluat.
Rich. Vict.

In Dei obſequio principio reſpondere finis debet; hinc in amoris Cantico cap. 4. ſponſa prius, *Fons ſignatus*, dicitur, & paulo poſt, *fons hortorum:* vt intelligeremus & fontem initio fuiſſe, nec temporis interſtitio deſiiſſe eſſe quod

In Dei obſequio finis reſpondere principio debet.
Cantic 4.
Gilleb.

fuerat

fuerat, temporum damna neſcit quæ verè Deum amat. Quia temporum incrementis, virtutum incrementis reſpondet, opportune Gillebertus Abbas, ſerm. 37. in Cant. Cantic. ad illud. FONS HORTORVM PVTEVS AQVARVM *viuentium, quæ fluunt impetu de Libano* ad noſtram mentem; hæc habet: *In capituli principio iſtius fons dicta eſt ſponſa, & nunc in fine fontis eam impartit vocabulo dilectus tuus. Ab vbertate inchoat, & in ſenecta vbere multiplicatur: origini finis reſpondet; Multæ ſunt emiſſiones eius, ſed ipſa emiſſionibus non exhauritur. Non areſcit mora, non exiccatur emanatione. In initio huius capituli dicitur fons ſignatus, hic innuitur, non exciccatur. Ibi quales ſint emiſſiones eius, hic quam ſint indefectæ docetur; Copioſi ex hoc fonte riuuli gratiarum emanant, & ſemper tamen fons manat. Ab eo in quo inchoat non ſe cohibet: ideo hic, & ibi fons dicitur.*

Fontis ſimilitudine mentis tranquillitas explicata. Pierius.

Fontis ſimilitudine mentis tranquillitatem ita Pierius explicabat.

Vt FONS *ſi variis agitetur motibus intus,*
Cænoſus oritur turbidus inter aquas:
Omni ſi vero diſcuſſa nube quieſcat,
Cryſtalli ſpeciem lucidus inſtar habet.
Sic ſi mens hominum ſemotis nubibus extet
Splendida; ſin contra, turbida ſemper erit.

Nomen Ieſu fonti comparatum. S. Bernard. Senenſ.

Nomen Ieſu fonti in hunc modum pariabat ſanctus Bernardin. Senenſis, tom. 1. ſerm. 49. vbi ait: *Sicut* AQVA FONTIS *extingui leniter euaporans in ſui ſcaturigine primitus anguſtatur, & quadam ſuaui murmure, delectabilique ſuſurro deriuata poſtmodum latius manans in fluuios multiplices, & abundantiſſimos latices ampliatur: Sic nomen Ieſu breue ſyllabis, leue prolatione ſermonis, graue ſententiis, ſupereffluit, & redundat ineffabilibus Sacramentis. Omnia quæcunque Deus pro ſalute humana ordinauit, in Ieſu nomine comprehenduntur.* Præſtat omnibus fontibus hic fons.

CAPVT XC.

Aquarum nuptiæ, de aquatricibus vxoribus; nonnulla alia de vxoribus, aquiſque fœmineis.

Cæli, & terræ connubium *per imbrem.*
Aliqui fluuij maſculi *dicti, quidam* fœminæ.
Coniuges aquatrices *commendatæ.*
Rebeccæ inſignis aquatricis *modeſtia, & hoſpitalitas.*
Aliæ aquatricis vxoris *notæ.*
Nuptiæ ſpirituales ad ſpirituales ſacrorum librorum puteos *celebrantur.*
Non minus noxiæ prauæ vxoris affectiones *viris, quàm debilibus* nauigiis *procellæ.*
Perſarum lex vetabat, ne vxores ab aliis *quàm à domeſticis viderentur.*
Mulier maioris ætatis *viro minoris in vxorem tradi aliquorum lege non poterat.*
Statutum annorum ſpatium *inter diem ſponſionis, & diem nuptiarum.*
Tutor *olim à viro vxori dabatur.*
Lex de dotis *quantitate nupturæ conſcribēda.*
Sponſarum dos *quàm exigua.*
In filiæ nuptiis *aliqui Imperatores militibus dabant donatiuum.*
Quæ nondum elapſo anno *poſt mariti mortem, alteri nubebat, mediam ſuarum rerum partem amittebat.*
Vt punita ingenua mulier, quæ alieno ſeruo *ſe iunxiſſet.*
Defuncto patre *cuius eſſet vxorem filio dare, vel virum filiæ.*
Varias formas *vt* aqua *induat.*
Vxor referre aquam *debet viri moribus ſeſe accommodans.*
Quæ in terra *timentur, in* aquis *amantur.*
Contrà ſæpè in vxoriis, fœmineiſve aquis.

NOs adhuc ad ſe vocant aquæ, vocant nuptiæ, vxoriaque fluenta, 888.
vt integrum nobis minime ſit ea, quæ huc decurrunt, ſicco calamo præterire, quæ eo libentius exhibeo, quò maiorem cum iis, quæ exhibita ſuperius, cognitionem habent, quove aptiora illis illuſtrandis, aut confirmandis, ſunt.

Cœli, & terræ connubium per imbrem. Vetus dictū.

Inter cœlum, & terram coniugium aliquod eſſe videri alibi dixi; addo hîc creditum per imbrem inſtitui, hinc vetus illud.

Cœlo item ſuum per IMBREM *cum terra* CONNVBIVM.

Tantam aqua cum nuptiis cohærentiam habet, vt vel imbre qui è cœlo in terram decidit cœli terræque connubium ſignificaret.

Aliqui fluuij maſculi dicti, quidam fœminæ. Epig. Græc.

Fluuios aliquos maſculos dictos, quoſdam fœminas apparet ex hoc epigrammate, quod lib. 4. epigr. Græcorum recenſetur.

Alpheus MASCVLA AQVA, *Arethuſa eſt* FOEMINEA;
Et potum inuenit amor mixtis AQVIS.

De horum fontium, & fluminum connubio hæc quoque habet Achilles Statius lib. 1. *Aliud eſt etiam* AQVARVM *Alphei fluuij amantis, & Arethuſæ fontis amatæ* COMNVBIVM: ſed ad vxores aquatrices pergamus.

Coniuges aquatrices commendata. S. Chryſoſt.

Aquatrices coniuges commendat ſanctus 889.
Chryſoſtomus hom. quales ſint ducendæ vxores; MVLTÆ SÆPE EX ISTIS AQVATRICIBVS *in ſolidum virtutem poſſident: aliæ contra in magnificis deſidentes ædibus ignauiſſimæ ſunt, & deterrimæ. Et qui ſcis hanc eſſe virtute præditam? è ſigno, inquit; quod dixi. Et quale hoc virtutis ſignum eſt? Indubitatum, & maximum. Eſtenim hoſpitalitatis ſignum certiſſimum. Sic igitur, etſi non eiſdem verbis loquitur: illam quæro virginem, quæ tam hoſpitalis eſt, vt nullum quantum poteſt recuſet miniſterium, idque non temere facis, ſed quia in eis fueras educatus ædibus, in quibus maximè colebatur hoſpitalitas: proinde mores quærit heorum ſuorum moribus conſimiles, ducturus ſponſam in ædes parentes hoſpitibus. Sic ergo cogitabat: ne qua rixa oriatur inter ipſam, & coniugem dum maritus ſua benignè communicat, in hoc à patre non degener, & hoſpites vltro inuitans; hæc contra præ nimia parſimonia id vetat, & non ſuſtinet, vt fit in plerisque domibus, iam nunc experiri volo quàm hoſpitalis ſit: quandoquidem hoſpitalitati omnem noſtram felicitatem debemus.*

Rebecca inſignis aquatricis modeſtia, & hoſpitalitas. Idem.

Rebeccæ inſignis aquatricis modeſtiam, hoſpitalitatemque expendit ibidem idem ſanctus

Patet in hæc verba: *Feſtinans (Rebecca) effuſa* AQVA IN ALVEVM *vnde potum ſumerent, accurrit ad puteum, vt hauriret aquam Camelis omnibus. Magna hoſpitalitas fœminæ, magna modeſtia, vt ex ipſius tam dictis, quam factis eſt conſpicuum. Vide quomodo nec modeſtiæ hoſpitalitas obfuit, nec hoſpitalitati modeſtia. Quod enim non prior occurrit, & appellauit virum, hoc fuit modeſtiæ. Rurſum quod ad poſtulata non renuit neque negauit ſe facturam hoc magnæ hoſpitalitatis, & humanitatis fuit officium. Quemadmodum enim impudenter feciſſet ſi vltro appellaſſet hominem, ita inhumanum erat ſi rogantis verba repuliſſet.*

Alia aquatricis vxoris nota. Idem.

Pergit & alias probæ vxoris notas in eadem muliere, vxoréque aquatrice notabat his verbis loco producto: *Non factum enim hoc ſolum, verum etiam* ALACRITAS *adiuncta virtutem puellæ indicat, quæ hominem ignotum, & tum primum viſum vocat dominum, & ſicut Abrahamus ipſius ſocer prætereuntes non interrogat, quinam ſint & cuiates, quonam iter & vnde faciant, ſed ſimpliciter hoſpitalitati dat operam: Ita & hæc. Non ſciſcitatur, quis es, & vndeìqua de cauſa venis? ſed pro præſenti copia tractans hoſpitem, non eſt curioſa de cætero.*

Nuptiæ quoque ſpirituales ad ſpirituales ſacrorum librorum puteos celebrantur. Orig.

Et verò non caſu accidiſſe, vt coniugia ad puteos fierent, non eſt quod vertatur in dubium; tectè monemur, animas Deo iungi diuinorum librorum, qui puteos referunt, ope; nefas hic deſiderari Origenis verba, qui rem ita verſat hom. 10. in Geneſim: *Secuta puerum Rebecca venit ad Iſaac: ſecuta eum ſermonem Propheticum Eccleſia venit ad Chriſtum. Et vbi eum inuenit? Ad puteum inquit iuramenti deambulantem. Nunquam receditur à* PVTEIS, *nunquam deſiſtitur ab aquis. Rebecca inuenitur ad puteum; Rurſum Rebecca ad puteum inuenit Iſaac. Ibi primos eius contemplatur aſpectus; ibi deſilit de Camelis; ibi à Puero ſibi demonſtratum vidit Iſaac. Hæc putas ſola referri de Puteis? Et Iacob ad Puteum venit, & ibi inuenit Rachel, & ibi innoteſcit ei Rachel bona oculis, & decora aſpectu. Sedet Moyſes ad Puteum inuenit Sephoram filiam Roguel. Nondum mouêris, vt hoc intelligas ſpiritaliter dici? Aut putas ſemper caſu contingere, vt Patriarchæ ad Puteos veniāt, &* AD AQVAS CONIVGIA SORTIANTVR? *Qui hæc ita putat, animalis homo eſt, & non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Qui enim iungit ſe Domino vnus eſt ſpiritus cum eo. Hanc autem coniunctionem animæ cum Verbo, certum eſt non aliter fieri poſſe, niſi per inſtructionem diuinorum librorum qui figuraliter Putei appellantur. Ad quos ſi quis veniat, & hauriat ex his aquis, id eſt, meditando in his ſenſum, intellectum percipiat altiorem, inueniet nuptias Deo dignas. Coniungitur enim Anima eius cum Deo.*

890\. *Non minus noxiæ prauæ vxoris affectiones viris, quam debilibus nauigiis procellæ.* S. Baſil.

Non minus noxiæ prauæ vxoris affectiones variæ ſunt, quam ſint debilibus nauigiis procellæ, turbineſque: facilè mergetur, qui vxoris in poliendo corpore, & exornando cupiditati ſeruire volet; Pulchrè ſanctus Baſilius hom. ad diuites: *Aurum precij ingentis lapides complexum partim in frontis ornatum ipſis cedit, partim in torques ac monilia: & aliud in cingulis habent, aliud manus vincit, & pedes. Nam aureis amantes manicis vinciri gaudent, quomodo aurum ſit quod ipſas vinciat. Quomodo igitur animæ curam habebit, qui muliebribus cupiditatibus inſeruit? Quemadmodum enim procellæ, ac turbines debilia nauigia, ita prauæ vxorum affectiones animas coniugum demergunt.*

Perſarum lex vetabat, ne vxores, ab aliis quàm à domeſticis viderentur. Ioſeph.

Perſarum lex inhibebat, ne vxores ab aliis, quàm à domeſticis viderentur; tangit hunc morem Ioſephus lib. 11. antiq. cap. 6. vbi rem ad Reginas etiam extendit: ait enim: *Regina quoque Vaſti pari modo mulierum in regia celebrauit conuiuium: quam rem oſtēdere conuiuis cupiens ad ſe acceſſiuit, pulchritudine omnes mulieres ſuperantem. Illa vero volens* PERSARVM LEGES *ſeruare, quæ vxores vetant ab aliis præter domeſticos conſpici, non iuit ad Regem.*

891\. *Mulier maiorum ætatis viro minoris in vxorem tradi aliquorum lege non poterat.* Leg. Vviſig.

Lege cautum apud nonnullos obſeruo ne viris minoris ætatis fœminæ in vxores traderentur, ætatis maioris; leges Vuiſigothorum lib. 3. tit. 1. num. 4. ita ſtatuunt: *Ius naturæ tunc directum in ſpem procreationis futuræ tranſmittitur quando* NVPTIARVM FOEDVS *totius ſolemnitatis concordia ordinatur. Nam ſi aut ætate perſonarum incompetenti conditione adnectitur copula nuptialis quid reſtat in procreationis origine niſi vt quod naſciturum eſt, aut diſſimile maneat, aut deforme? Hæc enim poterit in pacis concordia naſci, quod per diſcordiam originis noſcitur ſeminari. Videmus enim quoſdam non auidos amore naturæ, ſed illectos cupiditatis ardore filiis ſuis tam inordinatè diſponere fœdera nuptiarum, vt in eorum actis, nec ætate concors ſit ordo, nec moribus. Nam cum viris res illa dederit nomen, quod in fœminas agant iſti per repugnantia naturæ conamina maribus puellas anteponunt dum infantibus adoleſcentulas deſponſationis copula coniungunt: Sicque per ætatis præpoſtera tempus honeſtatis lucrum dilabi cogunt ad impudicitiæ lapſum dum puellarum auidior, & maxima ætas feros, tardoſque virorum contemnit expectare prouentus. Vt ergo male ordinata propagatio generis in ordinem tranſductionibus reducatur illicitis huius ſanctione decernitur legis, vt* FOEMINÆ MINORIS SEMPER ÆTATIS VIRIS MAIORIBVS IN MATRIMONIO DESPONSENTVR: *aliter deſponſatio facta, ſi vna pars contradicere videatur nullo modo manere iubetur.*

Statutum annorum ſpatiū inter diem ſponſionis, & diem nuptiarum. Vuiſig. leg.

Plerunque non ſtatim, ac promittebatur ſpōſa ducebatur, plures annos aliquando differebant, vt alibi obſeruaui; addo hic Vuiſigothorum lege duorum annorum ſpatium excedere non licuiſſe: ſic enim decernunt eorum leges lib. 3. tit. 1. num. 4. *A die ſponſionis vſque ad nuptiarum diem non amplius quam* BIENNIO *expectetur: niſi aut parentum, aut cognationis, vel certè ſponſorum ipſorum ſi perfectæ ſint iam ætatis honeſta & conueniens adfuerit conſenſio voluntatis. Si autem in hoc fœdere inita pacta, vel definitiones pro elongatione nuptiarum communis voluntas immutare decreuerit, aut ſi per neceſſitatem vna perſona defuerit non amplius quam duorum annorum tempus prolongatio continebit. Etſi rurſus vel quotiens fieri non conuenerit biennij tantum in definitione ſpatium erit. Aliter quandoque, aut arrharum, aut ſcripturæ celebrata confectio non valebit.*

892\. *Tutor olim à viro vxori dabatur.* Leg. Vulc.

Tutor olim à viro vxori dabatur, ſi proximis agnatis caruiſſet: Legea Vulterannę hęc habent: *A viro detur* TVTOR VXORI, *quæ non habeat proximos agnatos.*

Lex de dotis quantitate nupturæ conſcribenda. Vuiſigot.

De dotis quantitate nupturæ conſcribenda ita ſtatuunt Vuiſigothorum leges, vt habetur lib. 3. tit. 1. num. 5. *Cum de* DOTIBVS *diuerſa ſæpè inter nubentes oriatur intentio, plurimorum ſit vtilitati conſultum, ſi euidens huius rei inſtitutio nihil vltra relinquat ambiguum. Decernimus igitur, ac legis huius perpetim ſeruatura ſanctione cenſemus: vt quicunque ex palatij noſtri primatibus, vel ſenioribus gentis Gothorum, filiam alterius, vel cuiuſlibet relictam ſeu ſibi, ſeu filio ſuo popoſcerit in coniugio copulandam, ſiue quiſquis ex prædictorum ordine vxorem ſibi elegerit expetendam non amplius vnuſquiſque*

quiſque in puella, vel mulieris nomine dotis titulo conferat, vel conſcribat, quam quod decimam partem rerum ſuarum eſſe conſtiterit. Quodſi contigerit, vt quicunque parentum pro filio ſuo in nurus ſuæ nomine dotem conſcribere debeat: eodem modo de eo, quod eidem filio poſt obitum parentum ſuorum in portione euenire poterat decimam exinde partem per dotis titulum conferat, quod mulier, vel puella nuptiis traditura obtineat.

Sponſarum dos quâ exigua. Anon.

Sponſarum dos erat aliquando exigua, cum mulierum vultus erat parcus, Anonymus Chronologus 7. ætatum ineditus ita ſcribit: MODICA DOTE *nubebant fæminæ, quia earum vultus erat parciſſimus; ornatus capitis non pretioſus erat Virginibus, aut nuptis: coniugatæ latis vittis tempora, & genas ſub mentum vtebantur; Virorum tunc gloria erat in armis eſſe, & equis commodis.*

893. *In filiæ nuptiis aliqui Imperatores militibus dabant donatiuum.* Capitol.

In filiæ nuptiis aliqui Imperatores & militibus donatiuum dabant; Capitolinus in Antonino Pio; *Menſes Septembrem, atque Octobrem, Antonianum, atque Fauſtinianum appellandos decreuit Senatus, ſed iis Antoninus reſpuit. Nuptias filiæ ſuæ Fauſtinæ quum Marco Antonino eam coniungeret vſque ad donatiuum militum celeberrimas fecit.*

Quæ nondum elapſo anno poſt mariti mortem alteri nubebat mediam ſuarum rerum partem amittebat. Vuiſigot.

Quæ elato marito nondum elapſo anno alteri nubebat mediam ſuarum rerum partem amittebat apud Vuiſigothos; ſic enim eorum leges habent lib. 3. tit. 2. num. 1. *Si* MVLIER *poſt mortem mariti ſui, ſe alij infra annum coniunxerit, vel adulterium fecerit, medietatem rerum ſuarum filij ſui ex priori coniugio procreati recipiant: aut ſi filij deſunt, alij propinquiores heredes defuncti viri per iudicis inſtantiam ipſarum rerum conſequantur medietatem. Quam idcirco mulierem præcipuè huic volumus ſubiacere diſpendio: ne hæc quæ à marito grauida relinquitur dum immoderato deſiderio ad ſecundi* CONIVGII VOTA *feſtinat, vel adulterium perpetrat, ſpem partus ſui priuſquam naſcatur extinguat, illas tantundem à legis huius ſententia inberemus manere indemnes, quas principalis auctoritas, infra tempus à lege conſtitutum, cuilibet in coniugio decreuerit copulandas.*

Edict. Theodorici.

Edictum Regis Theodorici num. 37. de hac re ita decernit: INTRA ANNVM *mortis mariti nulla ad ſecundas nuptias migret: ſed nec furtim ſe miſceat illi, cuius poſt annum erit vxor futura: quia leges videtur circumſcribere: Idcirco vtramque perſonam ſtupri ream eſſe præcipimus. Quam querelam damus tantum filiis, & propinquis vt quod in talibus cauſis legibus competit, exequantur.*

894. *Vt punita ingenua mulier, quæ alieno ſeruo ſe iunxiſſet.* Leg. Vuiſig.

De ingenua muliere, quæ alienum ſeruum duxiſſet in virum, vel ab eo cognita fuiſſet, ita ſtatuũt leges Vuiſigothorum lib. 3. tit. 2. num. 3. SI MVLIER INGENVA SERVO ALIENO *Reget ſe in matrimonio ſociauerit, ſiue etiam per adulterium iungere præſumpſerit, ſtatim vbi primum hoc iudex agnouerit eos ad ſeparandum feſtinare non differat, vt pœnam quam merentur excipiant: hoc eſt ſinguli eorum centena flagella ſuſcipiant. Et ſi poſt hanc contradictionem ſe iterum coniunxerint, eos iudex comprehendi iubeat, & in ſua præſentia exhiberi: vt vnicuique eorum iteratim centena flagella imponere non deſiſtat. Quodſi tertia vice ſe ſeparare noluerint ſimiliter centena flagella eis imponi iubemus, & ipſa mulier parentibus ſuis in poteſtate tradatur. Quod ſi poſtmodum eam parentes retrorſum dimiſerint, ſit ancilla Domino eius ſerui.*

Defuncto patre cuius eſſet vxorem filio dare, vel viꝛum filiæ. Vuiſigot.

Defuncto patre cuius eſſet vxorem filio dare, vel filiæ maritum ita decernunt eædem leges Vuiſigothorum, lib. 3. tit. 1. num. 7. *Patre mortuo vtriuſque ſexus filiorum* CONIVNCTIO *in matris poteſtate conſiſtat. Matre verò mortua, aut ſi ad alias nuptias fortè tranſierit, fratres eligant qui dignius puer vel puella iungatur. Quod ſi fratres eius ætatis non fuerint, vt eorum iudicio debeat germanus, aut germana committi, tunc patruus de coniunctione eorum habeat poteſtatem. Certè ſi germanus iam adoleſcentiæ habet ætatem, & proximorum renuit ſollicitudinem, ſit illi poteſtas condignam ſibi coniunctionis quærere copulam. De puella verò ſi ad petitionem ipſius, is qui natalibus eius videtur æqualis acceſſerit petitor, tunc patruus ſiue fratres cum proximis parentibus colloquantur ſi velit ſuſcipere petitorem: vt aut communi voluntate iungatur, aut omnium iudicio denegetur*; ſed quia nos aquæ ad mulieres, vxoreſque duxêre, aquas viciſſim ad mulieres, vxoreſque ducamus.

Quî varias in rebus variis formas induat aqua, elegantiſſimè explicat ſanctus Ambroſius, vt religio ſit hîc eius verba deſiderari; ſic ille loquitur, lib. 3. Hexam. cap. 15. *Vna, atque eadem* AQVA *in diuerſas plerunque ſe mutat ſpecies: vt inter arenas flaua, inter cautes ſpumea, inter nemora viridantior, inter florulenta diſcolor, inter lilia fulgentior, inter roſeta rutilantior, in gramine liquidior, in palude turbidior, in fonte perſpicua, in mari obſcura aſſumpto locorum quibus influit colore decurrit. Rigorem quoque pari ratione commutat, vt inter vaporantia ferueat, inter vmbroſa frigeſcat, ſole repercuſſa exæſtuet, niuibus irrigata glaciali humore caneſcat: Quemadmodum ſapor eius conuertitur, vt nunc aſperior, nunc amarior, nunc vehementior, nunc auſterior, nunc dulcior pro ſpecierum qualitate quibus infuſa fuerit. Aſperatur immaturioribus ſuccis, tunſo cortice nucis, foliiſque contritis, amarior fit, abſinthio vino vehementior, auſterior allio: graueſcit veneno, melle dulceſcit. Si vero ei lentiſcum, terebynthi quoque fructus, vel nucis interior pars miſceatur, in oleoſam, & mollem naturam facilè transfunditur. Cum ſit autem altrix omnium virgultorum diuerſos ſingulis vſus miniſtrat*; aquam cum laude ſumma refert vxor, ſi ipſa quoque ad variam viri mentem variam ſe exhibebit, eius nutibus obtemperans, eius moribus ſeſe accommodans. 895.

Varias formas, vt aqua induat. S. Ambroſ.

Quæ in terra timentur, in aquis amantur. S. Ambroſ.

Aquam referens, & præferens terræ ſanctus Ambroſius, ait ea quæ in terris à nobis timentur, amari in aquis, hæc eius verba lib. 5. Hexam. cap. 2. *Adde hanc gratiam, quod ea quæ timemus in terris, amamus in aquis. Etenim noxia in terris, in* AQVA INNOXIA *ſunt: atque ipſi angues ſine veneno: Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus: Murena, quam ferunt aliquid habere noxium eſca pretioſior eſt. Ranæ horrent in paludibus, decora in aquis omnibus ferè præſtat alimentis. Plura ſi quis vult cognoſcere à diuerſis locorum piſcatoribus quærat, nemo enim poteſt omnia comprehendere. Canes ſanè & in mari caue, quot in Eccleſia moleſtos eſſe, & arcendos Apoſtolus docet dicens, Cauete canes, cauete malos operarios. Muſtela grauis in terris odor, in aquis ſuauis.* Nollem ab aquæ natura abire mulierem, quę aquæ ſolet comparari; non abibit ſi quicquid noxium extra illam eſt, noxium in illâ non erit; ſed vereor vt contra ſit, plerunque enim innoxia extra muliebres aquas, maximè in illis nocet.

Contra ſæpè in vxoris fæminiſue aquis accidit.

***

CAPVT

CAPVT XCI.

Bibendi nexus, & nubendi; nuptiarum & potionis; de nuptiis varia litteris conſignata.

Bibendi *nexus*, *&* nubendi.
Sponſi poſt benedictionem *vt* bibant *apud Anglos.*
Aquæ, *&* bibendi *metaphora in nuptiis.*
In nuptiis bibere *Hebræorum mos.*
Cur cyathum *frangant?*
Coniuges circa aras *in dextrum orbem vertebant ſe.*
In nuptiis ſeptimus dies *voti inſtaurationem habebat.*
Matrimonium cum exteris, *& alienigenis contrahere aliquibus nefas.*
Seruus ſine Domini voluntate *vxorem ducens, vt puniretur.*
Pro vxore ducenda Imperatoris *licentia.*
Spicea corona *alicubi ſponſa coronata.*
Mortem cogitet *qui nuptias init.*
Vinum ex torcularibus *haurientes vappam non nominabant.*
Nuptiarum puritas *vt collecta.*
Filij ſtipendia *coniugalis malitiæ*
Spiritale animæ cum Chriſto coniugium *vt celebrandum.*
Chriſti ſponſi thalamus *vt ornandus.*
Cæleſtis *ſponſi amplexus qui cogitat*, *in* virtutum campo *exerceatur.*
Sponſa quò plus rebus terrenis nudatur, *plus amatur.*

896. *Bibendi nexus & nubendi.* Ouid.

AD eorum, quæ ſuperius dedimus lucem erit, ſi bibendi quoque verbom cum nuptiis cohærere ex antiquitatis penu probemus; probo; ſponſæ factitiam potionem porrigi ſolitam indicat Ouidius in Faſtis, dum canit:

Nec pigeat tritum niueum cum lacte papauer
Sumere, & expreſſis mella liquata fauis;
Tum primum cupido Venus eſt deducta marito,
Hoc bibat, ex illo tempore nupta fuit.

Sponſi poſt benedictionem vt bibãt apud Anglos. Polyd.

Simile quidpiam apud Anglos in vſu eſſe reperis; de illis ita ſcribit Polydorus Virgilius lib. 1. de inuentoribus rerum, cap. 4. *Sponſa apud Anglos poſtquam benedixerit Sacerdos, in templo incipit bibere ſponſo, & reliquis adſtantibus idem mox facientibus.*

Aqua & bibendi metaphora in nuptiis. Achil. Stat.

Aquæ, & bibendi metaphora in nuptiis, nuptialis operis vſui adhibetur etiam apud Achillem Statium lib. 5. vbi hæc leguntur: *Quem ſpernendi finem facturus es? nos quidem certè maritimis è* FLVCTIBVS *euaſimus, atque Epheſum, qui* NVPTIIS CONSTITVTVS *eſt locus peruenimus. Ecquid adhuc diem expectamus? quandiu eorum, qui aliquo in ſacrario cubant, morem imitabimur. Largam tu quidem* AQVÆ MIHI COPIAM OFFERS: *verum ne hauriam vetas, tantòne tempore, vt propter fluuium ſedeam, ſitimque explere non poſſim? Næ ego Tantali menſa haud diſſimilem tortam ſortita ſum.*

In nuptiis bibere Hebræorum mos. Cur cyathum frangant.

Bibunt in nuptiarum celebratione & Hebræi, hancque in bibendo ritum ſeruant, quod alibi obſeruabam, vt poſt potum cyathum terræ illidant, & frangant, & hac fractione ſpectantium, & præcipuè nubentium mentem ad omnis humani gaudij, felicitatiſque inconſtantiam, & fragilitatem vocent. Sed quia hîc ſumus alia de nuptiis afferamus, quæ nobis offeruntur, & præteriri antiquæ eruditionis cupidus nollet.

Coniuges circa aras in dextrum orbem ſe vertebant. Val. Flac.

Coniuges olim cùm ad aras venirent ſolebant boni ominis gratia in orbem dextrum ſe conuertere, vndaque iugalis præferebatur; Tãgit vtrumque morem Valerius Flaccus lib. 8. dum canit:

Inde vbi ſacrificas cum CONIVGE *venit ad aras*
Æſonides vnaque adeunt, pariterque precari
Incipiunt; ignem Pollux, vndamque iugalem
Prætulit, vt dextrum pariter VERTANTVR IN ORBEM.

897. *In nuptiis ſeptimus dies voti inſtaurationem habebat.* Scru.

Olim nuptialia feſta ſeptimo die claudi conſueuerant, vt alij quoque notauêre, iſque dies reſtaurationem voti habere dicebatur: Donatus in Phormione Terentij: *In* NVPTIIS *etiam ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, vt in funere nonus dies, quo parentalia concluduntur.*

Matrimoniũ cum exteris, & alienigenis contrahi nec aliquibus nefas. Leg. Sic.

Matrimonium cum exteris, & alienigenis contrahere Siculorum leges olim prohibebant, lib. 3. tit. 21. num. 2. vbi & cauſam addunt: *Ne timeatur ergo deinceps cohabitantium in regno diuerſitas nationum, magna illatura diſcrimina, vel ad regni magna incommoda progreſſura, volentes hominum diuerſitatibus competens adhibere remedium, præſertim ne in regno noſtro gentium infirmitas nutriatur, edicto generali ſolemniter duximus ſtatuendum vniuerſis de regno, & ſingulis inhibendo, vt nulli liceat amodo de filiis, & filiabus regni* MATRIMONIVM CVM EXTERIS, ET ALIENIGENIS, *qui, vel quæ non ſunt de regno abſque ſpeciali requiſitione, & mandato, ac conſenſu noſtræ curiæ contrahere. Eo videlicet modo, vt nec aliqua de regno nubere alienigenis audeat, nec aliqui filias alienigenarum ducere in vxores. Eos qui contra præſumpſerint bonorum omnium ſpoliatione mulctamus.*

Seruus ſine Domini voluntate vxorem ducens vt puniretur. Lex Sal.

Seruus qui in vxorem ancillam duxiſſet ſine Domini ſui voluntate ita puniebatur, vt habet lex Salica, tit. 47. num 6. *Si quis ſeruus* ANCILLAM *alienam ſine voluntate Domini ſui ſibi in* CONIVGIVM *copulauerit, CXX. den. qui faciunt ſol. 3. culp iud. aut 120. ictus accipiat.*

898. *Pro vxore ducenda Imperatoris licentia.* Conſtit. Sic.

De vxore non ducenda ſine Imperatoris licentia hæc habetur in conſtitutionibus Siculis lib. 3. tit. 21. num. 5. vbi Imperator Federicus ita ſancit: *Honorem noſtri Diadematis debitum conſeruantes præſenti conſtitutione ſancimus vbique per regnum, vt nullus Comes, Baro, vel miles; vel quilibet alius, qui Baronias, Caſtra, vel feuda in capite à nobis tenet, vel ab alio, quæ in quaternionibus Doanæ noſtræ inueniuntur in ſcriptis ſine permiſſione noſtra vxorem ducere, aut maritare filias, ſorores, aut neptes, vel quaſlibet alias, quas ipſi poſſent, aut debeant* MARITARE, *aut filios vxorare cum immobilibus, aut mobilibus præſumat; huic legi conſuetudine, quæ in aliquibus regni partibus obtinuiſſe dicitur, non obſtante.*

Spicea corona ſponſa alicubi coronata. Polyd.

Spicea corona alicubi ſponſam coronatam, aut ſuper eius caput triticum boni ominis cauſa iactatum obſeruo; Polydorus Virg. lib. 5. cap. 4. de inuent. rer. *Quod tum hodie, tum præcipuè in Anglia ſeruatur, vt duo pueri velut paranymphi,*

nymphi, id eſt, auſpices, qui olim pro NVPTIIS *celebrandis auſpicia capiebant, nubentem ad templum, vbi ei, & marito Sacerdos benedicat, & inde domum duo viri deducant, & tertius loco facis, vaſculum aureum, vel argenteum præferat:* addit de coronâ: *ſpiceâ item coronâ ſponſa redimita caput, præſertim ruri ducitur, vel manu gerit ipſam coronam, ſeu dum ingreditur domum, boni ominis cauſa ſuper eius caput iacitur triticum, quaſi inde conſecutura ſit fœcunditas.*

Mortem cogites, qui nuptias inis.

Lucernæ noptiis præferebantur, vt præferuntur & mortuis, vt mortem cogitet, qui nuptias init, oec ſinat ſe à finis ſui cogitatione breui illo nuptiarum gaudio auocari: Boni auctoris verba ſunt de hoc ouptiarum, & mortis nexu; *Qui matrimonio coniungitur, & amore coniugali ſe mancipat, tanquam morti ſe dat,* FACES *igitur illæ, quæ coniuges comitantur, tedæ ſunt in illorum accenſæ morte.*

899.
Vinum ex torcularibus haurientes vappam non nominabant.
S.Chryſoſt.

Quando vinum ex torcularibus hauriebant ſuperſtitione quadam cauebant olim ne vappam quidem nominareot; rem ad matrimooij puritatem, ac temperantiam flectit ſanctus Chryſoſtomus hom. 11. in epiſt. ad Coloſſ. vbi ait: *Nos eas ducimus ad* NVPTIAS: *quando aliquid quidem facitis, etiam verbis tenus contraria omnia deprecamini: vt quando ſeminas, quando vinum hauris ex torcularibus, ne reſponderit quidem quæ vappam ſignificant. Hic autem cum ſit moderatio, & temperantia, vappam introducitis. hoc enim eſt ſcortatio. quando vnguentum componitis, nihil male olens ſinitis appropinquare. Matrimonium eſt vnguentum, cur cœni fætorẽ inducis in compoſitionem vnguenti?*

Puritas nuptiarum vt colleƈta.

Militiæ coniugalis ſtipendia vocatos filios obſeruo; hoc eos titulo donat ſanctus Ambroſius in cap. 1. Lucæ. *Agant itaque fratres gratias, quia generauerunt, filij quia generati ſunt, matres quia coniugij præmiis honorantur. Stipendia enim* MILITIÆ SVÆ *filij ſunt.*

Filij ſtipendia coniugalis militiæ.
S.Ambroſ.
Spiritale animæ cum Chriſto coniugiũ.
S.Ephræm.

De ſpiritali animæ cum Chriſto ſuo coniugio hæc habet ſanctus Ephræm Syrus, ſerm. de iud. & Reſurr. ANIMA NOSTRA SPONSA *facta eſt immortalis ſponſi:* NVPTIÆ DIVINA SACRAMENTA SVNT, *per quæ ſancta anima iungitur ſponſo, dum digna mentis deuotione ſumuntur. Attende ergo tibi ipſi, vt thalamum tuum integrum ſemper ab omni labe, immaculatumque cuſtodias, & Regem Chriſtum cœleſtem ſponſum excipere tota intentione deſidera, vt in die aduentus ſui manſionem apud te faciat cum Patre ſuo, & coram ſanctis Angelis, atque Archangelis ſit tibi laus, & Paradiſum cum gloria, & gaudio ingenti ingrediaris:* ad illa eat calamus, quæ ſuperſunt.

Chriſti thalamus, vt ornandus.
S.Pet.Chryſ.

Qualis Chriſti thalamus ſit ornandus egregiè docet ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 22. *Ex quo ad deſponſandam ſuam Eccleſiam Chriſtus aduenit* THALAMVS ORNATVR SPONSÆ: *& ornatur auro fidei, argento ſapientiæ, virtutum gemmis, ſanctitatis velis, verecundiæ roſis, liliis caſtitatis, pudoris violis: & ad alta cœli pudicitiæ templum, faſtigium virginitatis attollitur: nec deſunt Pſalmorum cithara, Prophetica organa, Apoſtolorum voces, totaque ſymphonia cœleſtium nuptiarum.*

900.
Chriſti amplexum qui cogitat in virtutibus exerceatur.
Vgo Car.

Cœleſtis ſponſi amplexus ne cogitet, qui virtutes non amplectitur, ſeque in virtutum campo non prius exercuerit: Scitè Vgo Careoſis in Prol. lib. Prouerb. *Niſi homo prius in* CAMPO VIRTVTVM *exercitatus fuerit, & mundi pompas conculcauerit, non poteſt aſcendere ad* AMPLEXVS SPONSI.

Sponſa quò plus nudatur plus amatur.
S.Ambroſ.

De pallio ſponſæ hoc obſeruo, ſponſam à virginibus ciuitatis prima vice non ſpoliatam pallio, ſpoliatam verò fuiſſe ſecunda, Cant. 5. quod caſu non accidiſſe certum eſt; ſanctus Ambroſius hinc colligit Eccleſiam, idem & de anima qualibet dicendum, à Deo plus amari cum nudatur; hæc eius verba in Pſal. 118. octon. 7. ad calcem: *Quomodo ergo infra tulerunt pallium niſi forte quia proceſſu operis, ſiue fidei* ECCLESIA DVM NVDATVR A DOMINO PLVS AMATVR. Plus amatur & anima, quæ in Eccleſia, Eccleſiam imitatur, nudáque nudum ſponſum ſequitur.

CAPVT XCII.

Nonnulla quæ nuptias, quæ coniuges tangunt hîc tanguntur.

Contrahendi *verbum in nuptiis adhibitum, eius vſus damnatus.*

Apud nonnullos patricij cum plebeiis *connubium inire non poterant.*

Adueniens maritus *mulieris, quæ mortuum illum putans alteri nupſerat, quid fieret.*

Virginem *in vxorem virginem ducere iubebatur.*

Scire mulierem *in verbis nuptis.*

Alicubi Hebræi cogebantur nuptias noſtrorum Sacerdotum benedictione *celebrare.*

Sponſam dimittens *quid iurare teneretur.*

Saxonum lex de certa pecuniæ ſummâ *vxoris parentibus à ſponſo ſoluenda.*

Vt puniretur mulier ingenua, *quæ ſeruo ſuo nupſiſſet.*

Idem inſtrumentum *in nuptiis, & in morte pulſabatur.*

In nuptiis mors *cogitanda.*

Floridus *nuptiarum* lectus.

Laboris, *&* ſpei *coniugium.*

Apud Romanos viduæ *publicis feriis, feſtiſque diebus nubebant, non Virgines.*

Coniugij initium *expenditur.*

Nuptiarum nomen *de coniugij vſu, non de coniugio.*

FOecundæ & in paginis nuptiæ ſunt, quò plura de illis exhibentur, plura de illis exhibenda ſe offerunt quæ hîc ſubiicio, præterire non potui. 901.

Contrahendi verbum in nuptiis adhibitum, eius vſus damnatus.
S.Chryſoſt.

Contrahendi verbum, quod in nuptiis olim quoque adhibebatur ita damnabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 4. in Matth. *Audiui multos dicentes: ille* CONTRAXIT *cum illa, id eſt, coniugio copulati ſunt: Ita domum Dei vituperant, cum quaſi vendentes, ac ementes vxores viri ducant, & viris nubant mulieres.*

Apud nonnullos patricij cum plebeiis connubium inire non poterant.
Eth.antiq.

Apud Vulterannos olim patricij, cum plebeiis connubium inire non poterant; in illorum legibus antiquis hæc leguntur in antiquitatum Thuſcarum fragmentis: *Patriciis cum plebeiis* CONNVBIVM *prohibetur.*

Si aliquis in vxorem duxiſſet mulierem, cuius

Adueniens marito mulieris, quæ mortuum illum putans alteri nupſerat, quid fieret.
Leg. Vuiſig.

ius maritus mortuus putabatur, adueniente verò marito, alius in illius poteſtatem tradebatur, vt vendere illum poſſet ſi vellet; ſicut & mulierem, in legibus Vuiſigothorum lib. 3. tit. 2. num. 6. *Nulla* MVLIER ABSENTE VIRO SVO *alteri viro ſe præſumat coniungere, vſque dum de viro ſuo certis cognoſcat indiciis, ſi verè mortuus fuerit: quod ſimiliter & ille inquirat, qui eam ſibi vult in coniugio copulare. Si vero hoc facere diſtulerint, & ſic ſe indita præſumptione coniunxerint, & poſtmodum prior maritus reuerſus fuerit ambo in eius poteſtate traduntur: vt quid de eis facere voluerit, ſeu vendendi, ſiue quid aliud faciendi habeat poteſtatem.*

902. Virginem in vxorem, virginem ducere olim iubebant in fragmentis antiquis Etruſcis lib. 1. hæc habentur à Proſpero Tiſulano ad poſteros tranſmiſſa: VIRGO VIRGINEM DVCAS VXOREM; *ſed honeſtam, an pulchra ſit nihil refert, cito enim ſeneſcit, pulchritudo tranſibit, honeſtas manebit.*

Virginem in vxorem virginem ducere iubebatur.
Eth. antiq.

Vt cognoſcere nuptiale eſt opus, ita etiam ſcire; hinc illud Geneſ. 38. verſ. 27. *Attamen vltrò non cognouit eam*, ideſt, rem cum ea non habuit; ſanctus Auguſtinus lib. 1. locut. in Geneſ. legit: *Et non appoſuit amplius* SCIRE *eam*; quod ſtatim explicat: *pro eo*, inquit, *quod eſt miſceri ei.*

Scire mulierē in verbis nuptialibus.
Gen. 38. 37.
S. Auguſt.

Alicubi viros Hebræos nuptias Sacerdotum noſtrorum benedictione celebrare apparet ex his verbis, quæ in Vuiſigothorum legibus habentur lib. 12. tit. 3. num. 8. *Illud tamen modis omnibus obſeruandum fore præcipimus: vt ſi quis Iudæus, ſiue Iudæa noniter* NVPTIALE FESTVM *celebrare voluerit, non aliter quàm cum præmiſſo dotis titulo, quod in Chriſtianis ſalubri inſtitutione præceptum eſt, vel* SACERDOTALI BENEDICTIONE *intra ſinum ſanctæ Eccleſiæ percepta coniugium cuiquam ex his adire permittimus. Quod ſi vel ſine benedictione Sacerdotis quiſque Hebræorum noniter coniugium duxerit, vel ſolemnitatem legis pro dotali titulo in quocunque tranſcenderit aut C. Principi ſolidos coactus exſoluat, aut C. publicè verberatus flagella ſuſcipiat: Hæc ſcilicet damna, vel verbera ſingulatim vnuſquiſque pro ſe iacturam legis huius ſuſcipiat.*

Alicubi Hebræi cogebantur nuptias noſtrorum Sacerdotum benedictione celebrare.
Leg. Vuiſig.

903. Nonnullorum lege qui ſponſam dimittebat, aliam in vxorem ducturus, iuramentum emittere tenebatur, ſe vitium in primâ illa non inueniſſe; ſed ſolo amore actum aliam duxiſſe: in legibus Alamannorum tit. 53. hæc habentur: *Si quis filiam alienam* DESPONSATAM *dimiſerit, & aliam duxerit, componat eam, quam deſponſauit, & dimiſit cum 40. ſol. & 12. ſacramentalibus* IVRET, *cum quinque nominatis, & ſeptem aduocatis, vt pro nullo vitio nec tentatam eam habuiſſet, nec vitium in illa inueniſſet, ſed amor de alia eum adduxit, vt illam dimiſiſſet, & aliam habuiſſet vxorem.*

Sponſum dimittens quid iurare teneretur.
Leg. Alam.

Saxonum lege vxorem ducturus certam pecuniæ ſummam parentibus tenetur ſoluere, quam augere tenetur, ſi parentes in matrimonium non conſentiunt: hæc legis verba tit. 6. VXOREM DVCTVRVS *ccc. ſolidos det parentibus eius: ſi autem ſine voluntate parentum, puellâ tamen conſentiente puella ducta fuerit bis trecentos ſolidos parentibus eius componat.*

Saxonum lex de certa pecuniæ ſumma vxoris parentibus à ſponſo ſoluenda.
Leg. Sax.

Mulier ingenua, quæ ſeruo ſuo nupſiſſet, aut ſe ab ipſo violari paſſa eſſet grauiſſimè apud Vuiſigothos puniebatur: Præſtat hîc legis verba ſiſtere, quibus hoc coniugium, hoc ſcelus inhibebatur lib. 3. tit. 2. num. 2. hæc de hac re leguntur: *Si* MVLIER INGENVA *ſeruo ſuo, vel proprio liberto ſe in adulterio commiſcuerit, aut forſitan eum maritum habere voluerit, & ex hoc manifeſta probatione conuincitur, occidatur: ita vt adulter, & adultera ante Iudicem publicè fuſtigentur, & ignibus concrementur. Cum autem per reatum tam turpis admiſſi, quicunque iudex in quacunque regni noſtri prouincia conſtitutus, agnouerit dominam ſeruo ſuo, ſiue patronam liberto fuiſſe coniunctam, eos ſeparare non differat: ita vt bona eiuſdem mulieris, aut ſi ſunt de alio viro idonei filij euidenter obtineant, aut propinquis eius legali ſucceſſione proficiant. Quod ſi vſque ad tertium gradum defecerint heredes, tunc omnia fiſcus vſurpet: ex tali enim conſortio filios procreatos conſtitui non oportet heredes. Illa ergo ſeu virgo ſiue vidua fuerit, pœnam excipiat ſuperius comprehenſam. Quod ſi ad altaria ſancta confugerit, donetur a Rege, cui iuſſum fuerit perenniter ſeruitura.*

Vt puniretur mulier ingenua quæ ſeruo ſuo nupſiſſet.
Leg. Vuiſig.

Apud Hebræos muſicum quoddam inſtrumentum erat, nomine *Abbace*, ſiue *Kucha* quod nuptiarum tempore pulſabatur, & in ſodalium morte, quod notat auctor libri....... nimitum, inquit, vt in nuptiis mors cogitaretur, mortiſque memoria gaudium, quod illo tempore extra terminos eſſe ſolet, temperaretur: & illi qui mortuum plangebant, hoc inſtrumento vtebantur, vt paſſionem mitigarent, & vtilius ad finem cogitarent. 904.

Idem inſtrumentum in nuptiis, & in morte pulſabatur
Hebr.
In nuptiis mors cogitanda.

Ad nuptias quandoque, & ſponſos floridus lectus pertinet, hinc in dictionario Syrochaldaico verbo........ lectos iugalis, & floridus.

Floridus nuptiarum lectus

Vxoris, virique coniugium huc vocare omnes etiam extra coniugij vincula poſitos debet, vt ſpem operibus nubant, nubant labori, vt ab hoc coniugio bona opera naſcantur: ſcitum illud, & opportunum.

Laboris, & ſpei coniugiū.

Fœmina abſque viro, abſque labore ſpes, nil parit boni.

Olim apud Romanos hic mos vigebat, vt viduæ publicis feriis, feſtiſque diebus nubere poſſent, non poſſent virgines: rem & cauſam affert Plutarchus quæſt Rom. 105. ait enim. *Cur* PVBLICIS FERIIS *mos non eſt* NVBERE VIRGINES NVBVNT TAMEN VIDVÆ? *An cauſa eſt, quam adfert Varro? Virgines nubere inuitas, & triſtes, mulieres autem cum lætitia: feſto autem die nihil cum moleſtia, omnia lubenti animo ſunt agenda. Aut quia decori eſt virginibus nuptias earum multis præſentibus peragi, idemque viduis dedecori? primæ enim nuptiæ optandæ ſunt & in pretio; Secundæ votis recuſandæ, quod vel cum turpitudine nubant viuente priore marito, vel cum luctu, ſi is ſit mortuus. Itaque viduæ ad ſuas nuptias quiete magis gaudent, quam frequentia hominum, & tumultu: feſtiuitates porro multitudinem ad ſe trahunt, neque nuptiis vacare patiuntur. Aut quia feſto die raptis Sabinis virginibus bellum eſt exortum, religio ipſis inde fuit virginum nuptias feſtis diebus celebrare.*

Apud Romanos vt viduæ publicis feriis feſtiſque diebus nuberent, non Virgines.
Plu.

Porrò antequam finiam de coniugij initio 905.
aliquid adiiciam, video enim in dubium ab aliquibus reuocari, an matrimonium in ſtatu innocentiæ fuerit inſtitutum, an verò poſt lapſum, & extra Paradiſum? Polydorus Virgilius lib. 1. de inuentoribus rerum, vtramque cenſionem refert, vt tamen ex ſancti Hieronymi auctoritate euincat, aut euincere ſe putet poſt peccatum matrimonium inſtitutum: dabo hic eius auctoris verba, vt poſtea quid mihi dicendum videatur ſubiiciam: *Ad propagandum humanum genus, vt vna non interiret ætate, neceſſum erat & fœminam*

Coniugij initium exponitur.
Polyd. Virg.

Digitized by Google

fœminam formare , & eam deinde viro ne more ferarum degerent ſacris quibuſdam connubij vinculis adiungere. Quare Deus (quæ finxerint fabulæ poſtea ſubiiciam) Adam , auctore Ioſepho in primo Antiquitatum , quem primum fecerat hominem antequam (ſicut quidam volunt) peccaret , confeſtim Euam ad ipſius hominis exemplar confictam matrimonio copulauit , vt inter ſe permixti ſexus propagare ſobolem poſſent , & omnem terram multitudine opplere. *S.Hier.* *Diuus autem Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de virginitate ſeruanda id à Deo factum tradit poſtquã Adam, & Eua in Paradiſo virgo fuit : poſt pelliceas tunicas* INITIVM SVMPSIT NVPTIARVM. *Item in libro contra Iouinianum. Ac, inquit, de Adam quidem, & Eua illud dicendum, quod in Paradiſo ante offenſam virgines fuerint , poſt peccatum, & extra Paradiſum ſtatim nuptiæ. Atque hæc vera coniugij origo.* Hactenus Polydorus: quem nollem nuptiarum nomen , quod in ſancto Hieronymo legerat , fefelliſſet ; ſcire enim debuit ex ſanctorum Patrum , & præſertim ſancti Hieronymi , quin & prophanorum quoque auctorum , phraſi nuptiarum nomen de coniugij vſu dici, vt fusè adductis illorum locis alibi euici; quo ſenſu accipiendus eſt ſanctus Hieronymus, cùm dixit Mariam expertem nuptiarum fuiſſe , nam alioquin inter ipſam , & ſanctum Ioſephum verum matrimonium fuit ; igitur & cum aſſeruit nuptias extra Paradiſum , & poſt lapſum fuiſſe , capiendus eſt non de coniugio , & matrimonio, ſed de illius vſu, operéque nuptiali , quod ſuadet etiam virginis vocabulum, quod nuptiis oppoſuit, alioquin poteſt virginitas etiam cum cõiugio cohærere, ſi abſque opere nuptiali ſit. igitur ſi cõmuni cenſioni adeſſe velimus , quæ ſtatuit matrimonium in innocentiæ ſtatu inſtitutum, dicendum eſt nuptiarum nomine ſanctum Hieronymum coniugij vſum intellexiſſe , quæ nominis notio Polydoro impoſuit , quæ ne imponat quoque aliis, eam indicare neceſſarium nobis viſum eſt.

Nuptiarum nomen de coniugij vſu, non de coniugio.

EXCVRSVS LXXIV.

Dæmoniorum calix luxuria dicta, alia contra luxuriam.

Dæmoniorum calix *luxuria dicta.*
Luxuriæ *vitio correptus ei comparatur, qui à Dæmonio vexatur.*
Luxuriæ *vitio ſordentes maximè Deus abominatur.*
Cum ſulphure nexum luxuria *habet ad fœtorem.*
Igne cur puniti Sodomitæ.
Igni *infernali luxuria comparata.*
Longè à ſe Deum reiicit qui ad luxuriam *accedit.*
Sceptrum *ſuper cultores ſuos luxuria tenet.*
Regnum *in nullo libido habeat.*
Bellum *contra nos luxuria habet , & ſociam gulam aſſumit.*
Libido ſcorpioni *comparata.*
Abſcindi *in ſacris quid ſignificet.*
Luxuria diffluens vt nauem *referat.*
Luxuriæ *nexus, &* confuſionis.
Domus confuſionis *quæ.*
Mens putreſcieri *libidinibus vt dicatur.*

COgor impuri argumenti tractatione calamum non ſemel inquinare, ne aliquis men- 906.
tem inquinet, & impuret ; in impuritatis odium & fugam reſilire debet quicquid in has paginas coniicimus de hac re.

Dæmoniorum calix luxuria dicta. Guarricus.

Noxius calix dæmoniorũ arte preparatus; Dæmoniorũ calix luxuria, cæteraque vitia ſunt; hinc illud Guarrici ſerm. 1. in die Pentecoſtes: *An non tibi videtur non modo potatus , ſed &* INEBRIATVS *calice dæmoniorum qui libidinis ira , impatientia, aut ſimilium rapiatur furore paſſionum.*

Luxuriæ vitio correptus ei comparatur, qui à Dæmonio vexatur. S.Chryſoſt.

Luxuriæ vitio correptum inſano, & ei qui à dæmonio vexatur comparat in hunc modum ſanctus Chryſoſtomus hom. 29. ad Populum: *Quid* LVXVRIA *correptus ab inſano, &* DÆMONIACO *differt? non videtur nudus ambulare , ſed licet corporis veſtibus amictus eſt , veris tamen veſtibus priuatus ſumma humanis gloria caret. Non lapidibus ſe ipſum cædit, ſed ſceleribus. Ex hoc fit vt nunquam in ſeipſo ſit, in ſeipſo verſetur: ſepulchra ſunt meretricum diuerſoria , cum multo fœtore , multa putredine ſunt repleta.*

Luxuriæ vitio ſordentes maximè Deus abominatur. Pſal. 49. Adam Præm.

Peccatores omnes Deus abominatur, ſed præcipue luxuriæ vitio ſordentes, & ſuperbos : Pſal. 49. *Numquid manducabo carnes taurorum , aut ſanguinem hircorum potabo ?* cur taurorum meminit, & hircorum, nonne & alia animalia Deo mactãtur ? mactantur; ſed horum præcipuè meminit, vt innueret ſibi maximè ſuperbos diſplicere, & luxuriâ madidos, hi hircis ſignificantur, illi tauris ; Benè Adam Præmonſtrat. ſerm. 6. *Siquidem tauri ſuperbos ,* HIRCI *innuunt luxurioſos. Sic nec eorum carnes manducat , nec horum ſanguinem potat , eorum ſe non accipere dona ſignificans , qui per elationem ſuperbia tument , vel per corruptionem luxuria ſordent.*

Cum ſulphure nexum luxuria habet ob fœtorem. S.Greg.

Cum ſulphure nexum habet luxuria, vt non 907.
immeritò ſuper Sodomam ſulphur pluiſſe dicatur , vt nimirum ad æterna incendia eos præparari ſciamus , qui peccato carnis corripiuntur , vt interim nullo fœtore, & ſibi & aliis honorem cauſent ; Audiendus hic ſanctus Gregorius qui lib. 14. moral. cap. 10. ita ſcribit ; *Sulphur ſic ignem nutrit , vt fœtorem grauiſſimum exhalet, quid igitur in* SVLPHVRE *niſi peccatum carnis accipimus , quod dum peruerſis cogitationibus quaſi quibuſdam fœtoribus mentem replet, æterna ei incendia præparat, &c.*

Igne cur puniti Sodomitæ. S.Chryſoſt.

Culpæ ſolet pœna reſpondere ; hinc Sodomitæ igne puniti ſunt , omneſque eorum agri ſteriles redditi , quia & illi ſceleri ſeruientes, ſterilitatem in luxuria amplexi ſunt : rem in hunc modum explicabat ſanctus Chryſoſtomus homil. 19. ad populum : *Sicut Sodomitæ* CONGRESSVM INFOECVNDVM *adinuenerunt ad filiorum procreationem non conferentem : Sic profectò Deus intulit pœnam, quæ* TERRÆ VENTREM *penitus ſterilem reddidit , & omnibus caſſum fructibus.*

Igni infernali luxuria comparata. S.Hier.

Luxuriam igni infernali ſi quis compararet , habebit ſecum ſentientem ſanctum Hieronymum , qui epiſtol. ad matrem , & filiam ita ſcribit : IGNIS INFERNALIS LVXVRIA, *cuius materia gula , cuius flamma ſuperbia , cuius ſcintilla praua colloquia , cuius fumus infa-*

mia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehenna.

Longè à ſe Deum reiicit qui ad luxuriam accedit. Ier. 12. v. 2. Vinc. Fever.

Eò longius à ſe Deum reiicit, quò viciniorẽ luxuriæ peccato ſe aliquis facit, quod colligit ſanctus Vincentius Fererius ex illis verbis, quibus Deus dicitur longe à renibus, Ier. 12 verſ. 2. *Longè à renibus eorum*; ſic igitur ſcribit in aduent. ſerm. 7. *Domine Domine, &c. & longe à renibus eorũ, id eſt, ab operibus: ſed quare non dicit longe à pedibus, vel tibiis eorum, ſicut dicit à renibus? quia dicit beatus Gregorius, quod* RADIX LVXVRIÆ *in renibus conſiſtit propter quod peccatum Deus elongatur à natura humana pluſquam ab aliis peccatis, quia plurimi damnantur iſto peccato.*

908. *Sceptrum ſuper cultores ſuos luxuria tenet. S. Auguſt. Regnum in nullô libido habeat. S. Auguſt.*

Sceptrum ſuper illos luxuriam tenere, quos tenet affirmat ſanctus Auguſtinus de ſe ipſo loquens 2. Confeſſ. cap. 2. *Cum accepit in me* LVXVRIA SCEPTRVM, *& totas manus ei dedi veſaniæ libidinis. Manus dare eſt victi ſignum.*

Vt aliquem impuritatis vitium inuadat, diu tamen apud illum eſſe non debet, regnum in nullo libido habeat, licet tanquam hoſpes recepta ſit; Dauidis exemplo id elegantiſſimè colligit ſanctus Auguſtinus lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 21. vbi ad ouis parabolam reſpiciens, quam Nathan vt Dauidem increparet in medium protulit. *Propheta cùm ad eum veniſſet conuincendum de peccato, propoſuit ei ſimilitudinem de paupere, qui habebat ouem vnam, cuius vicinus cum haberet multas ad aduentum hoſpitis ſui vnicam potius vicini pauperis ouiculam exhibuit epulandam. In quem commotus David occidi eum iuſſit, & quadruplicari ouem pauperi, vt ſe neſciens condemnaret, qui peccauerat ſciens. Quod cum ei manifeſtum eſſet, & diuinitus denunciata vindicta, deleuit pœnitendo peccatum. Sed tamen in hac ſimilitudine ſtuprum tantummodo deſignatum eſt de oue vicini pauperis. De marito autem mulieris interempto, hoc eſt de ipſo paupere, qui vnam habebat ouem, occiſo, non eſt per ſimilitudinem interrogatus David, vt in ſolo adulterio diſceret ſententiam damnationis ſuæ. Ex quo intelligitur, quanta temperantia multas mulieres habuerit, quando de vna, in qua exceſſit modum à ſe ipſo puniri coactus eſt. Sed in iſto viro immoderata huius libidinis non permanſio, ſed tranſitus fuit. Propterea etiam ab arguente Propheta ille illicitus appetitus hoſpes vocatus eſt. Non enim dixit eum regi ſuo, ſed hoſpiti ſuo vicini pauperis ouem ad epulandum exhibuiſſe. At verò in eius filio Salomone, non quaſi* HOSPES *tranſitum habuit, ſed regnum iſta libido poſſedit.*

909. *Bellum contra nos luxuria habet & ſociam gulã aſſumit. S. Nilus.*

Bellum contra nos luxuria agit, ſed nec ſola pugnat, & vt certius vincat, in bello gulam ſibi comitem ſumit; Monuit iſtuc ſanctus Nilus orat. 2. de luxuria. *Libido gulam ſibi ſociam aſſumit* IN BELLO, *vt eius auxilio, atque inſidiis tandem expugnet aduerſarios:* adiuuant inuicem ſeſe, vt altera alterius auxilio in homines debacchetur.

Libido ſcorpioni comparata. Pierius. S. Hier.

Libido ſcorpioni comparari ſolet: Pierius lib. 16. *Libidinem, & nequitiam pictus ſcorpio oſtendit:* huc vocari poteſt quod habet ſanctus Hieronymus de Virgine ad Auitum: *Cauendum, ne arcuato vulnere ſcorpii vulneretur.*

Abſcindi in ſacris quid ſignificet. Gal. 5. 12. S. Auguſt.

Abſcindi abſolutè prolatum plerunque ad illas partes coërcetur, quibus vir eſt vir; illud Apoſtoli ad Galatas 5. verſ. 12. *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant:* hanc notionem fert, quæ in hoc verbo nec vna, nec inſolens eſt: ſanctus Auguſtinus lib. 8. confeſſ. cap. 1. reſpiciẽs ad illum locum, Matthæi 19. 12. *Qui ſe ipſos caſtrauerint*, ita loquitur: *Audieram ex ore veritatis, eſſe ſpadones qui ſe ipſos* ABSCIDERVNT *propter regnum cœlorum: ſed qui poteſt, inquit, capere capiat.*

Luxuria diffluens vt nauem referat. Prou. 30. 18. S. Bern. Sen.

Luxuria diffluens nauem refert, quæ maris vndis fertur, huc vocat ſanctus Bernardinus Senenſis verba Salomonis Prou. 30. 18. dicentis: *Tria ſunt difficilia mihi, viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper terram, viam nauis in medio mari:* ſic enim verſat hæc verba ſanctus Pater ſerm. 13. de duodecim periculis art. 1. cap. 3. *Prouerb. 30 ſcriptum eſt: Tria ſunt difficilia mihi: via aquilæ in cælo, id eſt ſuperbus: via colubri ſuper terram, id eſt auarus:* VIA NAVIS IN MEDIO MARI, ID EST LVXVRIOSVS.

910. *Luxuriæ nexus, & confuſionis. 1. Pet. 14. Philip. 3. 19. B. Eucher. Prim. Domus confuſionis quæ.*

Cognationem maximam cum luxuria confuſio habet; hinc illud 1. Pet. 44. *Non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem:* & Paulus ad Philip. 3. 19. *Quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt:* obſcœnum neſcio quid confuſio hic claudit: Vnde Beatus Eucherius epiſt. parænet. ad Valerianum huc ſpectans ait: *Cui Deus venter eſt & gloria in pudendis eius:* Primaſius ad productum Apoſtoli locum *gloria in confuſione ipſorum* hoc eſt, in circumciſione membri pudendi. Etiam apud Chaldæos *domus confuſionis* de membris dicitur, quæ vix honeſtè nominari queunt.

Mens putreſieri libidinibus vt dicatur. Pſal 52. Agell.

Fœtere libidinibus animã ſi abſit ab illa Deus, vt vermibus corpus ſcatet ſi anima careat, colligit noſter Agellius ex illo Pſal. 52. *Simul inutiles facti ſunt:* quod in Hebræo eſt, ſimul fœtuerunt, ſeu putruerunt: addit quippe: *Vt enim recedente anima putreſcunt carnes, & vermibus ſcatent: ita cum à Deo quiſpiam auertitur, qui vitã animæ ſuggerit, diſſoluitur eius mens, atque* PVTREFACTA IN LIBIDINES, *& ſcelera corrumpitur:* ſed ad puriora calamum flectamus: de caſtitate, & virginitate aliqua afferamus, quorum fragantiâ aboleri teter impuritatis odor poſſit.

CAPVT XCIII.

Nonnulla de Virginibus, & virginitatis cuſtodia chartis conſignantur.

Plures quotannis Virgines *conſecrabat Eccleſia Africana, & Alexandrina.*

Virgines, *quæ Chriſto nupſerant à Chriſti nuptiis auocare quàm graue.*

Lex de eo qui virginem *vitiaſſet.*

Virginum *cura, & cuſtodia.*

Leges quadam circa virgines *Veſtales.*

Virgines Veſtales *noctu ad ſacra facienda excitabant.*

Olea cum caſtitate *cognationem habere putabatur.*

Velleri *virginitas cur comparata?*

Ieruſalem cæleſtis caſtitatis *titulo inſignita.*

Qui caſtitatem *purè colit, cæleſtis patriæ ciuis videtur.*

Cælibes cum *cælo cognationem habent.*

Virginitas *ſuos quoque fœtus habet.*

Miræ virtutis fons virginei *corporis contactu natus.*

Aquarum *auxilio pleraque virginitatem ſeruarunt.*

Aquis

Aquis *alterius impurus ignis vt* extinctus.

911. LIceat idem argumentum bis,ac ſæpius ad eandem incudem reuocare,præſertim cùm iteratæ tractationi reſpõdere ſua vtilitas poteſt; Egi ſuperiùs de Virgineo fonte,egi de virginitate,virginibuſque rem tetigi,non exhauſi,occurrunt adhuc alia,quæ chartis committantur, & inter alia,iſta.

Plures quotannis Virgines conſecrabat Eccleſia Africana, & Alexandrina.
S. Ambroſ.

Plures Africana olim Eccleſia quotannis virgines cõſecrabat,ſicut & Alexandrina:ita S.Ambroſius de Virginib. *Diſcite quantas Alexandrina, totiuſque Orientis, & Africana Eccleſia quotannis* SACRARE *conſueuerint. Pauciores hic homines prodeunt,quam illic virgines conſecrantur.*

Virgines quæ Chriſto nupſerãt à Chriſti nuptiis auocare quam graue.
Guid.Bit.

Virgines quæ Chriſto nupſerant,à Chriſti nuptiis auocare quã graue ſit ſcelus explicari dignè non poteſt;huic ſceleri auertendo ſufficere illud exemplum debet, quod habet Guido Bituricẽſis his ferè verbis: *Hurcati, Æthiopum regis regia incẽdio hauſta. Is enim cum Iphigeniam Chriſto dedicatam virginem nec minacibus verbis, nec alio quouis pacto in matrimonium ſuum pertrahere poſſet: Monaſterium in quo habitabat,cremari præcepit. Sed flamma ſtatim in eius palatium cõuerſo totũ abſumpſerũt.*

Lex de eo qui virginem vitiaſſet.
Ethr.antiq.

De eo,qui virginem vitiaſſet exſtabat olim hæc apud Vulterannos lex, cuius mentio fit in fragmentis antiquitatum Ethuſcarum lib. 2. *Si quis* VIRGINEM VITIAVERIT *pecuniam quam viri capitales iudicauerint mulieris patri ſoluat, & virgo vxor illius ſit, nec eam dimittere poſſit.*

912. *Virginum cura, & cuſtodia.*
Cæli. Rhod.

De Virgiuum cura,atque cuſtodia hæc habet Cœlius Rhodiginus lib.10.cap.3.lect.antiq. *Cæterum Phidiæ ſolertem prudentiam indicat illud quoque quod Pallados ſimulacris* DRACONEM *apponere conſueuerat, veluti ambage tacita innueret,* VIRGVNCVLAS PERVIGILI CVRA INDIGERE, *vt pudor caſtus ſeruetur, illibatuſque.*

Leges quædã circa virgines Veſtales.
Antiq.Ethr.

De Virginibus Veſtalibus hæ leges apud Vulterannos erãt,vt habetur in fragm.antiq.Ethrur. cap. 2. *Veſtales* VIRGINES OMNES SINT PATRITIÆ, *quarum parentes per trecentos annos Senatores fuerint, a duobus Pontificibus eligantur, & maior earum aliis imperet; non recipiantur maiores decem annis, nec ſeptem minores, earum cura ſit ignem perpetuum conſeruare, ſi fortè ſanctus ignis extinguaretur, à Pontifice maximo cædi iubeatur*, habes parentes,ætatem,electionẽ,munus;ignemque quẽ conſeruabãt ſanctum dictum; hoc addo, inopes, mutilas, & non legitimo matrimonio natas excluſas;pergit lex: *Inopes, & aliqua parte corporis debiles illegitimo coitu natæ Veſtales fieri non poſſunt.*

Virgines Veſtales noctu ad ſacra facienda excitabant.
Senec.

Veſtales virgines ad ſacra facienda noctu excitare ſolebant: Seneca de prou. 5. *Nõ eſt iniquum nobiliſſimas* VIRGINES *ad ſacra facienda noctibus excitari, altiſſimo ſomno inquinatas frui.*

Olea cum caſtitate cognationem habere putabatur.
Cæl.Rhod.

Magnam Gentilium mente cum caſtitate cognationem Olea habet, vt olim à puris tantum pueris coleretur; quin eius fructus collecturus iurare tenebatur, ſe alienam mulierem non attigiſſe; exhibeo hic Cælij Rhodigini verba, qui lib.12.lect antiq.cap.19. ita loquitur: *Illud proditum memoria eſt, vono ἐκλογῶν τῶν γεωργικῶν, oleam puram ab puris quoque oliuantibus præcerpendam, iureiurando etiam adactis cum vxore modò ſibi rem fuiſſe, nec alienam attigiſſe prorſus. Sic enim mox lectiorem fieri prouentum. Quin & Cilicia Anazarbo ab puris modo pueris oleam coli memorant, proinde illic haberi feraciſſimam: quippe huic arbori præſulem eſſe caſtitatem, vt ſcribit Palladius.*

Velleri virginitas comparata.
S.Pet.Chryſ.

Velleri virginitas comparatur, quia vt vellus de corpore eſt,& corporis paſſiones neſcit, ſic & virginitas in carne eſt, & carnis ignorat vitia, 913. Pulchre ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 143. *Dauid dicit: Deſcendit ſicut pluuia in vellus, vellus cum ſit de corpore neſcit corporis paſſiones: ſic virginitas cum ſit in carne, vitia carnis ignorat, cæleſtis ergo imber* VIRGINEVM IN VELLVS *placido ſe fudit illapſu, & tota diuinitatis vnda bibulo ſe noſtræ carnis celauit in vellere.*

Hieruſalem cœleſtis caſtitatis titulo inſignita.
S.Auguſt.

Hieruſalem cœleſtis inter alios titulos, quibus donatur,eſt etiam caſtitatis; ſanctus Auguſtinus lib.10.confeſſ.cap. 35. *Obſecro te per regem noſtrum, & patriam* IERVSALEM *ſimplicem,* CASTAM, in qua ſcilicet caſtitas vernat, & puritas regnat; à qua impudicitia omnis exulat, omnis impuritas.

Qui caſtitatem puro colit cæleſtis patriæ ciuis videtur.
Apoc.1.13.
S.Greg.Mag.

Qui caſtitatem non iam timore ſupplicij,ſed ſolius charitatis, amoriſque amore ſeruat,& ab immunditiæ cœno ſe ſubducit, cœleſtis patriæ ciues quodammodo refert; expendeos ſanctus Gregorius Magnus locum illum Apocalypſis, vbi ſimilis filio hominis zona aurea ad mamillas præcinctus viſus à Ioanne legitur cap. 1. 13. hęc habet lib.11.moral.cap.2. *Quem benè* ZONA AVREA *ſtringit, quia quiſque ſupernæ patriæ ciuis eſt non iam timore ſupplicij, ſed* AMORE CHARITATIS *immunditiam deſeris.*

914. *Cælibes cum cœlo cognationem habent.*
S.Iſid.Hiſp.

Cælibes, & extra coniugij vincula affinitatem cum cœlo habere notabat ſanctus Iſidorus Hiſpalenſis lib.10.Orig.verbo cælibis: *Connubij expers, qualia ſunt nomina in cœlo, quæ abſque coniugibus ſunt. Et cælebs dicitur, quaſi cœlo beatur.*

Virginitas ſuos quoque fœtus habet.
Hild.

Felicior nuptiis virginitas eſt, quæ ſuos etiam fœtus habet, ſed perennes, æternumque manſuros, hinc illud Hildeberti Cænom.epiſt. 36. *Lætari oportet anima Chriſtiana, quæ mortales illecebras aduerſata* CONIVGII *perennem quærit ex virginitate progeniem.*

Miro virtutis fons virginei corporis contactu natus.

De virgineo fonte ſuperiùs egi,offerunt ſeſe hîc aliqua, quæ virgines tangunt, vt à fonte non penitus ſint aliena: Certe tale eſt,quod de ſanctæ Vvenefridæ Virginis fonte narratur ferunt enim cum corpus capite à Regis filio amputato, qui violentiam inferre illius pudori fruſtrà tentauiſſet, terram tetigiſſet, ortum ſtatim fontem morbis variis maximè ſalutarem: Ita ſcribit Rupertus Abbas Salopienſis: *Inceſtus iuuenis cernens ſe à virgine contemni corpus ei cruenta manu præcidit; ſimul autem atque corpus virginis humi collapſum eſt,* FONS ILLIC MIRE PERSPICVVS, *& ingens confeſtim erupit, qui hodieque manare non deſinens multis morbis admodum ſalutaris exiſtit:* & nonnullis interiectis pergit auctor alia de hoc fonte, eiuſque lapidibus narrare: *Locus autem ille, vbi ſanguis eius fuſus eſt, non longe à monaſterio Baſinguecerko in Nouellia antea quidem Siccauillis dictus eſt: poſt eius verò obitum vſque in præſens Fons Vvenefridæ appellatur. Lapides quoque tam in fontis ſcaturigine, quam in ripa illius, ſeu vtriuſque margine ſacro eius adſperſi cruore, & ſanguinis eius tanquam congelati manifeſta retinent veſtigia, & neque temporis diuturnitate, neque aqua præterfluentis alluuione aboleri queunt. Muſcus autem lapidibus illis inhærens thus redolet. Homines regionis illius qui Euangelicæ veritatis lumen nondum receperant virginem rediuiuam fontem aquas manantem, & petras ſanguine adſperſas videntes, ad pedes beati Beunoi ſe abiecerunt, & ſacro latice expiati ſunt.*

Fõtis,& Virginis incerta mẽtio feret,vt nõnulla- 915.

Aquarum auxilio pleraque virginitatem ſeruarunt.

rum Virginum exempla huc afferamus, quæ fōtiū aquarumque auxilio virginitatē ſuam cuſtodierunt, cuſtodiuit in primis Virgo quædā Mantuana in Mincio amne; ſcitè ſcitus ille Poeta:

Proximus Audinis vbi Mincius influit aruis.
Et Latias curuo ponte CORONAT AQVAS.
Illic riuali iactatam turbine Nympham
Firmius illo ipſo ponte ſtetiſſe ferunt.
Nam ferus inſtabat, furiiſque vrgebat adulter,
Inde viam claudens enſibus, inde fugam.
Illa tamen, ſi non ait, eſt quo viua recedam:
Certè erit hic aliquid, quo moritura cadam.
Continuo de ponte minas riſura procaces,
In patrios fluctus libera Virgo ruit.
Territus ille fugâ, cur te ipſa miſerrima mergis?
Mincius eſt, inquit, quo peritura cadis.
Verticibus magnis trahit ille, rapitque natantes:
Mincius eſt: Amnem, ſtulta puella, time.
Illa, nihil metuo merſuri gurgitis iram;
Ira pudicitiam dum tueatur, ait.
Nulla locum ſperent in tali incendia Nymphâ,
Quæ toto admotas obruit amne faces.

Iacelina Virgo Appula in mare ſe deiiciens per mare ambulabat in virginitatis ſeruatæ triūphū: rē ille his verſibus explicuit, quos ſubiicio:

Cogeret inuitam ne frater nubere, fugit
Appula, ne quicquam fratre ſequente, ſoror.
Sed fugiens montis venit iuga inedita; præceps
IN MARE *quà celsâ à margine ſaltus erat.*
Hic ſtetit; & longè proſpectans æquora; fratrem
Hac, ait iratum rupe cauere potes.
Longius ire vetat fugientem ripa puellam
Longius at certè ripa volare ſinet.
Mox ruit immenſo delapſa per aera ſaltu,
Qua via vix oculis ante data vlla fuit.
Hac elapſa ferum ſicco pede permeat æquor,
Et maris attonitas libera calcat aquas.
Poſtquam Chriſte tuis preſſiſti Nerea plantis
Virgineos didicit IAM MARE *ferre pedes.*

Alia eadem mente inter Eburrones aquæ ſe potius committere voluit, ne procis cōmitteret; virginitatem inter vndas illæſa ſeruauit illæſam: res eleganter explicata his verſibus eſt:

Iuſſa pudicitiam didicit defendere LYMPHA,
Et Venerem peragunt ipſa elementa ream.
Cernis vt è Rheni metuendo littore præceps,
Altera patronas Clelia tranet aquas?
Ne fallente puta pede ſic cecidiſſe: ruinam
Ipſamet optauit ſponte puella ſuam.
Nulla ope cum poſſet turbam euitare ſalacem,
Præbuit hanc illi denique Rhenus opem.
Sed quæ turba procax ereptos ſenſit amores
Arte ſuos, illâ perſtitit arte ſequi.
Nam duo conſcenſos auſi propellere lintres,
Exceptam mediis eripuēre vadis.
Illa memor, ſi caſtam, inquit, permittitis, adſum:
Sin prohibetis: aquas ſponte reuiſo meas.
Et ſimul inſiliens repetitas Virgo ſub vndas,
Subruit obſcœnam vindice calce ratem.
Demerſiſque procis, natat omnem impune per amnē
Quis ſenſum Lymphas has habuiſſe neget?

Ab hoc numero, quin ab hac victoria, & felicitate nō abeût, ob ſeruatā aquarū ope caſtimoniā, Pelagia cū comitibus, de qua idē auctor cecinit.

Mater vt hoſtiles timida cum plebe caueret,
Inſidias, initâ currit in antra fugâ.
Reſciit hoſtis iter, profugiſque celerrimus inſtat,
Siue potens auro cogere, ſiue metu.
Quippe (licet fugerent cautè per deuia) caſtos
Rettulit impreſſos ſemper arena pedes.
Ventum erat ad vaſtas, pendēte crepidine lymphas,
Per quas nullius copia pontis erat
Hic hæsēre pares: Genitrix, quid malumus? inquit,
Pone ruunt hoſtes: ante morantur AQVÆ.
Stamus? Adeſt laſciua cohors tergoque minatur:
Pergimus: Has oculis obiicit vnda minas.
MITIOR VNDA *tamen: ſi neſcit parcere, mergat,*
Sat mihi dum caſtas merſerit, vnda dabit.
Et citius dicto ruit alti in gurgitis vndas:
Debuit hac etiam turba ſceleſta ſequi.

Pelagia Virgo Antiochena vt præcipitio virginitatem ſuam ab aliorum vi ſubduxerit, egregiè ſcitus quidam Poeta explicat his verſibus.

Quæ PELAGI *gaudet ſocio cognomine Virgo,*
Et Syri patriam littus Orontis habet:
Illa verecunda quondam ſibi conſcia formæ,
Inſidiaturis fugerat ex oculis.
Fugerat illa quidem, ſed vbi perterrita ſenſit,
Iam ſua victores tecta ſubire procos.
Quid faceret? Stabat munito Regia ſaxo,
Regia ſublimes turribus alta minas.
Occupat hoc pauidè feſtina pudoris aſylum,
Vitet vbi hoſtiles iam prope capta, manus.
Repperit intentus tamen illa cubilia prædo,
Ergo cubile ſibi celſius illa petit.
Repperit illud item: Toties modo prodita Virgo
Effugiam per quod denique, dixit iter?
Nec mora: abit præceps ſummis è turribus: vnā hāc,
Hoſtibus ignotam viderat eſſe viam.

Fuit qui aquis alterius quoque ignē ſtuduit ex- 916.
tinguere, ne alter impudicis flāmis abſumeretur, fluctis ſe merſit: rem de S. Ignatio ſcitis his verſibus narrat Iacobus Bidermanus, lib. 1. epigr. 17.

Aquis alterius ignes vt extincti.
Iacob. Bider.

Laſciuum ſtimulabat Amor funeſtus Alumnum
In vetitos ſpreto tendere iure toros.
Reſciuit Loiola viam; temereque ruentem,
Sedulus inſtructis terruit inſidiis.
Pons erat; atque inter gemina diuortia ripæ,
Stagnabat gelido pigra lacuna vado.
Has Loiola ſubit, collo tenus abditus vndas,
Qua Iuuenem ſenſit velle ſubire viâ.
Vtque in conſpectu propiùs ſtetit, vnde repentè,
Exauditurus verba loquentis erat;
Hac miſer, inquit, abi, luxuque caleſce nefando,
Frigoribus flammas his ego plecto tuas.
Ille ſimul clamore, ſimul ſtupet ore lauantis,
Frigidiorque ipſo pene lauante fuit.
Parce piare meos iſtis, ait, amnibus ignes,
Quos ego iam lachrymis ſponte piabo meis.
Mox melior conuerſa retro veſtigia flexit,
Cæptumque æternâ lege reliquit iter.
Nunc eadem redeunt alij in veſtigia. Rurſus
O Loiola, TVIS INDIGET ORBIS AQVIS.

CAPVT XCIV.

Nili aquæ cum nuptialibus aquis vt cohæreant; pleraque de Nilo obſeruatione digna.

Nili *aquæ* ſponſæ *comites.*
Nili aqua *obeſos potantes reddebat.*
Nili *honor apud Ægyptios.*
Si Nilus *non aſcenderet, aſcenderet Tiberis, Chriſtianis à gentilibus tribuebatur.*
Nili aquæ *vino prælata.*
Vineæ *creberrimæ circa Nilum, quarum vino peculiaris ſapor, & guſtus.*

Nili

Nili *aqua iis in medicinam qui piſcium eſu nimium ventrem oneraverant.*

Nili *cubiti qui dicerentur,& quales eſſent.*

Variis vitis ramis Nili *inundationem metiebantur.*

Limum inuehebat Nilus *, at contrà Euphrates.*

Creſcente Nilo *vbertatis ſpes in agricolis creſcebat.*

Turbulentus fluebat Nilus *, & fæce campos ſteriles fœcundabat.*

Loquentis lingua audientes fœcundet , & foueat, vt Nilus *agros.*

Nili *beneficia quàm magna.*

Philoſophia Nilo *comparata.*

In Nili *inundatione quanam obſeruarentur.*

Præfectus Nili *inundatione quid præſtaret.*

Nili *aquæ cur ventum ſoluerent.*

Cubitus quo menſurabatur Nilus *in templum Serapidis delatus.*

Noctu tãtum non die Nauiculatores ex Nilo *aquabantur.*

De Nili *diuiſione* Chriſti *tempore facta.*

Terram effodiebant , antequam Nilus *excreſceret.*

Piſces ex Nilo *vt caperent.*

Nilus *omnium fluminum maximus.*

Totum Nilum *exhaurire lurcones dicuntur.*

917. *Nili aqua ſponſa comites. Athen.*

NVptiales aquæ ad Nilum nos vocant ; obſetuatum mihi ſponſis aliquando Nili aquas comites iuiſſe , huc facit quod de Ptolomeo ex Polybio refert Athenæus lib. 2. hiſce verbis : *Ptolomeus ſecundus Ægypti Rex cognomine Philadelphus cum filiam Berenicem Antiocho Regi Syriæ nuptum dediſſet, mittendam ad ipſam* NILI AQVAM *ſedulò curauit, vt eam ſolam grata biberet quod Polybius ſcribit*; ſed quia hîc ſumus, alia de Nili aquis in Lectotis notitiam afferamus.

Nili aqua obeſos potantes reddebat. Plut. Nili honor apud Ægyptios.

Ex quibus fluentis potus apud Ægyptios præberetur Api & cur non ex Nili aquis, explicat Plutarchus , lib. de Iſide , & Oſiride in hæc verba : *Porrò ſeruatur ex Puteo peculiari Api potum præbere , atque à Nilo eum in totum depellere; non quo liquorem eius prophanum Crocodili cauſâ, vt quorundam fert opinio arbitrentur ; Nihil enim æquè eſt apud Ægyptios , ac Nilus in honore. Verum ſaginatos videtur , &.* OBESOS *reddere Nili hauſtus. Nolunt autem eam, vel Api , vel ſibi habitudinem eſſe , ſed expeditis , & agilibus veſtitas corporibus animas , neque natura caduca vi , & mole cæleſtem premi vel degrauari.*

Si Nilus non aſcenderet, aſcenderet Tiberis, Chriſtianis à Gentilibus tribuebatur. Tertul.

Si Nilus non aſcenderit , Tiberis aſcenderet Chriſtianis à Gentilibus tribuebatur , quos totius naturæ inimicos cenſebant , ita indicat Tertullianus in Apologetico : *Chriſtianum , inquit , hominem omnium ſcelerum reum Gentiles,* NATVRÆ TOTIVS INIMICVM EXISTIMABANT , *omnis popularis incommodi cauſam , ſi* TIBERIS ASCENDERET , *ſi* NILVS NON ASCENDERET *in arua , ſi cœlum ſtaret , ſi terra moueretur, ſi fames , ſi lues eſſet*; quem errorem arguit ſanctus Auguſtinus in libris de Ciuitate Deij; Arnobius quoque hinc ſcribendi aduerſus Gentes occaſionem ſumpſit; de quâ re nos plura diximus in Adagiis Sanctorum Patrum.

Nili aqua vino prælata. Spart.

Nili aquæ adeo dulces erant , vt accolæ vina non quærerent illis contenti : certè id indicant Spartiani verba in Peſcennio, quæ ſunt iſta: *Hic erga milites tanta fuit cenſura, vt quum apud Ægyptum ab eo limitanei milites* VINVM *peterent , reſponderit ,* NILVM HABETIS , *& vinum quæritis? ſiquidem tanta* ILLIVS FLVMINIS DVLCEDO, VT ACCOLÆ VINA NON QVÆRANT; *Idem tumultuantibus iis , qui à Saracenis victi fuerant , & dicentibus , vinum non accepimus , pugnare non poſſumus. Erubeſcite , inquit , illi qui vos vincunt; aquam bibunt.*

Vineæ creberrimæ circa Nili aquas vino peculiaris ſapor, & guſtus. Athen.

Iuxta Nili aquas vinearum magnam copiam fuiſſe lego , ex quarum vuis vinum exprimebatur peculiaris guſtus , ac coloris. Voluit hoc Athenæus lib. 1. ad calcem. *Sũt etiam circa* NILI *decurſus , & quacunque flumius labitur* VINEÆ *creberrimæ. Harum* VINO SIGILLATIM SVVS PECVLIARIS GVSTVS , AC COLOR.

918. *Nili aqua iis in medicinã qui piſcium eſu nimium ventrem onerauerant. Benjam.*

De Nili aqua hoc traditum lego , fuiſſe ſcilicet medicinam iis, qui piſcium eſu nimium ventrem onerauerant, Benjamin in ſuo itinerario de Nili Piſcibus loquens ait. *Quiſquis verò illis* PISCIBVS *vel abundè ſatur eiuſdem fluminis aquã bibat , nihil omnino mali ſentit , aut patitur; eſt enim* AQVA *illa ſimul, &* POTVS , *&* MEDICINA *aduerſus huiuſmodi repletiones.*

Nili cubitã qui dicerentur, & quales eſſent. Nicet.

Nili cubiti qui dicerentur , & quales eſſent non eſt adeo obuium , vt redundantis operæ ſit rem hîc explicare ; Lapidei gradus erant ad Nili oſtia , quibus Ægyptiis Nili augmenta metiebantur , Vadem ſiſto ; is eſt Nicetas in orat. ſancti Gregorij Nazianzeni in ſancta Lumina , vt hæc in hanc rem habet : *Gradus quidam lapidei ſcitè exculpti* CIRCA NILI *oſtia erant , qui* πήχεις*, id eſt cubiti nominantur, Hos obſeruant Ægyptij quo tempore fluuius exundabat , ac ſi quidem ad hunc, aut illum gradum aqua prouecta fuiſſet pro aſcenſus ratione vbertatis frugum coniecturam faciebant.*

Variis vitis ramis Nili inundationẽ metiebantur. Niceph. Greg.

Hic autem illud adiecerim , quod magis nouum , magis ignotum facilè exiſtimabitur. Variis quoque vitis ramis Nili inundationes Ægyptios aliquando menſos eſſe. Huc certè ſpectauit Nicephorus Gregoras , lib. 8. Hiſtoriæ Romanæ vbi ita ſcribit : *Tua ſapientia receſſus tametſi aliquid indicarit , tuáque conſilia velut in tabula expoſuerit, orationis tamen copiam non alia ratione expreſſerit , niſi vt Nili inundationibus eum comparet, quas* CVBITIS *Ægyptij metiuntur , aut* VARIIS VITIS RAMIS *: nam & menſura cubitorum internos mentis fontes auget , & vitis a fœcunda radice multos corymbos implicat, & germina germinibus cumulat per quàm ingenioſe:* Sic ille, ritum indicat, & indicatum verſat.

919. *Limum inuehebat Nilus contra ac Euphrates. Plin.*

Limum inuebebat Nilus , adeo vt arentes campos & ſteriles fœcundos redderet , contra ac Euphrates , & Tigris. Plinij verba hæc ſunt ex lib. 18. Hiſtor. Natur. cap. 17. LIMVM *cum inuehunt Euphrates , Tigriſque , ſicut in Ægypto* NILVS. Huc facit quod habet Seneca natural. quæſt. lib. 4. cap. 2. Siccis locis fæcem reliquiſſe Nilum , & pinguia reddidiſſe , vbi hoc quoque affirmat, à Nili augmento acceptam in agricolis vbertatis futuræ ſpem; præſtat hic Senecæ verba ſubiicere , quæ ſunt iſta : *Quantum creſcit* NILVS , *tantum* SPEI *in annum eſt : Nec comparatio fallit agricolam , adeo ad menſuram fluminis reſpondet , quam fertilem facit Nilus. Vis arenoſo, & ſitienti*

Creſcẽte Nilo vbertatis ſpes in agricolis creſcebat. Senec.

Turbulentus fluebat Nilus, & ſic è campos ſteriles fœcundabat. Idem.

ſitienti ſolo, & aquam inducit, & terram. Nam cum turbulentus fluat, omnem in ſiccis atque hiantibus locis fæcem relinquit, & quicquid pingue ſecum tulit arentibus locis allinit.

Loquētis lingua auditores fœcundet & foueat, vt Nilus agros. Venant.

Vtilis ſit ſermo, irriget auditores, ad modum aquæ ſe habeat, fœcunditatem afferat, non auferat: quod Nilus agris, hoc loquentis lingua auditoribus ſit; quod de Bonegiſſo Duce Venantius cecinit, ad nos quoque flectatur.

Defectum fortè labore,
NILVS *vt Ægyptum, ſic ſua* LINGVA *fouet.*

920. *Nili beneficia quā magna.* Iul. Imp.

De Nilo hæc ex Ægyptiis refert Iulianus orat. 3. *Hoc Ægyptij de* NILO SVO *memorant, eum aliis in rebus regioni ſuæ ſalutarem, ac beneficum eſſe: tum nimij caloris, atque ignis vaſtationem, talemque prohibere, quoties nimirum ſol per longos anfractus, ac circuitus ſidera quadam vehementia ingenti calore aërem complet, & incendio vniuerſa corrumpit; Neque enim poteſt, inquiunt, abſumere Nili fontes atque extinguere. Eodem modo neque inter Græcos funditus occidis Philoſophia; neque aut Athenas, aut Spartam, aut Corinthum defecit: Neque Argos; quod ad eiuſmodi fontes pertinet, ſiticuloſum eſt.*

Philoſophia Nilo comparata.

In Nili inundatione quænam obſeruarentur. Benjam.

In Nili inundatione quid olim obſeruaretur narrat his verbis Benjamin, in ſuo itinerario: *Antiquorum ſolertia, & diligentia illa fuit, vt in inſula quam fluuius facit,* COLVMNA *ſtatueretur duodecim cubitis ipſa communi defluentium aquarum ſuperficie altior; quæ cum exuberante flumine tota operitur, certiſſimum ſignum eſt integræ inundationis totius regionis ad quindecimum vſque iter, cum verò ad medium tantum aquæ excreſcunt dimidiam regionem ſolummodo irrigatam arguunt. Singulis autem diebus quidam ei rei præfectus aquarum exuberationem metitus in Soan rediens clamat: Laudate Deum, quia tantum vel tantum amnis excreuit: namque diebus quindecim fluuij incrementum plerunque durat, qui ſi columnam omnino operit eiuſdem anni vbertatem promittit maximam.* Hucuſque iſte Rabbi.

Præfectus Nili inundationi quid præſtarat. Idem.

921. *Nili aquæ cur ventrem ſoluerent.* Athen.

Cur Nili aquæ ventrem ſoluerent explicat Theophraſtus lib. de aquis apud Athenæum lib. 2. in hæc verba: *Theophraſtus lib. de aquis tradit* NILI *fœcundiſſimam, & dulciſſimam aquam eſſe, at* VENTRIM SOLVARE *cum bibitur ob mixtam quandam vim nitri.*

Cubitus quo menſurabatur Nilus in templum Serapidis delatus. Paulus Diac.

Cubitus, quo menſurabatur Nilus, in Templum Serapidis deferebatur: Conſtantinus verò in Eccleſias vero numini dicatas deferri ſtatuit, quod habet Paulus Diaconus lib. 11. Hiſtoriarum, vbi de conſtantia loquens ait: CVBITVM, *quo menſurabatur* NILVS *non iam in* TEMPLVM *Serapidis annis ſingulis, ſed in* ECCLESIIA *portari ſanciuit.*

Noctē tantū non die nauiculatores ex Nilo aquabantur. Plut.

Nocte tantùm, non die nauiculatores ex Nilo aquabantur: indicat id Plutarchus, qui ita loquitur, quæſt. conuiuial. lib. 8. q. 5. *Cauſam quidam requirebant, cur aquentur nauiculatores* NOCTE *non* LVCE *ex Nilo.*

De Nili Diuiſione Chriſti tempore facta. S. Hier.

De Nili diuiſione in ſeptem riuos Chriſti tempore facta ita ſcribit ſanctus Hieronymus lib. 4. in cap. 11. Iſaiæ: *Regnante Cæſare Auguſto, quando flos de radice Ieſſe conſcendit, & in orbe Romano prima facta eſt deſcriptio, potentiſſimum prius regnum Ægyptiorum, quod multis durauit ætatibus, Cleopatra morte deſtructum eſt, & percuſſus eſt* AMNIS ÆGYPTIVS IN SEPTEM RIVIS, *ſiue in ſeptem vallibus: Nilus enim aquarum multarum, qui prius vno fluebat alueo, & intranſibilis erat in ſeptem valles humillimas, & riuos diuiſus eſt: atque conciſus, vt calceatis pedibus tranſiretur.*

Nilus antequam excreſceret terram olim effodiebant, foueaſque: vt Nilo decreſcente piſcibus ditarentur. Meminit huius moris ſuperiùs aduocatus Benjamin in ſuo itinerario, vbi ait: *Quicunque agros in ea regione habent conductis operariis foueas magnas aperiunt: in quibus* DECRESCENTE NILO PISCES RECEPTI CONTINENTVR, *quod inde captos, & abſtractos incolæ comedunt, vel ſalitos mercatoribus aliò aſportandos vendunt.* 922.

Terram effodiebant antequam Nilus excreſceret. Benjam. *Piſces ex Nilo vt caperent.*

De Nili magnitudine hæc habet Aulus Gellius lib. 10. cap. 7. *Omnium fluminum, quæ in maria quæ Imperium Noæſt, fiunt quam Græci ...... appellant, maximum eſſe Nilum conſentitur: proxima magnitudine eſſe Iſtrum ſcripſit Saluſtius:* Vt merito inſatiabili ciborum cupiditate correptus *totum Nilum exhaurire*, prouerbialiter diceretur. Hinc illud Beati Ioannis Climaci gradu 14. *Nec hoc ignorandum, malum gulæ ſpiritum ſubinde ſtomaco inſidere, vt ſatiari homo non poſſit: etiam ſi totam Ægyptum deuorares, &* TOTVM NILVM *exhaurires:* Quæ huic prouerbio illuſtrando dixi in adagiorum volumine hic non repeto: me ibi, ſi placet, adi, vt interim à gulæ vitio abeat, qui illo corripitur.

Nilus omniū fluminum maximus. Aulus Gell. *Totum Nilū exhaurire lurcones dicuntur.* S. Ioā. Clim.

CAPVT XCV.

Cur ſepties in Iordanis aquis iuſſus ſit Naaman ſe abluere.

Septies lauare *ſe in Iordane cur iuſſus Naaman.*
Septem *pro multis.*
Septenatius numerus *in ablutione cuiuſdam religionis erat.*
Septenatius numerus *in adſperſione vituli.*
Septenaria ablutio *probanda obedientiæ.*
Obedientia *in rebus non neceſſariis perfectior apparet.*
Gloria, & honor *ab hominibus oblatus in Deum flectendus.*
Naaman cur ad Iordanem *miſſus, vt ſe ablueret.*
In Chriſti baptiſmo *aqua à Chriſto abluta.*
Iordanis aquas *Chriſtus abluit, non ablutus ab illis.*
In virtutum actibus non intumeſcere *quàm eximium.*
Amoris priuati impetum *cohibere, quàm difficile, quàm magnum.*
Premuntur qui dum boni aliquid præſtant intumeſcunt, *& ſibi tribuunt quod ſunt.*
Ad Iordanem *diſcimus humilitatem ei ſectandam qui diuinis alloquiis frui cupit.*
Iordanis aquæ *in vno loco ſiſtere, tumeſcere ſuperiores, inferiores detumeſcere ad animam flectitur.*

QVia hìc ſumus, ac de fontibus, ac flu- 923.
minibus agimus non erit abs re ſi explicemus; cur iuſſerit Eliſeus Naaman, vt septiès ſe

Septies lauare ſe in Iordane cur iuſſus Naaman?
4.Reg 5.

ſe in Iordane ablueret, cum enim iuiſſet ad Eliſeum, vt lepræ medicinam ab ipſo reciperet, audiuit ab Eliſei nuntio, vt ſepties ſe in Iordane ablueret; ſic enim habes 4 Regum 5. *Venit Naaman cum equis & curribus, & ſtetit ad oſtium domus Eliſei; miſitque ad eum Eliſeus nuntium, dicens, vade, &* LAVARE SEPTIES *in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis*; nollem aliquos dixiſſe certum numerum poſitum pro incerto; licet enim ſeptem in ſacris litteris pro multis adhibeatur; nam illud 1. Reg. 2.5. *Et quæ multos habebat filios infirmata eſt*; alij legunt: *quæ ſeptem habebat filios*, in producto tamen loco non facile hoc ſenſu ſeptenarium numerum acciperem: ſed propriè ſeptem ablutiones iuſſas cenſeo; nam hic numerus in ablutionibus cuiuſdam Religionis erat, val Pythagorâ teſte; qui id, vt pleraque alia, potuit ab Hebræorum ritibus diſcere. Apuleius lib. 11. ſuæ metamorph. ita nobis Pythagoræ mẽtem repræſentat; *Neque protinus purificandi ſtudio marino lauacro trado*, SEPTIESQVE SVBMERSO FLVCTIBVS CAPITE, *quod eum numerum* RELIGIONIS *aptiſſimum diuinus ille Pythagoras prodidit*: Verè igitur ſeptenaria metſio præcepta eſt; quod probat etiam Abulenſis, quæſt. 10. in cap. 5. 4. Reg. his verbis: *Dicendum autem videtur, quod hoc factum eſt ad ſignificationem, ſcilicet, quia* SEPTENARIVS *eſt numerus perfectus propter ſeptenarios multos vitæ noſtræ, & totius boni noſtri, & nunc conferenda erat ſanitas perfecta Naaman, ideo conueniebat ei lotio ſeptenaria.*

Septem pro multis.
1.Reg. 2.

Septenarius numerus in ablutione cuiuſdam Religionis erat.
Apul.

Abul.

924\. *Septenarius numerus in adſperſione vituli.* Leuit 4 6. Lyran.

Quid? quòd etiam lege præcipitur hic numerus in aſperſione vituli. Leuit. 4. verſ. 6. *Cumque intinxerit digitum in ſanguinem aſperget eo* SEPTIES *coram Domino contra velum ſanctuarij*: Lyranus legit; *aſperget eum*, ſicque exponit, *ad denotandum perfectam expiationem, quæ per* SEPTENARIVM *ſignificatur.* Ad hunc eundem ritum reſpicit lex illa cap. 14. Leuit. verſ. 7. *Tinget in ſanguine paſſeris immolati, quo aſperget illum, qui mundandus eſt,* SEPTIES; Vbi idem Lyranus: *Ad deſignandum in eo perfectam munditiam, quia perfectio numero* SEPTENARIO *deſignatur*: Gloſſa ad hæc verba: *Septies, vt iure purgetur*, ait, *pro* SEPTIFORMI *ſpiritu, in quo omnis mundatio, & mundities, vel vt purgetur anima à ſeptem Dæmonibus.*

Leuit. 14 7.
Lyran.
Gloſſa.

Septenaria ablutio probanda obedientia.
Abul.

Non voluntarius igitur iſte numerus in lotione, ſed ex ſollenmi ritu atque myſterio, vnde nec plenè placent, qui ablutiones iuſſas putant probandæ tantùm obedientiæ, quod volebat Abulenſis loco producto, dum ait: *Vel dicendum quod ita poterat ſanari Naaman lauando cũ vna vice in aqua ſicut ſi* LAVARET SEPTIES, *& tamen iuſſit quod lauaret* SEPTIES *propter meritum* OBEDIENTIÆ, *ſicut interdum iubentur aliqua quibuſdam, quæ non ſunt neceſſaria, & tamen iubentur vt obediant, & mereantur obediendo*: Hæc ille. Ego vt hoc non expungo, ſic illud præfero, id nempè præſtitum ex religione quadam, ſacraque conſuetudine, quæ etiam ad prophanos, Gentileſque deuoluta erat, vt in lotionibus, & aſperſionibus numero hoc ſeptenario vterentur.

Obedientia in rebus non neceſſariis perfectior apparet.
Abul.

925\. *Gloria, & honor ab hominibus oblatus in Deum flectendus.* 4.Reg. 5. Lyran.

Quærat hic aliquis cur Eliſeus obuiam Naaman Syro non iuit? vt totum quod per ipſum efficeretur Deo tribueretur? Lyranus ad hæc verba: *Miſitque ad eum Eliſeus nuntium dicens, vade & lauare ſepties in Iordane Hoc autem*, ait, *ſibi mandauit per nuntium vt* DEI POTENTIÆ MAGIS ATTRIBVERETVR MIRACVLVM, *eo quod Propheta non locutus fuit cum eo, nec eum tetigit, ſicut credebat Naaman, credens quod in ipſo Propheta eſſet aliqua virtus curandi ipſum*, Talis iuſtorum mos, vt tàm gloriam, honorémque fugiant ab hominibus oblatum, quam iniuſti ſectantur, ac ſibi vſurpant totum, quem homines deferre poſſunt, honorem, in Deum deriuare vt ad ſuum fontem debemus, ac miraculorum gratia Deo tribuenda, vt nempè vnde exeunt gratiarum flumina, illuc reflexo curſu reuertantur.

Sed cur ad Iordanem potiùs, quàm ad alium flumen mittit Eliſeus Naaman? Abulenſis, hic quæſt. 9. ita rem ſoluit: *Reſpondendum quòd noluit Eliſeus mittere Naaman ad aliquam* AQVAM *terræ Iſrael; Ne ſi mitteret eum ad aliquam aquam terrarum longinquarum, nollet ire illuc Naaman, & non ſanaretur, quod autem miſerit eum intra terram Iſrael* AD FLVVIVM IORDANIS POTIVS, QVAM AD ALIAM AQVAM, *fortè fecit hoc, quia minus veriſimile erat de aqua Iordanis, quòd ſanare poſſet, quam de alia aqua, eò quòd fortè erat turbida, & lutulenta propter ablutionem, nam quolibet anno in principio meſſis hordeaceæ, ſcilicet circa principium Aprilis Iordanis intumeſcit liquefactis niuibus Libani, ad cuius radices eſt caput Iordanis. De hoc Eccleſiaſt. 24. & Ioſue 3. & ibi declaratum eſt, & fortè in illo tempore venit Naaman ad Eliſeum*: Aliam rationem etiam addit, dicens: *Vel forte hoc fecit Eliſeus ad probandam obedientiam Naaman*: aut etiam mente illa tempora reſpiciens, in quibus Dei filius humana carne indutus, debebat in Iordanem deſcendere, & aquas illius abluere potius, quam ab illis ablui.

Naaman cur ad Iordanem miſſus, vt ſe ablueret.
Abul.

In Chriſti baptiſmo aquam ipſam à Chriſto, Chriſti contactu ablutam pulchrè aſſerebat ſanctus Petrus Damianus orat. 14. de Baptiſmo Domini tom. 4: qui in lucem publicam nondum miſſus eſt; ait itaque. 926.

In Chriſti baptiſmo aqua à Chriſto abluta.
S.Pet.Dam.

En fluuius fontem mundum lauat, vnda lauantem
Abluit Iordanis, A QVO MAGIS IPSA LAVARIS.

Ad Iordanem & Chriſtus iuit, & Iordanis aquis voluit baptizari, ſolent aquis corpora ablui, hic contra factum, corpore ſuo Chriſtus aquas ipſas abluit. Pulchrè ſanctus Bernardus ſerm. 1. in Epiphania: *Acquieuit Ioannes, & obediuit, baptizauit Agnum Dei, &* AQVAS LAVIT, *nos abluti ſumus, non ille, quia nobis lauandis aqua cogneſcitur abluta.*

Iordanis aquas Chriſtus abluit, non ablutus ab illis.
S.Bernard.

De Iordanis aquis omnium luculenter, & appoſitiſſimè diſſerit Richardus Victorinus part. 1. tract. 1. de exterminatione mali, & promotione boni, & ſignatè cap. 14. grande eſſe, & inſtar prodigij in virtutum, & magnorum operum actibus non intumeſcere, nec extra ſe ferri, cum quis effertur ab aliis: Iordanis aquis probat, quæ tempore meſſis extra alueum minimè excurrerunt, quin & ſteterunt, ſic enim habes Ioſ. 3. 15. *Ingreſſis eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Iordanis autem ripas aluei ſui tempore meſſis impleuerat) ſteterunt aquæ deſcendentes in loco vno*: hoc ſpectans Richardus rem ad mores ſuo more flectit, & hæc ſubiicit quæ ſubiicio: *Quid putas obſecro miraculi, quid eſſe prodigij Iordanem retroagi, & tantum fluminis impetum in ſuperiora reuerti, præſertim ſi tempore meſſis fiat, quo ſolet implere ripas aluei ſui: cum enim ceperis ſemen illud, quod cecidit in terram bonam* 927.

In virtutum actibus non intumeſcere quàm eximium.
Ioſ. 3. 15.
Rich.Vict.

producere de ſe fructum, aliud trigeſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum, ſolet nimirum eo tempore Iordanis unda altius intumeſcere, & vt ſit humani animi magna de ſe æſtimare, magnum ſe aliquem credere, cum viderit ſe multum fructum facere, & ad maturitatis meſſem peruenire: Tunc non mirum, quò maior ǝ de ſe ipſo æſtimat, eò maiori deiectione dignum ſe eſſe indicat, magnumque eſt valde, ſi cum vſque ad ſuperfluitates in ima effluat, & iuſta æquitatis metas, vtilitatiſque ripas non excedat. QVANTVM ERGO PVTAS, QVAM MAGNVM MIRACVLVM IPSI VILESCERE, TIBI IPSI MAGIS, MAGISQVE DISPLICERE, EO PRÆCIPVE TEMPORE CVM INCIPES MAGNVS VERACITER ESSE, MAGNVSQVE OMNIBVS APPARERE? *Solent ſanè, ſed neque hoc mirum eſt, tempore glacialis frigoris, ſeu etiam æſtiui feruoris ſiccitate Iordanis aqua minui, atque decreſcere, & quamlibet elata mens inter malitiæ frigus, & nimiæ concupiſcentiæ æſtus, ſibi ipſi vileſcere, & quamuis inuita infirmitatem ſuam recognoſcere, & à ſua de ſe æſtimatione non modicum detumeſcere: quis quæſo tam immane deſipiat, qui ſibi ipſi inter ſcelera, & flagitia, quandoque non diſpliceat? ſed illud magnum erit, ſi in tempore meſſis, & inter virtutis ſucceſſus poſſit Iordanis vndas intra alueì ſui ripas concludere: & amoris priuati impetum intra modeſtiæ metas cohibere: magnum erit, ſi non erumpat ad illicita, vel affluat ad inutilia, magnum erit, ſi non ſe ipſum diligit, niſi quantum conuenit, & expedit: Iordanis autem, inquit ſcriptura, ripas alueì ſui tempore meſſis impleuerat: Impleuerat, inquit, non exierat. Noxium ergo vt puto non erit ripas implere, ſed ripas excedere:* Et extra ſe abire, modeſtiæ limites tranſilire, & adeo in bonorum affluentia intumeſcere, vt amoris proprij impetu extra ripas feratur, aliena arua occupet, humanas laudes lambat, ſed non cum laude.

Amoris priuatì impetū cohibere quā difficile, quā magnum.

928. Eos qui intumeſcunt, cum boni aliquid agūt, ſibique hoc ipſum tribuunt, quod aliqua bonitate ſint præditi, opportunè premebat quidam auctor in hunc modum. *O inique diſtributor,* DETERIOREM PARTEM *tribuis Deo, & arrogas tibi* BONVM *eſſe: plus eſt bonum eſſe, quam eſſe: cur illud tibi vſurpas, cum in eo quod eſt minus, nullam potueris partem ponere? Plus diſtas inter bonum eſſe, & hominem eſſe, quam inter hominem, & nihilum. Ex nihilo te potuit Deus facere hominem, imperando, agendo, & viuendo: ſed ex homine non fecit bonum, niſi ſeruiendo, patiendo, & moriendo,* INIVSTISSIME PARTIRIS, TRIBVENS DEO NATVRAM, ET TIBI GRATIAM. *Neminem vidi ſuperbire ex eo, quòd ſit: & ferè omnes, quod boni, & meliores ſint, cum potius liceret arrogantia illa: nam plus ſi habuiſſes (ſi habuiſſes aliquid) cùm nihil eras, vt eſſes, quam poſtquam fuiſti, vt eſſes bonus, & iuſtus: nam ad creationem, ſolum nos audiuimus: ſed ad iuſtificationem inſuper impediuimus: ô patientiſſima Veritas Dei, quomodo tolleras mendacem arrogantiam noſtram, niſi quod ridicula ſit, dum eius rei auctores nos præſumimus, cui maximè reſiſtimus, & deſtruimus? Si tam modeſti ſumus contra ea, quæ ſunt in ſuo nihilo relicta, vt aduerſus illa non glorìemur, quod ſimus: cur inuerecundi aduerſus Deum gloriabimur, quod boni ſimus, & aduerſus alios homines, quod meliores ſimus?* ſed rurſus ad Iordanem, & Iordanis aquas, à quibus non inutiliter deflexìmus.

Premuntur, qui dum boni aliquid præſtant intumeſcunt, & ſibi tribuunt quod ſunt.
P. Io. Euſ. lib. 1. cap. 18.

929. Quod Iordanem ad baptiſmum Chriſtus elegerit, non eſt vacuum myſterio, rectè nobis innuitur, humilitatem ei ſectandam, qui ſuperis alloquiis beari deſiderat Scitè ſanctus Anſelmus medit. 1. cap. 8. *In* IORDANE *ſub manu Ioannis ſe ad* BAPTISMVM *inclinans, paternam vocem audiuit, & Spiritus ſancti in Columba aduentum ſuſcepit: vt nos doceret in humilitate mentis (quæ per Iordanem notatur, Iordanis enim deſcenſio eorum interpretatur) debere conſiſtere: ibique ſuperni Patris honorari colloquio, de quo dicitur, quia cum ſimplicibus ſermocinatio eius, & Spiritus ſancti præſentia ſublimari, qui ſuper* HVMILES *requieſcit, & hoc ſub manu Ioannis, qui Dei gratia dicitur, vt eidem gratiæ quicquid a Deo percipimus, non noſtris meritis adſcribamus.*

Ad Iordanē diſcimus humilitatem ei ſectandam qui à diuinis alloquiis frui cupit.
Anſelm.

Quî Iordanis aquæ in vno loco fixæ ſtent, qui ſuperiores intumeſcant, inferiores deficiant, in anima, ſic explicat idem Richardus loco ſuperiùs producto cap. 16. *Vis videre* AQVAS IORDANIS *curſum figere, & in vno loco ſtare? Mihi autem, inquit, adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam: Vis videre aquas inferiores decurrere, atque deficere? Renuit conſolari anima mea. Vis videre* AQVAS SVPERIORES INTVMESCERE, *& ſurſum currere? Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Denique & non eas poſt concupiſcentias tuas, & fixiſti aquas: Noli diligere mundum, neo ea, quæ in mundo ſunt, & defecerunt aquæ inferiores, quæ deorſum currunt. Denique delectare in Domino, & videbis fixas ſtare in vno loco:* Hæc ille & alia plura quæ videri apud ipſum poſſunt, ne cogamur omnia exſcribere, quæ ille nobis ſcripſit.

Iordanis aquæ in vno loco ſiſtere, intumeſcere ſuperiores, inferiores detumeſcere, ad animam ſic dicitur.
Rich. Vict.

EXCVRSVS LXXV.

Obedientiæ aqua quàm ſalutaris, quàm vtilis promptæ parentia.

Aqua flexibilitas *promptæ parentiæ forma.*
Obedientiam Deo ſummè placere *Domini ſpiritus aquis incubans docet.*
Aqua obedientiæ *exemplum.*
Ex nauticæ artis *more obedientia commendata.*
Noë obedientia *in arca ſtruenda expenditur.*
Obedientiæ *neceſſitas.*
Principium humilitatis obedientia.
Obedientia *diuinæ ſapientiæ vicaria.*
Obedientia *ſuperioribus quanta diligentia præſtanda.*
Obedientia leproſa *quæ, quæ patientia canina.*
Melius eſt bonis ſeruire *quàm malis dominari.*
Virtutum omnium compendium *obedientia.*
Obedientia bonum *quàm eximium.*
Inſipida, & inſulſa *obedientia quænam ſit.*

SAlubria monita aquæ exhibeant, illud inter illa præcipuum eſt, quod offerunt, dum offeruntur: ſi aquarum vocem, vt ita dicam audiamus, ſpectemúſque naturam, promptæ parentiæ exemplum habebimus: Benè auctor non bonus; Luciani hæc ſunt verba de ſectis: AQVÆ, cuius 930.

Aquæ flexibilitas obedientiæ forma.
Luc.
S. Hier.

cuius in menſa vſus eſt, aſſimilabere, in quamcumque enim partem te quiſpiam traxerit, ſummo digito duceris: ex noſtris ſanctus Hieronymus epiſt. 12. teneram, mollémque ætatem aquæ comparabat, quæ facilè eò mouetur, quò ducitur: *Vt* AQVA, inquit, *in areola digitum ſequitur præeuntem ita ætas mollis, & tenera in vtramque partem flexibilis eſt, & quocunque duxeris trahitur.*

Obedientia vt Deo placeat.

Placet Deo iſta flexibilitas, vt non mirum ſi Domini ſpiritus in mundi primordio aquæ ſuperferretur, tectè ſignificans, Deum magna, & perfecta in illorum mentibus perficere, qui promptâ parentiâ aquas referunt, omnem voluntatis propriæ duritiem à ſe excludunt.

931. *Aqua obedientiæ exemplum.* S. Ambroſ.

Aquam in obedientiæ exemplum nobis proponit ſanctus Ambroſius, quin eam nobis obiicit dum tardiores, difficilioréſque ſumus ad parendum Deo quàm aquæ elementum fuerit, cùm in primâ mundi molitione in vnam congregationem iuit. præſtat hic huius ſancti Patris verba ſiſtere, qui lib. 3. in Hexam. cap. 1. ait: *Non mediocris pudor eſt, imperio Dei inſenſibilia elementa* PARERE, *& homines* NON OBEDIRE, *quibus ſenſus ab ipſo tributus eſt auctore, & fortaſſe hic pudor fecerit, vt hodie plures conueniretis, ne quo die congregata eſt aqua in congregationem vnam, eo die populus nequaquam congregatus in Eccleſiam Domini videretur.* Poterat rem opportuniùs premere, & elegantiùs dare?

932. *Ex nauticæ artis more obedientia commendatur.* Ios. Euſ. lib. 4. cap. 12.

Alia de obedientia dicam, vt ad obedientiam omnes ducam; ex nauticæ artis more nos ad obedientiam probus ille auctor inhortabatur in hæc verba: *Qui vehitur in* NAVI, *non vult* REGERE NAVIM *iuſſu, & arbitrio ſuo, ſed munus integrum permittit nauclero, & cùm inſurgit tempeſtas maxime obedientiſſimus eſt illi, nec contra eius voluntatem quidquam audet mouere, aut moneri. Anne imperitiùs ſciet Deus regere mundum ſuum, quam* NAVCLERVS NAVIM? *cur quod cum homine faceres, vt te in terram, quo tendis, deponat, cum Deo non facies, vt te in cœlum ducat? Deus optimè nouit gubernare ſuam domum, ſuum inquam mundum: non opus habet tuo conſilio; relinque omnem curam illi: ipſe te portabit ad terram ſalutis.*

Noë obedientia in arca ſtruenda expenditur. B. Bruno.

Noë diuturnam obedientiam in arca ſtruenda expendit Beatus Bruno de ornatu Eccleſiæ cap. 10. *Vide*, inquit, *quam* OBEDIENS *vir iſte fuerit, qui ea, quæ ſibi à Domino ſuo parata fuerant, cuncta compleuit; quem enim non tæderet per centum annos in vno ædificio deſudare. Sed longa obedientia longam, & diuturnam* OBEDIENTIAM *promeruit, & cum totus periret mundus, ipſe ſolus cum domo ſua in diluuio ſaluatus eſt.* Aquæ comparetur obedientia, at cùm perit inter aquas.

Obedientiæ neceſſitas. B. Laur. Iuſt.

Gubernator, qui regendæ naui neceſſarius, obedientiæ neceſſitatem probat; huc ſpectabat Beatus Laurentius Iuſtinianus, tract. de obedientia cap. 3. *Sicut ſine duce non confiditur de victoria, & ſine gubernatore non peruenitur ad portum, ita & abſque* OBEDIENTIA *impoſſibile eſt in huius vitæ pelago non periclitari, iſta fecit hominem triumphare.*

933. *Principium humilitatis obedientia.* S. Ephrem.

De obedientia, & humilitate hæc habet ſanctus Ephrem, ni fallor, de doctrina varia; *Initium*, inquit, *fructificationis eſt flos, & principium humilitatis eſt* OBEDIENTIA *in Domino.* Principium humilitatis eſt, eſt & perfectio.

Obedientia diuinæ ſapientiæ Vicaria. Ioſ. Euſ. lib. 2. cap. 12.

Obedientiam ſi quis diuinæ ſapientiæ vicariam dixerit, non aberrabit, hæc facit vt errare non poſſimus erroribus adeò obnoxij: Peritè pius ille auctor: *Hoc facit inuentum* SANCTÆ OBEDIENTIÆ, QVÆ VICARIA EST SAPIENTIÆ DIVINÆ, *& vtiliſſimum compendium prudentiæ. Quid ſapientius quam non poſſe errare quæcunque fiant? Virtutes alias debet præcedere prudentia.*

Obedientia ſuperioribus quanta diligentia præſtanda. B. Ægid.

De obedientia hominibus, qui Dei locum tenent præſtanda, ita ſentit Beatus Ægidius de obedientia: *Meo quidem iudicio, etiamſi quis eò pertigiſſet, vt cum Angelis colloqui ei liceret, ſi tamen à ſuo ſuperiore accerſeretur, deberet* POSTHABITO ANGELICO COLLOQVIO, OBTEMPERARE HOMINI, *cui propter Deum ſe morigerum fore promiſiſſet.*

Obedientia leproſa quæ, quæ patientia canina. S. Bernard.

Obedientiam leproſam vocat ſanctus Bernardus quæ veræ characterem non habet, & caninam patientiam, quæ coactè patitur quod patitur, ſic ille ſcribit ſerm. de obed. & patientia: *Poſtremò velint nolint non modò homines, ſed etiam Dæmones, & faciunt, & patiuntur, quod prouidentia ſumma diſpoſuit. Cæterum nec* LEPROSA OBEDIENTIA, *nec* CANINA PATIENTIA *commendatur.*

Melius eſt bonis ſeruire quàm malis dominari. Oleaſt. 934.

Melius eſſe bonis ſeruire, quàm malis dominari ita colligebat Oleaſt. in cap. 14. moral. *Melius eſt enim bonis ſeruire, quàm malis dominari. Vnde tibi Agar, quod Dominus tibi appareret, triſtem leniret, opem in anguſtia ferret, innumeram ac præclaram prolem promitteret & daret, niſi quia* ANCILLA SARAI? *Vt enim ſcires, omnia tibi ſeruitutis bona gratiâ contigiſſe, à verbo ſeruitutis Angelus in tua conſolatione incepit dicens: Agar ancilla Sarai, quid agis hic.*

Virtutum omnium compendium obedientia. Ioſ. Euſ. lib. 2. cap. 12.

Virtutum omnium compendium obedientia eſt; Verus ille: *Qui habet* OBEDIENTIAM, HABET IN COMPENDIO ALIAS VIRTVTES: *qui* OBEDIENS *eſt, & caſtus erit, & pauper. Adam poſtquam non obediuit, ſtatim ſenſit ſtimulos carnis, & quæſiuit veſtitum: dum fuit obediens caſtiſſimus & virgo manſit, & ſua nuditate contentus pauperrimus.*

Obedientiæ bonum quam eximium. S. Auguſt.

Benè de obedientiæ bono ſanctus Auguſtinus, lib. ſent. num. 238. *Perfectè Deus, euidenterque monſtrauit quantum ſit bonum* OBEDIENTIA: *cùm hominem in Paradiſo poſitum, ab eâ re prohibuit, quæ non erat mala. Sola ibi obedientiâ potuit tenere palmam: ſolâ inobedientiâ incidit in pœnam.*

Inſipida & inſulſa obedientia quænam ſit. S. Bernard.

Quæ ſit inſipida, inſulſaque, aut obedientia, aut patientia, ſic docet ſanctus Bernardus ſerm. de obedientia, & ſapientia. *Inſipida namque Deo, & inſulſa quodammodo noſtra* OBEDIENTIA, *ſeu etiam patientia eſt, niſi omnium quæ vel agimus, vel patimur, ipſe ſit cauſa*; nimirum ſapit Deo obedientia, quæ Deum ſapit; ſed iterum ad aquas, nam torrentes quoque calamum ad ſe rapit.

CAPVT XCVI.

Torrens de fluuio, quædam de Torrentibus, quædam ex Torrentibus.

Torrens *de fluuio.*

Diuinæ charitatis guſtus torrenti *comparatus.*

נחל *quid? fluminis, &* torrentis *nexus.*

Torrens *cum poſſeſſione, vt cohæreat, & cum verbo poſſidendi.*

Quanam

Quænam vita torrenti *ſimilis.*

Res temporales fluunt torrentis inſtar, *& ripas abradunt.*

Torrentis *& impetu decurrentis amnis ſimilitudine humanarum rerum inſtabilitas explicata.*

Voluptatum illecebras, *tanquam pluuias ſequitur cupiditatum motus tanquam* torrentes.

Qui citò diteſcit, & ex paupere fit diues, torrenti *compoſitus, qui turbidus excurrit.*

Torrens *iniquitatis quid?*

Pro ſilice torrentes *aureos dare quid ſit.*

935. *Torrens de fluuio.* S. Auguſt.

TOrrentes, qui obruit quæcunque ſecum rapit, rapit & meum calamum, vt integrum mihi minimè fuerit de aquis, fontibuſque agens torrentes pertranſire, pauca hic igitur de illis ſubiiciam, nam hoc quoque exemplo docent, dum facilè, citóque ſiccantur; niſi torrentes pro fontibus, & fluminibus ſumantur, quod non rato in diuinis litteris fieri certum eſt: ſanctus Auguſtinus hoc dilertè notabat in Pſal. 73. dum ait: TORRENTES *dicuntur propriè, qui non ſunt perennes, nam aliquando, & tranſlatè dicitur* TORRENS *pro fluuio; ſicut dictum eſt: Imbriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum potabis eos: Non enim ille torrens aliquando ſiccabitur.*

Diuinæ charitatis guſtus, torrenti comparatus. B. Laur. Iuſt.

Hoc ſenſu diuinæ charitatis guſtum torrenti comparabat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina Monaſticæ conuerſationis cap. 16. impetum, copiámque reſpiciens, non defectum: hæc ſunt eius verba: *Nunquid poterit vel minimum mæroris veſtigium in mente remanere poſt tantarum conſiderationem inſignium gratiarum? Velut enim quidam rapidiſſimus turbo, & tanquam* VELOCISSIMVS TORRENS *inundantium aquarum exterminat de humano corde triſtitiam diuinæ guſtus charitatis. Non habet locum mæror, vbi ſanctæ Charitas poſuit habitaculum.*

נחל quid? fluminis & torrentis nomen.

Apud Hebræos quoque nomen נחל *nachal*, & de flumine dicitur, & de torrente, vt non mirum ſi Latinè quoque redditum torrentem ſignificet, & flumen magno impetu decurrens.

936. *Torrens cum poſſeſſione vt cohæreat, & cum verbo poſſidendi.*

Porrò נחל *nachal*, vt hoc quoque adiiciam, etiam hereditatem ſonat, quia vt aliqui notarûnt torrens hereditates, & prædia diuidit: certè verbum נחל *nachal* ſignificat *poſſidere; poſſeſſionibus ditari*, vt à nexu cum torrente diſceremus omnia inſtar torrentis ferri: nihil ſtare, quod terrenum: vt qui poſſeſſiones, & prædia poſſidet, cogitet ſe ea habere quæ torrentium inſtar aliò curſu præcipiti feruntur.

Quænam vita torrenti ſimilis. Epict.

Quænam vita ſimilis torrenti ſit, explicat Epictetus ad Stobæum ſerm. 1. in hæc verba: *Fortuna vitæ implicata, ſimilis eſt* TORRENTI: *Eſt quippe turbulenta, & limo repleta, ingreſſu difficilis, violenta, & obſtrepera, & momentanea.*

Res temporales fluunt torrentis inſtar, & ripas abradunt. S. Bernard.

Res temporales ſatiare mentes non poſſunt, quia turbant, rodunt, lacerant, ac velut abſumunt, inſtar torrentis, & fluminis, quod dum fluit ripas abradit, & terram ſecum trahit: hinc illud ſancti Bernardi lib. 4. de conſideratione: *Tranſitoria iſta, quæ ſtare tibi nullo pacto queunt, fac vt à te tranſeunt, non per te. Riuus quà fluit, cauat terram, ſic diſcurſus temporalium conſcientiam rodit. Si poteſt* TORRENS *in agros excurrere ſine læſione ſatorum, & tute iſta ſine vulnere mentis poſſe tractare confidito.*

937. *Torrentis, & impetu decurrentis amnis ſimilitudine humanarum rerum inſtabilitas explicata.* S. Greg. Nyſſ.

Torrentis, & amnis impetu currentis exemplo à rerum terrenarum inſtabilitate, decurſúque nos auocabat ſanctus Gregorius Nyſſenus: cuius verba licet pluſcula huc aduocanda, ne res eius penicillo non exhibita ſuâ venuſtate exuatur: in lib de Virginitate cap. 4. ita ille loquitur: *Quemadmodum* AMNIS ALIQVIS, *qui ſua natura ſatis profluens, incitatis aquarum profluxionibus rapidior fertur, lignáque, & lapides, & omnia, quæ ſibi obuiam fiunt, in alueum rapit: calamitatem his, & periculum iis importat, qui propè incolunt, illis verò fruſtrà defluit, qui longè remoti eum vitant: ita, qui ſibi huius vitæ perturbationem peperit, eam ſolus ſuſtinet, & ſolus eos ſua ſponte recipit affectus, in quos natura, quæ ſuo quodam curſu fertur, cum his vitæ malis circumfluat, illos impellit, qui eius curſum tenent: ſed ſi quis, vt eſt in ſacris litteris, torrentem hunc, intolerabilémque aquam relinquit: hic planè liber erit, vt in pſalmo ſequitur, à captione demonum huius vitæ, ac veluti paſſer è laqueis alis virtutis euolabit. Quoniam igitur, vt ille ipſo torrentis exemplo putet, variis perturbationibus, inæquabilibuſque rerum varietatibus referta mortalium vita, ad naturæ declinationem effuſa ſemper fertur, nec quicquam conſiſtit rerum quæ in ea ambiuntur, neque expectat, dum ii, qui cupiditate aliqua tenentur, ſatietate expleantur, cúmque omnia, quæ impetu quodam feruntur propè ſimul acceſſerint, &, quæ attingunt, curſum confecerint, quodque ſemper præſens adeſt: fluxu quodam clandeſtino ex oculis ereptum, cùm ſenſum noſtrum celeri tranſitu effugiat: propterea vtile ſanè eſſet, extra hunc vitæ fluctum longè ſe tenere, ne rebus his caducis impediti, ea quæ ſempiterna ſunt, omnino deſpiciamus.*

Voluptatum illecebras tanquam pluuias ſequitur cupiditatum motus tanquam torrentes. S. Hilar.

Solent ex ſenſim, blandéque labentibus imbribus magni torrentes magnóque impetu currentes ingenerari: ex voluptatum illecebris grauiorum cupiditatum motus, qui ſecum totum hominem trahant, vt ſuus amplius eſſe non videatur. Huc vocari poſſunt ſancti Hilarij verba qui canone 6. in Matthæum ita loquitur: *In* PLVVIIS *blandarum, & ſenſim illabentium voluptatum illecebras ſignificent: quibus primum fides rimis patentibus immadeſcit: poſtque* TORRENTIVM PROCVRSVS, *id eſt grauiorum cupitatum motus incurrit.*

938. *Qui citò diteſcit, & ex paupere fit diues torrenti compoſitus, qui turbidus excurrit.* Pet. Berch.

Superiùs diuitias aquis comparauimus: hîc addo, eos, qui ſtatim diuitiarum aquas colligunt & ex pauperibus diuites fiunt, torrentes referre, noxióſque maximè eſſe, & eò magis quò citius diteſcunt. Bellè de hac re philoſophatur Petrus Berchorius in ſuo Dictionario: *Nullus fluuius, vel fluxus eſt periculoſior, vilior, aut immundior, turbidior, atque violentior, quàm ſit* TORRENS, *qui ſubitò venit de ſiccitate ad plenum, & de nihilo venit ad ſummum; quia pro certo nullus, prout communiter deterior inuenitur, quàm ille, qui de paupere* DIVES *efficitur, & qui de ſtatu infimo in aliquod altum officium promouetur; tales enim, vt communiter ſunt peiores, & contra alios pauperes nequiores, exemplo Saul; qui de aſinario Rex factus fuit crudelis, & nequiſſimus; ſicut dicitur 1. Reg. 9.* 1 Reg. 9. Nimirum qui opibus ſtatim fit diues, ſtatim modeſtiâ fit pauper, vt ſe intra ſeipſum continere non poſſit, diuitiis auctus, quas verè non poſſidet, qui non poſſidet ſe.

Torrentes iniquitatis quinam ſint explicat noſter Agellius ad illud Prophetæ Regij; TORRENTES INIQVITATIS *conturbauerunt me;* Pſal.

Torrens iniquitatis quid? Pſal. 17. 5. Agell. Philo.

Pſal. 17. 5. dum ait: *His verbis multitudinem, & impetum ſimul, ac furorem hoſtium aduerſum ſe irruentium ſignificauit:* TORRENTEM *verè iniquitatis dixit, pro eo ac ſi dixiſſet torrentem hominum iniquorum, & impiorum:* Philo de ſeceſſu à vulgo loquens torrentis nomen adhibuit dum dixit: *ne curſus vi tanquam torrentis impetu euertatur:* Voluptatis ſuperæ torrentem qui quærit malorum hominum torrentem effugiat.

Pro ſilice torrentes aureos dare quid ſit Iob. 22. S.Greg.

Vt aqua de doctrina ſæpè in diuinis litteris dicitur, ita & torrens eidem ſignificandæ adhibetur: Certè ſanct. Gregorius illud Iob 22. *Dabit pro ſilice torrentes aureos:* ſic explicat lib. 16. moral. cap. 9. *Dat pro ſilice* TORRSNTES *aureos: quia pro robuſto opere doctrinam multiplicat claræ prædicationis:* proba doctrina cui opera ſubſternuntur: vtilis prædicatio, cui bona docentis vita præmittitur, quæ de litterali huius loci ſenſu affert Pineda, digna ſunt, quæ apud illum videantur, nos ad alia pergimus, aliò vocati.

EXCVRSVS LXXVI.

Cogitationum aquæ, fluctus, venti.

Cogitatio quæ à Deo abit tanquam nauis *ventis iactatur.*

A malis cogitationibus diluuium.

Impura cogitatio mentis nauem *mergit.*

Malæ cogitationes in nobis morari *non debent.*

Oua Diaboli fouet, *qui malas cogitationes.*

Serpentem in ſinu fouet, *qui impuram cogitationem fouet.*

Prauæ cogitationes, ſemen Diaboli.

Cogitationes impuræ *ſtatim reiicienda.*

Ab impuris cogitationibus, *quàm alienus ſit Spiritus ſanctus.*

Inanium cogitationum flueuta *tranſmittenda vt rete.*

C*ogitationes quæ terram ſpectant*, coërceantur; *quæ cælum*, dilatentur.

A malis cogitationibus *ad malum* opus *facilis tranſitus.*

Malis cogitationibus conſenſus *non exhibeatur, & non nocebunt.*

Immundæ cogitationes ab oratione *arceantur.*

Quot mala, *à malis cogitationibus oriantur?*

Bonorum verborum ventis *cogitatio feliciter nauigat.*

Cogitatio quæ à Deo abit tanquã nauis ventis iactatur. Geneſ. 4. Philo.

939. COgitatio quæ pura, quæ ſancta, quæ à Deo non abeat, non à diuinis, tanquam nauis feliciter curſum tuum peragit: quòd ſi impura, & impudica ſit, & à Deo digrediatur, huc illuc iactatur, ferturque nauis more. quæ contrariis agitetur ventis; ſemper fluctuat, naufragium minatur; Hoc eleganter explicat doctiſſimus Iudæorum Philo, lib. de Cherubim, expendens illa verba, quæ de Caino dicuntur, Geneſ. 4. *Egreſſuſque eſt Cain à facie Domini, & habitauit in terra Nod*, præmittit Philo, *Nod*, commotionem ſignificare, quo poſito ita philoſophatur: *Neceſſe eſt vt ab imaginatione Dei digreſſa* COGITATIO NAVIS IN CÆLO IACTATÆ MORE, VENTIS INTER SE CONFLVENTIBVS *vltro, citroque feratur, patriam habens domumque agitationem:* Infelix patria, domuſque: Peccatori non poterat opportunior habitatio aſſignari quam *Nod*, id eſt, commotio, & agitatio, vt nulla quiete, nulla cordis pace frueretur: variis ſemper cogitationibus actus.

A malis cogitationibus diluuium. Geneſ 6.

Naufragium expectet, & ſubmerſionem mens, quæ malis cogitationibus aditum recludit: Miſit Deus, vt aquis mundum ſepeliret, ingens illud Noëticum diluuium, ſed quid diuinam iram excitauit, quid ad vniuerſi ſubmerſionem quodammodo traxit? Impuræ potiſſimum cogitationes, quæ hominum mentes poſſidebant: hinc Moſes Geneſ. 6. *Videns Deus, quod multa malitia creuiſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore: Delebo, inquit hominem.* Deleuit, aquis eum ſepeliens: nempè aquarum diluuium acceſſiuit impura cogitatio, ergo & in nuptiarum mari naufragium ſubibit, qui locum malis cogitationibus dederit, & hoc ſolo periclitabitur, qui noxia, & impura cogitabit.

Impura cogitatio mentis nauem mergit. S.Nilus.

Non adeò tumentes fluctus nauem quatiunt, 940.
& obruunt, quàm impura cogitatio mentem: ſubſignat ſanctus Nilus, qui oratione de fornicatione huiuſmodi metaphorã in hac re vtitur: *Vt* FLVCTVVM IMPETVS NAVEM, SIC LIBIDINOSA COGITATIO *intemperantem mentem peſſumdat.* Quis tam demens, fatuúſque, qui hiſce fluctibus ſe credat, & mentem obuiam illis exponat? Qui mergi luxuriæ aquis non vult obſcœnarum cogitationum fluctus vitet, ſéque ab eorum impetu ſubducat.

Malæ cogitationes in nobis morari non debent. Ier. 4.

Nequiſſimi hoſtis eſt illa, vel prima calliditas, & ars doli plena, cogitationibus mentium naues impetere, & eas ſordidis phantaſmatis aggredi, ſtatim ergo reiici debent, vt nec modicum quidem in illis immoremur. Dolet Dominus per Ieremiam Prophetam cap. 4. non quòd in mentem veniant cogitationes, ſed quòd morentur. *Vſquequo*, inquit, *morabuntur in te cogitationes noxiæ?* non reprehendit quod veniant ſed quòd moram in nobis faciant, etenim etiam bona corda non bonæ inuadunt cogitationes, ſed ſtatim repelluntur.

Oua Diaboli fouet qui malas cogitationes. Vgo. Car. *Serpentem in ſinu fouet, qui impuram cogitationem fouet.* Theod.

Dæmoni cooperantur, qui eas velut oua in cordis nidulo fouent, hoc enim, & Dæmon in nobis tentat, & perficit, niſi eius fraudibus ſtatim occurratur: ſcitè Vgo Carenſis in cap. 5. Prouerb. *Malæ cogitationes ſunt* RADICES PESTIFERÆ, *& quaſi* OVA DIABOLI, *quæ fouet in nidulo cordis noſtri:* Vnde Iſaiæ 59. *Oua aſpidum ruperunt:* Vide quid foueas, dum cogitationes noxias foues: Theodorus Edeſſenus in aſceticis num. 25. ſerpenti cogitationem comparat, ſic ille loquitur: *Qui fouet* SERPENTEM *in ſinu, & qui* COGITATIONEM MALAM *in corde, ambo morientur.* Statim euome ne moriaris: ſatis ſit vt reiicias, quas ſcies à Dæmone noſtræ ſalutis hoſte immiſſas. Sanctus Nilus in Parænesi ita monet: *Prauas cogitationes* SEMEN ESSE DIABOLI *exiſtima, ſic enim ipſa deſinunt: ipſéque ſeminator confunditur:* Quis tam demens vt lubens accipiat quod hoſtis ad mortem offert?

Prauæ cogitationes ſemẽ Diaboli. S.Nilus.

Reiiciendæ ſtatim ſunt cogitationes impuræ, 941.
ne noceant: id eleganter prunarum ſimilitudine explicat

Cogitationes impuræ ſtatim reiiciendæ. S. Ceſar.

explicat ſanctus Ceſarius hom. 10. in hæc verba. *Si aliquis carbonem viuum quamuis grandem, apprehendat in manu ſua, & eum ſtatim proiiciat, nec combuſturam habere poterit, nec dolorem: ſi vero eum vel vnius horæ momento tenuerit, ſine vulnere iactare non poterit. Hoc ergo quod de* CARBONIBVS *viuis obſeruamus in corpore, quaſi de* COGITATIONIBVS MALIS *non timemus in corde?* An minor animæ, quàm corporis habenda eſt cura? Et in his quæ ad interituræ carnis ſanitatem ſpectant ſolliciti erimus; eorum, quæ non morituræ animæ ſalutem tangunt, obliuio nos inuadet, & neglectus? Et vbi mens? Proh! fatui plerique mortales, qui hæc negligunt, & ſe cogitationum neglectu magnis criminibus inſepeliunt!

Ab impuris cogitationibus quam alienus ſit Spiritus ſanctus. Sap. 1. Rich.

Has mentes Spiritus ſanctus non inhabitat, de quo ſcriptum eſt: *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* Sap. 1. Acutè expendit illa verba Richardus Victorinus. *Quæ ſunt ſine intellectu,* colligens multo magis ab impuris, & inhoneſtis abiturum: hæc eius verba in Pſal. 2. PERVERSÆ COGITATIONES *ſeparant à Deo; de iſtis autem ſcriptum eſt, Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu;* A COGITATIONIBVS *inquit, quæ ſunt ſine intellectu. Quid fiet de his cogitationibus, quæ admittere non poſſumus ſine turpi, & illecebroſo affectu; vel de his quæ libenter accipimus non ſine prauo quodam conſenſu, ſi ab his ſe aufert Spiritus ſanctus quæ ſunt ſine intellectu?* Inſideant hæc illorum hominum mentibus qui impurarum cogitationum cœno mentes impuant.

942. *Inanium cogitationum fluenta tranſmittenda, vt rete.* S. Pet. Dam.

Spiritus ſancti puritas cum impuris cogitationibus non cohæret, quod ratis, & aquarum metaphorâ feſtiuè explicat ſanctus Petrus Damianus, dum ait mentem ad modum retis inanium cogitationum fluenta debere tranſmittere, vt Spiritus ſancti monita excipiens veluti piſces includat, nec ſinat elabi, ſic ille ſcribit epiſt. 67. *Mens militis Chriſti quaſi* RETIACVLVM *debet expandi, quæ ſcilicet, &* INANIVM COGITATIONVM FLVENTA *tranſpenat, & ſancti Spiritus incitamenta concipiens, quaſi piſces includat.* Quod multù magis de noxiis, ſordidiſque cogitationibus dicendum eſt, quæ veluti vndæ in luxuriæ mari fluctuant.

Cogitationes quæ terram ſpectant coërceantur, quæ Cælum dilatentur. Geneſ. 1. S. Bern.

Solent aquarum metaphorâ cogitationes ſignificari: ſub aquis, quas in mundi primordio in vnum congregauit Deus vidit illas ſanctus Bernardus, vbi peritè expandens cur aquæ quæ ſub cœlo congregatæ perhibeantur Geneſ. 1. non verò, quæ ſuper cœlos, aitque id factum quia per illas intelliguntur cogitationes terrenæ, quæ coërcendæ ſunt; per iſtas, cogitationes ſublimes de que rebus cæleſtibus, quæ dilatandæ; hæc inter alia offert, ſerm. 32. ex paruis. *Sanè inferiores certis* LIMITIBVS COERCEANTVR, *certis contineantur alueis, neceſſitatis terminos non excedant, proinde* SVPERIORES *copioſius* DILATENTVR; Quæ cælum ſpectant, liberè fluant, quæ terram, conſtringantur.

943. *A malis cogitationibus ad malum opus facilis tranſitus.* Iſa. 1. 16. Oleaſt.

Si in mente ſinantur coaleſcere malæ cogitationes, facilè in opus erumpent, Iſaiæ 1. verſ. 16. ait Dominus: *Auferte malum cogitationum veſtrarum.* Oleaſter vertit: *Auferte malum operum veſtrorum.* Tam facilis tranſitus à cogitationibus ad opus, vt vnum alterius loco ponatur. Magnus nexus cogitationis, & operis, quia ſi bona cogitatio, in opus vertenda eſt; ſi mala, cauendum ne vertatur.

Infeſtent licet mentem malæ cogitationes, nihil nocebũt, niſi conſenſus accedat, & in opus non prodibunt, niſi eis manus, vt ita dicam, porrigamus: hoc feſtiuè ſecuris ſimilitudine explicauit Abbas Paſtor, vt habetur in l. 11. apophthegmatum ſanctorum Patrum: *Interrogauit eũ Abbas Ammon* DE IMMVNDIS COGITATIONIBVS, *quas cor hominis ignorat, & de vanis deſideriis: & dixit ei Abbas Paſtor; nunquid gloriabitur ſecuris ſine eo qui incidit cum ipſa? & tu ergo non eis porrigas manus, & otioſa erunt;* Vis huic ſecuri manum non porrigere? diuini iudicij ſecurim cogita; de qua ſcriptum: *ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.* *Malis cogitationibus conſenſus non exhibeatur, & non nocebunt.*

Porrò tunc maximè noxiæ, obſcœnæque cogitationes expellendæ ſunt, cum Deo offerenda oratio eſt, ne ſcilicet immunda fiet, cùm immunda cogitatione miſceatur. Huc vocat illud ſanctus Antiochus quod de non arando in boue, & aſino lex iubet, ſic enim ille ſcribit hom. 81. de cogitationibus. *Execratur impendio Deus, ac deuouet ſpurcas, atque* OBSCOENAS COGITATIONES, *imò ipſum cor odit tantò infenſius, quod eas nutriat ac parit, id quod lex liquido docet. Non arabis (ait) in vitulo, & aſino, hoc eſt in munda ſimul, & immunda cogitatione non offeres orationem.* Alioquin Deo placere oratio noſtra non poterit, quam fœda cogitatio conſpurcat, & fœdat. *Immundæ cogitationes ab oratione arceantur.* S. Antioch.

Mala, quæ a malis cogitationibus oriuntur, dum corde, mentéque fouentur variis metaphoris exponit Beatus Vmbertus, cuius verba digna cenſui, quæ hîc ad noſtri cautionem infererentur; ſic ille ſcribit de cogitatione mala cap. 24. *Sciat veſtra fraternitas, quod* COGITANDO, *quis peruerſa, raptorem in theſaurum ſuum mittit, malum ſemen iactando regnum nutrit; ſagittas Diaboli abſque clypei oppoſitione recipit, incuruando ſe Satanæ Chriſtum de ſolio deiicit, porcos in hortum ſuum deuaſtandum introducit, lutum in fontem conſcientiæ immittit, flores relinquens ad ſtercora ſe conuertit;* Quis credere poſſit, hominem huc euadere, vt noxias cogitationes corde excipere, & fouere velit, cum tot inuehant damna, tot auferant bona? 944. *Quot mala à malis cogitationibus oriantur.* B. Vmb.

Denique, vt in aquarum, nauiſque metaphorâ definiam, cauendum maximè eſt, ne contrarius verborum obſcœnorum ventus cogitationum velum impleat, & mentis nauem in breuia, in ſcopulos, in voragines ducat; ſecundus bonorum Verborum ventus afflet, ne mentis nauigium ſcopulis illidatur, & infelix ſubeat naufragium, ſiſtenda hic verba ſancti Chryſoſtomi, qui huc ferè ſpectans ita ſcribit, hom. 2. in epiſt. 2. ad Theſſal. *Quomodo* VELVM, QVOCVNQVE SPIRAVERIT VENTVS, ILLVC DEFERT NAVEM, *vel potius ſicut clauus transfert nauem, ſi ventus ſit ſecundus: ita etiam cogitatio, ſi* BONA VERBA SECVNDO VENTO FERANTVR, *nauigabit abſque periculo: ſi autem contraria, ſæpè etiam ſubmergent cogitationem, quod enim nauigiis ſunt ſpirantes venti, hoc animis ſunt verba: quocunque vis, ipſam traducis, & conuertis:* Mentis nauis periclitatur ſi contrariis impurorum verborum ventis ferre ſe ſinit. *Bonorum verborum vento, cogitatio feliciter nauigat.* S. Chryſoſt.

CAPVT

CAPVT XCVII.

Diluuij aquæ cum nuptialibus aquis vix cohærent, nonnullæ obſeruationes de diluuio.

Diluuij *&* diuinæ iræ *cogitatio à nuptialibus aquis auocant.*
Diluuium Deucalionis *aliud ab illo ſub Noë.*
Diluuium *baptiſmus dictum.*
Oculorum *nexus, &* aquarum.
Aquis *puniti, qui oculis abutebantur.*
Maris conchæ *ex aquarum diluuio in montibus peregrinantur.*
In diluuio *indicat Deus, aduerſitates, & tribulationes ipſi tribuendas, non caſui.*
Dei miſericordia in diluuio *vt eluceat.*
Relicto famæ diluuio *ad quietis arcam reuertendum.*
In medio diluuij *eſt, qui ambulat in hoc ſæculo.*
Ab huius vitæ diluuio *mente in cælum quiſque feratur.*

945. *Diluuij, & diuina ira cogitatio à nuptialibus aquis auocant.* Geneſ. 9. Ioan. Fer.

CVm de aquis tractaremus, in aquis verſaremur, non erat quod diluuium præterirem, quod immenſam aquarum copiam infert; diluuij porrò aquæ cum nuptialibus aquis difficilè hoc ſenſu cohærent, quia aquarum, diluuijque cogitatione à nuptialium aquarum vſu abſtinuit, qui ſapuit, ſcilicet, Noë; de eo quippè tradit ſanctus Chryſoſtomus, & alij poſt diluuium continentiam ſeruauiſſe, quod ſi quis quærat, qui à licitis etiam voluptatibus tamdiù potuit abſtinere? quid concupiſcentiæ impetum ſiſtere, & cohibere? non aberrabit, qui dixerit hanc mentem hauſiſſe à diuini iudicij recordatione, cogitans ſcilicet orbem vniuerſum aquis obrutum, à delicijs adeò auocabator, vt nec licitis nuptiarum voluptatibus frueretur: ſeitè Ioannes Ferus in Geneſim, in cap. 9 verſ. 19. *Non diſſimile eſt verò, quod à* VOLVPTATIBVS ABSTINERET, *qui tantam iudicium viderat*; Tantùm ſeria iræ diuinæ in homines iuſtè ſæuientis cogitatio poteſt: ſed alia de diluuio huc afferamus.

Diluuium Deucalionis aliud ab illo ſub Noë. S. Auguſt.

De diluuio Deucalionis ita ſcribit ſanctus Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 10. *Cecrope permanente* DILVVIVM *fuit, quod appellatum eſt Deucalionis, eo quod ipſe regnabat in earum terrarum partibus, vbi maximè factum eſt. Hoc autem diluuium nequaquam ad Ægyptum, neque ad eius vicina peruenit* Aliud ergo fuit ab illo Noë.

946. *Diluuium baptiſmus dictum.* S. Auguſt.

Diluuium baptiſmum vocat ſanctus Auguſtinus ſerm. 69. de temp. dum ait: *Planè vidimus illud fuiſſe* DILVVIVM, *quo veluti baptiſmo quodam totius eſt mundi facies innouata, diluuium inquit illud, huius noſtri ſimilitudo fuit baptiſmatis.*

Oculorū nexus & aquarum.

Ex Rabbinorum penu hoc deſumptum, affirmant illi antequam mitteretur diluuium illius ætatis homines Deum ſpreuiſſe, dixiſſeque, nunquid illius guttis indigemus, fontes habemus, habemus flumina, nobis opus imbre non eſt; ob id igitur aquis obrui metuerunt. R. Iochanan aliter rem verſat aitque. *In ætate* DILVVII *non intumeſcebant niſi per* OCVLI ROTAM, *quæ aquæ ſimilis eſt; nam per* OCVLOS ADVLTERABANT *& idcirco aquis puniti ſunt, qua ſimilantur oculis.*

Aquis puniti qui oculis abutebantur. R. Iochanā.

947. *Maris conchæ ex aquarum diluuio in montibus peregrinantur.* Tertul.

Conchas maris ex aquarum diluuio adhuc in montibus peregrinati, aſſerebat Tertullianus lib. de pallio cap. 2. *Totus orbis, aliquando aquis omnibus obſitus; adhuc maris* CONCHÆ, *& buccinæ peregrinantur in montibus, cupientes probari Plutoni etiam ardora fluitaſſe.*

In diluuio indicat Deus, aduerſitates & tribulationes ipſi tribuendas non caſui. Baſil. Seleuc.

Studet Deus, ne tribulationes, & calamitates, quas ille in peccatorum noſtrorum punitionem, emendationemque immittit, caſui tribuantur, ſed diuinæ eius prouidentiæ, hinc eſt, quod diluuium non in hyeme accidit, ſed æſtate, cùm ratò imbres ſolent decidere: exſiccatæ verò diluuij aquæ hyberno tempore ſunt, ne ſcilicet aquarum deſcendens copia, aut naturæ tribueretur, aut caſui, itidem & exſiccatio; amat Deus tanquam punitionis auctor timeri, timet ne tanquam beneficiorum fons non ametur. Præclarè rem verſat Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 6. ÆSTATE, inquit, COEPIT INVNDATIO, *& elata eſt, montiumque vertices demerſit, hyeme adulta aquarum abundantia remiſit, contrarium naturæ legi ſecuta eſt ordinem, vt ne quis ex poſteritate inaudito diluuio terrorem fortuitum opinaretur, néve imbrium nubem conciperet, & inundationem ſub horam hyberni temporis accidiſſe ratus formidinem minueret, diuinitus allatam recreationem tempeſtatum ſucceſſioni malè adſcriberet.*

948. *Dei miſericordia in diluuio, vt eluceat.* Geneſ. 8. Oleaſt.

Ex dierum numero, quibus diluuium creuit, & perdurauit, & quibus decreuit, ita Dei in homines miſericordiam colligebat Oleaſter in caput 8. Geneſ. *Centum quinquaginta dies diluuium durauit:* PAVCIORIBVS AVTEM DIEBVS AQVÆ DEFECERVNT, *vt oſtenderet Dominus quod pronior ſit ad miſerendum, quam ad flagellandum, & quod vix ferè poſſit continuare punitionem. Hoc enim illi peculiare eſt, vt ad momentum affligat, & ad multos centenarios annorum conſoletur, id quod de eo pulchrè ſanctus Iſaias aſſerit cap. 41. Prædicate annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro. Vbi vides vltionem die claudi, placationem verò ad annum vſque durare. Quod etiam cap. 54. confirmauit dicens. In momento indignationis abſcondi faciem meam à te, & in miſericordiis ſempiternis congregabo te.*

Relicto famæ diluuio ad quietis arcā reuertendum.

Auræ populari nemo ſe credat, nemo famæ publicæ fluctibus ſe committat, quæ diluuio comparari poteſt, Auctor vitæ ſancti Eſminaldi, ita loquitur: *Relicto* FAMÆ DILVVIO *ad arcam requiei ſuæ reuertitur.*

In medio diluuij eſt qui ambulat in hoc ſæculo. S. Auguſt.

Porrò quicunque in hoc ſæculo viuimus in medio diluuij ſumus: ſanctus Auguſtinus enarrat. 2. in Pſal. 31. *Quid ergo tu facies, quia in medio* DILVVII *es, ambulans in hoc ſæculo*; Dei quærendum auxilium eſt, fabricanda nobis Dei ope arca, in qua ſaluemur.

949. *Ab huius vitæ diluuio mente in cælum quiſque feratur.* S. Anſelm.

Diluuium vita præſens eſt, à quo in cælum mente ferri cupiebat ſanctus Anſelmus, cuius hæc ſunt verba in alloquiis cæleſtibus num. 10. *Da quaſo toto deſiderio, & omni ſtudio tendere quò te aſcendiſſe poſt reſurrectionem die quadrageſimo credimus, vt in præſenti quidem miſeria ſolo teneat corpore: tecum autem ſim cogitatione ſemper, & auidi*

auiditate, vt ibi ſit cor meum, vbi tu es theſaurus meus deſiderabilis, & incomparabilis; multúmque amabilis. In hoc enim magno huius vitæ diluuio, vbi circumſtantibus agitamur PROCELLIS, *& non inuenitur fida ſtatio, & locus eminentior, vbi per columba valeat aliquatenus requieſcere: nuſquam tuta pax, nuſquam ſecura quies, vbique bella, & lites, vbique hoſtes, foris pugnæ, intus timores.* Et adeò decipimur, vt placeat hic manere, figamuſque hic mentem, vbi plus fluctuat, quò plus fixa? Cælo natus ad cœlum ſpectet, ad cœleſtia ſuſpiret, præſentis vitæ fluctus ita ferat, vt illis non feratur, non feratur ad illos.

CAPVT XCVIII.

Putei nexus, & coniugij; pleræque de puteis obſeruationes.

Putei *nexus, &* nuptiarum.
Stuprum mulier paſſa in puteum *ſtupratorem deiicit.*
In puteo *aliquos ſua merita vidiſſe traditum eſt.*
De haurienda ex puteis *aqua, lex Solonis.*
Puteoritæ *dicti qui* puteos *colerent.*
Res mira de puteo *in quo aſpidem quidam vidit.*
Iuſtorum eſt non lacunas *ſibi comparare ſed* puteos.
Lacus in ſacris litteris ferè malè audit, benè verò puteus.
באר *quid, & vnde;*
In diuinis ſcripturis vt idem nobis fons *ſit, &* puteus.
In fonte, *&* puteo *ſignificata diuina ſcriptura.*
Dei gratia vt ex puteo, *humilitate haurienda.*
Gutta diuinæ dulcedinis præferenda puteo *terrenæ voluptatis.*
Putei *nomine diſcipuli ſignificati.*
Puteus *Mariæ exemplo quiſque ſit.*
Qui in anima putei *ſint.*
Scientia puteo *comparatur quia in profundo deliteſcit.*
Dei ſermo in anima, & puteos *producit, & fontes.*
Diuinarum litterarum puteus *quàm altus.*
Verbi hauritorium hauriendis ex hoc puteo *aquis neceſſarium.*
Sapientiæ puteum *ſtruere quorumnam ſit.*
Sacerdotum maximè eſt in ſapientiæ puteo *limpidiſſimam aquam bibere.*
Apertus Euangeliorum liber exhibetur Sacerdoti *oſculandus.*
Scriptura ſacræ puteum *claudebant Scribæ, & Phariſæi.*
Sacræ ſcripturæ ciſterna *quî claudenda, & quibus.*
Peccandi conſuetudo *quàm ſit noxia putei ſimilitudine explicatur.*
Inferni *puteus fornicatio.*
Puteo *mens Principis pariata.*

ETiam puteus nexum aliquem cum nuptiis habet; hinc illud ſancti Ambroſij lib. de Iſaac, & anima cap. 4. *Iacob ad* PVTEVM *Rachel ſibi* INVENIT VXOREM. *Moyſes quoque ſecus puteum futuri locauit merita primæ coniugij;* vt à puteo diſcerent, quàm puræ initæ nuptiæ eſſe deberent. 950. *Putei nexus, & nuptiarū.* S. Ambroſ.

Stuprum mulier paſſa in puteum ſtupratorem coniecit. Plutarchus in vita Alexandri ita ſcribit: *Inter multas illas, & atroces calamitates quæ eam ciuitatem preſsêre, Thraces aliqui domum Timocleæ illuſtris fœminæ, & caſtæ exciderunt. Prædam autem hauſerunt milites. Præfectus verò vbi ei per vim ſtuprum intuliſſet, quæſiuit ecquid alicubi auri, vel argenti occuluiſſet? Illa habere confeſſa, ſolum in hortos duxit, monſtratóque* PVTEO; *In hunc, inquit, dum expugnaretur vrbs, chariſſimas, quaſque res meas proieci. Inclinantem caput, & deſpicientem locum, impulit ſtans à tergo hominem, multiſque in eum prouolutis ſaxis oppreſſit.* *Stuprum mulier paſſa in puteum ſtupratorem deiicit.* Plut.

Puteum fuiſſe, in quo plerumque aliquos ſua merita vidiſſe teſtatum ab aliis eſt; fides penes Beatum Gregorium Turonenſem ſit, qui rem his verbis narrat lib. 1. miraculorum cap. 1. *Eſt in Bethlehem* PVTEVS *magnus, de quo Maria glorioſa aquam fertur hauſiſſe: vbi ſæpius aſpicientibus miraculum illuſtre monſtratur, id eſt ſtella ibi mundis corde, quæ apparuit magis oſtenditur. Venientibus deuotis, ac recumbentibus ſuper* OS PVTEI, *operiuntur linteo capita eorum. Tunc ille cuius meritum obtinuerit, videt ſtellam ab vno pariete putei ſuper aquas tranſmigrare ad alium, in illo modo quo ſolent ſuper cælorum circulo ſtellæ transferri. Et cùm multi aſpiciant ab illis tantùm videtur, quibus eſt mens ſanior. Nonnullos vidi, qui eam aſſerebant ſe vidiſſe. Nuper autem diaconus noſter retulit, quòd cum quinque viris aſpexit; ſed duobus tantum apparuit.* 951. *In puteo aliquos ſua merita vidiſſe traditum eſt.* S. Greg. Tur.

De haurienda ex puteis aqua extat hæc Solonis lex apud Plutarchum in eius vita. *Quia vero nec amnes perennes, neque lacus, neque fontes abundè ſuppeditare regioni aquas poſſunt,* PVTEIS *manufactis vtuntur ferè, legem accipit, vbi puteus publicus intra Hippicum eſſet, eo vti vt eſſet, eius Hippicum ſpatium quatuor ſtadiorum erat, vt priuatam aquam perueſtigarent, vbi maius interueniret interuallum. Quod ſi foſſa decem paſſus in altum depreſſa aquam in ſuo non inueniſſent, tunc vt ſumerent è vicino, & ſex congiorum hydriam bis die implerent: Inopiæ enim ſubueniendum, non alendam exiſtimabat ignauiam.* *De haurienda ex puteis aqua Solonis lex.* Plut.

De puteo in quo quidam aſpidem vidit rem miram his verbis narrat Palladius in hiſtoria Lauſiaca cap. 1. *Cùm in* PVTEO *videret aſpidem Perinus Abbas (vidit enim aſpidem inferiùs in puteo) ipſe autem (Dorotheus) è cella egreſſus cum per ſe hauſiſſet bibit ieiunus, cum prius* SIGNACVLO CRVCIS *muniiſſet, & dixiſſet, vbi Crux adeſt, illic viribus caret Diaboli improbitas.* 952. *Res mira de puteo in quo aſpidem quidam vidit.* Palladius.

Quia de puteis agimus, obſeruo aliquos ita inſaniiſſe, vt puteos colerent, qui idcirco *puteoritæ* dicebantur; Philaſtrius lib. de Hæreſibus ita ſcribit: PVTEORITÆ *ſunt qui puteos colunt, in altum fodientes, déque eis haurientes aquam ſalutis, in ea ſperantes aliqua: Cùm dicat Dominus per* *Puteoritæ dicti qui puteos colerent.* Philaſt.

Prophetam

Prophetam monendo : Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus detritos qui non poſſunt capere aquam ſalutarem.

Iuſtorum eſt non lacunas ſibi comparare, ſed puteos. Orig.

Iuſtos non lacunas ſibi comparare, ſed puteos aſſerit Origenes lib. 4. contra Celſum huſce verbis : *Non obſeruauit quod iuſti, non* LACVNAS *ſibi comparant, ſed* PVTEOS *in terra fodiunt, quærendo initium aliquod aquarum potabilium, vt qui figuratum præceptum acceperunt tale : Bibe aquã è tuis vaſis, & à puteorum tuorum fontibus. Ne ſuperfundantur aquæ è fonte tuo, & intra tuas plateas decurrant aquæ tuæ.*

Lacus in ſacris litteris ferè malè audit, benè verò puteus. S. Baſil.

Cur lacus malè ferè audiant, putei benè, benè explicat ſanctus Baſilius hom. 2. in Pſal. 7. rem ad animam flectens in hunc modum : *Cauſam ob quam in deterioribus* LACVS, *in melioribus* PVTEI *vſurpantur, hanc eſſe putamus : acquiſititia aqua eſt in lacubus, delabens ex cœlo : in puteis verò venæ aquarum erutæ manifeſtantur : priuſquam laci effodiantur ablatis aggeribus, aut quacunque ſubſtantia incumbente : quæ ſanè tota, terra exiſtit. Itaque etiam in anima velut foſſa eſt in quam decidunt, melioraque tranſmutantur, ac adulterantur, vbi quis cogitationes de bonis in ipſum collapſas mutat, & in deterius peruertit, atque in ea quæ veritatis ſunt contraria, vt qui nihil boni ſibi coniunctum habere ſtatuit.*

953. *באר quid? & vnde.*

Putei quoque nomen, ſi Hebraicum fontem adeamus, huc nos ducit : באר *beer* quippè Hebraicè puteus dicitur à verbo באר *beer*, quod ſignificat declarare, propriéque ſignificat claram, limpidamque aquam continentem, minimè turbidam, & cœnoſam.

In diuinis ſcripturis vt idem nobis fons ſit, & puteus. S. Ambroſ.

In diuinis ſcripturis quì idem nobis fons ſit, & puteus eleganter, vt ſolet, explicat ſanctus Ambroſius lib. de Iſaac, & anima cap. 4. *Puteus ſupereſt nobis quem etiam ipſum reperimus in Canticis canticorum, dicente ſcriptura : fons hortorum,* PVTEVS AQVÆ VIVÆ, *& impetu deſcendens à Libano : etenim ſi myſteriorum altitudinem perſequeris, puteus tibi videtur, tanquam in profundo ſita myſtica eſſe ſapientia : ſi verò haurire velis affluentia Charitatis, quæ maior, & vberior eſt quam fides, & ſpes, tunc tibi fons eſt. Exuberat enim Charitas vt & haurire eam comminus, & rigare eius affluentia hortum tuum poſſis, ſpiritalibus fructibus redundantem. Et quia ipſe puteus latitudinis eſt qui Charitatem habet : ideo dixit, quia vbi Charitas eſt, ibi impetus magnus deſcendit à Libano. Ne quid autem moueat, quod, & puteum, & fontem eundem dixit, etiam te Euangelium inſtruat in quo ſcriptum eſt : Quia venit Ieſus in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſepho filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Et fatigatus inquit, ſedebat ſic ſuper puteum.*

954. *In fonte & puteo ſignificata diuina ſcriptura.* Cant. 4. 15. S. Greg.

In fonte, ac puteo ſignificatam ſacram ſcripturam aſſerit etiã ſanctus Gregorius in cap. 4. Cantici Canticorum, vbi ait : *Quid per* FONTEM, *&* PVTEVM *niſi ſancta Scriptura deſignatur? quæ ſic aquam ſapientiæ generat, vt & potantes ſemper reficiat, & tamen manare non deſiſtat, quæ bene hortorum eſſe perhibetur : quia illorum ſpecialiter eſt ſacra Scriptura, in quorum mentibus virtutum ſemina oriuntur.* Reſpicit ad illa ſacri Epithalamij verba : *fons hortorum, puteus aquarum viuentium*, cap. 4. 15.

Dei gratia, vt ex puteo humilitatis haurienda. B. Thom.

Qui velut ex puteo haurienda Dei gratia ſit habet his verbis Beatus Thomas Epiſcopus Valentinus in Concione quadam : HAVRIET *gratiam à Domino : id eſt Deo adiuuante ab* HVMILITATE, *quâ ſe profundius demiſit velut ex altiſſimo puteo vberem Dei gratiam trahet.*

Gutta diuinæ dulcedinis præferenda puteo terrenæ voluptatis. Tho. à Kemp.

Benè de diuina dulcedine ſenſit, benè de terrena, qui illius guttam iſtius fluentis prætulit : Thomas à Kempis ſerm. 1. ad fratres : *Nobilior eſt guttula vna diuinæ dulcedinis quam puteus plenus voluptatibus terrenis.*

Putei nomine diſcipuli ſignificati. Hebr. *Puteus Mariæ exemplo quiſque ſit.* Gillebert.

Putei nomine apud Hebræos ſolent diſcipuli ſignificari, qui doctrinam non ſecus ac putei excipiunt, & continent, ſic apud illos in Pirke auoth cap. 2. Bonus puteus eſt, qui Dei verba veluti aquam continet, & ſeruat; ſcitè Gillebertus Abbas ſerm. 37. in Cant. *An Mariam quaſi* PVTEVM AQVÆ PVRISSIMÆ *inficiaberis, quæ* CONSERVABAT *omnia verba de Chriſto conferens in corde ſuo? Eſto & tu talis* PVTEVS, *pro modulo ſuo puteus altus, & amplus.*

955. *Qui in anima putei ſint.* S. Baſil.

Qui in anima putei ſint, quique vnuſquiſque puteum ſibi poſſit præparare, his verbis docebat ſanctus Baſilius hom. 2. in Pſal. 7. PVTEI SVNT IN ANIMA *cum ablatis integentibus deterioribus effulget lux, & fons aquæ potabilis, in ſermone, ac doctrinis : quapropter vnumquemque ſibiipſi* PVTEVM *præparare neceſſe eſt, quo relatum præceptum ſeruet, quod dicit : Bibe aquas à vaſis tuis, & à tuorum fonte puteorum.*

Scientia puteo comparatur, quia in profundo deliteſcit. Philo.

Scientia puteo ſolet comparari, quia in profundo latet, nec paſſim omnibus expoſita eſt; Philo lib. de ſomniis : *Mihi videtur*, inquit, *hic* PVTEVS *ſignificare ſcientiam, quæ ſuapte natura in profundo ſita eſt non in ſuperficie, nec in propatulo ſolet eſſe, ſed in abdito, nec facile, ſed vix multo labore inuenitur.*

Dei ſermo in anima & puteos producit, & fontes. Orig.

Dei ſermonem in anima, & puteos producere, & fontes aſſerebat, & in hunc modum explicabat Origenes hom. 1 . in lib. Numeri : *Sermo Dei in corde hominis poteſt producere ex ſe, &* PVTEOS, *&* FONTES, *& flumina, ſed verè putei, qui ſunt in anima noſtra, indigent fodiente, debent enim mundari, & omne quod terrenum eſt ab eis auferri, vt venæ illæ rationabilium ſenſuum, vitæ ſcilicet, atque gaudij, quas inſeruit Deus pura, atque ſyncera fluenta producant.*

956. *Diuinarum litterarum puteus quàm altus.* Pet. Bleſ.

Puteo diuinæ litteræ comparantur, ſed cuilibet liceat hic præferre illa Samaritanæ mulieris verba : *Puteus altus eſt :* Hinc illud Bleſenſis ſerm. 30. in feſto ſancti Auguſtini : *Melior eſt canis viuus leone mortuo : Littera ſuperficiet arida quidem, & exanguis videtur, ſed* PVTEVS ALTVS EST. *Eruderemus ipſum, & fortaſſe inueniemus aquam viuam, & ſuauem ad bibendum.*

S. Auguſt.

Hanc altitudinem, profunditatemque videbat ſanctus Auguſtinus cùm diceret epiſt. ad Voluſianum, quæ eſt ſecunda ad diuerſos : *Tanta eſt Chriſtianorum* PROFVNDITAS *litterarum, vt in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia, vſque ad decrepitam ſenectutem, maximo ocio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere :* Profundus hic puteus cùm tanto doctori ſit, cur non erit & aliis?

Verbi hauritorium haurientis ex hoc puteo aquas neceſſarium. S. Gaudent.

Hauritorium quærendum, ſed nõ aliud, quàm verbi ipſius : huc nos exemplo ſuo vocabat ſanctus Gaudentius tract. 16. ad Neophytos, vbi in hunc modum loquitur : *Nunc verò ſanctarum lectionum puteus altus eſt, & ego* HAVRITORIVM VERBI *non habens, aquam viuam ſitientibus vobis interim miniſtrare non poſſum.*

Sapientiæ puteum ſtruere quorumnam ſit. Philo.

Quorumnã ſit ſapientiæ puteum ſtruere docet his verbis Philo lib. de Temulentia. *Priuatis non licet vel eruditionem haurire ex hoc* PVTEO, *ſed ſolis regibus : quapropter dicitur : Saxo ſtruxerunt eum reges. Eſt enim officium magnorum Imperatorum*

ædificare ſapientiam, non iſtorum qui armis terram, & MARE ſubigunt, ſed qui animæ potentiis, varias in ea confuſaſque turbas depellant.

Sacerdotum maxime eſt in ſapientiæ puteo limpidiſſimam aquam bibere. Pet. Bleſ. *Euangeliorũ liber, apertus exhibetur Sacerdoti oſculandus.* Idem.

Sacerdotum maximè eſſe in diuinæ ſapientiæ puteo limpidiſſimam aquam bibere, ita colligebat Petrus Bleſenſis ſerm. 38 in Synodo. *Sacerdotes profunda ſapientia conſiderant,* PVTEVM *eruderant, vt in profundo limpidiſſimam aquam bibant, id eſt, in littera ſpiritualem intelligentiam inueniant; Iſti ſunt qui inueniunt ſub folio fructum, in palea granum, in cortice nucleum. Ad hoc deſignandum liber Euangelicus ad alios* CLAVSVS, *ad eos, vt ipſum oſculentur,* DEFERTVR APERTVS; *tanquam eis dicatur: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei; ceteris autem in parabolis.*

Scriptura ſacræ puteum claudebant Scribæ, & Phariſæi. B. Rupert.

Scripturæ ſacræ puteum grandi lapide clauſiſſe Phariſæos, & Scribas aſſerit in hunc modum, in hunc modum firmat Beatus Rupertus lib. 7. comment. in Geneſim, cap. 26. *Scripturæ ſacræ* PVTEVM *Scribæ, & Phariſæi grandi lapide clauſerant, id eſt, traditionibus Dei relictis, propter traditiones ſuas graui ſenſu obſtruxerant. Vnde illis in Euangelio manifeſte improperatur, dicente Domino: Væ vobis legiſperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ.*

957. *Sacra ſcriptura ciſternã qui claudenda, & quibus.* Exod. 21. 33. S. Greg.

Poſſe puteum hunc, & ciſternam cum laude tegi, ne bos, aut aſinus in illam cadant, de qua re loquitur lex Exod. 21. 33. egregiè tradit ſanctus Gregorius lib. 17. moral. cap. 14. *Qui* CISTERNAM *fodit, cooperiat, ne illuc bos, vel aſinus ruat, id eſt, qui in ſacro eloquio iam alta intelligit, ſublimes ſenſus coram non capientibus per ſilentium tegat.*

Peccandi conſuetudo quã ſit noxia putei ſimilitudine explicatur. Bill.

Putei ſimilitudine quàm ſit noxia peccandi conſuetudo explicabat Billius hiſce verſibus.

Quo magis eſt aliquis PVTEI *delapſus ad ima,*
Hoc ille os putei strictius eſſe putat.
Sic etiam quo quis grauiora in crimina præceps
Labitur, hoc minus eſt exitus huic facilis.
Arctius haud vnquam Venerem cum Marte ligauit
Mulciber, eximiæ cum daret artis opus.
Quam ſunt arcta, quibus mala conſuetudo ligare,
Quæ ſemel obſedit pectora, vincla ſolet.

Inferni puteus fornicatio. Cap. Car.

Puteus noxius luxuria eſt, vt non alienè fornicatio *inferni puteus, perditioniſque vorago* ſit dicta; in capitul. Caroli, & Ludouici Imp. tit. 312. hæc habentur: *Quod penè omnibus peccatis grauior, & deterior ſit fornicatio, & vt veraciter dici poteſt, laqueus mortis, &* PVTEVS INFERNI, *ac vorago perditionis: eò quod adulteri, vel luxurioſi, propter cordis inopiam perdunt animas ſuas.*

Puteo principum mens parata. S. Bern. Sen.

Puteo principum mentem pariat in hunc modum ſanctus Bernardinus Senenſis tom. 1. ſerm. 16. art. 1. cap. 1. PVTEVS, inquit, *cum iuxta fluuium ſit profundus, cito repletur aqua: ſic mens* PRINCIPIS *quanto magis iuxta Deum humiliatur, tanto gratia vberiori repletur:* quod transferri etiam ad non principes poteſt.

CAPVT XCIX.

Pluere grandinem cur Deus dicatur? nonnulla de aqua pluuiali offeruntur.

Grandinem pluere *cur Deus dicatur?*
Cur ignem Deus ſuper Sodomam plueri, *adeo vt nec infantibus parceret?*
Imber igneus *cur in terram denuo non decideret mirari ſe aliqui dicebant in malorum malos mores inuehentes.*
Gratus amici aduentus pluuiæ *poſt ſiccitatem ſimilitudine ſignificatus.*
Imber *militum orationibus impetratus.*
Pluuialia inſula *quæ, & cur ita vocata?*
Nocturni imbres *terræ cur vtiliores, quam diurni ſint.*
Clauem pluuiæ *ſolus Deus habet, vt & clauem ſepulchrorum.*
Pluuia *quæ certo tempore cadit apud nonnullos, vt res ſacra collecta.*
Laboris moderatio ex imbre *plantas irrigantis probata.*
Bonus lachrymarum imber
Quàm vtilis lachrymarum pluuia.
Lachrymarum imber *cælum irrigat.*
Maria Magdalena lachrymis *vt cælum irrigauerit?*
Quo imbre *mens perpluatur, vt Dei verba excipiat.*
Bona vtiliſque pluuia *charitas.*

ACcurata, nec myſterio vidua illa loquutio eſt, qua Deus *pluere grandinem* dicitur, ſic enim loquitur Moſes Exod. 9. 23. *Pluit Dominus grandinẽ;* potius decidere, immitti, incutique grando, quàm plui ſolet; cur itaque pluendi verbum hîc adhibetur? An vt rectè innueretur ſuppliciorum duritiem non ſine refrigerio eſſe: & Deum ita percutere, vt ſanitatem ſpectet? Acutè Stephanus Cantuarienſis in Alleg. PLVVIA, inquit, *ſuauis eſt, grando, contundent, & Deus ipſa ſua* SANAT *percuſſione, manus enim eius percutit, medeturque.* 958.

Grandinem pluere cur Deus dicatur. Gen. 9. 23. Steph. Cant.

Cum Sodomitas punire Deus vellet, pluit ſuper eos ignes, & omnes abſumpſit, adeo vt infantibus illorum parceret, cur ita? An infantibus eſt conſultum, nam patrum exemplo informati patribus ſimiles erant futuri, ne igitur eſſent, perempti & ipſi ſunt: vt hinc colligere liceat, quantas maiorum exemplum vires in minores exerat: Inplantabo hîc ſancti Auguſtini verba, qui lib. 99. ex veteri teſtamento q. 13. ita cenſuit: *Si iudicium Dei iuſtum eſt, quare* INFANTES *in Sodomis ſimul cum parentibus cremati ſunt? vt nimirum facinus Sodomitarum poſſit aduerti: peccatum eorum peruenit vſque ad necem filiorum ipſorum, ne de origine illorum ſignum aliquod remaneret. Nonne prouiſum eſt illis ne diu viuentes exempla ſequerentur Patrum? A gehenna enim liberi ſunt, in aliena cauſa occiſi: Parentes enim tàm pro ſe, quàm pro his rei ſunt, quia vt eorum opera obliterarẽtur, omnis progenies ipſorum eraſa eſt. Nam ſicut bonis parentum boni ſunt filij eorum, quo commendatur prærogatiua eorum: Sic & de morte, quæ pro malis illorum infertur, queri non poſſunt, quemadmodum participes in læto ſunt, ſic ſint & in damno. Similiter & in Ægypto pro noxis patrum plexi ſunt filij, ſed vt ad emendationem eorum proficeret, vt quia ex aliis cauſis Deum credere, & venerari, qui Moyſi erant, noluerunt:* claudit: *Adde etiam, quia difficile de malis nati, & inter nequiſſimos educati,*

Cur ignem Deus ſuper Sodomam plueret, adeo vt nec infantibus parceret. S. Auguſt.

vel

Digitized by Google

vel conuerſati mentem ſuam temperant ad diſciplinam Dei ſequendam.

Imber igneus cur interram denuo decideret mirari ſe aliqui dicebant, in malorummales mores inuehentes. S.Chryſoſt.

Hîc illud lectoris notitiam ſugere oolo, fuiſſe ſcilicet olim apud antiquos in vſu, vt in oratorum malos ſui æui mores inuehentes hâc formulâ vterentur: ſe mirari quod imber alius igneus non decideret, quòd non ſimilia Sodomis aliæ vrbes paterentur: meminit huius moris ſanctus Chryſoſtomus lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ: *Complures*, inquit, *audiui cum ſe mirari dicerent, quod nondum, hodieque* IMBER ALIVS IGNEVS *erupcrit, quod non ſimilia* SODOMIS *Vrbs noſtra paſſa ſit: tanto ſanè grauiore digna cruciatu, quantò ne aliorum quidem cladibus emendata corrigitur. Verum quanquam ipſa quoque regione iam poſt duo annorum millia ipſa ſua facie clarius clamante quàm ſi voce loqueretur, atque orbem vniuerſum admonente ne quid huiuſmodi præſumat;* ſed alia de aliis imbribus afferamus.

Gratus amici aduentus pluuiæ poſt ſiccitatem ſimilitudine ſignificatur.

Apud Iaponios prouerbium eſt, quo amicum reducem excipiunt: *Gratus nobis aduentus tuus ſicut* PLVVIA *poſt ſiccitatem:* Similia apud Theocritum in Idylliis: vt eſſe in æſtate iuxta aquæ fluenta, ſub dio dormire, carmen dulcius eſſe, quam aqua, quæ cum ſtrepitu decurrit per rupes.

Imber militũ orationibus impetratus. Tertul.

De imbre, quem militum orationes apud Marcum Aurelium impetrauerunt ita ſcribit Tertullianus lib. ad Scapul. cap. 4. *Marcus Aurelius in Germanica expeditione Chriſtianorum militum orationibus ad Deum factis,* IMBRES *in ſiti illa impetrauit, quando non geniculationibus, & ieiunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſæ. Tunc & populus adclamans Deo Deorum, & qui ſolus potens in Iouis nomine Deo noſtro teſtimonium reddidit.*

Pluuialia inſula quæ, & cur ita vocata. Alex. Gerald.

Affine argomento, quod tractamus eſt, quod de Pluuialia inſula, quæ ab aqua ex foliorum cuiuſdam arboris internodiis manante, nomen indepta eſt, narrat Alexander Geraldinus in ſuo itinerario lib. 2. in hæc verba: PLVVIALIA MODO INSVLA *ferri nominata in ea nullum ſtagnum, nulli fontes, nulli riui, ſed quod magna naturæ miraculum eſt vna tantum arbor aquam ex internodiis foliorum emittit, quæ toti populo, & omnibus patriæ animantibus abundè ſufficit, & hæc arbor ignota omnino eſt, quam ego cum ſtupore ſpectaui, & miror hoc a gente Romana, & Græca prætermiſſum eſſe.*

Nocturni imbres terræ vtiliores quã diurni.

Nocturnos imbres terræ vtiliores eſſe, quàm ſint diurni tradebat Theophraſtus de cauſis plantarum lib. 1. cap. 17. his verbis. NOCTVRNI IMBRES PRÆSTANT DIVRNIS, *fit enim, vt planta humore potiri amplius valeant, cum ſol non protinus illum conſumat.*

Clauem pluuiæ ſolus Deus habet. vt & clauem ſepulchrorũ. Hebr.

Deum claues quatuor ſibi retinuiſſe Iudæi referunt, hæ autem ſunt: *Clauis pluuiarum, vt pro poteſtate, ac libito largiatur eas de theſauris ſuis; clauis vitæ ſeu generationis; clauis vbertatis, & annonæ: clauis ſepulchrorum, ſeu reſurrectionis: ſic in Deuteronomio habetur, aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, Cœlum, vt tribuat pluuiam terræ ſuæ in tempore ſuo: Sic initio Hiſtoriæ Regum, Anna vuluam dicitur concluſiſſe, quam & deinde aperuit, ſic in Pſalmis: Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Sic denique apud Ezechielem: Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris, populus meus, & inducam vos in terram Iſrael, atque in his verè Deus ipſe ſolus eſt, qui aperit, & nemo claudit, claudit viciſſim, & nemo aperit.*

959.

Pluuia quæ certo tempore cadit apud nonnullos vt res ſacra collecta. Deſcr. Afric.

Plouia, quæ certo tempore cadit apud nonnullos, ſeu res ſacra colligitur, & in vrceolis conſeruatur: in deſcriptione Africæ hæc habemus: *Si a vigeſimoquinto Aprilis, vſque ad quintum Maij nulla illis obtingat* PLVVIA, SINISTRI QVIDPIAM OMINIS *exinde colligere volunt: iam dicti verò temporis pluuialem aquam, nuiſon, id eſt à Deo benedictam vocant, plerique hanc vrceolis quibuſdam incluſam, ſeu rem ſacram religioſiſſimè ſeruant.*

Laboris moderatio ex imbre plantas irrigante probata.

Imbris decadentis metaphorâ, & aquæ plantam irrigantis, laboris moderationes ita quidam explicabat.

Plãta rigata velut MEDIOCRI *creſcit ab vndâ,*
Et perit effuſâ quaque rigatur AQVA.
Sic animus nimio vexatus ſæpè labore
Concidit, hunc placidus ſed labor vſque iuuat.

Bonus lachrymarum imber. S.Pet.Chryſ.

Bonus imber lachrymæ ſunt; opportunè de hoc imbre ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 41. *Nam ſic* IMBER *infundit terram, quomodo ieiunium* LACHRYMÆ *rigant pauperum: Homo in lachrymas pauperum iacta ſemina ieiunij tui, quia ſiccantur ieiunij virtutes, areſcunt ieiunantium meſſes, quæ pauperum fletibus non fuerint irrigata.*

960.

Quam vtilis lachrymarũ pluuia. Vgo Vict.

Quam vtilis lachrymarum hæc pluoia ſit, peritè explicat Vgo Victorinus de Clauſtro animæ cap. 7. *Sicut Sol poſt* PLVVIAM *clarior fulget; ſic* CHRISTVS *poſt irrigationem lachrymarum benignior apparet, extendens radios ſuæ cognitionis, & illuminans corda verbo conſolationis.* Huc ſpectat & illud ſancti Chryſoſtomi hom. 6. in Matth. *Sicut poſt vehementes imbres mundus aer, & purus efficitur, ita etiam poſt lachrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur.*

Lachrymarum imber cœlum irrigat. Idem.

Aqua de cœlo decidit, vt terram irriget, hîc contra ſit, lachrymarum imber e terra in cœlum euehitur, & cœlum ipſum irrigat; ab eodem calamo res eſt. Sic enim ſanctus Petrus Chryſologus loquitur loco producto. *Cœli* PLVVIA *infundit terram;* LACHRYMÆ *pauperis cœlum rigant, ergo ſitit Cœlum, & expectat de ploratu pauperum vicem roris; quia miſericordia arat cœli campos, ſulcos ducit pietas per ſuperna, illic miſericordia ſeminat, quæque ſuſceperit manus pauperis, ibi metit, ibi ſegetem colligit, qui ſemen ſuum pauperi cõmi erit hic ſerendum.* Vt nobilius Terrâ Cœlum eſt; ſic quoque nobiliori imbre fuerat irrigandum

Maria Magdalena lachrymis vt Cœlum irrigauerit. S.Pet Chryſ.

Lachrymis Cœlum rigauit Maria Magdalena, dum Chriſti pedes rigauit Feſtiuè idem ſanctus Pater ſerm 93. ad illud Lucæ, *Lachrymis cœpit rigare pedes eius,* ait enim: *En mutatur ordo rerum,* PLVVIAM TERRÆ *cœlum dat ſemper:* *ecce* NVNC RIGAT TERRA CÆLVM: *imò ſupercœlos, & vſque ad ipſum Dominum imber humanarum proſilit lachrymarum: vt iuxta Pſalmiſtam, & de aquis fletuum cantetur illud, Et aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini.*

961.

Quo imbre mens perpluatur, vt Dei verba excipiat. S.Auguſt.

Dei verba mentis ſulcis excipienda ſunt, ſed quo imbre perpluetur hæc terra vt fructum vberrimum producat? Chriſti ſanguine: Probè ſanctus Auguſtinus ſerm. 9. ex 40. nouis. *Pateant,* inquit, *ſilentio aures cordis noſtri ad audiendum, & totius intentionis* PARATOS SVLCOS *verbi ſemen inueniat: vt quod nunc ſitiens terra ſuſceperit, tempore accepto inebriata* SANGVINE CHRISTI *in proſpero germinans culmo, copioſos afferat fructus.*

Bona vtiliſque pluuia charitas. B.Laur. Iuſt.

Boua, vtiliſque pluuia charitas eſt, qua virtutes perpluuntur; ita ſentiebat etiam Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 5. de Charit. CHA-

ritas *eſt quædam vernalis* plvvia *virtutum, ſub qua, & bona voluntas germinat, & operatio ſancta fruttificans ad maturitatem perducitur*; Perit omnia fructus, niſi hac pluuia perpluatur; ſiccatur omnis boni operis germen, niſi hoc imbre irrigetur, boni nomen amittit, ſi charitatis aquis careat.

CAPVT C.

De nubibus, quæ aquam emittunt, aliqua huc aduehuntur.

Nubis oppoſitio *orationis non exaudiendæ ſignum.*
Nubes leuis *cur dicta Dei mater.*
Leue de *veloci.*
נשיאים *quid? ſuperiores* nubes *referunt ventis expoſitæ.*
Noxia nubes *inuidia.*
Deliciarum nubes *diuini ſolis radios nobis eripiunt.*
Ebrietatis nubes *mentem obfuſcat.*
אר *quid?* perditionis *nexus, &* nubis.
Nubes *iracundia eſt.*
Anima ſine patientia nubi par *aqua carenti.*
Prophetæ vt nubes *referant.*
Nubes *doctores ſacri.*
Prædicatores vt nubes, *auditorum mentes doctrinæ imbre perpluunt.*
Doctorum, & interpretum nubes *plenæ ſint, vt alios rigent.*
Doctoris *&* nubis *nexus apud Hebræos.*
Doctorum nubes *vt reſoluuntur in aquam.*
Nubes *ſine aqua à ſpiritu inanis gloriæ agitatur.*
Sacrarum litterarum nubes *malis pluuiam laqueorum, bonis gratiarum emittit.*
Nubes *quæ omnes amaritudines dulces reddit Chriſti Paſsionis memoria eſt.*

962. Cohærent cum nubibus nuptiæ, cum nuptiis nubes, adeo vt à nubibus dictas nuptias aliqui voluerint, vt alibi tetigi; cùm igitur de nuptiarum aquis agam, duplici nomine ferebar ad nubes, & quia aquis grauidæ, aquas parturiunt, & quia cognationem aliquam ex aliquorum mente cum nuptiis habent, de illis igitur aliqua hic afferam, ne ieiunus ab illis penitus abirem.

Nubis oppoſitio orationis non exaudiendæ ſignum. Chald. Thren. 3. 44.

Solemne ulim erat, vt cùm ſignificare vellent, Deum emiſſam orationem nolle ſuſcipere, nec exaudire, vterentur hac formula, & dicerent cælos nubibus obumbraſſe, & oppoſuiſſe ſibi nubem; Chaldæus Paraphraſtes in cap. 5. Cant. verſ. 6. *Oraui coram eo, & ipſe obumbrauit cælos nubibus, & non ſuſcepit* orationam *meam*: quibus verbis lucem illis emittere poſſumus, quæ habet Ieremias Thren. 3. v. 44. *Oppoſuiſti* nvbem *tibi ne tranſeat oratio.*

Nubes leuis cur dicta Dei mater. Iſa. 19. S. Ambroſ.

Cur nubes leuis dicta ſit Dei mater Maria, exponit ſanctus Ambroſius in inſtitut. Virginis cap. 13. *O diuitias Marianæ virginitatis; quaſi illa ferbuit, & quaſi* nvbes *pluit in terras gratia Chriſti. Scriptum eſt enim de ea: Ecce Dominus venit ſedens ſuper nubem leuem. Verè* levem, *quæ leuauit hunc mundum de graui fænore peccatorum. Leuis erat, quæ remiſſionem peccatorum vtero geſtabat.*

Lyran.

Lyranus in cap. 19. Iſaiæ de Chriſti humanitate locum, quem adduxit ex Iſaia ſanctus Ambroſius, de Chriſti humanitate interpretatur, quæ levis, inquit, *dicitur, quia nō fuit* agoravata *peccato originali*; quod Virgini quoque conuenire fidelium pietas non admittit tantùm, ſed probat.

963. *Leue de veloci.* Iob 7. 15. Pagnin. 2. Reg. 1. 23.

Addo hîc nubem leuem ſignificare non tantum, quæ pondere careat, ſed etiam quæ velociſſimè feratur; leue enim etiam de veloci dici non eſt dubium: Iob 7. 15. ex Hebræo legit Pagninus, *Dies mei* laviores *fuerunt*; quod noſter habet: *Dies mei* velociter *tranſierunt*; & 2. Reg. 1. 23. *Aquilis* velocioras; ſanctus Ambroſius 3. offic. cap. 9. *ſuper aquilas* levioras; ac non leuius, & velocius in idem reciderent, idem ſignificarent; non erit ergo alienum, ſi nubem quoque leuem velocem intelligamus, cuius velocitatem leuitas augeat, ita capiendus eſt etiam Abacuc 1. 8. *Leuieres pardis equi eius*, id eſt velociores, magiſque ad curſum expediti, & 2. Reg. 20. 8. *Qui fabricatus leui motu*, ideſt celeri, & cito.

Abac. 1. 8. 2. Reg. 20. 8.

נשיאים *quid? ſuperiores nubes referunt ventis expoſita.*

Superiores nubes referunt, elatæ quidem in ſublime, ſed ventis expoſitæ huc illuc actæ; apud Hebræos נשיאים *neſcibim* prælati, & principes dicuntur, & eadem vox etiam nubes, terræque exhalationes, & vapores ſignificat, quod in ſublime attollantur; cohærent cum Principibus nubes, quia irrigare ſuorum mentes debent.

Noxia nubes inuidia. Symmach. S. Pet. Chryſ.

Noxia nubes, & amolienda inuidia eſt; hinc illud Symmachi lib. 2. epiſt. 85. *Nubem inuidiæ ſuperioris abſtergas*; & ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 48. *Non ſic*, inquit, nvbas cælvm, *nox diem, ſolem caligo, quomodo mentem cæcat, & tenebrat* invidia.

964. *Deliciarum nubes diuini Solis radios nobis eripiūt.* S. Chryſoſt.

Corporis delicias, nimiumque vini hauſtum nubes parere, quibus mens ſui ſolis radiis priuetur, non eſt dubium, & teſtis ſibi quiſque eſſe poteſt, qui deliciis hiſce indulget. Audiendus ſanctus Chryſoſtomus homil. 13. in epiſt. 1. ad Timoth. *Quemadmodum vaſta, ac perpetua* nvbivm densitas *radios ſolis nunquam ſinit vim ſui fulgeris oſtendere, ita & vini ac deliciarum euaporationes cerebrum non ſecus quam ſcopulum nacta, illumque craſſa nube tegentes, non permittunt liberè vſquam ſe intendere: verùm in tenebris perpetuis detinent eum, qui ſic miſerabiliter iacet affectus.* & hom. 3. de pœnitentia, ita loquitur de ebrietatis nube: Ebrietatis nvba *obfuſcamus mundationem in nobis ab abſtinentia factam.*

Ebrietatis nubes mentem obfuſcat. S. Chryſoſt.

אר *quid? perditionis nexus & nubis.*

Apud Hebræos אר *er* & nubem ſignificat, & perditionem, vt notabat R. Dauid de Pomis in ſuo dictionario; quæ duæ rationes aptè inter ſe vniuntur, cùm de corporearum deliciarum nubibus eſt ſermo, quæ eos perdunt, à quibus perditè amantur.

Nubes iracundia eſt. S. Nilus.

Nubes quoque iracundia eſt, & calculum adiicit ſanctus Nilus orat. de Ira: *Vt* nvbes *cùm ſurſum fertur aerem condenſat: ſic iracundia excitatio iracundi mentem.*

Anima ſine patientia nubi par aquæ carenti. S. Nilus.

Animus ſine patientiæ aqua nubi par eſt, ex ſancti Nili ſenſu, quæ aqua vidua huc illuc à vento fertur: Orat. 6. de acedia ſic ille loquitur.

Nvbes

Nvbes sine aqva *à vento diſſicitur, & animus patientia expers ab acedia ſpiritu diſſipatur.*

Prophetæ vt nubes referant.
Procop.

965. Prophetæ qui nubes referant, elegantet explicat Procopius in cap.5. Iſaiæ, cuius verba hic inplanto & ſunt iſta: *Vt enim* nvbes *nihil aliud eſt, quàm craſſus quidam aer humido de terra vapore conſtans: qui ſurſum ventis euectus, ſimul atque eorum opera in iuſtum aceruum congregatus, idoneam grauitatem humoris inſperſione conſecutus eſt, in terram guttatim labitur, vnde ipſa imbrium à terra in terram delatorum natura exiſtit: Sic vſitato naturæ quidem ordine in lucem erumpunt Prophetæ, animi puritate tamen, & ſpiritus virtute adiuti attolluntur: fœcundaque orationis guttas mentibus bonis & frugiferis inſtillant. Moſes ſuis ipſe verbis oſtenditur, cum ait: Expectetur tanquam imber doctrina mea.*

Doctores nubes dicti.
Orig.

Nubes in ſacris litteris dicuntur Doctores, qui copioſè Auditorum mentes velut arua irrigant, & fœcundant, vt rectè dixerit Origenes in Catena Græca. Hier. cap.10. verſ.13. Τὺς ἁγίυς ἡ γραφὴ νεφέλας καλεῖ, ὡς ἀρδέυει τὸ τῆς ἀληθείας ὕδωρ ἐκ τῶν νεφελῶν: Vt ſcilicet ſapientiæ imbrem effundant, & Auditorum mentes irrigent, & perpluant.

Prædicatores vt nubes auditorum mentes doctrina imbre perpluunt.
B. Thom à Villa noua.
S. Gregorius

966. Nubes prædicatores ſunt, qui auditores ſuoa probæ doctrinæ imbre perpluunt, vt fructum ferant. B. Thomæ à Villanoua hæc ſunt verba conc. in Dom. 4. aduentus. *Prædicatores* nvbes *ſunt, qui totam terram animarum fidelium irrigant imbre, & pluuia doctrinæ euangelicæ, vt fructifirent fructus bonorum operum,* & ante illum ſanctus Gregorius hom. 18. in Ezechielem, vbi ait: *Rectè prædicatores ſancti* nvbes *appellati ſunt: quia verbis pluunt, miraculis coruſcant. Qui volare quoque vt nubes dicuntur: quia in terra viuentes, extra terram ſuis omne quod egerint. Vnde & per quandam nubem dicitur: In carne enim ambulantes, 1. Cor. 10. non ſecundum carnem militamus.* Procopius in cap.45. Iſaiæ rem ſic verſaos: *Queas, &* nvbvm *appellatione ſacrorum interpretes in terra degentes, ſignificari dicere, qui terram peruagati, diffuſo in omnes verbo, ſitientium animas irrigarunt, & ad ſpiritualem fructuum vbertatem, diaboli ſeminibus ablatis excitarunt.*

Procopius.

Doctorum & Interpretum nubes plenæ eſſe vt alios rigent.
S. Ambroſ.

Plenas eſſe debere has Doctorum, & Interpretum nubes, vt alios irrigent, docebat ſanctus Ambroſius veram nubem referens lib. 7. epiſt. 44. *Qui multa legit, & intelligit, impletur: qui fuerit impletus, alios rigat. Ideòque ſcriptura dicit: Si impletæ fuerint* nvbes*, pluuiam in terram effundent. Sint ergo ſermones tui profluì, ſint puri, & dilucidi, vt morali diſputatione ſuauitatem infundas populorum auribus.*

Doctoris & nubis nexus apud Hebræos.
Oleaſt.

967. Doctoris & nubis pluuiæque nexum ex Hebraico fonte ita probabat Oleaſter in cap. 30. Iſaiæ. *Dictio* מורין *&* plvviam, *&* Doctorem *ſignificat, quod doctor doctrinam ſuam veluti nubes pluuiam ſpargit.*

Doctorum nubes vt reſoluantur in aquam.
S. Pet. Dam.

Quid de doctorum nubibus ſentiat, & ipſe nubes ſanctus Petrus Damianus, ex illius verbis intelligere poſſumus, ſerm. 41. *Iſtæ*, inquit, nvbes *reſoluuntur in aquam, cum terram cordis noſtri doctrina ſua fluentis inebriant, vt eam ad proferenda pij operis germina fertilem reddant.*

Nubes ſine aqua à ſpiritu inanis gloria agitatur.
Thalaſſ.

Malè nubis Doctoriſque munus exercet, qui ſibi ſapiens videtur, & tanquam nubes ſine aqua inanis gloriæ vento ſe ſinit rapi: nam vt ait Thalaſſius cent. 4. num. 26. *Mens opinione ſua ſibi ſapiens* nvbes *eſt ſine aqua à ſpiritu inanis gloriæ, & ſuperbiæ agitata.*

Sacrarum litterarum nubes malis pluuiam laqueorum, bonis gratiarū emittit.
S. Auguſt.

De ſacrarum litterarum nube varia pro cuiuſque merito depluente, peccatori quidem laqueos, & iuſto pluuiam vbertatis, hæc habet ſanctus Auguſtinus in Pſal. 10. *Hinc igitur eadem ſcripturarum* nvbe, pro svo cviusqve marito, *peccatori pluuia laqueorum, & iuſto pluuia vbertatis infuſa eſt.*

Nubes, quæ omnes amaritudines dulces reddit Chriſti Paſſionis memoria eſt.
Vgo Car.

Nubes, quæ amaram maris aqoam in dulcem conuertit, memoriam Paſſionis Chriſti refert, quæ omnes amaritudines dulces reddit: Benè Vgo Carenſis in eap.9. Ezechielis: *Sicut* nvbes *aquas marinas in dulcorem cõuertit, ſic* Memoria Passionis Christi, *quam in corpore ſuo ſuſtinuit, omnes paſſiones, & amaritudines, quas fideles pro eo ſuſtinent in dulcedinem vertit:* vt nihil adeò amarum ſit, quod dulce hac nube non fiat.

EXCVRSVS LXXVII.

Salubres quædam aquæ moribus irrigandis: quædam ex aquis monita.

Salubre animæ lauacrum, contumeliæ.

Vt ignis in aquam *iniectus extinguitur, ſic in virum optimum* coniecta crimina *per calumniam.*

Aquas *in menſura ſpiritualiter appendere quid ſit.*

Aquæ puræ *virtus comparata.*

In aquis *fundamentum ponit qui rebus temporalibus fidit.*

Deuotionis aqua *quàm ſalutaris.*

Terræ prouentus non imbri *adſcribendi, ſed Deo.*

Operis boni aqua *minimè recto fine imparanda non eſt.*

In proſperis, *nec nimis extolli debemus, nec in* aduerſis *mergi.*

Oleum ſuper aquam *aſcendit, & Eccleſia in imo poſita tendit ſurſum.*

Super alios *futurus aliis ſe ſubmittat exemplo* aquæ.

Cordis perturbatines vt maris *elationes compeſcenda.*

Deſideriorum aquæ *in vnum colligenda.*

Ab exiguis initiis ad grandia eundum fluuij *ſimilitudine.*

968. Salubria partim monita exhibui, quæ mihi aquæ exhibuêre, alia hîc nunc, quæ mihi offeruntur, offero, vt pio lectori nunquam deſint floenta, quibus animæ ſuæ hortum ad fructum irriget.

Salubre animæ lauacrū contumelia.
S. Ioã. Clim.

Salubre animæ lauacrum eontumeliæ ſunt, quæ animæ ſordes abſtergere poſſunt, ſi æquo animo exeipientur: Polchrè ſanctus Ioannes Climacus in ſcala Paradiſi, gradu 8. *Si quis*, inquit, *ab ſuperbia, & iracundia, ab improbitate, & hypocriſi facilè ſe vinci ſenſerit, & contra hæc vitia ancipitem manſuetudinis, & patientiæ gladium ſtringere molitur, proficiſcatur ad cœnobium religioſorum fratrum, (tanquam ad officinam aliquam ſalutarem fullonum) ſed ſeueriſſimorum, ſi modò perfectè exuere*

vitia ſtudet, vt inibi contumeliis, ignominiis, & decumanis tentationum fluctibus expoſitus, adeòque conuitiis euerberatus, immò vero etiam reuera quaadoque pulſatus, & dedolatus, quin & omnino protritus, & calcibus proculcatus, ſordes animæ ſenſibus diluat, vt ipſa vox partim vſurpata te doceat probra, & contumelias eſſe vitiorum animæ lauacrum. Sic enim vulgo loquuntur, quando multis alios conuitiis coram onerant, eaque de re apud alios gloriantur ſe hunc illumue probri aceto perfudiſſe, & alluiſſe. Quod & veriſſimum eſt.

Vt ignis in aqua iniectus extinguitur, ſic in virum optimum coniecta crimina per calumniam.

Ignis in aquam iniectus ſtatim extinguitur, & in virum optimum coniecta per calumniam crimina: hinc ille; *Vt ignis in aquam immiſſus repente extinguitur, ſic crimina in virum bonum coniecta per calumniam extincta corruunt ſtatim, ſuâque ſponte concidunt.*

969. *Aquas in menſura ſpiritualiter appendere quid ſit.* Vgo Car.

Quid ſit aquas in menſura appendere docet Vgo Catenſis in cap. 9. Prouerbiorum, dum ait: *Aquas appendere in menſura eſt inter proſpera, & aduerſa, inter ſumma, & infima, inter tentationes, & dona animarum ſenſum in humilitate cuſtodire.*

Aqua pura virtus comparata. S. Greg. Naz.

Aquæ puræ & virtus comparatur, quæ nihil cœnoſi virij admittit: ſanctus Gregorius Nazianzeous carm. de virtute ita canit:

Sia non PVRISSIMA *prorſus*
EST VIRTVS AQVA, *ſed cœno miſcetur olenti*
Qui virtus queat eſſe velim tecum ipſe volutes.

In aquis fundamentum ponit qui rebus temporalibus fidit. S. Greg.

Luderet operam qui ſuper aquas ſola inſtabilitate ſtabiles fundamenta domus erigendæ locaret: hac laborat amentia, qui rerum temporalium labilitati fidit, & ſpem ſuam illis fulcit. Verus ſanctus Gregorius lib. 22. moral. cap. 2. vbi ait: *Quaſi in* AQVIS *defluentibus fundamentum ponere, eſt in rebus labentibus ſpei fiduciam velle ſolidare.*

970. *Deuotionis aqua quam ſalutaris.* S. Bernard.

Per aqoam, quæ ex Chriſti latere fluxit deuotionis gratiam ſignificari cenſet ſanctus Bernardus ſerm. de ſancto Clemente, ſed addit eam nō fluxiſſe ex eo niſi poſt mortem; *Oportet enim*, inquit, MORTVVM ESSS MVNOO, *qui in hac voluerit gratia delectari.*

Terra prouentus non imbri adſcribendi, ſed Deo. Gen. 2.

Ex aqua extractus Moſes, cauit ne nimis aquæ tribueretur hinc Gen. 2. recenſiteā rerum productione, terramque germinaſſe vbi dixit, addit: *Non enim pluerat Dominus ſuper terram:* cur iſtuc addi neceſſe erat? vt hominis ingratitudini occurreretur, ne terræ prouentus ſibi adſcriberet, non Deo.

Operis boni aqua minimè recto ſine imparanda non eſt. S. Ioā. Clim.

Recto omnia fine præſtanda aquæ hauriendæ metaphora ſic explicabat ſanctus Ioannes Climacus gradu 26. *Fu.em*, inquit, *& mentem, qua quid faciant, fratres alacriter, & promptè in Domino examinabunt, non ſecus atque illi, qui* AQVAM *fontibus hauriunt. Nam fit aliquando vti clam per imprudentiam ranas, quas appellabamus, ſimul hauriamus. Ita qui negotium cum virtute habemus, ſæpe mixtam occultè aliquam virtuti vitioſitatem referimus.*

971. *In proſperis nec nimis extolli debemus, nec in aduerſis mergi.* Perian Cor.

Nec blandiente fortuna, arridentéque extolli nimium animus debet, nec aduerſo mergi, ac veluti vodis ſepeliri. Pulchrè Periander Corinthius:

Si fortuna iuuat, caueto tolli,
Si fortuna tonat, caueto MSRGI.

Oleum ſuper aquā aſcendit & Eccleſia in imo poſita tendit ſurſum. S. Aug.

Aquæ, & olei ſimilitudine Dei Eccleſiam, quæ in imo eſt, ſemper ſurſum tendere; ſic explicabat ſāctus Auguſtinus in Pſal. 19. coarrat. 2. SI AQVAM MITTAS SVPER OLEVM, *pondere ſuo ia ima tendit. Locum enim ſuum quærit, ordinari quærit, quia propter ordinem eſt aqua ſuper oleum. Donec ergo veniat ad ordinem ſuum, inquietus motus eſt, donec teneat locum ſuum. Contra oleum funde ſub aqua, verbi gratia, quemadmodum ſi vas olei cadat ia aquam, in abyſſum, in mare, & frangatur, non ſe patitur oleum ſubter. Quomodo aqua ſuper oleum miſſa, pondere ſuo ad ima locum ſuum quærit: ſic oleum ſubter aquam fuſum, pondere ſuo ad ſumma locum ſuum quærit. Si ergo ita eſt, fratres, quò tendit* IGNIS, & AQVA? *Ignis ſurſum fertur, locum ſuum quærit, & aqua locum ſuum quærit pondere ſuo. Lapis ima petit, & lignum, & columna, & terra, vnde ædificantur iſta domus. De illo ergo ſunt genere rerum, quæ pondere ſuo deorſum feruntur. Manifeſtum eſt ergo ideo deorſum accipere fundamentum, quia pondere ſuo deorſum verſus feruntur, & niſi ſit quod ſuſtineat, totum cadit: quia totum ad terram vergit. Rebus ergo ad ima tendentibus in imo ponitur fundamentum. Eccleſia verò Dei in imo poſita tendit ad cælum. Fundamentum ergo noſtrum ibi poſitum eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſedet ad dexteram Patris. Tendit ſurſum Eccleſia, tendere debet & ille, qui in Eccleſia degit.*

Aquæ metaphora parendum prius, quàm ignis imperet: quidam ſic explicabat: 972. *Super alios futurus alüs ſe ſubmittat exēplo aquæ.*

Aſcendit ceu non agitata canalibus VNOA
Si non ſub terras ante feratur aqua.
Sic ANIMOS *aliis primum ſubmitte ſuperbos,*
Qui capis alta tuum ferre per aſtra caput.

Aquarum congregatio in vnum locum tacite clamat, oon eſſe deſideria, & in plura ſpargenda, ſed in vnum colligenda: feratur in Deum amor, & in vnum locum aquæ vocentur; opportuna ſunt, quæ de hac re affert Richardus Victorinus part. 1. tract. 1. de exterm. mali, & promot. boni cap. 19. vbi etiam docet cordis perturbationes, tanquam maris elationes compeſcendas; hæc eius verba. *O verè felix multumque beatus, cui datum eſt cordis perturbationes, & triſtitiæ tempeſtates compeſcere, & magnas illas, & mirabiles* ELATIONES MARIS *ad tranquillitatem componere. Vnum ſcio, nec dubitare audeo, quia quamdiu amor ad multa ſpargitur, & ad ima deriuatur, nunquam ad plenam pacem perducitur, nunquam ad veræ ſecuritatis tranquillitatem ſerenatur. O anima infelix, & miſera, vſquequo ſollicita es, & turbaris erga plurima? Porro cum vnum ſit neceſſarium, tandem aliquando fige deſiderium, dilige vnum. Felices illius ciuitatis ciues, cuius participatio in idipſum.* CONGREGENTVR AQVÆ, QVÆ SVB CÆLO *ſunt ia locum vnum, noli ſinere eas fluere deorſum. An neſcis qaia qui dimittit aquas ſuas, caput eſt iurgiorum? Quid per ima deſideria deſluis? quid tibi cum bonis perituris, gaudiiſque lugendis? An neſcis, quia omnis aqua, quæ deorſum currit, in mare deſcendit? Omnia ſiquidem flumina intrant in mare, & omnis infima delectatio deſinit in dolore. Riſus enim dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupant, eo quòd omnis dulcis aqua ia mare deſcendat, & dulcedinem amittat, tranſit enim mundus, & concupiſcentia eius.*

Cordis perturbationes vt maris elationes compeſcendæ. Rich. Vict.

Deſideriorum aqua in vnū colligenda.

A fluuio, qui exiguus incipit, & paulatim creſcit, quò longius currit, diſcimus iuſtos ab exiguis initiis ad grandia ire, inque vitæ ſpiritualis decurſu maioris virtutis opera à bonis edi, ſi diutius in Dei obſequio perſeuerent. Eleganter ſanctus Petrus Damianus opuſc. 15. cap. 4. *Sicut* FLVVIVS *ex ſui fontis origine perexiguus oritur, ſed proceſſu longioris decliuij riuis hinc inde confluentibus dilatatur, ſic interior noſter homo in ſanctæ conuerſationis itinere tenuis, & velut aridus incipit,*

973. *Ab exiguis initiis ad grandia eundum fluuij ſimilitudine.* S. Petr. Dam

pit,

Digitized by Google

pit; paulatim verò per incrementa virtutum quaſi riuis vndique concurrentibus conualeſcit; contra ac plerique efficiant, qui magnis exordiis tenui fine, aut etiam non fine reſpondent, quia non finiunt: vix in bono excurrere incipiunt, cùm ſiſtunt, nec vlterius pergunt.

EXCVRSVS LXXVIII.

Orationis aquâ mens irriganda, mens abluenda.

Mens oratione irriganda, *vt arbores aqua.*

Ea oratione irrigandus *animus, quæ terram non capiat.*

Arbores *cùm adoleuerint, aqua fere non indigent, oratione arbores viri tales.*

Oratione *virtutum hortum rigat Deus.*

Quod aqua *piſci, hoc homini oratio eſt.*

Orationis aqua *orantes in aues format, ad cælum euolantes.*

Manus ante orationem lauare *vnde ortum habuerit apud Hebræos?*

Corpus aqua, *anima* oratione *abluitur, & mundatur.*

In aqua *vt vim ſuam exercuerit oratio.*

Oraturus animæ faciem abluat, *nuptiali puritatis veſte induatur.*

Quietus, & tranquillus animus *ferendus ad orationem.*

Orationi cæteræ virtutes, *vt reginæ famulantur.*

Attentè *fundenda oratio.*

Ad parietem *ſe vertebant orantes.*

Facies ad parietem *oratione conuertenda, vt à terrenis auertatur mens.*

Nos in oratione verbis cum Deo *agimus, ipſe nobiſcum* beneficiis

In lecto *iacens orationis habitu ad orationis fuſum, vt paratus eſſet Iacob.*

Non facilè oratio *interrumpenda.*

Angelorum opus *oratio, & Angelorum dignitatem ſuperans.*

974. SAlubres aliquas aquas ſuperius dedi, aliæ ſuperſunt, quarum vis, & virtus efferẽda eſt, & inter illas præcipuè oratio, & deprecatio eſt: de qua vt multa alibi dixerim, hîc tamen ab illa ieiunus abire nequeo, ſinam igitur in orationis aquis calamum tantiſper nauigare.

Mens oratione irriganda, vt arbores aqua.
S. Chryſoſt.

Arbores aquis irrigantur, oratione homines: ſancti Chryſoſtomi hæc ſunt verba hom. 1. de precatione tom. 6. *Quare nobis, qui ab illo inſtituimur, vita eſt in precibus traducenda, ſicque mens perpetuò* IRRIGANDA: *non enim minus, quàm arbores aquis, illis indigemus vniuerſi. Nam neque illæ poſſunt eſſe fructuoſa, niſi humorem radicibus ebibant: neque nos precioſiſſimas pietatis fruges fundere,* NISI PRECIBVS IRRIGEMVR. Porrò cùm homo arbor inuerſa ſit, ſurſumque radices habeat, ea orationis aqua irrigandus eſt, quæ terram non capiat, cælum ſpectet.

Ea oratione irrigandus animus, quæ terram non capiat.

Arbores, cùm iam adoleuerint, & firmas radices egerint, ferè aquis non indigent: non ita in ſpiritualibus arboribus accidit, quò magis in Dei cultu adoleſcunt, plantati in domo Domini, eò auidiùs orationis aquam expetunt, ſuperæ irrigationis opem exigunt.

Arbores cum adoleuerint aqua ferè non indigent, oratione arbores viri tales.

Vtilis aqua oratio eſt, quæ virtutum hortum rigat: hinc illud in Regula Virginum Ciſtercienſium cap. 2. *Norent nullam eſſe virtutem, quæ ſine* ORATIONE *non marceſcat, & deficiat:* ORATIO ENIM AQVA EST, *qua Deus virtutum hortum rigat.*

Oratione virtutum hortũ rigat Deus.
Regul. Ciſt.

Piſci aqua ad vitam eſt, vt ex aquis extractus intereat; homo in orationis fluentis viuit, nec viuit tantùm, ſed in cælum euolat. Scitè ſanctus Chryſoſtomus hom. 2. de precatione tom. 6. *Si te ipſum* PRECATIONE *ſpoliaueris, perinde fueris, ac ſi piſcem ex* AQVIS *extraxeris, vt enim hic* AQVA *viuit, ſic in precationibus per has, tãquam per aquam euolare, orbes cæleſtes ſuperare, ad Deum propius licet accedere.* Ex aquis volucres Deus eduxit: Gen. 1. 20. *Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli:* nobilior aquâ oratio, quæ homines in aues format, quæ in cælum euolant, nec ſub cæli firmamento ſiſtunt, ſed cælos ipſos penetrant, euntque ad ſanctiſſimæ Trinitatis thronum.

975. *Quod aqua piſci, hoc homini oratio eſt.*
S. Chryſoſt.

Hebraici moris fuiſſe manuum ablutionem orationi præmittere alibi dico, alibi probo: vnde hunc morem hauſerint Hebræi, ſicut & illum, quo manus in oratione eleuant, explicat Oleaſter in cap. 1. Iſaiæ verſ. 15 vbi hæc habet: *Solent Iudæi orantes manus apertas exporrigere, quemadmodum Saraceni, vt Pſ. habet: In nomine tuo leuabo manus meas. Quod ſe habere putant, ex eo quod Exodo narratur de Moyſe, quòd cùm* MANVS *ſuas eleuaret, vincebat Ioſuah, ſi verò paululum dimitteret eas, ſuperabat Amalech: Quemadmodum* LOTIONEM MANVS *ante orationem, ex eo quod dicitur de Iacob in Geneſi, quod cùm illi Domino litandum eſſet, præcepit famulis ſuis, Mundamini, & mutate veſtimenta veſtra Quam munditiã corporum, & veſtimentorum lotioni tribuebant Iudæi.*

Manus ante orationem lauare vnde ortum habuerit apud Hebræos.
Oleaſt.
Pſal. 62.
Exod. 17.
Geneſ. 35.

Sanius verò eſt ſi orationis aquâ anima abluatur, quam ſi orationem fuſurus elementari aqua manus abſtergat: Bellè ſanctus Chryſoſtomus in Pſal. 5. *Cum ſurgis* MANVS, & FACIEM LAVAS, *animam autem immundam negligis. Neſcis quòd ſicut corpus aquâ, ita anima oratione mundatur.*

976. *Corpus aqua, anima oratione abluitur & mundatur.*
S. Chryſoſt.

In aqua, vt hoc quoque adiiciam, vim ſuam exercuit oratio, ex puro cordis fonte fuſa: probat hoc illud, quod narrat Marulus lib. 1. cap. 2. in hæc ferè verba: Seuerinus in Panoniæ finibus Abbas, cum Fabianum oppidum, Viena hodie, Danubio adiacens fame laboraret, eo quòd concreto frigoribus fluuio frumentariæ naues iter agere nequibant, oratione glaciem ſoluit: & vectoribus nauigationem aperiens, periclitanti oppido ſubuenit.

In aqua vt vim ſuam exercuerit oratio.

Et quia nuptiales aquæ huc nos duxerunt, oraturus abluere animæ faciem debet, nuptialique puritatis veſte indutus ſe ſponſo Chriſto ſiſtere. Audiendus Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 22. vbi hoc monitum exhibet: *Depone iniquitatis faſciculos deprimentes te: abiice à te cupiditatis onus: aſperge maculas interioris aſpectus, &* LOTA ANIMÆ FACIE, *atque veſte induta nuptiali ſecurus accede ad ipſum, tuaſque illi petitiones edicito.*

Oraturus animæ faciem abluat nuptiali puritatis veſte induatur.
B. Laur. Iuſt.

Quietum, tranquillumque animum ad orationem ferendum, ita explicabat Beatus Laurentius Iuſtinianus de orat. cap. 5. *Quemadmodum*

folis

977. *Quietus, & tranquillus animus ferendus ad orationem.*
Idem.

ſolis radius nequaquam cernitur, cùm commota nubes cœli faciem obducunt: nec turbatus FONS *aſpicientis imaginem reddit, quam tranquillus propriam oſtendit: Sic nec* INQVIETVS ANIMVS *Dei charitatem in orationis ſpeculo poteſt conſpicere.*

Orationi cætera virtutes, vt Reginæ famulantur. S. Chryſoſt.

Orationi cæteræ virtutes, vt reginæ famulantur, obſequium omnes exhibent deprecationi: ſanctus Chryſoſtomus lib. 2. de orãdo Deum: *Quemadmodum vbi* REGINA *quæpiam ingreditur ciuitatem, neceſſe eſt, vt omnis opulentia pariter conſequatur: ſic videlicet poſteaquam* DEPRECATIO *venit in animam, omnes virtutes ſimul ingrediuntur.*

Attentè fundenda oratio. Iſai. 38. Olcaſt.

Ad parietem ſe vertebant orantes.

Attentè fundendam orationem Ezechiæ exemplo ad parietem ſe vertentis, ſic explicat Olcaſter in cap. 38. Iſaiæ, ait enim: *Ob duas cauſas potuit Ezechias ſe ad parietem vertiſſe. Primum ne alij aſtantes, ſeu ſedentes eum flere viderent. Secundò, vt* VERSVS TEMPLVM ORARET, *vt Iudæis mos eſt. Vel tertiò vt quietius, & deuotius oraret: quemadmodum Auguſtinum legimus Pſalmos pœnitentiæ ſcriptos* PARIETI AFFIGI IVSSISSE, *vt adſcripturam, & parietem conuerſus deuotius, & quietius oraret.*

978.

Facies ad parietem in oratione conuertenda, vt à terrenis auertatur mens. R. Moſes.

In orationis porrò fuſu non eſſe ſatis faciem ad parietem vertere, niſi mens à terrenarum rerum cogitatione auertatur, docebat R. Moſes Ægyptios 4. 3. Doctoris Dubit. cap 51. *Si verò cum motu labiorum tuorum oraueris,* CONVERTENS FACIEM TVAM AD PARIETEM, *& tam cogitas de mercibus tuis, cum putes, quod adeptus es finem tuum.*

Nos in oratione verbis cum Deo agimus, ipſe nobiſcum beneficiis. S. Chryſoſt.

In oratione nos verbis cum Deo agimus, ipſe non nobiſcum agit cum verbis, ſed beneficiis: ſcitè ſanctus Chryſoſtomus ſerm. de Moyſe. *Licet colloqui cum Deo orando, licet cum eo fabulari, & quamuis vocem eius audire non poſſis, tamen dum id, quod petis, accipis,* COLLOQVI TECVM *etiamſi non verbis, tamen beneficiis dignatur.*

979.

In lecto iacens orationis habitu ad orationis fuſum, vt paratus eſſet Iacob. Rupertus.

Vel in lecto iacens ad orationis fuſum, vel ipſo orationis habitu eſſet paratus Iacob, quod his verbis refert Rupertus lib. 9. in Geneſim cap. 21. quo iurante *Adorauit Iſrael Deum, conuerſus ad* LECTVLI CAPVT, *ſcilicet quia poſtquam iurauit filius, iam de affectu petitionis erat ſecurus. Ad lectuli, inquit, caput. Sanctus quippe, & Deo deditus vir oppreſſus ſenectute, ſic habebat lectulum poſitum, vt ipſe iacentis habitus, abſque difficultate vlla ad* ORATIONEM *eſſet paratus.*

Nè facilè oratio interrumpenda. Vinc.

Quanti referat orationem non interrumpere probat ſingulare illud exemplum, quod narrat Vincentius lib. 24. cap. 60. *Godofredus Monachus noctu orationi intentus, furem quendam abigere equum vidit.* SED NE PRECES, *&* SILENTIVM *rumperet, furem prohibere noluit. Mane facto fur vni loco affixus cum equo repertus eſt.*

Orationem ita efferebat ſanctus Chryſoſtomus, vt Angelorum dignitati præferret, hæc eius verba, lib. 5. de orando Deum: ANGELORVM OPVS EST DEPRECATIO, *ſuperans interim etiam illorum dignitatem, ſi tamen maius eſt Angelorum dignitate colloquium miſcere cum Deo.* Angelorum igitur puritatem æmuletur, qui Angelicum opus exercet.

* * *

EXCVRSVS LXXIX.

Orare ad fontes vt ſuperſtitionem ſapiens damnatum; nonnulla de orantis habitu, orationis vi, orationis fuſu.

Aquâ in peluim *poſitâ fundebant olim orationem.*

Superſtitiosè aliqui orabant ad fontes, *ad arbores vota reddebant.*

Oratio eleuatis manibus *fuſa, vt Chriſti Paſſionem etiam habitu faterentur.*

Supplicum habitus *qualis.*

Orantis habitus *toto corpore in terram ſe abiicere.*

Procidere in faciem ſuam *eſt cælum ſpectare ex quorundam mente, quod non probatur.*

Templum *fortitudo dictum ob orationem in eo fundi ſolitam.*

Iuſti oratione orbem *portant.*

Oratio ſuos in cælum *euehit.*

Orationes Eliæ curribus, *& equitibus valentiores.*

Precatio aligeram mentem *reddat.*

Precum ignis *in altari animæ ſemper ardeat.*

Oratio ſuper cordis altare *Deo offerenda omni puritate.*

Ignitæ orationis *tæda.*

קרה *quid?* frigus *ab oratione exulet.*

Magna, & Deo digna à Deo *poſtulanda.*

Mundæ orationis *vtilitates.*

Nullus ob fragilitatem ab orationis fuſu *ſe excuſet.*

Antiqui patres oratione *vt ſe pararent cum Deo locuturi.*

Terrenarum rerum amor ab oratione *exulet.*

Ritè orationem fundit, *qui terrenorum obliuiſcitur.*

Orationis nexus, *& lætitia.*

Argento, & auro orationis *obolus præferendus.*

Orationis neceſſitas *animæ ſimilitudine probata.*

Copioſior orationis aqua eſt, quàm vt anguſtis aggeribus claudi poſſit: quicquid illam tangit ad illam ſpectat; alia igitur de illa adiicio, non vt omnia, quæ poſſim offerre offeram, ſed vt plura quàm attuli. 980.

Aqua in peluim poſita fundebant orationes. B. Iordanus.

Aquâ in peluim poſitâ fuſam olim ab antiquis patribus in Eccleſia orationem referebat his verbis Beatus Iordanus lib. 2. de communione ſpirituali cap. 30. *Conſuetudinem habebant antiqui patres, quòd conuenientibus eis ad Eccleſiam,* PONEBATVR PELVIS CVM AQVA, *& fiebat oratio pro eis, qui tentationibus laborabant: lauabant ante omnes fratres manus ſuas in pelui: ſi quis frater*

tentaba

Digitized by Google

tentabatur, perfun debatur aqua illa, atque ſtatim purgabatur. Loco huiuſmodi aquæ hodie ſuccedit aqua benedicta.

Superſtitiosè aliqui orabant ante fontes ad arbores vota reddebant. S. Auguſt.

Superſtitiosè aliqui orabant ad fontes, ad arboréſque vota reddebant, adcò vt ſi arbores illæ cecidiſſent, neſas putarent ex illis arboribus ligna ſumere igni adiicienda; damnat hanc impietatem ſanctus Auguſtinus ſerm. 68. in appendice de diuerſis, vt tamen illius hic ſermo eſt; ait autem quiſquis illius auctor. *Pro qua re nec ad arbores debent Chriſtiani vota reddere, nec ad fontem orare, ſi ſe volunt per gratiam Dei de æterno ſupplicio liberari. Et ideo quicunque in agro ſuo, aut in villa, aut iuxta villam aliquas arbores, aut aras, vel qualibet vana habuerit, vbi miſeri homines ſolent aliqua* VOTA REDDERE, *ſi eas non deſtruxerit, atque ſucciderit in illis ſacrilegiis, quæ ibi facta fuerint, ſine dubio particeps erit. Nam & illud quale eſt, quòd quando arbores illæ, vbi vota redduntur, ceciderint, nemo* EX ILLIS ARBORIBVS LIGNVM AD FOCVM AFFERT.

981. *Oratio eleuatis manibus fuſa vt Chriſti Paſſionem etiam habitu fateremur.* S. Ambroſ.

Oratio eleuatis manibus fundebatur, vt vel corporis habitu crucem formemus, Chriſti Paſſionem fateamur. Sancti Ambroſij hæc erat mens ſerm. 56. *Ipſius etiam inceſſus hominis cùm manus leuauerit, crucem pingit, & ideo eleuatis manibus orare præcipimur, vt ipſo quoque membrorum geſtu Paſſionem Domini fateamur.*

Supplicum habitus qualis. Nicetas.

Supplicum habitum bellè nobis depinxit Nicetas Choniates l. 1. in Andronico: SVPPLICES *frondes manibus geſtantes, apertis capitibus, nudis pedibus, & manibus nullo verè ſupplicum miſerabili geſtu prætermiſſo, ſubmiſsâ voce miſericordiam flagitantes.*

Orantis habitus, toto corpore in terram ſe abiicere. Pſal. 43. 25. Agell.

Orantis habitum fuiſſe toto corpore in terram ſe abiicere, ventréque in terram ſtrato orationem emittere ex diuinis litteris habemus; quod his verbis notabat etiam Agellius in Pſal. 43. verſ. 25. ad illa verba Dauidis: *Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter*, vbi cùm plura ad huius loci lucem adduxiſſet, claudit tandem: *nec ille quidem ſenſus alienus eſt, voluiſſe Prophetam animæ, ac ventris inclinatione* HABITVM ORANTIVM *indicare, quod toto corpore abiecti ſupplicarent, ore, & ventre in terram proſtrato, vt eſt in 2. Machab. lib. cap. 10. Rogabant Dominum proſtrati in terra, ne amplius talibus malis inciderent. Vbi in Græco ſic legitur.* πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν. *Cadentes in ventrem. Hoc itaque flebili, ac ſupplici corporis habitu commemorato ad miſericordiam Dominum elicere ſtudent. Hoc item habitu & Chriſtum Dominum oraſſe tradunt Euangelia ſub horam ſuæ proditionis* ἔπεσεν, *inquit Beatus Marcus*, ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ προσηύχετο, *Procidit in terram, & orabat, quod clarius Beatus Matthæus dixit*, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ προσευχόμενος. *Procidit in faciem ſuam orans.*

982. *Procidere in faciem ſuam, eſt cælum ſpectare ex quorundam mente, quod non probatur.* Marc. Viget.

Hinc apparet nec ſolidam, nec litteræ cohærentem, ſed nimis violentam, atque coactam eſſe Marci Vigetij explicationem, dum illa Matthæi verba *Procidit in faciem ſuam* de cælo cælique aſpectu interpretatus eſt; ſic enim ille ſcribit chordâ 6. cap. 61. *Procidit in faciem ſuam. Quænam eſt hæc facies? Per faciem maximè res ſingulæ dignoſcuntur. Nihil autem nos Deum magis cognoſcere facit, quàm videre cælum tam magnum, tam pulchrum, tam varium in tanta motus velocitate ſuam pulchritudinem varietatemque eodem ſemper tenore ſeruantem; quare faciem Dei cælum qui dixit, noſtro loquendi vſu metaphorico, & tranſlatitio, non errauit. Et quia Dominus Ieſus verus eſt Deus, & verus homo, ideo genibus procidens ſecundum corpus, & oculos ad cælum erigens, in faciem ſuam procidiſſe à Matthæo non ineptè deſcribitur. Vel quia facies hominis ad cælum contuendum erecta eſt, homo qui in cælum aſpicit, in faciem ſuam aſpicere dicitur, quoniam aſpicit illud, ad quod aſpiciendum natura faciem illi dedit. Vt ille in faciem dicatur procidere, qui in naturale faciei obiectum procidendo oculos dirigit. Procidit ergo Ieſus in faciem ſuam, ad cælum lumina tollens, orans:* Vt acutè excogitatus videatur hic explicatus, nonnihil tamen à vero ſenſu videtur alienus. Nam pronum in terram oraſſe Chriſtum in paternæ maieſtatis reuerentiam probæ notæ auctores adnotarunt. Non facilè igitur Vigetij ſenſum admitterem, niſi ad ſummum tanquam accommodatitium.

Orationis fortitudo tanta eſt, vt templum in diuinis litteris fortitudinis titulo inſigniatur, ob orationem, quæ fundi in illo ſolet: ſic etiam ſancti orbem portare dicuntur, ne cadat, apud Iob cap. 9. 13. *Sub quo curuantur, qui portant orbem*; orationum ſcilicet fuſu iuſti viri orbem portare dicuntur, quia orbem ſuſtinent, ne ruat. Vtrumque indicabat Philippus Preſbyter lib. 1. in Iob. *Sancti orbem portare dicuntur, & ne pereat* ORATIONVM FORTITVDINE SVSTINENT, *& quòd oratio fortitudo intelligenda eſt, teſtis eſt ſanctus Daniel, qui templum ab orationum frequentia fortitudinem appellauit.* 983.

Templum fortitudo dictũ ob orationem in eo fundi ſolitam. Iuſti oratione orbem portãt. Iob. 9. 13. Philip. Preſb.

Igneis equis in cælum euectus Elias fuit; nos oratio in cælum erigit: hinc illud Thalaſſij centuriâ 1. num. 21. *Silentium*, PRECES, *charitas, continentia quadriiugi equi ſunt, mentem in cælum ſubuehentes.*

Oratio ſuos in cælum euehit. Thalaſſ.

Quidni curru igneo in cælum ſubuectus Elias fuerit, cuius orationes curribus, & equitibus validiores fuêre? Chaldæus Paraphraſtes illud 4 Reg. Eliſæi ad Eliam: *Pater mi, currus Iſrael, & auriga eius, ita vertit:* PRECES TVÆ *curribus, & equitibus valentiores.* 984.

Orationes Eliæ curribus, & equitibus valentiores. 4 Reg. 2. Chald.

Orationem ſic efferebat ſanctus Theodorus Studita ſerm. 61. *Eximia eſt* COMPRECATIO, *quæ mentem* ALIGERAM *præſtet, ac contubernalem Deo reddat.*

Precatio aligeram mentē reddat. S. Theod. Stud.

Olim in altari ignis ſemper ardere Dei iuſſu debebat: In animæ verò noſtræ altari oratio tanquam ignis ſemper ardere debet. Scitè Ioannes Carpathiorum Epiſcopus in capitibus hortatoriis num. 94. *Ignis* PRECVM *ad Deum, & ſacra meditatio eloquiorum ſpiritus ſuper altari animæ tuæ ſemper ardeant.*

Precum ignis in altari animæ ſemper ardere. Ioan. Carp.

Frigus ab oratione exulet, exulet ſopor, ferueat orantis cor, & ebulliat, & dicat quilibet; *In meditatione mea exardeſcet ignis*; non caſu eſt, quòd verbum בעה orare ſignificat, & precari, & בעה calefactus fuit, ferbuit, efferbuit, ne ſcilicet hæc duo abiungeremus, nec ſine calore funderetur oratio.

בעה *quid? frigus ab oratione exulet.*

Oratio tanquam ignis ſuper cordis altare ita Deo offerenda eſt, vt id omni puritate fiat, omni immunditiâ eliminatâ, omni ſorde; nam & Sacerdotes, qui ad altare accedebant, pura ſecum veſtimenta deferre debebant; nequeo hîc ſupprimere Origenis verba, qui hom. 9. in Leuit. ita ſcribit: *Altare eſt, ſuper quod* ORATIONES *noſtras offerimus Deo, vt ſciamus quomodo debeamus offerre, ſcilicet vt deponamus veſtimenta ſordida, quæ eſt carnis immunditia, morum vitia, inquinamenta libidinum.*

Oratio ſuper cordis altare Deo offerenda omni puritate. Orig.

Oratione ea poſtulemus à Deo, quæ Deo ſunt digna: quò maiora ſunt ea, quæ petimus, eò 985.
promptior

Magna, & Deo digna à Deo poſtulanda.
Nicet.

promptior eſt ipſe petitioni noſtræ implendæ. Nam, vt ait Nicetas comment.in orat.40.ſancti Gregorij Nazianzeni; *Dat Deus iucundius ac libentius, quam alij accipiunt, dummodo nequaquam* PARVA, *& exilia, verùm eo* DIGNA *poſtulemus.*

Munda orationis vtilitates
B.Laur.Iuſt.

Orationis mundæ vtilitates has curſim enumerat Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap.22. *Ex munda* ORATIONE *depuratur animus, exhilaratur affectus, poſcitur charitas, appetitus dilectionis augetur, certificatur fides, conualeſcit ſpes, exultat ſpiritus, viſcera quatiuntur, pacificatur cor, ignis accenditur, veritas aperitur, fugatur tentatio, abſcedit triſtitia, renouatur ſenſus, virtus debilitata reparatur, excitatur feruor, fugatur tepor, vitiorum rubigo conſumitur, cœleſtium deſideriorum ſcintilla emicant, & diuini amoris flamma ſuccreſcit. Magnis namque meritorum prærogatiuis fulta eſt, multis donorum ſpiritualium ſplendoribus, atque præcipuis virtutibus puræ mente oratio decoratur. Illi quippe patet cælum, arcana panduntur, & Dei aures intendunt. Non repellitur, neque contemnitur; ſed placido aſpectui Creatoris vniuerſorum præſentatur. Vacua inde non recedit, nec ſine affectu.*

Nullus ob fragilitatem ab orationis fuſu ſe excuſet.
Rupert.

986. Nullus ſe ob fragilitatem ab orationis excuſet fuſu; nec in Moyſe, in quo voluntas vigebat, fragilitas excuſationem inuenit, adeò vt præ laſſitudine non deficeret, cùm nec poſſet in cælum manus leuare; quod cùm faceret, victoriam eius precibus populus obtineret: cùm deponeret manus, vincebat Amalech; cùm erigeret, vincebatur. *In Moyſe*, inquit Rupertus lib.3.comment.in Exod.cap.10. *corpus deficiebat, non voluntas aliquando ceſſabat, ſi ergo* FRAGILITATIS *cauſa in Moyſe excuſari non potuit, quemadmodum in nobis* VOLVNTAS *poterit excuſari?*

Antiqui patres orationi, vt ſe pararēt cum Deo loqui, ori.
R. Haecad.

R. Haecados teſtatur ex traditione ſuorum magiſtrorum, priſcos patres per horæ ſpatium orare ſolitos, antequam cum Deo loquerentur, ac ſanè loquendo ſe comparabant orantes, rurſus tacentes ſe ad orandum componebant.

Terrenarum rerum amor ab oratione ex-l z
B Laur. Iuſt.

Ad contemplationis verticem mentem erecturo, nihil adeò ferè cauendum, quàm terrenarum rerum amor, quo in imis detinetur: rem ſic explicat B. Laurentius Iuſtinianus in ligno vitæ de continentia cap.2.dum ait: *Nil nobis volentibus ad* CONTEMPLATIONEM *aſcendere, penitus plus eſt fugiendum, quàm iſta ſenſibilia, quæ incontinentia maximum ſunt fomentum. Cauendúmque magnopere eſt, dum hoc tegimur corpuſculo, ne quo earum viſco pennæ noſtræ impediantur.*

Ritè orationē fundit, qui terrenorum obliuiſcitur.
S.Chryſoſt.

987. Ritè orationem fundit, qui terrenorum obliuiſcitur, aut etiam ſui, vt vix ſciat ſe hominem eſſe, inter Angelorum cœtum cum Angelis orationem Deo alternans tanquam Angelus; hinc illud ſancti Chryſoſtomi lib. 1. de orando Deum: *Dum* ORAMVS, inquit, HVMANÆ NATVRÆ OBLIVISCAMVR, *ſed occupati mentis alacritate ſimul, & tremore, nihil reſpiciamus rerum præſentium, ſed exiſtimemus nos in Angelorum medium conſiſtere, idemque ſacrificium cum illis peragere.*

Magnus orationis & lætitiæ nexus, magna exultationis & precum, vt illa in iſtas migret, & iſtæ in illam; Pſalm.2.11. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*; Chaldæus Paraphraſtes pro *exultate* habet, *orate*, vt ab oratione lætitiam veram prodire colligeremus.

Argento, & auro orationis obolus præferendus.
S.Pet.Dam.

Argento, & auro, diuitiiſque omnibus præferenda oratio eſt; rectè eam iuſtéque ponderat ſanctus Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 2. dum ait: *In æſtimationis meæ lancibus grauiùs penſat* SANCTÆ ORATIONIS *obolus, quam auri talentum, vel copioſa micantium multitudo gemmarum.*

Orationis neceſſitas animæ ſimilitudine probata.
S.Chryſoſt.

Orationis neceſſitatem animæ ſimilitudine ſic explicabat ſanctus Chryſoſtomus lib. 1. de orando Deum: *Quemadmodum corpus hoc noſtrum, ſi non adſit anima, profectò mortuum eſt ac fœtidum; ſic anima niſi ſeipſam incitet* AD ORANDVM, *mortua eſt, ac miſera, & grauiter olens.* Quòd ſi orationi viuas, oratione anima viuet.

EXCVRSVS LXXX.

Varia de oratione, orationiſque vtilitate hîc implantantur.

Vtilis imber *oratio.*
Sacrificium aſſiduitatis *oratio dicta.*
Abſtergenda precibus *mens, vt menſa ſpongiâ*
O*lim finem orationi impoſituri* pedem *attollebant.*
Ad lunam *nocte olim aliqui ſuperſtitioſè orabant, per diem ad ſolem.*
O*rationis* vis *vnde collecta?*
Septies *in terram procidere in die expiationum Hebræorum mos.*
Cum Deo loqui *quàm vtile.*
Vtilis circa orationem *cautio.*
O*ratio* volucres *eos reddit, à quibus colitur.*
O*ratio reliquas* actiones *condit.*
Qualis eſſe debeat orationis fundentis *animus.*
In orationis fuſu *clamor, & ſtrepitus vitandus.*
Preces *pretij loco.*
O*ratio* cœli clauis.
O*rationis* vis, *&* poteſtas.
O*rationis* arcus *ſine ſagitta eſſe non debet.*
Aquæ bullienti *oratio comparata.*
O*rationis* perſeuerantia *commendata.*
Etiam in balneis *orationem fundendam eſſe monebant.*
In templo *vt quis oret, ſe intra ſe claudat.*
Sibi quiſque templum *eſſe poteſt orationis fundendæ.*
Virtutum pennas *habere oratio debet, vt volare in cælum poſſit.*
Duæ orationis alæ, *beneficentia, & ieiunium.*

Sæpè hoc argumentum calamum ad ſe vocauit, vocauit mentem, vt multa de illo exhibeantur, plura ſemper ſuperſunt exhibenda, vt non mirum, ſi dictis hæc quoque adiicienda adiiciamus. 988.

Vtilis imber oratio.
Ennod.

Vtilis imber oratio eſt, quo irrigari opera noſtra debent; etiam ab alieno pectore hic imber poſtulandus; Ennodius de vita D.Antonij Monachi, Præfatione: *Tu autem venerabilis Abba Leoni, qui id mihi operis iniunxiſti, adiuua oratione titubantem, & ſiccitatem ſtyli* SANCTARVM PRECVM IMBRE *locupleta: facies enim, vt confido, meritis præcipuum quod aggredi me ipſe iuſſiſti.*

Bonum

Bonum eſt beatitudini tuæ ieiunans eloquentiaſque fœcundis innocentiæ ferculis amplÿure.

Sacrificium aſſiduitatis oratio dicta. S. Nilus.

Sacrificium aſſiduitatis vocatam orationem reperio, hac eam circumſcriptione inſigniuit ſanctus Nilus in capitibus paræneticis, dum ait: *Si vis eſſe templum Dei*, SACRIFICIVM ASSIDVITATIS, *aſſiduam ſcilicet orationem aſſidue ipſi offeras.*

Abſtergenda precibus mens, vt menſa ſpongiâ. S. Chryſoſt.

Vt ſpongiâ menſæ olim lauabantur, ſic precibus mens abſtergenda, in qua menſa Eucharistica ſternenda, vt quod de Eccleſia dixit ſanctus Chryſoſtomus, ad quamcunque animam transferatur; ſic ille ſcribit in hom. 3. in Epiſt. ad Epheſ. *Non vides menſas* SPONGIA *lauantem, & domum mundantem, & diſcos menſæ imponentem? hoc fit per* PRECES, *per clamorem præconis. Tanquam ſpongiâ lauemus Eccleſiam, vt in munda Eccleſia ſint omnia propoſita, vt nulla ſit macula, nulla ruga.*

989. *Olim finem orationi impoſituri pedē attollebant. Clem. Alex.*

Olim fideles cum in ſacris templis preces effunderent, finem orationi impoſituri pedem attollebant, vt in cœlum euolare viderentur cœli amore correpti, meminit huius moris Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum: PEDES ATTOLLIMVS IN EXTREMA ORATIONIS ACCLAMATIONE, *prompto animo, & alacritate inſequi cupientes beatam illam naturam, quæ mente, & intelligentia percipitur, & vna cum verbo corpus à terra abducere conantes erectam animam, & deſiderÿ penuit eleuatam cogimus in ſancta progredi.*

Ad lunam nocte olim aliqui ſuperſtitioſè orabant, per diem ad ſolem. S. Auguſt.

Plerique olim ſuperſtitioſè per diem ad Solem orabant, per noctem ad Lunam ſi apparebat, quod ſi non appareret, ad Aquiloniam partem; ſanctus Auguſtinus lib. de Hæreſibus loquens de Manichæis, ait: ORATIONES FACIVNT AD SOLEM *per diem quaquauerſum circuit:* AD LVNAM PER NOCTEM, *ſi apparet, ſi autem non apparet, ad Aquiloniam partem, qua ſol cum occiderit ad Orientem reuertitur, ſtante orantes.*

Orationis vis vnde collecta. S. Chryſoſt.

Orationis vim in hunc modum colligebat ſanctus Chryſoſtomus lib. 2. de orando Deum: *Illinc intelligi poterit* QVANTA SIT VIS SANCTARVM PRECVM, *quod Paulus per totum orbem terrarum velut alatus diſcurrent, in carceribus habitans, flagella ſuſtinens, geſtans cathenam, viuens in ſanguine ac periculis, inſuper & Dæmones eiicient, ac mortuos excitans, morbos abigent, in harum rerum nulla fiduciam poſuit ſeruandi homines, ſed precibus communiit orbem.*

990. *Septies in terram procidere in die expiationum Hebræorum mos.*

Septies in terram procidiſſe apud Hebræos tum viros, tum mulieres in die expiationum refert auctor faſciculi myrrhæ in hæc verba: *In die expiationum tenentur tam viri, quàm mulieres, ac paruuli intereſſe Synagogæ, ac in terram* SEPTIES PROCIDERE.

Cum Deo loqui quam vtile. S. Chryſoſt.

Orationis virtutem, & vtilitatem ſic colligebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 79. ad pop. *Magnum verè bonum, charißimi, oratio. Si virtute præditum hominem alloquens, non parum ex eo capit vtilitatis: cui* DEVM ALLOQVI *donatum eſt, quot bonis fruetur?*

Vtilis circa orationem cautio. B. Laur. Iuſt.

A perito medico vtilis circa orationem cautio eſt; Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de orat. ait: *Sicut nullum* MEDICAMENTVM *proficit, donec ferrum latet in vulnere, ita nihil prodeſt illius* ORATIO, *cuius voluntas verſatur in ſcelere, vel odium proximi manet in mente.*

991. Oratio volucres quodammodo eos reddit, qui illam colunt; huc flecti poſſunt ſancti Gregorÿ Nyſſeni verba lib. de beatitud. ait quippe:

Oratio volucres eos reddit, à quibus colitur. S. Greg. Nyſſ.

Si ORATIONE VOLVCRES QVODAMMODO FACTI, *& creati fuerimus, ſupérque dorſa cæleſtis teſtudinis conſtiterimus, inueniemus ibi ſupercæleſtem terram, quæ iis, qui cum virtute vitam tranſegerint, repoſita eſt.*

Oratio reliquas actiones condit. P. Io. Eu l. 2. cap. 2.

Oratio etiamſi modica reliquas actiones condit, ſeruatque; Pulchrè ille: *Sit oratio, quæ eſt victus, & requies animæ, quieta, & tranquilla. nam cibum corrumpendum, qui ſimul nobiſcum futurus eſt cibus vermium, quieti, & ſedentes ſumimus. Commodum orationis non eſt tantum horæ, & temporis cum Deo benè exacti, ſed totius diei. Modicum* FERMENTI *totam maſſam corrumpit, modicum* ORATIONIS TOTVM DIEM CONDIET, ET SERVABIT.

Qualis eſſe debeat orationem fundentis animus. S. Auguſt.

Qualis eſſe debeat orationem fundentis animus docet ſanctus Auguſtinus ſerm. 74. de diuerſis: ORATIO SPIRITVALIS *res eſt, & ideo tanto eſt acceptior, quanto magis* SVÆ NATVRÆ *implet effectum. Tantò magis autem ſpiritali opere funditur: quantò magis animus, qui eam fundit a carnali voluptate ſuſpenditur.*

992. *In orationis fuſu clamor, & ſtrepitus vitandus. S. Cyril. Hieroſol.*

In orationis quoque fuſu clamorem, ſtrepitumque in templo vitandum opportunè docuit ſanctus Cyrillus Hieroſol. præfat. in ſuas Catecheſes: *Conuentus porrò virginalis ſic congregatur, vt vel pſallat, vel oret, vel legat, ita vt labia quidem loquantur,* VOX AVTEM AD ALIENAS AVRES NON PERVENIAT. *Mulierem enim loqui in Eccleſia non permitto. Et nupta quoque ſimiliter agat, & oret labia mouendo, vt naſcatur Samuel, vt ſterilis anima tua pariat exaudientis Dei ſalutem Samuel enim ita ſonat.*

Preces pretÿ loco. Sen.

Preces precÿ loco eſſe alibi dixi, alibi ex ſacris, prophaniſque probaui, addo nunc Senecam, cuius hæc ſunt verba, 2. de benef. 1. *Nulla res carior conſtat, quàm quæ* PRECIBVS *empta eſt.*

Oratio cœli clauis. Elias.

Cœli clauem orationem vocat Elias Presbyter in Aſceticis: CLAVIS REGNI COELORVM ORATIO EST. *Hanc qui tenet pro eo ac decet; quæ ſunt in ea amicis ipſius bona repoſita cernit. Sola autem præſentia circumſpicit, qui in ea libertatem, fiduciamque non eſt conſecutus.*

Orationis vis, & poteſtas. S. Chryſoſt.

Orationis vim, ac poteſtatem in hunc modum probabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 5. de incomprehenſibili Dei natura: VIS ORATIONIS VIM *ignis extinxit, impetum* LEONVM *cohibuit. Cœli fores aperuit;* Idem ferè habet hom de regreſſu de Aſia tom. 5. *Oratio caminum ignis extinxit; Oratio concluſit ora* LEONVM.

993. *Oratio vt arcus ſine ſagitta eſſe non debet. S. Ephræm.*

Oratio arcui ſolet comparari, quæ ſine ſagitta eſſe non debet; Pulchrè rem verſat ſanctus Ephræm. ſerm. de monachi armatura: *Pro arcu extende ad* ORATIONEM MANVS TVAS *ſicut ſcriptum eſt: Et poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. Verè enim arcus æreus eſt contra inimicos expanſæ in oratione manus in ſcientia orantis, veluti etiam ſagitta directè emiſſa ab eo, qui vibrat arcum. Nam ſi dum oras permittas vagari animum, eris tanquam qui tenet quidem arcum, verùm ſagittam contra aduerſarium dirigere nequit, illam in vacuum nullâ certâ intentione mittens. Atque interdum quidem terret hoſtem huiuſmodi vulneris metus dum te arcum vibrare conſiderat. Ceterum ſagitta non aduerſus eum, ſed in infinitum emittitur. Huiuſmodi eſt quod dico, fratres, cùm quis in ſcientia orat nec ſinit vagari cogitationes ſuas; ſed intelligit, quem interpellet, quem alloquatur, tunc oratio illius Deo appropinquat*

Aquæ bullienti orationem comparatam ob-

ſerua

Aqua bullienti oratio comparata.
Iac de vor.

ſeruo;Iacob de Vorag.ſerm.in 1.Dom. quadrag. *Sicut* AQVA BVLLIENS *fugat canem de coquina, ſic* ORATIO FERVENS *fugat diabolum de anima.*

Orationis perſeuerantia commendata.
Guilhelm.

Orationis perſeuerantiam benè commendabat Guilhelmus Abbas ſerm.6.in Cant. *Pertinax* ORATIO *pertingit ad finem. Et ſi tibi in initiis ſicca, & velut ſaxea videatur, oleum tamen gratiarum elicies de hoc ſaxo duriſſimo: tantùm ſi perſeueres, ſi te longior mora non diſſoluat, ſi non dilatione tua vota leneſcant.*

994. *Etiam in balneis orationē fundendam eſſe monebat.*
S.Chryſoſt.

Etiam in balneis orationem fundendam monebat ſanctus Chryſoſtomus homil.17.ex variis in Matth.locis: *Quod ſi & in* BALNEIS, *& horto, vbicunque fueris, ora.*

In templo vt quis oret, ſe intra ſe claudat.
S.Auguſt.

In templo qui orare cupit, ſe intra ſe claudat,& orationem fundat;ſanctus Auguſtinus in ſent.num. 334. *Qui ſupplicaturus Deo* LOCVM APTVM, ET SANCTVM *requiris, interiora tua munda, & omni inde mala cupiditate depulſa, prepara tibi in cordis tui pace ſecretum.Volens in templo* ORARE, *in te ora: & ita age ſemper, vt Dei templum ſis. Ibi enim Deus exaudit, vbi habitat.*

Sibi quiſque templum eſſe poteſt orationis fundendæ.
S Bernard.

Vt orationem fundat, ſibi quiſque templum eſſe poterit, hinc ſanctus Bernardus cap. 6. Meditationum: *Vbicunque fueris, intra temetipſum ora. Si longe fueris ab oratorio, noli quærere locum, quoniam* TV IPSE LOCVS ES. *Si fueris in lecto, aut in alio loco, ora: & tibi eſt* TEMPLVM. *Frequenter orandum, & flexo corpore mens eſt erigenda ad Deum.*

S.Chryſoſt.

Hac ferè mente hæc habet ſanctus Chryſoſtomus homil.de Anna. *Ne igitur excuſationes quæramus, dicendo non eſſe* PROPINQVAM PRECATIONIS ÆDEM: *nos enim ipſos ſi ſobrij fuerimus, templa faciet diuini gratia ſpiritus, vt magna vndique vobis precandi facultas affluat.*

995. *Virtutum pennas habere oratio debet, vt volare in cœlum poſſit.*
S.Auguſt.

Volare vt poſſit in cœlum oratio, pennis debet virtutum muniri; hoc volebat ſanctus Auguſtinus ſerm.70.de diuerſis: *Nullis diebus ſe ingurgitet vino, nec adulteria, qui diebus iſtis temperat à coniugio. Ita oratio noſtra humilitate, & charitate, ieiunando, & dando, temperando, & ignoſcendo, bona tribuendo, & mala non retribuendo, a malo declinando, & bona faciendo, quærit pacem, & conſequitur eam.* VOLAT ENIM TALIBVS ORATIO PENNIS *adminiculata virtutum.*

Duæ orationis alæ beneficentia, & ieiunium.
Idem.

Duæ orationis alæ ſunt Ieiunium,& Beneficentia; Pulchrè idem ſanctus Auguſtinus in Pſal.42 *Vis orationem tuam volare ad Deum? fac illi duas alas, ieiunium, & eleemoſynam.* In Deum his alis munita euolat oratio, & in Deum quoque fert orantis mentem.

EXCVRSVS LXXXI.

Diuinæ pietatis aqua, diuinæ miſericordiæ mare.

Aqua *criminibus abluendis opportuna, Dei miſericordia.*

Dei miſericordia mari, *hominum peccata ſcintillæ comparata.*

In diuinæ miſericordiæ mare *nos ipſos proiiciamus.*

In aquis *miſericordiæ ſuæ diuitias vt Deus oſtenderit.*

In diuinæ miſericordiæ diluuio *qui mergitur ſaluatur.*

Dei clementia *erga nos etiam ex libris bellorum Domini, qui non extant collecta.*

Miſericordiæ ſuæ *magnitudine ad ſe omnes allicere Deus ſtudet.*

Calix *peccatorum punitio, quia non extra menſuram.*

Deus propitiatorium *erexiſſe legitur, non domum iuſtitiæ.*

Deus ſaluos faciendi, *Deus dicitur, non damnandi.*

In cælo Dei gladius ebriatus *Dei miſericordiam indicat.*

Diluuium, *quo terrarum orbis punitus, Dei miſericordiam affert.*

Dei pietas,& *clementia aliunde collecta.*

In tribulationis tenebris miſericordiæ diuinæ lux *ſemper apparet.*

Deus, qui nunc pius & clemens *potentiam ſuam, & iram tandem exeret.*

Quò maior Dei miſericordia, *eò magis timenda eius* iuſtitia.

VTilis aqua, criminúmque maculis abluendis opportuna, Dei miſericordia eſt. Rectè hoc voluit Dauid, cùm diceret Pſal.50. *Dele iniquitatem meam*; Delendi vim expendebat noſter Agellius hic dum ait: *Dele iniquitatem meam; vbi proprietas animaduertenda eſt, ſic namque* DELERI SIBI *iniquitatem poſtulat, tanquam ſi in tabulis, ac libris deſcripta ſit, è quibus Dei miſericordia atque miſeratione, velut aquis quibuſdam abolenda eſt.* 996.

Aqua criminibus abluendis opportuna, Dei miſericordia.
Pſalm.50.
Agell.

Diuina miſericordia mare eſt, peccata omnia ſcintilla quædam ſunt, ſi huic mari comparentur; hoc ſi quis cogitauerit, licet multis ſceleribus corripiatur, fiduciam tamen, & ſpem veniæ obtinendæ non ponet: Scitè Albertus Magnus ſerm.in Dom.3.Aduentus. *Tanta eſt diuina* MISERICORDIA, *quòd reſpectu eius omnia peccata hominum, quantacunque ſint, vel qualiacunque ſint, quaſi ſcintilla in medio* MARIS, *& hoc debet ſpem facere homini verè pœnitenti.*

Dei miſericordia mari, hominū peccata ſcintillæ comparata.
Albert M.g.

Ferunt Philoſophum, cùm fontis cuiuſdam originem capere non poſſet, in eum ſe iecitſe, inquiens, *quia ego te capere non poſſum, tu me cape*; Sanctius id in diuinæ miſericordiæ fonte, ac mari, vtiliuſque præſtetur, cùm intellectus humani imbecillitas eius immenſitatem capere nequeat, præſtabit, ſi ſe quiſque in illud conijciat: hinc illud ſancti Chryſoſtomi homil. 22. ad populum Antiochenum. PROIICIAMVS NOS *ipſos in* MARE *miſerationum Dei.*

In diuinæ miſericordiæ mare nos ipſos proiiciamus
S.Chryſoſt.

In aquis vberem miſericordiæ aquam Deus indicauit, cum quadraginta dierum numero fieri diluuium voluit, qui ſex tantùm diebus vniuerſum condiderat, vt ſe promptiorem exhibendæ miſericordiæ eſſe oſtenderet, quàm iræ. Benè Oleaſter in cap.7. Geneſis hæc habet: *Fuit diluuiū quadraginta dies.* SEX DIEBVS CVNCTA CREAVERAT, *quæ* QVADRAGINTA DELET, *vt oſtendat quàm difficile illi ſit peccatores punire.* 997.

In aquis miſericordiæ ſuæ diuitias vt Deus oſtenderit
Oleaſt.

Diluuio omni maius eſſe diuinæ miſericordiæ diluuium non eſt dubium: in hoc diluuio qui mergitur ſaluatur: nequeo hîc ſupprimere quæ habet ad hanc mentem noſter Agellius in Pſal. 102 ad illud: *Secundum altitudinem cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes eum:* ait enim: CORROBORANDI *autem verbum adhibuit,*

In diuinæ miſericordiæ diluuio qui mergitur, ſaluatur.
Pſal. 102.
Agell.

adhibuit, non eâ ſignificatione, vt fortem eſſe miſericordiam ſignificaret, ſed vt altam eſſe, & eminere indicaret. Tantùm, inquit, altior eſt, & eminet ſuper timentes eum Dei miſericordia, quantum à terra cælum diſtat, & eminet. Sic dixit in Geneſ. vt in Hebr. eſt. Quindecim cubitis corroborata fuit aqua ſuper montes, quos operuerat; nimirum altior fuit quindecim cubitis. Ergo hîc quoque confirmata eſt miſericordia eius ſuper timentes eum, tantundem eſt, atque altior fuit, ita vt penè diluuio quodam eius miſericordia MERGANTVR, *& eos abyſſus illa diuina clementia abſorbeat.*

998. *Dei clementia erga nos etiam ex libris bellorum Domini, qui non extant collecta.* Oleaſt.

Libri bellorum Domini in diuinis litteris mentio fit: ſed liber iſte non extat: non caſu hoc factum, ſed diuino conſilio, vt ſcilicet ſuam nobis clementiam Deus commendaret: Peritè Oleaſter in cap. 21. Numer. *Et fortè ideo voluit hunc bellorum librum perire, vt ſolum nunc iactaret* OPERA MISERICORDIÆ *qua in humanitate fecit pro noſtra ſalute: non enim in Euangeliis legis qualiter debellauerit homines hoſtes, ſed qualiter ab infinitis, & incurabilibus morbis inimicos homines peccatores ſanauerit. Conſidera etiam quantùm memoriæ commendare debeas beneficia, &c. & poſtquam vides eum librum ſcribi bellorum ſuorum, &c.*

Miſericordiæ ſuæ magnitudine ad ſe omnes allicere ſtudet Deus. Matth. 18. 24. B. Eucher.

Quocunque nos vertamus diuinæ miſericordiæ inſignia videmus. *Matth.* 18. 24. Rex ille, qui rationem ponere volebat cum ſeruis ſuis, ab illo exordium rationis ſubducendæ ſumpſit qui decem millia talenta debebat: quare oſtendere miſericordiæ ſuæ magnitudinem Deus volebat, plura, & maiora peccantibus ignoſcens, vt hoc exemplo, qui minus deliquerant ad pœnitentiam allicerentur: Præclarè Beatus Eucherius ſerm. in Dom. 22. poſt Pentecoſt. *Ille autem vnus, qui decem millia talenta debebat, quis alius intelligitur, niſi omnes illi, qui plus cæteris in omnibus peccant? Sed quare cum hoc prius rationem Dominus ponere voluit, niſi vt huius exemplo cæteri intelligerent quid in ſuis rationibus reſponderent, & quantam ſpem habere potuiſſent? Si enim ei, qui plus cæteris debebat, quoniam ſe humiliauerat, omne debitum Dominus dimiſit, quanto magis aliis, qui non tantum peccauerunt, ſi dignè pœnituerint omnia peccata dimittet?*

999. *Calix peccatorum punitio, quia non extra menſuram.* S. Auguſt.

Cùm de peccatorum punitione agitur, calicis nomen adhibetur in ſacris litteris, vt ſciamus modum, ac menſuram non excedere diuinam pietatem in ſuppliciis, qui in præmio menſuram neſcit: hunc loquendi modum notat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 11. *Calix tuus inebrians quam præclarus eſt. Inebriabuntur enim ab vbertate domus tuæ.* CALICEM *autem propterea puto appellatum*, NE QVID PRÆTER MODVM, ATQVE MENSVRAM, VEL IN IPSIS PECCATORVM SVPPLICIIS *per diuinam prouidentiam fieri arbitremur.*

Deus Propitiatorium erexiſſe legitur non domum iuſtitiæ. Exod. 15. Oleaſt.

Dei pietatem illud probat, quod in diuinis litteris legamus illum Propitiatorium erexiſſe, non domum iuſtitiæ: id quod opportunè expendebat Oleaſter in cap. 15. Exod. *Facies propitiatorium: legimus nuſquam Deum in hoc mundo inſtituiſſe* DOMVM IVSTITIÆ, *quare hos puniret, aut ſaltem iudicaret, ſed cùm ſis clemens, quâ peccatis noſtris propitiaretur, inſtituit, non vnicam, ſed penè infinitas,* QVOT ENIM SVNT ECCLESIÆ, TOT SVNT PROPITIATORIA.

1000. *Deus ſaluos faciendi Deus dicitur non damnandi.*

Aliunde miſericordiam Dei ex diuinis litteris colligimus, quòd in diuinis litteris *Deus ſaluos faciendi* dicatur, non facilè Deus damnandi, licet tanquam iuſtus Iudex noſtris id criminibus exigentibus damnare peccatores reſipiſcere nolentes cogatur; Beatus Thomas à Villanoua conc. 1. de iudicio, expendens illa Dauidis verba Pſal. 67. v. 21. *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis*; hæc habet ad noſtrã mentem: *Audite Pſalmographum mirabiliter confidentem: Deus, inquit, noſter Deus ſaluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Ita eſt profectò* DEVS SALVOS FACIENDI, NON DAMNANDI: *ab ipſo enim non mors, ſed exitus mortis.* Pſal. 67. 21. B. Thom. à Villan.

In cælo Dei gladius inebriatus Dei miſericordiam indicat. Oleaſt. Iſa. 34.

Ex eo quod in cælo dicatur Dei gladius ebriatus, Dei miſericordiam & pietatem ita colligebat Oleaſter in cap. 34. Iſaiæ: *Quoniam* INEBRIATVS *eſt in cælo gladius Domini. Sed quare prius in cælo ſanguine iugulandorum inebriatur, quàm in terra? Conſidera pietatem Dei, qui non prius ad vindictam deſcendit, quàm* SANGVINE IRRITETVR VISO. *De quibuſdam Elephantibus in libro Machabæorum legis, quod ad bellum ſanguine mori irritentur, quo commoti multos occidebant. Diſcant etiam ex hoc loco iudices terræ, non prius procedere ad faciendam vindictam, quàm eam apud ſe repræſentent, & expendant.*

1001. *Diluuium, quo terrarum orbis eſt punitus, Dei miſericordiam offert.* S. Chryſoſt.

Puniturus orbem vniuerſum, quem ſcelera non corripuerant tantùm, ſed corruperant, & ſepelierant, diluuium immittere Deus cogitauit; & miſit, & omnes homines aquis merſit, iis exceptis, quos in arca ſaluauerat: In aquis diuinæ miſericordiæ lux elucet; poterat homines tollere grauiore ſupplicio, mitius hoc elegit, vt in diluuio quoque diuinæ miſericordiæ & pietatis diluuium appareret: huc ſpectabat ſanctus Chryſoſtomus homil. 25. in Geneſim, qui hanc rem expendens ait: *Sed cur* AQVA *tollere mundum voluit? & hic puniendi modus nonne omni* MISERICORDIA PLENVS EST? *vt abſque dolore, atque cruciatu ſupplicij loco vitam deponas quanta fuerit ſapientiæ, & bonitatis.*

Dei pietas, & clementia aliunde collecta. Oleaſt.

Dei miſericordiam in hunc modum colligebat Oleaſter in cap. 8. Geneſis: De eo pulchrè ſanctus Iſaias aſſerit cap. 41. *Prædicat annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro, vbi vides vltionem* DIE *claudi, placationem verò ad* ANNVM VSQVE DVRARE: quod etiam cap. 54. confirmauit dicens: *In momento indignationis abſcondi faciem meam à te, & in miſericordiis ſempiternis congregabo te.*

In tribulationis tenebris miſericordiæ diuinæ lux ſemper apparet. S. Auguſt.

In tribulationis quoque tenebris ſemper miſericordiæ diuinæ lux apparet: in hunc modum explicat ſanctus Proſper ex ſent. ſancti Auguſtini num. 131. dum ait: *Cùm Deus permittit, aut facit, vt aliquâ tribulatione vexemur, etiam tunc* MISERICORS EST: *quia excitans fidem, & differens opem, non auxilium negat, ſed deſiderium mouet.*

1002. *Deus, qui nũc pius & clemens, potentiam ſuam, & iram tandem exeret.* Apoc. 1. 4. Rich. Vict.

Extuli Dei miſericordiam, vt nullus deſperet: nollem tamen aliquos Dei pietate abuti, & eò magis impios contra Deum reddi, quò magis Deus eſt pius erga illos. Pius eſt, ſed ſimul iuſtus: ſæuior erit cùm iudicabit, quò clemens nunc, dum expectat, & beneficiis ſuis nos, vt ita dicam, obruit: Acutè obſeruat Richardus in Apocalypſ. cap. 2. Ioannem in ſalutatione dixiſſe: *Gratia vobis, & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt*: Apoc. 1. verſ. 4. Paulò verò pòſt eandem formulam adiiciens, *omnipotentis* titulum adiecit: verſ. 8. *Ego ſum Alpha & Omega, Principium, & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens*: cur iſtuc epithetum nunc addidit, quod prius omiſerat? an vt tectè innueret Dei in ſæuiendo potentiam

experturos poſtea, qui eius pietatem nunc contemnunt? Richardi verba hæc ſunt: *Notandum quòd in ſalutatione, vbi iſta verba, videlicet, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, poſuit, nequaquam* OMNIPOTENS *adiecit. Hoc autem loco poſt eadem verba omnipotens poſuit. Illic etenim in ſalutatione, vbi de beneficiis diuinis dicere voluit, ne erga largitorem noſtra dilectio ex terrore omnipotentiæ illius minui poſſet, omnipotens tacuit. Quod hic vbi de aduentu eius, & de vltimi diſtrictione iudicij dixit* AD INCVTIENDVM CONTEMPTORIBVS, ET NEGLIGENTIBVS TERROREM *in fine terribiliter exclamauit: Omnipotens, quaſi dicat: Qui modo benignus eſt per pietatem largiendo gratiam, ipſe in fine terribilis per omnipotentiam apparebit in contemptores faciendo vindictam.*

Quò maior Dei miſericordia eò magis timenda eius iuſtitia. B.Laur.Iuſt.

Magna Dei miſericordia eſt, ſed quò maior eſt miſericordia, eò magis timenda eius iuſtitia: Rectè Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de timore: *Conſideratio miſericordiæ Dei, quam nobis exhibet in præſenti, quæ eſt* INDICIVM *magnitudinis iuſtitiæ, quam exhibebit in futuro: incutere ergo debent eius dona timorem, non quia incutiant eius minæ*, vt timendum de illius ſalute ſit, qui in Dei beneficiis Deum non timet, & in miſericordiæ pignore non videt iuſtitiæ inſigne, & indicium.

EXCVRSVS LXXXII.

Tribulationum fluctus, & tempeſtates forti animo ferendæ.

Tribulationis aqua *neceſſaria, ne terrenæ voluptatis vinum nos inebriet.*

Tanquam piſces *eſſe debemus tribulationum fluctibus mergi neſcij.*

Quod aqua piſcibus, *hoc iuſtis tribulatio.*

Aqua *afflictionis vtilitatem vt doceat.*

Tribulationum aquæ *animam firmant, vt aquæ ferrum candens.*

Myricæ *pares qui tribulationum aquâ necantur.*

In tribulationum aquis *grandiores non tantùm videmur, ſed euadimus.*

Cuiuſque excellentia *&* magnitudo *ex tribulationibus, quas ſuſtinet, potiſſimè colligitur.*

Tribulatio homines vitiis euacuat, *Deique gratiâ implet.*

Plerique pares vnionibus, *qui in tribulationum aquis molles, & obſequentes, duri extra illas ſunt.*

Qui excipiendus adueniens tribulationis fluuius?

In tribulationum aquis *rectus & integer fit, qui fractus, & detorſus erat.*

Peccati amaritiem tribulationis aqua *tollit.*

Tribulatio noſter pædagogus.

In tribulatione ad interiora *ab exteriori ſtrepitu eundum.*

Sub tribulationis nouacula *impatientia maximè noxia.*

Labores, & tribulationes, quas quis ne Dei fidem *negaret, tulit, quàm Deo gratum.*

Manum verberantis *quinam oſculentur?*

Merces pro verberibus *ſoluta.*

Dum flagellis à Deo caſtigamur, *manum debemus oſculari.*

Tanquam ſtimuli *calamitates nobis immittuntur.*

Pæna, & tribulatio guttatim fluit, *gloria torrens inundans eſt.*

Sui nos memores eſſe *vult Deus dum tribulationibus exagitat.*

AQua tribulatio eſt; aqua contumelia, & infamiæ nota, quæ vtilis iuſtis eſt, & plerunque neceſſaria: aqua viua miſceri ſolet ebrietati impediendæ, ſic & per infamiæ aquam gloriæ vinum temperatur, auertendæ ebrietati. Feſtiuè rem tetigit ſanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 8. *Magna*, inquit, *& mirabilis, & omni acceptatione digna eſt miſericordia Dei, quæ per malos quandoque contra iuſtos duras, & graues infamias ſuſcitare permittit, vt per* AQVAM INFAMIÆ VINVM NIMIS GLORIOSI NOMINIS TEMPERETVR *ne iuſti mens inquirat ſpiritualem ebrietatem, vnde deuiare habeat a vero lumine veritatis.* 1003.

Tribulationis aqua neceſſaria, ne terrena voluptatis vinum nos inebriet. S.Bern.Sen.

Tanquam piſces eſſe debemus tribulationum fluctibus mergi neſcij.

Mundi huius mare variis tribulationum fluctibus agitatur, noſtrum eſt piſces referre, qui nihil mali, nihil periculi, aut incommodi à fluctibus patiuntur, quia cadunt in ipſis fluctibus, vndarum voluminibus: Peritè ſanctus Ambroſius lib. 5. de Sacramentis cap. 1. *Ergo tibi ſeculum hoc* MARE *eſt. Habet diuerſos fluctus, vndas graues, ſæuas tempeſtates, & tu* ESTO PISCIS, *vt ſeculi te vnda non mergat.*

Quod aqua piſcibus, hoc iuſtis tribulatio.

Piſces in aquis viuunt, extra aquas moriuntur, iuſti quoque in tribulationum aquis vitam reperire videntur, vt ſine illa viuere vix poſſint. Ad hanc mentem Beata Ida de Niuella vt habetur in eius vita cap. 32. dicere ſolebat: Sicut nec piſces viuere poſſunt ſine aqua, nec aues abſque aere, ſic nec ipſa ſine perſecutione. Vnde tribulationibus carens adibat querula Dominum, & dicebat: *Quare, mi dulciſſime, tam diuturno ſomno dormis, & me ancillam tuam vexationibus tribulationum carere permittis?* Quam aliena à mundanorum mente hæc mens eſt, hæc verba ſunt? cùm in querelas amatas illi fere erumpant, qui tribulationibus vexantur, non verò cùm à tribulationibus eximuntur.

Aqua, quæ ſubſidet, nec mouetur, aut excurrit, ab ea bonitate, & perfectione abit, quâ prædita illa eſt quæ fluit, marceſcit enim quæ non mouetur: etiam ille, qui tanquam aqua afflictionibus, & tribulationibus non agitatur, ſed torpet, & noxiâ quiete corripitur, eâ perfectione caret, quâ non careret, ſi moueretur: huc afferri poſſunt verba, quæ habet ſanctus Chryſoſtomus in Pſal. 14. AQVA *quæ conſiſtit, & non meat eſt noxia, ſed quæ mouetur, exhauritur, & per tubos, &* AQVÆ *ductus tranſmittitur, non ſolum ea eſt ſalubris, ſed & viſu, & tactu, & potu eſt iucundior, ſæpe etiam vicit naturam afflictio.* 1004.

Aqua afflictionis vtilitatem, vt doceat S.Chryſoſt.

Tribulationũ aqua animã firmant, vt aqua ferrum candens.

Tribulationes, aduerſitatéſque animo firmando conducere, aquæ ſimilitudine, quâ ferrum candens obdureſcit, explicabat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 23. GENEROSIOR REDDITVR ANIMVS *Philoſophi ipſâ laborum*

borum tolerantiâ, firmatióque periculis vti ferrum candens FRIGIDÆ ASPERSIONE.

Myrica pares, qui tribulationum aquâ necantur.

Aqua, quæ arbores ad vitam alit, myricam necare dicitur: Victor.in catena Græca cap.17. Ieremiæ ad illud: *Et erit quaſi myrica in deſerto* ait: *Myrica mori dicitur cùm imber ſuperuenerit*; tales illi ſunt, qui à tribulationum aquis non vitam, ſed mortem bibunt, dum nequiores fiunt; quia tribulationibus perpluuntur.

In tribulationum aquis grandiores nõ tantum videmur, ſed euadimus.
S.Chryſoſt.

Quæcunque in aquis videntur, maiora, quàm verè ſint, apparent, & pulchriora; at tribolationum aquis opertus non maior taotùm appatet, ſed verè fit: euincit hoc, quod habet ſanctus Chryſoſtomus homil. 66. ad populum: *Dauid quando* MIRABILIS FVIT, ET GLORIOSVS? NONNE DVM IN TENTATIONIBVS FVIT? *Abſalom autem quando fugiebat nonne modeſtus erat? poſtquam autem rediit, & tyrannus, & patricida factus eſt?*

1005. Cuiuſque excellentia, & magnitudo ex tribulationum aquis, quibus preſſus fuit, colligi ita poteſt, vt vix aliunde melios, certiuſque. Pendo hic illud, quod habetur cap.7.Apoc.vbi cùm facta eſſet hæc interrogatio, quæ duo membra complectitur; *Qui ſunt, & vnde venerunt*: vnicâ reſponſione vni reſponſionis membro ſatisfit, de alio nihil dicitur; *Hi ſunt*, inquit, *qui venerunt ex magna tribulatione*: Habemus vnde venerint; ſed cur nobis non aperitur quinam fuerint, cur nobis illorum dignitas, nobilitas, virtutes cæteræ non explicantur? an ſatis erat ad hæc omnia ſignificanda dici, illos ex tribulatione magna venire? nam verè magnus eſt, qui ex tribulatione magna fuit, ab illa abierit vt victor, non in illa ſuccumbens vt victus. *Ex* TRIBVLATIONVM *perpeſſione aduenientium excellentia*, ET DIGNITAS QVÆ SIT CONIICERE CVIQVE LICEBIT, *vt non fuerit neceſſe explicare quinam fuerint.*

Cuiuſque excellentia & magnitudo ex tribulationibus quas ſuſtinet potiſſimè colligitur.
Apoc. 7.

Anon.
Tribulatio homines vitiis euacuat, Dei gratiâ implet.
S.Auguſt.

Magnos facit tribulatio, cùm homines vitiis euacuet, Dei gratiâ, cæteriſque virtutibus impleat. Sancti Auguſtini hæc ſunt verba in Pſal. 55. *Ad hoc exagitat* TRIBVLATIO, *vt exinaniat vas, quod plenum eſt nequitiâ, & impleatur gratiâ.*

Plerique pares vnionibus, qui in tribulationũ aquis molles, & obſequentes, duri extra illas ſunt.
Per Berch.

Plerique pares vnionibus ſunt, in aquis molles flexibileſque ſunt, extra aquam obdureſcunt; & illi in tribulationum fluctibus mites, diuiniſque monitis obſequentes fiunt, extra haſce aquas duritiem contrahunt, vt frangi nequeant. Pharao in tribulationibus mollis euadebat, vt rogari pro ſe peteret, Exod.8. ab his aquis vix extractus durus fiebat, vt diceretur: *Induratum eſt cor Pharaonis.*

Et non vniones referunt, qui in infirmitatis lecto, velut in fluminis ſinu ad Deum conuertuntur, qui extra illum ſuæ ſalutis obliti, in ſceleribus obduruerant? Benè, & ad noſtram mentem opportunè Petrus Berchorius lib. 19. Reductorij moralis, vbi ita philoſophatur: *Margarita in* AQVA *mollis eſt, maximè dum eſt in viſcere matris*, DVRATVR *autem euiſcerata: tales ſunt mali, quia pro certo dum ſunt* IN AQVA TRIBVLATIONVM, *molles, & benigni ſunt, ſi verò inde extracti fuerint, per obſtinationem protinus indureſcunt.*

1006. Qui excipiendus adueniens tribulationis fluuius ſit, à ſancti Auguſtini mente habemus, qui in Pſalm. 55. ait: *Quaſi* FLVVIVS VENIT TRIBVLATIO, *in petra te inueniat, impingat, non deiiciat.*

Qui excipiendus adueniẽs tribulationis fluuius.
S. Auguſt.

Nouarini Nuptiales Aquæ.

Baculus ſi aquas vnâ parte ſulcat, & alterâ extra aquas emineat, fractus apparet & prauus: cõtrà in tribulationis aquis accidit, in illis quippe, qui prauus, & fractus erat, rectus, integerque non apparet tantùm, ſed verè fit.

In tribulationum aquis rectus, & integer fit, qui fractus, & detortus erat.

Lupini amari, ac aquâ macerati, dulces, & mites redduntur, alioquin inſuaues: peccati amaritiem à nobis tollit tribulationis aqua, diuinæ gratiæ dulcedine nos beat.

Peccati amaritiem tribulationis aqua tollit.

Tribulationem pædagogi nomine donat ſanctus Chryſoſtomus homil. 62. PÆDAGOGVS AVTEM, inquit, *noſter tribulatio*: & hom.42 in Acta Apoſtolorum. *Noſter* PÆDAGOGVS *eſt afflictio. Igitur tribulationem futuram ne nobis aſciſcamus, præſentem ſtrenuè feramus.*

Tribulatio noſter pædagogus.
S.Chryſoſt.

Vtilis tribulatio erit, ſi in illa ſtatim ad interiora mentis feramur, relictis externis; à probo calamo, probum monitum eſt; ſanctus Auguſtinus in Pſalm.34. ita loquitur, ita ſentit. *Nullum maius, nullum melius negotium eſt in* TRIBVLATIONE, *quàm recedere ab eo ſtrepitu, qui foris eſt: & ire in interiora mentis ſecreta, ibi Deum inuocare, vbi nemo videt gementem, & ſubuenientem.* 1007.

In tribulatione ad interiora ab exteriori ſtrepitu eundum.
S. Auguſt.

Sub tribulationis nouacula, impatientiâ, & indignatione corripi quanti ſit periculi, ſic explicat Beatus Vibertus de malis impatientiæ cap.44. *Cùm autem* TRIBVLATIO QVÆDAM SIT RASVRA, *talis quiſque quando per hunc modum raditur quietus ſedeat, ne ſi ſub raſorio inſolenter ſe mouerit, peius malum per impatientiam ſic incurrat.*

Sub tribulationis nouacula impatientia maximè noxia.
B.Vibert.

Labores, quos quis tribulatione preſſus fortiter fert, ne Dei fides negetur, néve ab eius ſe obſequio ſubducat, quam Deo grati ſint, explicari vix poteſt: conatur id oſtendere ex Dei mente Moſes: quod in hunc modum ferebat Oleaſter in cap.35. Iſaiæ: *Legiſti, ni fallor, filios Iſrael, cùm Dominum in monte viderunt*, LATEREM *Sapphirini lapidis ſub eius pedibus vidiſſe, vt illis oſtenderet*, QVANTI LATERES, *quos in Ægyptia ſeruitute, ne eius negarent fidem, coacti conficiebant*, FACERET.

Labores, & tribulationes, quas quis ne Dei fidem negaret, tulit, quàm Deo gratum.
Oleaſt.

Dum flagellis à Deo caſtigamur, Dei manum debemus oſculari, & flagellis nos cædenti gratias agere: nollem à Turcis. cùm in excipiendis ictibus à ſuis Dominis patientiâ ſuperari: nequeo hic illud ſupprimere, quod de illis refert Augerus Buſbequius epiſt.3. *Eſt verò cum primis admirabilis Turcarum in accipienda caſtigatione patientia, in ſuris, in ſoleis, in natibus, ſæpè vltra centum plagas excipiunt, vt plures cornei fuſtes nonnunquam confringantur, & illo identidem ſit opus. Cedo alterum, ac tametſi in promptu ſint remedia, fit tamen aliquando, vt plures libræ vitiatæ carnis, è locis illis contuſis ferro circumcidendæ ſint. Nihilominus adire eum, cuius iuſſu caſi ſunt*, ET MANVM DEOSCVLARI, ET GRATIAS AGERE COGVNTVR, ET LICTORI PRO SINGVLIS VERBERIBVS CERTAM MERCEDEM SOLVERE. *Nam fuſtem quidem illi, quo caſtigantur, ſacrum habent, nec dubitant primum delapſum cælo credere, non minus quàm Romani ſua ancilia.*

Dum flagellis à Deo caſtigamur, Dei manum debemus oſculari.
Aug. Buſ.

Manum verberantis quinam oſculentur?

Moreet pro verberibus ſoluta.

Etiam ab externa ſchola Seneca calamitates nobis tanquam ſtimulos à Diis admoueri dicebat. Sunt enim hæc illius verba, *cur bono viro mal* cap.4. Nolite obſecro vos, expaueſcere iſta, quæ Dij immortales velut ſtimulos admouent animis. *Calamitas* VIRTVTIS OCCASIO EST, *illos meritò quis dixerit miſeros, qui nimiâ felicitate torpeſcunt:* 1008.

Tanquam ſtimuli calamitates nobis immittuntur.
Seneca.

Pœna, & tribulatio guttatim fluit, gloria torrens inundans eſt. S. Bern.

Maior gloria eſt, quàm pœna; grandius præmium, quàm tribulatio, per quam ad illud peruenitur; pœna guttatim fluit, gloria torrens inundans eſt. Scitè Sanctus Bernardus ſerm. de fallaciis vitæ præſentis: GVTTATIM POENA BIBITVR, *quando ſumitur, per minutias tranſit, nam remuneratione torrens eſt voluptatis, & fluminis impetus, torrens inundans lætitiæ, flumen gloriæ, & flumen pacis.*

Sui nos memores eſſe vult Deus, dum tribulationibus exagitat. 2. Reg. 14. Oleaſt.

Sui nos memores facere intendit Deus; dum nos rebus aduerſis exagitat, & exercet, id quod ſic colligebat Oleaſter in cap. 26. Iſaiæ. *Nolebat Ioab loqui ad Regem pro Abſalom, neque pro eo preces fundere, qui ſeruis ſuis præcepit agrum eius incendere, vt incendio agri commotus, pro eo apud Regem intenderet. Sic Dominus ſanctos ſuos, ſui memores facit, cum corpora incendit, bona ſubtrahit, & mala immittit:* quæ hoc minùs mala verè ſunt, quò ad maius nos bonum vocant, ad boni ſcilicet omnis fontem, & auctorem.

EXCVRSVS LXXXIII.

Vtilis tribulationis calix, magna tribulationis commoda.

Libens temporalis tribulationis poculum bibat, *qui gehennæ ignem timet.*

Magnum etiam in magnis *tribulatio.*

Qui in tribulationibus, à tribulationibus liberari *non facilè quærat.*

Viri magni cùm premuntur *ſe ipſis* maiores *fiunt.*

Tribulationibus ſuis non frangit *Deus, ſed ad patriam deducit.*

Vitæ libertatem *cogitet, qui ærumnis afficitur.*

Tribulationes, & aduerſitates compendioſa *ſanctitatis via.*

Magnum in tribulatione donum *delitescit.*

Chriſtiani nota, & character *tribulatio.*

Hoc tribulationibus debemus, *vt Dei in nobis auxilium ſentiamus.*

Tribulatio diuina *quadam pollet* auctoritate.

Tribulatio vitæ reformandæ *opportuna.*

Gloriam noſtram, & vtilitatem *Deus ſpectat, dùm nobis tribulationes immittit.*

Afflictionum tolerantia *homines euehit.*

Tribulatio diuinæ gratiæ *inueniendæ.*

Tribulationis vtilitas *vt probata.*

In tribulationum tenebris *diuina miſericordia elucet.*

Tribulationibus experitur *Deus, an ei ex corde ſeruiamus.*

Tribulatio animæ frænum.

Dulcis patientiæ ſonus *in Dei auribus, cùm tribulationibus afficimur.*

Tribulationibus Deus homines afficit, *vt reficiat.*

In tribulationum fornacem *nos Deus mittit, vt nouam induamus formam.*

In tribulationis fornacem *mittimur vt coquamur, non vt frangamur.*

CAlix ad tribulationem ſignificandam elegantiſſimè transferri, notius eſt, quàm vt 1009.
indigeat pluribus confirmari; hunc calicem, hoc poculum libens bibit, qui æternas pœnas cogitat, & timet: nimirum ſuauis omnis tribulationis amaritudo eſt, gebennam cogitanti; Opportunè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 68. *Nam & hic deliciæ temporales dulces ſunt, & tribulationes temporales amaræ ſunt.* SED QVIS NON BIBAT TRIBVLATIONIS TEMPORALIS POCVLVM, METVENS IGNEM GEHENNARVM? Sed vt plura de tribulatione, tribulationiſque vtilitate, & commodis afferamus, ferat lector extra calicis quoque metaphoram nos ferri

Libens temporalis tribulationis poculum bibat qui gehennæ ignē timet. S. Auguſt.

Magnum quid eſt tribulatio, ſed quod maius etiam magnis. Sanctus Chryſoſtomus hom. 54. ad populum ita arguit: *Si magnis & mirabilibus viris* MAGNVM QVID EST TRIBVLATIO, *multò magis nobis.*

Magnum etiā in magnis tribulatio. S. Chryſoſt.

Qui tribulationibus obſepitur, liberari non quærat ab illis, ſtudeat illis proficere; Dauidis verba ſunt Pſalm. 137. *Si ambulauero in medio* TRIBVLATIONIS *viuificabis me*; non ait *liberabis me*, ſed *viuificabis.* Ambulemus per illas, non fugiamus ab illis; Egregiè ſanctus Auguſtinus hæc: *Non ſic ait*, inquit, *tanquam diceret, ſi fortè venerit* TRIBVLATIO *aliqua liberabis inde me. Sed quomodo?* SI AMBVLAVERO IN MEDIO TRIBVLATIONIS VIVIFICABIS ME, *id eſt, aliter non viuificabis me, niſi in medio tribulationis ambulauero Væ ridentibus, beati lugentes, &c.* Hæc ille; non ſtare ſed ambulare debes non in tribulatione ſolùm, ſed in medio.

Qui in tribulationibus, à tribulationibus liberari non facilè quærat. S. Auguſt.

Viri magni cùm premuntur ſe ipſis maiores 1010.
fiunt; De Paulo hæc habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 66. ad popul. *Cùm Paulus in carcerem cecidit, tunc illa fecit mirabilia: cùm naufragatus eſt: & in barbaram eiectus regionem:* TVNC MAXIMÈ GLORIFICATVS EST: *cùm vinctus forum intrauit, tunc vicit & Iudicem.*

Viri magni cùm premuntur ſe ipſis maiores fiunt. S. Chryſoſt.

Frangere nos tribulationibus Deus videatur, non frangit, ſed ad domum ſuam ducit; illud Pſalm. 55. *In ira populos confringes*; legit ſanctus Auguſtinus: *in ira populos deduces*, quæ videbatur fractio, deductio eſt; ad ſe vrget, dum premit: audiendus ſanctus Pater: *Iraſcitur pater filio contemptori præceptorum ſuorum: iratus ei, eum colaphizat, cædit, aurem vellit, manu trahit, ad ſcholam ducit: In ira populos deduces. Quàm multi ingreſſi ſunt, quàm multi impleuerunt domum Domini in iracunds* DEDVCTI, *id eſt,* TRIBVLATIONIBVS *territi, & fide impleti.*

Tribulationibus ſuos non frangit Deus, ſed ad patriā deducit. Pſal. 55. S. Auguſt.

Præſentis vitæ labores, ærumnæque ad puræ libertatis amorem vocare nos debent; olim qui liberi fiebant alapâ percutiebantur; hic nos duris percutimur, & aduerſis, vt ſpiritus libertatem cogitemus, indipiſcamur; huc illud flecto, quod habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 64. ad populum: *Propterea*, inquit, *Deus præſentem vitam nobis fecit laborioſam, vt ab illa nos abſoluat ſeruitute, & ad puram libertatem perducat. Propterea pœna quoque minatus eſt, & vita noſtra labores conſtituit, laſciuiam reprimens.*

Vitæ libertatē cogitet qui ærumnis afficitur. S. Chryſoſt.

Tribulationes, aduerſitates, dolores compen- 1011.
dioſa, vt ita dicam, ſanctitatis via ſunt: hoc in

(*Tribulationes aduerſitateſque compenſant breuitatem vitæ ſanctorum. P. Io. Eu. lib. 2. cap. 9.*)

hunc modum bonus quidam auctor colligebat: *In hoc mortalitatis ſtatu non minores ſancti ſunt, poſtquam redemit nos filius Dei, quàm in ſtatu innocentiæ forent: quare æqualiter ſiunt ſancti in breuiſſima vita ac fuiſſent per plura ſæcula annorum, ſi immortales homines permanſiſſent.* COMPENSANT MVLTITVDINEM ANNORVM MVLTITVDO ÆRVMNARVM CVM GRATIA IESV. *Copioſior fuit Chriſti redemptio, quam præuaricationis damnum: & tamen noluit Chriſtus neceſſitatis, carniſque moleſtias auferre, nec affectuum rebellionem penitus tollere, ne materiam merendi compendioſam prædeſtinatis ſuis ſubtraheret; vt illos citiùs Redemptor præſentaret ante faciem Patris, æquis aut maioribus meritis, ac per multa alioqui ſæcula acquirerentur.*

(*Magnum in tribulatione bonum delitescit. S. Chryſoſt.*)

Magnum in tribulatione bonum deliteſcit; ſanctus Chryſoſtomus hoc notabat hom. 66. ad populum, vbi hæc habet: *In mundo* TRIBVLATIONEM *habebitis: tanquam magnum* NOBIS BONVM RELINQVENS. *Itaque ſi diſcipulus es, anguſtam, & aſperam incede viam, nec ægrè feras, nec indigneris.*

1012. (*Chriſtiani nota, & character tribulatio. S. Auguſt.*)

Chriſtiani notam, & characterem tribulationes eſſe, non eſt quod vocemus in dubium: verba ſunt ſancti Auguſtini in Pſal. 55. *Si putas te non habere* TRIBVLATIONES, *nondum cœpiſti eſſe Chriſtianus, & vbi eſt vox Apoſtoli; omnes qui volunt in Chriſto piè viuere perſecutionem patientur? Si ergo non pateris pro Chriſto vllam* TRIBVLATIONEM, *vide ne nondum cœperis in Chriſto* PIE VIVERE.

(*Hoc tribulationibus debemus, vt Dei in nobis auxilium ſentiamus. S. Chryſoſt.*)

Hoc quoque debemus tribulationibus noſtris, quòd tunc maximè in nobis auxilium ſentiamus, quod notabat his verbis ſanctus Chryſoſtomus in Pſalm. 9. ad illud: *Adiutor in opportunitatibus, in tribulationibus*: an non vbique adiutor? cur ſignatè dixit *in tribulationibus*? quia in his præcipuè auxilium ſuum offert: *Eius ſemper opus habemus auxilio, ait Sanctus Pater, cùm nobis res ſecundæ. Tunc autem maximè* SENTIMVS AVXILIVM, QVANDO VERSAMVR IN AFFLICTIONIBVS.

(*Tribulatio diuina quadam pollet auctoritate. P. Io. Eu. lib. 1. cap. 18.*)

Hoc quoque ſingulare in tribulatione elucet, quod diuina quadam auctoritate polleat, ſæpè enim quod Dei verba non potuêre, non potuêre Dei inſpirationes, vna obtinet tribulatio: ſubcinit nobis pius ille auctor, cuius hæc ſunt verba: QVÆDAM DIVINA AVCTORITAS TRIBVLATIONI INEST, *vt efficacius ſæpè per illam ſpiret Spiritus ſanctus, quam per Prophetas, & ſacras ſcripturas: interdum verbis ſacris non rarò reſiſtimus, & monitionibus ſanctorum Patrum, & Doctorum; at tribulationes neſcio quomodo plauſum concilient Deo loquenti, vt ſtatim cedamus, & pareamus. Qui audire vult, percuſſione alicuius rei, ſono manu edito ſilentium, & auditorium ſibi conciliat: Sic Deus manu ſua percutiens nos reddit ſibi attentos. Reſiſtit Pharao Deo loquenti in ſeruo ſuo Moyſe: cedebat, & parebat affligenti in animali quouis minimo. Ieremiæ non obtemperabat populus donec in captiuitate reſipuit. Nemo ſurdus eſt nec durus tribulationi: Dei eloquentia eſt, & cathedra Spiritus ſancti, res ſacra eſt, & velut ara & thronus Dei, licet terribile ſit tribulari.*

1013. (*Tribulatio vitæ reformandæ opportuna. B. Laur. Iuſt.*)

Tribulationem vitæ reformandæ, innouandæque opportunam docet Beatus Laurentius Iuſtinianus de patientia cap. 1. *Sicut cera igni appoſita emollitur: & veterem imaginem deponens, nouam recipit, ita corda* AD IGNEM TRIBVLATIONIS *appoſita emolliuntur, deponunt priſtina vitia, & ſe reformant in nouum hominem.*

(*Gloriam noſtram & vtilitatem Deus ſpectat dum nobis tribulationes immittit. Didymus.*)

Gloriam noſtram Deus ſpectat, & vtilitatem, dum tribulationes nobis immittit; hinc Didymus in Cat. aur. Patrum Græcorum in Pſalm. 3. *Permittit Deus iuſtum à pluribus* AFFLIGI, *vt illi gloria quæ* TRIBVLATIONVM *magnitudine comparatur, ſtabilitatis occaſionem præbeat.*

(*Afflictionum tolerantia homines euehit. S. Chryſoſt.*)

Afflictionum tolerantiâ homines euehi ſic explicat ſanctus Chryſoſtomus in Pſalm. 141. ad calcem: *Quod victum, ac flaccidum eſt, & deorſum vergitur, ſi prematur ſurſum erigitur. Quod etiam accidit in hominibus. Qui enim facilè* FERVNT AFFLICTIONES, REDDVNTVR EXCELSIORES, *etiamſi ſint valde abiecti, terreni, & humiles, & ex iis magna commoda accipiunt.*

(*Tribulatio diuinæ gratiæ inueniendæ apta. S. Ambroſ.*)

Tribulationem, aduerſitatémque aptam diuinæ gratiæ inueniendæ ex eo quod ſponſæ accidit, colligit Beatus Ambroſius in Pſalm. 118. artic. 7. *Poſteaquam in foro, & plateis quæſiuit (ſponſa Chriſtum) incidit in eos, qui circumeunt ciuitates, & tunc demum potuit inuenire quod quæreret: fortaſſe, quod in* TRIBVLATIONE, ET METV POSITA MAGIS INVENIAT GRATIAM. Hæc ille.

1014. (*Tribulationis vtilitas vt probatur. S. Chryſoſt.*)

Tribulationum vtilitatem probabat in hunc modum ſanctus Chryſoſtomus hom. 45. ad populum. *Si benè viuentibus neceſſarium eſt* TRIBVLARI, *multò magis peccantibus. Vide ſaltem quantam nactus Pharao longanimitatem, extremas de omnibus dedit pœnas. Quantum Nabuchodonoſor præuaricatus, demum omnia perſoluit.*

(*In tribulationum tenebris diuina miſericordia elucet. S. Auguſt.*)

In tribulationum tenebris diuinam miſericordiam elucere ſic explicabat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 68. conc. 2. *Nec panis dulcis eſſet niſi fames præcederet, ergo quando Dominus permittit, aut facit, vt in tribulatione aliqua ſimus, etiam tunc miſericors eſt, non enim alimentum ſubtrahit, ſed deſiderium mouet.*

(*Tribulationibus experitur Deus, an ex corde ſeruiamus. Pſal. 10.*)

In periculis, tribulationibus, aduerſitatibus nos plerunque Deus relinquit, vt experiatur num ex corde ei ſeruiamus; hinc illud apud Dauidem Pſalm. 10. *Palpebræ eius interrogant filios pauperum*, cur palpebræ interrogant non oculi? quia oculos claudendo, & in neceſſitatibus nos pauliſper relinquendo, experitur, & probat, num vere eum diligamus.

1015. (*Tribulatio animæ frænum. S. Chryſoſt.*)

Tribulationes, afflictioneſque fræna quædam ſunt, quibus anima coërcetur, ne in ſuperbiam feratur; ſanctus Chryſoſtomus in Pſalmos Graduum apud ſanctum Anaſtaſium Sinaitam. q. 9. *Propterea tentationes, & afflictiones, & corpus mortale, & multi rerum caſus, & affectiones, & morbi, vt* FRÆNA *innumerabilia circumponuntur animæ, quæ facilè extollitur in ſuperbiam.*

(*Dulcis patientiæ ſonus in Dei auribus, cùm tribulationibus afficimur. S. Auguſt.*)

Dulcis patientiæ ſonus Dei auribus eſt, præſertim ſi tunc ad Deum emittatur, cùm tribulationes à Deo immittuntur; alioquin citharam frangit, ſoluit harmoniam, qui in tribulationibus deficit: Pulchrè ſanctus Auguſtinus in Pſal. 42. *Cithara*, inquit, *ſonabat ex inferiore quidem, ſed tamen dulciter. Omnis potentia dulcis eſt Deo. Si autem in ipſis* TRIBVLATIONIBVS *defeceris, citharam fregiſti.*

(*Tribulationibus Deus homines afficit, vt reficiat. Pſalm. 2. S. Hilar.*)

Tanquam vas figuli confringuntur homines à Deo, vt ait Regius Propheta Pſalm. 2. vt intelligeremus homines ita tribulationibus affici vt reficiantur, & reformentur: Opportunè ſanctus Hilarius in Pſalm. 2. *Non ait, tanquam* VAS CONFRINGES eos, *ne per teſtæ fragmentum irreformabile vas poſſet intelligi: ſed ait,* VAS FIGVLI, *quod in ipſa* ARTIFICIS MOLITIONE *vas*

fieret, vt ſecundum præfatum exemplum prompta eſſet confracti eiuſdem vaſis ex artificis voluntate reparatio.

1016. *In tribulationum fornacẽ nos Deus mittit, vt nouam induamus formam.* Oleaſt.

In aduerſitatum, & tribulationum fornacem nos Deus mittit, vt nouam induamus formam: Peritè Oleaſter in cap. 5. Deuteron. *Eduxit nos ex fornace ferrea ex Ægypto. Voluit Dominus Iehudæos* NOVOS HOMINES FACERE, *ideo in fornacem ferream Ægypti concluſit & immiſit: Sed ipſi adhuc terrena ſapiunt, & non quæ Dei ſunt. Vtinam Domine Deus me dignareris* IN FORNACEM MITTERE *vt inde me nouum extraheres hominem: qui te ampliùs non offenderet.*

In tribulationis fornacem mittimur, vt coquamur, nõ vt frãgamur. S. Auguſt.

In tribulationis fornacem nos coniicit, non vt vas frangatur, ſed vt coquatur; hinc illud ſancti Auguſtini in Pſalm. 93. *Non enim fruſtra dictum eſt: Fidelis Deus qui non ſinit vos tentari ſupra quàm poteſtis ferre, ſed faciet cum tentatione etiam exitum, vt poſſitis ſuſtinere. Sic mittat* IN FORNACEM TRIBVLATIONIS, *vt coquatur vas, non vt frangatur*; non frangitur niſi qui frangi ſe ſinit, qui patientiam frangit, ac tolerantiam.

EXCVRSVS LXXXIV.

Aquæ nexus, & humilitatis.

Aquæ *ſimilis humilitas.*
Elatio fœnea *humilitatis* aquis *ſiccatur.*
Vita in humilitatis aqua.
Humilitas ſuo nitori *mundum reſtituit.*
Recto itinere *in cælum fertur qui quò plus proficit, plus ſe demittit.*
Damnata fabricata humilitas.
Nimis tumidus *qui Chriſti humilitate ad humilitatis amorem non fertur.*
Homines vt ad humilitatem *vrgeantur.*
Gratiſſimum Deo ſacrificium *humilitas.*
Minimum de ſe ſentire, *quàm magnum.*
Superbiæ maritus *Satanas.*

1017. *Aqua ſimilis humilitas.* Anon.

AQuæ humilitas eſt par; illa in ima defluit, hæc ad vilia currit, ſecum viri humilis mentem trahit; Pulchrè ille: AQVÆ SIMILIS EST HVMILITAS, *quæ excelſa montium culmina fugiens ad vallium ima ſe demittit.*

Elatio fœnea humilitatis aquis ſiccatur. S. Auguſt.

Elatio fœnea dicta eſt ſancto Auguſtino in Pſalm. 118. *Conticeſcat*, inquit, *& areſcat elatio fœnea ſuperborum ſeipſam ſeducens, quæ in auribus hominum ſimulatâ* HVMILITATE *dicit ſe habere peccatum, in corde autem ſua impia elatione dicit ſe non habere peccatum*; ſolet fœnum aquâ nutriri, adoleſcere aqua: Elationis tamen fœnum humilitatis aqua ſiccatur.

Vita in humilitatis aqua. S. Ephrem.

In humilitatis aqua viount, qui Dei obſequio ſe manciparunt, facilè morituri extra illam; huc flecto illud ſancti Ephræ Syri lib. ad imit. Prou. *Sicut* PISCIBVS AQVA, *ita monacho vita quieta in humilitate.*

Humilitas ſuo nitori mundũ reſtituit. Marc. Viger.

Humilitas eſt, quæ ſuo nitori mundum reſtituit, mundum reformauit: vt enim in mundi primordio ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, vt digereret, & perficeret; ſic & humilitas, quam ex hac vita migraturus exercuit Chriſtus ſuorum diſcipulorum pedes abluens, informes hominum mores ad ſalutis viam reducere debebat; egregiè rem verſat Marcus Vigerius chorda 7. cap. 21. *Hæc vero profundæ humilitatis exempla, tam magna, tam multa, ideò in* AQVÆ *natura facta ſunt, vt quemadmodum ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, vt mundi informis machina pondus, numerum, & menſuram per illum acciperet: ita in fine temporum mores hominis (qui minor eſt mundus) informes, & nullâ rationis normâ moderati, ſed pondere, numero, & menſurâ carentes, per ſanctam humilitatem matrem morum, & per* AQVAS *baptiſmatis, ad lineam vitæ, viamque ſalutis æternæ reducerentur.*

Recto illo itinere ad cælum fertur, qui quò plus proficit, hoc ſe demittit humiliùs, huc vocabat Galfridus in allegor. ſuper Geneſ. aſcenſum, deſcenſumque Angelorum in ſcala, quam in ſomnis vidit Iacob; rem ſic ille verſat: *Egreſſus Iacob de Berſabee, vidit ſcalam, quæ eſt vita noſtra. Huius ſummitas cælos tangit, tam deuotione præſenti, quàm remuneratione futurâ. Duobus eius lateribus* PATIENTIA, *&* OBEDIENTIA *commendatur. Gradus ſcalæ, profectus vitæ. Aſcendunt per eos Angeli, & deſcendunt, dum ſectatores Angelicæ puritatis, & æmulatores ſocietatis eorum,* QVANTÒ MAGIS PROFICIVNT, TANTÒ HVMILIORES EXISTVNT. 1018.

Recto itinere in cælum fertur qui quò plus proficit, plus ſe demittit. Galfr.

Damnata fabricata humilitas.

Placet Deo humilitas, ſed quæ ſit vera, nam ſuperba humilitas eſt, quæ ſimulata; de hac ita loquitor Ennodius lib. 6. epiſt. 1. *Nihil inuenio, quod ſit* FABRICATA *humilitate ſuperbius. Præfero contumelias fucatæ frontis obſequiis*, fabricata humilitas vitæ ſpiritualis fabricam deſtruit.

Nimis tumidus, qui Chriſti humilitate ad humilitatis amorem non fertur. B. Laur. Iuſt.

Nimis tumidus, nimis ambitioſus eſt, qui Chriſti humilitate ab honorum cupiditate non amouetur: nam vt rectè aiebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de humil. cap. 2. *Prorſus deteſtanda, & miſerabilis præſumptio eſt audire, & oculis fidei conſpicere Deum ſuum mitem, & humilem, &* VELLE SECTARI HONORES, *appetere dignitates, & aliis præeſſe deſiderare.*

Homines, vt ad humilitatem vrgeantur. S. Bern.

Homines ad humilitatem vrgebat ſanctus Bernardus ſerm. de quatuor modis orandi, dum ait: *Millia, ait, millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Quanta ergo cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude ſua procedens, & repens ranuncula vilis? quam tremebundus, quàm ſupplex, quàm denique* HVMILIS, *& ſolicitus, & toto intentus animo maieſtati gloriæ, in præſentia Angelorum, in concilio iuſtorum, & congregatione aſſiſtere miſer debet*, &c.

Humilitas Deo gratum ſacrificium eſt: quin R. Moſes lib. 1 præceptorum negatiuorum num. 64. hanc ſententiam producit: *Qui ſe demittit, idem præſtat, ac ſi* OMNIVM SACRIFICIORVM GENERA *obtuliſſet.* 1019.

Gratiſſimum Deo ſacrificiũ humilitas. R. Moſes.

Minimum de ſe ſentire quã magnum.

Magnum eſt de ſe magnum non ſentire: eximium opus eſt, ſe humiliter deiicere, grandia præſtat, qui minimum ſe putet, ob id ab aliis non minimus putandus: Scitè, & verè ſanctus Chryſoſtomus homil. 3. in Matthæum. *Minimum de ſe ſenſiſſe, tam* MAGNVM *eſt, quàm* MAXIMAS RES FECISSE.

Superbiæ maritus Satanas. Marc. Viger.

Et quia de nuptiis agimus ex ſuperbiæ marito, ſuperbiam noſſe poſſumus, eiuſque qualitatem indicare; non alius ſuperbiæ maritus eſt, quàm ille, qui & pater eſt Diabolus: feſtiuè Marcus Vigerius chordâ 7. cap. 20. *Diabolus ſuperbiæ maritus, pater, & alumnus, quem videt humilem, non aggreditur, quaſi nihil ſecum commune tenentem. Qui inſuper* HVMILITATIS *ſtudio*

mundo

mundo tam renunciauit, carnem propriam indignam ſuo exiſtimat obſequio. Itu ſemper ſibi ſatis eſt, tēque contentus. Non mirum igitur, ſi omnium virtutum fundamentum, & præſidium cenſetur humilitas, quæ vitiis nullis cedit, nequitias mundi, Diaboli, & carnis penitus neſcit. Qui nubere ſuperbiæ vult, ſuperbiæ amator Diaboli veſtigia ſequitur, Diabolum ſectatur.

EXCVRSVS LXXXV.

Quædam alia in humilitatis commendationem afferuntur.

Humilitatis neceſſitas nauis *fabricatione explicata.*

Optimorum ciborum condimentum *humilitas.*

Humilitas Sol *eſt, quæ à nobis virtutum ſtellas ſubducit.*

Chriſti vexillum *humilitas: ſuperbia, Antechriſti.*

Eius mens eleuatur *qui ſe deprimit.*

Humilitatis dignitas *iuſtitiæ copulata.*

Humilitas eò plus placet Conditori, *quò ſibi plus diſplicet.*

Quàm pretioſa *apud Deum humilitas ſit, vel ex peccati permiſſione colligitur.*

Humilitatis vis.

Humilitas edendis aliarum virtutum *fructibus deſeruit.*

Humilitas Deum Pharaonis *Moſem conſtituit.*

Quanti referat *humilitate peccatorem inſigniri.*

Ad humilitatis cultum *quæ nos prouocent.*

Humilitatem fouere *vt Deus ſtuduerit.*

Calceamento *cur humilitas comparata.*

Humilitatis virtus *vt probata.*

Humilitas apud homines *imbecillis videtur, apud Deum ſola ferè fortis eſt.*

Humilitas Deum tenet.

1020. QVo ſe magis demittit humilitas, eò altiùs efferenda eſt: vt multa de illa dicantur, plura ſemper dicenda ſuperſunt; hæc quæ hic ſubiicio, adiecta illis volo, quæ ſuperiùs, alibique dedi.

Humilitatis neceſſitas nauis fabricatione explicata.
S.Doroth.

Humilitatis neceſſitatem nauis ſimilitudine explicabant antiqui Patres apud ſanctum Dorotheum Abb. de virtute animæ, doctrina 14. *Omnium fuit vna ſententia, ita impoſſibile eſſe ſaluari animam* ABSQVE HVMILITATE, *vt* NAVIM *ſine clauis ædificari.*

Optimorum ciborum condimentum humilitas.
Pet.Bleſ.

Optimorum ciborum condimentum humilitas eſt; Benè Petrus Bleſenſis ſerm. 16. in hebdom.pœnoſa: *Aſper eſt cibus, ſed ſalutaris, amarus eſt in guſtu, ſed, cum deglutitus fuerit, dulcorabitur:* CONDIMENTVM EIVS EST HVMILITAS, *quia ipſa eſt primogenita filia ſummi regis, ſal & condimentum reliquarum virtutum.*

Humilitas ſol eſt, quæ à nobis virtutum ſtellas ſubducit.
S.Ioā.Clim.

Humilitas ſol eſt, quæ à noſtris oculis noſtrarum virtutum ſtellas ſubducit; ſoli eam pariat ſanctus Ioannes Climacus gradu 25. *Omnia quæ cernuntur* SOL *illuminat, omnia quæ ratione fiunt,* HVMILITAS *confirmat. Abſente ſole tenebris inhorreſcunt: Abſente humilitate omnia noſtra opera marcent, & fœtent.*

Qui in Chriſti caſtris degit ſub humilitate, 1021.
quæ eius vexillum eſt, militat; alioquin Diaboli ſe probabit militem, qui ſuperbia intumeſcit, quæ Diaboli eſt vexillum; ſic enim ait Guarricus Abbas ſerm.in Aſſumpt.B.Mariæ: VEXILLVM CHRISTI HVMILITAS; ANTICHRISTI SVPERBIA.

Chriſti vexillum humilitas ſuperbia, Antechriſti.
Guarricus.

Euehitur qui ſe deprimit, vt deprimitur qui ſe euehit: Pulchrè ille: *Arbor ſimul mittit deorſum radices, & ſurſum ramos: eatenus in ſublime erigitur, quatenus* PROFVNDIVS SERPIT; *eleuabitur mens tua, ſi te depreſſeris.*

Eius mens eleuatur qui ſe deprimit.
P.Io.Euſ. lib. 2. cap. 21.

Humilitatis virtutem iuſtitiæ, & probitati copulatam ſic expendebat ſanctus Chryſoſtomus homil. de profectu Euangelij: *Si* HVMILITAS *peccatis ſociata, tam expedite currit, vt iuſtitia ipſam rectè iungas, quando eam iuſtitiæ coniunxeris, quò non peruenit? quos non tranſibit cœlos? ſtabis planè fiducia magna inter Angelos apud ipſum Dei thronum.*

Humilitatis dignitas iuſtitia copulata.
S.Chryſoſt.

Deformis ſibi humilitas ſit, eò tamen plus 1022.
Conditori placet, quo minus placet ſibi, adeò vt eam connubio ſuo dignam exiſtimauerit; ſcitè Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap.3. vbi humilitatem euehens, eiuſque laudes tangens amore eius tactus ait: *O ſancta* HVMILITAS, *ſola in tuis vilis oculis, tuo te condemnans iudicio, quantum Deo amabilis es! quàm chara! quàm dignitate ſublimis! quàm diues meritis! Quis te dignè laudare valet? quis ſufficienter tua poteſt enarrare præconia? Tu latronum acies imperterrita tranſis. Tu fauores hominum impauido corde contemnis; tu ſemper vigilas inceſſanter, Dei gloriam tibi vendicare ignoras: Tu omnium te nouiſſimam credens cæteros honorabiliter antecedis. Dum deſcendis, aſcendis; dum gloriam fugis, acquiris; dum latere cupis, efficeris manifeſta. Sine tui detrimento proficis, ſine elatione præſes. Tu te neſciente ædificas, fœtes tibi, & extra te bona fama ſuauiſſimum ſpargis odorem: in cordis tui angulo tacitè requieſcens in latitudine platearum matris Eccleſiæ diffamaris. Tibi ſoli non poſſe ſufficere putans, multorum animos ad meliora immutas. Deformitatem tuam ſæpiſſimè intuens, ô quam pulchra es in oculis Domini! ex venuſtate tua, & faciei tuæ ſplendore ſummi Regis filius adamauit te, & te ſuo fecit dignam connubio.*

Humilitas eò plus placet Côditori, quò ſibi plus diſplicet.
B.Laur.Iuſt.

Quàm pretioſa apud Deum vera humilitas 1023.
ſit, vel ex peccati permiſſione colligi non aliené poteſt, plerunque enim labi aliquem Deus ſinit, vt lapſu ad humilitatem vocet, humilitatis ſpiritum inhalet: Peritè bonus ille auctor: *O* HVMILIS *maieſtas Dei, quàm cara, & deſiderabilis eſt tibi* HVMILITAS NOSTRA: *mortuus Chriſtus fuit pro peccatis: ſed peccata permittit pro humilitate. Anne maioris ſtetit humilitas hominis, quàm vita Dei? Anne pluris fecit Ieſus humilitatem noſtram, quàm ſuæ redemptionis beneficium: cùm peccata pro quibus vitandis vitam, & ſanguinem fudit, & humiliatus fuit deſcendens de cœlo, permittat, vt vitet ſuperbiam noſtram, & qui peccata redemit ſuâ humilitate, & morte, ipſis peccatis noſtram humilitatem velut redemit? Quid eſt hoc, ſere incredibilia fecerit Deus, vt humiles ſimus? cùm alioquin incredibile videatur, quod ſuperbire poſſimus: nam impoſſibile eſt, vt inueniatur vnde.*

Quàm pretioſa apud Deum humilitas ſit vel ex peccati permiſſione colligitur.
Ioan.Euſ. lib.2. cap.16.

Humilitatis vim in hunc modum explicabat 1024.
ſanctus

Digitized by Google

Humilitatis vis. S. Doroth.

ſanctus Dorotheus Abbas de humil. doctrinâ 2. *Per* HVMILITATEM *enim omnia hoſtis, & aduerſarij tela franguntur. Attendite fratres quanta ſit humilitas.*

Humilitas edendis aliarũ virtutum fructibus deſeruit. Idem.

Humilitatem edendis cæterarum virtutum fructibus deſeruire ſcito explicat exemplo idem ſanctùs Dorotheus Abbas de humilitat. doctrina 2. *Vt enim* ARBORES *cùm multo fructu onuſta fuerint inclinant ramos, & eos plerumque frangunt: qui autem ramus nullum habet fructum, attollitur in altum, & rectus aſſurgit, ſi autem (vt à multis expertum eſt) lapis appendatur, inclinetúrque ne rectus aſſurgat, illico poma parit: ſic anima noſtra ſi* HVMILIETVR, *ſtatim fructus edit, quantòque plures fructus attulerit, tantò magis* HVMILIATVR.

Humilitas Deum Pharaonis Moyſem conſtituit. B. Laur. Iuſt.

Humilitas Moyſem extulit, & Deus Pharaonis à Deo eſt dictus, qui ſe indignum putabat, qui in Ægyptum ad populum liberandum mitteretur, quod ita expendebat Beatus Laurentius Iuſtinianus orat. de humil. cap. 2. *Propter hanc,* HVMILITATIS VIRTVTEM *Moſes, qui erat mitiſſimus ſuper omnes homines, qui illo tempore morabantur in terra, qui ſe Domino excuſabat, dicens: Quis ſum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Ægypto? meruit audire: Conſtitui te Dominum Pharaonis. Per ipſum etiam fecit Dominus ſigna, & prodigia ingentia, & eduxit populum Dei de domo ſeruitutis, & cum illo facie ad faciem loquebatur, ſicut amicus cum amico.*

1025. *Quanti referat humilitate peccatorem inſigniri.* Pet. Bleſ.

Quanti referat humilitate peccatorem inſigniri, quantúmque ſuperbis ſuperbia noceat, Dauidis, & Saulis exemplo peritè explicat Petrus Bleſenſis in Iob cap. 4. *Dauid adulter, homicida, & proditor, arguenti illum Nathan Propheta, quia peccatum ſuum* HVMILITER *recognouit, audire meruit Tranſtulit à te Dominus peccatum tuum. Saul verò quia Samueli ipſum arguenti, ſuperbè reſpondit, audiuit: tranſtulit à te Dominus regnum tuum. Ab altero peccatum, ab altero tranſlatum eſt regnum.*

Ad humilitatis cultum quæ nos prouocant. P. Ioan. Euſ. lib. 2. cap. 10.

Ad humilitatem, humilitatiſque cultum nos verba illa prouocant, quæ bonus nobis auctor offert, dum ait: *Natura non ſuffert vacuum, nec Deus patitur manere* HVMILEM VACVVM, *quin ſtatim ipſe impleat. Deus, vt fieret homo exinaniuit ſe: nonne vt homo fiat Deus, vnus ſpiritus cum Deo debet exinaniri? Exinanitio tui erit te ſemper æſtimare, & curare tua, ac ſi merum nihil eſſes, nullam circa te cogitationem inſultare, quæ ſapiat aliquid tui, & terrenum: denudare te prauis affectibus, & habitibus, vt nihil tui habeas velut ſi recens à Deo creatus eſſes à nihilo. Deus ſe exinaniuit pro te, gerendo ſe ac ſi non eſſet, tuam ſalutem dumtaxat curans, velut ſi tu eſſes: tu ita cura diuina quoad poſſis, quaſi Deus eſſes. Debes exinaniri ſummo modo, & diſtare à te ferè infinito modo, pluſquam ſi non eſſes: quod fiet, ſi fias aliud per gratiam & amorem tranſiens à te ad Deum, qui infinitè diſtat à nihilo, & ab omni eſſentia.*

1026. *Humilitatem ſeruet ut Deus ſubducerit.* B. Laur. Iuſt.

Vt humilitatem foueret, ac nutriret, voluit Deus, vt cuiuſque notitiæ ſubduceretur, quanti eſſet apud Deum, imò an ab ipſo amaretur: præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 3. in calce: *Nullus quanti apud Deum ſit meriti diiudicare valet, ſicut nec vtrùm odio an amore dignus habeatur. Omnia verò incerta futuro iudicio reſeruantur, vt cunctum ſui animi* TVMOREM *comprimat homo* SVB HVMILITATIS CENSVRA, *quæ cæterarum eſt tutiſſima cuſtodia virtutum.*

Calceamento cur humilitas comparata. S. Ephrem.

Calceamento humilitatem in hunc modùm comparabat ſanctus Ephræm ſerm. 8. qui eſt de armatura monachi: *Pro* CALCEAMENTO SVME TIBI HVMILITATEM: *Sicut enim calceamentum calcatur iugiter, ita & quem humilitas ſancta repleuerit ſtudet ab omnibus conculcari. Et tu itaque frater humilitatem poſſide: hæc namque calceamentum eſt non carnale, ſed ſpirituale, cuſtodiétque te ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum: lapis enim Chriſtus eſt: humilitas tua cuſtodiet te, ne offendas Chriſtum.*

Humilitatis virtutem ſic commendabat ſanctus Chryſoſtomus argumento ex corporibus ſumpto, quæ aquâ plena minimè ſunt: ſic ille ſcribit ſerm. 7. in epiſt. ad Philipp. *In* CORPORIBVS *dic mihi, quænam valere dicimus? vtrùm valde* TVMIDA, *ac multo intus referta flatu, & aquâ? an depreſſa eſt, quæ omni caret perturbatione? quot igitur bona parit nobis* ANIMI HVMILITAS. 1027.

Humilitatis virtus, vt probata. S. Chryſoſt.

Humilitas apud homines imbecillis videtur, apud Deum ſola ferè fortis eſt. Exod. 15. Rupert.

Humilitas apud homines viribus carere videtur, cenſetur imbecillis, & fortitudinis expers, cùm facilè cuilibet cedat: apud Deum aliter accidit: ſola fortis humilitas Deo videtur, ſola tenet omnipotentem, hæc quippè percuſſuri brachium tenet: quod Moyſis exemplo ita probat Rupertus lib. 4. in Exodum cap. 25. ad illa Dei verba: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus:* addit enim: *Quid ageret Moyſes breuiter hic ipſe innuit,* Deum *dixiſſe referens, dimitte me. Pſalmiſta verò vehementiùs exprimit, & dixit inquiens, vt diſperderet ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius. Per* NIMIAM HVMILITATEM *ſignificat Moyſem* Deum *tenuiſſe, dicendo in confractione. Confractio namque nimia cordis* HVMILITAS *eſt, quæ ſola coram omnipotente* Deo, *& domino vniuerſæ fortitudinis principe res fortis eſt, & valida, ita vt illâ laborante, quaſi brachium ſuum ad percutiendum Deus extendere non valeat, reginâ virtutum agente, ne reſiſtetur ipſa, & vincente pro ſua reuerentia.* Imbecillis omnis fortitudo eſt, ſi huic humilitatis fortitudini comparetur: fortis eſt, & fortitudinem ſuam in illum quoque exerit, qui in omnes fortitudinem exerit, illumque tenet, qui omnia continet.

Humilitas Deum tenet.

EXCVRSVS LXXXVI.

Superbi cur *ſolarij* dicti; varia de ſuperbia, varia contra ſuperbiam adducta.

Solarij *ſuperbi cur dicti?*
Deiicit *ſe, qui ſe ſuperbè* effert.
Altum *de profundo.*
Superbus in imo *eſt, quia in altum ſe erigit.*
Superbus omnis inanis.
Fortis humilitas, *fragilis ſuperbia.*
Superbia verba *vetera dicuntur.*
Superbia meretrici *comparata.*
Ægrè latere *ſuperbia poteſt.*
Quæ mala inuehat *ſuperbia.*
Fulmini *quod omnia obterit ſuperbia compoſita.*
Superbis vtile eſt *cadere.*
Ægrè excuti *ſuperbia poteſt.*
Superbia luxuriæ *ſeminarium.*

Nil

Nil ab hominum vilitate *alienius quàm ſuperbia.*
Superbiæ & iniuriæ *nexus.*

1028. VT humilitas magis appareat commendabilis; in ſuperbiam, quæ illam arietat, aliqua adducemus, vbi explicuerimus cur ſuperbi *ſolarij* dicti ſunt.

Solarij ſuperbi cur dicti. Guarricus.

Superbos *ſolarios* dictos obſeruo, quia nimirum ſe ſolos eſſe putare ſolent, neglectis aliis. Guarricus Abbas ſerm. 5. de aduentu Domini: *Prorſus omnes* SOLARII, *id eſt, omnes ſuperbi, quia ſe ſolos reputant.* Et non *ſolarius* erat ille Phariſæus, qui iactabat ſe non eſſe ſicut cæteri homines erant? Erat; vt meruerit Publicano poſtponi, qui omnibus ſe præferebat.

Deiicit ſe, qui ſe ſuperbè effert. Guarricus.

Efferat ſe quiſque in ſuperbiam, verè deiicit ſe dum videtur erigere, aſcenſio hic deſcenſus eſt, imò non deſcenſus, ſed lapſus, ſed præcipitium; Benè Richardus in Canticum Abacuc: *Cito mens ſe in* SVPERBIAM *erigit, quæ ſe ad virtutis culmen excreuiſſe perſpexerit. Sed quanto quis altius ſuper ſe per* SVPERBIAM *erigitur; tanto inferiùs ſub ſe deſerente Deo per culpam deiicitur. Sicut ſcriptum eſt, Aſcendunt vſque ad cœlos, & deſcendunt vſque ad abyſſos.*

1029. *Altum de profundo. Superbus in imo eſt, quia in altum ſe erigit.* Vgo Victor.

Altum de profundo etiam dicitur, ſic puteus altus accipitur in diuinis litteris, vt quia ſuperbia effertur, ſciat ſe in imo eſſe; ſcitè Vgo Vict. cap. 2. in Regul. D. Auguſt. *Omnis* SVPERBVS *tanto in imo eſt quanto in altum ſe erigit, tantóque profundiùs labitur, quantò excelſius eleuatur, vt ſtatera.*

Superbus omnino inanis. S. Auguſt.

Superbus eo ipſo quòd ſuperbus eſt, eſt inanis; non inflaretur ſi eſſet plenus; Peritè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 95. *Si* SVPERBVS, *es inanis intra, nam vnde ſuperbires, niſi inanis eſſes? nam ſi plenus eſſes, non inflareris.*

Fortis humilitas, fragilis ſuperbia. S. Auguſt.

Fortis humilitas eſt, imbecillis eſt ſuperbia, quæ etiam nullo impellente cadit; de humilitatis fortitudine hæc habet ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 92. *Omnis* FORTITVDO IN HVMILITATE, *quia fragilis eſt omnis ſuperbia.*

1030. *Superbia verba vetera dicuntur.* Agell.

Iactantiæ, & ſuperbiæ verba veterem hominem ſapiunt, nouum minimè redolent, vt non mirum ſi tumore plena verba vetera in diuinis litteris dicantur; ita noſter Agell. in Cant. Annæ: *Nam Hebraico ſermone eiuſmodi verba iactantiæ, tumoriſque plena* VETERA *dicuntur: cum etiam in Pſalm. 30. ſic dictum ſit in Hebræo, qui loquuntur aduerſus iuſtum vetera in ſuperbia, & abuſione.*

Superbia meretrici comparata. Pet. Bleſ.

Superbiam meretrici comparatam obſeruo; ita Petrus Bleſenſis epiſt. 3. *Ille qui in altis habitat, &* HVMILIA *reſpicit,* SVPERBIAM *ſuper omnia deteſtatur, hæc eſt illa ſanguinaria meretrix, quæ de calice Babylonis aureo propinat hominibus ſpiritum vertiginis. Hæc eſt illa Athalia, quæ fere omne genus regium extirpauit.*

Ægrè latere ſuperbia poteſt. S. Pet. Dam.

Ægrè latêre ſuperbiam poſſe ſic explicabat ſanctus Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 9. *In cuius corde radicem ſuperbia fixerit, licet quibuſdam* SVPERDVCTÆ HVMILITATIS *aliquando bracteolis coloretur, nequaquam tamen ne vel tenuiter efflat, ac latenter erumpat, vndique cohibetur.*

Quæ mala inuehat ſuperbia. S. Chryſoſt.

Quæ mala inuehat ſuperbia docet ſanctus Chryſoſtomus, dum in eam inuehitur hom. 43. ad popul. *Nullum malum par elationi,* HOMINEM REDDIT DÆMONEM, *contumeliatorem, blaſphemum, periurum, cædes facit & homicidia cupere. Elatus ſemper in doloribus viuit, ſemper indignatur, ſemper mœret.*

Fulmini, quod omnia diſſipat, obteritque, ſuperbiam componebat Albertus Magn. ſerm. de Dom. 3. Aduentus: *Superbia, ſiue vana gloria eſt* QVASI QVODDAM FVLMEN *excæcans oculos animæ. Sicut enim fulmen quandam breuem claritatem habet: ſed tamen teneris creaturis valdè nocuam: ita etiam eſt de ſuperbia; quia ſuperbi lucere videntur in hoc ſeculo per elatam ſuperbiam; per quam tamen pauperes incenduntur. Dicitur enim in Pſal. 9. Dum ſuperbit impius incenditur pauper.* 1031.

Fulmini quod omnia obterit ſuperbia compoſita. Alb. Magn.

Superbis vtile eſt cadere. S. Auguſt.

Superbis vtile eſſe cadere in manifeſtum aliquod peccatum, vt ſibi diſpliceant, ſentit ſanctus Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. cap 13. *Audeo dicere* SVPERBIS ESSE VTILE CADERE *in aliquod apertum, manifeſtúmque peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit quando fleuit, quàm ſibi placuit quando præſumpſit.*

Ægrè excuti ſuperbia poteſt. Pſal. 72. B. Laur. Iuſt.

Ægrè excuti ſuperbia poteſt, vbi quempiam corripuerit Pſalm. 72. *Ideo tenuit eos ſuperbia: non affecit tantùm, ſed tenuit:* Beatus Laurentius Iuſtinianus in codice MS. comment. in Pſalm. *Non dico, ſuperbi erant, quod quidem graue eſſet, ſed* SVPERBIA QVASI QVIBVSDAM MANIBVS TENVIT *eos, ne poſſint euadere, quod peius eſt.*

Superbia luxuriæ ſeminarium non ſemel eſt; ita ſanctus Gregorius lib. 26. moral. cap. 13. *Nam mal... ſæpe ſuperbia luxuriæ* SEMINARIVM *fuit: qu... eos ſpiritus quaſi in altum erexit, caro in inf... merſit.* 1032.

Superbia luxuriæ ſeminarium. S. Greg.

Nil ab hominis vilitate alienius, quàm ſuperbia. Pſal. 18.

Nihil ab hominis vilitate alienius quàm ſuperbia; hinc illud Dauidis Pſalm. 18. *Ab alienis parce ſeruo tuo.* aliqui ex Hebræo: *A ſuperbiis parce ſeruo tuo: alienum* peccatum ſuperbiam vocat, quia a naturæ veſtræ humilitate alieniſſima.

Superbiæ nexæ iniuriæ ſunt, quia nimirum ſuperbus facile aliis iniuriam infert, & iniuriæ obnoxius eſt; Iſai. 28. *Væ coronæ ſuperbiæ:* LXX. *Væ coronæ iniuriæ* ac ſi in iniuriam verſa ſuperbia ſit; facilis in aliorum iniuriam excurrit ſuperbus, facilis quoque aliorum iniurias ſentit, cùm ſuperbo plerumque iniuria ſit, quæ verè iniuria non eſt. 1033.

Superbia, & iniuria nexus. Iſai. 28. LXX.

CAPVT CI.

Oculus adulter bibere venena dicitur: nonnulla alia de bibendi verbo, bibendi ritu.

Adulter oculus *venena* bibere *dicitur.*
Mortem in aquæ *hauſtu aliqui biberunt.*
Cadendi *verbum vſurpari ſolitum in violatæ caſtitatis crimine.*
Cur vinum non biberent *Manichæi?*
Mentis ebrietas *in diuitiarum vino.*
Diuitiæ vino *comparatæ.*
A voluptatum vino *cauendum.*
Voluptas quæratur, *quam Chriſtus inuexit.*
Mors hominem ne biberet, *bibit Chriſtũ mortẽ.*
Vini potus *vt punitus.*
Aquam ſe bibere *non audere dictitabant, ſanitati reſtituti.*

ISTuc penè exciderat potum ad oculos quoque tranſlatum, vt bibere dicatur, qui impurè ſpectat; impurus, impudicus, alieníque 1034.
thori

thori inſidiator, oculo ipſo venena bibit, quibus obcæcatur; hinc illud inclyti illius Poetæ:

Adulter conlus venena bibens dicitur.

ADVLTER
Ex oculis OCVLVS *cæca venena* BIBIT;

Bibit venena dum ſpectat, & cæcus fit, qui impurè ſpectat; bibit, ſed mortem bibit, qui liberiore viſu ſinit ſe ad illius concupiſcentiam ferri, quod purè deſiderari non poteſt, quia puritas in illo deſideratur.

Mortem in aqua hauſta aliqui biberunt.

Legimus aliquos vehementi aquæ ſiti correptos, mortem in aquarũ hauſtu repetiiſſe: Sabellicus lib. 10. decad. 5. ita ſcribit: *Scodrenſes, obſeſſi à Turcis, cùm ad id inopia aquarum ventum eſſet, vt vix modicum quid ſingulis diſtribuendo tres adhuc dies ſuffecturæ crederentur: abeunte hoſte præcipites ſitibundum agmen ad ſubiectum flumen ruunt; deſideratamque multis diebus aquam, tam cupidè hauriunt, vt multi eâ repleti, ſtupidi rigentibus membris ſtatim exanimes conciderint:* concidunt tanquam exanimes etiam illi, qui negatas à puritate aquas hoc impuriùs ebibunt, quò maiori ſiti in eas feruntur.

1035. *Cadendi verbum vſurpari ſolitũ in violato caſtitatis crimine.* S. Ioan. Clim.

Concidendi, verbum, quod ſuperius poſitum eſt, me vocat ad motem, quò olim violatæ caſtitatis crimen circumſcribebatur, quod & ad nos quoque videtur deuolutum, hodie quippè apud noſtros in vſu eſt, vt cùm ſignificare volunt aliquem, aut aliquam libidinis vitio victum, aut victam, caſtitatem amiſiſſe dicunt abſque vllo addito, *cecidit*; formula iſta antiquior eſt, quàm fors aliquis exiſtimat; etiam ſancti Ioannis Climaci æuo erat in vſu, quod colligi ex eius verbis poteſt, quibus indicat *cadendi* verbo carnis vitium, & fornicationis ſignificatum: gradu 15. ita loquitur: *In aliis peccatis reliquis ſeductos homines ſolemus dicere, cùm verò quempiam fornicatum eſſe audiuimus, dicimus*, ILLE CECIDIT.

Cur vinum non biberent Manichæi. S. Auguſt.

Cur vinum non biberent Manichæi explicat his verbis ſanctus Auguſtinus lib. de hæreſibus: *Vinum non* BIBVNT: *dicentes fel eſſe principium tenebrarum, cùm veſcantur vuis, nec muſti aliquid, vel recentiſſimi ſorbent.*

Mentis ebrietas in diuitiarum vino. Anon.

Aquæ potum ſuperius ad diuitias tranſtulimus, addo nunc & vini potum ad eaſdem non incongruè transferri, vt vinum bibere dicatur, qui diuitiarum amore tenetur: Scitè ille. *Diuitiarum* VINVM *ne auidiùs* BIBAT, *qui mentis ebrietatem timet.*

Diuitiæ vino comparatæ. Socrat. Ariston.

Diuitias vino comparabat Socrates apud Stobæum ſerm. 91. in hunc modum, VINVM *immutatur cum vaſis:* DIVITIÆ *verò pro moribus poſſidentium variant.* Ariſton quoque diuitias vino conferens apud eundem ſerm. 94. aiebat: *Vt ab eodem* VINO *alÿ contumelioſi, alÿ benigniores fiunt; ſic à diuitiis alÿ aliter afficiuntur.*

1036. *A voluptatũ vino cauendum.* S. Max. *Voluptas quæratur quam Chriſtus inuexit.* S. Iſid. Peluſ.

Cauendum, & à voluptatum vino, ne mens inebrietur: ſanctus Maximus homil. de ieiunio: *Sic*, inquit, *ſobrÿ ſimus à vino, vt nulla nobis* VOLVPTATVM *dominetur* EBRIETAS.

Quod ſi quæritur voluptas, quæratur illa, quam Chriſtus exhibet, ac poculi illius hauſtu parauit, quod ſiccauit in cruce: nam vt ait ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 245. *Chriſtus exhauſto vno in Cruce* POCVLO, *& amaritudinem ſanauit, & voluptatem inuexit:* à quo alienus eſt, qui terrenarum voluptatum amore corripi ſe ſinit.

Mors hominẽ ne biberet, bibit Chriſtus mortem. S. Auguſt.

Bibit in cruce calicem, immò & mortem bibit Chriſtus, ne mors hominem biberet: nam in hoc ſenſu bibendi verbo vſus eſt etiam ſanctus Auguſtinus, cuius hæc ſunt verba tract. 14. in Ioannem cap. 4. *Viuebat, moriebaris: mortuus eſt, vt viuas. Attulit gratiam Dei, abſtulit iram Dei. Deus* BIBIT MORTEM, NE MORS BIBERET HOMINEM.

Sanctus Macharius, vt hoc quoque adiiciam, nam ad potum ſpectat, & bibendi rationem, ſi quando à fratribus inuitaretur, bibebat ille vinum: ſed hanc ſibi legem indixerat, vt pro vno vini calice, vnum diem aquam hiberet, in hoc lætabatur, quia ſe, & aquæ abſtinentiâ erat cruciaturus, quod vbi fratres reſciuere, ad bibendum eum inuitare non ſunt amplius auſi, vt habetur in Apoph. Anachoretarum lib. 4. num. 25. 1037.

Vini potus, vt puniretur. Apoph.

Aquam ſe bibere non audere dictitabant ſanitati reſtituti. S. Chryſoſt.

Ab aquæ potu alieniores illi, qui ſanitati reſtituti aquam ſe bibere non audere dictitabant: huius formulæ antiquitus à nonnullis vſurpatæ, meminit ſanctus Chryſoſtomus homil. 41. in Acta Apoſtolorum, dum ait: *Non audis quoſdam dicentes, quando à morbo confirmati fuerint: non* AVSIM AQVAM BIBERE? Quamuis ſanus ſit, ſed ita morbus læſit: ſed ad alias aquas calamum mittamus.

CAPVT CII.

Fœminæ blanditiæ cum aquis, vt cohæreant; varia de ſequiori ſexu.

Fœmineæ blanditiæ dura corda *vincunt, vt aquæ guttæ lapidem.*

A muliere maiora, quàm à maris fluctibus *mala timenda.*

Mergitur *facilè, qui incautè ſpectat fœminerum mare.*

Mulieris mollitie *vtitur Dæmon, vt viros deiiciat.*

Phalanges *in mulieribus quoque conſtituebant.*

Maiora quàm à feris *mala à muliere timenda.*

Mulieres ex his accipere non poterant, quæ in maiori altari *Herculi erant immolata.*

Aqua *ex Chriſti latere fluxit expiando ſceleri, quod mulier, quæ erat ex latere formata inuexit.*

Mulierum vanitas *in polienda cute perſtricta.*

Nimius ornatus *à pudicis mulieribus exulet.*

De ſpeculis *mulierum, vt pudicitiæ coniugalis primitiis formatum labrum, vt ſe abluerent ſacerdotes.*

Circumſcriptio fœminei capitis *muliebriter ornati.*

AD modum aquæ mulieris blanditiæ ſe habent: aquæ paulatim lapidem excauant, & fœmineæ illecebræ virilem fortitudinem, & ferè lapideam vincunt, & molliũt: 1038.

Fœmineæ blãditiæ dura corda vincũt, vt aquæ guttæ lapidem. Vinc. Belu.

Scitè Vincentius Beluacenſis lib. 3. ſpec. moral. diſtinct. 3. par. 9. *Lapides excauant* AQVÆ, *id eſt, corda fortia* ASSIDVÆ TENTATIONES, *frequentes collocutiones mulierum.*

Gutta

Digitized by Google

Gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpè cadendo,
Duraque cum molli ſaxa cauantur aqua.

Aquæ ſunt mulierum blanditiæ, & deliciæ luxuriæ.

A muliere maiora, quæ à maris fluctibus mala timenda. Eurip.

A muliere maiora, quàm à maris fluctibus mala timenda ſunt, vt iure id monuerit Euripides apud Stobæum ſerm. 73. in hæc, quæ ſubiicio verba: *Dira quidem vis eſt marinorum fluctuum, & vehemens* FLVVII *feruentis, & impetus ignis: eſt dira paupertas, & alia innumera: ſed nullum immanius eſt malum* MVLIERE*: neque huiuſmodi malum, aut ſcribi poſſet, aut verbis exprimi.*

Mergitur facilè, qui incautè ſpectat fœmineum mare. S.Chryſoſt.

Mergitur qui incautè ſpectat fœmineum mare; vt ad illos etiam extendatur, quod habet ſanctus Chryſoſtomus homil. 22. in Geneſim: *A pulchritudine victi ſunt, & frænum imponere inordinatæ concupiſcentiæ ſuæ non voluerunt; ſed ſpectando capti,* SVBMERSIQVE *ſunt.*

Mulieris mollitie vtitur Dæmon, vt viros deiiciat. S.Greg. Naz.

Mulieris mollitie abutitur Dæmon, mollis mulier eſt, vt alendis infantibus aptior, & maiori in eos compaſſione ferretur: hac mollitudine ſe armat Satanas, vt viros deiiciat: Nicetus in orat. ſancti Gregorij Nazianzeni de Natiuitate Chriſti, de hac re ita loquitur: *At verò Diabolus mulieris mollitiem animaduertens, ceſſilemque, & lubricam ad virtutem facilitatem, fraudem introduxit. Mollis enim, ac miſericordiæ plena muliebris natura producta eſt, vt* AD INFANTES *libenter attendens miſericordia impellatur.*

1039. *Phalanges in mulieribus quoque conſtituebant.* Nicol.

In pugnis apud nonnullos phalangem ex mulieribus conſtitutam docet Nicolaus de moribus gentium apud Stobæum ſerm. 54. vbi hæc refert: *Tribulli quatuor phalanges in pugnis inſtituunt: primam ex imbecillibus: alteram ex optimis, & fortibus viris, tertiam ex equitibus, poſtremam ex* MVLIERIBVS*, quæ ipſos in fugam conuerſos conuitiis inſectantes retineant.*

Maiora, quàm à feris mala à muliere timenda. Vgo Vict.

Maiora quàm in feris ipſis mala à muliere timenda; in hunc modum probabat Vgo Victorinus in libello de nuptiis carnalibus cap. 2. *Ipſa (mulier) eſt, quæ* SVBVERTIT IVSTVM*, ſapientem decipit, exuperat fortem. Nonne Dauid virum ſanctum, qui Leoni, & Vrſo non ceſſit, qui Philiſtæi frontem lapide comminuit,* MVLIERIS ASPECTVS *traxit ad culpam? Quid tam ingens Sanſoni virtus, vel quid Salomoni tam laudata profuit ſapientia? Vicit enim vtrumque mulier.*

Mulieres ex his accipere non poterant quæ in maiori altari Herculi erant immolata. Plut.

Cùm in duobus altaribus Herculi Gentiles immolarent, ex his, quæ in maiori immolata erant, non poterant mulieres accipere quicquam, nec guſtare; indicat hoc Plutarchus quæſt. centur. Roman. dum ait: *Cur ex duobus Herculi* ALTARIBVS*, quæ in maiore immolata ſunt, ex bis nihil* ACCIPIVNT MVLIERES*, neque guſtant?*

Aqua ex Chriſti latere fluxit expiando ſceleri, quod mulier, quæ ex latere erat formata inuexit. S.Ambroſ.

Mortuo in Cruce Chriſto latus lancea aperitur, ex quo ſanguis fluxit, & aqua; reſpondet culpæ medicina, ex latere dormientis Adæ exiuit Eua, quæ mortem mundo inuexit, ex latere mortui Chriſti ſanguis fluxit, & aqua, expiando crimen, in quod ceciderat, & ſecum traxerat Eua parentem primum. Scite, hoc eſt, ſuo more eleganter ſanctus Ambroſius de Sacramentis lib. 5. cap. 1. vbi hæc habet: *De latere eius* AQVA *fluxit, & ſanguis. Aqua, vt mundaret; ſanguis, vt redimeret. Quare de latere? quin vnde* CVLPA *inde gratia. Culpa per* FÆMINAM GRATIA *per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

1040. *Mulierum vanitas in polienda cute perſtricta.* S.Bern. Sen.

Mulierum vanitatem in polienda cute, in ornando capite, bellè perſtringebat ſanctus Bernardinus Senenſis, cuius verba, ſi cordi fœminarum hærerent, non tam altè hæreret exornandi ſui ſtudium, & amor; ſic ille ſcribit ſerm. 47. in fer. 6. poſt Dom. Paſſ. art. 3. cap. 3. *Quot, igitur vanitates mulier portat in capite, tot* LAQVEOS *habet Diabolus in eius corde.*

Nimius ornatus à pudicis mulieribus exulet. S.Iſid. Peluſ.

Nimius ornatus exulare ab honeſtis, & pudicitiæ cultricibus fœminis debet. Probandum illud, quod probauit in hac re ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 200. cuius verba hic ſupprimenda non duxi; ait quippè: *Mirificè equidem laudo veterum Spartanorum vrbem honeſtis matronis* ORNATVM *interdicentem, quem ſcortis impuriſque fœminis magis conuenire, quæ laqueos ac retia adoleſcentibus luxaria corruptis tendant, exiſtimabat. Quæ enim ſeſe ornet, pudicaque appareat, ornatu nimio morbum oſtentat ſuum.*

1041. *De ſpeculis mulierum, et pudicitiæ coniugalis primitiis formatum labrum vt ſe abluerent Sacerdotes.* Philo.

De ſpeculis, quæ tanquam coniugalis pudicitiæ primitias mulieres Deo dicauerunt, & ex quibus formatum labrum, in quo ſe abluerent Sacerdotes hæc habet Philo lib. 3. de vita Moſis. *Specula, ad quæ formam curare ſolitæ fuerant, ſponte nemine iubente Deo dicauerant, ceu* PRIMITIAS CONIVGALIS *pudicitiæ pulchritudiniſque animæ decentiſſimas. Hæc ad ſe delata opifex in vnam maſſam confudit, ratus nihil inde aptius poſſe confieri, quàm labrum, ex quo ſe luſtrarent Sacerdotes templum ingreſſuri ad obeunda ſua miniſteria, præſertim pedes, manuſque lauando, in ſignum vitæ inculpatæ.*

Circumſcriptio fœminei capitis muliebriter ornati. S.Bern. Sen.

Ornatum ſuperfluo luxu mulieris caput appoſitè definiebat ſanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 47. in fer. 6. poſt Dom. de Paſſione art. 3. dum ait: *Si quæratur, quid eſt caput ornatum mulieris vanæ? Reſponderi poteſt, quod tumor ſuperbiæ, Babylonica turris, vexillum Diaboli, deriſio Chriſti, luxuriæ ſignum.* Alibi de hac re, déque fœmineo ſexu non ſemel egi, vt iure poſſim ad alia tranſire; tranſeo.

CAPVT CIII.

Fontis nexus, & oculi; de oculis quædam addita.

עין *de* oculo, *&* fonte.
Apud nonnullos, qui virgineum fontem *infecerint oculis priuati.*
Oculus *etiam de re, quæ oculis obiicitur.*
עין *de* oculo, *&* ſuperficie.
Oculus de colore.
Oculus *pro facie.*
Facies *pro oculo.*
Quod in cælo ſtellæ, *hoc in homine* oculi.
Oculos illuminate *quid ſit?*
Præſulum oculi *cur iuxta fluenta?*
Superi ſolis radiis *excipiendis, qui oculorum, & aliorum ſenſuum feneſtras claudit.*
Cauendum ne oculus vagus *mentem ſecum trahat.*
Ad puritatis cuſtodiam quanti referat oculos *cuſtodire.*
Oculi *vt virgo pudica cuſtodiendi.*
Chriſti oculi *velati ad oculorum cuſtodiam nos inuitant.*
Oculis *tributa loquutio.*

APud Hebræos עין de oculo dicitur, quod 1042. *עין de oculo & fonte.*
nomen elegantiſſimè transfertur etiam ad aquarum fontes, ac ſcatirigines; vt notum

iis eſt, qui hanc linguam callent; magnus nexus oculorum, & fontium; hinc etiam in amoris Cantico 7.4. *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon;* verè illius oculi piſcinam referunt, referunt fontem, quibus lachrymæ eluendis maculis effunduntur: à fontibus abeunt oculi, qui curioſiore viſu, aut, quod magis eſt, minus honeſto, mentem deturpant, ac collutulant.

Apud nonnullos qui virgineum fontem infecerint oculis priuati. Stat. Ven.

Fontis, & oculorum in Hebraico fonte magna cognatio eſt; quidni qui virgineum fontem, virginémque deuirginauerit, oculis priuetur apud nonnullos? quod fit etiam, quia oculi præcipuè minimè cuſtoditi ad lapſum trahere homines ſolent: in ſtatutis Venetis lib. Promiſſ. & maleſic. cap. 28 hæc habentur: *Statuimus, vt ſi quis virginem aliquam deuirginauerit, vel violenter fuerit cum maritata, & hoc confeſſus fuerit, vel conuictus per teſtes, ſtatim ponatur in carcere: qui infra dies octo talem repromiſſam dictæ deuirginatæ, vel mulieri corruptæ, & non maritatæ non ſoluerit, qualem conſideratis ſorum perſonis, iudices noſtri dixerint, aut taxatum maritatæ tribuerit, quantum eſt eius repromiſſæ,* PERDAT AMBOS OCVLOS: ſed de oculis alia adiicio.

Oculos roborare quid ſit.

Quid ſit roborare oculos, ne faciant malum, ita explicat Oleaſter in cap. 33. Iſaiæ verſ. 16. *Roborare*, inquit, *ſeu, firmare oculos ſuos, ne videant malum, vt non ſolum non faciat, ſed neque alium facientem videat; neque dicit, vt non videat, ſed vt roboret, & firmet oculos, claudendo eos, ne poſſint hæc videre: & vult dicere, quod qui ſumme malum abhorruerit, vt illud non faciat, neque audiat, neque videat, habitabit cum ardoribus ſempiternis.*

1042. Oculus etiam de re, quæ oculis obiicitur, ſeque ſpectandam offert ſæpiſſimè dicitur: quo ſenſu, & Plinius lib. 34. cap. 6. locum *oculatiſſimum* dixit, pro conſpicuo: *Senatus*, inquit, *ſtatuam poni iuſſit, quàm* OCVLATISSIMO *loco in roſtris.* In Hebræo vox עין ita de oculo dicitur, vt rei viſæ faciem, aut ſuperficiem ſæpè denotet: Exod. 10.5. *Quæ operiat ſuperficiem terræ*, Hebr. עין הארץ *Oculum terræ.* Num. 22.11. *Operuit ſuperficiem terræ.* LXX. *faciem terræ:* Pagninus ex Hebræo: *Oculum terræ.*

Oculus etiam de re quæ oculis obiicitur. Plin.

עין de oculo, & ſuperficie. Exod. 10.5. Num. 22.11 Lex.

Hinc factum vt oculus de colore frequenter dicatur, quod alibi obſeruabam: occurrit nunc locus ille Geneſ. 20. *Hoc erit tibi in velamen oculorum*, quem aliqui de colore interpretati ſunt. Vnde Abulenſis hîc poſt vnam interpretationem, quam huic præfert, ait: *Vel ſecundum æquiuocationem nominis Hebraici, quod ſignat* OCVLVM, & COLOREM, *poteſt dici velamen multorum colorum ſcilicet, quod illud velamen eſſet de panno pretioſo multorum colorum:* Alios de hoc eodem loco explicatus alibi produximus, vt hîc ſiſtere diu nequeamus.

Oculus de colore. Geneſ. 20. Abul.

1043. Oculus aliquando pro facie ſumitur: Pſal. 6. *Turbatus eſt à furore oculus meus:* Aquila, *ſqualidus factus eſt oculus meus:* Agellius, *poteſt etiam per oculum ipſe faciei color, & aſpectus accipi, qui præ indignatione, & mœrore ſqualidus factus ſit*, nam ægrè ſqualidi notio oculo ipſi quadrat.

Oculus pro facie. Pſal. 6. Agell.

Addo & è conuerſo faciem pro oculo accipi: certè illa verba apud ſanctum Marcum cap. 14. 65. *Cœperunt quidam velare faciem eius*, aliqui non de tota facie accipiunt, ſed de oculis tantum: huius mentis fuit Marcus Vigerius chorda 7. cap. 102. vbi ait: *Audiamus Euangeliſtam, Velauerunt faciem eius, in quem deſiderant Angeli proſpicere, eius, qui forma ſpecioſus eſt præ filiis hominum. Velauerunt,* OPERVERVNT OCVLOS, *facies namque hoc loco pro ſui parte nobiliſſima ſumitur, totum pro parte nominando.*

Facies pro oculo S. Marc. 14.65 Marc. Viger.

Quòd in cælo ſtellæ ſunt, hoc in homine ſunt oculi: illud Eccleſ. 12. 3. *Antequam tenebreſcat Sol, lumen, Luna, & ſtellæ:* Chaldæus ad hoc poſtremum: *Antequam obſcurentur pupillæ* OCVLORVM *tuorum, quæ ſimiles ſunt ſtellis:* cùm ſtellæ iſtæ de cælo cadunt, vt in noxia ſe demittant, tunc Dei iudicium inſtare putandum eſſe.

Quod in cælo ſtellæ hoc in homine oculi. Eccleſ. 12.3. Chald.

Quid præter vſitatam notionem, ſit oculos illuminare habet optimus occultarum ſignificationum inueſtigator Agellius in Pſal. 18. verſ. 9. ad illud: *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos:* ait enim: *Aut* ILLVMINARE OCVLOS *eſt recreare, abſtergere dolorem, ac mœrorem ab animo, velut caliginem quandam oculos ſubeuntem.* 1044.

Oculos illuminare quid ſit? Pſal 18.9. Agell.

Oculos in Eccleſia referunt Præſules, qui columbis comparantur, quæ iuxta fluenta reſident: ſic enim habes in amoris Cantico cap. 5. 12. *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum:* ſed cur iuxta aquas ſedentibus columbi parantur? an quia licet quilibet magnus, & perfectus in Dei Eccleſia ſit, aquis ſemper indiget, vt quotidianas abluat ſordes? nequeo hîc præterire Guilhelmi verba ad verba producta: ait quippè: *Etiam magnis Eccleſiæ Prælatis, de conſuetudine vitæ huius, quadam veniales ſordes quotidie, quaſi furtim ſolent obrepere, quæ negligendæ non ſunt, cum dicat ſapiens, qui modica ſpernit, paulatim decidet: propterea quantumlibet quis ſinceritate hîc viuat,* OPVS HABET QVOTIDIANÆ COMPVNCTIONIS LACHRYMIS *expiari. Ideo additur ſuper riuulos aquarum.*

Præſulum oculi, cur iuxta fluenta. Cant. 5.12. Guilhel.

Superi ſolis radiis excipiendis ille aptior eſt, qui oculorum aliorum ſenſuum feneſtras claudit, contrà ac accidit in corporei huius ſolis lumine, quod clauſæ feneſtræ excludunt, diductæ excipiunt. Scitè de hac re philoſophatur Elias Preſbyter in Aſceticis, vbi ita ſcribit: SOL, *quem cernimus, radios ſuos in domum clauſam non immittit: contra Sol, quem animo videmus, radios ſuos in animam, quæ* SENSVS *rebus aſpectabilibus apertos habet, minimè proiicit.* 1045.

Superi Solis radiis excipiendis, qui oculorum & aliorum ſenſuum feneſtras claudit. Elias Preſb.

Cauendum eſt ne oculus vagus mentem ſecum trahat, quæ ſine fræno excurrat etiam in nocitura. Sanctus Cyrillus Ieroſolymitanus præfat. in ſuas catecheſes ait: VELATVS *eſt vultus tuus, vt mens tua vacet. ne* OCVLVS *vagus efficiat, vt & mens vagetur, clauſis vero oculis, aures minime impediuntur ſanitatem ſuſcipere.*

Cauendum ne oculus vagus mentem ſecum trahat.

Quanti referat ad puritatis cuſtodiam à muliere oculos in terram deiici, non in viros, exemplo mulieris Ægyptiæ, quæ Ioſephi caſtitati inſidias ſtruebat, probat Oleaſter in cap. 39 Gen. *Leuauit vxor Domini* OCVLOS SVOS *in Ioſeph: audis quid valeat honeſtas in fœminis, nam quamdiu hæc* OCVLOS HABVIT DEMISSOS NON PECCAVIT: *cùm verò leuauit, ſcandalum paſſa eſt: & ſimul aduerte quantum proſit ad honeſtatem oculos deiicere:* ſanctus Ambroſius legit: *Immiſit oculos vxor Domini* eius in Ioſeph: atque lib. Inept. cap. 5. *Bene excuſauit eum Scriptura dicens: Immiſit, hoc eſt, non ipſe ſe oſtentauit, nec cepit incautam, ſed ipſa* RETIA *ſua miſit, & indagine ſui cepta* LAQVEOS *ſuos ſparſit, & ſuis hæſit vinculis.*

Ad puritatis cuſtodiam quanti referat oculos cuſtodire Gen. 39. Oleaſt. S. Ambroſ.

Oculos cum virginibus cohærere, ac tanquam virgines quaſdam cuſtodiendas, ita docebat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 46. in hæc verba: *Non corpus modo intactum, purúmque, ſed &* OCVLORVM *iactus (vnde & κόρας, id eſt puellas, appellamus pupillas) virgines, ſeu caſtos de-* 1046.

Oculi vt virgo pudica cuſtodiendi. S. Iſid. Peluſ.

cet

tet eſſe, neque permittere impudicè, atque impotenter vagari in aliarum forma ac pulchritudine ſpeculanda: ne à conſpectu lubrico ad Venereum perducantur actum: quod alibi etiam tangebam.

Chriſti oculi velati ad oculorum cuſtodiam nos inuitant.
Acta.

Vt oculos à curioſiore conſpectu auocaret, hoc remedio vtebatur Beata Ida Louatienſis, vt habet auctor vitæ illius cap. 4. *Cogitabat Chriſti* OCVLOS *à Iudæis velatos* & tu fac ſimiliter.

Oculis tributa loquutio.
Orient.

Oculis tributam loquutionem inuenio. Orientij verſus hi ſunt:

Nam malè permixto ludentia lumina viſu.
Blandè ſæpè ſolent ORE TACENTE LOQVI.

CAPVT CIV.

Oculus de muliere; alia de oculis lectoris oculis obiiciuntur

Excæcatus fons *mulier liberis gignendis inepta.*
Oculi *liberis comparati.*
Oculi *natare quando dicantur.*
Oculi *ebrij.*
Oculis *deuorare.*
Oculos *manè aperientes Iudæi vt Deum benedicant.*
Aperiendi verbum ad oculos *ſi transferatur quid ſignificet?*
Puniendis oculi *claudebantur.*
Oculi *alicuius illius dicti obſeruatores dicti.*
Oculos *ſeptem Chriſtum habuiſſe ineptè aliqui dixerunt.*
Oculus *clementiæ diuinæ tributus.*
In virum doctrinâ, ac ſapientiâ inſignem figere oculos *nefas Hebræi putant.*
Puerorum oculos *luto ex balneo ſumpto obliniebant auertendæ faſcinationi.*
Libido *ab aſpectu naſcitur.*
Demiſſis in terram oculis *loqui modeſtiæ pars.*
Præſagium ex oculis.

Excæcatus fons mulier liberis gignendis inepta.
S. Chryſoſt.

1047. VT oculus cum fonte cognationem habet in Hebraico fonte non mirum ſi & oculus quoque de muliere quæ filios gignit tanquam titulos dicatur: certè oculum excæcatum vocatam Saram repetis, quæ gignendis filiis erat inidonea: ſanctus Chryſoſtomus hom. 41. in Geneſim ita loquitur: *Et defecerant Saræ fieri muliebria, areſfactus erat, inquit, fons excæcatus* OCVLVS, *officina erat inutilis facta.*

Oculi liberis comparati.
Artem.

Oculos liberis comparatos obſeruo: Artemidorus lib. 1. cap. 28. *Similes* OCVLI SVNT LIBERIS, *nam & amabiles ſunt, & corporis præuij, ac duces, quemadmodum pueri parentum in ſenecta.*

Oculi natare quando dicantur.
Apul.
Quint.
Adam.
Oculi ebrij.
Catul.
S. Baſil.

Oculi quoque proni, vt loquitur Apuleius, libidine marcidi, natare dicuntur: Quintilianus *natantes, & venereos* dixit. Adamantius *inundantes, & fluctuantes in ſeipſis.*

Bibere oculi quoque dicuntur, vt alibi dixi, vt non mirum ſi & *ebrij* dicantur, hoc eos titulo donat Catullus, & ex noſtris ſanctus Baſilius ait impudicos iuuenes *ebrios eſſe oculis.*

Oculis deuorare.

Oculis deuorare dixiſſe antiquos alibi dixi:

addo nunc Iuſtinum qui lib. 21. *quæ emere*, inquit, *non poterat, oculis deuorare.*

Iuſt.

Oculos manè aperientes Iudæi vt Deum benedicant.
Heb.

Hebræi manè ſurgentes Deum benedicunt, tanquam ſi tunc oculos eis operuiſſet, cùm dormientes cæcis fuerint pares: hac autem formulà vtuntur: *Laudatus ſis tu Dominus Deus noſter, Rex mundi, cæcos* APERIENS, id eſt eos illuminans: nam *aperire* in ſacris litteris de oculorum illuminatione dicitur.

Aperiendi verbum ad oculos ſi transferatur quid ſignificet.
Oleaſt.

1048. Aperiendi verbum ad oculos ſi transferatur ſignificat videre, viſum reſtituere: ſcitè Oleaſter in cap. 23. Exod. *Munus excæcabit videntes: aduerte videntes, quod verbum Pachah à quo pikhea, id eſt videns ſignificat aperire vt patet Iob 27. oculos ſuos pachah, id eſt,* APERVIT, *& cap. 14. pakachta, id eſt, operuiſti oculos tuos, & ſimiliter videre, aperire vocat, vt patet Pſal. 146. Dominus Pocheah, id eſt aperiens cæcos, ſeu videre faciens eos:* Hæc Oleaſter.

Puniendis oculi claudebantur.
Hegeſ.
Tacit.
Curtius.

Puniendis olim oculi claudebantur: inde vetus illud Romanorum: *Caput obnubito.* Hegeſippus lib. 47. *Dum percuſſor moratur, clauſis iam faſciola* OCVLIS, *ſeſe proripuit ad Romanos.*

Tacitus lib. 4. Annal. *Trahebatur damnatus, quantum obductâ veſte, & aſtrictis faucibus niti poterat, clamitans.* Curtius lib. 6. de Philota: *Dum obteguntur* OCVLI, *dum veſtis exuitur Deos patrios, gentium iura inuocabat.*

Oculi alicuius illius dicti obſeruatores dicti.
Pſal. 76.
Euth.

Oculi alicuius aliquando dicuntur illius obſeruatores: Euthymius illud Pſalm. 76. *Anticipauerunt vigilias oculi mei:* ita legit: *præuenerunt cuſtodias oculi mei:* additque ad explicatum: OCVLI MEI, *hoc eſt, obſeruatores, atque inimici mei, omnes præuenerunt cuſtodias, ſoliciti nimirum vt ſuis me inſidiis comprehenderent.*

Oculos ſeptem Chriſtum habuiſſe ineptè aliqui dixerunt.
S. Cyril. Ier.

Oculos ſeptem habuiſſe Chriſtum ineptè aliquos dixiſſe dixit ſanctus Cyrillus Hieroſol. catech. 6. *Nonnulli quoque* SEPTEM OCVLOS *illum habere auſi ſunt dicere, eo quod ſcriptum ſit, ſeptem oculi Domini, reſpicientes ſuper omnem terram.* Zach. 4. 10.

Oculus clementiæ diuinæ tributus.
S. Bern.

1049. Oculum clementiæ diuinæ tributum lego: ſanctus Bernardus in Pſalm. Qui habitat, ſerm. 11. *Vigilat ſuper nos indefeſſus, & peruigil iſte ſingularis* CLEMENTIÆ OCVLVS, *non dormit, neque dormitat, qui cuſtodit Iſrael. Id quidem neceſſe. Non enim dormit, neque dormitat qui impugnat Iſrael.*

In virum doctrinâ, ac ſapientiâ inſignem figere oculos nefas Hebræi putât.
R. Iehud.

In virum inſignem doctrinâ, ac ſapientiâ oculos figere nefas Hebræi putant: hinc illud R. Iehudah: *Tria ſunt in quæ ſi quis intueatur cæcus fit,* nimirum, *in Iridem, in* נשיא *in hominem eleuatum* (Olim quippè inter omnes חכמים ſapientes vnus qui omnes ſuperaret eligebatur, qui נשיא dicebatur) & in Sacerdotes oculos flectere.

Puerorum oculos luto ex balneo ſumpto obliniebât auertendæ faſcinationi.
S. Chryſoſt.

Puerorum oculos luto ex balneo ſumpto oblitos auertendæ faſcinationi refert, & comprobat ſanctus Chryſoſtomus hom. 12. in epiſt. 1. ad Corinth. *Lutum mulieres in* BALNEO *accipientes, nutrices, & ancillæ, cùm digito vnxerint, imprimunt in fronte pueri. Et ſi quis roget, quid ſibi vult* LVTVM, *quid cœnum? Malum, inquit, auertit oculum, faſcinationemque & inuidiam. Papæ! quanta vis luti, & quanta virtus cœni: tanta quidem vt totam Diaboli aciem fundat, ac fuget. Non præ ſudore veſtro vultus tegetis?*

Libido ab aſpectu naſcitur.

Cuſtodiendi oculi ſunt, cùm naſcetur ab illis non cuſtoditis libido: hinc illud in ſententiis Ethicopoliticis.

ASPECTV *ab ipſo omnis libido naſcitur.*

Digitized by Google

1050. Interrogata à quodam monacho Beata Clara de Montefalconis quare demiſſis ſemper in terram oculis loqueretur, reſpondit: *Cum tantum linguâ loquamur, quid prodeſt* INTVERI VVLTVM, ET OCVLOS· ſic habetur in vitis Patrum Occideotis lib.7.cap.16.

Demiſſis in terram oculis loqui modeſtie pars.

Præſagium ex oculos. Cœl. Rhod.

Et oculis aliquos odoratos præſagium refert Cœlius Rhodiginus lib. 7. cap. 24. lect. antiq. *Saliatores referuntur à nonnullis, qui ſalientes* OCVLOS *intuiti, odorantur præſagium. Meminit rei ipſius in Amaryllide Theocritus: ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός, ſalit mihi dexter oculus. Quamquam Plautus in ſupercilio id obſeruauit* Et verò quia mentis oculos ad alia quoque quæ dicenda ſuperſunt dirigo, plura de corporis oculis prudens non adiicio: præſertim cùm pleraque in illud opuſculum ſint reſeruanda, quod cum Anatomiæ ſpiritualis titulum ferat, ad oculorum tractationem præcipue nos ducet.

CAPVT CV.

De ſexu ſequiore nonnulla chartis conſignantur.

Sexus melior *de virili.*
Fœmineum *genus negligi noluit Deus.*
Contemnenda mulier *cum noxium aliquid ſuadet, & viro dominari quærit.*
Mulieris *eſt viro ſe ſubiicere.*
Mulieris *in corpore adeò molli ſumma fortitudo.*
Mulier *armorum vice Dæmoni ſeruit.*
Mulierculis *olim nefas in Dianæ Epheſinæ templum ingredi.*
Fœminei generis *doli.*
Fœminea *vidua malè olim audiebat.*
Mulier *pudica viri ſui gloria*
In hoc ab aqua mulier *differat, quod aqua putreſcit niſi excurrat, contrà mulier ſi excurrat.*
Fœminæ eſt, *quietem potiùs amare, quàm motum*
De mulieris *faſcia antiquorum ſuperſtitio.*
Vt punitus qui mulieris *raptui interfuiſſet.*
Mulieres *ad regem ingreſſuræ vt ſe præpararent.*
Lex de muliere, *quæ alienum debitum ſe ſoluturam promittat.*
Subitæ fœminarum *mortes Dianæ tribuebantur, virorum Apollini.*
In mulieris *conſuetudine vincula timenda.*
A mulieris *adſpectu quanta mala timenda.*
Mulieris *conſuetudo quàm noxia.*
Mulier carioſum vas, *quod ſecreti aquas continere non poteſt.*

1051. IIs, quæ ſparſim de ſequiori, molliorique ſexu in toto volumine dixi, hæc, quæ adiicio, adiecta volo, ne pereant.

Sexus melior de virili. Stat.

Sexus melior, virilis dictus eſt: Statius 1. Thebaid. loquens de Adraſto.

Hic SEXVS MELIORIS *inops, ſed prole virebat,*
Fœmineâ, gemino natarum pignore fultus.

Et verò licet ſexus melior virilis ſit dictus, ſequior verò fœmineus, non eſt tamen melioris minus bunum ſpernere.

Fœmineum genus negligi noluit Deus. S. Athan.

Fœminas negligi Deus non vult, nec muliebrem ſexum vilipendi: indicauit iſtuc cum Euam non ex luto formauit, ſicut Adam, ſed ex Adæ coſta, ne ſcilicet aliquis diceret lutum ex quo formatus eſſet Adam præſtantius eſſe, nobiliuſque: ignobilius illud, ex quo Eua: ex Adamque bonos prodire, ex Eua malos: Tetigit iſtuc ſanctus Athanaſius quæſt. 85. vbi ait: *Quare Deus cùm ex terrâ finxiſſet hominem, non etiam finxit Euam, ſed eam formauit ex eius coſtâ? Reſpon. Ne haberent occaſionem dicendi,* ALIVD ESSE LVTVM ADÆ ET ALIVD EVÆ: ET LVTVM ADÆ PRÆSTANTIVS ESSE, *quódque ex hoc boni, & probi homines: ex Euâ verò ſint mali, peruerſi, & praui: Ideo fecit eos Deus ex eodem luto terra.*

Contemnenda mulier cū noxium aliquid ſuadet, & viro dominari quærit.

In hoc ſolo contemnenda mulier eſt, cùm aliquid ſuadet, quo Deus læditur: Eua virago ex aliquorum mente dicta eſt, non ſolum quia de viro ſumpta, ſed etiam quia viro dominatura erat: Richardus à ſancto Laurentio lib. 6. de laudibus Virginis id tangit, rémque ad Virginem transfert: *Ideo fortè quaſi propheticè dicta eſt Eua virago, quia viro ſuo dominatura erat, quod fuit quando vir conſenſit ei in malo:* QVANDO ENIM MVLIER FIT VIRAGO, TVNC VIR EFFICITVR MVLIEBRIS, *tamen in hoc figurauit Eua Mariam, quæ in quantum mater dominatura erat Chriſto, & facta eſt virago, quando filius erat ſubditus, non ſolum illi, ſed & Ioſeph propter eam, ſicut dicitur Lucæ 2.*

Mulieris eſſe viro ſe ſubiicere ex palmis colligit ſanctus Ambroſius 3. Exam. cap. 13. vbi ita ſcribit: *Videas palmam, quæ dactylos generat plerumque inclinantem ramos ſuos, & ſubiicientem ei arbori, quam ſuauem palmam appellant pueri ruſticorum. Illa ergo palma fœmina eſt, &* SEXVM SVBIECTIONIS SPECIE *confitetur.* 1052.

Mulieris eſt viro ſe ſubiicere S. Ambroſ.

Mulieris in corpore adeo molli ſumma fortitudo. S. Greg. Nyſſ.

Mulieris in corpore adeo molli, & imbecillo fortitudinem, & robur, cùm de bonis operibus agitur expendebat ſanctus Gregorius Nyſſenus orat 1 in verba: Faciamus hominem: *Non temerè mulieri ea data eſt* MOLLITVDO, *ſed vt ad humanitatem facilior ſit, ad miſericordiamque propenſior. In rebus autem, quæ fortitudinem poſtulant,* ROBVSTA *eſt, in vigiliis, & laboribus conſtans. Quando poteſt hominis natura cum fœmina fortiter vitam agentis natura contendere? Quando poteſt homo firmam mulierum in ieiuniis continentiam imitari? Quando poteſt æquare ſedulum earum in precationibus ſtudium, piam ad lachrymandum propenſionem, & pronam ad bene merendum facilitatem?*

Mulierem armorum vice Dæmoni ſeruire, quibus contra viros pugnet ita colligebat ex vxore Iob ſanctus Chryſoſtomus homil. 28. in epiſt. 1. ad Cor. *Propterea eam cum liberis minimè ſuſtulit diabolus, neque eius eadem petiit, quoniam expectauit fore vt* EA SIBI VALDE CONFERRET *ad huic ſancto ſtruendas inſidias. Propterea eam tanquam maxima arma ſibi reliquit. Si enim, inquit, per ipſam eieci è Paradiſo, multo magis in ſterquilinio eum potero ſupplantare.* Sic de vxore Iob. 1053.

Mulier armorum vice Dæmoni ſeruit. S. Chryſoſt.

Mulierculis olim nefas in Diana Epheſina templum ingredi. Artemidor.

Mulierculis olim capitale fuiſſe in Dianæ Epheſinæ templum ingredi indicat Artemidorus lib. 4. cap. 5. MVLIER *quædam exiſtimauit ſe in*

in templum ſiue domum Dianæ Epheſiæ ingreſſam eſſe, iſticque cœnare, ipſa verò non diu poſt mortua eſt; mori enim pœna eſt ingreſſæ eò mulierculæ.

Fuit qui fœmineum genus ita traduxit vt in illo nihil ſincerum deliteſceret, nihil non doloſum; Teriſaulus Fauſtinus Tradocius in triumpho ſtultitiæ ita canit:

Fœminei generis doli. Fauſt.

Eſt FOEMINA *tota ars,*
Tota dolus, tota inſidia, temeraria tota:
Totaque garrulitas, rabies & tota venenum,
Ira, odiique memor, grauis, impetuoſa, cruenta,
Lege ſimul cum mente carens ratione, modóque.

1054. Fœmina malè licet audierit, præcipuè tamen vidua, Proſperus Feſulanus, vt habent vetera fragmenta antiquitatum Ethruſcarum hæc ad nos tranſmiſit: *Si vidua n amas, diuitias adde, alioquin ne ducas, animal peſſimum eſt fœmina, maximè* VIDVA.

Fœmina vidua maledicam audiebat. Antiq. Eth.

Mulier quæ pudica, gloria viri ſui eſt; dedecus, ſi impudica; primum illud probat vetus dictum:

Mulier pudica viri ſui gloria.

Mulier viri ſui pudica GLORIA *eſt.*

Secundum à primo ſequitur; niſi quod impudica maius dedecus videtur afferre, quam gloriam ſi pudica.

In hoc ab aqua mulier differt, quod aquæ continuò mobiles non putreſcunt, putreſcunt ſi non moueantur, in fœmina aliter accidit, putreſcit ſi facilè moueatur, huc, illúcque diſcurrat, conſeruatur facilius ſi ſiſtat, nec foras exeat.

In hoc ab aqua mulier differt, quod aqua putreſcit niſi excurrat, contra mulier ſi excurrat.

1055. Fœminæ eſt quietem potius amare, quàm motum; natura ipſa hoc docuit, ex cuius præſcripto, vt etiam medici notauêre, FOETVS FOEMINEVS TARDIVS *quam maſculus mouetur,* vt tardiur ad motum eat, promptior ad quietem ſit.

Fœminæ eſt quietem potius amare quàm motu.

De faſcia mulieris ita ſuperſtitioſè ſentiebant Gentiles, vt eà putarent dolores minui. Plinius lib. 28. cap. 7. *Inuenio &* FASCIA MVLIERIS *alligato capite, dolores minui.*

De mulieris faſcia antiquorum ſuperſtitio. Plin.

Eum, qui mulieris raptui interfuerit, variè pro ſtatus varietate puniunt leges Vuiſigothorum; mitius quippe in eum agebatur ſi liber, quam ſi ſeruus extitiſſet; Dabo legis ipſius verba ex lib. 3. tit. 3 num. 12. & ſunt iſta: *Qui in* RAPTV *interfuiſſe cognoſcitur, ſi liber eſt, ſex auri vncias reddat, & quinquaginta ictus flagellorum publicè extenſus accipiat. Nam ſi ſeruus fuerit, & ſine Domini voluntate hoc fecerit, C. publice flagella ſuſcipiat. Quod ſi ſeruus in raptu interfuerit cum Domini voluntate, Dominus ita pro eo componat, ſicut & de ingenuis eſt conſtitutum.*

V puniuntur qui mulieris raptui interfuiſſe. Leg. Vuiſig.

Mulieres ad Regem ingreſſuræ ſex menſibus oleo myrteu vngebantur, ſex aliis aliis pigmentis, vt integrum annum in hoc munere inſumerent; ita Freculphus in Chronico tom. 1. lib. 1. cap. 40. *Quæritur quomodo Sara cum à Pharaone rapta fuerit, ab eo violata eſſe non credatur, niſi quia iuxta librum Heſter, quæcunque mulierum placuiſſet Regi apud veteres,* SEX MENSIBVS *vngebatur oleo myrteo, &* SEX MENSIBVS *in pigmentis variis erat, & curationibus fœminarum, & tunc demum ingrediebatur ad Regem.*

Mulieres ad regem ingreſſuræ, vt ſe præpararent. Frecul.

1056. De muliere alieno debito ſatisfacturam ſe promittente, ita habet edictum Regis Theodorici num 133. MVLIER *etiam ſi per cautionem alienum debitum ſe reddituram ſpondeat, non tenetur.*

Lex de muliere, quæ alienũ debitum ſe ſoluturam promittat. Edict. Theod

Apud Græcos olim hæc cenſio vigêbat, vt Dianæ ſubitæ fœminarum mortes tribuerentur, virorum verò Apollini. Euſtath. in 6 Iliad. *Græcorum opinio fuit, vt Dianæ, hoc eſt, Lunæ, ſubitæ* MORTES FOEMINARVM *attribuantur, quemadmodum Apollini, hoc eſt, Soli ſubitæ virorum mortes.*

Subitæ fœminarum mortes Dianæ tribuebantur, virorum Apollini. Euſtath.

In muliere, mulierique conſuetudine vincula timenda eſſe docuit ſanctus Ambroſius lib. 1. de pœnit cap. 13. *Adulterinus ſermo iuuenculæ, nodus adoleſcentium eſt: verba adoleſcentis vincula ſunt amoris. Vidit hunc ignem Ioſeph, quando eum adulterij cupida mulier alloquuta eſt, voluit enim capere ſermone, miſit laqueos labiorum ſuorum, ſed pudicum virum* LIGARE *non potuit. Soluit enim vincula mulieris vox pudoris.*

In mulieris conſuetudine vincula timenda. S. Ambroſ.

A mulieris aſpectu quanta mala timenda Dauidis exemplo docebat ſanctus Antiochus homil 17. *Hanc (Berſabeam) cum vidiſſet ſanctus, alioqui vt ſe laudauerat, & concupiſcentiâ carnis illius exarſiſſet, quantam* FLAGITIORVM LERNAM *hic operatus eſt, modis licet omnibus maximus?*

A mulieris aſpectu quãta mala timenda. S. Antioch.

Mulieris conſuetudo quàm noxia ſit, indicat ſanctus Nilus orat. de fornicat. dum ait: *Vt* OLEVM *lucernam alit, ſic voluptatis inſaniam* MVLIERIS CONSVETVDO: igitur, qui meliorem ſexum refert, pedem à molliori referat, vt ſuæ ſaluti conſulat, ne pereat.

Mulieris conſuetudo quã noxia.

Vxorem vas carioſum indigitat Plutarchus, aqua non vinum illi infundetur, aut oleum, ſi ficta quædam & inania illi committantur, nam cum Romanus quidam vxori Senatus arcana ſcire cupienti, fictamque quamdam fabulam hac lege narraſſet, vt rem omnem intra ſe coërceret, illa ſtatim ancillæ rem communicat, hæc alteri, altera amatori, hic aliis, vt ſtatim per totam vrbem res curreret, domum vir rediens, claudit Plutarchus lib. de garrulitate: *Euge, inquit, vxor laudo te celeritatis quod me ſermo etiam præcucurrerit in forum. Conueniens igitur magiſtratus liberauit eos à tumultu: Vxorem autem caſtigans, vt domum reuerſus eſt: Perdidiſti me, inquit, vxor: Arcanum enim ex meis ædibus elatum, venit in publicũ, vt mihi fugiendum ſit è patria propter tuam incontinentiam. Illa vero primùm inficiante, dicentéque. An non hæc cum trecentis audiſti? Quibus inquit trecentis? Te cogente, fabulam confinxi, facere periculum volens, an poſſes ſilere. Hic quidem prorſus tutò cùmque cautione velut* IN VAS CARIOSVM, *non vinum, nec oleum, ſed aquam infundens, tentauit vxorem*, quod nollem ad noſtri æui mulieres iure traduci poſſe.

Mulier carioſum vas quod ſecreti aquam continere non valet. Plut.

CAPVT CVI.

De mulieribus, quæ puritatem omnem eiurauerunt.

In regis ebrietate corripi, & meretricem *introducere, ac cognoſcere olim capitale.*

Meretrix *in Dianæ ſacellum ingredi non poterat niſi à meretricatu deſtitiſſet.*

Poſt datum campanæ ſonum nonnulli à meretricum *ædibus ſuos auocant.*

Meretriciam *vitam agentis pœna.*

Meretricis *definitio.*

Lictoris *manus tenere olim non ferebant.*

Ad meretricio *amore captos res flectitur.*

Viduæ *olim oculos intuentium veſtibus vt fallerent.*

Adulteri *vt puniti apud Vuiſigothos.*
Mulieres *cum ſeruis inuenta, vt punita.*
Naſus marribus *abſcindebatur qua Virgines filias proſtituiſſent.*
Nummariâ pœnâ punitus qui mulierem aliquam meretricem *vocaſſet.*
Ancilla qua meretriciam *artem exerceret quam pœnam ſubiret.*
In loco, in quo natus Saluator mixtas ſeminiris meretrices *Veneris amaſium planxiſſe.*
פלך *quid ? karceris, & impura mulieris nexus.*
Impurarum mulierum *rapacitas.*
Vt corum referant amatores *impurarum mulierum.*
Quinam animam ſuam in lupanar *ducant?*

1057. *In regiis ebrietate corrupi, & meretricē introducere ac cognoſcere olim capitale.* S. Chryſoſt.

MEntis puritati fouendæ, amoliendæ à mentis ſinu impuritati præter ea, quæ ſuperiùs dedimus, alia de impuris mulieribus afferemus, alia contra impuras mulieres arretabimus.

In regiis rem cum meretrice habere olim ſcelus erat capitale, quod in eos intorquet ſanctus Chryſoſtomus homil. 4. in Ioan. qui hæc, aut ſimilia in Dei contemptu efficiunt; hæc huius ſancti Patris ſunt verba: *In ipſis regiis apud nos ſi quis* INTRODVCTAM MERETRICEM COGNOSCERET, *vel ebrietate, vel aliqua huiuſmodi turpitudine deboneſtaretur, vltimum daret ſupplicium. Quod ſi hæc in regiis intolerabilia ſunt, longè magis in conſpectu ſummi, & omnipotentis regis, cùm vbique præſto adſit, & quacunque agimus, intueatur, meritis pœnis afficiemur.*

Meretrix in Dianæ ſacellū ingredi non poterat niſi à meretricatu deſtiſſet. Artemid.

Meretrix in Dianæ ſacellum ingredi minimè poterat, niſi prius ſcortationem exercere deſiiſſet: Artemidorus lib. 4. cap. 5. MERETRICVLA *quadam viſa eſt ſibi in* DIANÆ SACELLVM *ingreſſa eſſe, & libertatem adepta eſt, & ſcortationem exercere deſiit; non enim prius in ſacellum ingredi poterat, niſi a meretricatu deſtitiſſet.*

1058. *Poſt datum campanæ ſonū non niſi a meretricum ædibus ſuos auocant.* Stat. Crem.

Poſt datum campanæ pulſum ſuos à meretricum habitatione plerique auocant, vt qui in proſtibulo inueniatur, pœnâ pecuniariâ mulctetur. Cremonenſia ſtatuta num. 122. ſic decernunt: *Nulla perſona poſſit* POST TERTIVM SONVM CAMPANELLÆ, *quæ pulſatur de ſero, cum* MERETRICIBVS STARE *in dicto proſtibulo, ſub pœna librarum quinque Imper. nec cum dictis meretricibus habitare in aliquo hoſpitio, nec in aliquibus tabernis ibi vicinis, & propinquis, in quibus loci prædicti lenones dictas meretrices nullo tempore ducunt, & tenent & hoc ſub pœna prædicta.*

Additur num. 122. de recipientibus meretrices, lenoneſque. *Item quòd dicti hoſpites non audeant, nec præſumant quoquo modo receptare, ſeu in domo ſua tenere poſt* TERTIVM SONVM CAMPANELLÆ *aliquam meretricem, ſeu lenonem ſub pœna librarum decem Imper.*

1059. *Meretricem vitam agentis pœna.* Leg. Vviſig.

De meretricibus ita ſtatuunt leges Vuiſigothorum lib. 3. tit. 4. num. 17. *Si aliqua puella ingenua, ſiue mulier in ciuitate publicè fornicationem exercēs* MERETRIX AGNOSCATVR, *& frequēter deprehenſa in adulterio nullo modo erubeſcens ingiter multos viros per turpem ſuam conſuetudinem attrahere cognoſcitur, huiuſmodi à Comite ciuitatis comprehenſa trecentenis flagellis publicè verberetur, & diſcuſſa ante populum dimittatur: ſub ea conditione vt poſtmodum in turpibus vitiis nullatenus deprehendatur, nec vnquam in ciuitatem ei veniendi aditus detur. Et ſi poſtmodum ad priſtina facta rediiſſe cognoſcitur, iteratim a Comite ciuitatis trecentena flagella ſuſcipiat, & donetur a nobis alicui pauperi, vbi in graui ſeruitio permaneat, & nunquam in ciuitate ambulare permittatur.*

Meretricis definitio. S. Ephræm.

Meretricem ita definit ſanctus Ephræm in tract. aduerſus improbas mulieres: *Quid eſt* MERETRIX? *cauſa diaboli, diaboli conſolatio, arma diaboli, triumphus tenebrarum, dux delictorum.*

Lictoris manus tenere olim non ferebant. S. Chryſoſt.

Lictoris manus tenere olim non ferebant, quod ad meretricio amore illaqueatos flectit ſanctus Chryſoſtomus homil. 31. in epiſt. 1. ad Theſſal. dum ait: *Dic mihi tu eandem inis, & ſeruus tuus, & vtinam ſolus ſeruus, ſed non etiam lictor. Et* LICTORIS QVIDEM MANVS TENERE NON TVLERIS. *Eam autem quæ vnum cum illo corpus facta eſt amplecteris, & exoſcularis, & non horres, non extimeſcis, non pudore afficeris.*

Ad meretricio amore capi vestibus fallebantur. Idem.

1060. *Viduæ olim ceuos meretricium veſtibus vt fallerent.* Leg. Vviſig.

Viduarum fraudibus veſtibus intuentium oculos decipientium ita occurrunt Vuiſigothorum leges lib. 3. tit. 5. num. 4. *Sunt quarumdam inſilicum* VIDVARVM ASTVTIA *fraudem deuotioni admiſcere, & permixtâ veſtium ſimultate tranſgreſſionis ſibi cùm voluerit aditum reſerare. Addūt enim tempore luctus ſui, vt religioſâ veſte forcè ſe induat, & poſtea tranſgreſſionis meditantes inſaniam replicatos abintus clauos ſuis tunicis inſuant, quos induiſſe ſub tali fraudum argumentatione contendant. Sicque per hoc intuentium fallunt oculos: quia aliud in eis publicè videre non poſſunt, quàm quod foris patula omnibus cognitione monſtratur. Quapropter vt omnis de cætero ſimultatis amputetur occaſio, id tenendum præſenti ſanctione legis decernimus, vt ab inceps quæcunque vidua iſto ſe fraudum argumento excuſare voluerit, vt abintus aliud replicet, aliudque oſtendat in ſuperficie tunica, hoc illi religionis deputetur in ſigno, quod ex tranſgreſſionis delictis admiſſa vel admiſa eſt argumento: quia non quod illa ad tranſgreſſionem ſibi vſurpat, ſed quòd intuentium fides clamat; hæc certa, hæc vera religionis approbanda ſunt ſigna.*

Adulteri vt puniti apud Vuiſigothos. Leg. Vviſig.

Adulteros quî punirent Vuiſigothorum leges colligi ex eorum verbis poſſunt, quæ ex lib. 3. tit. 4. num. 1. ſumpta ſunt huiuſmodi: *Si quis* VXORI ALIENÆ *adulterium intulerit violenter, ſi ipſe adulter filios habens legitimos talia perpetrauerit, ipſe ſolus abſque rebus addicatur marito mulieris. Si autem filios legitimos non habuerit, quibus facultas ſua deberi legitimè poſſit, cum omnibus rebus ſuis in poteſtatem mariti mulieris deueniat, vt in eius poteſtate vindicta conſiſtat. Quod ſi mulieris fuerit fortaſſe conſenſus marito ſimilis ſit poteſtas de his faciendi quod placet.*

1061. *Mulieres cum ſeruis inuentæ, vt punitæ.* S. Auguſt.

Mulieres, quæ cum ſeruis inuentæ, ad forum adducebantur, non adducebantur viri ſi cum ancillis inuenti, quod diſcrimen tanquam iniuſtum damnat ſanctus Auguſtinus lib. de decem chordis cap. 1. *Solent,* inquit, *audire adductas eſſe* MVLIERES AD FORVM, *quæ fortè cum ſeruis inuentæ ſunt: adductum virum ad forum, qui inuentus eſt cum ancilla ſua, nunquam audierunt, cùm ſit par peccatum. In peccato pari innocentiorem facit videri virum, non diuina veritas, ſed humana peruerſitas.*

Naſus matribus abſcindebatur quæ Virgines filias proſtituiſſent. Conſtit. Sic.

Naſus olim matribus abſcindebatur, quæ filias virgines proſtituiſſent; Rogerius Rex in conſtit. Siculis lib. 3. tit. 48. ita ſancit: *Matres virgines*

Digitized by Google

gines filias proſtituenter, & maritalia fœdera fugientes, vt lenas ipſas proſequimur, & NASVS EIS SIMILITER ABSCINDATVR. *Caſtitatem enim ſuorum viſcerum vendere inhumanum eſt, & crudele. Quod ſi filia ſe ipſam proſtituerit, & mater ſolummodo conſentis, iudicis arbitrio relinquatur.*

Nummariâ pœnâ puniebatur qui mulierem aliquam meretricem vocaſſet.
Leg. Sal.

Nummariâ olim pœnâ puniebatur mulier aut vir, quæ, aut qui mulierem meretricem dixiſſet, ſi hoc probate non poſſet, in lege Salica tit. 32. de coniugiis num. 5. hæc habentur: *Si quæ mulier ingenua, aut vir mulierem* MERETRICEM *clamauerit, & non poterit adprobare, ſol. LXV. cul. iud.*

Ancilla quæ meretriciam artem exerceret quam pœnam ſubiret.
Leg. Vviſig.

Ancilla quæ meretriciam exercere artem vellet ita puniebatur apud Vviſigothos, vt habent eorum leges lib. 3. tit. 4. num. 17. *Si vero ancilla cuiuſcunque in ciuitate ſimili conuerſatione habitare dinoſcitur à iudice correpta* TRECENTIS FLAGELLIS PVBLICÈ VERBERETVR, & DECALVATA *domino reformetur, ſub ea conditione, vt eam* LONGIVS A CIVITATE FACIAT *conuerſari, aut certè tali loco tranſuendat vbi penitus ad ciuitatem acceſſum non habeat. Quod ſi forſitan, nec ad villam tranſmittere, nec vendere voluerit, & hæc iterum ad ciuitatem reuerſa fuerit, huiuſmodi dominus in conuentu publicè quinquaginta flagella ſuſcipiat. Ipſa verò ancilla donetur alicui pauperi quem Rex, vel Iudex, aut Comes eligere voluerint: ita vt poſtmodum ad eandem ciuitatem illi veniendi aditus non præſtetur.*

In loco in quo natus Saluator mixtas ſemiuiris meretrices Veneris amaſium planxiſſe.
S. Paulinus.

1062. Vbi natus Saluator, & puritatis magiſter meretrices ſemiuiris mixtas plãxiſſe Veneris amaſium plangit his verbis ſanctus Paulinus epiſt. 11. ad Seuerum: *Vbi natum Saluatorem exercitus Angelorum concinentes cæleſti gaudio ſalutauerant illuſtratâ nocte, ibi* VENERIS AMASIVM *mixtæ* SEMIVIRIS *planxére meretrices. Proh dolor! quæ pietas hominum hanc impietatem compenſare poterit? Vbi ſacra nati Saluatoris infantia vagierat, illic Veneris lamenta fingentium laſciuis luctibus infamie ritus vlulabat: & vbi Virgo pepererat, adulteri colebantur.*

Carceris, & impura mulieris nexus. Impurarum mulierum rapacitas.
Pier. Val.

Cohæret cum carcere impura mulier, etenim apud Chald. פלך *pelech* pellex dicitur, dicitur & de carcere in Vaic. rab. cap. 30.

Ad impurarum mulierum rapacitatem ſignificandam facit illud quod habet Pierius in hieroglyph. lib. 1. de Leone. *Michael Byzantius* MERETRICES *quaſdam ex Megara Sphinges appellatas ait, quod humano capite manſuetudinem præ ſe ferrent, cæterum corpore reliquo leonino, rapacitatem, & imperium, quod in amatores exercent, indicaret.* Sic Salomon Prou. etiam indicat.

Vt coruum referunt amatores impurarum mulierũ.
Alb. Magn.

1063. Impurarum mulierum amatores coruo illi pares ſunt, qui vt cadaueribus adhæreret, ad arcam redire noluit; Audiendus Albertus Magnus de Circunc. Domini ſerm. 8. *Multi immundum cadauer mulieris præponunt dulci Domino: & propterea ſunt imitatores illius* CORVI, *qui illectus per cadauer, redire noluit in arcam: Sicut legitur Geneſ. 8.*

Quinam animam ſuam in Lupanar ducant.
Philo.

Quinam ſint qui animæ ſuæ hoſtes, animam in lupanar ducant, ducant in carcerem, explicat Philo lib. *Quis rerum diuinarum hæres*, dum ait: *Cæterum qui hæc adſcribunt ſibiipſis, merito ſibi parant has miſerias, inſidioſam animam fermentatam, nunc gulæ, atque libidini tanquam* IN LVPANARI *proſtitutam, nunc in plurimis iniquitatibus tanquam in carcere conſtrictam, cum maleficis, non hominibus, ſed ſtudiis, quæ omnibus tribunalibus faceſſunt negocium, rationem verò inaniloquam.* Sed iterum eamus ad ciſternam, quæ ad ea, quæ adduximus, nos duxit.

EXCVRSVS LXXXVII.

Ciſternam vt mulier referat ornatu meretricio, à nimio, ſuperfluóque ornatu mulieres auocantur.

Ciſternam *mulier refert meretricio ornatu.*
Perſtrictæ vxores quæ ornatum *ſuum virorum velamine excuſant.*
In muliere ornatus eſt, *ſe non ornare.*
A ſuperfluo ornatu *mulieres auocatæ.*
Amatores ſuperfluis fucis, & ornamentis *incantantur.*
Fœminarum delictum ſe ſtudioſius colere.
Ornatum *mulier non à gemmis mutuet, ſed à virtutibus.*
Ceruices non auro *inclinanda, ſed* Chriſto.
Animæ ornatus *quærendus, non corporis.*
Virgines ab inani corporis cultu *auocatæ.*
Punctæ mulieres, quæ auro *onuſtæ ad templa pergunt.*
In ſuperfluo mulierum ornatu *vincula latent.*
Muliebris cultus *detegitur.*
Adulteriis variis ornata *mulier quæ corpus excolit.*
Quid mali timere debeat mulier ſe nimium excolens, *& exornans?*
Mulier curioſè ſe exornans *retia expandit.*
Ab aureis monilibus *ad Pauli vincula vocatæ mulieres.*
Ornatus veſtium *ſapere nos terrena ſignificat.*
Corporis, & animæ ornatus *ægrè inter ſe cohærent.*
Affectatus decor *oculos intuentium faſcinat.*
Etiam vir poculum *veneno illitum mulieribus porriget.*
Ægrè viri nomen *ſuſtinet, qui fœmineâ leuitate corpus exornat.*
Viri *filiarum nomine ſignificati ob muliebrem ornatum.*
Corporis ornamenta *cur tantâ diligentia in ſacris numerata.*
Viri in luctu alicubi muliebrem veſtem *induunt.*
Primi hominis exemplo homines à purpura, *&* byſſo *auocantur.*
Vilis, & inornata veſtis *laudibus ornata.*
Regius ornatus *eſt ornatus omnis contemptus.*
Ornatûs *cultores maximè Chaldæi.*
Auro *inferiorem ſe facit, qui auro exornat ſe.*
Animo non videtur ornatus, *qui animum non ornat, ſed corpus.*

Caro etiam culta *nil aliud, quàm caro.*
Caro quò mollius veſtita, *eò acriùs in animam inſurgit.*
Caudæ *olim in mulierum veſtibus.*
Perſtrictæ mulieres quæ caudas *geſtabant.*
In pretioſis, *non in* vilibus *veſtibus caudæ videbantur.*

1064. CONtra mollioris ſexus inſaniam cutem, corpuſque nimium polientis acui non ſemel calamum, ſed hæc nota altiùs in mulierum animis eſt ſculpta, quam vt facilè, vt paucis poſſit ab illis abradi, ab illis abſtergi; alia hic afferenda huic ab illis vitio auferendo: nec prorſus ab aquis, à ciſternis abibimus.

Ciſternam vt mulier referat meretricio ornatu. S. Bern. Sen.

Ciſterna mulier eſt, in qua incautè aliquando vir decidit, adſcito, meretricioque ornatu deceptus, fit vt quæ aquas in concupiſcentiæ refrigerium exhibere debuerat, ruinæ occaſio aliquando ſit: rem egregiè verſat ſanctus Bernardinus Senenſis huc locum Exodi de ciſterna aperta, quæ operiri debuerat vocans, locúmque Prouerbiorum de aqua ex ciſterna ſuá bibenda: nequeo hîc eius verba præterire, & ſunt iſta ſerm. 45. de malis ex vanit. art. 2. cap. 2. *Nonne fodiens* CISTERNAM, *nec etiam præcauens, ſi beſtia in illam ceciderit, iuſtè exoluet pœnam? Sicut Exod. 21. in myſterium præceptum eſt: Si quis aperuerit ciſternam, & non operuerit eam: cecideritque bos, vel aſinus in eam, reddet Dominus ciſternæ pretium iumentorum. Ciſterna quippe, quæ aquas habet in remedium ſitientis, occaſio tamen ruinæ incautis eſſe poteſt. Sic vtique tu ò mulier vana, quæ viro tuo remedium eſſe potes fragilitatis humanæ, alteri incauto preparata occaſionem præſtas damnationis æternæ. Sic vtique vxor viro, Prouerb. 5. cap. nuncupatur vbi dicitur: Bibe aquam de ciſterna tua. Sed talis ciſterna incautè aperitur, quando mulier cultu meretricio exornatur. In illam vtique non opertam bos, vel aſinus cadit, quando occaſione indebita vanitatis aliquis per concupiſcentiam ruit: In quo caſu eius anima de mulieris vanæ manibus requiretur, cum det ad hoc efficacem cauſam non præcauendo ruinam.*

1065. Vxores, quæ ornatum ſuum excuſant, quia placere viris ſuis volunt, ita arguit, & falſitatis conuincit ſanctus Chryſoſtomus homil. 28. in epiſt. ad Hebræos: *Nam quod non velis placere marito, nec ea de cauſa* ORNARIS, *omnibus reddis perſpicuum ex iis, quæ ipſa facis. Nam cum limen thalami transieris, confeſtim deponis omnia, & veſtes, & ornamenta aurea, & margaritas, maximè autem eadomi non geſtans.*

Perſtringuntur vxores quæ ornatum num virorum velamine excuſant. S. Chryſoſt.

In muliere ornatus eſt ſe non ornare. S. Ambroſ.

Contra mulierum ornatum hæc intorquebat ſanctus Ambroſius lib. 1. de Virginibus: *At in nobis reiecta decoris cura plus placet, & hoc ipſum* QVOD VOS NON ORNATIS, ORNATVS EST. *Certe laceræ vulneribus aures, & depreſſa oneramiſera ceruicis, non ſunt allenamenta pœnarum, ſed diſcrimina metallorum. Hinc collum catena conſtringit, inde pedem compes includit. Nihil refert, auro corpus oneretur, an ferro.*

1066. A ſuperfluo ornatu mulierem auocat ſanctus Gregorius Nazianzenus tract. aduerſus mulieres ſtudioſiùs ſeſe ornantes, & excolentes; dum ait: *Eſther quidem elegantiam formæ ſibi arte conciliauit. Sed quis huius* ELEGANTIÆ FRVCTVS *extitit? totius Iudæorum gentis ſalus. Fornicaria quoque ac ferox Iezabel oculos pinxit: cæterum meretricio cruore meretricias perfudit. Tibi autem nec regia iræ ſedanda negotium incumbit, nec inter meretrices partes.*

A ſuperfluo ornatu mulieres auocat. S. Greg. Naz.

Amatorum animas ſuperfluis mulierum fucis, & ornamentis incantati dixit Sanctus Cyrillus Alex. in cap. 2. Oſ. *Talis anima (ſcilicet peccati amica) cum muliere improba auro ſe ſtudet exornare,* ORNAMENTISQVE *aurium, & colli amatorum ſuorum corda propemodum incantante conferri poteſt.*

Amatores ſuperfluis fucis, & ornamentis incantantur. S. Cyril. Al.

Fœminarum delictum eſt ſe cultiùs, ſtudioſiúſque ornare, adeò vt ab aliis abſtinere debeant; ſic eas vrget ſanctus Chryſoſtomus homil. 13. in epiſt. ad Epheſios: *Nullum verbum obſcœnum fœmina cito emiſerit. Cur tu ergo, dic mihi, turpia, & obſcœna loqueris? Ne mihi enim dixeris fœminas deploratas. Eſt enim genus mulierum neſcio quomodo ſui ornandi ſtudioſum. Et* HOC EST EIVS DELICTVM.

Fœminarum delictum ſe ſtudioſius colere S. Chryſoſt.

Verum ornatum non à gemmis mutuet, ſed à virtutibus: Egregiè ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 21. *Neque purpura, neque ſplendentes gemmæ auro admixta verè efficiunt mundum muliebrem. Multa enim inepta matronalium veſtigantes* ORNATVM *inuiſæ, atque odioſæ coniugibus redditæ. At animi ornatus, qui è virtute naſcitur, & conuictus deſiderium excitat, ac mutua eſt beneuolentiæ philtrum.* 1067.

Ornatū mulier non à gemmis mutuet, ſed à virtutibus. S. Iſid. Peluſ.

Ceruices non auro inclinandæ, ſed Chriſto; feſtiue mulieres vrget ſanctus Ambroſius lib. 2. de pœnit. cap. 9. *Fœminas margaritis* ONERARE *aures, curuare ceruices, quas bene Chriſto, non auro inclinarent: quæ ſeipſas flere debebant, quod margaritam, quæ de cælo eſt perdiderunt.*

Ceruices non auro inclinandæ, ſed Chriſto. S. Ambroſ.

A ſuperfluo ornatu mulieres ſic auocabat ſanctus Paulinus epiſt. 4. ad Seuerum: *Meminerint (mulieres) eſſe ſe filias illius filiæ regis cuius* GLORIA OMNIS AB INTVS EST. *Intelligant cur illas Apoſtolus prolixiori capitis velamento tegi iuſſerit: propter Angelos, inquit: Illos videlicet ad ſeductionem paratos, de quibus ſancti iudicabunt. Hi enim petulantius infirmiora vaſa pertentant, ſicut non Adam, ſed Euam coluber aggreſſus.*

Anima ornatus quærendus, non corporis. S. Paulinus.

Virgines ab inani corporis ornatu in hunc modū ſubducebat ſāctus Chryſoſtomus hom. 8. in epiſt. 1. ad Timoth. *Enimuero ſi his quæ ſub viro ſunt, quæ in deliciis viuunt, quæ diuitiis circumfluunt, interdicit: quantò magis eis, quæ virginitatem profeſſæ ſunt? Et quorum, inquies, virgo* MONILIA AVREA, *tortúmque crinem circumfert? Antiquis tanta eſt tenuis reliqui habitus cura, támque exquiſita diligentia, vt omnem illum aureum cultum facilè tranſcendere videatur.* 1068.

Virgines ab inani corporis cultu auocata. S. Chryſoſt.

Mulieres, quæ ornamentis, & auro oneratæ ad Eccleſiam pergebant, ſic premit, pungitque ſanctus Chryſoſtomus homil. 8. in epiſt. 1. ad Timoth. *Quid dicis? Deum precatura pergis, &* ORNAMENTA AVREA *circumfers, flauóſque crines, & ipſos auro compoſitos? An vero ſaltatura ad Eccleſiam pergis? Nunquid hic nuptias, & laſciniæ oblectamenta conquiris? Num vt tu ſpectaculum præbeas? num tibi nunc inſtruendus eſt thalamus?*

Punctæ mulieres quæ auro onuſtæ ad templa pergunt. S. Chryſoſt.

In ſuperfluo mulierum ornatu vincula videre debet qui verum videt; nam pœnam infelices eligunt, quam defugerent, ſi quid ſaperent; egregiè mulieres vrget ſanctus Ambroſius lib. 1. de Virginibus: *Si* CERVIX *premitur, ſi grauatur inceſſus, nil pretium iuuat: niſi quod vos mulieres ne pereat vobis pœna, trepidatis. Quid intereſt vtrùm aliena ſententia, an veſtra vos damnet? Hinc vos etiam miſerabiliores quàm qui publico iure damnantur: quòd illi optant exui, vos ligari.* 1069.

In ſuperfluo mulierum ornatu vincula latent. S. Ambroſ.

De muliebri cultu, & ornatu hæc habet ſanctus Chryſoſtomus homil. 8. in epiſt. 1. ad Timoth.

Muliebris cultus deteſtatur. S. Chryſoſt.

Digitized by Google

moth. *Quid de* COLLO, *quod nunc quidem operitur, nunc autem de induſtria denudatur? Quid item de* STROPHIO *quod mamillis conſtringendis apponitur? & hoc enim ſæpenumero vndant, vt cingendi magis appareat diligentia, dum pallium omne circa caput agitur.*

1070. *Adulteriis variis ornata mulier, quæ corpus excolit.* S. Paulinus.

Adulteriis variis ornatam mulierem aſſerit ſanctus Paulinus, quæ ſuperfluo cultu corpus colit, & ornat; ſic ille loquitur Epithal. in Iulian & vxorem:

Fruſtra hæc ſe mulier iactauerit eſſe pudicam.
Quæ ſe tam VARIIS ORNAT ADVLTERIIS.

Quid mali timere debeat mulier ſe nimium excolens & exornans. S. Chryſoſt.

Muliebres ornatus ita carpebat ſanctus Chryſoſtomus homil. 7. in epiſt. 1. ad Timoth. *Timeamus dilectiſſimi ne verba illa terribilia audire contingat: ligate ipſi manus & pedes. Quid hoc tibi infelix mulier iam conſpicaris, manuſque & pedes vinciri permitti? Nemo ex vinculatorum numero manus, pedeſque vincitur. Quid* CAPVT ETIAM OBLIGAS? *Non ſufficit manus pedeſque vinxiſſet Quid ceruicibus quoque innumera imponis vincula?*

1071. *Mulier curioſè ſe exornans retia expandit.* S. Iſid. Peluſ.

Mulier dum curioſè ornat ſe, retia expandit, inſidias ſpectatoribus ſtruens. Hinc illud ſancti Iſidori Peluſiotæ epiſt. 289. lib. 2. *Mulier* ORNANDS CORPORIS *nimis ſtudioſa, atque ob eam cauſam in forum ſe conferens, aut per feneſtras proſpiciens, vt iuuenes irretiat, etiamſi a conatu ſuo excidat, tamen perinde ac ſi eos irretiiſſet, condemnatur. Id enim omne, quod in ipſius poteſtate erat, effecit, vt quæ & venenum miſcuerit, & retia expanderit, & laqueos omni ſtudio, ac diligentiâ ſtatuerit.*

Ab aureis monilibus ad Pauli vincula vocata mulieres. S. Chryſoſt.

Ab aureis monilibus ad Pauli vincula vocabat, inuitabat mulieres ſanctus Chryſoſtomus homil. 10. in epiſt. ad Coloſſ. *Quæcunque mulieres* AVREA INDVISTIS MONILIA, *Pauli deſiderate vincula Non ſic vobis circa collum fulget ſolare vt in eius anima fulgebant ornamenta aureorum vinculorum. Si quiſpiam illa deſiderat, hæc odio habeat.*

1072. *Ornatus veſtium ſapere nos terrena ſignificat.* S. Ephræm.

Contra ornatum veſtium hæc afferebat ſanctus Ephræm Syrus ſerm. de vita, & exerc. monach. ORNATVS VESTIVM *nos ſapere terrena ſignificat, veſtiſque accuratè compoſita verâ illâ gloria nudos eſſe teſtatur.*

Corporis, & animæ ornatus ægrè inter ſe cohærent. S. Chryſoſt.

Corporis ornatus animæque ægrè inter ſe cohærent: ferè qui excolit corpus, animam negligit; ſanctus Chryſoſtomus homil 18. in epiſt. 1. ad Corinth. ita ſentit dum ait: *Difficile eſt enim, difficile, ò dilecti, fortaſſe autem etiam fieri non poteſt, vt ſic* ORNATO CORPORE *ſimul quoque ornetur anima: ſed neceſſe eſt vt ſi alterum curetur, alterum negligatur. Non eſt enim eiuſmodi eorum natura vt ſimul fiant.*

Affectatus decor oculos intuentium faſcinat. Hildeb.

Adſcitum ornatum, fucatum decorem egregiè pungit Hildebertus epiſt. 36. vbi hæc habet: AFFECTATVS DECOR, *& quicquid aliud, quam quod natum eſt, oculos faſcinat intuentes, odium prouocat non gratiam, repudium non fauorem.*

1073. *Etiam vir poculum veneno illitum mulieribus porrigit, dum cultius ſe ornat.* S. Iſid. Peluſ.

Etiam vir poculum veneno illitum obuiis fœminis porrigit ad mortem, dum ſe cultiùs exornat, quàm puritas exigat; hinc illud ſancti Iſidori Peluſiotæ lib. 2. epiſt. 289. *Si vir (ob prouocandas mulieres) laſciuiens, quam virum deceat ſe ornauit, ipſe quoque acerbiſſimas pœnas omnino pendet, tametſi etiam nulla reperiatur, quæ* POCVLVM BIBAT.

Ægrè viri nomen ſuſtinet qui fœminea leuitate corpus exornat. 2. Reg. 1. 24. S. Ambroſ.

Ægrè viri nomen ſuſtinet, qui fœmineâ leuitate corpus exornat; hinc illud 2. Reg. 1. 24. *Filij Iſrael ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in deliciis:* legit ſanctus Ambroſius lib. 3. offic. cap. 9. *Filiæ Sion plorate ſuper Saul, qui* VESTIEBAT *vos veſtimenta coccinea cum ornamento veſtro, qui imponebat aurum ſuper veſtimenta veſtra;* filij in filios degenerare videntur, qui corporis ornatus ſequuntur.

Viri filiarum nomine ſignificati ob muliebrem ornatum. Iſai. 3. Forrer.

Sic & Iſaiæ 3. vbi recenſet Propheta varia ornamenta, filiarum nomine vtitur, ait enim: *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit: in die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas, & murenulas, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes;* mulieres videtur alloqui. non alloquatur viros, qui viri nominare non merebantur fœminam præ ſe ferentes fœmineo ornamentorum ſtudio; Forrerius in cap. 3. Iſaiæ expendens verba, quæ ante iſta immediatè leguntur; *Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & ambulabant pedibus ſuis;* ait quippe lectionem Hebraicam ſpectans: *Hic quoque notes velim quod affixum hoc loco ſit maſculinum, in pedibus eorum, vt videas interpretationem illorum eſſe ſolidam qui hæc ad viros* EFFÆMINATOS *pertinere dicunt.*

Sed hîc indiſcuſſum abire non debet cur tantâ diligentiâ corporis ornamenta Deus enumerauerit; opportunè Vgo Victorinus inſtitut. Nouitior. cap. 11. *Ecce quam diligenter omnia* VANITATIS INSIGNIA ENVMERAT, *vt hæc in quibus homines nullam, vel admodum paruam culpam eſſe putant, quam diſtrictè a Deo perſentur, oſtendat.* 1074.

Corporis ornamenta cur tanta diligentia in ſacris numerata. Iſa 3. Vgo Vict.

Viri in luctu alicubi muliebrem veſtē induunt. S. Ambroſ.

Apud nonnullos hic mos viget, vt viri in mœrore muliebrem veſtem induant; ita ſanctus Ambroſius orat. 1. in morte fratris: *Lyciorum feruntur eſſe præcepta, quæ viros iubeant* MVLIEBREM VESTEM INDVERE, *ſi mœrori indulgent: eo quod mollem, & effeminatum indicauerint viri luctum.*

Primi hominis exemplo homines a purpura & byſſo auocantur. S. Nilus.

Contra byſſum, purpurámque hæc intorquebat ſanctus Nilus lib. Aſceticis. *Quas araneæ telas, quam byſſum, aut purpuram primus homo geſtauit? Nonne ſummus ille opifex* VESTEM E PELLIBVS *confecit, veſcique oleribus iuſſit, hos corporis vſui terminos ſtatuens, & procul reprimens hodiernam hominum turpitudinem?*

Vilem, & inornatam veſtem hiſce laudibus veſtiebat, & exornabat ſanctus Ambroſius lib. de pœnit. cap. 18. *Horret humilis veſtis, ſed hoc valde decet, quod Deo non diſplicet. Vilis eſt* CORPORIS CVLTVS, *ſed ipſe præcipuus ſanitatis ornatus. Et adhuc de indignitate forſitan quereris indumenti, qui nuptialem tunicam perdidiſti.* 1075.

Vilis, & inornata veſtis laudibus ornata. S. Ambroſ.

Regius ornatus eſt ornatûs omnis contemptus. S. Chryſoſt.

Regius, & pluſquam regius ornatus eſt, ornatûs omnis contemptus; ſupra ſe ipſum incipit eſſe, qui extimæ dignitatis inſignia infra ſe ponit; in exemplum nobis Moſem nobis offert ſanctus Chryſoſtomus ſerm. cùm eſſet preſbyter deſignatus: *Feci, inquit, te Deum Pharaoni, ipſóque rege ſplendidior erat, non* GESTANS DIADEMA, *neque purpura amictus, neque curru vectus aureo, ſed vniuerſo illo faſtu conculcato. Erat omnis filia regis gloria ab intus. Reuerſus eſt ſceptrum geſtans quo imperaret, non hominibus tantum, ſed & cœlo, terra, marique.*

Ornatûs cultores maximè Chaldæi. S. Cyr. Alex.

Ornatûs cultores maximè Chaldæi fuêre, quod tradit his verbis ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 6. Glaphyr. in Geneſim: *Arrhamque promiſſionis exigenti dedit baculum, annulum, & monile, hoc eſt ornamentum quoddam circa cutem. Exiſtimauerit*

ſtimauerit autem quiſpiam neque abs re Iudam vxorè CHALDÆVM *eorum quæ ad ornatus pertinet minimè negligentem fuiſſe. Sunt enim politi* CHALDÆI, *& ornatûs amantes quippè quibus manus, & cutis ſemper ſit ſplendida, quique etiam ipſos capillos ſeruatos rediminant. Siquidem hoc apud eos vſu receptum eſt, & viris dignum, atque adeo ſummum nobilitatis inſigne, neque à fortitudinis laudibus alienum cenſetur.*

1076. *Auro ſe inferiorem efficit qui auro exornat ſe.* Clem. Alex.

Qui auro exornat ſe, verè non exornat, ſed deuenuſtat, auro ſe facit inferiorem: Scite Clemens Alexandrinus 3. pædag cap 11. *Siquis* ORNARI AVRO *exiſtimat, is eſt auro inferior*; ornare aurum is debet, non ornari auro propter quem factum eſt aurum.

Animo non videtur ornatus qui animam non ornat ſed corpus S. Chryſoſt.

Anima potius, quàm corpus polienda eſt, animo non videtur ornatus, qui animum non ornat, ſed corpus tantùm; ſcite ſanctus Chryſoſtomus homil. 70. in Matth. *An ignoras* PRINCIPEM *magnificè magis, quàm* CIVITATEM ORNARI *oportere? propterea ciuitati quidem tentoria ex lino, Principi autem purpura, & diadema, contexta ſunt. Pariter ergo etiam tu viliora corpori tribue,* MENTEM *verò, atque* ANIMAM *purpurâ, ac coronâ magnificè polias.*

Caro etiam exculta nil aliud quam caro. Vgo Vict. *Caro quò melius veſtita, eò acrius in animam inſurgit.* B. IſaiasAbb.

Carnem licet quis exornet, & colat, meliorem reddere non poteſt, reddet deteriorem; animum ſi quis excolat perficiet: Bene de carnis ornatu Vgo Victorinus Inſtitut. Nouit. cap. 11. *Quantumcunque excolatur, & ornetur, quid eſt aliud caro, quàm caro?* nimirum caro contra ſpiritum ſæuius pugnat, quò ornatur mollius, adeo vt nõ ſemel corporis ornatus mors animæ ſit; hinc illud Iſaiæ Abbatis orat. 16. *Corporis* ORNATVS *eſt animæ interitus*; quod locum habet, cum alterius lapſus nimio ornatu quæritur.

1077. *Cauda olim in mulierum veſtibus.* S. Bern. Sen.

Denique in huius Excurſus caudâ, caudam illam pungam quæ olim in mulierum veſtibus videbatur, videtur & alicubi noſtro æuo. De caudis, quæ in mulierum veſtibus olim erant ita ſcribit ſanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 44. contra mundanas vanit. art. 1. cap. 2. *Quid etiam dicemus de faſtidioſo opprobrio* CAVDARVM, *quas tantum dilatauit diabolus per Italiam tempore meo, vt neque viliſſima mulier cula iam ſit quæ non erubeſcat ſi abſque cauda incedat. De quo tempore Merlinus prophetauit dicens; Mulieres inceſſu ſerpentes fient, & omnis greſſus earum ſuperbia replebitur. Renouabuntur caſtra Veneris, nec ceſſabunt ſagittæ Cupidinis.*

Perſtringit mulieres quæ caudas in veſtibus geſtabant. Idem.

Mulieres, quæ caudas in veſtibus circumferebant ita perſtringit idem ſanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 47. contra fucatas, art. 3. cap. 3. *Iam tota Italia* CAVDATIS MVLIERIBVS *plena eſt, nihil iam reſtat agendum aliud, vt completa animalia videantur, caudas & cornua habent. Iam enim in quibuſdam partibus ad binarium numerum in mulieribus cornua deuenerunt.*

Caudæ in pretioſis veſtibus non in vilibus.

Porrò caudæ in pretioſis veſtibus non in vilibus ferè videbantur, indicant hoc eiuſdem ſancti Patris verba eodem loco artic. 2. cap. 8. CAVDÆ *communiter ſiunt in veſtibus pretioſis, laneis, vel ſericis, non in viliſſimis pannis, quia mundo quædam deformitas eſſet.* Sed rurſus ad aquas redeamus.

* * *

CAPVT CVII.

De vaſis quibus aqua continebatur, quædam antiquitatis rudera.

Aquaria vaſa *coriis confecta apud Æthiopes.*
Vas aquâ *plenum ad defunctorum fores locatum.*
Qui proiicienda Samaritanæ exemplo hydria?
Hydria *ſummâ religione in templum deferri ſolita ab Ægyptiis.*
Aqua *in hydriis ſeruata in Palæſtina, & cur?*
Vtile Samaritanæ hydriam *amiſiſſe.*
Hydria *non proiicienda animæ eſt.*
Aquaria *quædam machina helix dicta.*
Aquam *vtribus deferebant.*
Vtres aqua *repleti equorum ventribus adligati.*
Aqua venalis *in vtribus delata camelis impoſita.*
Deus lachrymarum aquas *in vtre ſuo condit.*
Salſamenta in vtres *coniecta.*
Lac vtribus *delatum, delata farina.*
Vtres *melle referti.*
Bibaces *vino diſtenti vtribus comparati.*
Vtres *quænam referant?*
Pleni vt ſeruandi vtres *non vacui.*
Etiam Camelorum pellibus vtres *confecti.*
Vtres *cinere, & fauillâ pleni, cur geſtati à militibus?*
Vter *ſpiritalis quiſque ſit iuſtificationibus plenus, non cinere.*
Vtrem *refert qui caſtigat corpus ſuum.*
Sæpè ad puteum hydriam *deferebat Samaritana.*

EGimus de aqua, de vaſis quoque nobis aliqua delibanda, quibus aqua continentur; ferunt hoc explicata Salomonis verba, quin etiam exigunt: nam quod noſter habet: *Bibe aquam de ciſterna tua*. Sanctus Ambroſius in titulum Pſal. 37. legit: *Bibe aquam de tuis vaſis.* 1078.

Aquaria vaſa coriis confecta apud Æthiopes. Pet. Bleſenſ.

De aquariis quibuſdam vaſis coriis confici ſolitis, & eorum vſu apud Æthiopes hæc habet Petrus Bleſenſis ſerm. 25. in feſtum ſancti Iacobi Apoſtoli: CORIVM *cùm ad multa ſit vtile, tria hæc ſufficere poſſunt. Ex eo fiunt calceamenta, & vtres, quibus feruntur liquores per arida, & inaquoſa ad refocillandas animas ſitientes. Fiunt & hydraulia quædam, vaſa aquaria apud Æthiopes, quæ cùm impleuerint aquâ deſcendunt in cauernas Draconum in ipſis viſceribus terræ latentium, & percutientes hydraulia cum virgis corallinis terribilem ſonum faciunt, quo excitati Dracones aſcendunt, & per aëra volantes ducunt in Æthiopiam, vt eorum carnes edant. Turpe enim eſt regum nuptias celebrari ſine carnibus Draconis.*

Vas aquâ plenum ad defunctorum fores locatum. Suid.

Vas olim aquâ plenum ad defunctorum fores locabatur, vt ingredientes egredientéſque ſe adſpergerent. Suidas: *Vas aquaticum, quod pro foribus*

foribus deſunctorum collocabatur, vt ingredientes, & egredientes ſeſe aſpergerent; quod etiam alibi aliò ſpectans notabam.

Hydria ſummâ religione in templum deferri ſolita ab Ægyptiis. Cæl. Rhod.

Summâ religione ad templum deferri hydriam ab Ægyptiis ſolitam indicat Cælius Rhodiginus lib 17. lect. antiq. cap. 5. *Porro cu* AQVARVM *infinita propemodum* VTILITATES *ſint, gratiſſimaque, qui ſacerdotia gerunt moribus Ægyptiorum oſtendunt res omnes è liquore poteſtate conſiſtere. Itaque cum* HYDRIA AD TEMPLVM CASTA RELIGIONE DEFERTVR, *tunc in terram procumbentes, manibus ad cœlum ſublatis diuinæ gratias agunt bonitati. Ex iis eſſe arbitror, quod Seneca ſcribit magnorum fluminum capita veneramur.*

1079. *Aqua in hydriis ſeruata in Palæſtina, & cur.* S. Chryſoſt.

De aqua in hydriis ſeruari ſolita in Palæſtina, ita ſcribit ſanctus Chryſoſtomus homil. 22. in Ioannem. *Quare illa particula, ſecundum purificationem Iudæorum, nunquam in his* VINVM *fuiſſe oſtendit. Nam cum Palæſtina* INOPIA AQVARVM *laboret (rari enim illic fontes ſcaturiunt) hydriæ illæ aqua ſemper plenæ ſeruabantur, ne, ſi quando immundi fierent, longius flumina petenda eſſent, ſed propè purgarentur.*

Qui proiicienda Samaritanæ exemplo hydria. S. Auguſt.

Proiiciendam Samaritanæ exemplo hydriam docebat ſanctus Auguſtinus tract. 15. in Ioann. *Diſcant qui volunt euangelizare,* PROIICIANT HYDRIAM *ad puteum. Recordamini quid ſuperiùs dixerim de hydria; vas erat vnde aqua hauriebatur Græco nomine appellatur hydria quoniam Græcè ὕδωρ aqua dicitur: tanquamſi aquarium diceretur. Proiecit ergo hydriam ſuam, quæ iam non vſui, ſed oneri fuit; auida quippè deſiderabat aquâ illâ ſatiari.*

Sæpè ad puteum hydriā deferebat Samaritana. Idem.

Non rarò, ſed aſſiduè ad puteum Samaritana ventitabat, cuius laborem expendens idem ſanctus Auguſtinus tract. 15. in Ioannem, ait: *Suſpirabat illa nolens indigere, nolens laborare, aſſiduè venire ad illum fontem, onerari pondere, quo indigentia ſuppleretur. Et finito quod hauſerat, rurſus redire cogebatur: &* QVOTIDIANVS EI FVIT ISTE LABOR, *quia indigentia illa reficiebatur, non extinguebatur. Delectata ergo tali munere, rogat, vt ei aquam viuam daret.*

1080. *Vtile Samaritanæ hydriā amiſiſſe.* S. Chryſoſt.

De Samaritanæ hydria, vtilique eius amiſſione hæc habet ſanctus Ambroſius ſerm. 30. *Quæ* HYDRIÆ VASCVLVM AMISERAT, *Corporis plenitudinem reportabat, in nullo ciuitatis ſuæ inferens detrimentum, etenim ſi aquam ciuibus non intulit, tamen fontem ſalutis inuexit.*

Hydria, ſed non proiicienda, anima eſt. S. Anaſt. Sin.

Hydria, ſed non proiicienda, anima eſt, quæ ſupernæ gratiæ hauriendæ ad Chriſtum fontem eſt ferenda; ſanctus Anaſtaſius Sinaïta lib. 5. Exam. huc flectebat his verbis: *Appareat, & ad* FONTEM VITÆ *veniat, quæ fuit olim gentilis Samaritana, ferens hydriam animo ac puteum viuentem.*

Aquaria quadam machina helix dicta. Philo.

De aquaria quadam machina, quæ helix dicebatur, ita ſcribit Philo lib. de confuſione linguarum: *Qualis eſt* AQVARIA MACHINA, *quæ helix vocatur in cuius medio gradus quidam ſunt, quos ruſticus quoties agros vult rigare ſcandit, ac mox neceſſario dilabitur, & ne continuè cadat proximum fulcrum vtrâque manu retinet, quo totum corpus ſuſtentat. Interim pedes manuum, manus verò pedum funguntur officio. Inſiſtit enim manibus, quarum eſt agere, operatur pedibus, quorum eſt ſtare.*

1081. *Aquam vtribus deferebant.* Liuius.

Aquam vtribus deferebant; indicat Liuius lib. 4. decad. 5. *Poſtremò ſequi ſe* VTRARIOS *ad mare iuſſit*; vt nempè *vtres aquâ implerent.*

Geneſ. 21. 14. LXX.

In ſacris huius ritus mentio non ſemel fit; præcipuè Geneſ. 21. 14. *Tollens panem, & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius*: LXX. *ſuper humerum eius*: Vtribus aquam delatam probat etiam Chaldæus Paraphraſtes, qui illud Iſaiæ 21. 14. *Occurrentes ſitienti ferte aquam* vertit: *in occurſum ſitientis educite* VTREM *aquarum*; & ex prophanis Philoſtratus lib. 1. de vita Apollonij cap. 24. *Aquam præterea in commeatu parandam, atque* VTRIBVS *non ſecus, ac vinum deferri oportere audiui. Triduò, inquit Rex, aquis iter caret. Poſt id autem fluuiis, ac fontibus regio abundat.* Apoll.

1082. *Vtres aqua repleti equorum ventribus adligati.* Suid.

Vtres quandoque aqua, repletos equorum ventribus adligatos plerumque deferebant. Suidas: *Pharnutÿ dum in Mamos eunt per ſolitudines, aridique loca,* VTRES *aqua refertos ſubligant ventribus equorum.*

Aqua venalis in vtribus delata camelis impoſita. Deſcr. Afr.

In Africa Camelorum dorſibus vtros aquæ plenos imponunt, quam venalem per ciuitatem deferunt; in deſcriptione Africæ hæc lego de ciuitate Alcairi: *Plurimi item* AQVAM VENALEM *camelorum dorſis* VTRIBVS *ſuperimpoſitam circumferunt: ciuitas enim (vt dixi duobus paſſuum millibus a Nilo diſſidet. Alij vtrem perelegantem cum oreo ad foramen calamo geſtant, & manu pateram murrhinam ferentes aquam venalem proclamant, quam potores in ſingulos hauſtus teruncio exſoluunt.*

Deus lachrymarū aquas in vtre ſuo condit. Pſal. 55. 9. Hebr. Agell.

Deus lachrymarum aquam in vtre ſuo condit; hinc illud Dauidis Pſal. 55. verſ. 9. *Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo*; aliqui ex Hebræo: *Pone lachrymas meas in vtre tuo*; quam lectionem ita verſat noſter Agellius in huius Pſalmi commentario. *Sed oro, vt lachrymam quoque meam temerè fundi, ac perire non ſinas: ſed eas per ſtillas quodammodo collectas in* VTRE TVO *condas, & in rationibus tuis digeſtum earum numerum habeas, in quibus meæ calamitates cæteræ deſcriptæ ſunt, vt earum meminiſſe, & rationes inſpicere poſſis.*

Salſamenta in vtres conie cta lego apud Athen. lib. 3. Gymnoſ. ex Cratete comico: *In* VTRE *coriaceo elephantinum* SALSAMENTVM *a... Marina teſtudo:* 1083. *Salſamenta in vtres conie cta.* Athen.

Lac vtribus delatum, delata farina. Suid. 4. 19. Hom.

Lac vtribus clauſum habes Suid. 4. 19. *Quæ ... tulit* VTREM LACTIS.

Farinam quoque vtribus delatam lego apud Homerum Odyſſ. 2. in calce, vbi ait: *Farinam illi fun... benè conſutis* IN VTRIBVS.

Vtres melle referti. Zenob.

Mel vtribus delatum indicat Zenob. cent. 1. 74. vbi ait: *Leucon ruſticus melle vtres plenos ſportulis impoſitos, Athenas ferebat, hordeum iniiciēs modicum, vt pro hordeo penderet vectigal. Aſello verò cadenti Publicani, cum auxiliari vellent, mel latere cognouerunt, & pro vectigali non ſoluto ſuſtulerunt.*

Bibaces vino diſtentis vtribus comparati. S. Ambroſ.

Bibaces, & vino diſtendi ſolitos vtribus comparabat ſanctus Ambroſius de Elia, & ieiunio cap. 17. *Hos homines*, inquit, *an* VTRES *veriùs æſtimauerim, & tamen ipſi vtres ſi immoderata transfuſio fit, ſæpè rumpuntur. Per cornu etiam fluentia in fauces horum vina decurrunt, & ſi quis reſpirauerit, commiſſum flagitium, ſoluta acies loco motus habetur.*

1084. *Vtres quinā referant.* Olymp.

Vtres quinam referant ex Olympiodori mente ex eius verbis diſce, quæ ſubiicio; ſic ille ſcribit in catena Græca Ieremiæ cap. 13. VTRIBVS *eos aſſimilat, vel propter inanitatem: & humanam tantum in illis figuram, vel quod poſſint, dum velint diuinas etiamnum recipere fidei in Chriſtum inſtitutiones.*

Pleni vt ſeruandi vtres non vacui. S. Ambroſ.

Plenos ſeruandos vtres, non vacuos docebat ſanctus Ambroſius lib. 5. in Lucam. *Leuat iniuriam induſtria, ſi renouatis* VTRIBVS *noua vina credantur. Et ideo vtres hos plenos ſeruare ſemper debemus*

bemus. Vacuos enim cito tinea, & ærugo conſumit, gratia ſeruat impletos.

Etiam camelorum pellibus vtres confecti. Plin.

Sed ad pelles redeo, etiam ex Camelorum pellibus vtres fiebant, aut Rhinocerotum, præſertim apud Indos. Plin. lib. 11. cap. 7. rem habet his verbis: *Indi in* VTRIBVS *Camelorum, aut Rhinocerotum Lycion mittunt.* Caprinis pellibus etiam confectos infrà dicam, & probabo.

1085. Vtres cinere, & fauillâ plenos à militibus geſtatos lego; rem, & finem habet Suidas: *Pars exercitus* VTRES *geſtantes, cinere, & fauillâ plenos, pugiunculis iſtos perrumpentes, aerem turbidum reddebant.*

Vtres cinere, & fauilla pleni cur geſtati à militibus. Suid.

Nos tanquam ſpiritales vtres non rerum terrenarum amore veluti cinere repleti eſſe debemus; ſed ſpiritu, rebúſque ſpiritualibus: Audiendus ſanctus Ambroſius, qui in Pſal. 118. ad illud Dauidicum: *Factus ſum ſicut vter in pruina,* ait: *Non ergo vacuum, ſed plenum hunc* VTREM *eſſe oportet, plenum ſpiritus, plenum iuſtificationum.* Et quinam vtrem referat vberiùs ibidem explicans ait: *Hic eſt* VTER *qui caſtigat corpus ſuum, vt non ille incraſſatus, & obeſus populus, qui ſedit manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. Hic eſt vter, qui inebriat, non vino, ſed ſpiritu. In hoc ergo gloriatur Dauid, quia factus eſt ſicut vter in gelicidio; bonus vter diuinæque gratiæ vino excipiendo aptus.*

Vter ſpiritalis quiſque ſit iuſtificationibus plenus nō cinere. S. Ambroſ. *Vtrem refert qui caſtigat corpus ſuum.* Idem.

CAPVT CVIII.

De vtribus nonnullæ obſeruationes; & Euangelicis vtribus illuſtrandis, & eruditionis opibus augendis.

Vtres *vinarij, qui a vinum continerent.*
Vinum in vtre.
Vtres *ad conuiuium adhibiti.*
Vtres *vino pleni à militibus in expeditionem delati.*
Caprini vtris *vſus vino ſeruando.*
Vinum vtribus *delatum.*
Chriſti ſententia de vino nouo in vtres veteres *non immittendo explicata, & illuſtrata.*
Vter *ſit diuinæ gratiæ vinum ſeruaturus.*
Quinam vtres *veteres referant?*
Qui parandus, & à quo vter *vino ſpiritali excipiendo.*
Euangelici vtres *circa vtres inſanientes quidam.*
Anima vt dicatur vter.
Vtres *pigmentis odoratis liniti.*
A crucis prelo vinum *excipiant* ſpiritales vtres.
Diuina ſcientia vinum *vas non ſapiat, nec hominem veterem.*
Circa vtres *arenâ plenos ſe certatores exercebant.*
Iuſti multos habent à quibus exercentur.
Plerique vtres *inflati non pleni ſunt.*
Ventoſi vtres, *quos implet inanis opinio.*
Acetum in vtribus.
Homo vtri *comparatus.*
Homo tanquam vter *calamitatibus contrahitur.*

VTres, de quibus egimus, ad vtres Euangelicos nos agunt, qui non leuem ab his, quæ attulimus lucem naneiſcuntur; de vino nouo in vtres veteres non mittendo agit Chriſtus Matth. 9. 13. quo in loco reſpicit ad priſcum ritum, quo in vtribus vinum ſeruabant, vt nos in doliis: ſed res luculentiùs tractanda, & ad Chriſti verborum maiorem lucem, & ad maiorem rerum antiquarum notitiam. 1086.

Statuendum in primis eſt, priſci ritus fuiſſe vinum vtribus aſſeruatum, cuius rei nobiles auctores habemus, qui hoc apertè teſtantur. Hi vtres à vino, quod continebant, vinarij dicebantur; Apuleius 7. metamorph. VINARIOS VTRES *ferentes:* Ex quibus illuſtratus Ioſ. 9. 4. *Vtres vinarios ſciſſos*, id eſt, qui vinum continere ſolebant, ac ſeruare.

Vtres vinarij qui a vinum continerent. Apul. Ioſ. 9. 4.

Hic ritus etiam ad poſteriora tempora delatus fuit, ſuo enim æuo viguiſſe indicat ſanctus Auguſtinus ſerm. 17. de verbis Domini: *Inepti,* inquit, *homines gratulantur plurimis natalitiis tam ſuis, quam filiorum ſuorum. O virum prudentem! ſi tibi* VINVM *minuatur* IN VTRE TRISTARIS, *dies perdis, & gaudes? mali ergo ſunt dies, & eò peiores, quia diliguntur. Sic blanditur hic mundus, vt nemo velit finire ærumnoſam vitam.* Hæc ſanctus hic; qui indicans morem vini in vtribus aſſeruandi, eorum ritum perſtringit, qui in natalitiis ſuis, ac filiorum lætitiâ diffunduntur, cùm triſtari deberent, & tempus ſine fructu tranſactum plorare.

Vinum in vtre. S. Auguſt.

Adeò autem hic mos receptus, vt etiam ad conuiuia vtres adhiberentur; ſic colligo ex Varrone lib. 1. de vita populi Romani. *Antiquiſſimè in conuiuiis* VTRIS VINI *primo ponebant.* 1087.

Vtres ad conuiuium adhibiti. Varr.

Vtres vino refertos à militibus delatos cùm in expeditionem irent, docet Petrus Bleſenſis, & capit epiſt. 44. vbi ita ſcribit: *Si milites noſtros ire in expeditionem quandoque oporteat, ſommarij eorum non ferro, ſed* VINO, *non lanceis, ſed caſeis, non* ENSIBVS, *ſed* VTRIBVS, *non haſtis, ſed verubus onerantur. Credas eos ire ad domum conuiuij, non ad bellum, clypeos deferunt optimè deauratos.*

Vtres vino pleni à militibus in expeditionem delati. Pet. Bleſ.

Caprini vtris meminit ſanctus Valerianus hom. 19. de Quadrageſima: *Videmus frequenter exundantes vino* CAPRINI GENERIS VASA corrumpi; Homerus Iliad. 3.

Caprini vtris vſus vino ſeruando. S. Valer. Homer.

Præcones per vrbem Deorum ferebant fœdera firma,
Agnos duos, & vinum lætum fructum terræ,
VTRE IN CAPRINO.

Vinum vtribus delatum habes etiam 1. Reg. 25. 18. vbi hæc leguntur: *Feſtinauit Abigail, & tulit ducentos panes, & duos* VTRES VINI, *& quinque arietes coctos, & poſuit ſuper aſinos.* 1088.

Vinum vtribus delatum 1. Reg. 25. 18.

Ad hunc igitur morem ſpectant Chriſti verba, quibus ait: Vinum nouum in vtres veteres non mitti, quia vtres rumperentur: hæc ſunt Chriſti verba Matth. 9. verſ. 13. *Neque mittunt vinum nouum in* VTRES VETERES, *alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur:* ſolebant veteres, vt probauimus, vinum, ſicut & oleum in pellibus caprarum, hircorúmque condere, quemadmodum nos in doliis vinariis: totam autem ſententiam hoc ſenſu donat Theophylactus hic

Matth. 9. 17. Chriſti ſententia de vino nouo in vtres veteres non immittendo explicata, & illuſtrata. Theoph.

hic: *Nendum facti ſunt diſcipuli fortes,ſed opus habent indulgentiâ, neque grauis moles illis imponenda mandatorum. Hæc autem dicebat docens & diſcipulos, vt & ipſi docturi orbem,indulgentes ſint. Pannus enim rudis ieiunium eſt,& vinum nouum. Veſtis autem vetus,&* VTRES *infirmitas diſcipulorum.*

Vter ſit diuina gratia vinum ſeruantes. S. Ambroſ.

1089. Illud hic non dimiſerim, per vinum gratiam Spiritus etiam intelligi,quæ in vtribus ſeruatur, ideſt in hominibus, qui omnem carnalem molem exuerint; niſi vter fueris,continendæ Spiritus gratiæ haud idoneus eris,expue,reiice quiequid carnem ſapit, vt ſpiritalis vter ſpiritalis gratiæ eſſe poſſis. Eleganter ad hunc ſenſum ſanctus Ambroſius in Pſalm. 118. ad illa verba: *Factus ſum ſicut vter in pruina*, vel vt ipſe legit, *in gelicidio*; ſic autem ſcribit: *Rectè* VTER *dicitur Iuſtus, qui expoliatus non nudus inueniatur.Vter namque de exuuiis fit animantis mortui. Igitur & nos peccato moriamur, vt viuamus Deo, atque repleti ſpiritus iucunditate, & ſuauitate lætitiæ erimus exuuiæ ſpiritales, carentes infirmitate corporeâ, & integro mentis ſinu infuſam nobis diuinorum myſteriorum gratiam reſeruantes.*

Pergit deinde ſanctus Pater, & ad hunc ſenſum reuocat Chriſti adducta verba: *De his* VTRIBVS *dicit, quia vinum nouum in vtres nouos mittunt, qui volunt vtrumque ſeruare,& corpus, & gratiam.Non effluat igitur tuus hic* VTER*, non rimoſus ſit,non terreno inueteraſcat ſitu, nec vinum nouum veteres vtres rumpant, quo ſcindantur vtres, fundatur gratia.* Exſicca voluptatum humorem, carnaliúmque deſideriorum, vt tanquam vter, ſpiritale hoc ſpiritus, & gratiæ vinum contineas.

Quinam vtres veteres referant? S.Iſid.Peluſ.

1090. Quinam vtres veteres referant docebat nos ſanctus Iſidorus Peluſiota lib.1.epiſt.57.his verbis: *Eos qui in* VETVSTATE *conſtauerunt, nouámque gratiam reiecerunt, vtres veteres Dominus appellauit, vt qui frangerentur, ac nouum regni ſermonem effunderent. Quo in genere fuiſſe Caiphas deprehenſus eſt. Nam cùm à Domino audiiſſet, Filius Dei ſum,fregit veſtimenta.*

Quî parandus vter,& à quo, vino ſpiritali excipiendo. Rich.Vict.

Quî parandus, & à quo ſpiritalis vter vino ſpiritali excipiendo, & conſeruando docebat Richardus Victorinus in Pſalm. 118.vbi ait:*Non enim mittunt (vt tu ipſe dixiſti) vinum nouum in* VTRES VETERES,*alioquin dirumpentur vtres,& vinum effundetur, & nunc oro Domine, vnge vtrem hunc vnctione miſericordiæ tuæ; vnge inquam, & innoua; & tunc mittes vinum nouum, in* VTREM NOVVM.

Euangelici vtres circa vtres inſanientes quidam. S.Auguſt.

Erant plenique adeò inſanientes, vt alibi etiam tetigi aliò ſpectans, qui vt viderentur eſſe vtres nouo hoc vino impleti,ac vtres Euangelici, ſolebant vtrem inflatum, & opertum circuire bacchantes. Didici hoc à ſancto Auguſtino, qui lib. de Hæreſibus ad QuodvultDeum hær.62.ita ſcribit,vt alibi etiam tetigi, aliò ſpectans: *Aſcitæ* ab VTRE *ſic appellati ſunt*, ἀσκὸς *enim Græcè, Latinè vter dicitur; quem perhibentur inflatum, & opertum circuire bacchantes, tanquam ipſi ſint Euangelici vtres noui vino nouo repleti.* Vide quàm ridendos ſe homines iſti præbuerint ad ridiculam hanc inſaniam deuenientes.

Anima, vt dicatur vter. Pet.Cell.

1091. Quî dicatur anima vter,quia nempe ad menſuram gratia, quæ humanam exuperat menſuram, detur; rectè explicat Petrus Abb.Cellenſ. lib.de panibus cap.12. *Diſpertitur*, inquit, *perindè ad menſuram nobis non pro illa gratia,quæ humanam exuperat menſuram, non pro largientis,aut largitionis parcitate, ſed pro vaſculi modicitate.* VTER *namque animæ forte rumperetur, ſi incapabiliter gratia ſuperfunderetur.*

Vtres pigmentis odoratis liniti. S.Pet Chryſ.

Sed quid præſtabatur,ne odorem aliquem ex vtribus vinum contraheret, alienumque ſaporem? probè exſiccabantur, quin & odoribus optimis afficiebantur, ne malum aliquem odorem vino tribuerent, ac communicarent; hinc vtres odorati dicebantur: hoc eleganter docet ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 31. de Phariſæorum, & Diſcipulorum Ioannis ieiunio, ſic inquiens; VTRES VETERES *Iudæos vocat, nouos vtres nuncupat Chriſtianos; quia ſicut vtres pellium ab omni ſqualore purgantur, &* PIGMENTIS LINIVNTVR ODORATIS, *vt ſaporem vini poſſint inuiolabilem cuſtodire: ita ieiuniis corpora humana ab omni carnalium delictorum ſqualore purgantur.* Premenda poſtrema verba; ſi vtres ad vinum ſeruandum ita odoribus, & ſuffimentis parabuntur, etiam illi, qui ad eloquia diuina continenda, ad ſancti Spiritus charismata recipienda parantur, neceſſe eſt vt bonum odorem emittant cum Paulo dicentes; *Chriſti bonus* ODOR *ſumus:* vtres odorati adhibeantur, ad vinum,rationem, ac ſenſum auferens, quidni cum magis odoratis cor paretur, ad recipiendum diuinum illud, & cæleſte vinum, quo Spiritus ſanctus fidelium corda inebriat? Virtutum ſuffitus,& odores adhibe, vt mens gratè redoleat, & melius vinum ſpiritale in ea velut in vtre ſeruetur. Pergit ſanctus Pater; *& ſiunt* VTRES *diuinis torcularibus apti, vt de prelo Crucis accipiant vinum nouum, & incorruptam nouitatem conſeruent.* Ecce à quo fonte hoc vinum deſumendum, & à quo prælo, nempè à Cruce.

A Crucis prelo vinum excipiant ſpiritales vtres. Idem.

Diuinæ ſcientiæ vinum vas non ſapiat,nec hominem veterem. Vgo Carenſ.

1092 Vinum igitur nouum non in vtres veteres fundendum, ne pereat, ſed in nouos, recentesque, ac diuinæ ſcientiæ liquor in vas, animumque vitæ nouæ, & bene inſtitutæ. Hoc probè colligit Vgo Carenſis ad hæc verba Matth. *Neque mittunt vinum nouum in* VTRES VETERES, *Contra eos*, inquit, *qui habentes vinum diuinæ ſcientiæ ducunt vitam veteris hominis, & fit per eos vinum auditoribus reprobum,quia vulgo dicitur vinum eſt infuſcatum,& ſapit vas.* Adnotent id qui excellentis, ac cæleſtis ſcientiæ vinum inueterato vitiis cordis vtre condunt, quod dum aliis propinant vaſis odorem, tetrum ſapit; non hi odorati vtres, non pigmentis liniti,ſed malè vitiorum fœtore olent, noxiumque ac malum odorem exhalant.

Circa vtres arenâ plenos ſe certatores exercebant. S Chryſoſt.

Sed hoc non omittendum, quia hîc ſumus; certatores, vt ſe exercerent, ne otio, ac in vmbra torperent vtres arenâ implebant ac geſtabant, vt labori aſſueſcerent,nec vires quietè, ac otio detritum irent. Tangit hoc Chryſologus ſerm.de charitate. *Nonne*, inquit, *& certatores ſpectaſti, qui exercendi ſe gratiâ, vel* VTRES ARENA COMPLENT, *& geſtant?* quam rem ita vrget Chryſoſtomus, vt ſuadeant nos ad labores, ærumnaſque vitæ huius æquo fortique animo ferendos, cùm vita referta hominibus ſit,qui nos aſſiduè exercere poſſint, abſque eo, quod laborem ridiculum inſumamus, vt certatores ſolebant. Pergit ergo hic ſanctus: *Quod tamen vt agas, haud ſanè neceſſarium fuerit, abundat enim hæc vita eo hominum hoc genere, qui &* EXERCERE TE POSSINT, *& fortiorem reddere*: ac ſi diceret, non eſt neceſſe, vt otio amoliendo, excutiendo corpori, arenâ vtres impleas, habebis multos, qui te torpere non ſinent, habebis qui excutiant torporem, & exerceant te.

Iuſti multos habēt à quibus exercentur. Idem.

1039. Quantos vtres hodie eſt reperire, ſed longè ab Euangelicis diſſiri, abiunctique? Plures videor videre terrenarum rerum arenâ plenos, nil niſi ima hæc ſapientes, incumbentes pereuntibus, ac inhiantes, non ſpiritali vino pleni, ſed arenâ, vt certatores. Certator Dæmon eſt, qui homines velut vtres arenâ implet, ac terrenarum rerum copiâ, quæ nihil aliud quàm inutilis arenæ, infœcundæque nomen merentur.

Plerique vtres inflati nõ pleni ſunt. S. Auguſt.

Plerique non vino, ſed vento pleni, velut ventoſi vtres ſunt: hinc illud ſancti Auguſtini ſerm. 212. de tempore: de diuite ſuperbo ſic infit: *In carne crepat, & in corde mendicat, inflatus non plenus:* pergit ſanctus Pater: VTRES AVTEM DVOS SI VIDEAS, *vnum plenum, alterum inflatum: in vtraque eadem eſt magnitudo: ſed non in vtroque eadem plenitudo: ſi attendis, falleris, ſi appendis, inuenies.*

Quot nunc eſt reperire vtres vento plenos, homines tumidos, inflatos, ſuperbientes; ſed ſoliditate vacui, in vagum, ſi pungantur, puluerem imò aërem abeuntes? Similes omnino vtribus, quos in bello adhibebant, plenis cinere, & fauillâ, vt ſuprà retulimus ex Suida, hi ſi vel leuiter pungantur, aërem turbidum reddunt.

1094. Quinam vtribus comparandi oſtendit Timo, Phliaſius, dum ait:

Ventoſi vtres, quos implet inanis opinio.

Quæ vos ſeducunt rixæ, vel qui blateroneſ?
Ah ventoſi VTRES, *quos implet opinio inanis.*

Acetum in vtribus. Plin.

Olim in vtribus acetum quoque continebant: Plinius hoc indicat lib. 23. cap. 1. ad fin. *Nuper ab Aſpide calcata percuſſus* VTREM ACETI FERENS, *quoties depoſuiſſet ſentiebat ictum, aliàs illæſo ſimilis.*

Homo vtri comparatur. Clem. Alex. *Homo tanquam vter calamitatibus contrahitur.* Pſal. 118. 83. Genebr. Euthym.

Homo vtri inflato comparatur à Clem. Alex. 4. ſtrom. Et Epicharmus. *Ipſa,* inquit, *hominum vita ſunt* VTRES *inflati:* pulchrâ ſimilitudine vitæ noſtræ ſomnium ob oculos poſuit: hinc illud Pſaltis regij Pſalm. 118. verſ. 83. *Factus ſum ſicut vter in pruina:* idem contractus ſum, & percuſſus, quia alioquin homo vter inflatus, at contrahitur calamitatibus. Euthym. *Sicut pruina* CONTRACTVM VTREM *fieri laxiorem, & molliorem aiunt, ita ſe debilitatum, ac diſſolutum aſſerit calamitatibus:* Genebrardus, *quia,* inquit, *vtres ſolent rugari, & contrahi pruinis:* ſed iterum ad aquas redeamus.

EXCVRSVS LXXXVIII.

Salutaria quædam monita ex aquis hauriuntur.

Tentationum blandimenta *virorum fortium mentes aſſiduitate plerumque emolliunt vt* aquæ lapides.

Salomonis mens vt aſſiduis aquis *victa fuerit.*

Aquæ nocturnæ *præſtantiores, & Aquiloniæ.*

Bonorum operum imbres *meliores ſi ab hominum oculis ſubducantur.*

Ad veritatis fontem *velociter currit, qui ſerpentes vitiorum necauerit.*

Noxiam ciſternam *ſibi extruit, qui propria voluntati litat.*

Aquæ potus *obedientiam redoleat.*

Turpes voluptates *à cupiditate, vt à terra nimis madefacta vermes prodeunt.*

Tepida tepiditatis aqua, *quàm Deo diſpliceat.*

Diuini ſermonis vis aquæ cadentis, *& abſumentis lapidem ſimilitudine explicata.*

Varus curarum fluctibus *agitur amantis anima.*

Corporis deliciæ *quantùm noceant corporis pellis ablutio oſtendit.*

Dei gratiam, vt terra aquam bibere *debemus.*

Turpis cogitatio *in corde Dei durare nequit, vt nec ignis in aqua.*

Impudicas, & noxias cogitationes *admittere quàm grande piaculum.*

Serpentem in ſinu fouere *minus noxium, quàm corde malam cogitationem.*

Quando mare *fugere dicatur.*

Anima in Deum transformetur, vt gutta aquæ vino *infuſa.*

Veſtium ablutio *docet abluendam mentem.*

Spiritalis gratia, vt ignis exurit, vt aqua *mundat.*

HAuſi non ſemel ex aquis irrigandis moribus monita, ſed fœcundiores iſtæ aquæ ſunt, quàm vt paucis iactibus exhauriri omnia poſſint, & diligentis piſcatoris ſagenâ omnia extrahi: alia adhuc ſuperſunt, quæ hîc ſubiiciam: ita tamen vt plura alia aliunde haurienda, & explicanda, erudito lectori relinquam: ſed ſagenam traho, & in huius paginæ littus produco, quidquid a nobis captum. 1095.

Tentationum blandimenta virorum fortium mentes aſſiduitate, plerumque emolliunt, vt aqua lapides. Iob. 14. Rab. S. Greg. *Salomonis mens vt aſſiduis aquis victa fuerit.* Idem.

Tentationum blandimenta velut aquæ lapides excauant, & virorum fortium mentes ſua aſſiduitate emolliunt: huc vocari poteſt illud Iob 14. *Lapides excauant aquæ.* Rabanus in allegoriis. *Per* AQVAS *blandimenta tentationum, vt in Iob,* LAPIDES EXCAVANT AQVÆ, *quod fortes nonnunquam viros tentationum blandimenta emolliunt.* Res luculentiùs verſat ſanctus Gregorius hic lib. 12. moral. cap. 13. *Cùm tentationem lentam, atque ſubtilem, ſed tamen aſſiduam eorum, qui fortes eſſe creduntur, præualere menti ſinit, quaſi* LAPIDES EXCAVANT AQVÆ, *& alluuione paulatim terra conſumitur, quia nimirum ſuggeſtione leni ſubacta mentis duritia mollitur:* Pergit & Salomonis exemplo rem confirmat: *Videamus qualiter lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur: Salomon quippè immoderato vſu, atque aſſiduitate mulierum ad hoc adductus eſt, vt templum idolis ſacrificaret, & qui prius Deo templum conſtruxerit, aſſiduitate libidinis etiam perfidiæ ſubſtratus, idolis templa conſtruere non timuit: ſicque factum eſt, vt ab aſſidua carnis petulantia, vſque ad mentis perfidiam perueniret: quid itaque aliud quàm aquæ excauarunt lapidem?* 1096.

Aquæ nocturnæ præſtantiores, & aquiloniæ. Theoph. *Bonorum operum imbres meliores ſi ab hominum oculis ſubducantur.* Pſal. 6. v. 6.

De aquis hoc tradit Theophraſtus, eas quæ noctu cadunt vtiliores eſſe, quàm quæ interdiu: nimirum quia frigidiores ſunt, lib. 2. de cauſis plantarum cap. 8. *Inter* AQVAS *cæleſtes, nocturnæ, & Aquiloniæ præſtant:* hoc ſi ad mores transferamus, vtile monitum hauriemus, bonorum operum imbres, & ſpiritualium exercitiorum aquas meliores eſſe, quæ noctu, nullis videntibus à nobis fluunt: Dauid quoque Pſal. 6. v. 6.

Per

Digitized by Google

Per ſingulas noctes ablutorum ſe dixit lectum ſuum ſiuit lachrymis: tanquam fœcundiores futura ſi ab hominum oculis ſubducta.

Ad veritatis fontem velociter currit, qui ſerpentes vitiorum necauerit. S. Auguſt.

Ad veritatis fontem vt velociter curramus, vitiorum ſerpentes necandi ſunt: quod Cerui exemplo firmat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 41. *Non ſit tarditas in currendo, impigrè curre, impigrè deſidera* FONTEM. *Inuenimus enim inſigne* VELOCITATIS *in ceruo. Sed fortè non hoc Scriptura ſolum in ceruo conſiderare voluit, ſed & aliud audi. Quid aliud eſt in Ceruo? ſerpentes necat, & poſt ſerpentium interemptionem maiori ſiti inardeſcit: peremptis ſerpentibus* AD FONTEM *acriùs currit. Serpentes vitia tua ſunt: conſume ſerpentes iniquitatis, tum amplius deſiderabis fontem veritatis.*

1097. *Noxiam ciſternam ſibi extruit, qui propriæ voluntati litat.* S. Auguſt.

Non inutilem tantùm, ſed & noxiam ſibi ciſternam fouet, qui propriæ voluntati litat, turbidas illius aquas abiecto puro obedientiæ fonte ſitit: Huc ſpectat illud ſancti Bernardi ſerm. 51. in Cant. *Qui deſerto* FONTE *ſapientiæ foderant ſibi* PROPRIÆ VOLVNTATIS CISTERNAS, *non valentes aquas continere.*

Aqua potus obedientiam redolens. Vinc. Belu.

Aquæ ipſius potum obedientiam redolere volebant Patres illi vitæ ſpiritualis magiſtri, & inter alios ſanctus Antonius, de quo hæc refert Vincentius Beluacenſis in ſpeculo hiſtoriali lib. 15. cap. 14. *In verbis ſeniorum dicitur dixiſſe Antonium, ſi poſſet fieri quantos paſſus ambulat monachus, vel* CALICES AQVÆ BIBIT, *deberet ſenioribus declarare, vt non deliret in ieſis.*

Turpes voluptates à cupiditate, vt à terra nimis madefacta vermes prodeunt. S. Chryſoſt.

Turpes voluptates à cupiditate nimis madefacta prodire, terræ humidæ ſimilitudine explicabat ſanctus Chryſoſtomus homil. 9. in epiſt. ad Hebræos: *Quomodo terra valde* HVMIDA *procreat vermes: ita & innata cupiditas, ſi madefeceris procreat turpes voluptates, atque adeo turpiſſimas.*

1098. *Tepida tepiditatis aqua quàm Deo diſpliceat.* Apoc. 3. S. Ant. Vlyſſ.

De noxia tepiditatis aqua hæc habet ſanctus Antonius Vlyſſip. ſerm. 5. in Quinquag. *Quia es tepidus, ideo te incipiam euomere ex ore meo. Sicut enim* AQVA TEPIDA *prouocat vomitum: ſi cupiditas, & negligentia a ventre diuinæ miſericordiæ expellit otioſum, & tepidum.*

Diui ni ſermonis vis aquæ cadentis & abſumentis lapidem ſimilitudine. In Vit. Patr.

Cadentis aquæ, & lapidem abſumentis metaphorà diuini ſermonis vim petite explicabat Abbas Paſtor, vt habetur in vitis Patrum lib. cap. 5. *Dixit Abbas Paſtor Natura aquæ mollis eſt, ſed lapidis dura, & ſi* VAS AQVÆ PLENVM *pendeat ſuper lapidem, ex quo ſtillans aſſiduè gutta cadat in lapidem, perforat eum. Ita ſermo diuinus lenis eſt, & cor noſtrum durum. Cum audit ergo homo frequenter diuinum ſermonem, aperitur cor eius ad timendum Deum.*

Variis curarũ fluctibus agitur amantis animus. Ariſt.

Variis curarum fluctibus agitur amantis animus, variis æſtibus fertur eius mens: Indicat iſtuc Ariſtenetus lib. 2. epiſt. 5. *Varij ex mea mente* CVRARVM FLVCTVS *exæſtuant. Sicuti radius ſolis denſis ictibus parietem quatit reflexus ex aqua aheno, aut caldaria fuſa, & inſtabili motu fluctuantem vndarum repræſentat vertiginem.*

1099. *Corpori deliciæ quantum noceant corporis pellis ablutio oſtendit.* S. Ant. Vlyſſ.

Corpori ipſi quantùm noceant corporis deliciæ ablutionis exemplo oſtendit ſanctus Antonius Vlyſſiponenſis ſerm 2. in Dom. 1. Quadrag. *Nota quod pellis quantò* ABLVITVR, *tantò magis extenuatur, & deturpatur. Sic corpus noſtrum quantò magis* DELICATÈ *nutritur, tantò magis perdit vires, ſeneſcit, & rugatur.*

Dei gratiam, vt terra aquam bibere debemus. Heb 6. Primaſ.

Aqua ſupera Dei gratia eſt, quàm inſtar terræ bibere debemus: vt fructum feramus, virtus ex nobis pullulet: Paulus ad Hebræos 6. ait: *Terra ſuperuenientem bibens imbrem, & generans herbam opportunam, à Deo accipit benedictionem:* quæ verba hoc explicatu donat Primaſius hic: *Terra, id eſt anima accipiens gratiam Spiritus ſancti,* IMBREMQVE *diuinorum eloquiorum, & generans herbam, hoc eſt, virtutem.*

Turpis cogitatio in corde Dei durare nequit, vt nec ignis in aqua. S. Marc.

Turpis cogitatio à corde amore Dei æſtuante abit: quod aquæ, & ignis ſimilitudine in hunc modum explicabat ſanctus Marcus Eremita de lege ſpirit. *Quemadmodum in* AQVA *ignis durare non poteſt, ita neque turpis cogitatio in corde Dei amante.*

1100. *Impudicas & noxias cogitationes admittere quàm grande periculum.* S. Cæſar.

Quam grande piaculum ſit in mente, quæ Dei templum eſt, impuras, impudicaſque cogitationes admittere, ita colligebat ſanctus Cæſarius homil. 1. de turpibus cogitat. fugiendis: *Conſidera quod ſi in templo Dei de lignis, & lapidibus quiſquam porcos, vel canes introducat, aut lutum mittat, aut ſtercora ſpargat, ita offenditur animus noſter, vt illum, per quem negligentia hæc facta eſt, flagellari velimus. Et cum hæc ita ſint, quid de nobis cogitamus, ſi in animabus noſtris, vbi ſunt templa Dei viui, multùm peiores, quam ſtercora ſunt* COGITATIONES LVXVRIOSAS, *vel malignas ſuſcipientes, Deo, qui in nobis habitare dignatur, iniurias irrogamus.*

Serpentem in ſinu fouere minus noxium quàm in corde malam cogitationem. Theod. Edeſ.

De cogitationibus malis benè ſentiebat Theodorus Edeſſenus in Aſceticis num. 25. dum ait: *Qui fouet ſerpentem in ſinu, & qui* COGITATIONEM MALAM *in corde, ambo morientur.*

Quando mare fugere dicatur. Rich. Vict.

Quando mare dicatur a nobis fugere, in hunc modum explicat Richardus Victorinus part. 1. tract. 1. cap. 7 de exterminat. mali, & promot. boni: *Quid quæſo, inquit, rectius in* FVGA MARIS *accipimus, quam mentis ſtatum perturbationibus? Denique non turbetur cor veſtrum, neque formidet, & mare ante conſpectum noſtrum fugiens, abiit, & receſſit. Puto quia mare non iam erit amplius, quando abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, quando iam non erit amplius neque luctus, neque clamor, ſed nec vllus dolor: quoniam priora tranſierunt.*

1101. *Anima in Deum transformatur, vt gutta aquæ vino infuſa.* S. Bern.

Animæ Deum ſuum amantis eſt, in illum ita, vt ita dicam, migrare, illius mores ita induere, vt guttam aquæ referat, quæ in vinum decidens tota vinum videtur fieri: Næ illa felix quæ ita mutatur: optimè huc cadunt ſancti Bernardi Abbatis verba, qui opuſc. de charitate cap. 5. ita ſcribit: *Vt autem hac mutua virtute in vnum occurrere poſſint affectiones amantium, cor amantis animæ* LIQVEFIERI *neceſſe eſt, vt transfundi poſſit, & transformari in illum, quem amat, & mutari in ſimilitudinem, quemadmodum* AQVÆ STILLA MVLTO INFVSA VINO, *deficere à ſe tota videtur: dum alterius ſaporem induit, & colorem:* vt vbique fieri hæc mutatio poſſit, aut debeat, id tamen præcipuè deberet accidere, cùm Euchariſtico vino immiſcemur.

Veſtium ablutio docet abluendam mentem. Exod 19. Theod.

Ex veſtium ablutione, quæ legi excipiendæ Dei iuſſu præmiſſa eſt: (nam Exod. 19 hæc leguntur: *Lauentque veſtimenta ſua:*) vtile monitum exculpſit Theodor. in catena vet. Patrum Græcorum in cap. 19. Exod. *Lauentque veſtimenta ſua: Quam ob cauſam nõ ſanctificari tantum in accipienda lege: ſed* LAVARI *etiam veſtes iubentur? per res corporis ad ea, quæ ſunt ſpiritus deducebat, & religionem quandam ingerens reddebat cautiores. Poterant enim ex iis facile conijctare, multò magis animum defæcari oportere.*

Spiritalis gratia, vt ignis exurit, vt aqua mundat. S. Ambroſ.

De igne, qui aqua factus, in ignem rurſus erupit, vt traditur in libris Machabæorum, ita philoſophatur ſanctus Ambroſius lib. 3. offic.

cap.14. *Quid ergo ſibi vult, quod* IGNIS AQVA FACTVS EST, ET AQVA IGNEM EXCITAVIT, *niſi quia ſpiritalis gratia per ignem exurit, per aquam mundat peccata noſtra: diluitur enim peccatum, & exuritur. Vnde, & Apoſtolus ait: Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit:* Sed iam ad alias aquas, fluctus alios calamum ſetamus ferri.

EXCVRSVS LXXXIX.

Irarum fluctus noxij, & coërcendi: Iracundiæ torrentes.

Irarum fluctus.

Aqua *ventis commouetur, iracundus imprudentibus cogitationibus.*

Quò commotior aqua, *eò lutulentior: idem in iracundis accidit.*

Turbido fonti *iracundi mens ſimilis.*

Ira peccatorum fons.

A turbata iracundia *mente turbata ferè verba exeunt.*

Torrenti *iræ impetus comparatur.*

קצף *quid?* Iræ, *&* ſpumæ *nexus.*

עבר *quid?* nauis, *&* iræ *cohærentia.*

Imprudentes, *&* cæcæ *iracundi cogitationes.*

Canis *imprudens ira*

Deus iracundi *pectus auerſatur.*

Dæmonem *in ſe habet qui iram & odium.*

Ira Dæmoni *comparata, dæmon dicta.*

Ira tanquam glacies *ſtatim liqueſcat ad ſolis radios.*

Sol ſuper iracundiam *non occidat, ne obdureſcat.*

Celeri remedio *occurrendum iræ tanquam grauiſſimo morbo.*

עברה *quid? quid* עבור, Iracundiæ aqua *virtutum prouentus deſeruit.*

Ira Dei tanquam aqua *effunditur, quia punit vt abluat.*

1102. DE iræ quoque fluctibus agendum nobis eſt, vt dum exhibentur coërceantur, quóque tumidiores ſunt, nocentioréſque, eò diligentius ſopiantur.

Irarum fluctus.
Virgil.

Fluctuat iracundia, & irati animus agitur fluctibus, dum agitur irâ, Virgilius 4. Æneidum:

Magnóque irarum fluctuat æſtu.

Aqua ventis commouetur, iracundus imprudentibus cogitationibus.
S. Nilus.

Turbatur ventis aqua, cogitationibus à prudentia alienis iracundus; vt hic quoque optimè cadat Beati Nili cenſio orat. 4. de ira: *Aqua,* inquit, *ventorum impetu commouetur,* & iracundus imprudentibus cogitationibus perturbatur, nec ſiſtit in cogitationibus, euomit etiam verba imprudentiæ ſordibus infecta, vt ſolet iratum, æſtuanſque mare.

Quò commotior aqua, eò lutulentior, idem in iracundis accidit.
S. Chryſoſt.

Quò commotior aqua eſt, eò lutulentior, & impurior: idem accidit in iracundiæ pelago; non debent hic deſiderari ſancti Chryſoſtomi verba, qui homil. 15. in acta Apoſt. ait: *In ſeipſum eum qui iraſcitur non eſt poſſibile manere purum, quemadmodum neque* PELAGVS, *quod fluctibus mouetur, vel fontem luto in illum alicubi illapſo.*

Turbido fonti iracundi mens ſimilis
S. Nilus.

Turbido fonti iracundi mentem ſi quis ſimilem dicat, ſibi ſuccinentem habebit ſanctum Nilum orat. de ira, vbi ait: IRACVNDI MENS FONS EST *turbans, ſordidus, & immundus,* cur non impurus hic fons, qui fons peccatorum eſt? Philonis verba ſunt lib. quod Deus ſit immortalis: *Ira eſt peccatorum* FONS *ſicut oratio origo bonorum operum.*

1103. *Ira peccatorum fons.*
Philo
A turbata ira[illegible] mente turbata fere verba exeunt.
S. Anſelm.

Ab inquieta iracundiâ mente, ægrè non turbatum exeat verbum, quod ſic explicabat ſanctus Anſelmus lib. ſimilitud. cap. 93. ſi illius hic liber eſt, vbi ait: *Vt* AQVA COMMOTA *vacuum commotum: ſic & mens turbata verbum reddit turbatum, & omne exterius actum.*

Torrenti iræ impetus comparatur.
S. Baſil.
S. Nilus.

Torrenti iræ impetus poteſt comparari, quæ non minus quàm ille omnia obruit: Accinit ſanctus Baſilius homil. de ira, ait enim: *Quemadmodum* TORRENTES *ad concaua loca decurrentes ſecum obuia quæque trahunt, ſic & iratorum impetus violenti, & inſtabiles, omnia ſimiliter percurrunt, atque obruunt:* Etiam ſanctus Nilus torrenti pariabat iracundiam; illius hæc ſunt verba orat. de ira. *Vt* TORRENS EXVNDANS *quicquid obuium habuerit, deuoluit: ſic iracundia inferueſcens, mentem ſecum trahit.*

קצף *quid?* *Iræ, & ſpumæ nexus.*
Oſeæ 10.7.
Zach. 1.15.
Agell.

Quia ità perciti ex ore ſpumam emittunt, hinc factum vt eadem vox vtrumque ſignificet, nam apud Hebræos קצף de ira dicitur, & de ſpuma: Oſeæ 10. 7. *Tranſire fecit Samaria [illegible] tuum quaſi ſpuma ſuper faciem aquæ,* Hebr. כקצף: pro ira autem paſſim in ſacris litteris ſumitur ſignatè Zach. 1. 15. *Ira magna ego iraſcor,* in Heb. וקצף גדול Agellius quoque lib. 1. cap. 26. ſpumam iræ ſignum eſſe aſſerit: *Neque in* SPVMAM, *ruboremque efferueſco, hæc enim omnia ſigna eſſe irarum ſolent.*

1104. עבר *quid?* *Nauis, & iræ cohærentia.*

Apud Hebræos, vt hoc quoque ex eodem fonte adiiciam עבר *nghabar* nauiculam, ſcaphã, tranſitumque ſignificat & etiam de ira, ac furore dicitur: vnde verbum התעבר *hithngabber* Hebræis eſt, *iratus fuit, furiis impletus fuit ira.* vt non mirum ſi etiam apud noſtros in vſu illa formula ſit, qua innuentes quempiam ira correptum, dicunt in ſcapham illum iuiſſe.

Imprudentes, & cæcæ iracundi cogitationes.
S. Nilus
Canis imprudens ira.
S. Chryſoſt.

Imprudentes ſunt iracundi cogitationes, & adeò à ratione alienæ, vt cæcas eas indignet idem ſanctus Pater eâdem oratione; Iracundiam canibus componens, fœtus cæcos parturientibus. *Iracundia,* inquit, CANVM IN MOREM *cæcas cogitationes parit;* & ſanctus Chryſoſtomus hom. 31. ad populum: *Ira videre non permittit:* & ſtatim poſt: CANIS *eſt imprudens ira.*

Deus iracundi pectus auerſatur.
S. Nilus.

Hoc ſummum malorum habet iracundiæ fons, quod omnis boni fontem ab eius pectore excludit, quod ſubit: quod ſic explicabat ſanctus Nilus orat. de ira: *Vt vir honeſtus, & grauis obſcœnum diuerſorium auerſatur, ſic Deus* IRACVNDI *pectus.*

1105. *Dæmonem in ſe habet qui iram & odiũ.*
S. Baſil.

Auerſatur Deus, quod inhabitat Dæmon, qui lubens iracundum pectus eligit pro diuerſorio, nam vt ait ſanctus Baſilius homil. de ira: *Sicut qui charitatem habet, Deum in ſe habet, ita qui odium & iram habet, dæmonem in ſe continet. Habetis iram dæmonem peſſimum veſtris animabus innatum.*

Ira Dæmonis Domus.
S. Greg Naz.

Dæmonis domum iram vocat ſanctus Gregorius Nazianzenus Iambico XXI.

O ira, feruor, DÆMONIS DOMVS *horridi.*

Ira Dæmoni comparata Dæmon dicta.
S. Chryſoſt.

Tantam cum Dæmone affinitatem, vt ita dicam, ira habet, vt illius etiam nomen circumferat, & Ira Dæmonis nomine donetur: Sanctus Chryſoſtomus homil. 30. ad populum de ira loquens

Digitized by Google

quens ait: *Ab hoc igitur* DÆMONE *liberemur, cum corripiamus incipientem, ſigillum pectori quaſi quoddam frænum imponamus:* & homil. 18 in Matthæum: *Miſeriores, infelicioreſque eos cenſeo, qui ab ira, quam qui à* DÆMONE *corripiuntur*, quod in hunc modum firmat, & probat: *Da operam vt iram remittat: liberatum a ſæuiſſimo* DÆMONE: *propria ſcilicet mentis furore: nam & cum aliquos a* DÆMONE *actos videmus, ſæpè lachrymamur, non autem agimur, vt ipſi quoque eadem patiamur. Hoc igitur etiam in iram percitis ſeruemus, illorum enim ſunt ſimiles iracundi, imò etiam illis longè miſeriores.*

Ira tanquam glacies ſtatim diſque cat ad ſolis radios. Et verò ſi quando corripiat quempiam irâ, glacies ſit, quæ ad ſolis calorem liqueſcat, & pereat, Bellè ille ab externa ſchola:

Vt fragilis GLACIES *interit ira morâ.*

1106. Non morâ tantùm, ſed ſuperi ſolis radiis; atque adeò vt ex Pauli mente occidere ſuper iracundiam noſtram non debet, ne obduteſcat: *Sol,* inquit, Apoſtolus Epheſ. 4. 26. *non occidat ſuper iracundiam veſtram:* grauem morbum celeri remedio occurrendum docet, vt eius grauitatem vel hinc colligeremus. Sanctus Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 189. ita verſabat hæc verba. *Quoniam cùm iracundia rationis [illegible] fugitur, habenas infregit, hominis mentem extra naturæ terminos, plerumque tranſuerſam agit. idcirco Paulus huiuſmodi lapſui excogitata non modo optima, ſed etiam* CELERRIMA MEDICINA, *his verbis vſus eſt, ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram.*

Sol ſuper iracundiam non occidat ne obdureſcat. Epheſ. 4. 26. *Celeri remedia occurrendum ira tanquã grauiſſimo morbo.* S. Iſid. Peluſ.

עברה *quid?* Ab eadem radice עבר eſt nomen עברה quod de ira dicitur, & עבור quod de frumento, vt intelligeremus iracundiæ aquam, quâ nos noſtráque peccata Deus punit, optimam bonorum operum ſegetem irrigare, & virtutum prouentui deſeruire.

Quid עבור *Ira unda aqua virtutum prouentui deſeruit.*

Ira Dei tanquam aqua effunditur, quia punit, vt abluat. Oſeæ 5. 10. Rupert. Iracundiam tanquam aquam effundi oſtendit, & illud Oſeæ cap. 10. Effundam quaſi aquam iram meam: LXX. *impetum meum*; nomen עברה quod hic habetur de ira dicitur; Aquæ ira Dei comparatur, quia contra nos iraſcitur, vt nos mundet. Præclarè Rupertus in cap. 5. Oſeæ ad illud: ſuper eos effundam quaſi aquam iram meam; ait enim: *Illud quod ait, ſuper eos effundam quaſi aquam iram meam: profectò* MAGNAM IN IPSA IRA SONAT MISERICORDIÆ *memoriam: etenim captiuitas Iuda fuit quidem ira peccatis debita: ſed ſicut* AQVA VISIBILIS *mundare ſolet ſordes corporeas, ſic illa captiuitas eadem mundauit populi peccata.* Ita quoque noſtra ſit quaſi aqua, vt nos mundet: erit, mundabitque ſi in noſtra ſcelera acuatur, feratúrque in illa, quæ mentem feriêre.

EXCVRSVS XC.

Lethale iracundiæ poculum nemo ſiccet; nonnullæ obſeruationes de irâ; nonnulla circa iram monita.

Iracundiæ poculum *ebrios reddit quos corripit.*
Ebrietatis, *& iræ nexus.*
Ira *ſemper ebria.*

Ebrio *ſimilis iratus.*
Mentem temulentam *iracundia reddit.*
Ira fœtus *viperarum, & ſerpentium.*
Aſpide, *&* Scorpione *nocentior ira.*
Furor ſerpentis, *qualis iracundi.*
Tanquam beſtia *fræno cohibenda iracundia.*
Cicuranda tanquam *fera ira eſt.*
Hoſtis ſui ira, *hoſtis ſibi iracundus eſt.*
Sæuit in ſe iratus *dum iraſcitur in alios.*
Contra auctores ſuos fautoreſque ira *primum ſæuit.*
Luctorem ſuum fouent, qui iram.
Irá *tanquam armato milite contra peccatum vtamur.*
Aqua, *&* ignis *iræ cohibitionem vt doceant.*
חמה *quid? Irâ vt* muro vti *debemus, animæ hoſtibus repellendis.*
Puerile eſt animi ab ira *vinci.*
אף *de* facie *& de* ira.
C*omprimendæ* iræ *exempla.*
Iræ *nexus, &* triſtitiæ.
זעף *quid?*
Ira Dei *cur tranſitus dicatur.*
Citò *nunc tranſit* ira Dei *æternùm poſteà duratura, æternùm ſæuitura.*

NOxium poculum iracundia eſt, quæ ebrios eos reddit, qui eam ebibunt: in iracundia temulentiam vidit S. Ioannes Damaſcenus lib. 3. Parallel. cap. 5. *Ebrij,* inquit, *temulenti ſunt, non a* VINO, *ſed iracundia, etenim temulentia, de ſtatu eam exturbans, non ſecus ac vinum. Iraſcentem aliquem tibi animo propone, quemadmodum videlicet ex hoc affectu temulentiam contrahat, ſui ipſius compos non eſt.* 1107.

Iracundia poculum ebrios reddit quos corripit. S. Ioan. Dam.

Ebrietatis & iræ nexum ex Apoſtoli verbis ita colligebat ſanctus Chryſoſtomus in epiſt. ad Rom. homil. 24. *Nihil adeo & concupiſcentiam, & iram inflammat, atque* EBRIETAS *& vinolentia: Atque adeò cùm primùm dixiſſet, non comeſſationibus, & ebrietatibus: tunc ſubiunxit, non cubilibus ac laſciuiis, non contentione, ac æmulatione.*

Ebrietatis & iræ [illegible]. S. Chryſoſt.

Bibit iracundia, quæ ſemper ebria, & ebrios reddit, quos inuadit: ſcitè Galterus:

Immemor ira ſui, & quo rapit impetus, illuc,
EBRIA *diſcurrit, & ſe, ſocioſque flagellat.*

Ira ſemper ebria. Galt.

Ebrius & iratus eſt, dum iram bibit: ſanctus Baſilius homil. 1. de ieiunio: *Conſidera mihi hominem* IRATVM, *quomodo affectione* EBRIVS EST, *& non eſt ſui Dominus, ignorat ſe ipſum, ignorat præſentes.* 1108.

Ebrio ſimilis iratus. S. Baſil.

Mentem temulentam iracundia reddit, nocétque pluſquam vinum ſi vtrumque extra menſuram bibatur. Aduocanda huc ſunt ſancti Iſidori Peluſiotæ verba, qui lib. 1. epiſt. 479. ait: *Quemadmodum* VINVM, *cùm vltra ſatietatem infunditur, omnes ſenſuum meatus, ac cerebri membranas implet, mentemque in dementiam conuertit: ad eundem modum* IRACVNDIA *extra metas ſuas proſiliens, mentem* TEMVLENTAM *reddit.*

Mentem temulentam iracundia reddit. S. Iſid. Peluſ.

Venenum in ira latêre, non dubitabit aſſerere, qui in illa viperinam naturam ſerpentium, ferarúmque, quæ virus euomunt, cogitauerit: Audiamus, quid de hac re ſancti Patres ſentiant: ſanctus Nilus orat. 4. de ira: *Iracunda,* inquit, *cogitationes*

Ira fœtus viperarum, & ſerpentium. S. Nilus S. Chryſoſt.

tationes tanquam FOETVS VIPERARVM, *cor, vnde iſta ſunt, exedunt.* Sanctus Chryſoſtomus homil.4.in Matthæum: *Nullus Leo, nulla ſic* VIPERA *viſcera queunt laniare, vt hominis* IRACVNDIA *ferreis quibuſdam vnguibus vniuerſa confodiens. Neque enim ſolummodo corpori nocet, ſed ipſius etiam corrumpit animæ ſanitatem.* & homil. 30.ad populum. *Satius eſt anguem vel* VIPERAM *in corde tuo latêre, quàm* IRAM & RANCOREM. *Illa namque nos repente relinquunt, hæc autem ſemper remanent, dentes infigens, infundens venenum, graues adducens cogitationes.* Homil. 41. in acta Apoſtolorum: IRA *neque vſque ad veſperam maneat*, inquit, Paulus. *Sicut enim* PVTREDO *quædam, ac tinea, ita mentis noſtræ radicem arrodit. Quare beſtiam in viſcera tua includis? Melius eſſet* VIPERAM *vel ſerpentem in corde poſitam eſſe, quàm* IRAM, *vel* INVIDIAM. Sanctus Auguſtinus lib. homiliarum homil. 32. *Si in domibus veſtris* SCORPIONES *eſſent, aut* ASPIDES, *quantùm laboraretis, vt domus veſtras purgaretis, & ſecuri habitare poſſetis? Iraſcimini, inueterantur* IRÆ *in cordibus veſtris, fiunt tot odia, tot trabes, tot* SCORPII, *tot ſerpentes, & domum Dei cor veſtrum purgare non vultis?* & ſerm.93.de diuerſis: FRÆNATE IRAM, *quæ vos ſtimulat ad vindictam: Ira enim Scorpio eſt.* Sanctus Ephrem de imit. prouerbiorum. Sicut venenum aſpidum, ita ſe habet iracundia, & injuriæ recordatio. Euthymius ad illud Pſalm. 57. *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis*, ita ſcribit: *Aiunt* SERPENTEM *vbi in aliquem cœperit furere nunquam* IRAM, *aut furorem deponere, donec venenum intulerit, aut rabiem mors ademerit. Furor æquè igitur his implacabilis eſt, perſeuerant enim* IRATI.

Aſpide, & Scorpione nocentior ira.
S. Auguſt.
S. Ephrem.

1109. Tanquam belluam fræno cohibendam Iracundiam docebat ſanctus Chryſoſtomus homil. 3. in Ioannem, vbi de illa loquens, ait: *Quamobrem huic* INDOMITÆ BELLVÆ *nolimus habenas remittere, ſed præ duro fræno, metu ſcilicet futuri iudicij, eam cohibeamus.* Et ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 3.epiſt. 254. *Oculum, & iracundiam* VELVT INIECTO *fræno coerce; ne ille ad adulterium, hæc ad cædem te velut porrectâ manu ducat.*

Tanquam beſtia fræno cohibenda iracundia.
S. Chryſoſt.
S. Iſid. Peluſ.

Ad immania quæque ſcelera non ducit tantùm, ſed præcipitat ira, niſi rationis quodam fræno cohibeatur. Alioquin *quid prodeſt*, Senecæ verba ſunt epiſt. 88. *equum regere, & curſum eius* FRÆNO, *temperare, affectibus effrenatiſſimis abſtrahi? quid prodeſt multos vincere luctatione, & ab* IRACVNDIA *vinci?*

Seneca.

De ira loquens ſanctus Gregorius Nazianzenus *cicurandi* verbo eſt vſus, vt vel hinc eius ſæuitiem colligeremus. Orat. 1. ad Eunom. *Iram intumeſcentem, immaniterque ſæuientem non* CICVRAMVS, vbi Elias: *Proprie de iracundia verbum* θιασεύειν, CICVRARE *vſurpatur propter iræ ſæuitiem.*

Cicuranda tanquam fera ira eſt.
S. Greg. Naz.
Elias.

Hoſtis ſui ira eſt, nocetque ſibi magis iracundus, quàm illi, in quem ſæuit, & debacchatur. Prudentius in Pſychomachia ita de ira canit:

Ipſa ſibi eſt hoſtis Veſania, ſeque furendo,
Interimit, moriturque ſuis IRA *ignea telis.*

Hoſtis ſui ira, hoſtis ſibi iracundus eſt.
Prouerb.

1110. Mari ſimilis iracundus; in humilem littoris arenam ſæuit mare, vndis arenam inuadit, ſed incaſſum: nocere non poteſt; ſed dum redire vndæ coguntur, quas euomuerat, ab illis ipſis flagellatur, & percutitur, quibus percutere littus volebat; Seneca irati nobis habitum offerens lib. 1. de ira cap.16. ſe percutientem offert hiſce verbis: *Quid opus eſt menſam euertere? quid pocula affligere? quid ſe in columnas impingere? quid capillos euellere? femur, pectúſque* PERCVTERE? *Quantam* IRAM *putas, quæ quia non tam citò in alium quàm vult erumpit, in ſe reuertitur?*

Sæuit in ſe iratus dum iraſcitur in alios.
Seneca.

Æthiopes olim in bellum ducebant Leones caueis incluſos, eoſque ſoluebant in hoſtes, vt ait Antonius apud Nicolaum Godignum lib. 1. cap. 12. at id infelici ferè ſucceſſu, nam ſolutæ beſtiæ non minùs plerumque in ſuos, quàm in hoſtes irruebant, non aliter ira priùs in eos ſæuit, à quibus fouetur, & alitur, quàm in eos contra quos mittitur.

Contra auctores ſuos fautoreſque ira primùm ſæuit.

Qui irâ correpti ſæuire in alios cogitant, lictorem apud ſe fouent, quo torqueantur: ſanctus Chryſoſtomus homil.41.in Acta Apoſt. ita ſcribit: *Neque remitti* IRAM *ſuſtinent, ſed apud ſeipſos alunt, familiarem ſcilicet lictorem ſe torquentem; vlciſcendi, inquam, cupiditate, ipſos enim vlciſcendi auidos primùm perdit vltionum meditatio, vt futura prætéream:* & homil. 6. in eadem Acta rem eandem vrget in hunc modum: *Veruntamen nunc hoc conſideremus quis* LICTOR *latera ſic confringere poterit, quæ verua ignita ſic transfigunt, & explorant corpus, quæ inſania ſic ſtupida reddit naturalia præcordia, vt ira & furor?*

Lictorem ſuũ fouent qui iram.
S. Chryſoſt.

1111. Proderit ira, ſi eâ tanquam armato milite vtamur contra ſæuientes hoſtes; cùm etiam Dauid diceret: *Iraſcimini & nolite peccare:* benè iraſcitur, qui contra peccatum iraſcitur; iræ locum ex Philoſophorum mente expendens Philo lib. 2. Allegor. aiebat: *Nonnulli Philoſophi,* IRAM *locant in pectore: aiúntque hac de cauſa à natura munitam hanc partem denſis ac validis oſſibus, non ſecus ac ſtrenuum militem inſtructum thorace, ac clypeo ad repellendos aduerſarios.*

Irâ tanquam armato milite contra peccatum vtamur.
Pſal 4.
Philo.

Aquam ſuum impetum ad Dei vocem cohibuiſſe ſcimus; ignem retraxiſſe vrendi vim; Babylonica fornax teſtis eſt; cur iram ſuam non corripiat, & coërceat homo, cùm id Deus iubeat? cur non deſinit in hominem ſæuire, vt Deo pareat, cùm videat ratione vidua paruiſſe? Egregiè rem vrget Sanctus Chryſoſtomus hom. 12.in Geneſim his verbis: *Quam meretur veniam homo, ſuum* REFRÆNARE *furorem propter mandatum Domini, & iram erga proximum è pectore ſuo eliminare volens? & quod maius eſt, ignis tantam vrendi vim habet, & ſuam operationem non oſtendit; homo autem manſuetum animal, & rationale, & benignum, contraria ſuæ naturæ facis?*

Aqua, & ignis iræ cohibitionem vt doceant.
S. Chryſoſt.

1112. Ira tanquam muro vti debemus, ne animæ hoſtes animam inuadant; non caſu accidit, quod in Hebraico fonte idem nomen ſortiantur & iracundia, & murus: vox enim חמה *chomah* murum ſignificat, & חמה *chamah* iram, & indignationẽ, ab eadem radice verbi חמה *chamah*, vt notatum etiam ab aliis eſt; vt à nexu colligeremus, iram in murum datam, & in munimen aduerſus animæ hoſtes.

חמה *quid? Irâ, vt muro vti debemus animæ hoſtibus repellendis.*

Puerilis eſſe animi ab ira vinci; eximiæ fortitudinis iram vincere, ſic explicabat ſanctus Chryſoſtomus homil. 1.ad populum: *Sicut pueri aduerſus inanimata ſolent* IRASCI, *& niſi mater pulſet pauimentum, iram non ſedant: ita ſcilicet & hi eos, qui iniuriam intulerunt, volunt vlciſci: igitur ipſi riſu ſunt digni. Ab ira namque teneri, puerilis eſt ſententiæ; vt vincere fortitudinis eſt.*

Puerilis eſt animi ab ira vinci.
S. Chryſoſt.

Nomen אף apud Hebræos iram ſignificat, & vultum, faciémque, vt non mirum ſi quod Pſalm 94.verſ.2. nos habemus: *Præoccupemus faciem eius in confeſſione:* aliqui tranſtulerint: *Præoccupemus* IRAM *eius*; ita vertiſſe ſanctum Gregorium

אף *de facie, & de ira.*
Pſal. 94. 2.
Agell.
S. Greg. Naz.

tium Nazianzenum notabat noſter Agellius hic, vbi ait : *Non omittendum eſt illud , Gregorium Nazianzenum in oratione de plaga grandinis faciem, iram intellexiſſe; ſic namque ait :* προφθάσωμεν αὐτοῦ τὴν ὀργὴν ἐν ἐξομολογήσει, *Præoccupemus* IRAM *eius in confeſſione.*

1113. *Comprimendæ iræ exempla.* S. Ambroſ.

De comprimenda ira duo nobis exempla offert ſanctus Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 21. vbi ait : *Ferunt Gentiles , vt in maius omnia verbis extollere ſolent , Architæ Tarentini dictum Philoſophi, quod ad villicum ſuum dixerit : O te infelicem quàm te afflictarem, niſi* IRATVS *eſſem. Sed etiam Dauid, & armatam dexteram in indignatione compreſſerat.*

Iræ nexus, & triſtitia. Geneſ. 4. 5. LXX. 1. Reg. 15. 11. קצף quid. S. Auguſt.

Cohæret cum triſtitia ira , vt aliquando irati dicantur , qui triſtitiâ corripiuntur ; Geneſ. 4. 5. *Et iratus eſt Cain valdè.* LXX. *Contriſtatus eſt Cain valdè*, Geneſ. 37. 7. *Irati ſunt :* LXX. *Triſte fuit illis*; 1. Reg. 15. 11. *Contriſtatus eſt.* Pagnin. ex Hebr. *& iratus eſt* ; & verbum קצף ſignificat, & irâ feruere , & contriſtari , ſicut & nomen קצף vel זעף de triſti dicitur, & irato ; ſanctus quoque Auguſtinus locum illum Geneſis de Cain ſic legit lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 7. *Contriſtatus eſt Cain valde , & concidit facies eius , ſic enim ſcriptum eſt , & dixit Dominus ad Cain , Quare triſtis factus es , & concidit facies tua ?* & nonnullis interiectis : *Sed quia contriſtatus eſt, & concidit vultus eius ; hoc peccatum maximè arguit Deus , Triſtitiam de alterius bonitate , & hoc fratris. Hoc quippe arguendo interrogauit dicens : Quare contriſtatus es, & quare concidit facies tua ?* Huc vocari poteſt & illud Salomonis Eccleſ. 7. 4. *Melior eſt ira riſu , quia per triſtitiam corripitur animus delinquentis* ; poſteriora verba indicant iræ nomen, triſtitiam quoque claudere ; vnde & Campenſis vertebat : *Melior eſt triſtitia quàm riſus* ; alij etiam ex Hebræo ſic verti poſſe notabant.

Eccleſ. 7. 4. Camp.

1114. *Ira Dei cur tranſitus dicatur.* Iſa. 9. 21. Oleaſt. *Citò nunc tranſit ira Dei, æternum poſtea duratura, æternùm ſauitura.* Vgo Card.

Ira Dei cur tranſitus vocetur explicat Oleaſter in cap. 9. Iſaiæ verſ. 21. *&* IRA, inquit, *Domini vocatur Hebraicè* TRANSITVS, *quia citò tranſire ſolet iuxta Pſalm. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*

Tranſit citò nunc Dei ira , quia tempus eſt miſerendi ; diù durabit , cùm iudicij dies aduenerit , qui iræ , furoriſque dies dicitur : Vgo in Pſalm. 78. de Deo loquens ait : IRA *eius in præſenti quaſi momentanea eſt, & quaſi* ROS : *ſed ira tua in futuro erit in finem, id eſt in æternum durabit , & erit velut ignis propter acerbitatem.* Præſtat læti animi ſinu rorem excipere, antequam in ignem ros conuertatur , ſi non conuertatur qui peccauit.

CAPVT XCI.

Aquatrices coniuges cur, & à quibus electæ? de nuptialibus aquis, nuptiarum ritibus quædam chartis conſignantur.

In Patriarcharum nuptiis puteorum aquæ, *vt elatæ?*

Aquatrices coniuges *quinam elegerint, & cur?*

Nupturæ virgines *ad Scamandrum fluuium accedebant apud Ilienſes.*

Dotalis *pecunia in maris littore turpiter quæſita.*

Turpis Amorrhæorum *mos in nuptiis.*

Spiritales nuptiæ *vt ſuas aquas habeant, ſuas nuptias.*

In ſpiritualibus nuptiis *omnia perficiuntur.*

Dona ſua vt augeat, & perficiat cæleſtis ſponſus.

In miraculis vt *Chriſtus perfectiùs fecerit, quàm quod natura fecerit.*

Quæ in Cana Galileæ ad nuptias *facta , ad ſpiritales nuptias transferuntur.*

Nuptiales aquas *quædam virgo vitans , in mare ſe cum proieciſſet , ſuper vndas ambulabat.*

Vxorem repudiare *quando licitum apud Romanos.*

Quibus ritibus *repudiaretur vxor.*

Matrimonium *à rerum diuinarum cogitatione mentem haud auocet.*

Nubentium *capita olim haſtâ comebantur.*

Vxor *præcipuè mariti causâ in honore habenda.*

Mulier *in matrimonium ducta pro vxore habetur, apud Tartaros cùm peperit.*

Dos *vxori, tantùm, poſtquam peperit.*

Nuptialis veſtis *charitas.*

Extimo nuptiarum vultui *nemo fidat.*

ANtequam opus obſignem , opus eſt, vt præter ſuperiùs dicta , nonnulla de nuptiis, coniugióque adiiciam , quæ à calamo ſe ſubduxerant. 1115.

In Patriarcharum nuptiis puteorũ aqua vt elata R. Eliez.

Ad nuptias, ad aquas illud quoque facit, quod refert R. Eliezer in Zohare Exod. col. 21. vbi meminit puteorum, qui inſigni , illuſtrique miraculo in imo iacentes aquas extulerunt , in Patriarcharum gratiam , nec non ſanctarum quam iungebant nuptiarum. *Dixit R. Eliezer, ô inſignem ſuauitatem ! Vræ ei ſanctorum! Iacob fugit præſentiam fratris ſui , & exiliit inde illi* PVTEVS. *Quando* PVTEVS *vidit illum , Aqua Domino (ſeu Theſaurario) nuntiarunt : quæ quaſi collegerunt ſe , &* ASCENDERVNT *ſimul , & lætatæ ſunt ſimul : & ibi exorta eſt illi filia Coniux. Moſes fugit à conſpectu Pharaonis , & exiliit inde illi Puteus, & Aqua viderunt illum , & Domino nuntiauerunt quæ quaſi collegerunt ſe ,* ET ASCENDERVNT *ſimul , & illic exorta eſt illi filia Coniux.* Sed ad aquatrices coniuges eamus.

Aquatrices coniuges quinã elegerint, & cur? Geneſ. 24. S. Chryſoſt.

Coniuges potius aquatrices , vt ita loquar, quærebant ſibi olim antiqui Patriarchæ , quam opibus diuites, pulchritudine ſuperbas. Geneſ. 24. Abrahæ ſeruus quæſiturus ſponſam filio eius Iſaac, hanc effudit priùs orationem : *Puella cui ego dixero : inclina hydriam tuam, vt bibam , & illa reſponderit : bibe, quin & Camelis tuis dabo potum, ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac :* Itáne talis erat futuræ ſponſæ nota & conſignatio ? aquarum diſtributio, non forma in ſponſæ electione res accidit. Præclarè rem vrget ſanctus Chryſoſtomus homil. de vxoribus ducendis in append. tom. 6. *Cui dixero : præbe* HYDRIAM *tuam,*

vt bibam: Quid ais bone vir? adeóne vilem Domino tuo quæris CONIVGEM AQVATRICEM? *Etiam, inquit, miſſus enim ſum, non pecunioſam, aut formoſam, ſed moribus præditam quærere: multæ ſæpe ex iſtis aquatricibus in ſolidum virtutem poſſident, aliæ contra in magnificis deſidentes ædibus ignauiſſimæ ſunt, & deterrimæ.* Sed plura de aquatricibus vxoribus ſuperiùs dedi.

1116. Apud Ilienſes in terra Troiana, mos erat patrius, vt quæ virgines eo anno nupturæ eſſent, hæ ad Scamandrum fluuium accederent, ibique lotæ, hæc verba veluti ſacra, ſolennia, atque legitima pronunciarent: Cape, ô Scamander, meã tu virginitatem: ita Petrus Ærodius ex Æſchine in Epiſtolis.

Nupturæ virgines ad Scamandrum fluuium accedebant apud Ilienſes.
Pet. Ærod.

Dotalem pecuniam in maris littore turpiter apud nõnullos quæri ſolitam indicat his verbis Iuſtinus lib. 9. ex Trogo. *Mos erat Cypriis* VIRGINES ANTE NVPTIAS *ſtatutis diebus* DOTALEM PECVNIAM *quæſituras in quæſtum ad* LITTVS MARIS *mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas.*

Dotalem pecuniam in maris littore turpiter quæſitam.
Iuſtin.

Turpiſſimum & illud de Amorrhæis refertur in teſtamento Iudæ his verbis: *Lex Amorrhæorum eſt nuptam præſidere in fornicatione per ſeptem dies iuxta* PORTAM *ciuitatis.*

Turpis Amorrhæorum mos in nuptiis.
Teſtam. Iud.

Etiam ſpiritales nuptiæ ſuas aquas habent, habent ſuas hydrias, ſed plenas, non decet aliquid hic diminutum apparere, aliquid vacui eſſe; hinc vocatus ad nuptias Ieſus, cùm vinum defeciſſet, impletæ ſunt hydriæ vſque ad ſummum, Ioan. 2. vt quod in carnalibus nuptiis carnaliter, vt ita loquar factum, ſpiritaliter fieret in ſpiritalibus: huc voco ſancti Bernardi verba ſerm. 54. in Cant. vbi ait: *Tres* METRETÆ, *timores tres. Et impleuerunt eas, inquit, vſque ad ſummum. Non vnus timor, non duo quoque: ſed toti tres ſimul replent, vſque ad ſummum: Amat Deus integrum munus, affectum plenum, perfectum ſacrificium. Cura proinde nuptiis cæleſtibus plenam inferre hydriam.*

Spiritales nuptiæ ut ſuas aquas habeant, ſuas nuptias.
Ioan. 2.
S. Bern.

1117. In vinum, illúdque optimum verſa fuit aqua, quæ in hydriis erat, vt in ſpiritualibus nuptiis, quibus Anima Verbo nubit omnia perfici colligeremus.

In ſpiritualibus nuptiis omnia perficiuntur.

Dona ſua exornat cæleſtis ſponſus, munera ſua auget, perficitque, vt non contentus diuinitus exhibere amiſſam ſanitatem, amiſſum viſum, auditúmque, plus reſtituerit, quàm natura facere potuiſſet; aut caſus auferre. Notabat hoc Vgo Carenſis in cap. 2. Ioan. *Optimum* VINVM *fuit factum ex* AQVA, *vnde Chryſoſtomus dicit, generale eſſe in omnibus miraculis Chriſti, quod ſemper* AD NOBILIVS *terminatur, quam natura poſſit: vnde ſi reſtituit viſum, & auditum, vel aliud membrum, melius facit, quam natura fecerit prius, vel facere poſſit.*

Dona ſua, vt augeat, & perficiat cæleſtis ſponſus.
Vgo Carenſ.
In miraculis ut Chriſtus perfectius fecerat quàm quod natura fecerat.

Ea quæ in nuptiis in Cana Galileæ facta fuiſſe perhibentur Ioan. 2. ita ad ſpiritales nuptias flectebat Arnobius Afer, cap 2. *Facta ſunt iſta omnia: ſed habent ſpiritualem intellectum.* NVPTIÆ *ſcilicet, coniunctio Chriſti eſt, & Eccleſiæ, hoc eſt, nõua legis traditionis. Hydriæ autem ſeptem lapideæ, Eccleſias ſeptem ſupra petram fundatas demonſtrant. Aqua, inquit, plenæ hoc eſt* BAPTISMI *gratiâ. Quod autem dicit: Capientes metretas binas hi ſunt, qui matrimoniis iunguntur: ternas autem ſapientes, ſunt ſpirituales & continentes, qui Trinitatis virtutibus implentur. Architriclinus autem Moſes eſt: ſponſus nouus Chriſtus eſt: aqua in vinum conuerſa, paſſionis cruorem demonſtrat.*

Quæ in Cana Galilææ ad nuptias facta ad ſpiritales nuptias transferuntur.
Arnob.

1118. Nuptiales aquas vitãs virgo Iachelina in mare ſe proiecit, ac manibus in cælum extenſis, quaſi per aridam ambulabat ſuper vndas gradiens: rem his fere verbis refert Thomas Cantiprat. de apib. lib. 9. cap. 29. *Roma ſanctiſſima virgo Iachelina ſoror nobiliſſimi, & ditiſſimi Comitis Apuliæ, ſapientia, ac decore præſtantiſſima fuit: quæ cùm à fratre Comite tradi nuptiis cogeretur, aſſumpto virili habitu clam aufugit. Directis nunciis per omnes vias, frater Comes eam inſequitur via, qua fugiebat. Nullum autem effugium ſoror videns, ad* OBVIVM MARE *ſe contulit, & crucis ſigno ſe ſignans, in mare ſe ex alta rupe proiecit: quod vbi frater vidit, eiulatu magno ſorori de rupe clamauit: Super omnia mihi ſoror chariſſima reuertaris ad me: conſtruam tibi monaſterium ditatum copiis, in quo liberè ſeruies ſoli Deo. Cuius clamores virgo ſancta quaſi ſurda aure pertranſiens,* PER AMPLA MARIS SPATIA *procedebat:* & vide quanta virtus diuini miraculi: nimirum natandi artis ignara, oculis ac manibus in cælum extenſis quaſi per aridam ambularet maris profunda tranſibat.

Nuptiales aquas quædam virgo vitans in mare ſe proiecit, & ſuper vndas ambulabat.
Thom. Cant.

Olim vxorem repudiare non licebat, permiſit tamen Domitianus, aderántque, vt Plutarchus ait matrimonij diſſidio Sacerdotes terribilia quædam & triſtia agentes: hæc huius auctoris verba in quæſt. Rom. num. 50. *Itaque etiam antiquitas* VXOREM REPVDIARE *non licuit, ac ne nunc quidem licet: niſi quod hoc permiſit eius rei gratia interpellatus noſtra ætate Domitianus: aderant autem diſſidio matrimonij Sacerdotes, terribilia multa, & inuſitata atque triſtia agentes.*

Olim vxorem repudiare quando licitum, & quibus ritibus.
Plut.

De matrimonio, & matrimonij vſu, qui coniugum mentem non penitus à rerum diuinarum cogitatione auocet, ſcitè ſanctus Gregorius Nyſſenus fontis metaphora lib. de virginit. cap. 8. dum ait: *Quid ergo illud eſt, quod dicitur, ſi licuerit, neque a diuina voluntate diſcedat, neque nuptias fugiat: quæ porro naturæ inſtitutione aſpernetur, criminetúrve id, cui honos attribui ſolet, nulla eſt oratio: nam vt in eo, quod a nobis expoſitum eſt, aqua & fontis exemplo patet, cum in regionem aliquam agri canalibus aquam deriuantibus medióque curſu contingit, vt exiguo riuulo opus ſit: tantum illi aqua diffluere conceditur: quantam vſus ille moderatè exigere videtur: rurſúsque paratus eſt, vt ad eum reliquo iterum aqua curſu commiſceatur. Sin autem* AQVÆ NIHIL RESERVANDO, *aditum illi incautè aperiet, periculum erit, ne tota aqua vis rectum curſum relinquendo paludibus ex transuerſo omnia occupet. Pari ratione quoniam in vita opus eſt mutuâ ſucceſſione, ſi quis hoc, quod iam contractum eſt, matrimonio ita vtetur, vt rebus ſpiritualibus prapoſitis, tenui ad eiuſmodi res, ac remiſſa cupiditate vſus ſit propter temporis breuitatem, hic temperans eſt, ex Apoſtoli præcepto, agricola, qui ſe ipſum ſapientiæ præceptis excolit, nec in retribuendis illi, frigidis debitis ſordidè ſemper, abiectéque occupatus eſt, ſed ex conuenientia quadam munditiam animi in orationum ſtudio conſtituit: timet enim ne ex hac affectione totus efficiatur caro, & ſanguis, in quibus non permanet ſpiritus Dei.*

1119. *Matrimonium à rerum diuinarum cogitatione mentem haud auocet.*
S. Greg. Nyſſ.

Nubentium capita olim haſtâ comebantur, rem & cauſam habet Cælius Rhodiginus lect. antiq lib. 21. cap. 6. vbi addit lanceâ donatos, qui ſtrenue in bello pugnaſſent; vnde à priſcis inſtitutum, vt nubentium caput haſtâ comeretur, quam cælibatem nuncupabant, quod ſint in Iunonis tutela matronæ conſtitutæ. Eius certè ſigillum in pilo ſublatum Plutarchus tradit. Qui auctor item eſt, lanceam in regia poſitum fuiſſe,

Nubentium capita olim haſta comebantur.
Cæ. Rhod.

Martis

Digitized by Google

Martis nomine inſignem. Lanceâ quoque donari ſolitos, qui in bellis acriter, ſtrenueque pugnantes, laudem meruiſſent.

1120. *Vxor præcipuè mariti cauſa in honore habenda.* *Geneſ. 16.* Gaiet.
Vxor maximè mariti causâ honore afficienda eſt, Sara ab ancilla ſpreta apud Abraham conqueritur Geneſ. 16. cur ipſamet non eam punit? Caietanus hîc; *cùm iam dediſſet eam marito in vxorem non audebat punire eam*, VTPOTE VXOREM TANTI VIRI; in virum reſilit, quicquid contra vxorem fit.

Mulier in matrimoniū ducta pro vxore habetur apud Tartaros cùm pepererit. Bonf. *Dos vxori tantum poſtquam peperit.* Idem.
Apud Tartaros, à viro nulla pro vxore habetur, donec peperit, & tunc dotem à parentibus accipit. Sterilis pro viri arbitratu retineri, aut expelli poteſt; ita Bonfinius lib 8. Dec. 2.

Nuptialis veſtis charitas. B. Laur. Iuſt. S. Ambroſ.
Vt ſpiritales nuptias exhibuimus, ſic ſpiritale etiam nuptiarum veſtimentum indicamus; præcipuum, nobiliuſque charitas eſt, de qua ita loquitur Beatus Laurentius Iuſtinianus de charit. cap. 6. Charitas adornat; *quia* NVPTIALE VESTIMENTVM EST; *eſt enim conueniens veſtimentum ſponſæ Regis Chriſti; operiens multitudinem peccatorum: calefaciens mentem à frigore negligentiæ.* Et ſanctus Ambroſius de pœnitentia lib. 1. cap. 6. *Ille ſanè reiicitur, qui non habuerit* VESTEM NVPTIALEM, *hoc eſt*, AMICTVM CHARITATIS, *velamen gratiæ.*

Extimo nuptiarum vultui nemo fidat. S. Greg. Nyſſ.
Non eſſe extimo nuptiarum vultui fidendum, ſed timenda ea pericula, quæ parturiunt ſcito gladij exemplo explicabat ſanctus Gregorius Nyſſenus lib. de virginit. cap. 13. cuius verba hîc deſiderari religio ſit: *Vt* GLADII, inquit, *capulus politus ille quidem tactu facilis, & ornatu vndique cinctus apparet, reliquum vero ferrum mortis eſt inſtrumentum (formidoloſum hoc certè eſt videre: illud tamen formidoloſius multò eſt, ſi ad aliquem, vel pugnæ, vel cædis vſum adhibetur)* HOC IN GENERE NVPTIÆ SVNT, *quæ quaſi capulum aliquem artificioſo opere illuſtratum, politam quandam voluptatis ſpeciem, guſtui contrectationique noſtræ præ ſe ferunt. Cùm verò in manibus eius ſunt, qui illas attigerit, luctus, miſeriarumque ipſæ mortalibus cum effectrices exiſtant; rerum omnino grauium, quæ ſecum connexæ ſunt, aditum aperuerunt. Hæ miſerabilia ſpectacula, lachrymarumque plena edidêre:* vt aliud ſub læta illa facie, quàm primo aſpectu oſtenrunt, claudant nuptiæ, quàm te ipſa deinceps exhibeant.

CAPVT CIX.

Quædam paralipomena de aquis, quædam de nuptiis.

Luminaria ad fontes.
Aqua *ad rerum impudicarum narrationem tranſlata.*
Qui in plateis aquæ *diſcurrant.*
Mens *quæ per varia deſideria fluctuat, ſuperâ voluptate non* irrigatur.
Gulæ *continentia caſtitati ſeruandæ neceſſaria.*
Inter delicias ægrè aquas *lambere quis diſcit.*
Cauendum ne aſſiduis tentationibus nos Dæmon, vt guttis ſtillantibus lapides, abſumat.
Locus in arena *monſtrari olìm ſolitus, in quo Paulus cum Tyriis orauit.*
Voluptatum amaritudinem *non contrahat inter amaras voluptatis aquas.*
Mari *mors comparata.*
Illæſus Acherontis fluuium *tranſire quis dicatur?*
Plebs maiorum auctoritate, vt ventis *fluctuat.*
Sapientiæ aqua *aliis conſiliorum riuulis communicanda.*
Noxia, & inextinguibilis rerum mundanarum ſitis.
Ab anima Dei amore æſtuante *abeunt Dæmones.*
Tauri nigri Flumini *tanquam Deo à Rege dicati.*
Niger color *albo prælatus apud Indos.*
Salubris vnda *cordis compunctio.*

Hic vno veluti faſce pleraque complectar, quæ a ſuperioribus Capitibus, aut Excurſibus exciderunt: præſtat etiam extra ſuum locum dare, ne penitus depereant, dum non dantur. 1121.

Luminaria ad fontes. Capit. Car.
Ad fontes facta luminaria legimus, quod tanquam ſuperſtitioſum damnant Capitula Caroli Magni num. 64. *Item de arboribus, vel petris, vel* FONTIBVS *vbi aliqui ſtulti luminaria, vel alias obſeruationes faciunt, omnino mandamus, vt iſte peſſimus vſus, & Deo execrabilis, vbicunque inuenitur, tollatur, & deſtruatur.* Abſque vllo ſuperſtitionis diſcrimine nos luminaria iuxta flumina locabimus, ſi vtilia quædam monita ex fontibus hauriemus, aut ſpirituales quoſdam fontes lectori indicabimus.

Aqua ad rerum narrationem tranſlata. Cyrill. Alex.
Aquas ad rerum impudicarum narrationem, aut fabularum commenta, quibus prophani ſcriptores, & præcipue Poëtæ vtuntur, ſignificandas adhibitas indicat ſanctus Cyrillus Alexandrinus, lib. 17. de ſanctis feſtiuitatibus, illud quod Exod. 12. dicitur de non edendis agni carnibus crudis, nec aqua coctis in hunc modum explicans: *Prohibet præterea lex, ne crudum edant, aut* ELIXVM AQVA, *quamuis etiam ſi id minimè dixiſſet lex, nemo ſit opinor, qui cruda carne veſcatur: ergo figuratè indicat, Chriſti myſterium neque reiiciendum eſſe, quaſi propter mendaciorum magnitudinem, neque aqua diluendum, ac diſſoluendum: nam egregij Gentilium Poëtæ, atque ſcriptores, & quod ad ſermonis attinet vim, ſapientes, cùm Deorum ſuorum orgia atque myſteria deſcribunt, impudentiſſimè mentiuntur, & quaſi crudas, & reſpuendas mentibus hominum fabulas, & multum aquæ in ſe continentes apponunt, nam & adulteria: aliaque terem ipſum inficientia, dum leguntur, adiiciunt.*

Qui in plateis aqua diſcurrant. S. Auguſt.
Qui in plateis aquæ diſcurrant explicat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 118. *In hac*, inquit, *latitudine diffunditur charitas in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Vnde etiam dictum eſt, & in* PLATEIS TVIS DISCVRRANT AQVÆ TVÆ. *Platea quippe de verbo Græco* πλατὺ, *quod dicitur latum.* 1122.

Mens quæ per varia deſideria fluctuat, ſuperâ voluptate non irrigatur. Pſal. 64. 10. Rich. Vict.
Dauidis ſunt verba Pſal. 64. 10. *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam:* de imbribus, quibus Deus arentem terram irrigat hæc verba ad litteram intelliguntur: qui verò terram inebriare dicatur, & non mare, ad moralem ſenſum ſpectans Richardus Victorinus lib. 1. de præparat. animi ad contemplationem cap. 38. ſic ediſſerit. *Hac*

vtique

etique DVLCEDINE INEBRIANTVR, *quam non merentur, qui adhuc carnalium deſideriorum fluctibus agitantur. Viſitaſti, inquit, terram, & inebriaſti eam. Quid putas eſt cauſa quod ſolam terram Dominus Deus inebriaſſe dicitur, cur non etiam & mare? Sed ſcimus quia mens, quæ per varia deſideria fluctuat, quam adhuc ſecularium curarum procella exagitat, ad illud internum gaudium non admittitur, & illo* TORRENTE VOLVPTATIS *non potatur, quanto minus inebriatur.*

Gula continētia caſtitati ſeruandæ neceſſaria.

Natandi ſimilitudine vſus eſt ſanctus Nilus orat. de gula, vt probaret caſtitati ſeruandæ non minus neceſſariam continentiam eſſe, quàm humilitatem, alioquin vna tantum manu natat, qui humilitate deſtitutus caſtitatem indipiſci ſe poſſe putat; hæc illius verba ſunt: *At verò particularem eam puritatem, quæ* CASTITATI *comparatur, continentia potius præſtat, dummodo humilitatem quoque ſocia aſſciſcat. Qui eam per ſolam continentiam conſequi conatur, ei non diſſimilis eſt, qui vnâ duntaxat manu natat.*

1123. *Inter delicias non aquas lambere quis didicit.* Iud. Pet. Bleſ.

Habemus in libro Iudicum eos ad bellum electos, qui aquam in os immitterent, domum ire iuſſos, qui flexo poplite bibiſſent. Vndè didicerunt aquas lambere? non inter delicias, non inter epulas, & vina pretioſiora; rem periitè expendebat Petrus Bleſenſis epiſt. 94. *Cum clamaret Gedeon cunctis audientibus: Qui formidoloſus eſt, & timidus reuertatur, receſſerunt ab eo viginti, & duo millia, & tantum decem millia remanſerunt. Sed & de illis tanquam ad bellum expeditiores duntaxat elegit, qui* IN SITI *ſua velut canes lamberent, & feſtinantius aquam ad os mitterent: illis prorſus abiectis, qui ſe ad bibendum flexo poplite inclinabant. In trecentis itaque facta eſt liberatio populi, quos non crediderim inter delicatiores epulas,* ET EXQVISITA CONVIVIA DIDICISSE AQVAM LAMBERE. Quos ideo prælegit Dominus, quia neceſſitati ſatisfecerunt in humilitate naturæ.

Cauendum ne aſſiduis tentationibus nos Dæmon vt guttis ſtillantibus lapides abſumat. B. Vmbert.

Aqua decidens aſſidua hoſtis ſatanici tentatio eſt, noſtrum eſt maiorem quàm lapidis duritiam induere, ne nos vincat, & ſuperet. Probi magiſtri vtilis monitio eſt: Beatus Vmbertus de reſiſtentibus contra luxuriam cap. . ; ait: *Si aduerſarius noſter ſæpius* TENTATIONIBVS *nos examinat, ipſa frequentia nos tædio non afficiat, ne ſimus ſicut lapides, quos ſtillæ cadentes, non violentia, ſed numero tandem cauant. Liquet hoc in patre quodam, qui annis quadraginta tentatus fortis athleta Chriſti perſtitit, ſed poſtmodum vnius noctis ſpatio victus ceſſit.*

1124. *Locus in arena monſtrari olim ſolitus, in quo Paulus cum Tyriis orauit.* Beda.

In arena locum monſtrari ſuo æuo ſcribit Beda, in quo Beatus Paulus cum Tyriis orauit; ſic enim ille ſcribit in Acta Apoſt. cap. 21. ad illa verba: *Profecti ibamus: Nulla ciuitas maiori dulcedine Apoſtolum ſuſcepit, tenuit, dimiſit. Denique hodie monſtratur* IN ARENIS *locus, vbi pariter orabant.*

Voluptatum amaritudinē non contrahit in terra maris voluptatis aquas. Anon.

Qui terrenarum voluptatum, mundanarúmque deliciarum copiâ ambitur, ebibere ex illis nihil debet non ſecus ac piſcis, qui in mari maris ſalſedinem non contrahit; ſine amaritie quippè eius caro eſt; & inſipidus in ſalſis aquis degens. Pulchrè illè, *Qui in huius mundi* PELAGO *eſt,* PISCEM *referat; inter amaras illius delitias nihil amaritudinis habeat.*

Mari mors comparata. Idiota.

Mari mortem comparabat pius Idiota lib. 6. de morte; vbi ita loquitur: *Sicut* MARE *eſt hoſpitium omnium fluuiorum; ſic mors eſt finalis repoſitio omnium mortalium.*

Quid ſit, & quis illæſus fluuium Acherontis tranſire dicatur, collige ex Sancto Paſchaſio, qui hac formula vtens in vita Sancti Adel. Abb. ait: *Solus, vt aiunt, potuit* ILLÆSVS FLVVIVM TRANSIRE ACHERONTIS AVARI, *& ſine diſcrimine cæcitatis, ex Alpibus remeare per annos: ante quem tremebat in promptu ſuperborum altitudo; gloriabatur humilitas manſuetorum*

Illæſus Acherontis fluuiū tranſire quis dicatur. S. Paſchaſ.

Plebem ad modum placidi maris ſe habere, quod primorum auctoritate, ac exemplo veluti ventis agi, aſſerebat Marcus Vigerius chordâ 7. cap. 128. in hæc verba: *Quare principes Sacerdotum, & Seniores perſuaſerunt populis, vt peterent Barrabam, Ieſum verò perderent? Mare ſine vento nemini nocet, vtque libet, ſeſe exhibet remigabile. Vento pereuntium, remis attingi non poteſt. Velis agendum eſt pro ventorum arbitrio, quod ſi magis deſæuierint, vela diſſcindunt: Temonem loco dimouet fluctus. Ita pro impetu tempeſtatis vique ventorum mare extollitur, conuoluitur, rapit, atque ſubmergit. Plebs quoque ſibi dimiſſa placabilis eſt, ad proſequendum iuſtum, & æquum facilè perſuaſibilis, hanc primores pro auctoritate,* SVIS AFFECTIBVS QVASI VENTIS INQVIETANT, *rapiúntque ſpecie conſilij quocunque volunt, & ſæpè in furias perniciemque ſui trahunt.* 1125.

Plebs maiorū auctoritate, vt ventis fluctuat. Marc. Viger.

Proba aqua ſapientia eſt, vt tamen aliis conſilij negatione non negetur: Sancti Ambroſij hæc cautio eſt lib. 2. offic. cap. 11. vbi ait: *Quid prodeſt habere ſapientiam, ſi* CONSILIVM *negetur? Si conſulendi intercludas copiam,* CLAVSISTI FONTEM, *vt nec aliis influat, nec tibi proſit. Pulchrè autem & de illo conuenit, qui habens prudentiam, commaculat eam vitiorum ſordibus, eo quod aquæ exitum contaminet.*

Sapientia aqua aliis conſiliorum ratione communicanda. S. Ambroſ.

Noxia, & inextinguibilis rerum mundanarum ſitis eſt, quo plura ingeſſeris, eò magis augebis cupiditatem; Sancti Chryſoſtomi verba offero, qui homil. 12. in Epiſt. ad Romanos ita ſcribit: *Siti cùm laboramus, tum ipſi nos recreamus, cùm quantùm volumus, tantundem bibimus quamdiu autem ſitimus, vt omnes etiam* FONTES *exantlemus, maius nobis tormentum exiſtit. Eadem ratione ſi res mundanas fueris aſſecutus, nec tamen cupiditati tuæ modum impoſueris: certe quò plura guſtaueris, hoc tibi maius ſupplicium adſciſcis.*

Noxia, & inextinguibilis rerum mundanarum ſitis. S. Chryſoſt.

Terra ſine aqua, à qua immundi ſpiritus abcunt, anima eſt Dei ſolius amore æſtuans, præſtat hic audiri Sanctum Cyrillum Alexandrinum in cap. 2. Oſeæ, vbi ait: *Vt hominibus locus* AQVIS CARENS *non eſt habitabilis; ita & immundis ſpiritibus mala, & moleſta, & velut inuia, & inaquoſa terra non iniuria intelligatur Dei amans, & haud illorum voluptatem nihil aliud cogitare, aut facere ſuſtinens anima.* 1126.

Ab anima Dei amore æſtuante abeunt Dæmones. S. Cyr. Alex.

Nigros Tauros flumini tanquam Deo à Rege dicari ſolitos apud Indos indicat Philoſtratus lib. 2. in Vita Apollonij cap. . Additque Indos nigrum colorem albo præferre: hæc eius verba: *Audiſſe etiam ſe ab Indis tradunt regem* AD FLVMEN ACCEDERE, *cùm augeri dies incipiunt, & illic equos, nigroſque tauros flumini tanquam Deo ſacrificari. Indi namque nigrum albo præferunt, propter colorem, vt arbitror. Peracto autem ſacrificio dicunt ipſum in flumine demergere aureum modium illi ſimilem, quo ipſi frumenta metiuntur. Cur verò id Rex faciat, nihil certe ſciant.*

Tauri nigri flumini tanquam Deo à Rege dicati. Philoſtr.

Niger color albo prælatus apud Indos. Idem.

Salubris vnda cordis compunctio eſt, de qua ita loquitur ſanctus Anſelmus lib. 10. meditat. qui hucuſque latuit, medit. 1. cap. 12. *Beata anima, quam adhuc in carne poſitam* PIÆ COMPVNCTIONIS

Salubris vnda cordis compunctio. S. Anſelm.

CTIONIS VNDA SÆPIVS ABLVIT, *confeſſionis diligentia decorauit:* Salutaris hæc vnda, & ab illis maximè adhibenda, qui maximè peccauerunt.

CAPVT CX.

Gentilium aquæ cur viduæ dictæ; alia de aliis aquis.

Gentilium aquæ *cur viduæ dictæ.*
De limo *hominis caro cur formata.*
Luxuriæ aqua *ſitim non extinguit.*
Felleus luxuriæ fructus.
Luxuriæ *mancipium in alieno corpore animam Diabolo ſacrificat.*
Mira auis caſtitas.
Virgines *omnes beatos futuros aliquorum cenſio.*
Virgineus *fons Virgo Dei mater.*
Aquæ *bullam, quæ ſtatim euaneſcit ſuperbum refert.*
Palmarum aqua *non mutata niſi ſemel in anno.*
Salutatio *impertita* aquæ, *& torrentis ſimilitudine.*
Circa Nilum *ædes ſacra ædificatæ.*
Torrentis *in morem omnia fluunt.*
In verbis ipſis hamum *mulier abſcondit.*
Caſtitas *vera, & æterna formoſitas.*
In generis propagationem, cui nuptię *ſeruiunt, diuinæ prouidentiæ obſequi homo debet non libidini.*
Coniugum concordiam *fouere, vt Deus ſtuduerit.*
Coniugis *vnius mens in alium immigrare quodammodo debet.*
Cæli, *&* Terræ *coniugium.*
ערי *quid?* erroris *nexus, &* fornicationis.

1127. MAris aquas refert opus iſtuc, quod circa aqua verſatur: it, reditque, & locum, quem progrediens preſſerat, lambit etiam redeundo; idem hîc fit, ad littus dum propioquamus, regredi cogimur, & eaſdem arenas legere, quas antea preſſeramus; hoc capite iſtuc fiet, vt deinceps in portum ſine vllo obice calami noſtri cymba ſe recipiat.

Gentilium aqua cur viduæ dictæ? Tertull.

Gentilium aquæ viduæ dictæ ſunt, quia à Spiritu ſancto minimè fuerunt fœcundatæ; ita loquitur Tertullianus lib. de baptiſmo cap. 5. *Sed enim nationes extraneæ ab omni intellectu ſpiritualium poteſtatum eadem efficaciâ idolis ſuis ſub miniſtrant, ſed* VIDVIS AQVIS *ibi mentiuntur.*

De limo hominis caro cur formata. Pet. Bleſ.

Cur de limo potiùs dicta ſit caro noſtra formata, quàm terrâ, expendebat Petrus Bleſenſis ſerm. 26. ait enim: *Concupiſcentia carnis* LIMVS *eſt, id eſt, lutum viſcoſum, quem enim arripit quaſi inſeparabiliter eum ſibi glutinat. Inde eſt quod caro noſtra potius dicta eſt facta de limo, quàm de terra, vel luto, vt in hoc feruens ipſius glutinum inſinuaretur.*

Luxuria aqua ſitim non extinguit. S. Ant. Vlyſ.

Aqua luxuria eſt, quæ ſitim non extinguit dum bibitur, ſed accendit; Sanctus Antonius Vlyſſiponenſis ſerm. in Dom. 2. poſt Paſcha; *Bibet* AQVAM, *quæ eſt luxuria; quam qui biberit, ſitiet iterum.*

Felleus luxuriæ fructus. S. Ambroſ.

Felleus & amarus luxuriæ fructus eſt, vt iure inclamarit ſanctus Ambroſius exhortat. ad Virg. cap. 10. *O quàm acerbus fructus* LVXVRIÆ *amarior felle, crudelior gladio;* acerbus ſemper eſt, nunquam maturus fit, quia ſemper ante tempus, dum ſemper contra Dei æterni mentem.

1128.

Luxuriæ mancipium in alieno corpore animã Diabolo ſacrificat. Euſ. Emiſſ.

Huc pietas, & ardor fidelis Chriſti Sacerdotis euaſit, vt cùm in carcere deeſſet altare, corpore pro altari vteretur: quò abit ab iſta pietate illa impietas, quâ quis in alieno corpore ſuam animam Diabolo ſacrificat; hoc faciunt impudicitiæ hoſtes, mancipia luxuriæ; quò ſpectabat Euſebius Emiſſen. homil. 3. de Paſchat. *Qui in alieno corpore* SACRIFICAT DIABOLO *animam ſuam.*

Mira auis Caſtitas.

Libet hîc adſcribere incredibilem Porphyrionis auis caſtitatem, quæ ſi ſolùm aſpexerit meretricem, emori creditur, ſi Ariſtoteli, Æliano, aliiſque fides habenda eſt, vt in Prouerbium mereatur trahi ſingularis illa auis temperantia; vel ab auibus diſcere temperantiam potes.

Virgines omnes beatos futuros aliquorum cenſio. Marc. Viger.

Virginitatem extuli, nuptiis eam antepoſui, dabo hîc aliquid, quo ab illis gratiam ineam, qui virginalem innocentiam amisêre. Edico illis virgines euaſuras cùm reſurgent ad gloriam; huc inclinat Marcus Vigerius chordâ, 1. cap. 2. *Deus tamen qui ſuſcitat mortuos, qui omnem ſolutam corporis compaginem in eoſdem numeros priſtinóſque concentus inſtaurat, iura virginitatis in integrum poteſt reducere. Et fortaſſe in illa ſuperna ciuitate, vbi non nubent mulieres, neque viri vxores ducent ad nuptias, ſed erunt omnes homines ſicut Angeli Dei, diſcreti quidem ſexu, ſed ſexus miniſterio (ſicut Angeli non egent)* PENITVS NON EGENTES, ERIT INQVAM FORTASSE HOMINIBVS OMNIS CORPORIS INTEGRITAS RESTITVTA. *Quod ſi fiet (immò quia forſitan fiet; quoniam corpus, quod animale ſeminatur, ſpirituale reſurget) non eſt omnino negandum virginitatem ſecundùm corpus, id eſt, materiam virginitatis a Deo poſſe reſtitui, quæ beatis omnibus in corporum reaſſumptione fortaſſe tribuetur: Soli tamen virginitatis ferent palmas, qui hic inter pericula virginitatem ſeruauerunt.*

1129.

Virgineus fons Virgo Dei mater. S. Greg. Thaum.

Virgineus fons Virgo eſt, quæ Deum peperit, quam efferens ſanctus Gregorius Thaumaturgus ſerm 2. de annunt. ait: *Hæc lucis indumentum, & virtutis domicilium: hæc* FONS PERENNIS, *in quo aqua viua ſcaturiuit, atque produxit Domini in carne aduentum; hæc iuſtitiæ munimentum.*

Aqua bulla, quæ ſtatim euaneſcit ſuperbum refert. Suid. Iſaiæ 30. 7.

Aquæ bullam, quæ ſtatim euaneſcit ſuperbus refert: Suidas, vt bulla rupta euaneſcit, *ſic memoria ſuperbi perit poſt mortem:* hinc illud Iſaiæ 30. 7. *Superbia tantùm eſt, quieſce:* ex Hebræo aliqui legunt: *Bulla tantum eſt, quieſce.*

Palmarum aqua non mutata niſi ſemel in anno. Vit. Pat.

De palmarum aqua non mutata niſi ſemel in anno hæc habemus in vitis Patrum lib. 4. part. 1. *Abbas Arſenius niſi* SEMEL IN ANNO MVTABAT AQVAM PALMARVM, *ſed tantum adiiciebat, faciebat plectam de ipſis palmis, & cuſebat ad horam vſque ſextam. Interrogauerunt ergo eum ſeniores, cur non mutaret aquam palmarum, quæ fœtebat? & dixit eis: Pro thymiamate, & odoribus vnguentorum, quibus in ſeculo vſus ſum, vti me opus eſt hoc fœtore.*

Saluta

Salutatio impertita aquæ ex torrentis ſimilitudine. Hebr.

1130. Salutationem impertiunt Hebræi aquarum, & torrentis ſimilitudine; hinc illud: ואלין אויל כמים גשפי ברכה ושלום, *& ad eum fluere facio inſtar* AQÆ STILLAS *benedictionis, & ſalutis*, id eſt plurima ſalute cum aſpergo; Item ואנא אלין כנהר שלום, *& extendo ad eum* INSTAR FLVMINIS *ſalutem*; id eſt, plurimam ſalutem ipſi aſcribo: aut ואליו כנחל שוטף אטה שלום *& ad ipſum* INSTAR TORRENTIS *inundantis extendo ſalutem plurimam.*

Circa Nilum ædes ſacræ ædificatæ. Vitruu.

Mos fuit Ægyptiorum ad Nilum ædes ſacras ædificare. Vitruuius lib. 4 cap. 5. *Si ſecundum flumina ædes ſacræ fient, ita vt in Ægypto circa Nilum* AD FLVMINIS RIPAS *videntur ſpectare debere.*

Torrentis in morem omnia fluunt. S. Auguſt.

Torrentis in morem terrena omnia fluere videmus, omnes vidit & aſſeruit ſanctus Auguſtinus in Pſal. 58. *Momentis tranſuolantibus cuncta rapiuntur:* TORRENS RERVM FLVIT*:* ſed ad muliebres aquas, nuptialéſque calamum flectamus.

In verbis ipſis hamum mulier abſcondit. S. Ambroſ. S. Nilus.

Vel in verbis ipſis hamum mulier habet, quo capiat cùm loquitur. qui hamo piſcibus tendunt inſidias; hoc maximè cauent, vt non loquantur: hic contra accidit, à colloquio maximè pendet captura; huc flecto illud ſancti Ambroſij lib. 6. epiſt. 37. VIRILIS SEXVS *nullo magis lubricus quam muliebri decore iſto capitur, & maximè ſi ardor mentium alloquiis inflammetur frequentibus, & quaſi facibus inardeſcat, ſi ſpem potiendi hauriat, affectum deferat: Iaciant igitur mulieres ſua vocibus ſuis* HAMOS. Vides hamos verbis emitti, verbis iaci; nimirum piſces ſilentio melius capiuntur, homines ſermone; ſanctum Nilum quoque audiamus: MOLLIBVS *vtuntur verbis, & dulcis vocis ſono auribus blandiuntur, donec animam ſuam plenè* DIRIPIANT.

Caſtitas vera & æterna formoſitas. S. Zeno.

1131. Verè pluchra, & formoſa eſt mulier, ſi caſtitatem colat, & ſeruet: nam vt aiebat ſanctus Zeno ſerm. de pudicitia: *Caſtitas vera eſt, & æterna formoſitas.*

In generis propagationem, cui nuptiæ ſeruiunt, diuinæ prouidentiæ obſequi homo debet non libidini. Geneſ. 1. 28. Gennadius.

In generis porrò propagationem, cui nuptiæ ſeruiunt, non cæco luxuriæ impetu ferri quis debet, ſed diuinæ voluntati obſequendi causâ, diuinæ prouidentiæ: cur in animantium multiplicatione benedictionis formulâ ſit vſus Deus in prima mundi molitione, quod non facit in arboribus, & ſeminibus, expendens Gennadius in catena Græca veterum Patrum Græcorum in cap. 1. Geneſis, ita ſcribit: *In arboribus ſeminibuſque nullâ eſt vſus eiuſmodi benedictione Deus, licet ipſa quoque ſucceſſiones ſibi propagent, & adaugeantur. Quid igitur in cauſa? Voluit opinor, hac nos ratione monere primum, quantò faciat illa pluris, quæ ſunt ſenſus vitæque participia, quàm inanima, & ſine ſenſu. Deinde cum arboribus, frugibuſque Deus dederit, vt ſeruentur in agrorum cultura, animantes verò mutuo inter ſe concubitu propagentur, ne in eam rem ſponte ſua ferri videantur, ſed* COMPELLI POTIVS IMPERIO CREATORIS AD GENERIS CONSERVATIONEM, *meritò talibus verbis animantium generi benedixit:* non patiatur homo à brutis ſe vinci: in generis ſui conſeruationem ſpectet Dei voluntatem, obſequium, carnis ſuæ leges: nam vt animantibus benedixit Deus, & dixit: Creſcite, & multiplicamini Geneſ. 1. 22. eâdem formulâ vſus, & ad homines eſt: nam vbi maſculum, & fœminam creauit, benedixit illis: & ait: Creſcite, & multiplicamini & replete terram, Geneſ. 1. 28.

Coniugum concordiam fouere, vt Deus ſtuduerit. Theod.

1132. Coniugum concordiam fouere Deus voluit, dum in primorum hominum productione ex eadem materia, virum, & mulierem formauit: quod ſic expendebat Theod. in catenâ Græcâ veterum Patrum Græcorum cap. 2. Geneſis. *Conciliare ſimul genera Auctor natura voluit, idcirco Adam quidem ipſum finxit ex humo, & mulierem ex Adam, vt* EANDEM ILLORVM NATVRAM DEMONSTRARET, ET NATVRALEM QVEMDAM INSERERET ILLIS, *& mutuum amorem. Nam etſi res ita ſe habet, viri nihilominus mulieréſque inter ſe diſſentiant, atque contendant, quid ſi ex aliena diuerſáque materia mulierem deduxiſſet? prudenter igitur, & diſpeſcuit, & rurſus coagmentauit.*

Coniugis vnius mens in alium immigrare quodammodo debet. Gen. 37. 10. Gennad.

Tanto vnitatis, & pacis vinculo, animorumque nexu copulari inter ſe coniuges debent, vt vel coniunx vnus in ſuperſtite viuere videatur: huc facit illud, quod habet Gennadius in catena Veterum Patrum Græcorum cap. 37. Geneſis ad illud: *Num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? Nihil mirum, ſi matre eius iam defunctâ, cum Sole tamen, vndecim ſtellis, Lunam quoque ad pedes ſuos ſupplicem viderit: non enim inſomnia ad vnguem rebus reſpondent. Quanquam & aliæ fratrum vxores ſupereſſent adhuc, & Rachel ſi non re, potentiâ (vt aiunt)* IN PERSONA IACOB CONTINEBATVR.

Cæli, & terræ coniugium. Procop.

Et quia de nuptiis agimus, ac de nuptialibus aquis, noto Cælum & Terram ſe veluti coniu- 1133.
ges reſpicere, vt Cælum viri ſubeat munus, mulieris Terra, Procopius huc nos vocat, qui vt habetur in catena veterum Patrum Græcorum in cap. 1. Geneſis, ad illud: *Creauit Deus Cælum & Terram*, ita ſcribit: *Duo hæc extrema continent cætera omnia: habéntque* ORDINEM MARIS AD FÆMINAM*: cælum namque dat omnibus ſuo motu vires, atque potentias, terra ſuâ ſtabilitate fluxus illius excipiens gignit, fouetque cuncta.*

תער quid erroris, & fornicationis. R. Dauid.

Ex Hebraico fonte hoc contra fornicationis impuritatem adnotabam: nimirum verbum תער *thangar* & de errore dici & de fornicatione: vtramque notionem habet & errandi, & fornicandi, vt notabat R. Dauid de Pomis.

CAPVT CXI.

Quædam de fontibus, & aquis notata; quædam ex fontibus & aquis ſumpta.

Sacri *dicebantur* fluuij *ob perennem curſum.*

Damnati qui ad fontes *& arbores vota reddebant.*

Primus Moſes mare *diuinitus diuiſum intraſſe aliqui cenſuerunt.*

Aquâ, *& Balſamo vt aliqui olim impiè mortuos redimerent.*

Cratis ſupplicium in aquis *quale eſſet.*

Vitæ pelagus *leuis tranſmittit, qui diuitiarum onera abiicit.*

Quinam vt Ægyptij tamquam plumbum in aquis *ſe demergant.*

Paradiſi flumina *inimicis benefaciendum vt doceant.*

Quàm vtilis aqua *Ionæ fuerit.*

Fonti ſignato *comparata ſponſa, quia in*

noxia

noxia, & inutilia verba os non aperit.

Noxiis verbis vt infecto amni aures claudendæ.

Fons *vir, à quo filij prodierunt tanquam fluuij.*

Patris mores *referunt filij.*

Continentia, & abſtinentia Noë aquis *ſuperiorem reddidit.*

Supra flumina *Babylonis ſedere, & flere quinam dicantur.*

Putei *docent tunc maiori Dei ſeruos ardore corripi, cùm extrà mundi frigore & tribulationis glacie obſidentur.*

1134. SVb calamo aquæ videntur ſurgere, cùm aggetes vnius capitis, quibus aquæ coërcentur, via ad alias ſint, & de aquis agendum ſit, cùm de aquis ſit actum: dabo hic igitur aliqua de illis in notitiam, & colligam ex illis aliqua ad vtilitatem.

Sacri dicebantur fluuij, ob perennem curſum. Euſt.

Antiquos tanquam numina flumina veneratos ſuperiùs oſtendi: addo hic fluuios ἱεροὺς, ideſt *ſacros* dictos: cur autem hoc titulo inſignirentur, hanc reddit rationem Euſtathius in lib. 2. Odyſſ. *quod perenni curſu fluerent, nec iter ſuum ſiſterent:* Res exuta gentilitatis veſte donari Chriſtianâ poteſt, ſi ad illos transferas, qui fluminibus comparantur: ad ſacros inquam præſules, viroſque diuino cultui mancipatos, qui iure *ſacri* appellari debent non ob ſacra tantùm, quæ tractant, ſed etiam ob indeſinentem bonorum operum curſum, & perennem diuini obſequij laborem.

Damnati qui ad fontes, & arbores vota reddebant. S. Auguſt.

Eos, qui ad fontes, & arbores vota reddebant, & phylacteriis vtebantur, grauiſſimè reprehendit ſanctus Auguſtinus ſerm. 215. de tempore his verbis: *Et ſi adhuc videtis aliquos* AD FONTES, *aut ad arbores vota reddere, & ſicut iam dictum eſt, ſortilegos etiam, & diuinos, vel præcantatores inquirere, phylacteria etiam diabolica, & characteres, aut herbas, vel ſuccos ſibi, aut ſuis appendere, duriſſimè tanta eorum peccata increpantes, dicite, quia quicunque fecerit hoc malum, perdit Baptiſmi ſacramentum.*

1135. *Primus Moſes mare diuinitus diuiſum intraſſe aliquibus, ne.....* Ioſeph.

Cùm fugientibus Iſraëlitis mare diuinitùs diductum illis eſſet, primus nouum illud iter inchoauit Moſes, vt exemplo ſuo alios ad tranſitum inuitaret: Ioſephus lib. 2. Antiquit. cap. 7. ait: *Moſes videns adeſſe Deum, &* MARE *de ſuo ſolo ceſſiſſe, primus progreditur, hortatur Hebræos, vt alacriter ſequantur per viam diuinitùs datam, & læti præterito periculo gratias agant ob tam incredibilem ſalutis rationem tam ſubitò exortam:* nimirum qui aliis dignitate præſunt, præire debent & in illis rebus, quæ onus, & laborem ſpectant.

Aquâ, & balſamo, vt aliqui olim improbè mortuos redimerent. S. Auguſt.

Inſania hac plerique laborabant, vt aquâ, oleo, & balſamo mortuos ſuos redimerent, & verba quædam Hebraica ſuper illos pronunciarent: ſanctus Auguſtinus lib. de hæreſibus de Heracleonitis: *Feruntur autem ſuos morientes nouo modo quaſi redimere, id eſt per oleum, balſamum, &* AQVAM, *& inuocationes, quas Hebraicis verbis dicunt ſuper capita eorum.*

Cratis ſupplicium in aquis quale eſſet. Cæl. Rhod.

Cratis ſupplicium quodnam eſſet in aquis, & qui fieret tradit Cælius Rhodiginus lib. 10. cap. 5. lect. antiq. *Porro Cratis item ſupplicium inuenio apud priores, id ferè erat, cùm quis deiectus* IN AQVAM *crate ſupernè iniecta, ſaxiſque congeſtis mergebatur.*

Nemo Ægyptios imitetur, vt tanquam plumbum in aquis vehementibus ſe demergat, ſi terum terrenarum amore corripi ſe ſinat. Origenes in Cat. aurea Patrum Græcorum in Pſal. 4. *Graui*, inquit, *corde ſunt, qui ad plumbeum talentum ſedentes iniquitatem in corde retinent; vel ſi quis ad infima quæque delatus in* VEHEMENTIBVS AQVIS *fluctuum vitæ huius cum Ægyptiis tanquam plumbum ſe demergat.* 1136.

Quinam, vt Ægyptij tanquam plumbum in aquis ſe demergant. Orig.

Ex fonte Paradiſi, qui in quatuor capita diuidebatur, vt ad populi quoque ſui hoſtes iret, & eorum terras irrigaret, Geneſ. 2. Egregiè colligebat Oleaſter hic, etiam inimicis benefaciendum; ſic enim ille ſcribit: *Inde diuiditur in quatuor capita: Docet locus iſte bonorum noſtrorum diuiſionem, vt non ea poſſidere velimus vbi & aliud conſidero, quòd* PRÆCIPVVS HOSTES SVOS PRIVS IRRIGAT. *Nouimus quid populo eius fecerit Aſſur, & alij vicini terræ promiſſionis, ad quos Paradiſi flumen tam copioſè mittit.*

Paradiſi fluminis inimicis benefaciendum, vt doceat. Geneſ. 2. Oleaſt.

Vtilis & aqua Ionæ fuit, dum cete veheretur orationem fudit; qui in terris diuinæ voluntati contraiuerat; quod expendens ſanctus Ambroſius lib. 5. cap. 1. aiebat: *Emendauit* AQVA, *quem terrena deflexerant, pſallebat in vtero ceti, qui mærebat in terra.*

Quàm vtilis aqua Ionæ fuerit. S. Ambroſ.

Fonti ſignato ſponſa comparatur à ſponſo in amoris Cãtico cap. 4. ne ſcilicet in vana, & inania verba os diduceret, ſanctus Ambroſius lib. 3. de virginibus hoc voluit, cùm dixit: *Ideo ſcriptum eſt Hortus concluſus ſoror mea ſponſa. Hortus concluſus, fons ſignatus. Ne facilè aperiat os ſuum, ne vulgori deſignet alloquio.* Rectus nexus concluſi horti, fontiſque ſignati, nam qui os cuſtodit, debet & bonorum operum germinibus abundare.

Fonti ſignato comparata ſponſa, quia in noxia & inutilia verba os non aperit. Cant. 4. S. Ambroſ.

Noxiis verbis aures vacuæ minimè exhibendæ, ſed illis tanquam amni peſte infecto obturandæ; ſanctus Baſilius de vera virginit. paulò poſt initium ait: *Ne auditum quidem temerè, & indiſcuſsè verbis omnibus accommodabit: cæterum ad ea, quæ mala ſunt, & noxia: ipſum veluti ad peſtem quandam putidi & pernicioſi* AMNIS *obturabit.* 1137.

Noxiis verbis vt infecto amni aures claudendæ. S. Baſil.

Fons vir eſt, à quo filij prodire, tanquam fluuij ſolent, qui ſi iam grandæua ætate, aut ſterilitate ineptus gignendi filiis ſit, arefactus fons dicetur: ſanctus Chryſoſtomus homil. 47. in Geneſim loquens de Abraham, ait: *Quo pacto fieri poteſt, vt radice exectâ rami pullulent, vel ſuccisâ arbore fructus proueniant; vel* FONTE AREFACTO *fluuij reddantur?* ſicuti verò ſuas qualitates in fluuios fons deriuat, ita & Pater ſuos mores in filios facile transmittit, vt qualis ipſe eſt, tales euadant & filij, moribus patris mores referentes, & vitâ vitam.

Fons vir, à quo filij prodeunt tanquam fluuij. S. Chryſoſt.

Patris mores referunt filij.

Quod omnibus hominibus aquis ſepultis ſolus Noë cum filiis ſupereſſet, & tempeſtatibus ſuperior, aquis in triumphum ſuperferretur, & abſtinentiæ, quâ ſe armauerat tribuendum, & continentiæ, quâ ab vxoribus ſuis ipſe cum filiis ſuis abſtinuerat. Voluit hoc quoque ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 69. vbi ait: *An non ieiunium, & concubitus abnegatio Noe, ipſiuſque filios ex noui maris tempeſtate conſeruabit? Quippe qui leguminibus veſcerentur, vxoréſque ad carnalem coitum minimè adhiberent. Audi enim ſcripturam ipſi Noe hoc indicentem: Ingredere in arcam tu, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum. Seiungamini, inquit,* VIRI *priuatim,* ET VXORES *priuatim.* 1138.

Continentia, & abſtinentia Noe aquis ſuperiorem reddidit. S. Iſid. Peluſ.

Supra flumina Babylonis ſedere, & flere quid animi anxuri Pſal. 136. S. Auguſt.

Flumina Babylonis ex ſancti Auguſtini mente referunt omnia terrena, quæ ita amantur, vt nunquam ſiſtant, ſed ſemper fluent; Dauidis verba ſunt Pſalm. 136. *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus*; particula illa *ſuper* iuxta ſignificat, vt alibi dixi: ſed ſanctus Pater ad vſitationem notionum ſpectans, ait: flendum ſuper flumina non infra; dabo hic eius verba ad hæc verba: *Flumina Babylonis ſunt omnia, quæ amantur, & tranſeunt:* FLVVIVS BABYLONIS EST, *& quòd multam ſonat ſtrepitus aqua in ſaxa percutit, attende quia labitur, & ſi attendas, quia fluit, & labitur: caue, quia trahit. O Sion ſancta! vbi ſtat totum, & nihil fluit: ſedeamus & ſic fleamus ſuper flumina non intra flumina.*

Putei decent, tuos mane. Dei ſerues ardore corripi, cùm ex vi mundi frigore & tribulationis glacie obſidentur.

Denique vt definiam puteos referre Dei cultores in hoc debent, quia ſicuti putei, quantò extra vehementius frigus, omnia, omnes corripit, & glacies vrit; tantò a frigore ſunt alieniores: ita & qui Dei ſerui, cùm mundus diuini amoris æſtu viduus noxio gelu obſidetur, in Dei amorem ardentiùs feruntur: & cùm tribulationis glacie obſepiuntur, in Dei obſequium, & cultum magis æſtuant Sed ad nuptias, aquáſque rurſus calamum flectamus.

CAPVT CXII.

Sponſa olim in nuptiis cur aquam tangere iuberetur; alia de nuptialibus ritibus, alia de viris, alia de vxoribus.

Aqnam, *&* ignem *cur ſponſa olim tangeret?*
Peculiares quidam in nuptiis mores.
Ritus in ducendâ domum vxore *à nonnullis ſeruatus.*
Res diuina *à patre ante nuptias facta.*
Aquæ, *&* vini *mixtione rem familiarem viri potius, quàm mulieris eſſe docetur.*
Sponſa ſui ſponſi tanquam Regis corona *ſit.*
Quorundam ritus circa ſponſæ dotem.
Quinarius numerus cur matrimonium *olim diceretur?*
In nuptiis ſpiritualibus baptiſmus *aquas nuptiales refert.*
Quænam *vxori deberet* maritus *apud Hebræos.*
Sponſus ſuo pede *pedem ſponſæ contingebat.*
Mariti peregrè redeuntes nuntios *ad vxores cur præmitterent?*
Spiritale matrimonium *quale.*
Viri ſui mores *referre vxor debet.*
Filij à matribus *nutriendi, lactandi.*
Filij non facilè nutricibus *committendi.*

1139. *Aquam, & ignem cur ſponſa tangere olim iuberetur.* Plut.

NOn abit à nuptiis, non abit ab aquis antiquus ille ritus, quo olim ſponſa in nuptiis nō ignem tantùm, ſed & aquam tangere iubebatur: Tetigit hunc morem Plutarchus, & multas, variáſque illius reddidit cauſas: Præſtat hic eius verba ſiſtere: ſic autem ſcribit in quæſtionibus Romanis, num. 1. *Quid cauſæ eſt cur ſponſa in* NVPTIIS IVBEATVR AQVAM ET IGNEM TANGERE? *An quod horum, quatenus in elementis, ac principiis numerantur, alterum mas eſt, alterum fœmina: & ignis principia motionis ſuggerit, aqua ſubiecti ac materiæ facultatem obtinet: An quia ignis luſtrat, aqua purgat: debet autem quæ nubit puritatem, ac caſtimoniam conſeruare? An quod ſicut ignis abſque humore nutriendi vi deſtituitur, eſtque aridus, aqua autem abſque calore ſterilis eſt, & otioſa, ita mas quoque & fœmina ſeorſum nihil valent, coniunctione eorum vitæ conſuetudo perfecta à nuptiis redditur? An id ſignificare volunt, alterum ab altero deſeri non debere, ſed eos in ſocietate qualiſcunque fortuna perſiſtere etiam ita rebus ferentibus vt præter ignem, & aquam nihil boni vna frui detur.* Hactenus Plutarchus: ſed quia hic ſumus, alia de nuptiis afferamus, alia de vxoribus & maritis, ne pereant quæ nobis de his omnibus obſeruata, ſi hîc prætermittantur.

Peculiares quidam mores in nuptiis ineundis, conſecrandiſque ſeruantur apud quoſdam Africæ populos: in deſcriptione Africæ hæc leguntur: *Circa* MATRIMONIVM *hæc ferè ſeruatur regula. Vbi pater filiam cuidam deſpondit proco, mox in templum itur, ſponſum, ac ſponſam comitantur parentes, & conſanguinei, duo item accerſuntur notarij, qui præſentibus omnibus pacta dotemque conſcribunt: Qui mediocris ſunt fortunæ filiæ triginta aureos in dotem enumerant, cui ancillam quindecim ad minimum aureis emptam adiungunt: præterea & telam verſicolorem ſerico intertextam cum aliis quibuſdam panniculis ex ſerico confectis, quos in capite pepli loco geſtare ſolent. Deinde & par calceorum artificiosè, atque eleganter conſutorum. Duo item ſoccorum paria elegantiſſima, multas quoque clenodias argenteas, aut ex alia quauis materia fabrefactas, vt ſunt pectines, ſuffimenta, ventilabra, aliaque iſtiuſmodi, quæ mulieres maximè habent in pretio. Quibus ita peractis, quotquot vtrinque interfuerint, ad cœnam vocantur, quæ vt ſit ſuis deliciis optimè referta panis adfertur frixus, quem antea melle temperatum diximus: huic carnes adduntur aſſæ, idque primo ſponſi ſumptibus: poſtea & ſponſæ pater ſuum apparare iubet conuiuium.* 1140.

Peculiares quidam in nuptiis mores. Deſcr. Afr.

Ritus qui in deducenda domum vxore apud Africæ populos ſeruantur in deſcriptione Africæ hunc in modum referuntur: SPONSVS SVAM DVCTVRVS DOMVM SPONSAM *primò tabernaculum ligneum octogonale ſerico tectum intrare iubet, in quo à baiulis defertur comitantibus parentibus, & affinibus, multo cum tubarum, ac tibiarum ſonitu, tympanorúmque ſtrepitu, necnon maximo facium numero: præcedunt ſponſi affines cum facibus, ſponſæ verò ſequuntur: ſic maximum itur ad forum, templóque præterito, ſponſus ſocerum, & reliquos omnes ſalutat, domúmque quantum poteſt properat, atque in cubiculo ſponſæ aduentum præſtolatur.*

Ritus in ducenda domum vxore ſeruari ab aliquibus ſolitus. Ibid.

A patre rem diuinam ante nuptias factam indicat Achilles Statius lib. 2. *Quam igitur ante* NVPTIAS FIERI *mos eſt, rem diuinam pater faciebat*: filiam ſcilicet in vxorem viro daturus. 1141.

Res diuina à patre ante nuptias facta. Achil. Stat.

Aquæ, vinique mixtione, ea quæ mulieris, viro potiùs tribuenda, remque familiarem viri potius eſſe, quàm vxoris probabat his verbis Plutarchus de coniug. præcept. *Sicut* VINVM AQVA TEMPERATVM, *tametſi aqua adſit plus, vinum tamen vocamus: ita rem familiarem æquum eſt* VIRI *appellari, quāuis maiorem partē attulerit* MVLIER.

Aqua & vini mixtione rem familiarem viri potius, quàm mulieris eſſe docetur. Plut.

1142. *Faces & in nuptiis, & in funere. Achil.Stat.*

Ad nuptiales faces ſpectabat Achilles Statius lib.1. NVPTIALES *Helenæ* FACES *Troiam cremauerunt*;& multis interiectis; NVPTIALIS FLAMMA *in ſepulchralem ſibi commutata eſt.* In nuptiis itaque faces adhibebantur, vt adhibentur in funere, vt tectè moneatur, qui nuptias init, mortem illi cogitandam, cogitandum ſepulchrum.

Sponſa ſui ſponſi corona ſit. S.Bern.Sen.

Sponſa, quæ olim coronam geſtauerit, ſemper ſui ſponſi corona eſſe debet; vt regem referat, qui vxorem duxit; referet, ſi optima vxor, optimiſque moribus inſignita; ſancti Bernardini hæc ſunt verba ſerm.48.de Domina honeſta, art.3.cap.4. *Vir, cui bona eſt* MVLIER, REX VTIQVE DICI POTEST, CVIVS CORONA EST IPSA MVLIER; nimirum viri ornamentum eſt vxor, ſi bonis moribus ſit exornata.

Quæuendam ritus circa ſponſæ dotem. Deſcr.Afr.

De ſponſæ dote apud Africæ populos hæc in deſcriptione Africæ leguntur: *Quanquam pater* DOTEM *triginta tantum aureorum pollicitus ſit, ſolet tamen interdum ducentos nonnunquam etiam & trecentos inſuper in veſtibus conficiendis, nec non & aliis quibuſdam ad mundum muliebrem pertinentibus conſumere aureos: rarò autem pro dote domum, vineam, aut agrum aliquem donant.*

1143. *Quinarius numerus cur matrimoniũ olim diceretur. Plut.*

Hoc quoque quia de coniugio agimus, adiicio, olim quinarium numerum matrimonium dictum; rem, & cauſam affert Plutarchus de El. apud Delph. *Quum numerus in parem ac imparem diuidatur, vnitas facultate vtrique generi eſt communis: vt quæ pari addita imparem, impari adiecta parem conficiat numerum: principium autem paris numeri duo, ternio imparis ſtatuitur: quinarius ex his duobus compoſitis conflatus, meritò in honore eſt, vtpote primus ex primis confectus, nominaturque* MATRIMONIVM OB PARIS CVM FOEMINA, IMPARIS CVM MARE SIMILITVDINEM. *Quando enim numeri in æquas diuiduntur partes, par omnino diuulſus principium quoddam capax in ſeipſo, ſpatiumque relinquit; impari diuiſo, ſemper medium reſtat gignendo aptum, itaque & fæcundior pari eſt, mixtuſque ſemper præualet, nunquam vincitur, nunquam enim par impari mixtus, parem, ſemper imparem producit, immò autem vterque ſecum compoſitus, diſcrimen oſtendit: nunquam ſcilicet par pari adiunctus imparem procreat, neque ſuam mutare naturam poteſt, imbecillus & vi alium gignendi deſtitutus: impares quia vſquequaque ſunt fæcundi imparibus iuncti multos generant pares. Reliquas numerorum facultates, ac differentias non eſt hic perſequendi locus. Proinde quinarium Pythagorei, ob ſimilitudinem congreſſus primorum maris, & fœminæ coniugium appellauerunt.*

1144. *Quæ vxori deberet, maritus apud Hebræos. R.Moſes.*

Quæ olim ſponſæ à ſponſo promitterentur apud Hebræos ex his R.Moſis Maimon. verbis diſces, quæ ille habet in *halcuth isboth*, nimirum; *vt curetur ſi ægrotet, & redimatur ſi abducta fuerit in captiuitatem, & ſepeliatur ſi mortua ſit, & viuat in alimentis ex opibus eius, & habitet in domo eius poſtquam mortuus fuerit omni tempore viduitatis.*

Sponſus ſuo pede pedem ſponſæ contingit. Ibid.

Apud eoſdem hic mos viget, vt ſtatim ac poſt initas nuptias ſponſa cubiculum ingreditur, eius pedem ſuo pede contingat ſponſus; in Deſcriptione Africæ de Africæ populis hæc habentur: *Pater, frater, & patruus,* SPONSAM *ad cubiculi ingreſſum deducunt, paritérque omnes matri ſponſi tradunt: quamprimum verò ſponſa cubiculum ingreditur, maritus pede ſuo vxoris pedem tangit, ſtatimque ambo recluduntur.*

1145. *Mariti peregrè redeuntes nuntios ad vxores cur præmittebant. Plut.*

Mariti olim peregrè redeuntes, aut rure, nuntios ad vxores præmittebant, qui illas de viri aduentu certiores facerent: rem & cauſam his verbis reddidit Plutarchus quæſt. Rom. num.9. *Quamobrem rure, aut peregre domum redeuntes* MARITI, PRÆMITTVNT QVI ADESSE IPSOS SIGNIFICET? *An quia hoc eſt probitati vxoris ſuæ confidentis viri (nam ex improuiſo, & ſubitò ſuperuenire ſpeciem inſidiarum, & infenſæ obſeruationis habet) ideo dant operam, vt deſiderantibus ſe, atque expectantibus vxoribus lætum ſui aduentus nuncium offerant? Aut potius quod ipſi reſcire cupiunt ſaluáſne, & deſiderio ſui affectus vxores domi ſint offenſuri? Vel quoniam plura ſunt mulieribus domeſtica negotia, & rei familiaris occupationes plures, mariti vbi abſunt, variæque curæ, & diſcurſus ideo aduentus nuncium accipiunt, vt omiſſis iſtis negotiis abſque tumultu, ac ſuauiter maritum excipiant.*

Spiritale matrimonium quale. S.Greg.Nyſſ.

Nobile nobis matrimonium indicat ſanctus Gregorius Nyſſenus, quod carnis puritatem adeò non tollit, vt etiam augeat, totúmque ſpiritale eſt; ſic illud nobis ille deſcribit lib.de Virginit.cap. 20. vbi à corporis matrimonio ad ſpiritus tranſitum facit: *Eodem modo qui* SPIRITVALE MATRIMONIVM *ſibi quærat primum iuuenem ſe, atque ab omni ſenii remotum animo renouando præſtabit. Tum genus opulentum, quà demum opulentia præclara ſit non terrenis opibus inſignem eſſe, ſed cæleſtibus theſauris ſuperbum. Generis ſplendorem, non illum bona quadam ſortè fortuna multis etiam improbis quæſitum ambiet, ſed quem labore, ac induſtriâ ſuo Marte indipiſcatur: de quo ſoli lucis homines, ac Dei nati, & orientales qui quidem nobiles vocentur propter ſplendidas res geſtas glorientur, robur ac venuſtatem non corpore exercendo, aut curanda cute comparabit, ſed planè contra, in corporis imbecillitate ſpiritus fortitudine perficiendâ. Iam & donationes huius matrimonij probè teneo non illas quidem ex caducis pecuniis collatas, ſed ex proprij animi opibus depromptas. Vis dicam donationum nomina? Audi Paulum egregium illum promubum, quibus rebus opulenti ſint, qui omnibus rebus ſe commendent. Vbi inter alia multa, ac præclara, addit. in caſtitate, & rurſum quæ alio quodam loco in ſpiritus fructibus enumerentur, matrimonij huius donationes ſunt.*

In nuptiis ſpiritualibus baptiſmus aquas nuptiales refert. Caten. Græc.

Nec in ſpiritalibus nuptiis quæ deſiderantur; nam baptiſmus nuptialem in Chriſti ſponſi & Eccleſiæ ſponſæ nuptiis videtur referre: in catenâ Patrum Græcorum ad cap. 3. Ioannis hæc Latinâ ciuitate donata leguntur: *Chriſtus eſt ſponſus & ſponſa quoque Eccleſia* THALAMVSQVE NVPTIALIS BAPTISMI LOCVS: *vbi ſpiritualis iſta coniunctio perficitur, quandoquidem ibi omnia illuſtria ſint gaudio lætitiáque plena. Quid enim beatius quam peccatis emundari, Deóque coniungi atque Spiritus ſancti participatione, diuinæ naturæ conſortem exiſtere.*

Mariti ſui mores referre vxor debet. Plut.

Mariti ſui mores referre mulier debet, & ad eius nutum, imperiúmque in omnibus moueri; quod Geometrarum lineis ſic explicabat idem Plutarchus de connub.præcept. *Quemadmodum* GEOMETRÆ *dicunt lineas, & ſuperficies non ſeipſis moueri, ſed motus corporum comitari: ita* VXOR OPORTET NON PROPRIAS HABERE AFFECTIONES, SED MARITI SERIA, *iocaq; auſteritatem vultus, riſumque ſubſequi.*

Plurimum referre filios à propriis matribus nutriri, lactari. S.Bern.Sen.

Plurimum referre filios à propriis matribus nutriri, ac lactari egregiè firmat ſanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 18. qui eſt de pudicitia coniugali art. 1. cap. 3. vbi ait ſolere infantes à non matribus nutritos breuioris eſſe vitæ; hæc 1146.

eius verba: *In plurimis ſatis eſt euidens indicium Dei, vt qua ad* LACTANDVM FILIOS *tradunt, parcioris, minoriſque vitaſiuos habeant, quàm mulieres proprios ſiuos nutrientes. Et quod mirabilius eſt, ſi viuunt; non ſiui filij nutriti a nutricibus vitioſis licet habeant parentes multis donis, & virtutibus decoratos, degenerant quandoque in tantum quod alterius progeniei fore potius ſuſpicentur. Nam nutritis lacte ouium hædis tenerior ſenſim capillus efficitur: Agnis verò ſi caprarũ lacte lactentur, vellera duriora fieri compertum eſt. In arboribus etiam humorum, & glebæ propemodum maiorem poteſtatem, quam ſeminis eſſe conſtat. Sic facile ab ebrioſis nutriti ebrioſi ſaltem inclinatiuè fiunt: à furioſis nutricibus lactati, inclinantur ad furiam: à luxurioſis educati inclinantur ad luxuriam: & ſic de conſimilibus multis.*

Filij à matribus non facile nutricibus committendi. Plut.

Matrum eſſe infantes ſuos nutrire, nec nutricibus committendos ita putabat Plutarchus de liberis educandis: *Mea quidem ſententia* MATRES IPSÆ NVTRIRE INFANTES, ATQVE LACTARE DEBENT: *maiore enim cum affectu animi alent eos, maioriq́ue ſtudio vtpote intimè, & è teneris (quod aiunt) vnguiculis diligentes. Nutricum enim amor ſubdititius atque adſcititius eſt, vtpote mercedis gratia diligentium. Sed & ipſa natura docet, ipſius matribus lactandam, atque alendam ſuam prolem, ideo enim cuiuis animali parienti alimentum lactis ſuppeditauit. Ac plane ſapiens eſt prouidentia, quæ bina mulieribus vbera dedit, vt etiam ſi gemellos partu edidiſſet vterque haberet alimenti ſui fontem. Abſque etiam hoc eſſet, tamen iſto modo matres liberis redderentur beneuolentiores, amoréмque erga eos maiorem conciperent: neque id iniuria: conuictus enim quaſi intenſio quædam eſt beneuolentiæ: quando etiam à beſtiis ademptas alias quarum vſe erant conuictu, deſiderari videmus;* ſed cum alibi de hac eàdem alia dederimus, plura de illa hic non adiicio, ſed ad alia tranſeo.

CAPVT CXIII.

Vua ad nuptiale opus tranſlata; alia de vuis, alia de vino tradita, aliqua ex vino deſumpta.

Vuam decerpere *phraſis nuptialis.*
Vtile ex vua *monitum.*
Anima vuæ *ſimilitudine à terrenis abiungatur vt perfici poſſit.*
Dei verbum vuam *vt referat.*
Vuæ *inter cæteros fructus datus principatus.*
Cur negatum homini vinum *in Paradiſo, conceſſum verò poſt diluuium.*
Vinum *cur lyæum dictum.*
Vinum nouum *quando Athenis libaretur.*
Vnguenta cur vina *condiant non cibum.*
Aqua *cur odorem non recipiat, recipiat* vinum.
In vindemia *aliquando unguenta, vino miſcebant.*
Tranſmarini vini *adſportatio improbata.*
Vinum *de vna ciuitate ad aliam per ſubterraneos ductus ductum.*
Poſt vinum *compoſitum.*
Noxium vinum *acedia.*
Torpor, & Socordia *damnata.*
Veternum nouerca *otioſitas.*
Otium *gehennam conſtruit.*

VInum, & vini potum in verbis nuptiis cenſeri, ſuperiùs probauimus, hîc adiicio in eundem ſenſum vuam, quæ vinum gignit, vſurpatam, vt honeſto vuæ nomine res inhoneſta aliquando ſignificata ſit; metaphoricæ huius loquutionis acceptorem habeo Euſtathium lib. 5. apud quem quidam ita loquitur: *Itaque virgini adhærens* IMMATVRAS VVAS *ore preſſi, ambroſiam qualem cupidines exprimunt exſugens;* & paulò pòſt virginem ſic loquentem adducit: *Parce virginitati meæ, ne* IMMATVRAM VVAM DECERPE; *en* VVAS, *cum nigreſcere cœperint decerpes;* ſed puriora, vtilioraque de vua afferamus, colligamus ab vuâ; impura relinquantur impuris, licet ſub purorum verborum tegmine velata. 1147. *Vuam decerpere phraſis nuptialis.* Euſtat.

Vitis fructum vuam efferens ſanctus Ambroſius hunc ex fructu fructum carpendum docebat, nimirum vt maturos operum fructus ederemus antequam mors adueniret; nequeo hîc eius verba ſupprimere lib. 3. Hexam. cap. 12. ita loquitur: *Euidenter exemplum* VITIS *ad noſtræ vitæ inſtitutionem accerſendum eſſe ſignauit: quæ primum veris tepefacta temperie gemmare perhibetur: deinde ex ipſis ſarmentorum articulis fructum emittere: de quibus oriens vua formatur, paulatimque augeſcens immaturi partus retinet acerbitatem, nec poteſt niſi matura iam & cocta dulceſcere. Veſtitur interea viridantibus pampinis vinea, quibus & aduerſum frigus omnémque iniuriam non exiguo munitur ſubſidio, & à Solis ardore defenditur. Quid autem eo vel ſpectaculo gratius vel fructu eius dulcius, videre ſerta pendentia velut quædam ſpecioſi ruris monilia, carpere vuas vel aureo colore vel purpureo renitentes? Hyacinthos, cæteraſque gemmas fulgere exiſtimes, coruſcare Indicas, albarum emicare gratiam. Hac aduertis ex his admoneri te homo, ne immaturos fructus tuos dies ſupremus inueniat, vt plena tempus ætatis opera imparata dedeceant? Acerbus enim fructus amarior eſſe conſueuit: nec poteſt dulce eſſe, niſi quod ad maturitatis perfectionem adoleuerit.* *Vtile ex vua monitum.* S. Ambroſ.

Anima in hoc vuam refert, quod ad vuæ ſimilitudinem terram tangens, terrenis hærens corrumpitur; à terrâ, à terrenis euecta perficitur; pulchrè ſanctus Ambroſius in cap. 6. Lucæ: *Anima* SICVT VVA *proxima terris corrumpitur, in ſuperioribus maturatur.* 1148. *Anima vuæ ſimilitudine à terrenis abiungatur, vt perfici poſſit.* Idem.

Quòd Dei verbum vuâ, quæ premitur exprimatur, eleganter vt ſolet docet ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 8. in hæc verba: *Verbum diuinum poteſt* VVA *intelligi. Dictus eſt enim & Dominus botrus vuæ quem ligno ſuſpenſum de terra promiſſionis qui præmiſſi erant à populo Iſrael, tanquam crucifixum attulerunt. Verbum itaque diuinum, cum enunciationis neceſſitate vſurpat vocis ſonum, quo in aures peruehatur audientium, eodem ſono vocis tanquam vinaciis intellectus tanquam vinum includitur: & ſic vua iſta in aures venit, quaſi in calcatoria torcularorum. Ibi enim diſcernitur, vt ſonus vſque ad aures valeat, intellectus autem memoriâ eorum qui audiunt velut quodam lacu excipiatur: inde tranſeat in morum diſciplinam, & habitum mentis tanquam de lacu in cellas, in quibus ſi negligentiâ non acuerit, vetuſtate firmabitur. Acuit namque in Iudæis, & hoc aceto Dominum potauerunt.* *Dei verbum vuam vt referat.* S. Auguſt.

Vuæ

Digitized by Google

1149. *Vua inter cæteros fructus datus principatus.* S. Ambroſ.

Vuæ inter cæteros fructus datum principatum lego: ſanctus Ambroſius lib. 3. Hexam. cap. 14. ita ſcribit; *Denique doceat nos* PAMPINVS *naturæ gratiam, & diuina ſapientia interna myſteria. Videmus enim ita ſciſſum, atque diuiſum, vt trium foliorum ſpeciem videatur oſtendere: ita pars media diſtincta eſt, vt niſi inferioribus hereret ſeparata ſpectantibus videretur. Ea autem ratio videtur ſeruata naturæ vt & ſolem facilius admittat, & vmbram obtexat. Denique procerius media pars eius extenditur, & in ipſa ſummitate tenuatur vt plus pulchritudinis, quam tegumenti præſcrat. Etenim brauij ſpeciem videtur effingere ſignificans quod vua inter pendentes cæteros fructus habeat principatum, cui tacito quodam iudicio natura, ſed euidenti indicio innaſcitur ſpecies, & prærogatiua victoriæ. Secum igitur habet brauium ſuum, quo & munimen ſibi præbetur aduerſum iniurias aeris, paritérque imbrium violentiam: & impedimentum non affertur ad recipiendum ſolis calorem, quo tepefacta alitur, coloratur, augetur*; ſed vino quod ex vuis exprimitur aliqua ſubiiciamus.

Cur negatum homini vinũ in Paradiſo, conceſſum verò poſt diluuium. S. Baſil.

Cur negatum homini vinum cùm fuit in Paradiſo, conceſſum verò poſt diluuium, explicat ſanctus Baſilius hom. 1. de ieiunio: *Non erat*, inquit, *in Paradiſo* VINVM, *nondum animalium mactationes, nondum carnis eſus. Poſt diluuium vinum, poſt diluuium editit omnia velut olera herbarum. Quum deſperata eſt perfectio, tunc conceſſa eſt fruitio.*

1150. *Vinum cur Lyæum dictũ.* Cœl. Rhod.

Vinum Lyæum dicitur, quòd intemperanti potu diſcordia naſcitur, diſſoluitur vnanimitas, ita loquitur, & cenſet Cœlius Rhodiginus lib. 7. cap. 15. lect. antiq. *Lyæum dicunt non ſolum quia membra ſoluat, ſed amplius, quoniam ex intemperanti potu cooritur ſæpè diſcordia, ſoluitúrque hominum vnanimitas*, vinum Eucharistieum nutriendæ amicitiæ aptiſſimum eſt, fouendæ vnitati, ac ſtabiliendæ; hinc in amoris Cantico: *Bibite amici, & inebriamini chariſſimi*; bibunt amici, & veriores, firmioréſque amici bibendo fiunt.

Vinum nouũ q̃ñdo Athenis libaretur. Plut.

Vinum nouum quando Athenis libaretur habet his verbis Plutarchus lib. 3. quæſt. conuiual. q. 6. VINVM NOVVM *Athenis vndecimo die menſis, quem vocant Pithœgiam, libant.*

Vnguenta cur vina condiãt non cibum. Theoph.

Vnguenta cur vina condiant, non verò cibum, explicat his verbis Theophraſtus lib. de odoribus. *Quæret aliquis, quid ſit cur cùm vnguentum, & reliqua* ODORATA VINVM CONDIANT, *cibum tamen nullum commendent, ſeu omnem corrumpant, ſiue igne domita, ſiue ab eo intacta ſint; cuius cauſa cenſenda eſt, quod non modo ſiccorum ſaporem vi ſuâ perſtringunt, verum etiam ſuum ſimul obiiciunt acerbitate, & amaritudine ſuffuſum. Nam quicquid bene olet huiuſmodi eſt, idque magis manendo ſentitur, quod conficiatur, & diuidatur, idque longiuſcula mora: at in vino neutrum fit, cùm & eius ſuccus acerrimus ſit, & vberrimus, vt ſuperari non poſſit & nihil ferè temporis in guſtatu inſiſtat, ſed leuiter attingat: vt ſenſui quod gratum, iucundúmque eſt, offerat, quod amarum, & triſte guſtui non ſignificet.*

1151. *Aqua cur odorem nõ recipiat, recipiat vinum.* Idem.

Cur aqua odorem non recipiat, recipiat vinum explicat his verbis idem Theophraſtus lib. 6. de cauſis plantarum cap. 28. *Cur enim* AQVA, *quæ tenuiſſima eſt, omnique odore, ſaporéque vidua, & clara, ac limpida, nulla poteſt recipere odorem: quæ autem ſapida, olida, craſſioraque ſunt, recipere poſſunt? Vinum tamen, etiamſi res odorata non ſit iniecta, ſed iuxta poſita odorem poteſt attrahere quòd calorem in ſe aliquem habet. Vis enim caloris eſt qua attrahit. Quod cùm aqua nullatenus habet (eſt enim naturâ frigida) nihil attrahere poteſt. Item quod ſuſcepturum ſeruaturumque ſit odorem, non tam tenue ſimpléxque eſſe quàm aqua debet.*

Quidam olim in vindemia quoque vino miſcebant vnguenta, aduocatus Theophraſtus lib. de odoribus ita ſcribit: *Quin etiam* VNGVENTA *quædam, & ſuffimenta vini admixtio commendat vt myrrham: vnguento contra vinum condiri videtur, proinde quidam vnguentum in vindemia vino miſcent, quidam ex tempore infuſum ebibunt.* — *In vindemia aliquando vnguenta vino miſcebant.* Idem.

Tranſmarinas vini importationes damnatas olim fidelibus lego, tanquam temperantiæ nouercas; Clemens Alexandrinus lib. 2. pædag. cap 2. *Langueſcentis, & imbecilla propter intemperantiam appetitiones ſunt* TRANSMARINÆ VINI IMPORTATIONES, *deſipiente in deſideriis animo vel ante ebrietatem; Quid enim an non vinum in ſua patria natum cuique ſufficit ad ſuam explendam cupiditatem?* — *Tranſmarini vini adſportatio improbata.* Clem. Alex.

Vinum ab vna ciuitate ad aliam per ſubterraneos ductus amicitiæ cauſa tranſmiſſum lego in magno Chronico Belgarum ſub ann. Dom. 92. *In hoc tempore fecerunt Treuirenſes* SVB TERRANEVM VINI DVCTVM A TREVERI VSQVE AD COLONIAM *per pagum Bedonis, per quem vini copiam Colonienſibus amicitiæ cauſa miſère.* — 1152. *Vinum de vna ciuitate ad aliam per ſubterraneos ductus ductũ.* Chron. Belg.

Peſti vinum compoſitum lego: compoſuit Baſilius apud Antonium in Meliſſa, vbi ait: *Nocumenta* PESTIS *longiori tempore hominibus contingunt, aere ipſo paulatim virus ſuum corporibus inſerente,* VINI *autem noxæ illico ingruunt, & totum corpus velut ex tempore inficiunt.* — *Peſti vinum compoſitum.* S. Baſil.

Noxium vinum acedia eſt, de quo hæc habet ſanctus Ephræm. ſerm. de vita, & exerc. monach. *Quid* ACEDIA *inebriaris vt* VINO? — *Noxium vinum acedia.* S. Ephræm.

Torpor, & ſocordia quàm noxia illis ſit, qui illo, qui iſtâ corripiũtur, docet ſanctus Chryſoſtomus hom. 10. in epiſt. ad Roman SOCORDIÆ *dediti, ne ab iis quidem qui nobis præſidio fuerint meliores euademus. Quid enim obſecro, Chriſti conſuetudo Iudæ profuit? Quid autem Iudæis lex? Quid autem Adamo Paradiſus? Quid autem iis, qui in eremo erant Moſes?* — *Torpor, & ſocordia damnata.* S. Chryſoſt.

Nouerca virtutum otioſitas, & deſidia eſt, & mater vitiorum; eam ſic pungit Beatus Laurentius Iuſtinianus de continentia cap. 5 OTIOSITAS *mater concupiſcentiarum, nouerca virtutum. Ipſa eſt, quæ virum pudicum fortiſſimè præcipitat in omnem reatum laſciuia, facit ſuffocare virtutem, nutrire libidinem, & conſtruere gehennam?* Qui gehennam timet, torporem excutiat, & qui ad gehennam duci non vult, à ſocordia ſe ſubducat, ab otio. — *Virtutum nouerca otioſitas.* B. Laur. Iuſt.

Naufragium in nimio vini potu, in ebrietate timendum, docet & Clemens Alexandrinus lib. 2. pædag. cap. 2. vbi ait: *Videtis* NAVFRAGII PERICVLVM; *cor quidem multo potu obruitur, vini autem temulentiam multam maris minis comparauit, in qua corpus tanquam nauis demerſum turpitudinis profundum ſubiit, ac dedecoris decumanis vini fluctibus obrutum; gubernator autem, mens ſcilicet humana ſupereminentis ebrietatis fluctu circumagitur, & in mari verſant caligat, & propter procellæ tenebras, à portu veritatis aberrat, donec in ſaxa ſub mari latentia irruens ſeipſum in voluptates impactum perdiderit.* Infame multorum exitio hoc mare eſt, qui dum perierunt, cautos alios reddere potuerunt, ne perirent. — *Otium gehennam cõſtruit.* Clem. Alex.

CAPVT CXIV.

Noctis filij bibentes dicti; alia de bibendi ritu addita, déque calicibus ſiccandis.

Noctis filij bibentes *dicti.*

Gladiatorum ſanguinem *olim bibebant.*

Reprehenſæ mulieres, *quæ ne conciperent mortiferas potiones ſumebant.*

Potionem prægnanti *mulieri præbens, vt abortum pateretur, vt punitus olim.*

Fellis amaritudo ſitienti Chriſto *exhibita quid à Chriſto obtinuerit.*

Regia circa aquæ potum *liberalitas.*

Contumeliæ abſorberi *dicuntur, cùm patienter feruntur.*

Ingenti ſpiritu, & gutturis ſonitu huc, & illuc ſe flectente bibere *damnatum.*

Chriſtiani Chriſti ſanguinem bibunt, *Iudæi aquam ex petra natam biberunt.*

Sancta ebrietas *ex Dominici ſanguinis potu.*

Chriſti ſanguinem bibens *vires, & robur acquirit, & pulchritudinem.*

Noxius mundi calix, *qui venenum offert ſub auri ſpecie.*

Bonus calix, *quem nobis ſummus Imperator exhibet.*

Quid mulieres cauere iuberentur dum biberent?

De abſtinentia à vino *Hebræorum ſententia.*

Vini Cretici *potu mortem obire quidam voluit.*

Noxium ab ebrietate *naufragium.*

1153. BIbendi verbum, quod excuſſimus, expendimus, explicauimus, efficit, vt alia docto lectori bibenda offeramus, quæ varios bibendi ritus reſpiciunt; & vt multa poſſem de hac re chartis conſignare, quæ conſultò ſupprimo, hæc tantùm quæ ſubiicio, nolui prætermiſſa.

Noctis filij bibentes dicti *S. Pet. Chryſ.* Noctis filios bibentes vocat ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 102. dum illa verba expenderet: *Hac nocte à te repetent animam tuam*, ait enim: *Conuenienter, inquit, hac nocte, quia fugiens miſericordia lucem, auaritia tenebris ſe manciparat, dicendo: Manduca, bibe, epulare. Quod autem* BIBENTES FILII NOCTIS SINT, *non diei, Apoſtolus ſic declarat, &* QVI INEBRIANTVR NOCTE EBRII SVNT.

Gladiatorum ſanguinem olim bibebãt. *Plin.* Gladiatorum ſanguinem olim bibere tanquam ſalutarem conſueuerant. Plinius lib. 28. cap. 1. SANGVINEM QVOQVE GLADIATORVM BIBVNT, *vt viuentibus poculis comitiales morbi: quod ſpectare facientes eadem laniena feras quoque horror eſt.*

Reprehenſæ mulieres, quæ ne conciperent mortiferas potiones ſumebant. *S. Auguſt.* Ingenuas mulieres, quæ mortiferas potiones accipiebant vt non conciperent, ita arguit ſanctus Auguſtinus ſerm. 244. de temp. *Mulier ingenua, quæ* MORTIFERAS POTATIONES *accipit, vt non concipiat, velim ſcire ſi hoc ancillas, vel colonas ſuas facere velit? Et ideo ſicut vnaquæque vult vt ſibi mancipia naſcantur, quæ illi ſeruiant.*

Potionem prægnanti mulieri, vt abortum pateretur, exhibentem in hunc modum decernebant leges Vviſigothorum lib. 6. tit. 3. num. 1. *Si quis* MVLIERI PRÆGNANTI POTIONEM *ad aborſum, aut pro necando infante dederit occidatur: & mulier, quæ potionem ad abortum facere quæſiuit, ſi ancilla eſt CC. flagella ſuſcipiat; ſi ingenua careat dignitate perſona, & cui iuſſerimus ſeruitura tradatur.* 1154. *Potionẽ prægnanti mulieri præbens, vt abortum pateretur, vt punitus olim.* Leg. Vviſ.

Fellis amaritudo ſitienti Chriſto exhibita quid à Chriſto obtinuerit. *Goff. Abb.* Cùm ſitiret in cruce Chriſtus fellis amaritudinem obtulit illo amarus Iudæorum populus; ſed quid ea amaritudo à dulci Chriſti pectore exſculpſit? fuſæ orationis dulcedinem; nam vt ait Goffridus Abb. in Natiuit. Domini ſerm. 2. *Pius, at benignus Deus cum in cruce ſe* SITIRE PERHIBERET, *& ab illo infideli populo accepiſſet amaritudinem fellis, pro illis orans dulcedinem exhibuit charitatis.*

Regia circa aquæ potum liberalitas. *Greg.* Regiam circa aquæ potum liberalitatem probat exemplo ſingulari quod habet Gregoras lib. 9. his ferè verbis: *Andronicus Senior Imp. à nepote captus, cum illi* FRIGIDÆ POTVM MEDICI *interdicerent, ille verò vini potum repudiaſſet: vix vno aureo, eóque mutuatitio, partem aliquam dulcium liquorum emit, qui ex Ægypto, & Arabia aducuntur, vt his* FRIGIDÆ POTVM *temperaret, atque leuaret. Interea dum quidam veterum domeſticorum accedit, longi morbi breue quærens ſolatium: Andronicus cum nihil haberet, quo hominem conſolaretur, & huic dari iuſſit ſuæ infirmitatis cauſa paratum remedium. Tanta eius erat humanitas, & commiſeratio erga male habentes.*

1155. *Contumeliæ abſorberi dicuntur, cum patienter feruntur.* *S. Ambroſ.* Contumeliæ abſorberi dicuntur, dum æquo feruntur animo, & patienter concoquuntur; ſanctus Ambroſius lib. 1. de offic. cap. 7. ſic Moyſem efferebat: *Quantas à populo illatas Moyſes* ABSORBEBAT CONTVMELIAS, *quum miti ſermone poſt iniurias appellabat; quomodo conſolabatur in laboribus, oraculis deliniebat, ſanebat operibus, merito æſtimatus eſt ſuper homines vt & vultui eius non poſſent intendere.*

Ingenti ſpiritu, & gutturis ſonitu huc & illuc ſe flectente bibere damnatum. *Clem. Alex.* Ingenti ſpiritu, & gutturis ſonitu, vultûque huc ſe, illucque flectente bibere damnatũ olim obſeruo; damnabat his verbis Clemẽs Alexandrinus lib. 2. pædag. cap. 2. *Vultu ſtabili nec ſe huc, & illuc flectente* BIBAMVS *non nimis auide attrahentes, nec antequam biberimus oculos indecorè ſe gerere cogentes præ intemperantia inconuenienter haurientes, vt mentum non conſpergamus, nec veſtem madefaciamus, dum potus ſimul totus infunditur, faciem noſtram phialis proluentes, atque adeo propemodum obruentes. Etenim* SVSVRRVS, DVM POTVS MAGNO IMPETV FERTVR, *& plurimo ſpiritu attrahitur, perinde ac ſi in vas fictile infundatur, editur; guttur autem reſonat propter rapidam ingurgitationem, turpe eſt, & indecorum intemperantia ſpectaculum.*

Chriſtiani Chriſti ſanguinem bibunt, Iudæi aquam ex petra natam biberunt. *S. Ambroſ.* Ex aqua, quæ è petra fluxit Iudaicus populus bibit, nos feliciores, qui ex Chriſti ſanguine bibimus; huius potus diſcrimen ſic expendebat ſanctus Ambroſius lib. de iis, qui myſteriis initiantur cap. 9. *Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto; Illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis diluit in æternum. Iudæus bibit, & ſitit, tu cum* BIBERIS SITIRE NON POTERIS, *& illud in vmbra, hoc in veritate. Si illud quod miraris vmbra eſt, quantum iſtud eſt, cuius & vmbram miraris?*

Felix qui Chriſti ſanguinem bibet, ebrius ad ſanctitatem fit, hæc quippè ebrietas peccatum extinguit, non luxuriam accendit; ſic enim lo- 1156. *Sancta ebrietas ex Dominici ſanguinis potu.*

quitur

S. Cyprian.

quitur ſanctus Cyprianus de Cœna Domini: *Hæc*, inquit, EBRIETAS *non accendit, ſed extinguit peccatum, in hoc vino non eſt luxuria, nec mouetur ad* LVDVM *poſt hunc potum laſcinia.*

Chriſti ſanguinem bibēs vires, & robur acquirit, & pulchritudinem. S. Chryſoſt.

Chriſti ſui ſanguinem dum anima bibit, vires, robur acquirit, pulchritudinem ſuam perficit; ſanctus Chryſoſtomus hom. 61. ad populum: *Hic*, inquit, *ſanguis floridam nobis reddit regiam imaginem, hic Deus indelebilē, hic animæ generoſitatem tabeſcere non permittit, eam* IRRIGANS *iugiter, & nutriens.*

Noxius mundi calix qui venenum offert ſub auri ſpecie. B. Laur. Iuſt.

Noxius mundi calix eſt, qui ſub auri ſpecie venenum offert, dulcia, & blanda ſpondet, & exhibet amara, grandia offert, & vix exigua offert; ſcitè Beatus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 11. *Illos igitur ſolos, qui ignorant Deum, & futura non prævident, decipit mundus.* AVREO ETENIM EOS INEBRIANS CALICE, *variis donis, pollicitationibuſque deludens ad ſempiternum trahit exitium. Spondet multa, & exigua tribuit. Auertit quidem cor à veritatis ſemita, illudque odibile reddit altiſſimo.*

Bonus calix, quem nobis ſummus Imperator exhibet S. Chryſoſt.

Optimus ille calix, & omnibus præferendus, quē ſummus exhibet Imperator; ſanctus Chryſoſtomus homil. ad Baptizandos. *Ille dicebat, quia à te* CALICEM *manus tyranni ſuſcipiet: ego autem dico quod ipſe Imperator, ipſe Dominus, tuis manibus terribilem calicem miniſtrabit, qui honore vtramque ſuperat creaturam, & omni virtute decoratur.*

1157. *Quid mulieres cauere iuberentur dum biberent.* Clem. Alex.

Quid olim præſtandum mulieribus eſſet, quid cauendum dum biberent, ex Clementis Alexandrini verbis haurire poſſumus, qui lib. 2. pædag. cap. 3. *Porrò autem mulieres honeſti, ac decori memores ne labra latis* CALICIBVS *diffundentes dilatato ore diſrumpantur admodum anguſtis in ore alabaſtris indecorè bibentes, capita reflectunt, colla autem non, vt mihi quidem videtur, honeſtè denudant, & iugulum extendentes potum ingurgitant, continuis ea quæ poſſunt veluti denudantes: viriliſque eructationes vel potius ſeruiles attrahentes, in luxu, & in deliciis tempus conſumunt.*

De abſtinentia à vino Hebræorum ſententia. Vini Cretici potu mortem obire quidam voluit.

Apud Hebræos ſententia hæc circumfertur לא תירוי ולא תחתא hoc eſt: *Noli* BIBERE, *& non peccabis.* Gregurius Plantaginetus Clarentiæ Dux à fratre Eduardo IV Britannorum Rege damnatus, vt ſibi mortis genus deligeret: *Cretici* VINI POTV MERGI, *atque onerari voluit*; Infeliciores illi, qui ſponte hanc pœnam ſubeunt, & cum corporis morte animæ mortem iungunt, perire illud, perire iſtam ſinunt, dummodo vino obruantur, vino ſe inſepeliant.

Noxium ab Ebrietate naufragium. S. Pet. Chryſ.

Noxij ebrietatis fluctus ſunt, & graue quod ſubit corporis nauis naufragium cum vino ſepelitur; Benè ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 41. *Vt nauem fluctus, corpus* EBRIETAS *ſic demergit, hominem dat in profundum, lucra vitæ aufert, mortis facit* SVBIRE NAVFRAGIVM; qui ſapit in ſobrietatis ſe portum recipiet, nauēmque ab his fluctibus ſubducet.

* * *

CAPVT CXV.

De vino, de poculis, de calicibus nonnulla dictis adiicienda adiiciuntur.

Vini *certa menſura quotidie Regi taxata apud Ægyptios*
Non rubicundum tantum vinum, *ſed & album Sacerdotes Deo libabant.*
Igne rigorem à vini *doliis aliqui arcebant.*
Vina, *aut fruges non deguſtabant niſi prius primitias libaſſent Sacerdotes.*
Mercurio ſoli cur vinum *mixtum.*
Irrigatio de vino.
Vino *madidi, ebriique oleo ſale admixto inuncti.*
Cautum olim ne dolia *inter ſe diſtarent.*
Vini dolia ſigillo *obſignata*
Vitis, *& vua vini mater dicta.*
Fictitia vini.
Tantali poculum amans *refert.*
Statum *poculorum argenteorum* pondus.
Scala *poculi genus.*
Vino *marinam cur affunderent?*
Vini *vſus, vinaria cellæ.*
Qui in conuiuio bibiſſet *domum ſine facibus ire debebat apud Lacones.*
Acetum vinum mortuum *dicebatur.*
Diis non libabatur acetum.
Quiſnam ingenio acetum *referat?*
Perſæ cibis *prius replebantur, deinde* vino *indulgebant.*
Regis magnificentia in vini *exhibitione.*
Fictilia dolia *ad vina adhibita.*
Carceris poculum.
Vinum *lac Veneris.*
Vinum amoris pabulum.
In poculo *venenum libidinis.*
Luxuria *ebrietatis primogenita.*
Ebrietas *aditum Deo in animam claudit.*
Bona mentis ebrietas, *quæ tota in Deum migrat.*
A calicibus *qui per aures ſumuntur, vtile monitum ſumitur.*
Vini *medica vis.*

DE vini certa menſura quotidie Regi taxata apud Ægyptios in vſu hæc ex Diodoro Siculo lib. 2. cap. 3. refert Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 11. Dierum Genialium. *Ægyptiorum lex erat, vt* CERTA VINI SVBTAXATA MENSVRA *Regi quotidianis ferculis donetur, vltra quam excedere non liceret ne ſui impos turpitudini, & ſordibus vacaret.* 1158. *Vini certa menſura quotidie Regi taxata apud Ægyptios.* Alexand. ab Alex.

Non rubicundum tantum vinum, ſed etiam album Sacerdotes Deo libauiſſe indicant hæc Paraphraſtis Chaldaicæ verba cant. 5. verſ. 1. *Suſcepta eſt voluntariè coram me libatio* VINI RVBICVNDI, ET VINI ALBI, *quod libauerunt Sacerdotes ſuper altare meum.* *Non rubicundum tantum vinum, ſed & album Sacerdotes Deo libabant.* Chald. Par.

Ignis rigorem à vini doliis aliqui arcebant. Plin.

Hyeme rigorem à vini doliis ignibus aliquos arcuiſſe tradit. Plin. lib. 14. cap. 21. *Magna & collecto iam vino differentia in cella: circa Alpes* LIGNEIS VASIS *condunt, circulisque cingunt, atque etiam hyeme gelida ignibus rigorem arcent.*

Vina aut fruges non degustabant, niſi prius primitias libaſſent Sacerdotes. Idem.

Vina, aut fruges non deguſtabant, niſi prius primitias libaſſent Sacerdotes, ita Plinius lib. 18. cap. 2. *Ante degustabant quidem nouas fruges, aut vina, antequam Sacerdotes primitias libaſſent.*

Mercurio ſoli cur vinum mixtum. Suid.

Mercurio ſoli olim vinum mixtum libabant, quia nimirum putabant viuentibus, & mortuis præeſſe; Suidas verbo κύλιξ: *Mercurio ſoli* VINVM MIXTVM *libabant, quod & viuentibus, & mortuis præſit.*

1159. *Irrigatio de vino.* Arnob.

Irrigatio de vino dici obſeruatum à nobis eſt, addo nunc Arnobium, qui lib. 7. ait:

Frequentiſſimo irrigant, accipiuntque ſe vino.

Vino madidi, ebriique oleo ſale admixto inuncti. Cœlius Rhod.

Olim vino madentes, ebrioſque oleo ſale admixto inungi ſolitos refert his verbis Cœlius Rhodiginus lib. . cap. 1. antiq. lect. *Aſtringit Sal ſiccat, alligat, putreſcentia quoque corpora ita vendicat, vt ea durent per ſæcula, quod Ægyptiorum comprobant inſtituta, quibus mortuos ſale condire moris fuiſſe, planè Herodoto credimus. Inde conſuetudo inoleuit Græcis quandoque, vt* VINO MADENTES, *& planè deliros etiam oleo perungerent, ſale admixto, ſeu ſingulare id foret adiumentum, quin & vino, ne torpeſcat, aut in acetum degeneret ſalem indere conſueuerunt.*

Cautum olim vt dolia inter ſe diſtarent. Plin.

In doliis hoc cauebant antiqui, vt inter ſe diſtarent, ita Plinius lib. 14. cap. 21. vbi cauſam etiam adiicit, & ventroſa, ac patula minus vtilia exiſtimara; hæc eius verba: DOLIIS ETIAM INTERVALLA DARI, *ne inter ſeſe vitia ſerpant, contagione vini ſemper ocyſſima. Quin & figuras referre. Ventroſa ac patula minus vtilia.*

1160. *Vini dolia ſigillo obſignata.* Stat.

Vini dolia ſigillo obſignari ſolita apud antiquos alibi obſeruaui; obſeruo & apud noſtros factum, cum ex vno loco ad aliud eſſent transferenda, in ſtatutis Coneglani lib. 4. hæc habentur: *Rectores Coneglani de cætero debeant deputare vnam ſufficientem perſonam ad* SIGILLANDVM OMNES BOTTAS VINI, *quæ ibi carrizabunt pro veniendo Venetias ſigillo proprio Poteſtatis, poſt quam ſigillationem non poſſit vinum amplius carrizari in illo nauigio ſub pœna perdendi totum vinum vltra receptum, quod habeatur pro contrabanno, & Rectores ſcribant officij numerum bottarum, ac quantitatem vini ſecundum æſtimationem, quæ fient accipientes plezuriam à conductoribus de conducendo ipſum vinum Venetias, & officiales datij vini diligenter inquirant ſi integrè vinum ipſum fuit adductum, & ſigillatum cum ordine ſupradicto, & ſi inueniretur carrizatum vltra bottas ſigillatas illud perdatur, de quo Rectores, ſeu cuſtodes inuenientes habeant tertium, accuſator tertium ſi fuerit, & reliquum ſit communis, & ſimiliter officiales datij vini ſi inuenerint, habere debeant partem, & Rectores faciant prædicta in ſuis regiminibus proclamari, ne vllus valeat per ignorantiam ſe excuſare.*

Vitis, & vua vini mater dicta. Plaut.

Vitem, vuámque vini matrem dictam obſeruo; hinc illud Plauti in Amphit. Act. 1. Scen. 3. *Vt* MATRE *fuerat natum* VINI *eduxi meri.*

Fictitia vina. Plin.

De fictitiis vinis hæc habet Plinius lib. 14. cap. 16. VINVM FIT, *& è ſiliqua Syriaca, & è piris malorumque omnibus generibus: ſed è Punicis, quod rhoites vocant, & è cornis, meſpilis, ſorbis, moris ſiccis, nucleis pineis. Hi muſto madidi exprimuntur, ſuperiora per ſe mitia.*

Tantali poculum amans refert. Achil. Stat.

Tantali poculum amantem ſæpè referre docuit Achilles Statius lib. 2. apud quem de amati forma, & amore ita quidam loquitur: TANTALI POCVLO *ſimilis videtur, ſæpe enim etiam inter bibendum auolat, amanſque nihil quod hauriat, amplius inueniens, abire cogitur, atque id etiam quod iam hauſtum eſt, prius eripitur, quam qui bibit, exſaturetur.*

Statum poculorum argenteorum pondus. Plut.

Statum poculorum argenteorum pondus, quod excedere non licebat Scipionis lege fuiſſe tradit in apophtheg. Plutarchus; dum ait: *Ariolos ſacrificulos, lenoneſque ſtatim exturbauit, & omnia iuſſit amouere vaſa, demptis ollâ, veru, &* FIGVLINO POCVLO: ARGENTEORVM POCVLORVM NVLLVM DVABVS LIBRIS MAIVS PERMISIT HABERE VOLENTIBVS: *lauacro interdixit: qui inungerentur, quemque à ſe ipſo fricari iuſſit, quod diceret iumentis fricante opus eſſe, quia manibus ipſa carerent.*

1161. *Scala poculi genus.* S. Iſid. Hiſp.

Inter pocula ſcala quoddam vocabatur; ſanctus Iſidorus lib. 20. cap. 5. *Calices, & calathi, &* SCALÆ POCVLORVM *genera, antea ex ligno facta, vnde & vocata: Græci enim omne lignum cala dicebant.* Paulus Valafridus Diaconus de geſt. Longobardor. lib. 1. cap. 27. *ad bibendum ex eo poculo, quod genus* POCVLI *apud eos* SCALA DICITVR, *lingua vero Latina, patera vocatur.*

1162. *Vinis marina cur affunderent.* Plut.

Vino marinam affundere ſolitos refert Plutarchus in Quæſt. natural. *Quare* VINO AFFVNDVNT MARINAM, *datumque perhibeat piſcatoribus oraculum, quod mergi in mare Bacchum præcipit, qui verò procul habitant à mari, gypſum è Zacyntho coctum iniiciunt.*

Vini vſus, vinaria cella. Anon.

De vini vſu, celliſque vinariis ita ſcribit anonymus Chronologus; *Non omnibus erat vſus* VINI *æſtate,* PARVÆ *hic erant* CELLÆ VINARIÆ, *horrea non ampla.*

Qui in conuiuio bibiſſent domum ſine facibus ire debebant apud Lacones. Plut.

Apud Lacones hic mos vigebat, vt qui in conuiuiis bibiſſent domum ſine facibus ire deberent. Didici ex Plutarcho in Laconicis inſtitutis: *Poſtquam,* inquit, BIBERVNT *Lacones in conuiuiis mediocriter, domum ſe ſine facibus recipiunt, neque enim permittitur, neque huc, neque aliàs ad lumen incedere, quo diſcant in tenebris, & nocte fidenter commeare, & intrepidè.*

Acetum vinum mortuū dicebatur. Suid. *Diis non libabatur acetum.*

Acetum vinum mortuum dicebatur, & ab hac cauſa Diis minimè conueniens eſſe dicebant; Suidas verbo ὄξος *Acetum Græcè etiam ἀλίβας dicitur, quod non libetur Diis: quia* MORTVVM VINVM SIT, *Diis vitæ auctoribus minimè conueniens.*

1163. *Qui nam ingenio acetum referat.*

De vino in acetum degenerante egregiè quidam Poëta:

Vt bona VINA *bonum faciunt, vt fertur, acetum*
Ingenioſior es quo, Line, peior eo es.

Perſæ cibis prius replebantur, deinde vino indulgebant. Cœl. Rhod.

Perſarum hic erat mos, vt cibis prius replerentur, deinde potui indulgerent; obſeruabat iſtuc Cœlius Rhodiginus lib. 19. cap. 26. lect. antiquar. *Perſarum mos eſt,* CIBIS EXPLERI PRIVS, *ac (vt Plautinè loquamur) ſuburrari, mox potui, &* PROPINATIONIBVS INDVLGERE LARGIVS. *Quo etiam tempore veluti in hoſtem depugnaturi veſtes exuunt.*

Regis magnificentia en vinis exhibita. Sabel.

Neapoli in Friderici III. Cæſaris aduentu pluribus diebus nobiliſſima vina in ſpeciem aquæ extemporariis fontibus vbertim fluxêre, Alfonſi regis magnificentia, vt refert Sabellius lib. 8. cap. 7.

Fictilia dolia ad vina adhibita. Plin.

Fictilia dolia ad vina adhibita indicat his verbis Plin. lib. 35. cap. 12. *Etiam* FICTILIBVS DOLIIS *ad vina excogitatis, & ad aquas. Propter quæ Numa Rex ſeptimum Collegium figulorum inſtituit. Quin & defunctos ſeſe multi* FICTILI-

BVS

BVS DOLIIS *condi maluêre, ſicut M. Varro.*

1164. *Carceris poculum.* S. Chryſoſt.

Poculum, potionémque ad carcerem transfert ſanctus Chryſoſtomus homil. 9. in Epiſt. ad Epheſ. *Quomodo quiſpiam interimi dum* BIBIT *non paſſus fuerit* INTERRVMPIT, *quidquid ei renuntietur, ita ego quoque apprehenſo admirabili carceris poculo eorum qui vincti ſunt propter Chriſtum non poſſum ceſſare, non poſſum ſilere.*

Vinum lac Veneris.

Vinum lac Veneris dictum reperimus, in ſententiis Ethicis:

Cui vinum adeſt, LAC VENERIS *non deſideret.*

In poculo venenum libidinis. S. Ambroſ.

Non abeſſe ab ebrietate, & à vini poculis libidines, tetigit ſanctus Ambroſius lib. de Elia, & ieiunio cap. 15. dum ait: *In eo poculo venenum mortis* VENENVM LIBIDINIS.

Vinum amoris pabulum. Achil. Stat.

Fuit, qui vinum, *amoris pabulum*, dixit, quod amorem foueat, nutriatque, Achilles Statius lib. 2. *Amor enim, ac Liber violenti Dij animam inuadentes, eo vſque incendunt, vt pudoris obliuiſci cogant, dum alter conſuetum ignem adhibet, alter igni materiam vino ſubminiſtrat: vinum enim* AMORIS PABVLVM EST.

Luxuria ebrietatis primogenita. S. Cyr. Alex.

Ex ebrietate luxuriam oriri plerique notauere, vt alibi monui; addo hîc ab aliquibus luxuriam ebrietatis primogenitam filiam fuiſſe dictam; ſanctus Cyrillus Alexand. in Leuit. lib. 7. *Apertè pronuntiauit Apoſtolus, dicens: Vinum in quo eſt luxuria: vt oſtenderet ex* EBRIETATE, VELVTI PRIMOGENITAM FILIAM GENERARI LVXVRIAM. Origenes quoque hom. 7. in Leuit. hoc eodem titulo ebrietatem donat dum ait: SOBRIETAS *omnium virtutum mater eſt, ſicut è contrario* EBRIETAS *omnium vitiorum; Apertè enim pronuntiauit Apoſtolus dicens, Vinum in quo eſt luxuria, vt oſtenderet ex ebrietate veluti primogenitam filiam generari luxuriam.*

Orig.

1165. *Ebrietas aditum Deo in animā claudit.* S. Baſil.

Ebrietate aditum in animam Deo claudi docet ſanctus Baſil. homil. 1. de ieiunio: *Non vides quis eſt quem ſuſcepturus es? qui promiſit nobis, quia ego, & pater veniemus, & manſionem apud ipſum faciemus. Cur igitur anticipas per* EBRIETATEM, ET DOMINO INTROITVM CONCLVDIS?

Bona mentis ebrietas qua tota in Deum migrat. Pſal. 35. S. Auguſt.

Bona illa mentis ebrietas, quâ ita mens perditur, vt beetur, & in Deum tota migret; ſanctus Auguſtinus expendens illa Dauidis verba: *inebriantur ab vbertate domus tua* Pſal. 35. hæc habet: *Quia vidit homines ingurgitantes* SE IN EBRIETATE, *accipere autem vinum immoderatè, & mentem perdere, vidit quid diceret, quia cùm accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodammodo humana mens, & fit diuina & inebriatur ab vbertate domus Dei.*

1166. *A calicibus qui per aures ſumuntur, vtile monitum ſumitur.* Clem. Alex.

A calicibus, qui dum per aures ſumuntur aures amittunt, & in terram decidentes franguntur, hoc monitum colligit Clemens Alexandrinus lib. 5. ſtromatum, non eſſe multis nugis fidei auditionem inceſtandam: hæc eius verba: *Nec omnibus qui impudenter, & temerè dicunt, & ſcribunt, oportet aures præbere. Nam* CALICES *quoque qui à multis ſumuntur per aures, hoc eſt, anſas, aures quidem amittunt, præterea autem etiam ipſi excidentes confringuntur. Eodem modo ij quoque qui multis nugis fidei caſtam inceſtarint auditionem, ad veritatem iam tandem obſurdeſcentes, & inutiles ſiunt, & in terram decidunt.*

Vini medica vis. Athen.

De vini vtilitate, & vi eius medica hæc habet Mneſitheus apud Athenæum lib. 2. init. Vinum

Ad vſus medicinæ varios eſt vtiliſſimum
Miſcetur his, quæ propinantur pharmacis,
Vlcera LAVARE *corporis* VINO *expedit.*

Abutuntur vini vſu, qui adeò corporis vlcera eo non abluunt, vt vulnera, vlceráque in animam noxiâ ebrietate foueant, & augeant.

CAPVT CXVI.

De martyrij calice, quem Martyres ſiccauere, aliqua litteris conſignantur.

Calix *de martyrio.*
Calix *cur martyrio comparatus?*
Conſummatio *ad martyrium translata.*
Sacrarum ædium cippi, Martyrumque vrnæ *à pijs mulieribus vncta.*
Martyres *plerunque eo die quo morituri ab omni cibo abſtinebant.*
Sanctorum certamina in priuatis oratoriis *cur depicta?*
Martyrum vulnera *cæli ſtellas referre quis dixerit.*
Martyris, diuitiſque *memoria.*
Charitas Martyrij calicem *ſuauem Martyribus reddebat.*
Vincula *pro* Chriſto *ferre quanti fieri debeat.*
Vincti Martyrum pedes *felicius ad Paradiſum diriguntur.*
Pauli catena *machina, qua in cælum euchamur comparata.*
Martyrum *compedes in ornamentum vertentur.*
Ornamenta *diuitum in tormenta vertentur.*
Ferrei Martyrum claui *auro præferendi.*
In occulto quiſque Martyr *eſſe poteſt, eſſe debet.*
Martyres *fortitudinem feminauère.*
Nobile Martyrij genus *Chriſti paſſionibus compati.*
In Domino moriatur *qui non poteſt pro Domino*
Martyrum *menſa*, Martyrum *poculum.*

EGi luculenter de hoc argumento alibi, hîc pauca tantùm libabo, quia calicis mentio hoc veluti ſuo iure poſcit; in diuinis litteris, & in ſanctorum Patrum voluminibus calicis nomen de Martyrio dici notius eſt, quàm vt pluribus indigeat probari; ex Dauidis verbis id euincit Origenes tract. 12. in Matthæum; Vix dixerat Propheta *calicem ſalutaris accipiam*, cùm ſubdit; *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Pſal. 115. quem verborum nexum expendens productus auctor loco producto, ait: *Manifeſtè oſtendit in his, quoniam calix Martyrium eſt, ex eo quod ſtatim propter* BIBITVR CALICEM *addidit ſic, pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*; Sanctus Maximus hom. 1. de ſancto Cypriano: *Rectè calix martyrio comparatur, quia ſicut* CALIX CVM BIBITVR *omnis humor*

1167. *Calix de martyrio.* Pſal. 115. Orig.

Calix cur martyrio comparatum. S. Max.

humor noxius vini calore decoquitur, ita & martyrij poculum cùm hauritur, omnis peccatoris faces paſſionis gloriâ temperantur; ſed extra calicis metaphoram alia de martyrio afferamus.

Conſummatio ad martyriũ tranſlata. Clem. Alex.

Conſummationem martyrium appellabant priſci æui auctores; rem & cauſam habet Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum; *Iam*, inquit, *conſummationem vocamus* MARTYRIVM, *non quod vitæ finem homo acceperit, vt reliqui, ſed quod perfectum opus oſtenderit charitatis.*

1168. *Sacrorum ædium cippi, martyrumque vrnæ à piis mulieribus vncta.* Theod.

Sacrarium ædium cippos, Martyrumque vrnas à piis mulieribus olim religioſe perunctas euincunt hæc Theod. verba in catena veterum Patrum Græcorum cap. 28. Geneſ. ad illud. *Et erexit in titulum, fundens oleum deſuper. Quamobrem Iacob lapidem inunxit. Quas potuit Deo gratias retulit, erectum lapidem, quem capiti ſuppoſuerat oleo perfundens, id quod etiam noſtra tempeſtate nonnullæ ex fidelibus mulieres vſurpant, cippos ſacrarum ædium*, MARTYRVMQVE VRNAS PERVNGENTES: *ita enim pietatem animi conantur exprimere, quæ licet tenuia, accipit tamen humanus benignuſque Deus, non tam ad munus, quam ad rei propoſitum reſpiciens.*

Martyres plerunque eo die quo moriturі ab omni cibo abſtinebant. S. Iſaac.

Olim Martyres aliquando eo die, quo daturi vitam pro vitæ auctore erant ab omni cibo abſtinebant, quem hymnis, & canticis læti tranſigebant, ſicque ieiuni occurrebant martyrio; ſanctus Iſaac lib. 1. de contemptu mundi cap. 1. ita ſcribit: *Multi* MARTYRES *nihil guſtabant in die, in qua coronam Martyrij præſtolabantur, ſed ſicut ad nuptias præparati expectabant occurrere gladio in ieiunio cum hymnis, pſalmis, & canticis.*

1169. *Sanctorum certamina in priuatis oratoriis cur depicta.* S. Ephræm.

Sanctorum certamina olim in priuatis quoque oratoriis ad paria animis excitandis depingebant; S. Ephræm. epiſt. ad Ioan. de patientia, & tolerantia: *Alij quoque*, inquit, *ſanctorum certamina, in* DOMESTICIS ORATORIIS, *ad imitationem videlicet ignitorum cordium, & oblectationem ſpectatorum depingunt.*

Martyrum vulnera cœli ſtellas referre quis dixerit. S. Chryſoſt.

Martyrum vulnera ſtellas cœli referre, & ſuperare aſſerit hiſce verbis ſanctus Chryſoſtomus homil. 5. in Iulianum: *Non ita cœlum* ASTRORVM *chori ſplendidum reddunt, vt Martyrum corpus ſplendidius vulnerum ſacies reddidit. Atque vt* MARTYRIS VVLNERA COELO INFIXIS ASTRIS SPLENDIDIORA *eſſe diſcatis, aduertite. Ad illud quidem cœlum, ac* STELLAS *cùm homines reſpiciunt, tùm dæmones: ſed ad huius etiam vulnera homines quidem reſpiciunt fideles, dæmones autem oculos contra non audent attollere: quia etiam ſi ſpectare conentur, continuò luminibus orbantur, nec poſſunt exilientem inde fulgorem ſuſtinere.*

Martyris, diuitiſque memoria. S. Baſil.

Memoriam Martyris, & diuitis, honoratique ita in ſe conferebat ſanctus Baſilius homil. in S. Martyrem Mamantem: *Vides claros equorum nutritores? vides* ALBA IPSORVM MONVMENTA, *quomodo lapides ſunt qui prætereuntur?* MEMORIA AVTEM MARTYRIS EST, *& omnis regio commota eſt, omnis ciuitas ad feſtiuitatem tranſmutata eſt. Neque cognati diuitum ad parentum ſepulcra decurrunt, ſed omnes ad pietatis locum, patrem hunc veritatis principem, at non patres corporum principes nominat. Vides quod virtus honoratur, & non diuitiæ. Sic Eccleſia per hoc quod eos, qui præceſſerunt honorat, præſentes impellit.*

1170. *Charitas martyrij calicem ſuauem martyribus reddebat.* S. Ephræm.

Charitas, quâ Martyres ardebant, dulcem Martyribus martyrij calicem reddidit; Audiendus hic ſanctus Ephræm. qui ſerm. de iud. & reſurrect. ita ſcribit: *Immortalis ignis eſt charitas Dei, mirabiliterque in anima, quæ ipſius deſiderio tangitur operatur: limpidiſſimos illius efficit ſenſus, eleuatur à terra, oditque terrena: vt ipſum ſolum quem toto affectu dilexit ſolum contempletur. Documento nobis ſunt* MARTYRES SANCTI, *qui percepto illius guſtu, atque eo ſatiati, fortiſſime cuncta tolerarunt. Leue, & molle vinculum eſt charitas Dei nec illam valet anceps gladius ſcindere. Concidebant enim Tyranni Martyrum membra, ſed flagrantem in eis charitatem nullâ ratione conſcindere poterant. O præclarum, ac dulce vinculum Diuinæ charitatis, ſublime, atque mirabile, & quod nec ſcindi queat, neque diſſolui. Hanc in ſanctis neque ferrum rapit, nec ignis exoluit. Concidebantur fruſtatim membra, ſed charitas inuiolabilis durans non poterat rumpi. Ardebant membra, nec tamen tam forte vinculum ſoluebatur. Submergebantur ſanctorum corpora, verum charitas in ipſis mergi non poterat. Vinciebantur iuſtorum membra, cæterum in illis charitas penitus vinciri non poterat.*

Vincula pro Chriſto ferre quanti fieri debeat S. Chryſoſt.

Vincula pro Chriſto ferre quanti fieri à nobis debeat à ſancti Chryſoſtomi mente diſcere poſſumus, cuius hæc ſunt verba homil. in epiſt. ad Epheſ. *Si quis in Dominum inſanit, & eius amore vritur, nouit vim vinculorum. Maluerit eſſe vinctus propter Chriſtum, quàm habitare cælos. Quouis auro ſplendidiores eis oſtendebat manus, & quouis regali diademate. Non enim tam ſplendidum facit caput vitta ex gemmis compoſita ei impoſita, quam catena ferrea propter Chriſtum.*

Vinciantur Martyrum pedes, ac facilius ad cœlum diriguntur, quia ita vincti; Audiri debet ſanctus Cyprianus epiſt. 77. vbi exclamat: *O pedes feliciter vincti, qui non à fabro, ſed à Domino reſoluuntur. O pedes* FELICITER VINCTI, *qui itinere ſalutari ad Paradiſum diriguntur. O pedes ad præſens in ſæculo ligati, vt ſitis ſemper apud Dominum liberi.* 1171.

Vincti martyrum pedes feliciùs ad Paradiſum diriguntur. S. Cypr.

Catenam Pauli machinæ, quà in cœlum euehamur comparabat ſanctus Chryſoſtomus homil. 8 in epiſt ad Epheſ. *Longa fuit Pauli catena, & diu, multumque nos tenuit: eſt enim, reuera, longa, & quauis catenâ aureâ honeſtior. Ipſa vinctos velut* QVADAM MACHINA TRAHIT AD COELVM, *& tanquam catena aurea ſuſpenſa ad cœlum ſurſum trahit: & quod eſt mirandum, infernè vincta vinctos ſurſum trahit.*

Pauli catena machinæ, quâ in cœlum euehamur comparata. S. Chryſoſt.

De Martyrum compedibus hæc habet ſanctus Auguſtinus in Pſal. 101. *Clament ergo compediti quandiu ſunt in vinculis diſciplinæ Dei, in qua ſunt exercitati* MARTYRES: *ſoluentur* COMPEDES, *& volabunt, & eadem ipſa in ornamentum poſtea conuertentur.* Sicut etiam è conuerſo ornamenta mundanorum, vt ita loquar, Martyrum, in eorum compedes, ſuppliciorúmque tormenta conuertentur; huc facit illud, quod in epulonem torquebat ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 66. *Tu diues fulgens quondam purpura, nunc tegere fimo, pro* COCCINO VESTIRE FLAMMIS: *pro molli diſcubitu ſuſtine tormentorum dura, pro lautis ferculis epulare pœnas.*

Martyrum compedes in ornamentum vertentur. S. Auguſt.

Ornamenta diuitum in tormenta vertentur. S. Pet. Chryſ.

Ferreos Martyrum clauos auro præferendos docebat ſanctus Ambroſius in exhort. ad Virg. *Condant*, inquit, *alij aurum, atque argentum ac de latentibus eruant venis. Legant pretioſa monilium ſerta. Temporalis ille theſaurus eſt, & ſæpè habentibus pernicioſus. Nos legimus* MARTYRIS CLAVOS. 1172.

Ferrei martyrum claui auro præferendi. S. Ambroſ.

Iam verò, quia non datur martyrij calicem bibere, Martyrum diſcipuli ſaltem audiamus, vt ſaltem Martyres ſimus in occulto; egregiè rem verſat ſanctus Ephræm. ſerm. de laudibus Martyr.

In occulto quiſque Martyr eſſe poteſt, eſſe debet. S. Ephræm.

tyr. *Age ergo*, inquit, *ſanctorum* MARTYRVM *eſto diſcipulus. Si te illis in diſciplinam tradas, erunt tibi & ipſi præceptores optimi, diſceſque ab illis nullâ ratione paſſionibus cedere: diſces ab eis perfectam fidem, charitatem Dei, ingentémque miſerationis affectum, ac futurorum deſiderium: hi enim ardentem rogum virtutis Dei, & fide perfectâ vicerunt; Vince igitur & tu ſemper ardentes noxiæ concupiſcentiæ flammas. Varios illi cruciatus tolerando ſuperarunt, ſpe, quæ eſt in Chriſto ſubnixi. Tu quoque turpes omnes paſſiones pudicitiâ, & cogitatione pietatis admotâ ſuperare contende. Vicerunt illi tyrannos per modeſtiam, & longanimitatem: vince tu quoque iracundiæ tyrannidem eiſdem armis inſtructus. Illi apertè Martyres fuêre: tu in occulto Martyr eſto perfectus. Illi palam conſummauêre certamen: perfice & tu in occulto certamen, vt in die retributionis cum ipſis coroneris, atque in cœleſti regno illorum gloria ſocius inueniaris, atque vni ſempiterno gaudio fruaris.*

1173. Noſtrum porro eſt ex Martyrum ſanguine fortitudinem demetere; nam cùm doceat ſanctus Bernardus ſerm. de ſancto Benedicto: MARTYRES *manifeſtum eſt fortitudinem ſeminaſſe*; metere eos à nobis par eſt quod pro nobis ſeminauêre.

Martyres fortitudinem ſeminauêre. S. Bern.

Nobile martyrij genus eſt, Chriſti paſſionibus compati; non caſu accidit, quod ex illis Chriſti cultoribus nullus martyrium ſubierit, qui in Caluariæ monte adſuerunt, dum Chriſtus in Cruce penderet, nimirum quia nuda compaſſio Martyres eos fecit: Pulchrè bonus ille auctor; *Non ſine cauſa, hi qui fideliter Chriſto aſtiterunt in Caluaria monte, & compaſſi ſunt, non ſunt poſtea paſſi martyrium in exitu ſuo, cùm reliqui Apoſtoli, & alij diſcipuli, à tyrannis ſunt occiſi. Nam beatiſſima Virgo mater Ieſu, ſanctus Ioannes Euangeliſta, & Magdalena non fuerunt per* MARTYRIVM *ſublati: dolor maior omni morte, & omni cruciatu excruciauit illos ſolâ compaſſione & ſufficit pro morte martyrij. Compatiamur igitur Ieſu, & patiamur libenter.*

Nobile Martyrij genus Chriſti paſſionibus compati. P. Io. Eu. lib. 2. de ad. c. 5.

Non pro Domino tantùm mori bonum eſt, ſed & in Domino, illud Martyrum, hoc Confeſſorum eſt; Pulchrè ſanctus Bernardus epiſt. 98. *Denique beati mortui, qui in Domino moriuntur. Non ſoli qui pro Domino ſicut* MARTYRES, *ſed qui* IN DOMINO MORIVNTVR SICVT CONFESSORES, *profectò beati ſunt.*

In Domino moriatur qui non poteſt pro Domino. S. Bern.

Cùm Martyres extuliſſet, & ad illorum exemplum alios eſſet inhortatus ſanctus Ephræm, tandem claudit; *Vt pincerna inutilis, ac rudis vobis effectus ſum, ô ſanctiſſimi* MARTYRES. *De vino veſtri certaminis inclyti filiis, ac fratribus fidei veſtræ poculum tradidi. De præclara menſa veſtro victoriæ omnigenis inſtructa epulis patres, ac fratres propinquoſque veſtros quotidie menſam ipſam adeuntes toto animi affectu recreare contendi*; iuſtius id ego de me dixero, de

Martyrum calice, Martyriſque poculo exhibens, quæ exhibui.

***

Martyrum menſa, Martyrum poculum. S. Ephræm.

EXCVRSVS XCI.

Quàm vtilis ille calix, quem pro nobis in cruce ſiccauit Chriſtus.

Calix, *quem Chriſtus pro nobis ſiccauit ad eius amorem omnes prouocat.*

Dulcedo, & ſuauitas ab amara Chriſti paſſione.

Regni cœleſtis imago in Chriſti paſſione.

Flagella non *abhorreat, qui fecit, quare flagellaretur.*

Totum noſtrum amorem *Chriſtus meretur, qui totum ſe pro nobis tradidit.*

Chriſti tormenta *clamant hoc tempus eſſe mœroris, ac tentationis.*

Chriſti paſſio *nox quæ diem illuminat.*

In paſſione *ſua cur cera ſe Chriſtus comparauit.*

Vir dolorum *dictus Chriſtus in ſua paſſione ob dolorum dilectionem.*

Chriſti paſſio *amaritudinem in dulcedinem vertit.*

Interni Chriſti dolores *in ſua paſſione vnde collecti.*

Bona, quæ nobis Chriſtus ſuâ paſſione *acquiſiuit, explicari nequeunt.*

Chriſti paſſio *expenditur.*

Plura in cruce *Chriſtus eſt paſſus, quàm ad noſtram notitiam peruenire potuerit.*

Agnus *nobis, &* paſtor *Chriſtus effectus eſt* ſuâ paſſione.

Chriſti ludibria *amoris aculei ſunt.*

In Chriſti latus *admitti cupientis votum.*

Quanti referat Chriſtum cruci affixum *ob oculos habere.*

Crucifixi *memoria vitia interfecit.*

Opprobria *excipienda vt cibus.*

Myrrhata potio *commendata.*

Charitas fecit, vt Chriſtus paſſionis calicem *pro nobis biberet.*

CVm de poculis, de calicibus agam, cur illum prætercam, quem pro nobis Dei filius excepit, & ſiccauit? non prætereo, & licet multa alibi de hoc argumento dederim, multa alibi ſim daturus, hæc tamen hìc deſiderari volo, quæ ſubiicio. 1174.

Bonus calix, quem bibit in ſua paſſione Chriſtus, vt ad ſui amorem nos non vocaret tantum, ſed traheret, lubet hìc inclamare cum Beato Laurentio Iuſtiniano, qui tract. de charit. cap. 7. ait: *Super omnia reddit te amabilem mihi, ô bone Ieſu, calix,* QVEM BIBISTI, *opus redemptionis noſtræ. Hoc omnino noſtrum facilè totum ſibi vendicat amorem: hoc, inquam eſt, quod noſtram deuotionem, & blandiùs allicit, & inſtiùs exigit, & arctiùs ſtringit, & afficit vehementiùs.*

Calix quem Chriſtus pro nobis ſiccauit ad eius amorem omnes prouocat. B. Laur. Iuſt.

Dulcedinem, & ſuauitatem ab amara Chriſti paſſione trahit anima, quæ amat; ſanctus Petrus Damianus ſerm. 35. explicans illa amantis animæ

Dulcedo, & ſuauitas ab amara Chriſti paſſione. S. Pet. Dam.

mæ verba in amoris cantico; *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: Tanquam diceret,* inquit, *qui mihi faſciculus myrrhæ factus eſt per amaritudinem paſſionis, inter vbera mea iugiter commoratur* PER DVLCEDINEM CORDIS: *Eſt qui me extrinſecus per exemplum ſuſceptæ mortis exaſperat, per infuſam gratiam me intima ſuauitatis obdulcat.*

1175. *Regni cæleſtis imago in Chriſti paſſione.* S. Ambroſ.

Regni cœleſtis imaginem in Chriſti paſſione notabat ſanctus Ambroſius in Pſal. 118. oct. 14. PASSIO CHRISTI IMAGO FVIT REGNI COELESTIS; *nemo audiuit in plateis vocem eius, quia illo ſilentio Paſſionis ſuæ clamorem omnem in poſterum impiæ vocis abolebat: nolebat fleri, qui dicebat ad filias Hieruſalem: Filiæ Hieruſalem nolite me flere, ſed vos ipſas flete. Ablaturus enim omnes lachrymas ſuæ beneficio crucis, in Paſſione propria futuræ inſtar beatitudinis lætitiam exhibebat, vt nemo fleret, niſi qui Chriſti beneficia non teneret.*

Flagella non abhorreat, qui fecit, quare flagelletur. S. Auguſt.

Flagella ſuſtinuit Chriſtus, qui nihil fecit, quo flagellaretur, & nos flagella à flagellis abhorrebimus, qui fecimus, quibus flagella mereremur? *Si vnicum,* inquit ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 122. *ſine peccato flagellauit, & pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo debemus* NOS FLAGELLARI, *qui fecimus quare flagellemur?*

Totum noſtrum amorem Chriſtus meretur, qui totum ſe pro nobis tradidit. B. Laur. Iuſt.

Totum noſtrum amorem meretur, qui totum ſe pro nobis tormentis exhibuit, Chriſtus: ſcitè Beatus Laurentius Iuſtinianus de charitate cap. 7. *Sibi totum noſtrum* AMOREM *non vendicat: qui totum ſe pro nobis tradidit paſſioni?*

Chriſti tormenta clamant hoc tempus tempus eſſe mœroris, ac tentationis. S. Auguſt.

Quid Chriſti contumeliæ, Chriſti flagella, Chriſti Paſſio; & Paſſionis inſtrumenta alte inclament, docet ſanctus Auguſtinus ſerm. 151. de tempore: *Domini* PASSIO *tempus noſtrum ſignificat, in quo nunc flemus. Flagella, vincula, contumeliæ, ſputa, ſpinea corona, vinum fellitum, in ſpongia acetum, inſultationes, opprobria, poſtremò ipſa crux, in ligno membra ſacra pendentia, quid nobis ſignificant, niſi tempus quod agimus, tempus mœroris, tempus mortalitatis, tempus tentationis,* &c.

1176. *Chriſti paſſio nox, quæ diem illuminat.* Pſal. 38. 11. S. Paul.

Nocti comparabat paſſionem Chriſti ſanctus Paulinus, nox fuit, quæ dies illuminauit; hæc eius verba epiſt. 4. ad Seuerum: *Quæ autem* NOX *intellectu ſpiritali putanda niſi* PASSIO *Domini quæ & dies illuminauit: de quo puto ſcriptum: & nox illuminatio in deliciis meis.*

In paſſione ſua cur ceræ ſe Chriſtus comparauit. Pſa. 21. Arnob.

In paſſione ſua ſe Chriſtum ceræ pariat, quæ liqueſcit, vt intelligeremus more ceræ vix terram tetigiſſe, cùm ſtatim ſuæ integritati eſt reſtitutus; Arnobius in Pſal. 21. ad illud: *Factum eſt cor meum ſicut cera liqueſcens in medio ventris mei,* ait: CERA *dum ſoluta fuerit ab igne non perit, vt cæteræ ſpecies ſub igne ſemel incenſa in cinerem rediguntur; cera verò cùm arſerit, ad hoc redit, quod fuit. Sciens ergo* SE PERIRE NON POSSE: *ſicut cera, inquit, liquefactum eſt in medio ventris mei.*

Vir dolorum dictus Chriſtus in ſua paſſione ob dolorum dilectionem. Iſa. 53. 3. Oleaſt.

Cur vir dolorum dictus ſit Chriſtus ab Euangelico Propheta Iſaia cap. 53. egregiè explicat Oleaſter: *Vir dolorum, & expertus infirmitatem: Non dicit, vir qui* DOLORES SVSTINVIT, *& expertus eſt, ſed vocat* EVM VIRVM DOLORVM, *id eſt, qui dolores amat, & colit, & cuius munus eſt dolere. Nam quemadmodum vir belli bellator eſt & bella diligit, & vir terræ, eam qui diligit, & colit, ita & vir dolorum dicitur, qui dolores diligit, & cuius officium eſt ferre dolores.*

1177. *Chriſti paſſio amaritudinẽ in dulcedinẽ vertit.* S. Bern.

Chriſti Paſſione amara omnia in dulcedinem conuerti indicat ſanctus Bernardus in ſententiis, dum ait: *ſequitur aculeus moleſtiarum, qui cùm ingruerit quaſi iterum Iordanis Heliſæo occurrens, ſumendum Eliæ pallium, & mediis fluctibus opponendum; vt quidquid nos temporaliter* CRVCIAT *reſpectu* DOMINICÆ PASSIONIS *ſapore mutato, noua nobis* SVAVITATE *dulceſcat.*

Interni Chriſti dolores in ſua paſſione vnde colligit. Ioan. Euſ. lib. 2. cap. 5.

Internum Chriſti dolorem, quem ob noſtra peccata paſſus eſt Chriſtus in hunc modum quidam expendebant: *ſi aliqui homines præ dolore peccatorum mortui fuerunt, quomodo non extingueret vitam* IESV DOLOR *ſolius vnius, & minimi peccati venialis vnius hominis, cùm omnem deformitatem culpæ perfectè conſideraſſet, tum Maieſtatem Dei Patris contra quem eſt atque vtilitatem hominis à quo eſt commiſſa, & ipſe tantoperè amaret Patrem offenſum, & hominem offendentem? Sicut hanc charitatem nemo menſurare poteſt, ſic nec dolorem. Si tantum dolorem habuit de vno peccato veniali, quantum de omnibus, & ſingulis peccatis venialibus, & mortalibus adeò horribilibus, & immanibus?*

1178. *Bona quæ nobis Chriſtus ſua paſſione acquiſiuit, explicari nequeunt.* S. Auguſt.

Bona quæ nobis Chriſtus Paſſione ſua peperit explicari verbis nequeunt; pende quid boni ſuis attulerit Ioſeph dum venditus Ægyptiis fuit, & coniicere aliqua ex parte poteris, quot bonis cumulauerit ſuos Chriſtus pro ſuis venditus, occiſus pro ſuis; rem egregie verſat, & expendit ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 104. *Porro ſi in ſeruum venundatus eſt Ioſeph, & humiliatus, & exaltatus locum fecit ad temporalia bona populo Dei, vt firmaretur ſuper inimicos eius: quanto magis* IESVS VENVNDATVS, *& humiliatus à fratribus ſuis ſecundum carnem, & exultatus in cælis locum facit ad æterna bona populo Dei triumphanti de Diabolo, & Angelis eius?*

Chriſti paſſio expenditur. S. Chryſoſt.

Chriſtum patientem ſic nobis offerebat ſanctus Chryſoſtomus homil. 2. ad populum: *Quid condignum his* SVSTINERE POTES, QVÆ PROPTER TE CHRISTVS SVSTINVIT? *humiliauit ſeipſum vt homo, te pretioſo ſanguine ſuo redemit: qui dat eſcam omni carni, ieiunauit propter te, qui mellis dulcedinem creauit, qui cælum ſtellarum cætu coronauit, ſpinis propter te coronatus eſt, & vſque ad mortem obediens factus eſt.*

Plura in Cruce Chriſtus eſt paſſus quã ad noſtram notitiam peruenire potuerit. P. Io. Eu. l. 2. cap. 5.

Plura Chriſtum in cruce paſſum, quàm noſtræ notitiæ obiicitur, ex lingua eius ſic quidam auctor colligebat: *Linguam quam non* ATTIGERANT CARNIFICES *ne ſine tormento maneret videtur non minus tortam quam alia omnia membra: ſiquidem de nullo artuum ſuorum dolore conqueſtus eſt patientiſſimus Ieſus, niſi de ſiti, vt monſtraret etiam eam membrum, quæ videbantur immunia excruciatum habuiſſe.*

1179. *Agnus nobis, & paſtor Chriſtus effectus eſt ſua paſſione.* S. Pet. Chryſ.

Agnus nobis factus eſt Chriſtus, fuit & paſtor, vtrumque munus obiit dum obiit; ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 23. ita loquitur: *Chriſtus ſicut* OVIS, *&* VOLENS, *& tacens tondetur, vt tegat illam, quam Adam primus intulit nuditatem: velut agnus occiditur, vt peccatum totius mundi immolatus, abſoluat: ponit pro ouibus animam ſuam, vt impleat, & pietatem paſtoris, & curam, tibi ergo Rex, tibi Sacerdos, tibi paſtor, tibi ſacrificium, tibi ouis, tibi agnus, tibi totum factus eſt, qui fecerat totum.*

Chriſti ludibria amoris aculei ſunt. Rich. Vict.

Chriſti ludibria amoris quidam aculei ſunt, quibus Dei ſerui in Deum, Deique amorem feruntur; Richardus Victorinus tract. de gradibus charitatis cap. 1. ita ſcribit: *Admirantes enim, & amplexantes in Chriſto illum amoris exceſſum, quo propoſito gaudio ſuſtinuit crucem humanâ confuſione contemptâ, vicem non rependere confundunt, atque paſſionis eius ludibriis, quaſi* QVIBVSDAM ACVLEIS INCITATI *feruntur effrænes in amoris*

abyſſum

abyſſum , in profundum charitatis,id omnino , & ſoluntmodo quæritantes : quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi.

In Chriſti latus admitti cupientis votum. Drogo.

In Chriſti latus admitti optabat Drogo Hoſtienſis Epiſc. cuius hæc ſunt verba ſerm. 1. de ſacramento Dominicæ paſſionis: *Aperi nobis Domine*, APERI NOBIS OSTIVM LATERIS TVI , *quod eſt in arca tua , vt introducas nos cum mundis animalibus ſeptena & ſeptena. Tu verus Noe quem ſolum inuenit Deus pater tuus iuſtum coram te.*

Quanti referat Chriſtũ cruci affixum ob oculis habere. B. Laur. Iuſt.

1180. Quanti referat Chriſtum cruci affixum ante oculos ferre probant hæc Beati Laurentij Iuſtiniani verba,quæ ſancti Bernardi mentem redolent , ſic ille ſcribit de obedientia cap. 5. *Semper* HABEBO TE DOMINE *non retro in humeris , ſed ante* PRÆ OCVLIS , *ne portans te , ô dilecte mi,* MYRRHÆ *faſciculum, & nõ odorans,onus premat, & odor non erigat.Videns enim tuas anguſtias,Domine,meas leuius portabo.*

Crucifixi memoria vitia interfici. Guarricus.

Vis vitia cruci affigere ? Chriſtum cruci affixum cogita , pendente in cruce ſeriò pende; Bene Guarricus ſerm.1. Domin.in Ram. Palm. *Quid tam pium fidelium affectibus , tam medicinale moribus , quid ſic interficit peccata , crucifigit vitia virtutes nutrit , & roborat , ſicut crucifixi memoria?*

Opprobria excipienda vt cibus. S. Ambroſ.

Benè ille excipit opprobria , qui illa excipit tanquam cibus;de Chriſto dictum eſt Thren.3. *ſaturabitur opprobriis* ; ſanctus Ambroſius huc ſpectans in Pſalm.118.art 10. ait : *Non dixit ſubibit opprobrium ; facile eſt enim vnam , aut alteram contumeliam ſuſtinere ; Addidit* SATIABITVR OPPROBRIIS,*quo facilius Domini moueat miſericordiam , opprobriorum complurium deformitate miſerabilis.*

Myrrhata potio commendata. Guarricus.

1181. Myrrhatam potionem,amaram ita commendabat Guarricus Abbas ſerm de Epiph. Dom. *Sicut* STOMACHVS *immoderato vſu dulcium corruptus potione purgatur amarà : Sic eorum qui ſuauiter vixerunt in amaricata conſcientia nunquam melius quam contrario , ideſt vità , & conſuetudine curantur auſterà. Maxime autem ſi ſapius detur eis bibere vinum myrrhatum Dominica paſſionis , ideſt potentur vino compunctionis , quod quanto amarius eſt ex recordatione peccati , tantò ſalubrius eſt peccatori, Ideo Ieſus voluit bibere , quia peccatum non fecerat quod ei* CRVCIFIXOR IMPVTABAT , *qui de amaritudine vitis alienæ ei propinabat , qui de genimine vitis vera,vinum nouum cum amicis in regno patris habebat bibere.*

Charitas fecit,vt Chriſtus paſſionis calicem pro nobis biberet. S. Ephræm.

Sola ſuà charitate vinci Deus potuit , vt paſſionis calicem pro nobis ebiberet , crucem pro omnibus ſuſtineret;ſcitè ſanctus Ephræm Syrus ſerm. 2. de Iud. & Reſurr. *Deuictus es Domine* CHARITATE TVA , *ſanctiſque miſerationibus,vt pro totius orbis ſalute,crucem ſponte ſubires. Hoc ego vt dicere ante oculos tuæ majeſtatis auderem , tua me gratia docuit. Nam niſi victus eſſes tuis miſerationibus,Chriſte,te ipſum pro peccatoribus ſacrificium , & oblationem profectò non dediſſes. Impleta eſt Domine ſerui tui mens dulcedine,& gratià , & charitate tuà: dulceſcit ſemper,ſemperque illuſtratur, & aſſiduè roboratur.* Victus charitate pro nobis eſt paſſus, vt nos vinceret ſibi,duritiam noſtram vinceret.

EXCVRSVS XCII.

Aqua cum regibus, & principibus, vt cohæreat & cum regno; nonnulla de rectorum characteribus.

Aquam puram *vt referant qui alios regunt.*

Aquâ Nili *turbidâ Potentia regis Ægypti ſignificata.*

In magnorum aulis æſtus,*&* fluctus.

Dignitatum,& publicorum munerum ſcopuli *cauendi.*

Seruire omnibus debent,*qui imperant, & humilioribus ſe demittere inſtar fluuiorum.*

Regum cura cum maris vndis *collatæ.*

Myrrhâ *in regum diademate regum amaritudines tacitè ſignificatur.*

Principatus ſpinas *ſuas habent.*

Regni,*&* aquarum *nexus.*

Aquis *vt magnus quidam crimen ſuum excuſauerit.*

Sub populorum aquis *gemunt Principes.*

Populorum aquæ *etiam in ſuo centro grauitant.*

Nemo ſuis meritis *tribuat quod ad culmen euehatur.*

A Chriſtiani ſanguinis *fuſu alieni Chriſtiani principes ſint.*

Ab honorum culminibus abire *quàm tutum.*

Principes clauos *referunt , dum ſuos ſuſtentant,ſuos vniunt*

Etiam impio regi *debita reuerentia eſt.*

Iram *temperent qui alios regunt.*

Superbiæ *nexus,&* regis,principiſque.

Qui ſuper alios eſt , *ima deſpiciat , ſepulchrum cogitet.*

Dux aliorum futurus mundana omnia *exuat.*

Perſtricti qui pecuniæ cumulandæ *causâ dignitates,munia exercent.*

Quò grauius peccat *populus , eò ſplendidior principis vita ſit.*

Moſis *laus in ferendis calumniis.*

Principum neceſſitas nauis,*&* domus *ſimilitudine probata.*

Qui alios regit *caueat ne ſuperfluarum deliciarum cupiditate ſubditos nimium vexet.*

Regibus *præferendus qui Deum in conſcientia portat.*

AQuam referunt , qui imperant ; fluuiis ſunt pares reges ; tantum tales moribus ſint,vt non cœnoſis aquis comparari poſſint,ſed puris,nitidiſque quo vſui omnibus eſſe poſſint, omniúmque commodis deſeruire. Pulchrè Agellius in Pſal.57. *Solet* REGIS IMPERIVM SCRIPTVRA SACRA FLVVIO COMPARA- 1182.

Aquam puram,vt referant qui alios regunt. Agell.

RE per terram aliquam fluenti: ſicut enim fluuij aqua omnibus accolis vſui eſt, ſic Regis imperium iis neceſſarium qui in terris degunt ei ſubiectis: at ſi fluuij aquæ ſalubres ſunt, & nitidæ, omnes ex illis hauriunt, & ad potum vtuntur: ſin turbidæ, ac cœnoſæ, ab omnibus reprobantur, & reiiciuntur. Itaque populum Iudæorum reprehendit per Ieremiam Deus, quod auxilij egens fœdere iunctus ſit cum Rege Ægypti, & cum Rege Aſſyriorum. Quid tibi, inquit, vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis? Per aquam enim Nili turbidam figuratè potentiam Regis Ægypti ſignificauit, quæ per iniuſtitiam, & iniquitatem omnia miſcebat, atque turbabat: per aquas item fluminis, Euphratis nempe, tumentes, & vndique cœnum, & lutum contrahentes, regnum
Aquâ Nili turbidâ Potentia regis Ægypti ſignificata. Ierem. 2. Aſſyriorum indicauit, opibus ac potentiâ pollens, & ſuperbo gurgite fluens: contráque Iſaiæ 8. accuſatus populus, quod regnum David abieciſſet, atque contempſiſſet tanquam humile, & in regibus exteris ſpem poſuiſſet; Pro eo, inquit, quod abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio; & quæ ſequuntur.

1183. *In magnorũ aulis æſtus, & fluctus.* Nemo regum culmina ſuſpiciat, nemo potentium admiretur ſortem; nihil hic firmum, nihil ſtabile eſt, nuſquam adeo vndæ fluctuant, vt in magnorum aulis, magnorum ſoris; bellè ille:

Non ſic vadoſis ſyrtibus Africæ
Alternat æſtus FLVCTIVAGOS *Thetis,*
Non ſic ab Euxini tumultu
Vnda fretis furit æſtuoſis,
Vt ſors potentes inuida ſubruit,
REGVMQVE FLVXVS *præcipites volat,*
Redditque crudelis nouerca
Quos peperit dolores.

Dignitatum & publicorũ munerum ſcopulis cauendũ. De dignitatum, & munerum publicorum ſcopulis ſuorum ſanguine veluti fluctibus ablutis, quin fœdatis; quin ablutis ita quidam ſentiebat: *Non amo hos* PVBLICORVM MVNERVM SCOPVLOS *ſanguine ſuorum tanquam* [illegible].

Seruire omnibus debent, qui imperant, & humilioribus ſe demittere inſtar fluuiorum. Aquis, & fluuiis ſimiles ſunt qui imperant, vt ſint omnibus obuij, omnibus ſint expoſiti, nulli ſe negent, à nullis ſe commodo ſurripiant; Extruit in exemplum Rudolphus Imperator Auſtriacus, nam cum frequentior ad eum forte populi concurſus, & per ſatellitium quoddam tenuioris fortunæ aditu ſe aſſidentes ſubmoueri [illegible] in hæc verba proripuit; *Per Deum ſinite homines ad me venire. Non enim ideo ad* IMPERIVM *vocatus ſum, vt in arcula includar.* Omnes excipere debet, omnibus ſeruire, qui omnibus præſidet, ſuper omnes eſt, & in hoc ſe fluuiis pares reddere par eſt reges, vt ad humiliores ferantur, vilioréſque [illegible] ſicut ad deteriora loca feruntur aquæ fluminum.

1184. *Regum curæ cur maris vndis collata. S. Chryſoſt.* Maris vndas numera ſi potes, & curas illas poteris numerare, quæ regum mentes mordent; ſancti Chryſoſtomi verba hæc ſunt homil. 18. ad populum. *Tot* REGIBVS *vndique neceſſitates ſunt, quot* [illegible], & placent culmina tot curis referta.

Myrrhâ in regum diadematis [illegible] ſignificatio. Principatus ſpinas ſuas habent. Exod. 3. Olim regis diadema, vt alibi obſeruabam, vnguento ex myrrhâ confecto redolebat; odor iſte huc quoque vocat agnatas regibus amaritudines, adſitas regum mentibus curas.

Hærent principatui ſpinæ, & ſpinis hæret principatus, Factus Deus Moſem populi ſui principem in rubo ei apparuit; Exod. 3. cur in rubo? vt oſtenderet ſpinas principatui nexas, vera principis nota erit ſi in ſpinis hiſce ità ardeat, vt non comburatur.

Spinas habent reges, quin ſpinæ ſibi ipſis ſunt, adeò vt ſpinæ in principes migrent, principes in ſpinas; Nahum 1. verſ. 10. *Quia ſicut* SPINÆ *ſeinuicem complectuntur;* Chald. *quoniam principes gentium, qui deprædati ſunt domum Iſrael;* Nahum 1. 10. Chald.
Iſaiæ 10. 17. *Sanctus eius in flamma, & ſuccendetur, & deuorabitur ſpina eius, & vepres in die vna,* Chaldæus; *& concidet, & conſumet principes eius, & ſatrapas eius in die vna;* ſpinæ ſibi principes, ſpinæ & aliis ſunt.

Regnum quoque cum aquis cohæret; Iſaiæ 8. 6. *Pro eo quod abiecit populus iſte aquas Siloe:* Chald. *Pro eo, quod abiecit populus hic regnum domus David;* quod firmat etiam illud, quod ſuperiùs tangebamus. *Regni, & aquarum nexus. Iſa. 8. Chald.*

Porrò quia de principum aquis agimus, afferam illud quod quidam protuliſſe refertur in ſui criminis excuſationem. Nicetas Choniates lib. 3. in Manuele Comneno hæc habet: *Andronicus quoties ob inceſtum reprehendebatur, hanc defenſionem per iocum in promptu habebat, ſolere ſubditos Principum mores imitari, &* AQVAM *ex eodem fonte petitam eundem ſaporem referre.* 1185. *Aquis vt magnus quidam crimen ſuum excuſauerit. Nicet.*

Populi aquis patiantur, ſub aquis hiſce ſunt, qui populos regunt, imperant populis; huc flectit illud ſanctus Gregorius, quod habet Iob cap. 26. *Gigantes ſub aquis; quia nimirum magnates, & principes, ſub* AQVIS POPVLORVM *gemunt, in quos dominantur;* Domini ſpiritus ferebatur ſuper aquas: regum ſpiritus & mens aquis ſubiicitur, quia ſeruire illis debent, quos regunt; hic illud Philoſophorum locum non habet, quo traditur, aquas in ſuo loco, & centro non grauitare, ſicut nec cætera elementa; populorum aquæ adeò grauitant, vt illis ferendis vix vllus ſit par; Moſes ipſe qui ſanctarum alioquin virium vir erat, clamabat: *Cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi ſuper me* Num. 11. 10. & verſ. 14. *Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi;* De curarum onere, quo illi premuntur, qui alios regunt hæc habet ſanctus Gregorius lib. 17. Moral. cap. 12. *Quanto quis his altius erigitur; tantò* CVRIS GRAVIORIBVS ONERATVR, *eiſque ipſis populis mente, & cogitatione ſupponitur, quibus ſuperponitur dignitate,* &c. *Sub populorũ aquis gemunt principes. Iob. 26. S. Greg. Populorum aquæ etiam in ſuo centro grauitant. Num. 11. 10. S. Greg.*

Quum ad honores, culménque euehitur, id minimè ſuis tribuat meritis, totum in Deum reiiciat; quid? antequam hominem Deus conderet, imperium illi in animalia dedit ratione expertia: *Faciamus,* inquit, *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis terræ;* Geneſ. 1. 26. nondum creauerat hominem, & homini committit regimen, & imperium, ne ſcilicet ſuis meritis hoc tribueret, ſed totum referret in Deum; Hinc Lippomanus in catena; *Ecce quomodo concedit ei, vt* REGERE *poſſit animalia cuncta, nullis præcuntibus ad Deum conditorem meritis.* 1186. *Nemo ſuis meritis tribuat quod ad culmen euehatur. Gen. 1. 26. Lipp.*

Regiam illi reges mentem circumferunt, & regiâ ſunt notâ inſigniti, qui à Chriſtiani ſanguinis fuſu in bellorum alea alieniſſimi ſunt; qualis erat Carolus V. Imperator, vt refert Zenoc. in eius vita lib. 5. Hic cùm in Africa conſtitutus aduerteret prælium, quod ocyùs committendum, non ex animi voto ſucceſſurum; receptui canerent imperauit: adiiciens nobilem illam vocem; *Malim* VNVM CHRISTIANVM *A Chriſtiani ſanguinis fuſu alieni Chriſtiani principes ſint. Zenoc.*

STIANVM SERVARE, *quam mille Mauros, Turcas, Pænoſve interimere.* Eadem regiâ mente Michael Imperator; nam cùm hortabantur eum amici, vt ſe fortiter Leoni opponeret, remque armis experiretur: at is ægre ferens ſe ad bellum ciuile ſocitari miſſo ad Leonem diademate, & purpurâ vltrò Imperio regnóque ceſſit, dicens: *Malim vitam propriam amittere, quam vel* VNAM

Cedren.

CHRISTIANI SANGVINIS GVTTAM *effundere, aut meo nomine effuſam cernere.* Ita fere Cedrenus in vita illius.

1187. *Ab honorum culminibus abire quam tutum.* *B. Iord.*

Quàm tutum ſit ab honorum culminibus abeſſe indicabat Beatus Iordanus, nam vt habetur in vitis Patrum Occidentis lib. 7. cap. 16. *Aliquando ſermo coram ipſo factus fuit de quodam patre viro probo, & virtutibus prædito, quod Antiſtes iure optimo fieri deberet. At vir Dei reſpondit: Mallem enim* FERETRO *mortuum ad ſepulturam ſociare, quam in cathedra Antiſtitem videre ſedentem.*

Principes clauos referunt, dum ſuos ſuſtentant, ſuos vniunt. *Iſa. 54. 2.* *Chald.*

Qui Reipublicæ clauum tanquam gubernator tenet, ſciat ſe quoque clauorum munus exercere, ſuorum mentibus ſuſtinendis, ceterorum animis inter ſe nectendis, huic enim rei claui deſeruiunt; illud Iſaiæ 54. 2. *Et* CLAVOS *tuos conſolida*, Paraphraſtes Chaldæus vertebat: *Et* PRINCIPES *tuos corrobora*, tanquam ſi principes claui quidam eſſent, à quibus ceteri pendent, & quibus alij tanquam ligna inter ſe nectuntur.

Etiam impio regi debita reuerentia eſt. *Exod. 5. 16.* *Lyran.*

Etiam impio Regi ſua debita reuerentia eſt, ſuus debitus honor, non ea parte quâ malus, ſed qua rex ac ſuperior. Hebræi a Pharaone iniquiſſimis modis exagitati dicunt Exod. 5. 16. *En famuli tui flagellis cæduntur, & iniuſte agitur contra populum tuum*; ſignate dicunt *iniuſte agitur*, non verò, quod res erat, *iniuſte agis*, ne regem offenderet, eique reuerentiæ detractum iret. Hoc luculent Lyranus dum ait: *Non dixerunt, iniuſte agis, ne* REGEM OFFENDERENT, *vel honori regio detraherent, ſed dicunt, iniuſte agitur.*

1188. *Iram temperent, qui alios regunt.* *Syl. Pet. San.*

Iram temperent, qui alios regunt; nec ſtatim iracundiæ calore correpti ad punitionem currant, docuit iſtuc exemplo ſuo Deus, cùm ad auram poſt meridiem ambularet Geneſ. 3. antequam Adamum puniret, & Euam; pulchrè ille: *Deus, qui propria irâ non exagitatur, vt nos veluti è ſcena, ita vt erat perſonatus, inſtrueret; non ruit præceps ad vindictam, ſed ad auram ambulat, irámque ſuam tempori tradit, ac videtur ſibi obſtare, donec illa ſubſidat. Diſcant vero, præſertim* PRINCIPES, *non ſtatim ad pœnas reorum ire præcipites, dent iracundiæ ſpatium, iuſtius punituri, ſi prius illa remiſerit.*

Superbia nomine & regum principes ſignificantur. *Iſa. 16. 6.* *Chald.*

Sciant ſe ita ſuper homines eſſe reges, vt homines etiam ſint, ſe intra ſe contineant, humilitati ſtudeant, non ſuperbiæ, quæ culminibus ita ſolet adhærere; vt principes aliquando ſuperbiæ nomine ſignificentur, nouum iſtuc aliquibus videatur, at verum putabit Chaldaica verſio; nam Iſa. 16. 6. vbi noſter habet: *Audiuimus ſuperbiam Moab*, ipſa legit: *Audiuimus principes Moab*; vt ſuperbia principum nota ſit, & conſignatio.

1189. *Qui ſuper alios eſt ima deſpiciat, ſepulchrum cogitet.* *Gorop.*

Qui ſuper alios eſt, ima reſpiciat, ſepulchrum cogitet, & mortem, vt animam ponat, ac ſuperbiam, quæ facile magnorum mentem afflat, & corripit; apud Cymbricos, vt obſeruabat Goropius lib. 4. Hermathenæ *Barg* mentem, & excelſum ſignificat; ſi verò inuertatur hoc verbum fit *grab*, quod *foſſam* denotat, & *ſepulchrum*, vt qui excelſus, & ſublimis eſt, ſe cogitet moriturum, aut ita in altum euectum, vt leui etiam brachio poſſit cadere.

Dux aliorum futurus mundana omnia exuat. *B. Laur. Iuſt.*

Dux aliorum futurus mundana omnia debet exuere, peritura omnia abiicere, in cuius rei ſignum Moſes futurus populi Iſraelis dux calceamenta ſibi detraxit; quod in hunc modum expendebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſcipl. monaſt. conuerſ. cap. 4. *Olim Dominus Moſi ſancto præcepit, vt pedes ſuos nudaret, cum in loco ſancto ſtaret: ipſe verò Propheta diuino non eſt auſus appropiare fulgori, niſi poſtquam de pedibus abſtulit calceamenta ſua iuxta Domini mandatum: quo peracto ſecurus ſtetit*, LIBERE DOMINVM ADIIT, VOCEM IPSIVS AVDIVIT: POPVLI DVCATVM PROMERVIT: *virtutémque miraculorum faciendorũ tunc adeptus eſt, cum mundi huius* MATERIAM *abiecit*, Abeunt ab hoc exemplo, ab hac mente qui futuri aliorum duces ardentiori terrenorum ſiti corripiuntur, ſtatim ad lucra mentem demittunt, ad opes augendas ſe parant.

1190. *Perſtricti qui pecuniæ cumulandæ cauſâ dignitatum munia exercent.* *Nicet.*

Plerique munera, & dignitates appetunt, aggerendæ pecuniæ causâ; quos iure apibus quis comparauerit, vndecunque aurum elicientes, vt ex variis herbarum generibus apes ſuccum emungunt melli conficiendo; huc facit quod habet Nicetas Choniates in Alexio Comneno Imperatoris Manuelis filio: *Cùm audiſſet* (Andronicus) *curatores eius* (Alexij) *patricios partim vt apes in prouincias euolare, & pro* MELLE PECVNIAM CONGERERE, *partim vt capræ frondes ita imperium continenter appetere.*

Quo grauius peccat populus, eo ſplendidior principis vita ſit. *Rupertus.*

Quò grauiùs peccat populus, ſplendidior principis vita ſit. Obſeruo Moyſi faciem tunc illuſtratam non cùm accepit tabulas, ſed cum fregit. Rupertus lib. 5. in Ioannem: *Cum prioribus tabulis facies Moyſis non refulſit, ſed acceptione* TABVLARVM POSTERIORVM SPLENDIDA FACTA EST; nimirum cùm populus peccat, tunc illuſtriora virtutis facinora edere ſuperior debet.

Moſis laus in ferendis calumniis. *S. Greg. Nyſſ.*

Ad Moſis laudem eximiam facit, vt hoc quoque adiiciam, illa ſancti Gregorij Nyſſeni formula, quâ eum & inter calumnias, & obtrectationes, intérque magni oneris onera Moyſem ſemper fuiſſe aſſerit; hæc huius ſancti Patris ſunt verba orat. aduerſus eos, qui caſtigationes ægre ferunt: *Vſque adeo*, inquit, *populi* PRÆFECTVRA, *docendique munus res eſt offendiculis obnoxia, vt Moyſi ne fratres quidem pepercerint: quin & Maria obloquebatur, & Aaron conuiciabatur: at imperij onus importunum naturalem concitauit beneuolentiam, & amiciſſimos, pióſque viro laborioſo, vt inſurgerent fecit. Verùm nihil ad hoc, ille ſiquidem erat perpetuo Moſes, &* NIHIL SE IPSO DETERIOR EVADEBAT.

1191. *Principum neceſſitas nauis & domus ſimilitudine probata.* *S. Chryſoſt.*

Principum, rectorúmque neceſſitatem, nauis, & domus ſimilitudine colligebat ſanctus Chryſoſtomus, vt enim illa gubernatorem exigit, iſta trabibus eget, ſic Vrbes rectoribus indigent, ne pereant; ſic ille loquitur homil. de principatu: *Vt enim ſi* GVBERNATOREM *à naui ſubduxeris, nauim ipſam euerteris; & ſi ducem ab exercitu ſubmoueris, vinctos hoſtibus milites tradideris: eodem ſanè modo, ſi rectores ab vrbibus ſuſtuleris, alieniorem à ratione vitam traducemus, quam ipſæ belluæ. Nam quod ſunt tigna trabis intexta in ædificiis, idem quoque ſunt moderatores, Principes, & proceres in ciuitatibus.*

Caueat qui aliis præſidet, ne deliciarum ſu-

Qui alios regis caueat ne in ſuperfluarum deliciarum cupiditate ſubditos nimium vexet. Gen. 1. 29. *Regibus præferendus qui Deum in conſcientia portat.* S. Auguſt.

perfluarum cupiditate ſubditos nimium vexet. In primordio mundi, Deus ſtatim ac animantium imperium homini exhibuit, eam illi eſcam aſſignauit, quæ cum brutis ipſis eſſet illi communis *Geneſ.* 1. 29. nimirum ne deliciarum apparatu in ſubditos qui ſubditis præeſt debaccharetur.

Regibus præferendus ille, qui Deum in conſcientia portat; ſancti Auguſtini hæc ſunt verba ſerm. 7. de tempore: *Si potens eſt, qui mundo imperat, quam beatus eſt, qui* DEVM IN CONSCIENTIA PORTAT; Magni refert ſic Deum ferre, Deum portare, & tamen ad hoc culmen, ad hanc dignitatem pauci aſpirant, ad extimam illam, inanémque tam multi ſuſpirant; nimirum quia pauci ſapiunt, deſipiunt multi.

CAPVT CXVII.

De abluendi ritu ritus quidam, quædam obſeruationes.

Corporis ablutio *à nonnullis præmiſſa, cùm de præſulis electione ageretur.*

Monachorum corpora non lauabantur *apud Græcos, ſed ſpongiâ calidâ aquâ imbutâ abſtergebantur.*

Aqua, *quâ ſanctorum corpora abluta pleriſque ſalutaris.*

Aqua *à ſanctorum corpore incorruptibilitatem quandam mutuata.*

Iudæi ablutione *ſordidiores fiunt.*

Ritus aliqui in Sacerdotum ablutione *ſeruari apud Hebræos ſoliti.*

Mulierum modeſtia, & pudor in ablutione.

Somnia quæ metum incuſſerant ſuperſtitiosè abluta.

Samaritani ſynagogam ingreſſuri peculiares veſtes *induebant, &* abluebant *corpus.*

Fideles poſt baptiſmum à lauacro *per totam hebdomadam abſtinebant.*

Eorum filij qui aqua intercute obierant pedes aquis immergere *iubebantur.*

Lauacra *militibus interdicta, vt & ſpecula.*

Suam, aut alterius veſtem abluere *olim aſcetis nefas, ſine ſuperioris licentia.*

1192. CVm de aquis agamus, de ablutione aliqua libanda, quæ aquâ fit; alibi etiam de hoc argumento egi, ſed quæ ibi indicta dicenda hîc ſunt.

Corporis ablutio à nonnullis præmiſſa, cùm de præſulis electione agentur. Alex. Geral.

A quibuſdam corporis ablutionem præmiſſam lego, dum de Præſulis electione agendum eſſet; ita certè decernit Sara Palanteræ terræ Præſul, in cuius edicto, quod refert Alexander Geraldinus in ſuo itinerario lib. 5. exſtant hæc verba: *Iubeo iis, qui præſenti tempore, & iis qui futuro ſæculo erunt, edico ſub furore diuino eis venturo, qui non paruerint, ſub ira Dei per capita eorum obreptura, qui id impiè detrectarint, & ſub poteſtate mihi à cœlo attributâ, impero, vt in quacunque futurorum præſidum electione, in primo patriæ Templo, quod in vrbe Brundiſina, in vnum coiant toto* CORPORE AQVA PVRA DILVTO *antequam in æde Deo ſancta conueniant, mox pectore per retentum ſolum ſtrato orent; inde per omnia altaria animo vndique deuoto obeant. Poſtea communi voto ſanctum Patriæ antiſtitem cooptent, qui legitimo matrimonio ortus ſit, qui præclarâ doctrinâ, teſtatâ per gentes pietate, commendato morum genere agat, cuius parentes in magno timore viuendo fuerint. Quorum vita vbique nota, quorum innocentia vbique probata manſerit, qui magnâ in pauperes miſericordiâ, magna cum toto populo charitate ſteterit, & ſimilia illum ornamenta habere volumus, & tantò maiora, quantò maiori per populum dignitate ipſe futurus eſt, quam illi fuêre; & ſi aliter actum erit, eam electionem plane nullam eſſe volumus.*

Apud Græcos monachorum corpora non lauantur, ſic enim ait Græcum Euchologium: 1193.
Non oportet lauare corpus monachi, aut prorſus nudum conſpici; ſpongia tamen calida aqua imbuta corpus abſtergunt, cruciſque ſignum in defuncti fronte, pectore, manibus, pedibuſque formant; ſic idem Euchologium: *Monachus ad hoc deſtinatus, ſpongia abſtergit cadauer cum* AQVA TEPIDA *in ſpongia; efformans primo cum ſpongia crucem in fronte defuncti, in pectore, in manibus, in pedibus, & genibus, & nihil aliud.*

Monachorum corpora non lauabantur apud Græcos ſed ſpongiâ calidâ aquâ imbutâ abſtergebantur. Euchol.

Aquam, quâ ſanctorum corpora abluta, aliquibus fuiſſe ſalutarem certum eſt, & id euincunt multorum exempla; Beatus Beda in vita ſancti Luthberti ſcribit: *Quendam dæmoniacum ad ſepulchrum huius ſancti adductum, qui cum vlulando, ingemiſcendo, & frendendo dentibus nimio cunctorum viſus, & auditus horrore concuteret, nec eſſet, qui aliquod remedij genus excogitare quiuiſſet, cum ecce quidam de præsbyteris edoctus in ſpiritu, per opitulationem Beati Patris Luthberti; illum poſſe ſanari, venit clanculo ad locum, vbi nouerat* EFFVSAM ESSE AQVAM, *qua corpus eius defunctum fuerat lotum: tollenſque modicam humi particulam, immiſit in aquam, quam deferens ad patientem, infudit in os eius.*

Aqua quâ ſanctorum corpora abluta pleriſque ſalutaris. B. Beda.

Cùm ablutum Beati Vincentij Ferretij corpus aqua eſſet, aquæ corpus incorruptibilitatem quandam affricuit, medicámque virtutem; 1194.
Petrus Rauzanus, qui huius ſancti res geſtas recenſuit ita ſcribit apud Surium tom. 2. *Corpus ſancti Vincentij* AQVIS LOTVM *eſt, quemadmodum habet multarum gentium conſuetudo, vt corpora vitâ functorum lauent. Aquam verò ipſam, quâ illud abluit, diu accuratéque conſeruarunt, nec ea vnquam corrumpi potuit, nec inde aut vermes, aut aliquid fœditatis enatum eſt: imò verò tam diu gratiſſimi fuit odoris, donec in eo vaſe, in quo aſſeruabatur, penitus corrupta eſt; Multi etiam cùm ex ea bibiſſent, variis ſunt morbis liberati.*

Aqua à ſanctorum corpore incorruptibilitatem quandam mutuata. Pet. Rauz.

Iudæi tales ſunt vt ipſâ ablutione ſordidiores fiant laterum more; eos pulchrè perſtringit ſanctus Gaudentius tract. 9. *Non poſſum*, inquit, *parcere tranſiens purificationi Iudæorum immundæ, lauant polluta corpora, ſemper immundi ſunt, & vt dici ſolet* LATEREM LAVANT, *illum laterem, quem parauerunt in Ægypto Pharaoni Diabolo exhibentes ſe ipſos arma iniquitatis, &c.*

Iudæi ablutione ſordidiores fiunt. S. Gaud.

Sacerdotes, qui templo ſeruiebant, munus aliquod ſacrum exercere non poterant, niſi prius abluerentur; in vaſe autem tanta aqua eſſe debebat, quæ quatuor ſaltem ablutioni ſatis eſſet; iſte porrò modus in ablutione ſeruabatur; ſedere non poterant, ſed ſtare iubebantur, manu dexterâ, pedem dextrum abſtergentes; ſiniſtrum; 1195.

Ritus aliqui in Sacerdotum ablutione ſeruari apud Hebræos ſoliti. Hebr.

Digitized by Google

ſtum ; hac cautione vt manu annulum habere non poſſit, nec digitum obuolutum aliquo pacto habere ; Audiendus hîc auctor libri שלטי הגבורים cap.27.vbi hæc babet:

וחמים הצריכין להיות בכיור לא יהיו פחות מכדי לקדש ממנו ארבעה כהנים שנאמר אהרן ובניו · והיו העור ואיתמר ופנחס עמהם הרי ארבעה · ומצות קדוש היא באופן זה. מניח ידו הימנית על גבי רגלו הימנית וידו השמאלית על גבי רגלו השמאלית ושוחה ומקדש· וכל החוצץ בטבילה חוצץ בקדוש ידים ואינו מקדש כשהוא יושב מפני שהוא בעבודה ואין עבודה אלא מעומד שנאמר לעמוד לשרת :

Mulierum modeſtia, & pudor in ablutione. Clem. Alex.

Mulierum modeſtiam, pudoremque in ablutionis actu ita repræſentabat Clemens Alex. lib.4.ſtrom. *Dion certè Philoſophus refert quandam mulierem Lycidiſam propter inſignem pudorem ſe lauaſſe cum ipſa tunica : Philoteram autem cùm eſſet ingreſſura ſolium, paulatim contraxiſſe tunicam quantum quæ nuda erant tegebantur ab* AQVA, *deinde rurſus paulatim accedentem induiſſe.* hæc ille.

1196. *Somnia quæ metum incuſſerant ſuperſtitioſè abluta.* Cæl Rhod.

Somnia olim, quæ metum inferre aliquem poſſent ſuperſtitioſè abluebantur; Cælius Rhodiginus lib.27.lect.antiq.cap.16. *Nec illud præterierim: veteris fuiſſe ſuperſtitionis meticuloſa ſomnia interim* ABLVTIONE *euerruncare : quod apud Æſchylum eſt obſeruatum, vt docuit in Batrachis Ariſtophanes.*

Vt ſomnium ABLVAM *diuinum.*

Samaritani Synagogam ingreſſuri peculiares veſtes induebãt, & abluebant corpus. Benjamin.

Cuthæis, ideſt Samaritanis mos erat, vt ſynagogam intraturi communes veſtes exuant, & peculiares induant, lauentque aquis corpus; quod referebat Benjamin in ſuo itinerario in hæc verba : *Obſeruant*, inquit, *ſe a contaminatione mortui, & oſſium, & occiſorum, & ſepulchri: moris etiam his eſt veſtes, quibus quotidie vtuntur, exuere, cùm in ſynagogam eundum ſit, &* LAVARE *aquis corpus, aliaſque veſtes induere in hunc duntaxat vſum comparatas.*

1197. *Fideles poſt baptiſmum à lauacro per totam hebdomadam abſtinebant.* Tertull.

Olim per totam hebdomadam à lauacro abſtinebant poſt baptiſmum fideles; ita indicat Tertullianus cap. 3. de corona milit. *Ex ea die* (Baptiſmi) LAVACRO QVOTIDIANO *per totam hebdomadam abſtinemus.*

Lauacra militibus interdicta, vt & ſpectacula. S.Cypr.

Lauacra militibus olim interdicebantur, ſicut & ſpectacula, ex quo more à deliciis viduam auocat ſanctus Chryſoſtomus homil. 14. in epiſt. 1. ad Timoth. ait quippe : *Nam ſi miles* LAVACRIS, *ac ſpectaculis vacans, intentuſque negotiis, veluti deſertor militiæ, iure damnatur, multo magis vidua, quæ deſerto munere ſuo deliciis ſtudent. Non ergo quæramus hîc requiem vt in futuro ſeculo illam inuenire poſſimus.*

Eorum filij qui aqua intercute obierant, pedes lauare iubebantur. Plut.

Olim hæc ſuperſtitio aliquos corripuerat, vt eorum filios, qui aquâ intercute obierant, ſedere, pedes aquis immittere iuberent ; indicat iſtuc Plutarchus tract. de iis qui tard. à num. corrip *Veluti*, inquit, *cur liberos eorum qui phthiſi ſeu aqua intercuti interierunt, ſedere*, PEDESQVE AQVÆ IMMERGERE IVBEMVS, *donec mortuus cremetur: eo etenim pacto morbus transferri, ſeu ad illos transgredi minimè poſſe creditur.*

Suam, aut alterius veſtem abluere olim à ceteris nefas ſine ſuperioris licentia. Auon.

Suam, aut alterius veſtem abluere ſine Archimandritæ licentia nefas olim Aſcetis erat; Auctor libri pœnarum, qui ſancti Baſilij operibus attexitur, ſic num. 22. ſcribit: *Si quis* LAVAT *aut alterius, aut ſuam veſtem præter voluntatem Archimandritæ, careat benedictione* ; tam integra, & perfecta obedientiæ forma vigebat apud illos. Sed quia de ablutione corporis vniuersè egi, rē nunc coërceo ad manus, & quaſdam obſeruationes offero circa manuum ablutionem.

Nouarini Nuptiales Aquæ.

CAPVT CXVIII.

De manuum ablutione priſci quidam ritus.

Orationi præmiſſa manus ablutio.

Effuſis ex oculis lachrymis manus ſibi abluiſſe *ante orationis fuſum.*

Apta abluendis manibus *compunctionis aqua.*

A malorum conſortio abeat, qui culpæ maculas abſtergere *ſtudet.*

In oratione non manus tantùm abluendæ, *ſed & cor.*

Superſtitioſi ritus circa manuum ablutionem *ſeruari ab Hebræis ſoliti ante menſam.*

Morte dignos cenſent Hebræi qui manducaturi manus non abluunt.

Cauent Hebræi ne nimis exigua aquæ menſura *eluendis manibus adhibeatur.*

In manus, & vaſorum ablutione *ſcribarum ſuperſtitio.*

Poſt manus ablutionem *cauent ne aliquid loquantur Hebræi donec benedictio panis perfecta ſit.*

Manuum puritas *quærenda in conſpectu oculorum Dei.*

Manus ritè lauat *qui opera ab inanis gloriæ puluere eluit.*

Iuſtus qui in ſanguine peccatoris manus ſuas abluat?

Cur nec ante conuiuium, nec poſt abluant *ſibi manus Sinæ*

Crus, & brachia quotidie olim abluebant, *ra- rò totum corpus.*

Pilatus Hebræorum more lauiſſe *ſibi manus.*

Propter cædes bis ſeptem vndis *veſtes abluebant.*

Qui homicidio ſe infecerat aquis *ſe purgabat.*

Manus abluens *Pilatus ad Orientem ſe conuertit.*

1198. *Orationi præmiſſa manus ablutio.* Oleaſt.

ORationi præmittunt manuum ablutionem Hebræi ; probaui hoc alibi; hîc tantum aſſero Oleaſtrum, qui in cap. 19. Exod. ait : *Nullus Iudæorum orare præſumit : niſi prius manus, quas Deo debet extendere lauerit, & licet Dominus in noua lege magis interiorem quàm externum munditiem diligat non tamen corporalem omnino negligit :* Melius illi ante orationis fuſum ſuis lachrymis manus ſuas abluiſſe referuntur.

Effuſis ex oculis lachrymis manus ſibi abluiſſe ante orationis fuſum. Acta.

Quoſdam effuſis ex oculis lachrymis lauiſſe ſibi manus reperio: in actis ſanctorum Agathopodis Diaconi, & Theoduli Lectoris apud Metaphraſtem hæc lego : *Nocte media, cum eos Deus ſecundum quietem opportunis viſis confirmaſſet, læti ſurgentes Chriſtum omnium Saluatorem voce magna*

collaudarunt. Deinde fuſo præ lætitia lachrymarum imbre, quo MANVS SVAS LAVISSE *dicuntur flexis in terram genibus, ſupplices Deo preces obtulerunt.*

1199. Apta manibus abluendis aqua compunctio, optima fluenta abſtergendis criminum maculis lachrymæ; feſtiuè Richardus Victorinus in Pſalm. 25. in calce ad illa verba: *Lauabo inter innocentes manus meas*; ait: *Quoties pro ſordibus operum in conſpectu tuo defleo, manuum mearum* MACVLAS LACHRYMARVM VNDA LAVARE CONTENDO: *quicquid enim per culpam fœdatur, citò per compunctionis lauacrum diluitur: qui vult ergo mundas manus habere, ſtudeat eas aſſiduis fletibus mundare.*

Apta abluendis manibus compunctionis aqua. Rich. Vict.

Sed ſignatè addidit Propheta abluiturum ſe manus ſuas inter innocentes, qui enim abſtergere culpæ maculas cupit, à malorum hominum conſortio ſe ſubducit, bonorum conſuetudini ſe inſerit; cum facilè alia flenda committat, qui mala inter malos deflet; Rectè aduocatus Richardus vbi poſt verba producta, ſtatim addit: *Sed quia hoc inter bonos melius agitur, quorum exẽplis inſtruimur, quorum doctrina erudimur, quorum orationibus adiuuamur;* LAVABO *& ego non inter quoſlibet, ſed lauabo inter innocentes manus meas; ſcio quia illi innocentes exiſtunt, exiſtant & illi, veram innocentiam ſeruant, qui nec propriam animam lædunt per conſenſum prauæ voluntatis, nec alienæ nocent per exemplum peruerſæ operationis. Tales ergo ſocios habere ſtudeo, quia opera munda habere deſidero*; vix innocens diu erat, qui inter innocentes non viuit; quod ſi lachrymas fundens innocentum conſortio indiget, tutus ille eſſe poterit, qui inter mundi huius læta, & amatores ſuos fallentia nocentes conſortes habet.

A malorum conſortio abeat, qui culpæ maculas abſtergere ſtudet. Pſal. 25.

1200. In oratione non manus tantum abluendæ, abluendum ab omni macula cor; ſcitè Tertullianus cap. 11. de orat. *Cæterum*, inquit, *quæ ratio eſt manibus quidem* ABLVTIS, *ſpiritu verò ſordente orationem obire, quando & ipſis manibus ſpiritales munditiæ ſint neceſſariæ, vt à falſo, à cæde, &c. purè alleuentur. Hæ ſunt veræ munditiæ, non quas plerique ſuperſtitioſè curant, ad omnem orationem etiam cum* LAVACRO *totius corporis* AQVAM *ſumentes.*

In oratione non manus tantũ abluenda ſed & cor. Tertull.

Qui ritus, quæ ſuperſtitiones in manus ablutione ante menſam obſeruarentur ab Hebræis, longum eſſet, ſi hic omnes recenſeremus; pauca hæc ex libro benedictionum habe; *Primo abſque menſa inſtructa edendum non eſt; ſecundò manus prius* ABLVENDÆ, *& tergendæ, alioquin panis, qui comeditur, immundus iudicatur. Modus autem lauandarum manuum eſt: ſtandum eſt cùm lauas manus, & non innitendum parieti, aut aliquo ſuſtentaculo. Eligenda eſt aqua pura, non ſalſa, aut corrupta, quam canis dedignatur bibere. Fundenda eſt aqua tribus vicibus ſuper manus. In prima fuſione ſunt digiti ſurſum leuandi, in poſterioribus verò demittendi. Sunt manus ſimul lauandæ, non vna poſt alteram. Tertiò opus eſt in manuum lotura, vt manus ſiniſtra tanquam famula ſubſeruiat dexteræ. Nec ſatis erit, ſi manus abſque aqua, cum mappa bene terſeris, aut ſi illotis manibus ad menſam acceſſeris, & ...... vſus nudâ manu cibum non contigeris. Qui verò è cloaca ad menſam accedere voluerit is tenetur bis lauare manus.*

Superſtitioſi ritus circa manuũ ablutionem ſeruari ab Hebræis ſoliti ante menſam. Hebr.

1201. Religioſi maximè Iudæi ſunt in manibus abluendis dum manducaturi ſunt, adeò vt contemptores huius ritus excommunicatione dignos cenſeant, & morte, ſic habetur in שלחן ערוך tract. de manuum ablutione.

Morte dignos cenſent Hebræi, qui manducaturi manus non abluunt. Hebr.

In abluendis manibus iidem cauendum docent, ne nimis exigua aquæ menſura adhibeatur, maiori bono cumulandi, ſi vberiori aquæ copia abluant manus; in שלחן ערוך tract. de ablut. huius rei mentio fit, vt ibi videre eſt.

Cauent Hebræi ne nimis exigua aquæ menſura in abluendis manibus adhibeatur. Hebr.

In manus, & vaſorum ablutione ſuperſtitione quadam ſpurcabantur Scribæ; indicant hoc Nicetæ verba lib. theſaut. 1. cap. 39. *Scribæ vt in cæteris cum Iudæorum vulgo conuenirent ſuperfluis tamen neſcio quibus obſeruationibus addicti, vrceos, pocula, patinas, & cætera id genus menſalia vaſa, pugnoque facto ſuas ipſorum manus curioſiori ſuperſtitione* ABLVEBANT. *Vaſcula inſuper ante perpurgabant, quam cibos ex illis caperent.*

In manus, & vaſorũ ablutione ſcribarum ſuperſtitio. Nicet.

1202. Poſt manus ablutionem cauent Hebræi, ne aliquid loquantur donec panis benedictionem abſoluerint ita in שלחן ערוך tract. de ablutione manuum.

Poſt manus ablutionem cauent ne aliquid loquantur Hebræi donec benedictio panis perfecta ſit.

Puras ſe habuiſſe manus aſſerens Propheta Regius, Pſalm. 17. addidit; *In conſpectu oculorum eius*; non eſſent puræ ſi in conſpectu tantum hominum eſſent: impura illa puritas eſt, quæ oſtentatur hominibus, non Dei oculis exhibetur; ſcitè noſter Agellius hîc: *Quæ* PVRITAS MANVVM *mearum in conſpectu oculorum eius fuit, non enim, inquit Euſebius, illam oculis hominum oſtentabam, vt illis placerem, ſed ante oculos ſummi Iudicis meam puritatem exhibere ſtudebam.*

Manuum puritas quærenda in conſpectu oculorum Dei. Pſal. 17. Agell.

Benè ille manus abluit, qui opera ab inanis gloriæ puluere, cœnoque ſuperbiæ eluit. Quò nos ducebat Richardus Victorinus in Pſal. 25. expendens illa verba: *Lauabo inter innocentes manus meas*, ait enim: *Lauabo ergo inter innocentes manus meas; geminæ manus geminum eſt opus, opus iuſtitiæ, & miſericordiæ, exercebo ergo me in hoc gemino opere, vt habeas quas poſſim manus ad ſe per bonam intentionem leuare, & ſi forte his manibus inter agendum aliqua, vt aſſolet, macula inhæſerit, & eas vel cœnum ſuperbiæ, vel puluis cenodoxiæ fœdauerit, lauabo vtique inter innocentes manus meas, & ſatagam in quantum potero mundare eas.*

Manus ille lauat qui opera ab inanis gloriæ puluere eluit. Rich. Vict.

1203. Qua ratione iuſtus in ſanguine peccatoris manus lauet docet ſanctus Auguſtinus in Pſal. 57. *Manus ſuas* LAVABIT *in ſanguine peccatoris. Quid eſt hoc? intendat charitas veſtra. Numquid quando feriuntur homicidæ, debent illuc innocentes ire, & lauare manus ſuas? ſed quid eſt, in ſanguine peccatoris lauabit manus ſuas? Iuſtus quando vidit pœnam peccatoris proficit ipſe: & mors alterius valet ad vitam alterius.*

Iuſtus qui in ſanguine peccatoris manus ſuas abluat. Pſal. 57. S. Auguſt.

Nec ante conuiuium, nec conuiuio abſoluto abluunt ſibi manus Sinæ; rem, & cauſam habes à Nicolao Trigaut. de exped. Chriſt. lib. 1. cap. 7. vbi ita ſcribit: *Quoniam nihil edulij Sinæ manu tangunt, ideo nec ſub initium, nec ſub conuiuij finem,* MANVS LAVANT.

Cur nec ante conuiuium, nec poſt abluant ſibi manus Sinæ. Nicol. Trig.

Crus, & brachia quotidie olim abluebant toti rarò lauabantur, Seneca id refert epiſt. 86. *Vt aiunt, qui priſcos mores Vrbis tradiderunt* BRACHIA, ET CRVRA QVOTIDIE ABLVEBANT, *quæ ſcilicet ſordes opere collegerant, cæterum toti rarò lauabantur.*

Crus, & brachia quotidie olim abluebant raro totum corpus. Seneca.

1204. Lauiſſe ſibi manus Pilatus in Chriſti morte notiſſimum eſt, & disertè hoc refert ſanctus Matthæus cap. 27. Quæri hic poteſt an in hac re Romanorum fuerit ſequutus morem an Iudæorum. Origenes hoc poſtremum complectitur. *Iudaïco vſus eſt more facta placare.* Agellius noſter eos de Chriſti innocentia non ſolum verbis, ſed etiam Iudæorum ſolemne ſecutum tradit, ait enim in Pſal. 22. *Erat moris in illo populo, vt qui à maleficio*

Pilatus Hebræorum more lauiſſe ſibi manus. Matth. 27. Agell.

maleficio aberant MANVS LAVARENT, *& hoc quaſi teſtimonio ſuam innocentiam ſignificarent: lege* Deut. 21. *quem Pilatus morem Iudæorum hac in re ſequutus eſt Matth.* 28. & in Pſal. 25. idem confirmat his verbis: *Erat autem in more id illius gentis poſitum vt cum ſe nullo teneri crimine profiteretur aliquis* LAVARET MANVS. *De quo more habetur* Deut. 21. *Et Pilatus in Euangelio lauit manus.*

Propter cædes bis ſeptem vndis veſtes abluebant. Suid.

Hunc tamen morem etiam aliis in vſu fuiſſe obſeruatum & à nobis alibi, & ab aliis etiam eſt; inuenio & veſtes bis ſeptem vndis abluetas; Suidas verbo....... *A bis ſeptem fluctibus tranſlatio ab his, qui propter cædes factas luſtrantur, hi etenim bis ſeptem vndis veſtes ſuas eluunt.*

Qui homicidio ſe infecerat aquis ſe purgabat. Tertul..

Tertullianus vniuerſim cap. 5. de baptiſmo: *Item penes veteres quiſquis ſe homicidio infecerat purgatiua* AQVA *ſe expiabat.*

Manus abluens Pilatus ad Orientem ſe conuertit. Theod. Euſeb.

Illud nec adeò obuium, nec adeò obſeruatum Pilatum cùm manus ablueret ad Orientem ſe vertiſſe, aperto prius atrio: Theodoretus lib. 4. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 7. *Conuerſus ad Orientem, petere aquam manibus, eaſque lauare cœpit*; & Euſeb. lib. 10. hiſtor. cap. 4. *Atrium aperit ſeſe ad ipſos Orientis Solis radios.* Sed à manibus ad pedes etiam eamus, déque pedum ablutione aliqua noſtra lectori offeramus præter illa, quæ alio à nobis loco oblata ſunt.

CAPVT CXIX.

De pedum ablutione, veſtimentorum, rerúmque aliarum.

Pedes vino, eòque aromatico aliquando abluti.
Chriſtus ſuorum pedes lauans *eos ſuis genibus impoſuit.*
Se, animámque ſuam abluit, *qui hoſpitibus pedes abluit.*
Qui pauperis pedes abluit, *ſe abluit.*
Vnde ortum vt olim hoſpitibus pedes abluerentur.
De hoſpitum pedibus abluendis *elegans ſententia.*
Mulieres olim virorum pedes abluebant.
Virgines virorum pedes abluentes.
Viduæ matronæ hoſpitum pedes abluebant.
Apud Ægyptios ſi quis ſuillum pecus tetigiſſes ſtatim in flumine *cum omnibus veſtibus* abluebatur.
Suillum pecus *Libero, & Lunæ immolabatur, non aliis Diis.*
In teſtudineis alueis infantes abluti.
Oues diebus feſtis purganda lanæ causâ ablui *non poterant.*
Superſtitioſa ablutio *in aliquibus fontibus.*
Aquâ reſidentem in oculis ſomnum mane abſtergebant.
Ineptè corpus abluit, *qui animam ſordidatam circumfert.*
Veſtimentorum ablutio *ad animæ puritatem procurandam translata.*
Sacrorum hominum corpus *quàm purum.*
De veſtimentorum ablutione *priſca lex.*
Hemerobaptiſtæ qui quotidiè ſe abluebant.

PRæter illa, quæ & ſuperius, & alibi nobis de pedum ablutione dicta, hæc etiam habeo quæ adiiciam. 1205.

Pedes vino, eòque aromatico aliquando abluti. Athen.

Pedes vino, eòque aromatico ablutos indicant hæc Athænei verba lib. 4. *Intrantibus offerebantur* PELVES *plenæ lauandis pedibus*; quod habet etiam Buleog. lib. 1. de conu. cap. 6.

Chriſtus ſuorum pedes lauans eos ſuis genibus impoſuit. Marc. Vig.

Lauiſſe Chriſtum ſuorum Diſcipulorum pedes certum eſt, & traditum à Ioanne Euangeliſta, lotos verò genibus ſuis impoſuiſſe, non ita eſt certum, hoc tamen tradit Marcus Vigerius chordâ -. cap. 21. dum ait: LOTOS PEDAS *abſtergendos, genibus ſuis imponit. Genibus, quorum ſuperioribus cælum, quorum inferioribus, terrarum orbis ſcabellum eſt. Quæ maioris humilitatis ſigna, imò experimenta certiſſima dari potuerunt?*

Se, animámque ſuam abluit qui hoſpitibus pedes abluit. S. Auguſt.

Se, animámque ſuam abluit qui hoſpitibus pedes abluit; Huc ſpectabat ſanctus Auguſtinus ſerm. 127. de tempore: *Inclinemus nos ad ſanctorum, vel peregrinorum* VESTIGIA: *quia, cum hac ſancta humilitate complemus, illorum quidem pedes manibus noſtris tangimus, ſed animarum noſtrarum ſordes, & maculas per fidem, & humilitatem* ABLVIMVS, *& non ſolum minuta, ſed etiam capitalia peccata purgamus.*

Huc etiam ſpectat ſanctus Petrus Damianus 1206.

Qui pauperis pedes abluit, ſe abluit. S. Pet. Dam.

opuſc. 9. cap. 1. *Nam cum pauperum pedes in eius, qui præcepit, deuotione lauantur, lauantis profectò & anima ſimul & corpus à peccatis abluitur. Vnde & Petrus ait: Domine non tantum pedes meos, ſed & manus, & caput. Cur itaque Petrus non alia corporis membra cum pedibus præter* MANVS, *&* CAPVT *obtulit, niſi quia per hæc opera corporis, & cogitationes mentis expreſſit? Caput enim pro mente, manus verò pro totius ponitur corporis actione.*

Vnde ortum, vt olim hoſpitibus pedes abluerentur. Oleaſt.

Vnde ortum vt olim hoſpitibus pedes lauarentur, docet his verbis Oleaſter in cap. 19. Geneſis: *Ratio, vt reor, quare tunc hoſpitibus aqua ad pedes abluendos ad ingreſſum dabatur, eſt, quia omnes pedites incedebant, nec erat tunc vſus equorum: ideo ne illotis pedibus domum fœdarent, atque etiam vt melius quieſcerent, pedes in ingreſſu* LAVARE SOLEBANT, *crediderim etiam tunc temporis nudis pedibus homines inceſſiſſe.*

De hoſpitum pedibus abluendis elegans 1207.

De hoſpitum pedibus abluendis elegans ſententia. S. Auguſt.

ſententia eſt ſancti Auguſtini ſerm. 69. de Tempore: *Lauate peregrinantium* PEDES, *ne fortè in illis remaneat puluis, quem ad iudicium veſtrum poſſint de pedibus ſuis excutere. Sic enim in Euangelio dixit, qui non exceperint vos exeuntes excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij: Hoc ergo prævidebat Abraham, & ideo volebat præuenire, & lauare pedes, ne quid fortè pulueris reſideret.*

Mulieres olim virorum pedes abluebant. Homer.

Pudiciores mulieres olim erant, quàm nunc ſunt; lauabant illæ viros. Homer. Odyſſ. 3. in calce.

Interea Telemachum LAVIT *pulchra Polycarte*
Porrò poſtquam lauit, & vnxit pingui oleo
Circum ipſum induſium pulchrum iecit, & tunicam.

Athen.

Athenæus lib. 1. *Introducit Homerus* PVELLAS, *&* MVLIERES, *quæ* LAVANT *hoſpites, quaſi neque inflammationem, neque intemperantiam*

patiantur, quæ bene vixerunt. Antiqua hæc autem conſuetudo.

1208. In ſacris huius ritus exempla non ſemel habemus; illuſtro illud de Abigail 1. Reg. 25. 40. & 41. vbi hæc habentur: *Venerunt pueri* David *ad Abigail in Carmelum, & locuti ſunt ad eam dicentes:* David *miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem: quæ conſurgens adorauit prona in terram, & ait: Ecce famula tua ſit in ancillam, vt* LAVET PEDES *ſeruorum* Domini *mei*, &c. Vides ancillarum fuiſſe pedes virorum lauare.

Virgines virorum pedes abluentes. 1. Reg. 25. 40.

Hic mos, quo puellæ, mulieresque ac viduæ viris pedes lauabant etiam ad poſteriora tempora deuolutus eſt. Hinc illuſtratur illud quod Paulus habet 1. ad Timoth. 5. *Si ſanctorum pedes lauit*, male hic aliqui accipiunt, lauit, ideſt lauare fecit, nempe per miniſtros, quod falſum eſt, & à vero ſenſu diſſitum, imò non ſolum per famulas id facere vult Apoſtolus, ſed per ſe ipſam. Audiamus Theophylactum hic: *Hoc dixit, quia multæ quidem hoſpitales ſunt, & hoſpitio recipiunt peregrinos, ac ſanctos, ipſæ autem per ſe ipſas non inſeruiunt, ſed per ancillas. Volens ergo viduam per ſe laborare, nec ignauam eſſe ipſam, per ſeſe miniſtrare iubet, ignauia enim, & mollicies delicianti potius eſt, & voluptuariæ. Et aliter, ne omnino penuriam prætexat aliqua, quæ minus ſit hoſpitalis, vt quæ non abundet re familiari, neque diues ſit. Abluere, inquit, pedes, non eſt magni ſumptus, neque copiæ. Sancti autem ſunt omnes, quotquot fidem rectam cum vita habent, etiamſi ſigna non edant, aut miracula.* Sapit igitur hæc ſententia priſcum antiquorum ritum, quo mulieres viris, maximéque hoſpitibus pedes abluebant, quæ res in vtriſque maximam continentiam, morumque candorem arguebat, quæ Chriſtianorum primæuo tempore vigebat, atque florebat; ſed ad alia pergo.

Vidua matrona hoſpitum pedes abluebant. 1. Tim. 5. Theophyl.

1209. Dignum illud ſcitu; Ægyptios adeò ſuillum pecus deteſtari ſolitos, vt ſi quis caſu belluam tetigiſſet, ſtatim in flumine cum omnibus veſtibus ablueretur. meminit huius moris Cælius Rhodiginus lib. 18. cap. 37. lect. antiquarum in hæc verba: *Suilli pecoris apud Ægyptios deteſtatio ſumma. Argumentum euidens, ſi quis tranſeunter vllo modo belluam attigerit, è veſtigio cum indumentis omnibus* IN FLVMINE ABLVITVR. *Propterea inibi ſubulcus interdicitur templis vniuerſis: nec per connubia quiſpiam cum eo genera affinitates conciliarit: animal id nec diis immolatur vllis præterquam Libero, ac Lunæ.*

Apud Ægyptios ſi quis ſuillum pecus tetigiſſet ſtatim in flumine cum omnibus veſtibus abluebatur. Cæl. Rhod. Suillum pecus Libero, & Lunæ immolabatur non aliis Diis. Idem.

In teſtudineis alueis paruulos ablutos apud nonnullos teſtatur his verbis Capitolinus in Clodio Albino. *Quum Cæſariana familia hoc ſpeciale habuerit, vt paruuli domus eius* IN TESTVDINEIS ALVEIS *lauarentur, nato infantulo teſtudo ingens patri eius munere piſcatoris allata eſt: quod ille homo literatus omen accipiens, & teſtudinem libenter accepit, & eam curari iuſſit, atque infantulo ad excaldationes pueriles dicari, nobilitandum etiam hinc ſperans.*

In teſtudineis alueis infantes abluti. Capitol.

1210. Oues diebus feſtis purgandæ lanæ cauſâ ablui non poterant, tetigit iſtuc Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 2. *Cauetur enim in iure Põtificio, vt quoniam oues duabus ex cauſis* LAVARI *ſolent: aut vt curetur ſcabies, aut vt purgetur lana: feſtis diebus purgandæ lanæ gratiâ oues lauari non liceat: liceat autem ſi curatione ſcabies abluenda ſit.*

Oues diebus feſtis purgandæ lanæ cauſâ ablui non poterant. Macrob.

Ablutionem ſuperſtitiosè in aliquibus fontibus fieri à nonnullis ſolitam carpebat Petrus Bleſenſis ſerm. 31. qui eſt in feſto ſancti Auguſtini: *Sunt, qui magis ſuperſtitiosè, quàm religiosè ſpem incolumitatis ſuæ ponunt in* ABLVTIONIBVS *quorundam fontium, in inciſionibus arborum, in alligationibus pittaciorum.*

Superſtitioſa ablutio in aliquibus fontibus. Pet. Bleſ.

Aqua reſidentem in oculis ſomnum mane abſtergebant, ita loquitur Lucianus in Amoribus: *Mane ſurgens ex lecto haudquaquam coniugali poſtquam reſidentem, in oculis ſomnum reliquum* AQVA *ſimplici abſterſit, ſacrâ chlamyde humeralibus fibulis adſtrictâ, a paternis ædibus egreditur demiſſo in terram vultu, ac neminem ex omnibus ex aduerſo intuens. Comites autem, & pædagogi, turba ipſam decens, ſequuntur.*

Aquâ reſidentem in oculis ſomnum mane abſtergebant. Lucian.

1211. Ineptè corpus abluit, qui animam circumfert ſordidatam; Benè Philo lib. de Cherubim: *Corpora quidem* ABLVVNTVR LAVACRIS, *& purificationibus: affectiones verò animæ, quibus vita ſordidatur, nec volunt, nec curant eluere. Et vt candidati templa ſubeant dant operam, diligenter emaculatis amicti veſtibus: mentem vero maculoſam in ipſa ſacraria penitiſſima inferre non verentur.*

Ineptè corpus abluit, qui animam ſordidatam circumfert. Philo.

Veſtimentorum ablutionem ſic ad animæ puritatem, munditiémque procurandam transferebat ſanctus Ambroſius lib. 1. officic. cap. 50. *Si populus ſine* ABLVTIONE *veſtimentorum ſuorum prohibebatur accedere ad hoſtiam ſuam, tu illotus mente pariter & corpore, audes pro aliis ſupplicare? audes pro aliis miniſtrare?*

Veſtimentorũ ablutio ad animæ puritatem procurandam translata. S. Ambroſ.

Ex veſtimentorum ablutione quæ fieri iubetur Exod. 19. colligit ſanctus Ambroſius quantâ puritate nitêre debeat corpus ipſum hominum ſacrorum: hæc illius verba lib. 1. officiorum cap. 50. *Et lauabat veſtimenta ſua. Si in figura tanta obſeruantia, quanta in veritate? Diſce Sacerdos, atque Leuita, quid ſit lauare veſtimenta tua, vt mundum corpus celebrandis exhibeas ſacramentis.*

Sacrorum hominum corpus quam ſit purum. S. Ambroſ.

1212. De indumentorum ablutione ita præcipit ſanctus Auguſtinus epiſt. 109. *Indumenta veſtra ſecundum arbitrium* PRÆPOSITÆ LAVENTVR *ſiue a vobis, ſiue à fullonibus, ne interiores animæ ſordes contrahat mundæ veſtis nimius appetitus.*

De veſtimentorum ablutione priſca lex. S. Auguſt.

Quidam quòd quotidie veſtimenta, & corpora ſua lauarent Hemerobaptiſtæ dicebantur; ſanctus Iſidorus Hiſpalenſis lib. 8. Orig. cap. 4. de hæreſibus Iudæorum: *Hemerobaptiſtæ eo quod quotidie veſtimenta ſua, &* CORPORA LAVENT; maculabant nimirum mentem, dum maculas à corporibus abſtergerent.

Hemerobaptiſtæ qui quotidie ſe abluebant. S. Iſid. Hiſp.

CAPVT CXX.

Idola abluta quia conſpurcata.

Idolorum ſimulachra ab auibus fœdata.
Muta animalia idola *vt contemnerent?*
Mures, & ſerpentes de Gentilium falſis numinibus *iudicant.*
Fumo Deorum ſimulachra *denigrata, & qui id fieret?*
Dij Gentium abluti *etiam cineris frictione.*
Mineruæ ſimulachrum ad flumen delatum *ab Argiuis mulieribus vt ablueretur.*
Sacra Deorum lauatio.
Deorum mater in flumine abluta.

QVia de ablutione tracto, patiar calamum in ea tingi, quâ idolorum ſimulachra abſtergebantur, vt hoc quoque lectoris notitiæ 1213.
ſubiiciam,

Digitized by Google

ſuhiiciam, quò felicitatem ſuam agnoſcat, dum Deum illum culit, qui adeò non indiget ablui, vt omnium peccata abluat, omnium culpas abſtergat.

Idolorum ſimulachra ab auibus fœdata.
baruch 6. 21.

Probaturus idolorum ſimulachra abluta à Gentilibus fuiſſe, præmitto ablutionis neceſſitatem, maculis, nidoribus, fumo, & quid fœdius eſt, auium ſtercoribus conſpurcata fuiſſe; Baruch cap. 6. verſ 21. ita loquitur: *Supra corpus eorum, & ſupra caput eorum (Deorum) volant noctua, & hirundines, & aues etiam ſimiliter & Catta*; non nudum hic auium volatum circa ſimulachra Deorum accipio, ſed cum volatu etiam conſpurcationem; Etiam Lyranus hoc vidit ad hæc verba dum ait: *Supra corpus eorum, & ſupra caput eorum volant noctua, & hirundines ſuas immunditias ibidem facientes*; quod ex aliis quoque auctoribus & firmo, & illuſtro.

Clem. Alex.

Clemens Alexandrinus adhort. ad Gentes huc reſpexit dum ſcribit: *Hirundines autem, & multa* AVES SÆPE ADVOLANTES INQVINANT IMAGINES. Deinde explicat quorum Deorum ſimulachra ita conſpurcari ſolerent, nullamque quantumuis apud illos magnorum Deorum rationem habuiſſe aues illas: *Nullam*, inquit, *curam gerentes, nec Olympij Iouis, nec Æſculapij Epidaurij, ſed nec Mineruæ Paladis, vel Serapidis Ægyptij.* Hæc ille; quinam tam amens, qui Deos nuncupet, qui nec ab auibus, earumque inquinamentis ſe tueri poſſunt, nec tantam contumeliam plectere?

1214. *Muta animalia idola vs contemnere.*
Minutius.

His lucem afferunt illa, quæ habet Minutius Felix in Octauio, vbi oſtendit muta animalia adeò idola contempſiſſe, vt niſi abigerentur in eorum ore nidificarent, eius hæc ſunt verba: *Quanto de vns veſtris animalia muta naturaliter iudicant, mures, hirundines, milui, non ſentire eos ſciunt, norunt, inculcant, inſident, ac niſi abigatis in ipſo Dei veſtri ore nidificant.* Quin & araneæ telas in eorum facie intexebant. Hinc pergit Minutius: *Aranea verò faciem eius intexunt, & de ipſo capite ſua fila ſuſpendunt vos tergitis, mundatis, eraditis.*

Arnob.

Aliquando hirundines circumuolantes vultus, barbam, oculos, naſum ſtercore proluebant, vt vel, ſi ſenſum haberent, Diis illis eſſet erubeſcendum; Iure eos irridet Arnobius aduerſùs Gentes lib. .de Gentilium ſimulachris luquens ſic ait. *Non hirundines intra ipſos æuum circumuolantes theos iaculari, & ſtercoris plenas, & modò ipſos vultus, modo numinum ore depingere, barbam, oculos, naſos, aliaſque omnes partes, in quacunque ſe detulerit deonerati proluuies podicis? Erubeſcite ergo, vel ſerò, atque ab animantibus mutis vias, rationes accipite: doceantque vos eadem nihil numinis ineſſe ſimulachris.* Hæc ille. Non ſolùm hirundines, ſed ſtelliones, ſorices, & mures in templis habitaſſe, ſpurcitiaſque omnes conduxiſſe, ſemiroſi panis fragmenta, oſſa, pannos, cartulas, imo & in ore ſimulachri retia ordiri ſolita ab araneis, idem Arnobius locuples teſtis eſt, lib. 4. aduerſùs Gentes vbi hæc munitiſſimè tradit ad futilium Deorum irriſionem: *Non videtis ſub iſtorum ſimulachrorum cauis ſtelliones, ſorices, mures, blattaſque lucifugas nidamenta ponere, atque habitare? ſpurcitias huc omnes, atque alia, vſibuſque accommodata conducere, ſemiroſi duritias panis, oſſa in ſpem tracta, pannos, lanuginem, chartulas nidulorum, &c. non in ore aliquando ſimulachri ab araneis ordiri retia, atque inſidioſos caſſes?*

1215. Pulchrè de Gentilium numinibus mures, ſerpenteſque iudicare aſſerebat ſanctus Auguſtinus, dum in iis nidos ſtruerent, ſic ille ſcribit in Pſalm. 113. *Quantò ergo magis, vel melius mures, atque ſerpentes, & id genus animantium colerent, quæ de ſimulacbris gentium, ſi ita dicendum eſt quodam modo indicant, in quibus quia non ſentiunt humanam vitam, non curant humanam figuram? Itaque in eis plerunque nidificant, & niſi humanis motibus deterreantur, nulla ſibi habitacula munitiora conquirunt.* Pergo ad fumum.

Mures, & ſerpentes de Gentilium falſis numinibus iudicant.
S. Auguſt.

Fumo fuiſſe inanium Deorum ſimulachra denigrata, non eſt quod vocetur in dubium; idem Propheta Baruch cap. 6. verſ. 20. *Nigra ſiunt facies eorum* (Deorum) *à fumo, qui in domo fit*; fumum habes; ſed quæri poteſt cuius rei fumo infectæ fuerint idolorum facies, an lucernarum, an verò ſacrificiorum, thuriſque quod adolebatur; in hanc potius partem ferunt me Lyram verba, qui hic ait: *Nigra ſiunt facies; comburebantur enim ibi* THVRA *in venerationem idolorum, & ex fumo aſcendente denigrabantur facies eorum.*

Fumo Deorū ſimulachra denigrata. & qui id fieret.
baruch 6. 20.

Huius moris meminit Clemens Alexandrinus adhort. ad Gent. ſic enim ſcribit: *Verum enimvero inſenſibili lapidi, & ligno, & diuiti auro nihil penitus curæ eſt, nec nidor, nec ſanguis, nec* FVMVS *quo dum honorantur, & ſuffumigantur, nigreſcunt.* Ex quibus verbis colligimus non ſolum aureos, ſed & lapideos, ligneoſque Deos fuiſſe fumo ac nigrore illo illitos. Clem. Alex.

Cum igitur, & ab auibus fœdarentur Deorum ſimulachra, & fumo inficerentur, hinc erat, vt ob ſordes ſolemni ritu Dij Gentilium lauarentur, maculaſque abſtergerent, nec ſolum Deos aqua pura, & ſola lotos lego, ſed & cineris frictione; Arnobius lib. 7. aduerſ. Gent. hoc voluit dū ait: LAVATIO DEORVM MATRIS EST *hodie, ſordeſcunt enim Diui, & ad ſordes eluendas lauantibus aquis opus, atque adiuncta antiquâ cineri frictione*; adeo ſorduerant, ac maculæ tam firme iis adhæſerant, vt cineris frictione abſtergi, abluique deberent. 1216.

Dij Gentium abluti et am cineris frictione.
Arnob.

Argiuæ Mulieres Mineruæ ſimulachrum ad fluuium deferebant, vt abluerent; Interpres Callimachi: *Certo quodam, & conſtituto die mulieres Argiuæ accipiebant ſimulachrum Mineruæ ferebantque ad* FLVVIVM *Inachum*, IBIQVE LAVABANT. hæc ille. à quo & ſimulachri delationem habes, & eiuſdem lauationem ſic habet interpres Symm.

Mineruæ ſimulachrum ad flumen delatum ab Argiuis mulieribus et ablueretur.
Int. Call.

Sacræ ablutionis meminit etiam ſanctus Auguſtinus lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 4. in hæc verba: 1217.
Cælſti virgini, & Berecynthiæ matri Deorum omnium ante eius lecticam DIE SOLEMNI LAVATIONIS EIVS *talia per publicum cantitabantur à nequiſſimis ſcenicis qualia*: Hactenus ille; ex quibus habes, Deam lectica vehi ſolitam, ante eam cecinſſe ſcenicos, & diem ſolemnem lauationis inſtitutum.

Sacra Deorū lauatio.
S. Auguſt.

Mater Deorum Berecynthia in Almone fluuio lauabatur à Sacerdotibus in veſte purpurea. Ouidius in 4. Faſtor.

Deorum mater in flumine abluta.
Ouid.

Eſt locus in Tiberim qua lubricus influit Almo:
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veſte Sacerdos
Almonis Dominam, ſacraque LAVIT AQVIS.

Sed ab his inanibus inanium Deorum ablutionibus, ſolâque ſuperſtitione grauidis, ad vtiliorem, ſanctioremque, calamum flectamus.

Digitized by Google

CAPVT CXXI.

De baptiſmalibus aquis nonnulla chartis conſignantur.

Baptiſmalis aqua *vt matrix quadam fœtus cælo parturit.*

Baptiſmales aquæ *cælum quodammodo tegere dicuntur.*

Baptiſmi aquas *maritat Spiritus ſanctus, vt ſpiritales filios parturiant.*

Aqua olim diuinitus manabat vt ſacræ ablutioni *deſeruiret.*

Domus, agrique olim baptiſmali aqua *adſperſi.*

E ſacro fonte à fidelibus aqua *deſumpta antequam baptizandi abluerentur.*

Baptiſmi *laudes, & encomia.*

Donum, gratia ſigillum immortalitatis indumentum baptiſmus *dictus.*

Baptiſmi aquis *abluti fideles dicebantur.*

Chriſma diuinitus à columba delatum ad baptiſma.

Moſcouitæ baptiſmalem aquam *Epiphaniarum die conſecrant, qua abluunt eos etiam, qui grauiter deliquerint.*

Baptiſmalis aquæ *laudes.*

Baptizati *oſculum Cathecumenis dare non poterant, nec aue illis dicere.*

Floribus comparati baptiſmalibus aquis *abluti.*

In Baptiſmi aquis *Chriſtus exaltatus.*

In aquis baptiſmi *adoptionis radij inſerti.*

Verſus in fonte baptiſmatis *adſcripti.*

Aquæ *maledictione à Deo haud percuſſæ ob baptiſmum.*

Baptiſmus *nobis ſepulchrum, in quo peccatis morimur, vt vitæ nouæ reſtituamur.*

Ad baptiſmi aquas *amore inſtituimur.*

1218. IN illis quoque aquis calamum abluo, in quibus Chriſti gratiâ, meritiſque ablutus ad vitam ipſe fui, & quiſque in Chriſti militiam nomen ſuum dedit: de baptiſmo egi etiam in ſchediaſmatis ſacroprophanis, ſed vt non omnia ibi dicta, quæ dici poterant, ſic aliqua hic implantanda, quæ ibi prætermiſſa, vt tamen viam nobis non præcludamus alia adiiciendi, cùm adiiciendi occaſio alibi dabitur.

Baptiſmalis aqua vt matrix quadam fœtus cælo parturit. Baſil. Sel.

Aqua de nuptiis dicatur, déque filiorum procreatione, etiam baptiſmalis aqua veluti matrix fœtus continet, & cœlo parturit ciues, Feſtiuè Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 34. *Pater,* inquit, *cum clamore præconium fecit, ſpiritus volatu indicium. Et videre erat rem inopinatam, in* AQVIS MATRIX PARABATVR, QVÆ COELO CIVES PARERET. *O inacceſſa myſteria! aqua pariebat, & cælo ciues adſcribebantur.*

Baptiſmales aquæ cælum quodammodo tegere dicuntur. Pſal 103. Arnob.

Aquas baptiſmales cœlum quodammodo tegere dixit Propheta regius Pſalm. 103. *Extendens cælum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius;* aquarum beneficio cœlum extenditur, veluti contracta pellis, quæ iniecta aqua porrigitur; Hæc verba de baptiſmi aquis intellexit Arnobius hic dum ait: *Chriſtus eſt, qui extendit cælum ſicut pellem, & tantum eum extendit, vt & meretrices, & publicanos capiat, qui non capiebat niſi ſolos immaculatos. Et quia quando extenditur pellis, ſuper ipſam* AQVA ASPERGITVR, *ita hic tenſurus cælum ſicut pellem, texit in aquis ſuperiora eorum. Non enim poterant tendi, & vſque ad peccatores attingere, niſi aqua ſacri baptiſmatis tegerentur.*

Baptiſmales aquæ nuptias non excludunt, ſed 1219.
admittunt, maritat eas Spiritus ſanctus, vt filios parturiant; ſcitè ſanctus Paulinus ad Seuerum epiſt. 12. vbi hæc in baptiſmi fontem canit:

Baptiſmi aquas maritat Spiritus ſanctus, vt ſpiritales filios parturiant. S. Paulin.

Hic reparādarum generator FONS ANIMARVM
Viuum diuino lumine flumen agit.
Sanctus in hunc cælo deſcendit ſpiritus amnem
Cæleſtique ſacras fonte maritat aquas.
Cōcipit vnda Deum, ſanctamque liquoribus almis
Edit ab æterno ſemine progeniem.

Aqua olim diuinitus manabat, vt ſacræ ablutioni deſeruiret. Sigebert.

Baptiſmalis aqua olim ſabbato ſancto diuinitus emanabat, vt ſacræ lotioni deſeruiret. Sigebertus in Chronico ad annum. 417. *In vna Italiæ Eccleſia, vbi annuatim in ſabbato ſancto Paſchæ hora baptizandi* SOLEBAT AQVA *diuinitus manare.* Ad annum 575. addit & in Hiſpania quoſdam fontes in ſabbato ſancto Paſchæ ad baptizandum ſponte diuinitus repleti ſolitos.

Domus agrique olim baptiſmali aqua adſperſi. S. Greg. Tur.

Domos, agroſque olim fideles baptiſmali aquâ adſpergebant, quam idcirco domum cum magna religione deferebant. Gregorius Turonenſis de gloria Martyrum huc ſpectans ait: *Exorciſmo ſanctificata* AQVA, *conſperſo deſuper chriſmate omnis populus pro deuotione haurit, & vas plenum domum pro ſaluatione reportat, agros, vineaſque aſperſione ſaluberrimâ curaturus.*

Obſeruo autē deſumptam à fidelibus aquam 1220.
ex ſacro fonte antequam inde baptizandi abluerentur, quod ex auctore Ordinis Romani colligo, hic quippè tit. *de die ſabb. ſancti* baptiſmalis aquæ cæremonias referens ait: *Hoc facto omnis populus qui voluerit, accipiat benedictionem vnuſquiſque* IN VASE SVO DE IPSA AQVA, *antequam ibi baptizentur paruuli ad ſpargendum in domibus, ac vineis, & campis, vel fructibus ſuis.*

Ex ſacro fonte à fidelibus aqua deſumpta antequā baptizandi abluerentur. Ord. Rom.

Baptiſmi laudes, & encomia. S. Greg. Naz.

Baptiſmum peritè afferebat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 40. plures, eoſque illuſtres baptiſmi titulos congerens in hunc modum: BAPTISMVS *igitur ſplendor eſt animarum, vita in melius mutatio, conſcientiæ ad Deum interrogatio. Baptiſmus carnis eſt abiectio. Spiritus affectatio. Verbi participatio, figmenti inſtauratio, peccati diluuium, lucis communicatio, tenebrarum depulſio. Baptiſmus vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Chriſto, fidei adminiculum, mentis perfectio, cæleſtis Regni clauis, vitæ commutatio, ſeruitutis abrogatio, vinculorum ſolutio, compoſitionis, & coagmentationis noſtræ in meliorem ſtatum conuerſio. Baptiſmus omnium Dei beneficiorum præclariſſimum eſt, & præſtantiſſimum. Vt enim quædam ſancta ſanctorum vocantur, & cantica canticorum, quod ſcilicet latius pateant, ac plura complectantur, præcipuámque dignitatem habeant: Eodem modo* BAPTISMVS ILLVMINATIO *dicitur, quod omnes* 1221.
alias illuminationes ſanctitate præcedat.

Donum, gratia ſigillum immortalitatis indumentū baptiſmus dictum. Idem.

Donum, gratia, ſigillum, illuminatio, immortalitatis indumentum apud eundem dicitur Baptiſmus, vbi hos titulos explicans ait: *Donum vocamus, gratiam (Baptiſmum) vnctionem, illumina*

illuminationem, immortalitatis indumentum, regenerationis lauacrum, ſigillum, & denique excellentiſſimo quoque nomine appellamus. Donum dicitur, quia iis, qui nihil prius contulerunt, datur. Gratia, quia etiam pœna obnoxiis. Baptiſmus, quia peccatum aquâ obrutum ſepelitur. Vnctio, quia ſacroſanctus, & Regius. ILLVMINATIO, *quia ſplendor, & claritas. Indumentum, quia ignominia noſtræ velamen eſt. Lauacrum, quia abluit. Sigillum, quia conſeruatio eſt, ac dominij ſignificatio.*

Baptiſmi aquis abluti fideles dicebantur. S. Ambroſ.

Baptiſmi aquis abluti fideles Romæ dicebantur; Rem & cauſam habet ſanctus Ambroſius lib. 1. de ſacramentis cap. 1. *In Chriſtiano enim viro prima eſt fides. Ideo Romæ* FIDELES *dicuntur, qui baptizati ſunt, & pater noſter Abraham ex fide iuſtificatus eſt, non ex operibus.*

Chriſma diuinitus à columba delatũ ad baptiſma. Ioan. Gerb.

Cùm baptiſmalibus aquis ablueretur Clodouæus, deeſſetque ſacrum Chriſma, columba quædam illud detulit: rem his verbis narrat Ioannes Gerbrandus à Leydis lib. 1. cap. 15. *Cum ad* FONTEM BAPTISMATIS *adueniſſet, nec ibidem ſanctum Chriſma haberetur, ecce columba quædam ampullam cum chriſmate in roſtro detulit de quo Regem Pontifex ſanctus (Remigius) liniuit; hæc autem ampulla in Rhemenſi Eccleſia conſeruatur, & inde vſque hodie Reges Franciæ inunguntur.*

1222.

Moſcouitæ baptiſmalem aquam Epiphaniarum die conſecrãt, quâ abluunt etiam eos, qui grauiter deliquerint. Alex. Guag. Baptiſmalis aquæ laudes. S. Pet. Dam.

Moſcouitæ baptiſmalem aquam Epiphaniarum die conſecrant, quâ abluunt etiam eos, qui grauiter deliquerint; Vtrumque colligitur ex his Alexandri Guagnini verbis in Deſcript. Sarm. Europ. *Moſcouitæ*, inquit, AQVAM BAPTISMATIS *pro ſingulis infantibus conſecrant, eos etiam qui grauiùs aliquid deliquerint, aqua ſacratâ abluunt, aquam in Epiphania Domini, toto fluuio, vel ſtagno ſecundum morem conſecrato hauriunt.*

Baptiſmalem aquam egregie efferebat ſanctus Petrus Damianus ſerm. 70. qui eſt primus in dedicatione Eccleſiæ, vbi ait: *Primum eſt Baptiſmatis ſacramentum. Hoc ſpecioſius eſt cunctis opibus; & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Quis enim cogitatione cordis, vel volubilitate ſermonis impleat quanta ſint in aquarum ſubſtantia ſacramenta completa? Antequam mundus parturiretur, & ex informi materia multiformium ſpecierum diuerſitas exiliret, ſpiritus Dei in aurigæ modum ferebatur ſuper aquas, & elementum hoc ſecuturi prænuntiabat obſequia. Cælum ipſum ex aquis compactum, Hebræorum tradit auctoritas; & per aquas vniuerſalis illa purgatio celebratur. Patriarchæ ad aquas ſunt vxores, vos per aquas terribile Iudæorum murmur extinguitur. Omnis illa ſeries veteris inſtrumenti diligentiùs introſpecta, maiorem ſacramentorum altitudinem in aquarum materia conſignauit. Saluator ipſe legem ſequens, itinerarij ſui principium aquis inchoauit; cùm in flumine ſublimis illa poteſtas ab illo magno homine voluit baptizari. Primum miraculum ex aquis facit. Samaritana iuxta puteum aquarum, fontem aquæ ſalientis in vitam æternam reperitit. Denique qui ab aquis cœperat, finiuit in aquis. Vulnerato enim latere crucifixi, manauit aqua, quæ terrarum orbem purgatorio lauamine candidauit.*

1223.

Baptizati oſculum cathecumenis dare non poterãt, nec aue illis dicere. Cap. Kar. Floribus comparati baptiſmalib⁹ aquis abluti. S. Zeno.

Baptizati olim oſculum cathecumenis exhibere non poterant, nec aue illis dicere; certè ita præcipitur in capitul. Karol. Magni lib. 6. num. 91. *Non liceat* BAPTIZATIS *cum cathecumenis manducare, nec oſculum eis dare, vel aue illis dicere, quanto magis cum excommunicatis ab Epiſcopo, aut cum gentilibus.*

Floribus comparatos lego baptiſmalibus aquis ablutos; Pulchrè ſanctus Zeno ſerm. 9. in ſanctum Paſcha: *Ver ſacrum fontem debemus accipere, cuius diuite ex alueo, fauonio non vento, ſed ſpiritu ſancto generante odorem diuinum beatæ ſpirantes fide, diuerſo chariſmate, ſed vna natiuitate* ECCLESIÆ FLORES *clariſſimi, ac dulces noſtri funduntur infantes.*

In baptiſmi aquis Chriſtum maximè exaltatum colligebat Origenes ex eo, quod de Ioſue dictum poſtquam Iordanis aquas tranſierat populus à Deo magnificatum, ſic enim habes Ioſue 4. *In illo die magnificauit Dominus Ioſue coram omni Iſraël*; cur non præcipue eum magnificauit? An vt colligeremus ex baptiſmi aquis præcipuè hauſiſſe gloriam ſuam Ieſum, quippè qui multos ſibi fideles parturiret; Egregiè Origenes homil. 4. in Ioſue: *Quanta*, inquit, *ante geſta ſunt. Mare rubrum pedibus tranſitum eſt, manna de cælo datum eſt, fontes in eremo dirupti ſunt, & nuſquam dicitur exaltatus eſſe Ieſus. Vbi vero Iordanis tranſitus, ibi dicitur ad Ieſum, In hac die incipio exaltare te in conſpectu populi. Nec enim ante* MYSTERIVM BABTISMI *exaltatur Ieſus, ſed exaltatio eius in conſpectu populi inde ſumit exordium.*

In Baptiſmi aquis Chriſtus exaltatus. Ioſ. 4. Or. ig.

In aquis baptiſmalibus adoptionis radios inſertos ait Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 18. his verbis: *Videns adoptionis radios per Chriſtum in* AQVA *inſertos.* 1224.

In aquis baptiſmi adoptionis radij inſerti. Baſil. Seleu.

De aquis baptiſmalibus ita canebat Politianus:

Quicquid ab antiqua manauit origine morbi
Purgabunt iſtæ (ſi modo credis AQVÆ.

Verſus in fonte baptiſmatis adſcripti.

Quos verſus in fonte baptiſmatis poſitos Florentiæ indicat Auctor ipſe.

Terram Deus poſt primorum parentum lapſum maledictione percuſſit: *Maledicta*, inquit, *terra in operibus tuis, ſpinas, & tribulos germinabit tibi*; Geneſ. 3. cur non & aquas maledictione verberauit? quia per aquas diluere maledictionem illam cogitabat, quod diluuij aquis fecit, fecit & baptiſmalibus fluentis; ſanctus Auguſtinus lib. mirab. cap. 4. *Exceptis* AQVIS: *a maledicto aquæ Deus pepercit, quoniam per aquam diluere maledictionem illam parauerat, quod in diluuio factum eſt, & nunc per baptiſmum indulgetur.*

Aqua maledictione à Deo haud percuſſa ob baptiſmum. S. Auguſt.

Baptiſmos nobis ſepulchrum eſt; in quo ita peccatis morimur, vt vitæ nouæ reſtituamur; ſcite id colligit ſanctus Maximus homil. de Iuda proditore ex verbis Pauli; ſic autem ille loquitur; *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.* BAPTISMVM *igitur Chriſti nobis eſt ſepultura, in quo peccatis morimur, criminibus ſepelimur, & veteris hominis conſcientia reſoluta, in alteram natiuitatem rediuiua infantia reparamur. Baptiſmum inquam, Saluatoris nobis eſt ſepultura; quia & ibi perdimus ante quod viximus, & ibi denuò accipimus, vt viuamus. Magna igitur ſepulturæ huius eſt gratia, in qua nobis, & vtilis mors infertur, & vita vtilior condonatur.* 1225.

Baptiſmus nobis ſepulchrum, in quo peccatis morimur, vt vitæ nouæ reſtituamur. S. Max.

In Iordane erat Chriſtus, ſuper Iordanem vox Patris intonat, apparet ſuper Iordanem Spiritus in columbæ figura, tota Trinitas incubat Iordani, nec aquæ diſſiliunt; Olim in arcæ tranſitu Iordanis aquæ conſtiterunt; *& tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum*; ergo viſa Domini figura timore vndæ videntur corripi, non corripiuntur, dum veritas adeſt: nimirum hic ad amorem inſtituere nos volebat, ibi ad timorem; qui baptiſmi aquis abluitur Dei amore ardere debet ſeruili timore exuto, quo tenebatur Iudaicus populus; ſancti Petri Chryſologi, hæc ſunt verba ſerm. 160. IORDANIS *ad præſentiam*

Ad baptiſmi aquas amore inſtituimur. Pſal. 113. S. Pet. Chryſ.

tiam legalis arca fugit, ad totius Trinitatis præſentiam non refugit; qui obſequitur incipit non eſſe timori; hîc Trinitas exercet gratiam totam, totam ſecum charitatem, ibi elementa corripit, & ſeruulos inſtituit ad timorem; hîc charitate charitatem docet, quæ foras timorem mittit.

Sed quod olim apud Hebræos aquæ præſtiterunt, id nos qui aquis abluti ſumus præſtare per ipſas debemus, ne aquarum labentium more deliciis diffluamus; ſtare debemus, & ſiſtere, non ad ima decurrere, non inhiare terrenis, nec per voluptatum alueos deſcendere.

CAPVT CXXII.

Matrimonia ad fontes inuenta; fontium, & baptiſmi nexus, de baptiſmalibus aquis nonnullæ obſeruationes.

Matrimonia ad puteos *inuenta à Patriarchis.*
Eccleſia ad baptiſmi aquas *inuenta.*
Patriarcha ad aquas *vxorij facti.*
Aquæ *Spiritus ſancti præſentia vim ſanctificandi bibunt in baptiſmo.*
Baptiſmalium aquarum *vis.*
Maris rubri *diuiſio ad baptiſmum flectitur.*
Baptiſmi *veſtis qui excutienda.*
Cur omnium primi piſces *benedicti.*
Fidelium benedictio in baptiſmi *aquis.*
Chriſtiani cœleſtes *effecti terram non deſiderent.*
Fons *diuinitus excreſcens aquam abluendis exhibiturus.*
Res mira de furto ad baptiſmales aquas *commiſſo.*

Matrimonia ad puteos inuenta à Patriarchis.
S. Auguſt.

1226. FOntes plerique, & figura ſoêre baptiſmi, apud quos inuentæ, electæque vxores à priſcis fuere Patriarchis, vt ab hoc capite Baptiſmales aquæ nexum quendam cum nuptiis habeant, nuptialem aliquem ſaporem induant, certè ſpiritales nuptias inter Verbum, Animámque celebrantur; ſanctos Auguſtinus fontium, vxorum, & baptiſmi nexum ita verſabat ſerm. 80. de tempore; *Quia toti tres iſti Patriarchæ, typum Domini Saluatoris præferebant, ideo* AD FONTES, *vel ad puteos inueniunt matrimonia, quia Chriſtus ad quam baptiſmi inuenturus erat Eccleſiam.* Superios ex bonis auctoribus euici matrimonij nomen de vxore dici, hic ſi hoc nomen hanc quoque notionem habere quis aſſerat à vero non abibit, quod *inueniendi* verbum indicat, & Eccleſiæ nomen, quæ Chriſti ſponſa.

Eccleſia ad baptiſmi aquas inuenta.

Huc flectit idem ſanctus Pater illud quod de Iacob habet Geneſ. 29. 10. *Et adaquato grege oſculatus eſt eam*; ſcilicet Rachel, quæ eius vxor erat futura: hoc igitur expendens ſanctus Auguſtinus ſerm. 80. de tempore, hæc habet: *Veniens Iacob ad puteum, prius gregem adaquauit, & poſtea oſculatus eſt eam. Verum eſt, fratres chariſſimi, niſi prius* PER AQVAM BAPTISMI *Chriſtianus populus à malis omnibus abluatur, pacem Chriſti habere non meretur*; ſanctus Petrus Damianus ſerm. 70. ad fontem vxorios factos Patriarchas dixit; hæc illius verba ſunt: *Patriarchæ ad aquas fiunt vxorij.*

S. Auguſt.

Patriarcha ad aquas vxorij facti.
S. Pet. Dam.

Aquæ vim ſanctificandi bibunt in baptiſmo, Spititus ſancti præſentia, qui eas ſanctificat; 1227.
ita loquitur Tertullianus lib. de baptiſmo cap. 4. *Omnes* AQVÆ *de baptiſmo originis prærogatiua ſacramentum ſanctificationis conſequuntur, inuocato Deo; ſuperuenit enim ſpiritus de cœlis, & aquis ſupereſt, ſanctificans eas de ſemetipſo, & ita* SANCTIFICATÆ *vim ſanctificandi combibunt.*

Aquæ Spiritus ſancti præſentia vim ſanctificandi bibunt in baptiſmo.
Tertull.

Baptiſmalium aquarum vim egregiè efferebat ſanctus Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis epiſt. 1. dum ait: *Ineffabilia contulit* BAPTISMI *munera, per quæ ei commortui, & intra ſacrum gurgitem conſepulti, demerſi, reſurgeremus vita emergente criminibus, ô tale tibi inuenit tumuli genus, quo ſciret peccata ſepelire.*

Baptiſmalium aquarum vis.
S. Fulb.

Maris rubri diuiſionem ſic ad baptiſmum flectebat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 135. expendens illa verba Dauidis: *Diuiſit mare rubrum in diuiſiones*; addit: *Diuidit etiam* BAPTISMVM, *vt vnus atque idem baptiſmus aliis ſit in vitam, aliis ſit in mortem*; erit in vitam ſi fidei, quæ baptiſmi aquis in animam vehitur opera bona reſpondeant; erit ad mortem ſi non
reſpondeant. 1228.

Maris rubri diuiſio ad baptiſmum flectitur.
S. Auguſt.

Qui baptiſmi veſtis excutienda ſit egregiè docet ſanctus Chryſoſtomus, apud ſanctum Anaſtaſium Sinaitam quæſt. 8. *Veſtem* BAPTISMI *continenter excute deprecationibus, & genu flexionibus ne eam corrumpant tineæ malarum cogitationum. Sciunt, qui depoſuerunt Angeli, cuiuſmodi veſtem apud ſe depoſuerint: Et in regiis, quæ ſunt apud ſuperos ſcriniis, ſcripſerunt, qualis ſit tibi data veſtis: Ipſi venient ad eam repetendam à tua anima ſi non inuenerint immaculatam, quid facies? Non amplius inuenies piſcinam, non amplius Sacerdotem.*

Baptiſmi veſtis qui excutienda.
S. Chryſoſt.

Quod piſces ante alia à Deo benedictione fuerint inſigniti ad fideles baptiſmalibus aquis ablutos transfert ſanctus Auguſtinus ſerm. 134. de tempore: PISCSS *benedictionem primo conſequi meruerunt, quia fideles in ſacramento* BAPTISMATIS *benedici potuerunt.*

Cur omnium primi piſces benedicti.
Fidelium benedictio in baptiſmi aquis.
S. Auguſt.

Baptiſmalis aquæ miniſterio Chriſtiani facti ſunt quicunque ſunt, cur aqua huic adhibeatur, ad hoc munus multæ afferri ſolent rationes, vtilis illa, quam indicat ſanctus Zeno ſerm. 10. in Exod. *Vt cœleſtes effecti* TERRAM NON
DASIDSRENT, *non terrena, non peritura.* 1229.

Denique, quia de Baptiſmalibus aquis agimus, præſtat hic communi lectorum notitiæ exponi, quod de quodam fonte diuinitus excreſcente, vt aquas abluendis exhiberet narratur; tem his verbis exhibet Beatus Gregorius Turonenſis lib. 1. miraculorum cap. 4. *Eſt & illud illuſtre miraculum* DE FONTIBVS *Hiſpaniæ, quos Luſitania prouincia profert. Piſcina namque eſt apud Oſem campum antiquitus ſculpta, & ex marmore vario in modum crucis, miro compoſita opere. Sed & ædes magnæ altitatis, ac celſitudinis, deſuper à Chriſtianis constructa eſt. Igitur cum dies ſacer poſt curriculum anni decedentis aduenerit, quo Dominus confuſo proditori myſticam diſcipulis præbuit cœnam, conueniunt in locum illum cum Pontifice ciues, iam odorem ſacri præſentientes aromatis. Tunc dicta oratione Sacerdos, oſtia templi iubet ſimul muniri ſignaculis,*

Fons diuinitus excreſcens aquam abluendis exhibiturus.
S. Greg. Tur.

culis, aduentum virtutis Dominicæ præſtolantes. Die autem tertia, quod eſt ſabbati, conuenientibus ad baptizandum populis adueniens Epiſcopus cum ciuibus ſuis inſpectis ſignaculis, oſtia reſerat clauſa. Ac mirum dictu, piſcinam quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam; ſed ita cumulo altiore refertam, vt ſolet ſuper ora modiorum triticum adgregari; videnſque huc illuc laticem fluctuare, nec partem in diuerſam defluere. Tunc cum exorciſmo ſanctificatum, conſperſam deſuper chriſmate omnis populus pro deuotione haurit, & vas plenum domi pro ſaluatione reportat, agros, vineaſque aſperſione ſaluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum ſub collecto numero hauriatur, nunquam tamen vel cumulum minuit, licet vbi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur, & baptizatis omnibus, Lympha in ſe reuerſa, vt initio producuntur neſcio, ita & fine clauduntur ignaro.

Res miro de furto ad baptiſmales aquas commiſſo.
Idem.

Addit de hoc eodem fonte idem auctor cap. 26. miraculum aliud in hæc verba: *Ergo quia fons ille diuino nutu, vt ſupra diximus ad officium* BAPTIZANDI *repletur? & quia cum completus fuerit, auide ex hoc populus haurire feſtinat, quidam accepto vaſculo, presbytero, qui hanc aquam miniſtrabat, porrexit ad complendum. Quod dum complet ſenior, hic inter comprimentes turbas, manum alterius extendit ad balteum, cultrumque furatus eſt: quo vagina recondito, manus extendit ad accipiendam hydriam quam tradiderat, presbytero: quâ acceptâ amotus in partem aliam neque vnam guttam aquæ in ea potuit reperire: Tunc confuſus valde, & ſibi ob furti cauſam hoc euenisse cognoſcens, homini cultrum quem furatus fuerat, reddidit; & ſic iterum porrectâ lagenâ plenam aquæ recepit.* Pergamus ad alias aquas.

CAPVT CXXIII.

De aqua benedicta, de aqua ſacra.

Aquæ à *maledictione quâ percuſſa eſt terra immunes.*

In nocte ante feſtum Epiphaniæ aquas hauriebant *in baptiſmi reuerentiam, & domum portabant, quæ incorrupta per plures annos ſeruabantur.*

Quidam fluuij *vini ſaporem inducbant in Epiphania in memoriam conuerſæ in vinum aquæ à Chriſto.*

Aquâ benedictâ *vineæ olim adſpergebantur.*

Aquæ benedictæ *vſus apud Abyſſinos.*

Totus exercitus ante prælium aquâ luſtrali *expiandus.*

Quando in Palatio Conſtantinopolitano aqua benediceretur?

Monaſterij clauſtra aquâ *quotidie adſperſa.*

Benedictam aquam bibere *antiqui moris.*

Aquæ benedictæ *vſus in febribus.*

Luſtralis aquæ *in Eccleſia poni ſolita antiquus vſus.*

Quo ſpectet ablutio, *quæ aquâ luſtrali in ingreſſu Eccleſiæ fit.*

1230. AQuæ à maledictione, quâ percuſſa à Deo terra fuit, immunes fuêre, quia aquis per baptiſma abſtergendum peccatum fuerat, quod terræ fructu erat contractum; id quod notabat etiam Aluinus in Geneſim: *Terra*, inquit, *maledicitur, non aquis, quia in aquis erat peccatum abluendum de fructu terræ contractum.*

Aqua à maledictione qua percuſſa eſt terra immunes.
b. Aluinus.

Fideles olim circa mediam noctem, quæ feſtum Epiphaniæ antecedebat ob Dominici baptiſmi reuerentiam aquam hauriebant, quas domum referebant, & incorruptæ per totum annum ſeruabantur, quin per duos; aut tres; ita ſanctus Chryſoſtomus homil. de Baptiſmo: *In hac*, inquit, *ſolemnitate, ſub mediam noctem omnes vdpeuoapſuoi cum* AQVAM *acceperint, domum latices referunt, ac recondunt, & per integrum annum conſeruant; vtpote quod hodierna die ſanctificatæ ſint aquæ (per baptiſmum Chriſti in Iordane) fitque miraculum euidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura vitiatur; ſed integro anno; atque adeo biennio, & triennio ſæpe, quæ hodie fuit hauſta, incorrupta, & recens permanet, ac poſt tantum temporis cum iis, quæ nuper fuerunt è fontibus ductæ certat.*

In nocte ante feſtum Epiphaniæ aquas hauriebant in baptiſmi reuerentiam, & domum portabant, quæ incorruptæ per plures annos ſeruabantur.
S. Chryſoſt.

In Epiphaniæ feſto in memoriam editi à Chriſto miraculi, quo aquam in vinum conuertit vini ſaporem quoſdam fluuios olim induiſſe, & præſertim Nilum refert his verbis ſanctus Epiphanius hæreſi 51. *Circa ipſam vndecimam (menſis Tybi, qui eſt ſextus noſtri Ianuarij) poſt annos triginta factum eſt primum ſignum in Cana Galileæ, quando aqua facta eſt vinum. Quapropter etiam in multis locis, vſque in hunc diem hoc fit, quod tum factum eſt, diuinum ſignum in teſtimonium incredulis: velut teſtantur in multis locis fontes, ac fluuij in vinum conuerſi. Cyberes quidem Vrbis Cariæ fons, quâ hora hauſerunt miniſtri, & ipſe dixit, Date Architriclino. Teſtatur & in Geraſa Arabiæ fons ſimiliter: nos bibimus de Cyberes fonte, fratres vero noſtri de eo, qui eſt in Geraſa, in Martyrum templo. Sed & multi in Ægypto de Nilo hoc teſtantur.* 1231.

Quidam fluuij vini ſaporem inducbant in Epiphania in memoriam conuerſæ in vinum aqua à Chriſto.
S. Epiph.

Aqua benedicta olim etiam vineæ adſpergebantur, pecora, eorum pabula; hinc illud Hincmari Archiepiſcopi Rhemenſis in capitulis ad Presbyteros parochiæ ſuæ cap. 5. ita ſtatuit; *Vt omnis Dominico die quiſque Presbiter in ſua Eccleſia ante miſſarum ſolemnia* AQVAM BENEDICTAM FACIAT *in vaſe nitido, & tanto miniſterio conuenienti, de qua populus intrans Eccleſiam aſpergatur, & qui voluerint in vaſculis ſuis nitidis ex illa accipiant, & per manſiones, & agros, & vineas ſuper pecora quoque ſua, atque ſuper pabula eorum, necnon & ſuper cibos, & potum ſuum conſpergant.*

Aqua benedictâ vineæ olim adſpergebantur.
Hincm. Epiſ.

Ferunt apud Abyſſinos eos, qui ſacris initiati ſunt æream phialam aquâ benedicta plenam ſecum ferre ſolere, & antequam edant, ac bibant cibum illâ, & potum leuiter adſpergere, eandemque petentibus diſpertire, quod refert Nicolaus Godignus lib. 1. cap. 19. 1232.

Aqua benedictæ vſus apud Abyſſinos.
Nic. God.

Probum illud inſtitutum, quod in exemplum eat, quo præcipiebatur, vt ante prælium per Sacerdotes totus exercitus aquâ luſtrali, & benedictâ expiaretur; monuit iſtuc Leo Imperator in commentario de bellic. apparat. 13. monetque vt quotidie mane, & veſpere vniuerſus exercitus dicere debeat hymnum triſagium; quod notabat quoque Baronius tom. 10. ann. 4. 911. num. 15.

Totus exercitus ante prælium aqua luſtrali expiandus.
Leo Imp.

In Palatio Conſtantinopolitano primo cuiuſque menſis die aqua benedicebatur, & ex benedicta homines adſpergebantur excepto menſe Ianuario, quo id fiebat die ſexto, hoc eſt in

Quando in Palatio Conſtantinopolitano aqua benediceretur.
Georg. Cod.

ipſa Epiphania Domini; & Septembri, quo id fiebat die 14. in ipſa Exaltatione ſanctæ Crucis; Diſco id ex Georgio Codino lib. de offic. aulæ Conſtantinopol. cap. 14 num. 26. *Noſſe*, inquit, *oportet, principio cuiuſuis menſis inſtitui* BENEDICTIONEM *in Palatio, excepta Septembri, & Ianuario: nam in priore fit hac benedictio die decimo quarto, in poſteriore die ſexto.*

1233. *Monaſterij clauſtra aqua quotidie adſperſa.* Vulbert.

Laudabilis Beati Richardi Abbatis mos fuit, hic quippè cùm fratres poſt labores diurnos corpora placido ſomno recrearent, clauſtra monaſterij, & ſingula familiæ ſuæ habitacula perrando muniret, geſtans ſecum Crucem Dominicam, & aquam exorcizatam ad effugandas Dæmonis inſidias; ita ferè Vulbertus in eius vita apud Surium tom. 5.

Benedictam aquam bibere antiqui moris. S. Anſelm.

Mos olim erat; vt aquâ luſtrali non ſolùm ſe aſpergerent, ſed etiam eam biberent; huc ſpectat ſanctus Anſelmus lib. 3. epiſt. 1. *Videntes me aut animam, aut ſenſum amiſſurum timuerunt, & hoc timore* AQVA BENEDICTA *me aſpergentes, eam mihi potandam porrexerunt.*

Aqua benedicta vſus in febribus. Thom. Roz.

Inſularum, quæ in Oriente communi nomine Moluccæ dicuntur indigenis omnibus commune eſt, vt refert Thomas Rozius de ſignis Eccleſ. lib. 5. cap. 2. vt cùm febrī vexantur, vel aliter aduerſâ valetudine tenentur, ſtatim confugiant ad templum, & aquam piacularem bibant, quam præſens aduerſus morbos remedium experiuntur.

1234. *Luſtralis aqua in Eccleſia poni ſolita antiquus vſus.* Syneſius.

Luſtralis aquæ in Eccleſia poni ſolitæ meminit Syneſius, cui quantum fideret indicant hæc illius verba in deſcriptione Pentapolit. calamit. vbi hæc habet: *Ego in loco meo in Eccleſia permanebo. Luſtralis ante me* AQVÆ *ſanctiſſima vaſa collocabo. Sacratas columnas amplectar, quæ puram, & incontaminatam à terra menſam ſuſtinent, illic ego & ſedebo viuus, & mortuus iacebo. Dei miniſter ego ſum, ac ſacrificus, ac fortaſſe animam ipſam ſacrificare illi me conuenit.* epiſt. 121. Publicum gladium luſtrali aquæ conferens, aiebat: *Publicus gladius non minus* QVAM LVSTRALIS AQVA, *quæ in templorum veſtibulis collocatur, Ciuitatis eſt piaculum.*

Quò ſpectet ablutio quæ aqua luſtrali in ingreſſu Eccleſiæ fit. S. Vinc. Ferr.

In quem finem præter alios in ingreſſu Eccleſiæ fideles in aquam benedictam immiſſis digitis ſe ſignent explicat ſanctus Vincentius Ferrerius ſerm. 7. in Dom. 2. Aduentus; *Ideo recipitur* AQVA BENEDICTA *in ingreſſu Eccleſiæ, & homo ſignat ſe in fronte ad claudendum intellectum, & cor, ne homo cogitet, & os ne homo loquatur de mundanis.* Plura de hac aqua adducere huc poteram, ſed quin hoc præcipuè non agimus, ſatis erit hæc leuiter libauiſſe. Ad alia iter arripio.

CAPVT CXXIV.

De oculorum aquis, lachrymiſque Salomonis locus explicatus; nonnulla de lachrymis addita.

Aquam de ſuis vaſis bibit, *qui lachrymas fundit.*
Lachrymarum *vis & efficacia apud Dei tribunal.*
Lachrymæ *terræ promiſſionis comparatæ.*
Lachrymæ *aquis pariatæ.*
Lachrymas *nobiſcum ferre debemus, vt vmbram corpus.*
Pietatis adeps dicta lachrymæ.
Lachrymarum *vis apud Deum.*
Lachrymæ *cur pani comparatæ non aquæ.*
Qui plus lachrymas *fundit, plus lachrymas ſitit.*
Animi ſerenitas lachrymarum *fuſum ſequitur.*
Lachrymæ *ſuas voces habent.*
Aqua aurea *Regum Perſarum.*
Lachrymæ *pelui aureâ exceptæ.*
Lachrymis *Dei nomen piè deletum.*
Lachrymæ *nos Deo conglutinant.*
Lachryma *Chriſti quæ?*
Sancta lachryma *quæ?*
In Chriſtiana militia lachrymæ *armorum loco.*
Lachrymæ *erigunt qui ceciderant.*
Lachrymæ *roſæ appellatæ.*
Lachrymæ *Dæmonis telum.*

MEminit Salomon vt de ſuis vaſis aquam quiſque biberet; eius verba variè ſuperiùs verſamus, ad lachrymas nunc ferimur; eò nos argumentum vocat, eò & hæc ipſa verba; ſi ſanctum Ambroſium audiamus, qui in titulum Pſalmi trigeſimi ſeptimi, huc ſpectans, aiebat: *Miſiſti aquam* LACHRYMARVM, AQVAM POENITENTIÆ; *bibe aquam de tuis vaſis, bibe aquam de tuis fluctibus, vt dicas & potum meum fletu temperabam; fletus ergo tuus potus eſt tuus, & lachryma tua cibus eſt tuus.* Nihil igitur alienum tentabimus, nihil violentum, ſi verborum occaſione quæ luculenter explicauimus, etiam ad lachrymas calamum flectemus; flecto. 1235. *Aquam de ſuis vaſis bibit, qui lachrymas fundit.* Prou. 5. S. Ambroſ.

Lachrymarum vis, & efficacia apud Dei tribunal. S. Pet. Dam.

De lachrymarum vi, & efficacia apud Dei tribunal ita differit ſanctus Petrus Damianus opuſc. 13. cap. 12. LACHRYMÆ *quæ à Deo ſunt, diuinæ exauditionis tribunal fiducialiter adeunt: & impetrantes citò, quod petunt de peccatorum noſtrorum certa remiſſione confidunt. Lachrymæ ſunt in fœderanda inter Deum, & homines pace ſequeſtres, & veraces ſunt, atque doctiſſimæ in qualibet humanæ ignorantiæ dubietate magiſtræ. Nam dubitantes ex aliquo vtrùm Deo placeat, necne, nunquam melius certitudinem capimus, quàm cùm veraciter lachrymantes oramus. Tunc enim quidquid agendum mens noſtra decreuerit, ſuper hoc rurſus ambigere neceſſarium iam non erit.*

1236. *Lachrymæ terræ promiſſionis comparatæ.* Vit. Pat.

De lachrymarum aquis ita quidam ſentiebat in vitis Patrum lib. 5. libello 3. de compunctione num. 27. *Dixit Senex. Filij Iſraël poſtquam quadraginta annos intrauerant in terram repromiſſionis.* LACHRYMÆ *igitur ſunt ſicut terra repromiſſionis, ad quas ſi perueneris, iam non timebis bellum. Ita enim vult Deus affligi animam, vt ſemper deſideret ingredi in terram illam.*

Lachrymæ aquis pariatæ. S. Ioã. Clim.

Lachrymas aquæ pariat ſanctus Ioannes Climacus gradu 26. *Sicut* AQVA *litteras, ita* LACHRYMÆ *delent peccata.*

Lachrymas nobiſcum ferre debemus, vt vmbram corpus. Vit. Pat.

De fletu, & compunctione ita quidam ſentiebat, vt habetur in vitis Patrum lib. 5. libello 3. de cōpunctione n. 24. Dixit Senex: *Quemadmodum vmbram*

vmbram corporum noſtrorum vtique nobiſcum circumferimus, ſic debemus FLETVM, *&* COMPVNCTIONEM *habere nobiſcum vbicumque ſumus.*

Pietatis adeps dicta lachryma *S. Bern.*

Obſeruo lachrymas quæ per oculos fluunt, pietatis adipem dici, ſi pro peccatoribus funduntur, 1. Reg. 15. *Samuel lugebat Saul*; quod expendens Sanctus Bernardus ſerm. 11. in Cant. ait: *Samuel lugebat Saul, & ad ignem charitatis incaleſcente pectore* LIQVEFACTVS *intus pietatis adeps foras emanabat per oculos.*

Lachrymarum vis apud Deum. *S. Petr. Dam.*

1237. Lachrymarum aquæ quantam apud Deum vim habeant, quàm magnam vocem emittant, his verbis explicat Sanctus Petrus Damianus opuſc. 13. cap. 11. *Non poſſunt* LACHRVMÆ *in ſua petitione contemni, quæ & magnas voces habent in auribus Creatoris, quas voces ille ad Deum frequenter emiſerat, & quid ad obtinendum poſſent ſubtiliter nouerat, qui dicebat: Exaudi orationem meam Domine, auribus percipe lachrymas meas. Lachrymæ nempe cùm in conſpectu pij iudicis ſupplicant, nihil hæſitant, ſed ſic miſericordiam tanquam rem quamlibet proprij iuris ſibimet vendicant, & impetraſſe ſe quod petierant, confidenter exultant.*

Lachrymæ cur pani comparantur aquæ. *Pſalm. 41.* *S. Auguſt.*

Dei, cæleſtiſque patriæ deſiderio ſpargantur lachrymæ; exeuntibus ab oculis lachrymis, lætitia, & conſolatio mentem ſubit; lachrymarum fuſu ardens Dei amore anima lachrymas magis ſitit; hoc volebat Propheta Regius Pſalm. 41. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte*; cur panes, & non potius aquæ? potui magis aptæ lachrymæ ſunt, quàm cibo; panem qui comedit auget ſitim, lachrymæ lachrymanti ſunt panes, quia lachrymarum effuſione lachrymas ſitit; Acutè Sanctus Auguſtinus hic: *Fuerunt mihi, inquit,* LACHRYMÆ MEÆ, NON

Qui plus lachrymas fundit plus lachrymas ſitit. *Idem.*

1238. AMARITVDO, SED PANES SVAVES ERANT *ipſæ lachrymæ, ſitiens mihi illum fontem, quem quia bibere nondum poterat, auidiùs meas lachrymas manducabam. Non enim dixit, Facta ſunt mihi lachrymæ meæ potus, ne ipſas deſideraſſe videretur ſicut fontes aquarum, ſed ſeruata illa ſiti, qua rapior, ſeruata illa ſiti, qua inardeſco ad fontes aquarum panes mihi facta ſunt lachrymæ meæ dum differor: & vtique manducabe lachrymas meas, ſine dubio plus ſitit ad fontes.*

Animi ſerenitatis lachrymarum fuſum ſequitur *Idem.*

Serenitatem animi, & conſcientiæ tranquillitatem lachrymarum fuſum ſequi ſic explicabat Idiota tract. de Octo Beatitud. cap. 4. *Sicut poſt vehementes pluuias aer mundus, & purus efficitur, ita etiam poſt* LACHRYMARVM *pluuias ſerenitas ſequitur, atque tranquillitas, omniſque peccatorum affuſa caligo diſſoluitur.*

Lachrymæ ſuas voces habent *Pſal 38. 13.* *S. Pet Dam.*

Lachrymæ ſuas voces habent, ſua verba, quibus quicquid poſtulauerint obtinent; Regij Prophetæ verba ſunt Pſalm. 38. v. 3 *Auribus percipe lachrymas meas*; cùm auribus ſint lachrymæ percipiendæ, voces habere neceſſe eſt: habent vt iudicem flectant, veniam, exorent, & obtineant; Pulchre S. Pet. Damianus opuſc. 13. cap. 11. *Qui enim non oculis attendi, ſed auribus percipi lachrymas poſtulat, voces ineſſe lachrymis manifeſtè deſignat.* LACHRYMÆ *nempe cum in conſpectu pij iudicis ſupplicant, nihil hæſitant, ſed ſic miſericordiam tamquam rem quamlibet proprij iuris ſibimet vendicant, & impetraſſe ſe quod petierant, confidenter exultant.*

Aqua aurea Regum Perſarum *Cœl. Rhod.*

1239. Aquâ Perſarum reges vtebantur, quæ aurea dicebatur. Cœlius Rhodiginus lib. 18. lect. antiquit. cap. 58. *Aqua, inquit, fuit in Perſis aurea cognomento, ex qua rex modo potaret, ac inter filios natu maximos, alijs protinus morte mulctatis*; quod alibi etiam aliò ſpectans tetigi, obſeruaui. Rex Regum pro aqua aurea lachrymas habet; quam grata, quam ſuauis hæc illi aqua ſit, oſtendit, cum viſus peluı aureâ B. Idæ de Niuella lachrymas excipere. Sic enim legitur in vita illius Beatæ cap. 21.

Lachryma peluı aurea excepta. *Acta.*

Lachrymis Dei nomen piè deletum.

Lachrymis Dei nomen piè deletum lego; Sanctus Ephræmus in vita Sancti Iuliani Anachoritæ: *Quis obſecro hoſce* LIBROS CORRVMPIT; *quippe quibus vbi ſcriptum erat Deus Dominus, aut Ieſus Chriſtus, litterarum monumenta deleta reperiuntur. Respondet ſtatim Sanctus Iulianus; Fornicatrix.*

Lachrymæ nos Deo conglutinant. *Idiota.*

Lachrymæ nos Deo ita conglutinant, vt non adeò facilè nos ab illo deneetere quicquam poſſit; ſcitè Idiota de octo Beatitud. cap. 4. *Regnum cœlorum Domine rapi vult noſtris fletibus quod noſtris meritis non debetur, nihil enim Domine conglutinat tantopere tibi, vt illa* LACHRYMÆ, *quas peccati dolor, & amor virtutis effundit.* 1240.

Lachryma Chriſti quæ

Honorat Deus lachrymas, honorari & ſuas voluit, nam in Sancti Laurentij cœnobio apud muros Vrbis Leodienſis lachryma Chriſti colitur; quin & in Arteſia quodam in vico inter Bethuliam, & Lilletium a peregrinis in tanti pignoris honorem *Sancta lachryma* nuncupato, vna etiam oſtenditur, ad quam peregrinationis, & venerationis cauſa multi e longinquis partibus confluunt, vt vel ſolo intuitu oculorum dolores leniant.

Sancta lachryma quæ?

In Chriſtiana militia lachrymæ armorum loco. *S. Ambr.*

In Chriſtiana militia armorum loco lachrymæ adhibentur, his duces, his præſules vtantur, vt ſe tueantur, vt ſuos; diuinè Sanctus Ambroſius de Baſil. non traden. LACHRYMÆ *meæ arma ſunt, talia enim munimenta ſunt ſacerdotes.* 1241.

Lachrymæ erigunt qui ceciderant. *S Max.*

Aquæ arcam extulerint in ſublime, Petrum extulerunt lachrymæ; certè qui ante lachrymas ceciderat, poſt ipſarum fuſum euectos ad Eccleſiæ culmen eſt; Eleganter id expendit Sanctus Maximus hom. 1. de pœnitentia Petri, vbi ait: *Videte quantum fletus profuit Petro: antequam* FLERET, *lapſus eſt; poſtquam fleuit, electus eſt: & qui ante lachrymas præuaricator extitit, poſt* LACHRYMAS *paſtor aſſumptus eſt: & alios regendos accepit, qui prius ſe ipſum non rexit.*

Lachrymæ roſæ appellatæ. *Acta.*

De lachrymis dignum illud recenſitu eſt, quod in actis B. Liduuigis legitur lib. 2. eam ſcilicet redolentes roſas nominaſſe, cupiiſſeque vt ſacculus, qui illis adſperſus, eius capiti, cum iam eſſet defuncta, ſupponeretur; rem his verbis narrat Ioannes Brugmanus: *Sub capite eius (ſicut deſiderauerat) poſitus & ſacculus quidam, cum* LACHRYMIS *eius ſanguineis ſuauiter redolentibus; quas roſas appellauerat: quæ ex charitate magna, & cordis contritione ab oculis eius diſtillauerunt. Has quidem ſucceſſu temporis ex oculis eius defluentes, & ſuper genas eius coagulatas Dominus Ioannes confeſſor eius, cum alijs communibus* LACHRYMIS *eius leniter emolliendo, cautè abraſerat, & in ſacculo diligenter recondens, apud ſe in ſcrinio mundo reſeruauerat.* 1242.

Lachryma Dæmoni ſ telum. *Baſil. Sel.*

Prodeant ab oculis lachrymæ, & his veluti telis figetur Dæmon, ac vulnerabitur, molles videantur lachrymæ, ſed Diabolum telorum more feriunt, ſi eas peccatorum dolor exprimat, & vera pœnitentia; Hinc illud Baſilij Seleuciæ Epiſcopi orat. 17. vbi de Dauidis pœnitentia loquens ait: *Propheta* LACHRYMÆ *pro pœnitentiæ lege ſunt, monſtrauit quomodo curentur animæ vulnera, monſtrauit & quod ſit antipharmacum,*

monſtrauit inimicas Diabolo eſſe lachrymas per oculos contra iaculatus eſt, & lachrymis Diabolum conuulneraùit; ſed quia alia plura de lachrymis adducenda, in ſequentes Excurſus ea reiicio; & hic finio.

EXCVRSVS XCIII.

Ex ciſterna ſua aquam bibit, qui pœnitentiæ, & contritionis lachrymas è corde effundit.

Ex ciſterna ſua aquas bibit qui lachrymas *è corde fundit.*

Cœleſtis medicus ab infirmis lachrymarum aquas *exigit, cùm alij aquam infirmis exhibeant.*

Lachrymæ *arcendæ libidini opportunæ.*

Lachrymas *fundere, & genua flectere, vt cohæreant.*

Lachrymarum *fuſus, vt poſtulatus.*

De lachrymarum *vi peccatorum maculis abſtergendis.*

Lachrymæ *peccata baptizant.*

Lachrymæ *legationem ſuſcipiunt pro peccatis.*

In lachrymarum *aquis integra fiunt, quæ erant fracta.*

Lachrymarum *aquis ſcripta peccata delentur. virtutes formoſiores apparent.*

Hoſtis humanæ ſalutis lachrymarum *præcipuè hoſtis eſt.*

Lachrymæ *quæ confeſſiones comitãtur quàm vtiles.*

Quàm timere debeat qui lachrymas *non fundit, & peccauit.*

Hortus animæ lachrymarum *piſcinam habeat.*

Lachrymarum *vis, & efficacia, quæ ante alia exauditur.*

Vtiles lachrymæ *ſi cœlum ſapiant.*

Ex diuino amore lachrymæ *generari debent.*

Diuinæ gratiæ pinguedo cum aquis lachrymarum.

1243. QVod de aquæ potu dixit Salomon, ex propria ſcilicet ciſterna vnicuique bibendam, poſſumus non alienè ad lachrymarum aquas flectere; flexit & Vgo Carenſis; cuius hæc ſunt verba: *Aquam de ciſterna propria* BIBERE *eſt* LACHRYMAS *de corde effundere.*

Ex ciſterna ſua aquas bibit, qui lachrymas è corde fundit.
Vgo Car.

Medicus, qui curat corpus, balneis, ſalubribúſque aquis iacentis infirmitatibus occurrit, quas ille aut bibendas, aut adhibendas præcipit; cœleſtis Medicus aquas è conuerſo ab infirmo expectat, aquas poſtulat ſalubres, ſcilicet lachrymarum; Audiendus ſanctus Anſelmus lib. exhortationum, qui nuper in lucem eſt emiſſus; *Expectat*, inquit, *Medicus videre* LACHRYMAS *tuas; Accede, noli timere; oſtende & vulnus tuum, & offer medicamentum lachrymarum, & fletuum.*

Cœleſtis Medicus ab infirmis lachrymarum aquas exigit, cum alij aquam infirmis exhibeant.
S. Anſelm.

Lachrymas arcendæ libidini opportunas aſſerebat ſanctus Hieronymus in Pſal. 6. expendens illud Dauidis: *Lachrymis meis ſtratum meum rigabo*; ait enim: *Qui quotidie* LACHRYMIS *ſtratum rigat, non poteſt in cogitatione eius libidinum pompa ſurrepere.*

Lachrymæ arcendæ libidini opportunæ.
S. Hieron.

Lachrymas fundere, & genua in oratione flectere quàm inter ſe cohæreant ita explicabat Petrus Bleſenſis ſerm. 11. in quadrageſima: *Naturalis quippe oculorum, & genuum eſt quædam affectio: quia vt aſſerunt, qui de rerum naturis agunt, puer in vtero matris oculos ſuperpoſitos genibus habet; vnde & à genis ſuperpoſitis genua dixerunt: Flexis ergo genibus naturaliter oculi prorumpunt ad* LACHRYMAS. 1244.

Lachrymas fundere & genua flectere vt cohæreant.
Pet. bleſenſ.
S. Iſid. lib. 11. Etymol. c. 1.

Lachrymarum fuſum ita humiliter poſtulabat Beatus Petrus Damianus tom. 4. orat. . . *Produc Domine de ſaxea cordis mei duritia* LACHRYMARVM *abundantiam, qui de rupe deſerti largiſſimam profluentis aquæ copiam prodire iuſſiſti*, & lib. 1. epiſt. 12. negatum ſibi ad pœnam querebatur, quod ſanctis per gratiam concedi ſolet; præſtat hic eius verba ſiſtere; *Hoc itaque mihi datur ad pœnam, quod promiſſum eſt ſanctis dandum eſſe per gratiam. Abſterget, inquit, Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum. Et in Pſalmo dicitur: Qui eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis. Quod ergo ſanctis viris prorogatur ad præmium, hoc meis meritis infligitur ad tormentum.*

Lachrymarum fuſio vt poſtulatur.
S. Pet. Dam.

De lachrymarum vi peccatorum maculis auferendis hæc habet ſanctus Chryſoſtomus ſerm. 2. de myſteriis Cœnæ Domin. LAVANT LACHRYMÆ *congeriem peccatorum. Quam precioſæ lachrymæ, quæ extergunt culpam, & exigunt veniam. Profuit illi vere iſta amaritudo: quoniam quicquid in eo delicti tabidum fuit, ferramento pœnitentiæ reſecauit.* & homil. 5. de pœnitentia: *Rogum peccatorum extinguimus, non tam aquis multis, ſed paucis cum lachrymis: multus enim peccati ignis, atque modica extinguit eum lachryma: nam lachryma fratres, rogum extinguit peccatorum.* Et ſerm. de pœnitentia: *Deus vitam meam annuntiaui tibi, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo: Tanquam ſi diceret: ſuſcipe Domine lachrymas meas, quoniam lachrymæ ſunt, quæ radunt rudera, & ſanant vulnera: lachrymæ ſunt, quæ pœnitentiam armant, & indulgentiam prouocant, lachrymæ ſunt, quæ cœlum pulſantes, crimina delent, & conſcientiam degrauant.* Et ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 107. LACHRYMÆ *peccata baptizant*; ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 94. *Ardes, inquit, fortè conſcientia delicti, lachrymis extingue flammam peccati*; ſanctus Ambroſius in Pſalm 37. *Lachrymæ ſolent legationem ſuſcipere pro delictis* 1245.

De lachrymarum vi peccatorum maculis abſtergendis.
S. Chryſoſt.

Lachrymæ peccata baptizant.
S. Pet. Chryſ.

Lachrymæ legationem ſuſcipiunt pro peccatis.
S. Ambroſ.

In aqua remum integrum videmus quaſi fractum, in lachrymarum aquis aliter accidit, quæ verè fracta erant, integra fiunt, fractuſque ſceleribus peccator integritati ſuæ reſtituitur, ſi lachrymis innatet; Lachrymam efferens ſanctus Gregorius Nyſſenus lib. de vita Moſis ſub initium, ait: LACHRYMA FIDELIS QVÆDAM CVSTOS BONORVM EST, *qui veram quærunt virtutem*; parum eſt cuſtodem tantum eſſe; eſt etiam reparatrix eorum, quæ fuerunt amiſſa; Pulchrè ille, & verè: LACHRYMARVM AQVIS DEBILIA FIRMA REDDVNTVR, *& quæ fracta erant integra fiunt*; nam animæ vulneribus ſanandis opportuniſſimæ ſunt, quæ vulnera animæ auferebant rectitudinem; Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 17. de lachrymarum vi contra peccata hæc habet: *Propheta lachrymæ pro pœnitentiæ* 1246.

In lachrymarum aquis integra fiunt, quæ erant fracta.
S. Greg. Nyſſ.
Anon.
Baſil. Sel.

tentia loge ſunt. Monſtrauit quomodo curentur animæ vulnera, monſtrauit ecquod ſit antipharmacum, monſtrauit inimicas Diabolo eſſe LACHRYMAS, *per oculos contra iaculatus eſt, & lachrymis Diabolum conuulnerauit.*

1247. *Lachrymarũ aquis ſcripta peccata deletionem, virtutes formoſiores apparent.*

Littera, Senecæ verba ſunt 1. natural. quæſt. cap. 6. *Quamuis minuta, & obſcura ſint per vitream pilam aqua plenam, maiores, clarioréſque cernuntur;* contrà in lachrymis accidit, harum quippè appoſitione litteræ quibus exarata noſtra peccata ſunt, adeò maiores, clarioreſque non ſunt, vt penitus eſſe deſinant; addit: *Poma formoſiora quam ſint videntur, ſi innatant;* & opera quæ à nobis fluunt, nitorem, & pulchritudinem ſuam augent, ſi lachrymarum aquis innatent.

Hoſtis humanæ ſalutis lachrymarum præcipuè hoſtis eſt. Pet. Cell.

Humanæ ſalutis hoſtis eſt etiam lachrymarum, vt eas ferre nequeat, iis torqueatur; Petri Cellenſis hæc verba ſunt lib. de panibus cap. 12. FLVMINA *omnia abſorbet, ſed hanc tamen aquam non ſorbet: rumpuntur namque ventris eius interiora, ſi conſperſa fuerint hac aqua. Dentes excutiuntur, fauces ſtringuntur, venæ inflantur, & nerui eius ſoluuntur: non tamen hæc operatur omnis liquor profluens ex oculis; ſed humilitas procedens ad publicum nauigio lachrymarum.*

Lachrymæ, quæ confeſſionem comitantur quam vtiles. B. Alb. Magn.

De lachrymis, quæ confeſſionem comitantur ita ſentit Beatus Albertus Magnus ſerm. de ſancto Thoma Apoſt. LACHRYMOSA *quippe confeſſio eſt quaſi quædam ſcopa, quæ cum fœtentes ſordes per contritionis prææcutam palam foras proiectæ fuerint, domum poſtmodum lachrymis perfuſis ſubtiliter, & diligenter emundat.*

1248. *Quàm timere debeat qui lachrymas non fundit, & peccauit.* Luc. 23. 31. Pet. Cell.

Chriſti verba fuêre; *ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Luc. 23. 31. quæ verba elegantiſſime torquet ad lachrymarum fuſum Petrus Cellenſis lib. de panibus cap. 12. vbi ait: *Nunquam virtutes aut veniunt aut diu viuunt ſine cordis* IRRIGATIONE. *Nam ſi in corde viridi quotidie irrepunt tentationes; in arido quid fiet? ſi etiam poſt lachrymam, vermis corruptionis mentem corrodit, quæ conſumptio ariditatis illius vbi nunquam Dominus pluit?*

Hortus animæ lachrymarum piſcinam habet. Vgo Vict.

Horti ſuas habent piſcinas, ſuas aquas habent, quibus frequentius irrigari poſſint, quam campi; anima hortus eſt, pro aquis lachrymas habet, quibus aſſiduè irriganda; Vgo Victorinus lib. 1. de nuptiis carnalibus cap. 3. ita ſentit: *Hortus animæ cum* LACHRYMARVM *affluentiâ ſuffunditur, dum rore cæleſti, & ancti Spiritus calore vaporatur, ſegeti virtutum præſtat incrementum, pullulare cogit virgulta iuſtitiæ, in vineis charitatis botros multiplicat gratia.*

1249. *Lachrymarũ vis & efficacia, quæ ante alia exaudiuntur.* Pſalm. 6. S. Thom.

Lachrymarum vi probandæ opportunus eſt locus ille Dauidis Pſalm. 6. vbi ait: *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei.* Præmitto illud quod hîc obſeruabat ſanctus Thomas: *Aduertendum quod ſuperius tria præmiſit, ſcilicet orationẽ, cũ dixit (Miſerere) ſecundò deprecationẽ, vt liberaretur (conuertere) tertiò luctum, laboraui in gemitu meo, & hæc tria dicit exaudita ordine retrogrado, & primò gemitum dicens; quoniam exaudiuit vocem fletus mei, ſecundò deprecationem, tertiò orationem;* primæ exaudiuntur lachrymæ, licet poſteriores ante Dei tribunal apparuerint, vt eius vis, & efficacia ſignificaretur; omnibus præferuntur, quarum vox tantum poteſt apud ſupremum iudicem, vt quicquid orent exorent.

Vtiles lachrymæ ſi cælum ſapiant. Pet. Cell.

Vtiles lachrymæ ſunt ſi cœlum ſapiant, ſi terram tantum ſpectent, virtutem ſuam amittunt; rem explico Petri Cellenſis verbis lib. 12. de panibus, vbi ait: *Sterilis eſt omnis effuſio* LACHRYMARVM, *quæ non effunditur propter regnum cælorum. Inanes ſunt lachrymæ, quas damnum, vel incommodum extorquet temporale. Non igitur aqua Ierico huius mundi, ſed de Paradiſo ſit tibi panis, & refectio.*

Libro 2. Machab. cap. 1. habemus ignem in aquam craſſam mutatum; aqua illa lachrymarum figuram potuit ſuſtinere, quæ ex diuini amoris igne generatur; ſanctus Petrus Damianus opuſc. 13. cap. 13. huc ſpectans aiebat: *Hic ignis in aquam vertitur; quia* EX AQVA DIVINI AMORIS LACHRYMARVM COMPVNCTIO GENERATVR. *Et notandum quòd non pura duntaxat aqua, ſed craſſa aqua narratur illic fuiſſe reperta; quid enim craſſa vt aqua, niſi lachrymarum compunctio diuina proculdubio gratia pinguedine ſaginata.* Alia plura de lachrymis, & compunctione auctor iſte adiicit, quæ videri apud illum poſſunt, aliqua etiam ſequenti Excurſu afferemus. 1250.

Ex diuino amore lachrymæ generari debent. S. Pet. Dam.

Diuina gratia pinguedo cum aqua lachrymarum. Idem.

EXCVRSVS XCIV.

Nonnulla alia de oculorum aquis, lachrymiſque afferuntur irrigandæ pietati.

In ſpiritali connubio lachrymarum *aqua, & amoris ignis.*

Lachrymæ *tuentur caſtitatem, vim exhibent exercitus vincendo.*

Vbi lachrymæ *ibi ſpiritalis ignis accenditur.*

Amoris vi lachrymæ *excitantur.*

Vitiorum ſordibus abſtergendis quî parandæ ſint lachrymæ.

Chriſti vagitus, & lachrymæ *quàm nobis profuerint.*

Lachrymarum *commoda & vtilitates.*

Proba lachrymarum *diuiſio.*

Fundantur lachrymæ, *quæ interiora rigent.*

Lachrymarum *aquâ quærendus aquæ decor.*

Lachrymarum *fluenta quàm ſalutaria.*

Lachrymis *pugnandum contra luxuriam.*

Quàm gratus Chriſto lachrymarum *calix.*

Lachrymantes *oculi Diabolum terrent.*

Lachrymarum *torrentes Diabolicas ſordes à mentis alueo efferunt.*

NVptiæ olim aquâ, & igne conſecrabantur in domus limine, quam intraturi ſponſus, & ſponſa erant, aqua, igniſque apponebantur, vt notatum ab aliis eſt; nos ſpiritale connubium cum Deo inibimus ſi lachrymarum aquas effundamus, amoris igne æſtuemus. 1251.

In ſpiritali connubio lachrymarum aqua & amoris ignis.

Vtiles lachrymæ ſunt, & ingentium bonorum matres, hæ munière Iudith, vt vincere Holofernem poſſet, dedêre fœminæ vim, vt in diſcrimine tam magno caſtitatem ſeruaret, ac pudicitiam, quæ in principum cubiculis ſæpè naufragium facit; Aduocanda huc ſunt ſancti Petri Damiani verba qui opuſc. 13. cap. 12. ita

Lachrymæ tuentur caſtitatem, vim exhibent exercitus vincendo. S. Pet. Dam.

loqoitur: LACHRYMÆ *contulêre Iudith vt caput abſciderit Holofernis, & intra cubiculum luxuriantis illecebra florem non amitteret pudiciſſima caſtitatis, & caſtiſſima pudicitia.*

1252. *Vbi lachrymæ ibi ſpiritalis ignis accenditur.* S. Aug.

Ignem, & flammas repetiri, quæ adeo fluuiis non extinguantur, vt accendantur potius teſtantur hæc Plinij verba lib. 2. cap. 107. *In Nymphæo exit è petra flamma, quæ fluuiis accenditur*; vtilius eſt quod eſt a lachrymis, hæ quippe ſpiritalem ignem accendunt, quò anima illuminetur; huc voco ſanctum Auguſtinum; qui lib. de ſalutaribus documentis cap. 43. ita ſcribit: *Vbi fuerint* LACHRYMÆ *ibi ſpiritalis ignis accenditur, qui ſecreta mentis illuminat*, quo diuina cognoſcere poſſit, cæleſtia contemplari.

Amoris vi lachrymæ excitantur. Vgo Vict.

De compunctionis aquis, quibus cinis admiſcendus, rectè philoſophatur Vgo Victorinus lib. de carnalibus nuptiis vitandis cap. 3. dum ait: AQVA *miſcetur cineri, colatur (vt ita dicam per pannum, ne cinis tranſeat, & ſic quæ lauantur citius mundantur. Cum enim per amorem cœleſtium deſiderioru͂ compunctionis* LACHRYMÆ *excitantur, tunc quaſi ad ignem ponitur aqua. Cum carnalis fragilitas attenditur, tunc quaſi cineribus aqua miſcetur. Colatur per pannum, & commouetur cinis, dum per memoriam mortis conſiderat animus turbationem carnalis fragilitatis Per hoc igitur compunctionis lixiuium animæ ſordes abluuntur, homicidij videlicet ſanguis, inuidiæ venenum, luxuriæ fœtor, leuitatis puluis, cupiditatis fumus, pannus menſtruata, voluptatis cœnum.*

1253. *Chriſti vagitus & lachrymæ quàm nobis profuerint.* S. Aug.

Proh! quam nobis Chriſti vagitus, lachrymæque profuerunt! pannis inuolutus, in ſpelunca infans Ieſus edebat vagitus; nimirum ne ſtridorē dentium inferno ſepulti ederemus; Bene ſanctus Auguſtinus ſerm. 3. de natiuit. *O gratiſſimi, delectabileſque vagitus, per quos ſtridores dentium, æternoſque* PLORATVS *euaſimus!* Quis ergo deinceps lachrymas ſpernet, quæ tot bonorum nobis fœcundæ matres? Verùm vt ait ſanctus Bernardus ſerm. 5. de Natiu. *Non conſolantur Chriſti* LACHRYMÆ *cachinnantes.* S. Bern.

Lachrymarum commoda, & vtilitates. S. Pet. Dam.

Lachrymarum commoda his verbis explicat ſanctus Petrus Damianus opuſc. 13. cap. 12. *Lachrymarum mador animam animi labe purificat, & ad proferenda virtutum germina noſtri cordis arua fœcundat, ſæpè namque miſerabilis anima velut ſub pruinali glacie comas, & foliorum ornamenta depoſuit, & recedente gratia ipſa, ſibimet derelicta, tota remanet arida, & quaſi decidentium florum videtur decore nudata. Sed mox vt lachrymæ ex munere intimi inſpectoris eruperint, protinus hæc eadem anima reuireſcit, torporis ignaui frigore ſoluitur: & tanquam arbor verna auſtri fomite recaleſcens, rediuiuo virtutum ſuarum flore veſtitur.*

1254 *Proba lachrymarum diuiſio.* Cæſar.

Benè ille lachrymas diuidebat, de quo ſcribit Cæſarius hom. in Dom. Quinquag. in hunc modum: *Sic aſcendere conſueuit bonæ memoriæ VVillelmus conuerſus noſter, qui nuper defunctus eſt. Nam ſicut ipſe moriens Abbati ſuo confeſſus eſt, tribus vicibus in die lachrymas fundebat, primò ex memoria peccatorum ſuorum, ſecundo ex conſideratione Dominicæ paſſionis, tertiò ex deſiderio patriæ cæleſtis. Quidquid enim cogitare nouerat, vel poterat de Chriſti tormentis, mente percurrebat: de quo tantam ſenſit dulcedinem, ac ſi fauum mellis in ore ſeruaret.*

Fundātur lachrymæ quæ interiora rigent. Pſalm. 6.

Fundantur lachrymæ, quæ non extimè nos abluant, ſed cordis interiora rigent; vix dixerat Dauid Pſalm. 6. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum*, cùm addit; *Lachrymis ſtratum meum rigabo*; repetit quod dixerat; *Hoc accipimus ſtratum, quod ſuperius lectum*, inquit hic ſanctus Auguſtinus, ſed aliud rigare eſt, aliud lauare; addit ſanctus Pater: *Quamquam rigatio amplius ſit aliquid, quam lauatio, quoniam poteſt aliquid in ſuperficie lauari, rigatio verò ad interiora pertinet, quod ſignificat fletum vſque ad cordis intima.* S. Aug.

Lachrymarum aquâ quærendus faciei decor, non pigmentis; ſcitè ſanctus Chryſoſtomus Syrus lib. 1. de compunctione cordis: *Si vis lauare faciem tuam, ablue eam lachrymis, &* ABLVE EAM FLETIBVS, *vt in conſpectu Dei, & ſanctorum Angelorum eius claritate refulgeat.* 1255. *Lachrymarū aquâ quærendus aqua decor.* S. Ephræm.

Lachrymarum fluenta quam ſalutaria iis fuerunt, a quibus effluxerunt exemplis probat ſanctus Petrus Damianus opuſcul. 13. cap. 12. LACHRYMÆ *tribuunt, vt negator Apoſtolus non modo non pereat omnino poſt lapſum, ſed vltrò etiam vt ſuper cæteros cæleſtis curiæ ſenatores obtineat principatum. Lachrymæ contulerunt, vt Dauid poſt adulterij ſimul & homicidij profundiſſimum baratrum non modò regnum cum vita non perderet, ſed vltro etiam promiſſionem hæredis ex ſe naſcituri cum iuramento ſuſceptam immobiliter obtineret: qui & regni ſui ſolium, & omnium regna terrarum perpetuo poſſideret. Lachrymis eſt conceſſum, vt morituro mox Ezechiæ tria annorum luſtra ad vitam Deus omnipotens adderet: & inſuper ſe, & Vrbem Hieruſalem de Regis Aſſyriorum manibus liberaret. Lachrymis certè diuina pietas contulit, vt Saram Raguelis filiam de vinculo turpis improperij clementer abſolueret, & ad digni viri thalamos nuptiali per Angelum fœdere deſtinaret. Lachrymis impetrauit Eſther, vt Iſraeliticum populum Deus de communi periculo perditionis eriperet, & in Aman, quod ipſe parauerat, propoſiti ſuſpendij ſententiam retorqueret. Lachrymæ nihilominus contulêre Iudith, vt & caput abſcinderet Holofernis, & intra cubiculum luxuriantis illecebra, florem non amitteret pudiciſſima caſtitatis.* *Lachrymarum fluenta quam ſalutaria.* S. Pet. Dam.

Lachrymis maximè pugnandum cum luxuriæ, libidiniſque aquis: medicam quippe vim contra hoc vitium præcipue habent. Sanctus Laurentius Epiſcopus hom. 1. de pœnitentia ita calculum ſuum adiiciebat: *Sicut peccatum quod extra corpus eſt eleemoſyna fulminat, & extinguit: ſic vitium libidinis, quod membra inceſtat,* LACHRYMARVM VBERTAS *extirpat.* 1256. *Lachrymis pugnandum contra luxuriam.* S. Laur. Epiſc.

Gratus & Chriſto lachrymarum calix eſt, quas ex pœnitentium oculis ebibit; Feſtiuè ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 93. ad Magdalenæ lachrymas reſpiciens ait: *Phariſæi domum Chriſtus intrauit non accepturus Iudaicos cibos, ſed diuinam miſericordiam largiturus: neque accubuit pocula ſaporata melle, floribuſque odorata ſumpturus, ſed* POENITENTIS LACHRYMAS *ex ipſis oculorum fontibus potaturus.* *Quam gratus Chriſto lachrymarum calix* S. P. Chryſ.

Denique vt definiam, vt maximè Chriſto placent lachrymæ, ſic maximè diſplicent, cui Chriſtus ipſe diſplicet, Satanæ, cùm lachrymæ tanquam quidam torrens cunctas diabolicæ prauitatis, & aſtutiæ artes, ſemina, ſordeſque ex mentis alueo efferant, ab omnique ſpurcitia eò citius emundent, quò vehementius fluunt: neque hîc ſubticebo, quod huic ſententiæ firmandæ habet ſanctus Petrus Damaſcenus, non pœnitendus pœnitentiæ, lachrymarumque aduocatus, ſic igitur ille ſcribit opuſc. 13. cap. 11. in calce: LACHRYMANTES OCVLI DIABOLVM TERRENT, *& ſic lachrymarum erumpentium expauet impetum, ac ſi procelloſi nimbi grandinem,* 1257. *Lachrymantes oculi Diabolum terrēt.* S. Pet. Dam. *Lachrymarum torrentes diabolicas ſordes à mentis alueo efferunt.*

dinem, vel furentium vndique ventorum effugiat tempeſtatem; Addit ſtatim: *Nam ſicut ſpumoſi torrentis ſuperueniens impetus cunctis alueum ſordibus purgat, ſic lachrymarum profluentium curſus ex mente fluens, & diabolicæ virtutis ſemina, & omnes ſordentes vitiorum peſtes eliminat*; Hoc plus placere nobis lachrymarum fuſus debet, quò plus Satanæ diſplicent dum funduntur.

EXCVRSVS XCV.

Pœnitentiæ commendatio, commendatio compunctionis.

Pœnitentia *diluit crimina fontibus lachrymarum.*

Pœnitentiæ *virtus expenditur.*

Leue vt peccatum pœnitentia *fuit, dum abiicitur.*

Pœnitentiæ *dolor vitæ ſpiritualis initium, & conſummatio.*

Pœnitentiæ *fructus auidè comedendus.*

Pœnitentiæ *armis diuinæ virtutis occurrendum.*

Per pœnitentiam *Angelus euadere peccator poteſt.*

Incipit erigi qui lapſum ſuum *& agnoſcit, & fatetur.*

Bonus fons cordis compunctio, *quæ virtutes rigat.*

Ad pœnitentiam *vt nos reformet, nos Deus inhortatur.*

Ad pœnitentiam *lapſum primum hominem vt Deus prouocaret.*

Pœnitentia *diaboli accuſatrix, conuerſorum patrona.*

Euertitur ad ſalutem qui pœnitet.

Perſtricti qui poſt pœnitentiæ *lamenta ad pœnitenda iterum decurrunt.*

Peccatorum *memoria Deo grata.*

Quàm vtilis peccatorum *cogitatio.*

Compunctionis *dulcedo, & ſuauitas.*

1258. POenitentiam iterum efferemus, vt non ſemel ad pœnitentiam feratur, qui pœnitenda committit; peccati dolorem commeodabimus, ne peccati medicinam abhorreat qui peccauit.

Pœnitētia diluit crimina fontibus lachrymarum. S.Chryſoſt.

Pœnitentia lachrymarum fluentis peccata extinguit, vt ſolet aqua ardentem ignem; hinc illud ſancti Chryſoſtomi ſerm. de pœnitentia: *Sicut*, inquit, AQVA *extinguit ignem ardentem, ſic* POENITENTIA *diluit crimina fontibus lachrymarum.*

Pœnitentia virtus expenditur. S Ephræm.

Pœnitentiæ virtutem in Petro, in Dauide ſic expendebat ſanctus Ephræm Syrus tract. de pœnit. *Nouit* POENITENTIA *etiam Apoſtolos conſtituere. Hæc Petrum propria dignitati reſtituit, ſua negatione collapſum. Non ſolum autem Apoſtolos facit, ſed etiam reges conſtituit; Dauidi enim pœnitentiam agenti, vt penes eum regnum permaneret effecit*, &c.

Leue vt peccatum pœnitentia fuit dũ abiicitur. S.Cyril.Hier.

Peccatum alioquin graue, leue pœnitentia quî fiat docet ſanctus Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 1. *Graue igitur malum, vt dictum eſt, peccatum, ſed non incurabile; graue retinenti;* LEVE AVTEM PER POENITENTIAM *abiicienti. Poſito enim quod manu aliquis teneat ignem, quandiu quidem retinet carbonem procuidubio vritur; ſi vero carbonem abiiciat, ablatus eſt feruor.*

Vtilis pœnitētiæ dolor eſt, & maximè Chriſto placet, vt nō abs re myrrha, cū eſſet ſepeliēdus, vngi voluerit, quia hæc ſua amaritudine pœnitētia amaritudinem referebat; vix natus donatus myrrhâ, myrrhâ vngitur iā donatus, quia pœnitentiæ dolor, & vitæ ſpiritualis initiū, & cōſummatio eſt; huc flecto Guarrici Abbatis verba, qui ſerm. in Epiph. Dom. ita ſcribit: *Inutilem aut vilem tunc dixeris quam Chriſtus acceptat in munere, quã ſui corporis ſepulturam non ſolum præſignari cùm ei offerretur, ſed etiam conſummari voluit, cùm ex ea perungeretur. Si ergo manifeſtius vis audire, myrrha in corde tuo dolor eſt: myrrha in corpore tuo labor eſt, ſi tamen iſte, vel ille pœnitentialis eſt, myrrha ſiquidem vtrumque eſſe non ſolum probat etymologia nominis, aut qualitas ſaporis; ſed etiam medicinalis operatio virtutis. Myrrha namque amariſſimum guſtum ſui etiam nomine prodit, effectu autem præter alias ſui vtilitates corruptioni reſiſtit. Et quid guſtu amarius, quid effectu ſalubrius quàm dolor, quo peccator ad pœnitentiam contriſtatur? Recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ; dicens Deo, noli me condemnare, ſed omnis hæc amaritudo nihil aliud quàm myrrha eſt vindicans a corruptione tam luxuriarum in quibus computruit, quam vermium immortalium quos meruit.* 1259.

Pœnitentiæ dolor vitæ ſpiritualis initium, & conſummatio. Guarricus.

Pœnitentiæ fructus à peccatore famelico comedendus eſt; ita ſanctus Chryſoſtomus ſerm. de Pœnitentia, vbi hæc habet: *Cuius ſimilitudini* POENITENTIAM *comparemus? ſic eſt quomodo ager fructifer, aut vinea fœcunda, aut etiam arbor fructifera, fructus eius edis peccator famelicus.* 1260.

Pœnitentiæ fructus auidè comedendus. S.Chryſoſt.

Pœnitentiæ armis diuinæ iuſtitiæ occurrendum eſt, id quod his verbis offerebat ſanctus Ambroſius lib. de pœnit. cap. 3 a. *Sanciatis vitalem pollicetur vltroneus artifex* MEDICINAM, *cum miſericordia habetur in promptu, antequam iuſtitia capulo tenus extrahat pugionem, ſumamus arma pœnitentiæ, & iudicis rigorem ſatisfactionis officio mulceamus.*

Pœnitentia armis diuinæ iuſtitiæ occurrendum. S.Ambroſ.

Qui pœnitentiam init, & à lapſu Dei virtute ſe erigit, non deſperet, Angelus euadere poteſt ſi per ſcalam illam aſcendat, vnde miſer decidit; Per ſcalam Iacob aſcendebant Angeli, Geneſ. 28. Angelum etiam referet, qui per pœnitentiam ad cœlum pergit. Huc ſpectauit ſanctus Bachiarius epiſt. de recipiendis lapſis, vbi lapſum hortatur, vt reſipiſcat hiſce verbis: *Sit tibi vigilia velut officiorum cuſtodia publicorum, ac ſicut catena rigentis ferri, ſic duriori conſuetudine, & lege conſtrictus ſub imagine martyrij,* VENIAM MISARICORDIÆ *cæleſtis expecta. Eia, eia quid dubitas? Scalam illam Iacob, vnde delapſus es, dum velis aſcendere, adhuc poſita nondùmque ſubtracta eſt: & licet in ruina tua omnia membra tua colliſeris, tamen iterum conare aſcendere.* 1261.

Per pœnitentiam Angelus euadere peccator poteſt. Geneſ. 28. S.Bachiar.

Sternit ſibi ad veniam viam, qui ſe peccaſſe fatetur, & incipit erigi, qui nouit ſe lapſum, nec lapſum negat, ex illo quod Lamech accidit id colligebat Diodorus in catena veterum Patrum Græcorum in cap. 4. Geneſ. *Virum*, inquit, *interfeci in meum vulnus, & ad* MAIOREM COMMISERATIONEM *adiecit, & adoleſcentulum: elapſus verò indicium eſt, neque de pœnis agitur, pro-*

Incipit erigi, qui lapſum ſuũ & agnoſcit, & fatetur. Diod.

pterea quod ingenuè peccaſſe fatetur. Cumque ipſe ſibi calculum tuliſſet damnationis, abſolutionem meruit a Deo. Et veriſimile quidem eſt, vt ait Ephram, homicidium feciſſe Lamech propter mulieres, quas deinde in vxores accepit, tunc præſertim temporis regnante incontinentia.

1262. *Bonus fons cordis compunctio, quæ virtutes irrigat. S.Ephræm.*

Bonus fons cordis compunctio eſt, quæ virtutes irrigat; de hac ita ſcribit, ita ſentit ſanctus Ephræm ſerm. de Iud. & Reſur. COMPVNCTIO *fratres in animam eſt veluti puriſſimus* FONS RIGANS *anima fructiferas arbores; eas verò arbores virtutes ac rectè facta intellige, quibus adhibetur ſemper lachrymarum atque orationum ſalubris irrigatio. Huiuſmodi nobiles, atque fructiferas virentéſque arbores in anima tua iugiter plantare contende: riga illas lachrymis orans. Arbores quæ orationibus, lachrymiſque irrigantur fructus amœniſſimos ac perutiles ferunt, neque foliis tuis pulchritudo, & vtilitas, ô anima deerit. Riga frater indeſinenter arbores tuas. Lachrymas profunde dum oras vt irrigatæ ſuccreſcant, fructuſque vberes in dies ferant.*

Ad pœnitentiam vt nos reformet, nos Deus inhortatur. S.Ambr.

Tanquam figulus, qui reformare nos cupit ad pœnitentiam nos Deus inhortatur; vocari huc illud poteſt, quod habet ſanctus Ambroſius lib. de pœnit. cap. 27. *Ecce ego fingo mala ſuper vos, & cogito ſuper vos cogitationem. Conuertatur vnuſquiſque a via ſua maligna, & meliores facite cogitationes veſtras. Suadet ergo figulus noſter a viis peſſimis, & cogitationibus nos malignis auerti, vt conuerſio pœnitentia in aliud vas poſſit fracturas noſtras, vitiáque plaſmare*

1263. *Ad pœnitentiam lapſum primum hominem Deus prouocaret. Vgo Vict.*

Ad pœnitentiam Deus homines prouocat, qui peccarunt; in primo parente vt id præſtiterit egregiè obſeruat Vgo Vict. in annotation. in Gen. cap. 7. *De homine peccante non ſtatim dedit ſententiam: ſed propoſita quæſtione dedit ei ſpatium, vt cogitaret de cauſa ſua,* ET POENITERET. *Super Diabolum autem ſtatim ponit ſententiam.*

Pœnitentia Diaboli accuſatrix & conuerſorum patrona. S.Chryſ.

Pœnitentiam *Diaboli accuſatricem*, conuerſorúmque *patronam* vocauit ſanctus Chryſoſtomus hom. in Præcurſorem Domini, dum ait: O POENITENTIA, *quæ inter ipſas lachrymas nobis vitam ſuppeditas; & cum nuptiali peplo nuptialem etiam charitatem indueris? ô pœnitentia* DIABOLI ACCVSATRIX, *conuerſorum patrona?*

Euertitur ad ſalutem qui pœnitet. Ion. 4. S.Gaud.

Euerſa eſt Niniue ad ſalutem, quia pœnituit, euertenda ad exitum niſi pœnituiſſet, vt verum quoqoe fuerit, quod iuxta LXX. lectionem habetur Ion. 4. *Adhuc tres dies, & Niniue euertetur.* Acutè rem habet ſanctus Gaudentius tract. 3 in Exodum: *Dixit*, inquit, *Niniuitis, Adhuc triduum, & Niniue euertetur: & euerſa non eſt, quia pœnitentiam egit in prædicatione Ionæ. Sed intellige: Sermo Dei gladius eſt ex vtraque parte acutus. Niniue aliter euertenda fuerat, & euerſa eſt, aliter* EVERTENDA FVERAT EXCIDIO, SI PERMANSISSET IN SVA NEQVITIA. EVERSA EST INIQVITAS EIVS, QVIA POENITVIT.

1264. *Corui ſimiles qui poſt pœnitentiæ lamenta ad pœnitenda iterum decurrunt. S.Ephræm.*

Eos, qui poſt pœnitentiæ lamenta ſtatim ad noua ſcelera decurrunt, ſcitè perſtringit ſanctus Ephræmus Syrus in ſuo teſtamento hac corui ſimilitudine: *Contingit interdum, vt hyberno tempore, decidente niue, coruus aliquandiu albus viſus fuerit, licet alias ſua natura & obſcurus ac niger eſſet: ſimul atque enim ſe ad volandū incitauerit, totámque à ſe niuem excuſſerit, eodem quo antea colore videntibus apparuit. Similes quoque huic ſunt peccatores: quippe qui cùm ad breue tempus compuncti oſtenderint temporarios pœnitentiæ fructus, futuri Iudicij verba formidantes eo quod in tempore atque propoſito compunctionis eorum ſtabiles non permanſiſſent, paulo poſtea quaſi omnium obliti, iterum ad priſtinum vitioſum locum abripiuntur.*

Peccatorum memoria grata Deo eſt, nec tam mœſtæ rei recordatio feſti diei lætitiam inficit; ſcitè Oleaſter in cap. 29. Num. *Hircum caprarum vnum pro peccato, quid quæſo? Quid quæſo in tantis ſolemnitatibus Domine, agit ſacrificium pro peccato? Nonne Domine noſti, inter gaudia triſtem fore* PECCATORVM RECORDATIONEM? *Nullum gaudium,* NVLLA SOLEMNITAS EST, Ô HOMO IN QVA NON GRATA DOMINO, SIT MEMORIA PECCATORVM. *Non putas te Deo ingratam facere rem, ſi inter epulas lachrymas fundas.* *Peccatorum memoria Deo grata. Oleaſt.*

Ignis ſimilitudine ſpinas abſumentis explicat ſanctus Chryſoſtomus ſerm. de pœnit. quam vtilis ea cogitatio ſit, qua peccata in memoriam reuocantur; hæc huius ſancti Patris verba ſunt: *Sicut ignis, qui in ſpinas inciderit, facilè ipſas abſumit: ita &* COGITATIO, *quæ continuè in ſe ipſa omnia verſat* PECCATA, *quæ a iuuentute fecit vſque ad ſenectutem, ea exuit.* 1265. *Quàm vtilis peccatorum cogitatio. S.Chryſ.*

De compunctionis dulcedine, ac ſuauitate hæc habet ſanctus Ephræm ſerm. de Iud. & Reſurr. *Compunctio fratres ad ſe ipſam attrahit Spiritum ſanctum. Certi eſtote fratres mei, quia nihil in terra dulcius eſt gaudio quod ex compunctione prouenit. An habetis fratres experimenta lachrymarum? Num aliquis ex vobis illuſtratus eſt gaudio illo lachrymarum in dulcedinem, expertus eſt, cùm oraret ex intimo affectu cordis, is profectò eleuatus à terra orationis illius tempore extra corpus prorſus effectus eſt. Et quid extra corpus dico, extra mundum omnem eleuatus, neque iam huiuſmodi in terris eſt. Cum Deo loquitur, illuſtratur à Chriſto, ſanctificatur a ſpiritu.* Amara peccati dulcedo eſt, dulcis verò eſt illa amarities, quam ſeria peccati cogitatio gignit, & lachrymæ ex peccati memoria ortæ aduehunt. *Compunctionis dulcedo & ſuauitas. S.Ephræm.*

CAPVT CXXV.

De Balneis nonnullæ obſeruationes nonnulla ex Balneis monita.

Balnea *aliquando in nauibus.*
Balneorum *ſtructura qualis.*
Balneorum *columna nihil ſuſtinentes.*
Aquæ balneorum *per gradus cadentes cum ſtrepitu.*
De balnei *feneſtris.*
Balneorum *ornatus qualis.*
Pauperes veſtibus vidui in balneis *cubare ſolebant.*
Nomina in balneis *inſcribere mos veterum.*
Veneris ſimulachrum in balneis.
Balneorum *raritas, & multitudo, cultus, & ornatus varius pro varietate temporum.*
De balneatoris *mercede ritus antiquus.*
De quadrante in balneis *dari ſolito.*
Balnea *fœminis velatis permiſſa apud Phariſæos.*
Sine ſeruis olim ad balnea *non ibant domini, nec ad forum.*

Domino

Dominorum ſeruitus *hinc probata.*
Balnei *vſus rarus fœminis.*
Itura ad balneum *ſola mulier ire nō poterat.*
In pœnam regis iuſſu inhibitus omnibus ciuibus balnei vſus.
Imperatores Vrbem aliquam ob crimen læſæ Maieſtatis punientes balneorum *vſum inhibebant.*
Circi *certamen fieri in Vrbe quando inhibitum.*
In pœnam Vrbes *oppida dici iubebant Imperatores.*
Balnea *peccata non diluunt.*
Balneum *ex guttis roris.*
Pauperes in balneorum *veſtibulis.*
Gothorum pueri in balneis *calidiſſimis cæſi, & in aquis frigidis mox mergendi.*
Mos ille Matrum in balneis *pueros fricantium ad tribulationes flectitur quibus Deus nos exercet.*
Salubre balneum *lachryma.*
Spiritale balneum *Eccleſia.*
A balneo *ad gehennam mens flectenda.*

1266. VOluminis iſtius argumentum non feret tantùm de balneis aliqua libari, ſed etiam exigere ſuo iure videtur, ne ab aquis excludantur, quæ hoc ipſo ſunt, quod aquas habent; de balneis itaque aliqua hîc afferemus, & vtilia quædam monita ex illis hauſta offeremus in lectoris vtilitatem.

Balnea aliquando in nauibus.
Plut.

Balnea in nauibus aliquando fuiſſe indicant hæc Plutarchi verba in Lucullo: NAVES *non deauratis tabernaculis nec* BALNEIS *pellicum, & gynæciis delicatis adornatas ſed armis, ſed telis refertas comparauit,* ac ſi hoc non eſſet inſolens.

Balneorum ſtructura quæ à S. Baſil.

De balneorum ſtructura audi, quid habeat ſanctus Baſilius homil. 1. in Exameron *Quum videamus &* BALNEORVM LAPIDEOS FORNICES, *& antroſorum ædificiorum ſtructuras, qui circa internam aſpectum in ſemicirculi figuram circumſtructa, in partibus ſupra tectum, æqualem ſæpenumero habent ſuperficiem.*

1267. In columnas balneorum, quæ nihil ſuſtinebant, in aquas per gradus magno fragore cadentes ſæuiebat Seneca, videns ſuo æuo eò luxum homines traduxiſſe, vt non commodo ſeruirent, ſed deliciis; hæc illius verba epiſt. 86. *Quantum ſtatuarum, quantum columnarum eſt nihil ſuſtinentium, ſed in ornamentum poſitarum expenſæ cauſa? quantum* AQVARVM PER GRADVS *cum fragore labentium? Eò deliciarum peruenimus, vt niſi gemmas calcare nolimus.*

Balneorum columnæ nihil ſuſtinentes.
Seneca.
Aquæ balneorum per gradus cadentes cum ſtrepitu.
Idem.

De balnei feneſtris.
Idem.

De balnei feneſtris accipe quid dicat, aut indicet idem Seneca epiſt. 86. *In hoc* BALNEO *Scipionis minimæ ſunt rimæ magis quam* FENESTRÆ *muro lapideo exſectæ, vt ſine iniuria munimenti, lumen admitterent. At nunc blattaria vocant balnea, ſi qua non ita aptata ſunt, vt totius diei ſolem feneſtris ampliſſimis recipiant, niſi & lauantur ſimul, & colorantur, niſi ex ſolo agros, & maria proſpiciunt.*

1268. Alia de balneorum ſtructura, ornatûque adiicit Seneca eadem epiſt. 86. quæ hic eius verbis offero in hunc modum: *At nunc quis eſt, qui lauari ſuſtineat? pauper ſibi videtur, ac ſordidus, niſi parietes magnis & pretioſis orbibus refulſerunt, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſunt, niſi illis vndique operoſa, & in picturæ modum variata circumlitio prætexitur, niſi vitro abſconditur camera, niſi Thaſius lapis, quondam rarum in aliquo ſpectaculum templo piſcinas noſtras circumdedit, in aquas multa ſudatione corpora exinanita demittimus, niſi aquam argentea epiſtomia fuderunt.*

Balneorum ornatus qualis.
Idem.

Pauperes veſtibus vidui eiiciendo frigori in balneis cubare ſolebant; diſco id ex Suida, cuius hæc ſunt verba verbo φῶδες: *Pauperes, quibus veſtes deerant, propter frigus in* BALNEIS *cubare ſolebant, & puſtulis ſcatebant.*

Pauperes veſtibus vidui in balneis cubare ſolebant.
Suid.

Nomina in balneis inſcribere mos veterum fuit, aut vt loquitur ſanctus Chryſoſtomus, amentia; ſic enim ille loquitur in Pſalm. 48. *Ecce aliud genus amentiæ ædificiis, agris, &* BALNEIS *ſua nomina inſcribere.*

Nomina in balneis inſcribere mos veterum.
S. Chryſoſt.

Veneris ſimulachrum in balneis aliquando ſpectatum, cuincunt hæc ſancti Proſperi verba de Promiſſionibus cap. 6. *Quædam iuuencula* 1269.
Arabs natione, ancilla Dei habitum geſtans, cum in BALNEO LAVANS *ſimulachrum quoddam Veneris impudicè reſpiceret & ſeipſam, eique ſe conſimilans, domicilium ſe Diabolo præbuit.*

Veneris ſimulachrum in balneis.
S. Proſper.

De balneorum raritate, ac multitudine, balneorumque cultu, & ornatu pro temporum varietate, aquæque ſuffuſu ita loquitur Seneca epiſt. 86. *At olim &* PAVCA ERANT BALNEA, *nec vllo cultu exornata. Cur enim ornaretur res quadrantaria, & in vſum non in oblectamenta reperta? Non ſuffundebatur aqua, nec recens ſemper velut ex calido fonte currebat.*

Balneorum raritas, & multitudo cultus, & ornatus varius pro varietate temporum.
Seneca.

Maiores porrò merces ab iis balneatori ſoluebantur, qui externi eſſent; indicant iſtuc hæc Athenæi verba lib. 8. de Stratone, vbi ait: *In Phaſelide, cum eius puero rixante de mercede* BALNEATORE, *quid lege ſtatutum eſſet, vt illic plueris lauarent externi homines. O ſcelest puer, inquit, ob æreum nummulum Phaſelitem eſſe propemodum reddidiſti.*

De balneatorum mercede externorum.
Athen.

De quadrante in balneis dari ſolito ita loquitur ſanctus Ambroſius lib. 7. in Lucam ad calcem: *Quadrantem etiam in* BALNEIS DARI SOLERE *reminiſcamur, cuius oblatione, vt illis vnuſquiſque lauandi accipit facultatem, ita & hic accipit eluendi*; ſic ille ad illud: *Donec reddas nouiſſimum quadrantem.* 1270.

De quadrante in balnea dari ſolito.
S. Ambroſ.

Apud Phariſæos, vt notabat Nicetas lib. 1. Theſaur. cap. 40. BALNEA FOEMINIS VELATIS, *quemadmodum & viris ſubligari præcinctis permittebantur.*

Balnea fœminis velatis permiſſa apud Phariſæos.

Sine ſeruis olim domini ad balnea, nec ad forum ire audebant, vt ab hac cauſa ſeruorum ſuorum ſeruos dominos eſſe collegerit ſanctus Chryſoſtomus homil. 79. in Ioan. vbi ait: *Nam & ſeruorum ſeruus dominus eſt, & magis quam illi ſeruitium ſubit. Præterea ſine ſeruis in forum ire non audet, non in* BALNEVM, *non rus. Seruis autem ſine Domino liber eſt aditus quò placet: Sed qui Dominus videtur niſi ſerui adſint, exire domo non audet: Et ſi exierit, ridiculus ſibi eſſe videtur.*

Sine ſeruis olim ad balnea non ibant Domini, nec ad forum.
S. Chryſoſt.
Dominorum ſeruitus hinc probata.
Idem.

De balnei vſu hæc ſancti Auguſtini mens eſt, vt non ſit aſſiduus, ſed ſemel tantum in 1271.
menſe, niſi aliud neceſſitas exigat; de fœminis loquitur epiſt. 109. LAVACRVM *etiam corporum vſuſque* BALNEORVM *non ſit aſſiduus, ſed eo quo ſolet interuallo temporis tribuatur, hoc eſt, ſemel in menſe. Cuius autem infirmitatis neceſſitas cogit lauandum corpus, nō longius differatur. Fiat ſine murmure de conſilio Medici, ita vt etiam ſi nolit, iubente Præpoſita.*

Balnei vſus rarus fœminis.
S. Auguſt.

Itura

Itura ad balneum ſola mulier ire non poterat. S.Auguſt.

Itura ad balneos ire ſola non poterat, ſed cum duabus aliis, præpoſitæ arbitrio eligendis; ait enim idem ſanctus Pater eodem loco: *Nec eant* AD BALNEOS, *ſiue quocumque ire neceſſe fuerit minus quam tres. Nec illa, quæ habet aliquo eundi neceſſitatem, cum quibus ipſa voluerit, ſed cum quibus præpoſita iuſſerit, ire debebit.*

In pœnam regis iuſſu inhibitio communibus ciuibus balneorum. S.Chryſoſt.

Illud non adeo obuium, nec ab erudito puluere eximendum in pœnam quandoque regis iuſſu occluſa balnea, Tangit hoc ſanctus Chryſoſtomus homil. 17 ad populum, vbi hæc habet: *Ipſius* (Regis) *vltio correptio fuit, & pœna eruditio. An quia* BALNEA NOBIS OCCLVSA SVNT? *Sed hoc non intolerabile:* hoc probat & iſtuc quod ſubiicio.

1272. *Imperatores Vrbem aliquã ob crimen læſæ maieſtatis punituri balneorum vſum inhibebant.* Liban.

Imperatores olim ſi Vrbem quampiam ob ſeditionem, aut facinus aliquod, & crimen læſæ Maieſtatis punire vellent, inter alia, ne circi certamen fieret inhibebant, neve ad theatrum quiſpiam iret, balneorum vſum interdicebant, ac denique Vrbem ipſam oppidi nomine vocari imperabant; Huius conſuetudinis meminit Libanius tom. 2. orat. 13. quæ eſt ad Theodoſium Imperatorem pro conciliatione cum Antiochenis; ait quippe. *Hic expectabant omnes aut mandatum ad internecionem eorum qui occurrerent venturum: aut non ad occidendum quidem, ſed ad diripiendas omnium facultates. Alia quoque opinio terrebat, carnificum dextra Senatores perituros: neque exiguam plebeiorum partem profligatum iri. Quomodo igitur hic princeps ſe geſſit? Caſtigat quidem animaduerſione quadam remedium continente, & quæ triſtitia, ac dolore coercitum, rurſus ab iis, quæ contriſtarent liberum efficere poſſet: dum hæc ſanciret ne videlicet certamen equeſtre fieret in Circo: neve ad theatrum quiſquam iret: neve eſſet, qui oblectaret: neque qui oblectaretur. & vt paruis oppidi nomine Vrbs magna vocaretur: poſtremo vt quiuis* A BALNEORVM DELICIIS ABSTINERET: *quorum nihil mœroris expers omnino eſt.*

Circi certamẽ fieri in Vrbe quando inhibitum. Idem.

In pœnam Vrbes oppida dici iubebant Imperatores.

1273. *Balnea peccata non diluunt.* S.Chryſoſt.

Balnea peccata non diluunt, nnn animæ ſordes abluunt, frequentius eſſent adeunda ſi hoc poſſent: Hinc illæ ſancti Chryſoſtomi voces, hæc mens, homil. 6. in 2. epiſt ad Timoth. *Sunt, qui cum per diem innumera commiſerint ſcelera,* VESPERE LAVANT, *nimiumque fidenter, ac temere ingrediuntur Eccleſiam, manuſque ad orationem extendunt, quaſi ſordes animi aquarum diluerint lauacro: quod ſi verum eſſet, quotidiano hoc lauacro multum profecto lucraremur, ne ipſe quidem aliquando deſiſterem balnea frequent adire, ſi mundos efficere ac peccata diluere poſſent.*

Balneum ex guttis roris. Vinc. Sab.

Luxum omnem ſuperauit balneum illud, quo via refertur Dominici Syluij Venetorum Ducis vxor, hæc quippe, vt refert Vincentius lib. 25. cap. 53. ex guttis roris maximo labore collectis corpus in BALNEIS lauit: potuit luxus vltra progredi?

Pauperes in balneorum veſtibulis. S.Chryſoſt.

Pauperes in balneorum veſtibulis nobis exhibet ſanctus Chryſoſtomus diuites mollibus in lectis cubantes perſtringens conc. 1. de Lazaro. *Quum tibi*, inquit, *ſuccurrit quod in ſummo rigore, mediaque nocte dum lecto indormit*, PAVPER IN BALNEORVM VESTIBVLIS *paleis diſtentis culcitris incubat.*

Gothorum pueri in balneis calidiſſimis caſi, & in aquis frigidis mox mergendi. Olaus.

Gothorum pueri, vt habet Olaus lib. 8. cap. 7. olim in balneis calidiſſimis ad ſanguinis vſque effuſionem virgis cædebantur: mox in aquam gelidam mergebantur, vt inſtar ferri ſolidiora acquirerent corpora, æſtus pariter, & frigoris patientiſſima.

Morem illum, quo matres in balneis fricabant infantes ita vetat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 13. *Matres quomodo fricant in* BALNEIS *ad ſanitatem filios? Nonne paruuli clamant inter manus earum? Illæ ergo crudeles ſunt, vt non parcant, non exaudiant lachrymas? nonne plenæ ſunt pietate? Et tamen clamant pueri, & non eis parcitur. Sic & Deus noſter plenus eſt charitate: ſed ideo videtur non exaudire, vt ſanet, & parcat in ſempiternum.* 1274.

Mos ille Matrum in balneis pueros fricantium ad tribulationes flectitur, quibus Deus nos exercet. S.Auguſt.

Salubre balneum lachrymæ ſunt, & eluendis criminibus opportunum; ſancti Nili hæc ſunt verba in parænesi. BALNEVM BONVM *eſt animæ, orationis lachrymæ*; Eiuſdem hæc ſunt quoque verba in eadem parænesi: *Armaturam ieiunium, orationem murum, &* BALNEVM *lachrymas eſſe puto.*

Salubre balneum lachrymæ. S.Nilus.

Spiritale balneum Eccleſia eſt, & ceteris omnibus, quibus corpus abluitur anteferendum, de quo ita cenſet ſanctus Chryſoſtomus homil. 15. in epiſt. 2. ad Corinth. BALNEVM SPIRITALE *eſt Eccleſia, non corporis ſpurcitiem, ſed animæ labes variis pœnitentiæ modis abſtergens.* 1275.

Spiritale balneum Eccleſia. S.Chryſoſt.

Vtile illud monitum eſt, quo à balnei feruore ad gehennæ nos vocat incendia ſanctus Chryſoſtomus epiſt. ad Theodorum lapſum, in hæc verba: *Si quando in* BALNEO *fueris nimium efferueſcente, tum gehennæ recorderis.*

A balneo ad gehennam mens flectenda. S.Chryſoſt. S.Ambroſ.

A balneis, ſoliſque ardore ad gehennales flammas mente ibat etiam ſanctus Ambroſius lib. de pœnit. cap. 11 *Solis ardorem ferre non poſſumus,* BALNEARVM ÆSTVS *minimè toleramus, ſentimus incendia fornacum, & longè ſecedimus: quis ferat ſtridentem gehennam, & caminis tartareis æſtuantem cuiuſ ſtrepitum fumantis barathri?* Vtiliora balnea eſſent, ſi à balneorum æſtu ad tartareos ignes mentem vocaremus.

CAPVT CXXVI.

Quædam alia de balneis, quædam de ablutione etiam extra balnea.

Condere balnea *eximium Turcis pietatis opus.*

Cautum alicui cum filio ſimul in balneo *non videri.*

Carmina in balneis *recitata.*

Cantare in balneis *illiberale habitum.*

Vtile monitum ex balnei *vſu.*

Aliqui olim vnguentis pro balneis *vtebantur.*

In balneis *aliqui cum coniugibus, & liberis comedebant.*

In balneo *aliquando edebant.*

Balinearum *parietes vnguento ſparſi.*

Thermæ *ante auroram nulli patebant, & ante ſolis occaſum claudebantur.*

In balneis *vt olim matres filios abluerent, & fricarent.*

Deus *pius eſt etiam cùm punit.*

Sæuities in balneatorem *quod tepidiorem aquam paraſſet.*

Lacones à balneis *abſtinebant.*

Primo

Primo anni die, & quinque ſequentibus ſe olim aliqui abluebant.

Ritus obſeruati dum à Rege capilli abluerentur.

Mulieres *etiam virorum iam defunctorum corpora* abluebant.

Qui lauit pedes *eos non inquinet.*

Præcepta ſpiritualia ſpirituale lauacrum *vt referant.*

Peculiari quadam aqua *loti Pontifices ſe in templum conferebant.*

Lauandi *verbo olim vtebantur pro redarguendi.*

Manus abluebant *ſacra Scripturæ librum excepturi, vxor detectum caput tegebat, detegebat vir.*

Mortificationis genus aquâ *faciem non abluere, non abluere pedes.*

Lachrymis *facies abluenda.*

1276. PLVRA de balneis ex antiquorum monumentis collegeram, ſed omnia collecta me hic implantare instituti mei ratio inhibet, & alia quoque producendi neceſſitas, quæ vix poſſunt iuſto titulo prætermi; nonnulla tamen dictis adiicienda in hoc caput coniiciam, & de balneis, & de ablutione, quæ extra balnea fiebat.

Condere balnea eximium Turcis pietatis opus. Georg. Vver.

Eximium pietatis opus apud Turcas habetur publica condere balnea. Georgius Vvernherus lib. de admirandis Hungariæ aquis ita ſcribit: *Delectantur in vniuerſum plurimum* LOTIONIBVS ET BALNEIS *Turcæ eoque præcipuum apud eos pietatis opus eſt inſtituere & condere balnea publica, nec id tantum viuentibus glorioſum eſſe, ſed etiam vita functis ſalutare putant. Hac ratione is, qui nunc rerum potitur Solimannus tum alibi, tum Budæ in ædibus, quæ quondam fuerunt Archiepiſcopi Colocenſis ampliſſimum balneum pro ſua, ſuorumque ſalute fieri curauit, in quod è Danubio per canales ſubterraneos aqua in multam altitudinem, vt eſt Buda ad Danubium ſitus, ducitur. Ipſum balneum intus incruſtatum, & ſtratum eſt monumentis marmoreis, quæ antea in templis fuere poſita, imaginibus tamen, ſi quæ inſculptæ fuerunt, refectis, & toto opere perpolito.*

Catonem aliquis cum filio ſimul in balneo non viderit. Plut.

Catonem ſimul cum filio in balneo nemo vidit vnquam; id & Romanis communis fuit; quod his verbis narrat Plutarchus in Catonis vita: *Nunquam cum filio in balneis fuiſſe, quem morem videntur Romani habuiſſe communem. Etenim Soceri vnà* LAVARE *defugiebāt cum Generis, denudare ſe, & retegere erubeſcentes: poſt tamen cum à Græcis adaperire ſe didiciſſent, traduxerunt viciſſim in Græciam vt id illi, & cum fœminis facerent.*

1277. *Carmina in balneis recitata.* Petron.

Carmina in balneis recitata indicat Petronius in Satyr. *Relictoque Eumolpo* (nam IN BALNEO CARMEN RECITABAT.)

Cantare in balneis illiberale habitū. Theoph.

Aliquem in balneo cantare notatum obſeruo tanquam ſordidum, & illiberale, vt & calceos clauis ſuffigere, & ſalſamenta accipere, & portare. Theophraſtus charactere de garrulitate ita ſcribit: *Idem* CANTARE IN BALNEO, *& clauis calceos ſuffigere, & quia eadem via erat ab Archia ſalſamenta accipere, ac portare ipſe moris habet.*

Apud aliquos olim hic mos vigebat, vt vnguentis pro balneis vterentur; ſanctus Hier. in cap. 10. Danielis: *Mos apud Perſas, & Indos hodie quoque ſeruatur, vt pro* BALNEIS *vtantur vnguentis.*

Aliqui olim vnguentis pro balneis vtebantur. S. Hier.

In balneis aliqui cum coniugibus, & liberis comedebant. Plut.

Balneorum luxus huc apud aliquos euaſit, vt in balneis coniuges cum liberis veſcerentur: factum id apud Galatas Plutarchus indicat quæſt. conuiu. lib. 8. quæſt. 9. *Hoc quiſpiam ex priore ſeculo porta patefacta* BALNEI *dicere videtur potuiſſe. Illi enim vſque adeo in eorum vſu remiſſi, & molles erant, vt rex Alexander in balneo febricitans quieſceret. Galatarum coniuges in balnea pultis ollas deferrent & cum liberis vna lauantibus veſcerentur.*

In balneis ediſſe & aliquos olim, & Lampridius aſſerit in Commodo Ant. *Lauabat per diem ſepties atque octies, & in ipſis balneis edebat.* 1278.

In balneo aliquando edebant. Lamp.

Balnearum parietes vnguento ſparſi. Plin.

Balinearum parietes vnguento ſparſos refert Plinius lib. 13 cap. 1. *Nec non aliquem ex priuatis audiuimus iuſſiſſe ſpargi parietes* BALINEARVM VNGVENTO, *atque Caium principem ſolia temperari.*

Thermæ ante auroram nulli patebant, & ante ſolis occaſū claudebantur. Lamp.

Thermæ ante auroram nulli patebant, & ante ſolis occaſum omnibus claudebantur; licet Seuerus accedi noctu lucerna voluerit & oleum addiderit; Lampridius in Seuero: *Addidit & oleum luminibus* THERMARVM, *quum antea non ante auroram paterent, & ante ſolis occaſum clauderentur.*

In balneis olim infantes abluebant matres, cum eos fricarent clamare præ dolore ſolebant, id quod obſeruat ſanctus Auguſtinus rem ad Deum flectens dum nos torquet; ſic ille ſcribit in Pſal. 54. MATRES QVOQVE FRICANT IN BALNEIS AD SALVTEM FILIOS. *Nonne paruuli clamant inter manus earum? Illæ ergo crudeles ſunt, vt non parcant, non exaudiant lachrymas? nonne plenæ ſunt pietate, & tamen clamant pueri, & non eis parcitur; ſic & Deus noſter plenus eſt charitate, ſed videtur non exaudire, vt ſanet, & parcat in ſempiternum.* 1279.

In balneis vt olim matres filios abluerent, & fricarent. S. Aug.

Deus pius eſt etiam cum punit. Idem.

Sæuitia in balneatorem quod tepidiorem aquam paraſſet. Lamp.

Sæuus in balneatorem ille fuit, qui in fornacem conuci illum iuſſit, quod tepidiores balnei aquæ fuiſſent. Lampridius in Commodo Ant. *Quum tepidius forte lotus eſſet,* BALNEATOREM IN FORNACEM CONIICI IVSSIT: *quando à pædagogo cui hoc iuſſum fuerat, veruecina pellis in fornace conſumpta eſt; vt fidem pœna de fœtore nidoris impleret.*

Lacones à balneis ferè abſtinebant, vt à ſuperfluo veſtium luxu; Plutarchus in Laconicis inſtitutis ita ſcribit: *Perpetuo agebant ſine tunica, vnum modo pallium quotannis accipiebant: ſqualidi corpore,* A BALNEIS, *& vnctionibus ferè abſtinentes;* ſed à balneis ad ablutionem extra balnea eamus. 1280.

Lacones à balneis abſtinebant. Plut.

Primo anni die, & quinque ſequentibus ſe olim aliqui abluebant. Ethr. antiq.

Apud nonnullos hæc lex erat, vt primo anni die, & quinque ſequentibus ſe omnes abluerent; antiquæ Vulterræ leges vt habetur in Ethruſcarum antiquitatum fragmentis ita præcipiunt: *Prima anni die, & quinque ſequentibus omnis populus ſe* LAVET, *& ſolemne feſtum peragat, nam his diebus Varidimen Vulterra iecit prima fundamenta.*

Ritus obſeruati dum à Rege capilli abluerentur. Cælius Rhodig.

De capillis à rege ablutis hæc habet Cælius Rhodiginus lib. 18. cap. 31. de Indis loquens: *Si à Rege* ABLVVNTVR CAPILLI *feſta dies agitur, mittunturque dona ampliſſima.*

Mulieres etiā virorum iam defunctorum corpora abluebant. Plat.

Mulierum fuiſſe virorum quoque corpora lauare, cum iam obiiſſent apparet ex Platonis Phædone, vbi Socrates venenum bibiturus ſic loquitur:

loquitur: *Nam mihi quidem conſultius videtur, me prius* LAVARI, *quam bibam venenum, nec mulieribus negotium faceſcere, vt mortuum lauent.*

1281. Qui pedes ſuos lauit, illos amplius non inquinet, exemplo ſponſæ ita loquentis; *Laui pedes meos quomodo inquinabo illos*; nemo in illorum numero ſit, qui vt habet ſanctus Bernardus ſerm. 1. Dom. 1. poſt Epiph. de ipſa dicunt: LAVIMVS *pedes noſtros, ſed petius inquinauimus illos.*

Qui lauit pedes, eos non inquinet. S. bern.

Præcepta ſpiritualia ad modum lauacri ſe habere, quibus anima abluatur oſtendit ſanctus Ambroſius ſerm. 31. vbi de Paulo loquens ait: *Priuſquam hic Apoſtolus præceptis* SPIRITVALIBVS LAVARETVR *erat blaſphemus, perſecutor, & Saulus; at vbi pluuia ſuper eum lauacri cæleſtis influxit, necatur blaſphemus, perſecutor, necatur & Saulus, & viuificatur Paulus, vt cum moribus mutaret & nomen.*

Præcepta ſpiritualia ſpiritualo lauacrum ut referent. S. Ambr.

1282. Loti peculiari quadam aqua in Maximi Dei templum ſe Pontifices olim, & lucumen conferebant; In Ethruſcarum antiquitatum fragmentis lib. 1. hanc legem reperimus: *Pontifices lucumen, Præfectus, aut Magiſter non audeant ingredi templum maximi Cæſaris, niſi prius* AQVA ROITH LOTI FVERINT.

Peculiari quadã aqua loti Pontifices ſe in templum conferebant. Eth. antiq.

Antiqui olim lauandi verbo vtebantur pro redarguere; Artemidorus lib. 2. cap. 4. *Lauare etiam redarguere veteres dicebant; velut alicubi etiam Menander,*

Si tu mea vxori male inde dixeris
Patrem tuum teque & tuas ego LAVERO;

hoc eſt, *redarguam.*

Lauandi verbo olim vtebantur pro redarguendi. Artemid.

1283. Manus abluere ſolebant ſacrum Scripturæ librum excepturi, & vxor detectum caput tegebat, vir textum detegebat in reuerentiæ ſignum; indicat iſtuc ſanctus Chryſoſtomus hom. 52. in Ioan. *Statim cohibemur* MANVS LAVAMVS, *cum librum accipimus. Vides quanta ante lectionem reuerentia moueamur? Quod ſi diligenter accedamus magna inde proueniet vtilitas. Non enim niſi reuerens anima manus lauerit. Et vxor ſi detectum caput habuerit quam primum tegit, interioris reuerentia præferens indicium, vir autem tectum caput deteget.*

Manus abluebant ſacra Scripturæ librum excepturi, vxor detectum caput tegebat, detegebat vir. S. Chryſ.

Inter mortificationis opera poſitum lego, aquâ faciem non abluere, non abluere pedes, ſanctus Athanaſius de ſancto Antonio hæc habet apud ſanctum Ephræmum ſermon. 5. quod non oporteat ridere; *Nunquam faciem, nunquam* PEDES AQVA LAVIT, *& tamen in omnibus perſtitit integer, viuum ſeruans oculorum aciem.*

Mortificationis genus aqua faciem non abluere, non abluere pedes. S. Ephr.

Lachrymis potius facies abluenda, quam fluentis; Pulchrè, & opportunè idem S. Ephr. ſerm. de vita, & exercit. monaſt. *Quod ſi* FACIEM TVAM LAVARE VIS *cum lachrymis ablue illam gemitu laua, ut coram Deo cum gloria luceat, & coram Angelis eius: facies enim, quæ* ABLVITVR LACHRYMIS *immarceſcibili ſpecie nitet. Sed fortè dicturus es mihi: Quid enim ſi ſordes detergam vultus mei? Sordes illæ vultus tui, pedumque tuorum ſi adſit caſtitas cordis, ſole ipſo illuſtriores ſunt, rutilantque inter Angelos Dei.* Conuitiis, vt ita dicam, & graui reprehenſione meretur ablui, qui corpus lauat, illotam animam relinquit, & quotidie fœdiorem reddit.

Lachrymis facies abluẽdo. Idem.

* * *

CAPVT. CXXVII.

Piſcium, & nubentium cohærentia; nonnulla de piſcibus obſeruata offeruntur.

Piſcibus *vt pares ſint nubentes.*

Poſt ductam vxorem ſponſus piſces emere *alicubi ſolitus.*

Piſces *aut integri, aut membratim conſecrati.*

Piſces argentei *in Templis poſiti.*

Pythagoræi cur piſcibus *non veſcerentur?*

Ceti *coſtæ omnibus expoſitæ.*

Antiquorum luxus in recentium piſcium *præparatione.*

Vitreis ollis *incluſi* piſces *cur offerrentur.*

Rete *Diaboli auaritia, quâ homines veluti* piſces *capit.*

Piſcibus *pares, qui extra* terrenatum voluptatum aquas *extrahi nolunt.*

Terrenarum rerum hamo *homines capiuntur.*

Dei ſermone tanquam hamo *capi quiſque debet.*

A piſcibus, *qui fluctibus ſuperiores, diſcant fideles rebus aduerſis, & calamitatibus non frangi.*

Fides tanquam piſcis *mundi fluctibus, & tempeſtatibus non frangitur, integra ſemper eſt.*

Piſci *par qui fœmineis aquis proximus non mergitur.*

Piſcibus *cur matris Deorum cultores non veſcerentur.*

Piſces *adſcripto in tabulis pretio apud pleroſque vendebantur.*

QVis crederet nuptias etiam cum piſcibus cohærere, cohærere ſponſos? huc tamen nos ducit Socrates qui nuptias inituros piſcibus comparabat, à retibus liberos, matrimonio verò iunctos piſcibus in naſſa incluſis, qui foras amplius prodire non poſſunt; præſtat hic illius verba ſiſtere, quæ ſunt iſta apud Antonium in Meliſſa ſerm. 34. *Idem* (Socrates) *ſo conſulentibus de ratione* MATRIMONII *contrahendi, dixit: Quemadmodum* PISCES, *ô adoleſcentuli, qui nondum* INTRA NASSAS SVNT, *volunt intrare: qui autem iam intus ſunt volunt exire: Sic & vos, ne idem vobis accidat, videte.* 1284.

Piſcib s vt pares ſint nubentes. Socrat.

Poſt ductam vxorem apud aliquos egredi domo ſponſus ſolet, & piſces emere, per matrem, aut alias mulieres ſuper ſponſæ pedes proiiciendos. Tangitur hic mos in Deſcriptione Africæ hiſce verbis: *Quamprimum maritus domum egreditur (quod ſeptimo ferè fit die) bonam emit* PISCIVM COPIAM, *quos autem per matrem, aut aliam quamlibet mulierem ſuper pedes vxoris proiicere iubet, id enim ex antiqua conſuetudine probano habent auſpicio.*

Poſt ductam vxorem ſponſus piſces emebat. Deſcr. Afr.

Sed

Sed alia de piſcibus adiiciamus extra nuptias.

Piſces aut integros aut membratim conſecrari. Philo.

Inter alia animalia, quæ Gentiles olim conſecrabant, erant & piſces, eoſque aut integros, aut conciſos; meminit huius rei Philo de Decalogo dum ait: *Nec bos ſolum, ſed & animantes alias, canes, feles, lupos, e volucribus ibides & accipitres*, PISCES QVOQVE AVT INTEGROS, AVT MEMBRATIM, *conſecrant, quod ſine riſu dici non poteſt: certè hoſpites recens in Ægyptum delati, priuſquam aſſueſcant eius prouinciæ vanitatibus, abhorrent ab eis vſque ad tædium.*

Piſces argentei in templis poſiti. Cœl.Rhod.

1285. Piſces argenteos in templis ponere aliquos conſueuiſſe euincunt hæc Cœlij Rhodigini verba lib. 18. lect. antiq. cap. 34. de ritibus Aſſyriorum: *Omnes Syrias voluptatum ſcatere illecebris, auctor eſt Ammianus Marcellinus.* PISCIVM AVRATA SIMVLACHRA, *Penatium loco illis ſunt, ſed in templis argentei viſebantur piſces. Syros præterea fortunam impenſius colere, Pauſanias tradit, cuius ſimulacrum apud Orontem concinnarit Sicyonius Eutychides.*

Pythagorei cur piſcibus non veſcerentur. Athen.

Pythagorei piſcibus haud veſcebantur, quia ſilentium tamquam diuinum quidpiam excolebant. Athenæus lib. 7. *Ego, qui meis propoſitum non fuerit, id explicabo, cur Pythagorei modicè alijs quidem animatis veſcentes, quædam etiam ſacrificantes, ſolos omnino* PISCES *ne guſtant quidem, nimirum quia ſilentium colunt, diuinum quidpiam exiſtimantes eſſe taciturnitatem.*

Ceti coſtæ omnibus expoſitæ. S.Aug.

Et quia de piſcibus ago, hoc quoque addiderim ab argumento non adeò diſſitum, ceti ſcilicet coſtas omnibus fuiſſe olim expoſitas, id factum ſuo æuo indicat his verbis ſanctus Auguſtinus epiſt. 49. quæſt. 6. *Vt enim omittam commemorare, quanta magnitudo* BELLVARVM MARINARVM *ab eis, qui experti ſunt, iudicaretur venter, quem coſtæ illæ muniebant, quæ Carthagini* IN PVBLICO FIXÆ, *populo notæ ſunt.*

Antiquorum luxus in recentium piſcium præparatione. Seneca.

1286. De antiquorum luxu in piſcibus recentibus in conuiuium afferendis, hæc ſcribit Seneca natural. quæſt. lib. 3. cap. 18. *Quo peruenêre deliciæ? is pro putrido iam* PISCIS AFFERTVR, *qui non hodie eductus, hodie occiſus eſt. Neſcio de re magna tibi credere. Ipſe oportet mihi credam. huc afferatur, coram me animam agat. Ad hunc faſtum peruenit venter delicatorum, vt guſtare non poſſint piſcem, niſi quem in ipſo conuiuio natantem, palpitantemque viderint.*

Vitreis ollis incluſi piſces offerebantur. Seneca.

Vitreis ollis incluſi piſces offerebantur aliquando, quod in quem finem fieret indicat Seneca lib. 3. natural. quæſt. cap. 17. ſui æui luxuriam arguens, dum ait: *Quanto incredibiliora ſunt opera luxuriæ, quoties naturam aut mentitur, aut vincit. In cubili natant* PISCES *& ſub ipſa menſa capitur, qui ſtatim transferatur in menſam. Parum videtur, recens mullus, niſi qui in conuiuæ manu moritur: Vitreis ollis incluſi offeruntur, & obſeruatur morientium color, quem in multas mutationes mors luctante ſpiritu vertit: alios necant in garo, & condiunt viuos.*

Rete Diaboli auaritia, quo homines velut piſces capit. B.Alb.Mag.

1287. Rete Diaboli eſt auaritia, quâ vtitur vt homines tanquam piſces capiat; quod monebat ad cautionem B. Albertus Magnus ſerm. de ſancto Andrea in hæc verba: *Rete ſuum reliquerunt. Per* RETE *notatur auaritia, ſiue rerum concupiſcentia, auaritia quippe eſt* RETE DIABOLI, *quod expandit ſuper faciem vniuerſæ terræ. Per hoc rete iuuenes capit, & ſenes, ſiue viros, ſiue mulieres.*

Piſcibus pares qui extra terrenarum voluptatum aquas extrahi nolunt. Aloyſ. Gran.

Piſcibus plerique pares, vt extra voluptatum terrenarum aquas extrahi nolint, & mori videantur ſi extrahantur; pulchrè rem verſat Aloyſius Granatenſis ſerm. 2. in feſto Beati Andreæ dum ait: *Sicut* PISCES IVXTA AQVAM *perpetuo verſantur, nec inde vel ad horam exeunt: ita multos hominum videmus atque adeo terrenis curis, & cupiditatibus immerſos, vt nihil niſi terrena ſapiant, nihil aliud curent, nihil cogitent, nihil loquantur, & ita ſeſe in omni vita gerant, ac ſi ad ſolum pecuniæ, & terrenarum rerum ſtudium nati eſſent. Quos ſi pauliſper inde extrahere velis,* PISCIVM INSTAR, *qui ab aquis extrahuntur, penè mortuos videas, ita enim ſe corporis voluptatibus addixerunt, vt ab eis abſtrahi non minus moleſtum ſit, quàm piſcibus extra cognatas ſibi aquas educi.*

Terrenarum rerum hamo homines capiuntur. S.Nilus.

Piſces homines ſunt, & tanquam piſces terrenarum voluptatum hamo, niſi ſibi caueant capiuntur; vt opportune monuerit ſanctus Nilus in Parænesi num. 156. *Læta vitæ huius fluxæ ne te oblectent, hami enim ſunt animam vt* PISCES *irretientes.* 1288.

Dei ſermone tanquam hamo capi quiſque debet. S.Aug.

Satius erit, ſi repudiatis voluptatibus, deliciiſque terrenis, ſpiritali Dei ſermone veluti hamo capiamur ad vitam; de qua re feſtiue ſanctus Auguſtinus tractatus 42. in Ioannem; *ſic eſt, inquit, ſermo Dei, & ſic eſſe debet fidelibus, tanquam* PISCI HAMVS. *Tunc capit quando capitur, nec fit iniuria illis, qui capiuntur, ad ſalutem quippe, non ad perniciem capiuntur.*

A piſcibus, qui fluctibus ſuperiores, diſcant fideles rebus aduerſis, & calamitatibus non frangi. Alb.Mag.

A piſcibus fidelis diſcat rerum aduerſitate non frangi; piſces fluctibus ſemper ſuperiores ſunt, & adeo non feruntur aquarum impetu, vt potius contra aquæ impetum ſurſum tendunt, quod firmæ fidei, ſpeique ſingulare exemplum eſt, hominiſque in Deum ſuum ſuam ſpem iacientis; huc implanto illud Alberti Magni ſerm. in Dom. VIII. poſt Trinit. *Benè* FIDES, ET SPES PISCIBVS *comparantur, quia ſicut piſces tunduntur à fluctibus, & tamen ſemper ſurſum contra gurgitem nituntur: ita etiam fides, & ſpes, licet diuerſis tribulationibus puniantur in hoc mundo, faciunt tamen homines ſemper niti ad ſuperiora, vbi eſt illius fontis æterni dulcedo*; ſpe, ac fide munitus neſcit aduerſitatibus frangi, nec mundi calamitatibus vinci; adeo earum impetu retro non fertur, vt potius maiori conatu vlterius pergat. 1289.

Fides tanquam piſcis non è fluctibus, & tempeſtatibus non frangitur integra ſemper eſt. S.Aug.

Veri fidelis, veræque fidei vera hæc conſignatio eſt, ſi ita viuat inter tentationum fluctus, mundique huius æſtus, ac ſi ab omni fluctu abeſſet, ab omni æſtu; & ſumma quiete, ac pace frueretur; etiam ſanctus Auguſtinus ex ſancti cuiuſdam mente fidem piſci in hunc modum comparauerat ſerm. 19 de verbis Domini: *Dixit quidam ſanctus, & nos dicere delectat.* PISCIS BONVS, *pia eſt fides. Viuit inter fluctus, nec frangitur, nec ſoluitur fluctibus, viuit inter tentationes, tempeſtateſque huius ſæculi pia fides; ſæuit mundus, & integra eſt*; fracta videtur eſſe fides, ſi tentationum fluctibus frangatur.

Piſci par qui fœmineis aquis proximus non frangitur. B.Vmb.

Præterea qui fœmineis aquis proximus eſt, nec mergitur, piſci ſimilis eſt, qui inter aquas aquis non obruitur; Salamandræ, quæ in igne, igne non abſumitur; ſiſtenda hic ſunt verba Beati Vmberti qui cap. 22. de caſtitate ita ſcribit: *Omni laude dignum in carne præter carnem viuere, & inter ſpinas eſſe, ſed ſpinarum aculeos non ſentire. Salamandræ ſunt tales ſimiles, quæ in igne non comburitur,* ET PISCI, QVI IN AQVIS *circumdatur, & non ſubmergitur, atque grana, quod neque inter zizania ſuffocatur.* 1290.

Piſcibus cur matris Deorum cultores non veſcerentur. Iul.

Piſcibus cur matris Deorum cultores non veſcerentur explicat in hunc modum Iulianus

Piſcibus cur maxime Deorū cultores non veſcerentur. Iul.

orat. 5. *Secundum hac nullo* PISCIVM GENERE *veſci conceditur. Sed hac nobis cum Ægyptiis communis eſt quaſtio. Ac duobus quidem de cauſis iure mihi quiſpiam vel perpetuo, vel ſaltem cum eſt in caſto, piſcibus abſtinere videtur. Prima, quod qua Diis minimè ſacrificamus, ea in cibum adhiberi nequaquam deceat.* Secundum nonnullis interiectis caſum adducit dum ait: *Altera quod illi ipſi in profundum demerſi, terreſtriores vtique ſeminibus eſſe quemadmodum videantur. Quiſquis autem euolare cupit, & ad ipſum cœli verticem ſublimius attolli, iure omnia illa deteſtetur: è contrario verò ea perſequatur, & aſſciſcat, qua ſurſum in aera tendunt, & in altum nituntur: aut, vt Poeticum aliquid eloquar, ad cœlum reſpiciunt.*

Piſces adſcripto in tabulis pretio apud pleroſque vēdebantur. Athen.

Piſces adſcripto in tabulis pretio vendi apud pleroſque ſolebant, vt ſcilicet citius empturi expedirentur, vendituri verò ſedere non poterant, ſtare iubebantur; Meminit huius ritus Athenæus lib. 6. dipnoſoph apud quem ita Alexis in Lebete de Ariſtonico Legiſlatore.

> *Nunc autem legem quandam edixit nouam*
> *Auream, ne* SEDENTES VENDANT PISCARII,
> *Sed recti ſtent perpetuò*
> *Deinde vt appenſis tabulis pretium ſcribant in poſterum*
> *Quò citius mercaturi reuertantur domum.*

Sed de hoc argumento alibi plura offeremus, ſatis nunc ſit iſta tetigiſſe; à piſcibus ad piſcium capturam, & piſcationem pergo.

CAPVT CXXVIII.

Obſeruationes quædam de piſcatione, quædam ex piſcatione monita.

Vtres olim hamis *adnectebant cete vt caperent.*

Linea piſcatorum *quales eſſent.*

Calidâ aquâ glaciem ſoluebant qui piſcabantur.

Olim quoque iactus *venditus antequam rete extraheretur.*

Piſces *olim medicamentis capiebantur.*

Delphinos *piſcari olim non licebat, nec lædere.*

Piſcibus *qui rete capiuntur ſimiles, qui vitiis ſe capi ſinunt.*

Haretici auditores ſuos blandi ſermonis eſca, *&* hamo *capiunt.*

Pradicatores piſcatorum *exemplo à labore non facile deſiſtant, licet nihil capiant.*

Piſcatorum *retibus pradicatorum lingua comparata.*

Spiritalis piſcatio *in proba doctrina aquis.*

Ineptè piſcationem *exercent qui aureum hamum in turbidam aquam mittunt.*

Laudabilis piſcatio, *qua anima è purgatorio lacu precibus veluti hamo extrahuntur.*

Satanas vt impedire ſtudeat hanc piſcationem.

Purgatorium deſiderij *quodnam ſit.*

Quanti referat hinc abiturum Deum videndi deſiderium *promere.*

Dilatum diluuium *ſeptem diebus ob funus Mathuſalem, Hebraorum cenſio.*

Anima qua in Purgatorio, *precibus iuuanda.*

CVm de piſcibus aliqua libauerimus, vix nobis licet piſcandi 1291.
quoſdam ritus præterire; aquæ id ferunt, de quibus agimus, ferent & piſces, qui ſuperiori capite calami noſtri ratem tanquam quædam remora remorati ſunt: de piſcatione igitur aliqua hîc afferam, ita tamen vt monita aliqua ex piſcatione ipſa expiſcer.

Vtres olim hamis adnectebant, cete vt caperent. S. Baſil.

Olim ineſcationis quidam ritus in vſu erat, qui noſtris ferè incognitus, vt funiculis, à quibus eſca, hamuſque pendebat vtres adnecterent, ad cetè capienda; rem his verbis habet ſanctus Baſilius homil. 10. exameron. *Vidi ego humana mentis verſutiam, quum* HAMOS QVOSDAM *conſtruunt, & ineſcationes magnitudine mediocri cetis deuorandas adaptant: deinde ex ſummis illis funiculis, ex quibus hami dependent iuxta alteram extremitatem* VTRES *ſpiritu diſtentos alligant, eoſque supernè in pelagus demittunt. Vbi itaque immania cete ad ineſcationes allata fuerint, & hamos in ſe ſuſceperint,* VTRES QVIDEM *in profundum trahunt: vtrium verò natura ſuperna petens, rurſus ad ſuperficiem ipſa trahit.*

Linea piſcatorum quales eſſent. Plut.

Lineæ piſcatorum quales eſſent, cutque equorum potius, quam equarum ſetæ, ex quibus conficiebantur eligerentur, explicat Plutarchus in quæſtion. nat. *Quare ad lineas piſcatorias equorum potius, quam equarum ſetas adhibent. Vtrum vt aliis mas quam fœmina partibus corporis item pilis eſt firmior? An potius armina fœminarum ſetas putant perfuſas fieri deteriores.*

Olim qui piſcabantur, calidâ aquâ glaciem 1292.
ſoluebant, ita Plutarch. de primo frigido: *Aliqui ad venandum* PISCES CALIDA *partem glaciei ſoluunt, & fundunt, qui tunc lineam appetunt. Ita nihil ea qua in imo eſt, a frigore afficitur.*

Calida aqua glaciem ſoluebant qui piſcabantur. Plut.

Olim quoque iactus venditus antequā rete extraheretur. Val. Max.

Quod nunc in vſu obſeruo, & olim fuiſſe, vt iactum piſcatores venderent, antequam aliquid prehendiſſent, vt quicquid piſcium extraherent emptoris eſſet: Diſco ex his. Valer. Max. verbis lib. 4. cap. 1. A PISCATORIBVS *in Mileſia regione, verriculum trahentibus, quidam* IACTVM EMERAT. *Extracta deinde magni ponderis aurea menſa Delphicâ, orta controuerſia eſt: illis, piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, hoc, fortunam tractus ſe emiſſe dicente. Qua conditione, propter nouitatem rei, & magnitudinem pecunia ad vniuerſum eius ciuitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum conſuli, cuinam adiudicari menſa deberet. Deus reſpondit, illi eſſe dandam, qui ſapientiâ cateros praſtaret; Tum Mileſij conſenſu Thaleti menſam dederunt.*

Plut.

Idem narrat Plutarchus, ſed non eodem modo, dum ait: *Cum loci, vt aiunt, verriculum traherent, cuius* IACTVM ADHVC INCERTVM HOSPITES MILESII EMERANT, *auream menſam conſpexerunt extractam; quam ab Helenâ, Troiâ redeunte, cùm veteris oraculi reminiſceretur, ibi deiectam fuiſſe tradunt. Concertatione de menſâ inter hoſpites, & piſcatores exortâ, excipientibus inde ciuitatibus contentionem, qua in bellum vſque erupit,*

reſpondit

reſpondit Pythia vtriſque, vt menſam ſapientiſſimo donarent. Ita primum Miletum miſſa eſt, ad Thalem.

1293. *Piſces olim medicamentis capiebantur. Plut.*

Piſces olim medicamentis capiebantur, ſed eſui inutiles erant, hunc moré ad eos flectit Plutarchus, qui à muliebribus blanditiis capi, decipi ſe ſinont; offero hîc eius verba, in præcept. connub. ſic ille ſcribit: *Quemadmodum* PISCES *medicamentis celeriter capiuntur, ſed eſui inutiles ſiunt: ſic mulieres, quæ amoris poculis, & veneficiis viros captant, voluptatéque in ſua poteſtate redigunt, ſtupidos eos, vecordes, arruptoſque deinceps vita ſocios habent. Nam Circe profuerunt iis, quos veneficio mutauerant, neque vlla ad rem eis vſa eſt, cum in canes, & aſinos degeneraſſent;* ſed iam vtilia quædam monita, vtileſque cautiones ex piſcatione deſumptas afferamus.

Delphinos piſcari non licebat nec lædere. Plut.

Delphinos olim piſcari non licebat, non licebat lædere, quod ſi in retia incidiſſent, & piſcationi nocuiſſent, verberibus caſtigabantur; Plutarchus in Conuiuiede iis loquens, ait: *Natatione etiam puerorum gaudent, certántque cum nantibus. Itaque lege non ſcripta cautum iis eſt de ſecuritate: nemo enim eos piſcatur, aut lædit, niſi quando in retia ingreſſi piſcationi nocent; tunc enim puerorum inſtar delinquentium verberibus caſtigantur. An memini me de Lesbiis audire, puellam quandam è mari à Delphino fuiſſe ſeruatam.*

Piſcibus qui rete capiuntur ſimiles, qui vitiis ſe capi ſinunt.

Piſci, qui rete capitur, indéque exire non poteſt ſont ſimiles qui ad vitia ruunt ægré à vitiis euaſuri, petité ille Poëta:

Intrat vt in naſſam nullo conamine PISCIS,
Inde reuertendi, cui via nulla datur
Sic via procliuis vitij quà poſſe reuerti
Ingreſſum proprio non datur auxilio.

1294. *Hæretici auditores ſuos blandi ſermonis eſca ex hamo capiunt. S. Iſid. Peluſ.*

Hæreticos piſcatorum, & nautarum more auditores ſuos blandi, cultique ſermonis eſca, hamoque decipere monebat his verbis ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 102. *Quemadmodum nautæ* HAMVM ESCA OCCVLTANT, *ac piſces improuiſo capiunt, eodem modo improbi hæreſum defenſores, ſermonis ſuauitate peruerſas ſuas ſententias obtegentes, ſimpliciores homines ad mortem tanquam hamo quodam trahunt.*

Prædicatores piſcatorum exemplo à laborare facile deſiſtant licet nihil capiant. S. Chryſoſt.

Piſcatorum exemplo, qui à labore non deſiſtunt licet nihil capiant, & ſola piſcium capiendnrũ ſpe nutriuntur, prædicatores ad prædicationis munus exercendum animat ſanctus Chryſoſtomus, licet ſtatim eorum laboribus par fructus non reſpondeat, nam aſſidua opera tandem conſequuntur, quod prima vice non potuerunt; hæc illius verba homil. 6. in Epiſt. 2. ad Timoth. cap. 2. *Si* PISCATORES *cum ſæpe die tota fruſtra iactauerint retia, non tamen deſiſtunt, neque deſperant: multo magis nos id facere conuenit. Et vide quam id vtiliter fiat; ſæpe fit vt dum aſſiduæ doctrinæ fructus illabitur animo, vitium quo ille perturbatur excidat.*

1295. *Piſcatorum retibus Prædicatorum lingua comparata. Zach.*

Piſcatorum retibus in hunc modum comparabat prædicatorum linguam & verba Zacharias Epiſcopus lib. 1. cap. 19. *Quaſi retia ſunt complexæ dictiones prædicantium, retinentes eos in fide, quos capiunt. Retia namque quaſi retinentia ſunt vocata. Hæc retia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur: quia nunc exercenda eſt doctoris lingua nunc ſuimet cura gerenda.*

Spiritalis piſcatio per bæ doctrinæ aquas. S. Ambroſ.

De ſpiritali piſcatione, quâ non piſces, ſed homines capiuntur ad vitam hæc habet ſanctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus: *Grande,* inquit, *myſterium, ſpiritalis enim* VIDETVR ESSE PISCATIO, *quæ doctrinæ hamum mittere iubetur*

Nouarini Nuptiales Aquæ.

in ſeculum, vt primum illum Martyrem ſanctum Stephanum de mari verrat, qui incenſum Chriſti in interioribus contineret. Martyr enim Chriſti, theſaurus Eccleſiæ. Et Origenes in Catena Græca Ieremiæ cap. 16. *Mittit Deus* PISCATORES *hominum ſicuti Apoſtolos artem ipſis indens* PISCATORIAM, *per quam ex ſacris litteris piſcationis inſtrumenta texunt, quorum ope ex ſalſo vitæ attrahunt mari, & mortuos mundo reddunt veluti* PISCES MARIS. Orig.

Ineptè illi piſcatoriam exercent artem, qui hamum aureum in turbidam mittunt aquam, 1296.
quod præſtant qui ingenium, ætatem, laboreſque ſuos inutilibus ſtudiis, aut etiam noxiis faciant; rem egregiè verſat Abſalon Abbas ſerm. 6. in Natali Domini, dum ait: *O quanti verba ſapientiæ huius libenter audiunt, & contempta ſapientia Dei, quæ de cœlo loquitur, omnem ſenſum, & ſtudium cordis ſui ad hoc inclinare nituntur, vt in perſiciendis voluptatibus, in ſupplicatione proximorum, & curis ſæculi ſapientes eſſe videantur; Verè comparandi ſunt huiuſcemodi homines ei qui piſcatur in hamo aureo, quem dum in* AQVAM *turbidam miſeris, aliqua re vili, & infructuoſa, detinetur in profundum, nec poterit iactura illius, aliqua præcedenti captura piſcium inſtaurari. Quid enim aliud eſt aciem ingenij ſui ad ſtudia praua conuertere, quàm hamum aureum in aquam turbidam mittere?*

Ineptè piſcationem exercent qui aureum hamum in turbidam aquam mittunt. Abſalō Abb.

Benè illi piſcantur, qui orationum fuſu velut hamo ex purgatorij lacu extrahere animas ſtudent; Legimus Epiſcopum quendam in ſomnis vidiſſe puerum aureo hamo, lineaque argentea in puteum piſcantem, indeque pertrahentem mulierem; Præſulemque à ſomno excitatum eundem puerum vidiſſe in cœmeterio orantem, & pro matre ſua, quæ iam obierat orationem Dominicam fundentem, Pſalmomque *Miſerere* recitantem: tunc vir ſanctus intellexit puri illius pueri precibus veluti aureo hamo ex purgatorio lacu mulieris illius animam fuiſſe extractam. Bona hæc piſcatio eſt, & à fidelibus omnibus exercenda; nimirum eò magis placere nobis debet, quò magis Dæmoni diſplicet, qui eam impedire conatur; Fatetur beatiſſima mater Tereſia cap. 31. libri quem de vitæ ſuæ geſtis ſcripſit; hoc ſibi accidiſſe, vt cùm preces pro defunctis recitaret, dæmones libro inſiderent, ne orationem poſſet perficere, & abſoluere, vt coacta fuerit luſtrali aquâ librum adſpergere dæmoni abigendo, quod vbi factum, ſtatim vidit quaſdam animas ex purgatorij lacu exilire, ex quo cognouit, dæmonem huc ſpectaſſe, vt ab orationum fuſu illam auocaret, ne animæ illæ a flammis euocarentur.

Laudabilis piſcatio, quâ animæ e purgatorio lacu precibus veluti hamo extrahuntur.

Satanas vt impedire ſtudeat hanc piſcationem.

Hîc quia ſumus, explicare volo *Purgatorium deſiderij* quodnam ſit, quod eò libentius præſto, quia huius rei explicatio magni momenti monitum continet, non eſſe ſcilicet hinc abeundum actu deſiderij non præmiſſo Deum videndi, eiuſque præſentia fruendi; Bloſius in conclaui animæ cap. 13. num. 6 habet hæc verba, in quibus ea quæ tetigi apertè habentur: *Beata Virgo Maria apparens ſancta Birgittæ oranti pro quodam præclaræ virtutis, & probatæ vitæ Eremitâ, cuius corpus exanime delatum erat in templum vt ſepeliretur, dixit; Filia, huius Eremitæ amici mei anima, de corpore egreſſa, mox perueniſſet in cœlum, ſi in morte perfectum habuiſſet deſiderium pertingendi ad præſentiam Dei, eiuſque viſionem, quod quia non habuit, detinetur nunc in* PVRGA-

1297. *Purgatorium deſiderij quodnam ſit. Bloſ.*

Quanti referat hinc abiturum Deum videndi deſiderium premere.

TORIO DESIDERII *vbi nulla pœna eſt, niſi ſolum deſiderium perueniendi ad Deum. Scito tamen ipſam traducendam in cœleſtem gloriam antequam corpus eius recondatur in terra.*

1298. *Dilatum diluuium ſeptẽ diebus ob funus Mathuſalem Hebræorum cenſio. Gen. 7. 1.*

Nec ab aquis, nec à mortuis abibo, ſi illud hîc afferam, quod de dilato diluuio aliqui Hebræorum cenſent; Funeris curatio, & cadauerum cura tanti apud Deum eſt, vt putauerint aliqui ſeptem dies diluuium diſtuliſſe, vt curandi corporis, & ſepeliendi Mathuſalem commoditas ſupereſſet. Geneſ. 7. 1. ait Deus: *Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam*, & poſtea verſ. 4. *cùmque tranſiſſent ſeptem dies*; cur ingredi iuſtus tanquam diluuij aquæ caderent, cùm tantum poſt ſex dies pluere Deus inceperit? Abulenſis hîc: *Aliqui Hebræi dixerunt, quod immediatè ingreſſus fuit Noe poſt dictum Domini, & pluuia ſtatim futura erat, ſed Dominus expectauit illos ſeptem dies* PROPTER EXEQVIAS FVNERIS MATHVSALEM AVI NOE, *qui tunc mortuus fuerat*; Idem habet paulò poſt: *Diſtulit propter exequias Mathuſalem viri iuſti aui Noe, vt perfectè fierent, vt dicunt Iudæi*; quod ſi verum, id altè inclamat mortuorum memoriam debere in viuentibus viuere, vt non funus illorum tantum curent, ſed quod plus eſt, eorum animas ex purgatorij lacu precibus, aliiſque piis operibus velut hamo extrahant.

Abul.

Animas quæ in purgatorio precibus iuuanda.

CAPVT CXXIX.

De piſcibus nonnulla alia chartis conſignantur.

Piſcibus *qui præeſſe homo poßit.*
Piſcium *vectigal vxori à Rege conceſſum.*
Panis piſcibus *confectus.*
A piſcibus *Ægyptiorum ſacerdotes abſtinebant.*
In piſce *Tobiæ vt Chriſtus ſignatus.*
Piſces *minoris vendere quàm eſſet ſtatutum Athenis non licebat.*
Aperto capite ſtare iubentur piſcium *venditores.*
Ligna pedibus ſubijcere non poſſunt, nec caput operire piſcium *venditores.*
Lex de cauda piſcibus *vendendis præcidenda.*
Piſcium *venditores receptam pecuniam exponere tenebantur.*
Apud nonnullos piſces *domum referre venditoribus non licebat, vbi ſemel expoſuiſſent.*
Piſcium *emptores tintinnabulis vocabantur.*
Herbas piſcibus *occidendis in aquas inijcere prohibitum.*
Vtribus cetos *capere olim conſueuerant.*
Piſcium *ſimilitudine regenda amicorum ſecreta probatur.*
Solicitus, diligenſque piſcator *Paulus.*
Dæmon homines tanquam piſciculos *rerum temporalium eſcâ capit.*
Piſcis *exemplo à mundanarum rerum amore homines auocantur.*

QVIA hic ſumus non patiar elabi pleraque alia, quæ de piſcibus mihi adnotata 1299.
fuêre, quæ præcipue ſumpta ex variis vrbium variarum ſtatutis: & ſunt iſta.

Piſcibus qui præeſſe homo etiam poſt lapſum poſſit, peritè explicat S. Gregorius Nyſſenus orat. 1. ad illa verba: *Faciamus hominem*; ait quippè: *Vt* PISCIBVS PRÆSIS *ratione carentibus, perturbationes, & animi motus ratione contrarios ſupera.*

Piſcibus qui præeſſe homo poſſit. S. Greg. Nyſſ.

Piſcium vectigal Regis vxori à Rege conceſſum lego; Diodorus lib. 1. cap. 4. hæc ferè habet: *Myris Rex Ægyptius* VECTIGAL PISCIVM, *qui in ſtagno Myrios à ſe effoſſo capiebantur, vxori conceſſit, tum ad vnguentorum vſum, tum ad reliquum corporis cultum. Id ſalenti argentum ſingulis diebus pendit.*

Piſcium vectigal vxori à Rege conceſſum. Diod.

Panem piſcibus confectum indicat Plinius lib. 7. cap. 2. Oritas ab Indis Arbis fluuius determinat. *Ij nullum alium cibum nouêre quàm* PISCIVM, *quos vnguibus diſſectos ſole torreant, atque ita panem ex his faciunt, vt refert Clitarchus.*

Panis piſcibus confectus. Plin.

A piſcibus Ægyptiorum ſacerdotes abſtinuiſſe alibi obſeruaui, addo nunc & Origenis 1300.
auctoritatem qui lib. 5. contra Celſum ait: *Nec ad Iudæos igitur, nec ad nos attinet, quod præter ſues etiam capris, ouibus, bobus,* PISCIBVS *ſacerdotes Ægyptiorum abſtinent.*

A piſcibus Ægyptiorum ſacerdotes abſtinebant. Orig.

In piſce illo cuius iecore vſus Tobias, vt patris oculos ſanaret, Chriſtum fuiſſe ſignificatum notat ſanctus Auguſtinus ſerm. 28. de ſanctis: *Eſt Chriſtus* PISCIS *ille, qui ad Tobiam deſcendit de flumine viuus: cuius iecore per paſſionem aſſato, fugatus eſt Diabolus, & per amaritudinem fellis afflatus eſt cæcus, & illuminatus eſt mundus.*

In piſce Tobiæ vt Chriſtus ſignatus. S. Aug.

Piſces minoris vendere Athenis, quàm iudicatum eſſet non licebat: in Atticis legibus hæc quoque inſeritur: *Piſcarij* PISCES *minoris quam indicarint, ne vendunto; ſi ſecus fecerint in carcerem abducuntor: Piſcarij* PISCES *putres aquâ ne riganto.*

Piſces minoris vendere, quam eſſet ſtatutum Athenis non licebat. Att. leg.

Aperto capite apud nonnullos iubentur 1301.
piſcium venditores ſtare, & ſine pallio; in ſtatutis ciuitatis Brixiæ hæc verba leguntur: *Aliquis* PISCATOR, *ſeu* VENDENS PISCES *recentes non poſſit, nec debeat tenere ad piſcarias capellum in capite, mantellum, vel capucium in dorſo, nec ſtare ad copertum tempore aliquo; nec aliquid ſubtus pedes tenere: niſi Sotulares, & calceo, nec ſedere, pœna cuilibet contrafacienti decem ſoldorum planetorum, & quilibet de prædictis ſit accuſator, & habeat medietatem banni, & condemnationis.*

Aperto capite ſtare iubẽtur piſcium venditores. Stat. Brix.

Piſcium venditores nec ligna pedibus ſubiicere, nec caput operire poſſunt, piſces dum vendunt apud Cremonenſes; certè ſic habent illorum ſtatuta rub. 606. *Statutum eſt, quod* PISCATORES *quando vendunt piſces non audeant tenere aquam in conchis, & qui contra fecerit puniatur in ſoldis viginti imper. pro qualibet vice.*

Ligna pedibus ſubiicere nõ poſſunt nec caput operire piſcium venditores. Stat. Crem.

De cauda piſcibus vendendis præcidenda 1302.
extat hæc lex in ſtatutis Ciuitatis Brixiæ: *Omnes* VENDENTES PISCES *de lacubus recentes debeant truncare, vel truncari facere caudas illis piſcibus: cum fuerint ad bancha piſcariarum Brixiæ, vbi* VENDVNTVR PISCES, *quam citius poterint antequam vendant aliquis de dictis piſcibus exceptis Agonibus, Sardenis, & alijs piſcibus minutis, qui*

Lex de cauda piſcibus vendendis præcidenda. Stat. Brix.

capiantur

capiantur cum caudis. Et piſces intelligantur de lacubus noſtræ ciuitatis, & qui contrafecerit ſoluat nomine pœnæ ſoldos viginti planetorum communi Brixiæ, & amittat piſces, & de prædictis quilibet ſit accuſator, & habeat medietatem dictorum piſcium, & credatur eius ſacramento cum vno teſte fide digno. Eadem lex in ſtatutis quoque Vincētinis habetur, in hæc verba: *Statuimus, & ordinamus quod quilibet vendens, aut vendere volens piſces teneatur, & debeat caudas ipſorum piſcium incidere quos habuerit, & venales expoſuerit ſuper banchis piſcarium ciuitatis Vincentiæ, intelligendo de piſcibus longioribus vno ſemiſſe; piſcibus marinis tantummodo exceptis. Et piſces ipſos ſuper Banchos piſcarium venales expoſitos non debeant remouere de banchis ipſis donec ipſos vendiderit: pœnā quinque ſoldorum par. pro quoque piſce, & quaque vice;* Etiam ſtatuta Placentina incidi caudas piſcibus iubent; ſic enim loquuntur lib. 6. *Teneantur piſcatores incidere caudas omnibus piſcibus, excedentibus pondus vnius libræ; ita quod ſanguis exinde exeat, in pœna* 12. *denar. pro quolibet piſce non inciſo: & non audeant remouere de platea piſces quos portauerunt cauſa vendendi in pœna* 20. *ſoldorum pro qualibet vice, & amiſſione piſcium.*

Stat. Vincent.

1303. Piſcium venditores receptam pecuniam exponere tenebantur, nec licebat ab aliorum oculis ſubducere; Piranenſes in ſuis ſtatutis lib. 10. cap. 1. ita decernunt: *Firmamus quod quilibet tam ciuis quam foreſis, qui* VENDET PISCES *in Pirano, tam ſalitos, quam recentes, exceptis piſcatoribus Paludum communis teneantur ſoluere communi, ſeu datiariis denarium vnum pro quolibet ſoldo, & quilibet vendens piſces teneatur eos vendere in platea porta lampi, & non alibi, & ponere denarios quos recipiet in vna ſcutella, & non exportare ipſos, vel celare, quouſque ſoluerit datium ſub pœna ſoldorum viginti pro quolibet, & qualibet vice, cuius pœna medietas ſit communis, & alia Datiari, & omnes Ciues, & habitatores Pirani, qui capient piſces pro vendendo, tam ſi vendiderint ipſos piſces in Pirano, quam alibi teneantur ſoluere datiario, ſeu communi ipſum datium ſub pœna librarum decem pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, cuius medietas ſit communis, & alia accuſatoris.*

Piſcium venditores receptam pecuniā exponere tenebantur.
Stat. Pir.

1304. Piſcium venditores piſces domū deferre nequeunt, vbi vendendos ſemel expoſuerint apud Cremonenſes, ſic enim habetur in illorum ſtatutis Rub. 109. *Statutum eſt, quod nullus* PISCATOR, *nec aliqua alia perſona, qui, vel quæ portauerit piſces, vel gamberos in ſupraſcriptis locis ad vendendum, audeat, vel præſumat ipſos retroportare, nec retroportari facere, nec mouere, nec moueri facere de loco prædicto, nec ponere, nec poni facere in aliqua domo, vel ſtatione, & qui contrafecerit puniatur in ſoldis viginti imper. pro qualibet vice, qua contrafecerit, & idem intelligatur de receptatore, & quod dicti Piſcatores vendentes piſces teneantur, cum applicuerint in locis prædictis incidere quemcunque piſcem, quem portauerint ibidem excedentem pondus librarum quatuor ſuper ſchena vſque ad medium dicti piſcis ſub pœna ſoldorum quinque impter. pro quolibet piſcatore, & quolibet piſce non inciſo vt ſupra, & teneantur habere piſces ad ſufficientiam pœnā ſoldorum decem imper. pro qualibet vice, & vendere ſecundum calmerium eis datum per poteſtatem, vel officialem Victualium Cremonæ ſub pœna proxime dicta.*

Apud non nullos piſces domum referre venditoribus non licebat, vbi ſemel expoſuiſſent.
S. Crem.

1305. Illud de piſcium venditione non prætereo, morem aliquorum olim fuiſſe piſcium emptores tintinabulis vocatos: Plutarchus 4. Symp.

Piſcium emptores tintinabulis vocabantur.
Plut.

q. 9. *Sed qui ſubinde* IN FORO PISCARIO *verſantur, & tintinabulum celeriter exaudiunt.* Strabo lib. 14. de ſatiis: *Cum citharœdus artis ſuæ periculum faceret publice tantiſper ab omnibus auditus fuit dum* TINTINABVLVM *ſignum venditionis piſcium daret, eo audito, vniuerſos ad piſces diſceſſiſſe*; alibi per præconem vocis miniſterio id ſiebat.

Strab.

Herbas quibus piſcibus mors afferebatur in aquas proiici olim non licebat; Rogerius Rex in conſtitut. Siculis lib. 3. tit. 41. nu. 1. ita ſancit: *Quicunque toxicum, aut malum venenum, quod ad confectionem vtile, vel neceſſarium non ſit habuerit, vel vendiderit ſuſpendatur. Taxum etiam vel herbas huiuſmodi, de quibus* PISCES MORTIFICANTVR, *aut moriuntur,* A PISCATORIBVS *in aquas proiici vetamus: propter quod etenim & ipſi piſces redduntur infecti, & aquæ de quibus homines, & beſtiæ interdum ſi ſæpius potum aſſumunt nociuæ redduntur. Quod ſi fecerit, per annum cum ſeruis operibus publicis deputetur.*

Herbas piſcibus occidendis in aquas iniicere prohibitum
Roger.

Veribus olim cetos capere conſueuerant, quod qui fieret ex his ſancti Gregorij Nyſſeni verbis diſcere poſſumus, qui orat. 1. in illud: *Faciamus hominem*, ita ſcribit: *Animaduerti ego ſolertiam hominum qui* HAMIS AD CETOS CAPIENDOS *confectis, atque eſca pro ratione magnitudinis eorum deglutientium adiecta, ſummis illis funibus, quibus hami ſuſpenſi ſunt, vtres ex altera parte vento plenos alligant, eoſque perſiles demittunt ſuper mare; ac immania cete hamos ſimul cum eſca deglutientia, vtres quidem in profundum trahunt, verum cum ea ſit vtrium natura, vt ſurſum tendant, rurſum ad maris ſuperficiem trahuntur, & cum ſuo confixa nutrimento ſurſum, deorſumque tumultuantur, iactataque obſtupeſcunt, & modo huc, modo illuc dimetiuntur mare, donec multo fruſtra labore conſumpto defeſſa, fameque domita, atque hamis comprehenſa tandem occidunt, & cum veribus trahuntur, & venatoris præda fiunt.* 1306.

Veribus cetos capere olim conſueuerant.
S. Greg Nyſſ.

Piſcium ſimilitudine nos ad tegenda amicorum ſecreta inhortabatur Petrus Bleſ. in opuſc. de amicitia. *Qui reuelat arcana amicitiam perimit, nam ſicut* PISCIS CVM STAGNANTIS LACI AQVA *effluxit illico intermoritur, ſic etiam vbi animus perfluit, gratia interit, emoritur beneuolentia.* 1307.

Piſcium ſimilitudine tegenda amicorum ſecreta probatur
Pet. Bleſ.

Solicitum, diligentemque piſcatorem Paulum fuiſſe explicat his verbis ſanctus Chryſoſtomus homil. 5. *Quem vero Paulus vbique ſui ſimilis fuit? quam nuſquam artificij ſui obliuiſcitur? ſed in omni loco piſcabatur: in iudicio, in mari, in inſula, in continenti, in ſolitudine, in orbe terrarum.* PISCATOR *enim niſi mare aſpiciat, retia non laxat: quia vero Paulus piſcator eſſet, non quidem externus: ſed qui intelligentia hoc munere fungeretur, etiam in naui, in monte, in fontibus, in campis, in pratis, in fluuiis* PISCABATVR, *neque vero locus vllus erat, qui arti ſuæ exprimendæ obſiſteret.*

Solicitus diligenſque piſcator Paulus.
S. Chryſoſt.

Dæmonem homines velut piſciculos rerum temporalium eſcâ decipientem, capientemque, ac deuorantem nobis peritè exhibet peritus auctor in hæc verba: *Audiuimus Dæmonem velut hamum quemdam viuentem, & voracem ſuperinducta rerum vanitate ſe occultaſſe, atque in inanitatem rerum temporalium ſe indidiſſe, vt velut* INEPTISSIMOS PISCVLOS, *mortalium animos vanitati inhiantes ad ſe allectos deuoraret.* 1308.

Dæmon homines, tanquam piſciculos rerū temporalium eſca capit.

Piſcis exēplo, qui hamo capitur à mundanarū rerum, terrenæque felicitatis amore nos auocabat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 91. dum ait: *Ad*

Piſcis exemplo a mundanarum rerum amore homines auocantur.
S. August.

præſens habenas laxat (Deus) ſed poſtea aſtringet. Noli gaudere ad PISCEM, *qui in eſca ſua exultat, nondum traxit hamum piſcator, nam iam ille hamum habet in faucibus, & quod tibi videtur longum, breue eſt. Omnia iſta citò tranſeunt.* Non breui tranſeunt damna, quæ deceptionem iſtam ſequuntur.

CAPVT CXXX.

De nauium pictura, aliiſque circa naues obſeruationibus nonnulla ex nauibus monita.

Naues *olim picta.*

Minium nauibus *pingendis.*

Ex nauis *picta ſimilitudine oſtenditur non eſſe vitam inſtituendam ad vulgi opinionem.*

Apud Athenienſes in triremium *proris lignea ſimulachra.*

Antequam vndis naues *committerentur Deo alicui dicabantur, & certis ritibus expiabantur.*

Regni Carthaginis primordia nauibus *vt floruerint.*

Pythagora ſymbolum, Non eſſe ſuper terram nauigandum, *quem habeat explicatum?*

Fuſca nauium *vela ad ignominiam.*

In ſubmerſionis periculo iuſſi nauigantes *ad collum pecuniam alligare.*

Qui puniti qui naues *ad littus naufragas diripiebant.*

Naues *quædam Athenis nonniſi graui vrgente neceſſitate deducebantur.*

Purpureum velum Imperatoriæ nauis *inſigne.*

Velociſſimè ad nos nauigat *mors.*

Nauem *corpus hoc noſtrum refert.*

Nauis *in medio pelagi perforata quis dicatur.*

Vita hac nauigationi *perſimilis.*

Qui religanda, qui trahenda mortalitatis noſtræ nauis.

Ad charitatem timoris naui *vehimur.*

Nauigationi *pauperum vita pariata.*

Tutò ille nauigat *qui præſentem Deum, & propitium habet.*

Spiritales naues *attendant à quo gubernentur.*

Vtile monitum *ex nauigij fabricâ.*

Nauis anchorâ *ſiſtitur, ægrè verò ſermo.*

1309. DE nauibus quoque, quæ per aquas currunt, deque nauigatione aliqua hic ſeſe nobis offerunt noſtro lectori offerenda, quæ eò libentius damus, quod nec aliena à noſtro argumento ſint, & viam nobis aperiant ad ſacra illuſtranda.

Et in primis obſeruo naues pingi olim ſolitas; de nauibus pictis ita loquitur Horat. lib. 1. od. 14. *Naues olim picta.* Horat.

> *Nil* PICTIS *timidus nauita* PVPPIBVS
> *Fidit.*

Et Apud. 4. Florid. *Nauem bene intrinſecus compactam, & extrinſecus eleganter* DEPICTAM. Et Herod. lib. 5. *Veteri inſtituto* NAVES *omnes erant* RVBRICA *delibutæ*; Apuleius lib. 11. metamorph. *Nauem faberrime factam* PICTVRIS MIRIS *Ægyptiorum circumſeptus variegatam.* Seneca epiſt. 76. *Nauis bona dicitur non quæ pretioſis coloribus picta eſt.* Ad nauium picturam ſpectabat idem Seneca epiſt. 51. *Habitaturum te putas vnquam fuiſſe in Vtica Canonem, vt præternauigantes adulteras dinumerares, & aſpiceres tot genera cymbarum variis* COLORIBVS PICTA, *& fluitantem toto lacu roſam.* Apul. Herod. Seneca.

Minium nauibus pingendis olim adhibitum indicat Plinius lib. 33. cap. 7. *Iam enim Troianis temporibus in honore erat, Homero teſte, qui naues eas commendat, alias circa picturas pigmentaque rarus.* *Minium nauibus pingendis.* Plin.

Non eſſe ad hominum opinionem, normamque vitam inſtituendam, egregiè nauis pictæ, ac rubricatæ exemplo docebat ſanctus Gregorius Nazianzenus de ſeipſo; vbi ait: *Illud moneo, vt reipſa ſemper, non hominum opinione quam optimus eſſe ſtudeas, nec* RVBRICATAM *tantum elegantibuſque* COLORIBVS TINCTAM, *aut adulterina pulchritudine nitentem* NAVIM, *ſed clauis optimè compactam, egregieque ad nauigandum accommodatam, ac fluctus celerrimè ſulcantem mari committas.* 1310. *Ex nauis pictæ ſimilitudine oſtenditur non eſſe vitam inſtituendam ad vulgi opinionem.* S. Greg. Naz.

Apud Athenienſes in triremium proris lignea quædam ſimulachra Mineruæ collocabantur; meminit huius moris Suidas verbo Παλλαδίων dum ait: *In proris triremium Athenienſes* SIMVLACHRA QVÆDAM *lignea Mineruæ collocabant, quorum nauigaturi rationem habebant.* *Apud Athenienſes in triremium proris lignea ſimulachra.* Suid.

Naues antequam vndis committantur Deo alicui dicare, variiſque modis expiare mos quibuſdam Indiæ populis eſt; Præſtat hic ſiſtere Ioan. Petri Maffæi verba, qui lib. 6. Hiſtor. Indicarum ait: *Ac ne maritima quidem res carent ſuperſtitionibus. Quæ naues primum deducendæ ſunt, haſce Lunæ, vel cuipiam fabuloſo dicatas* Deo, *variis expiamentis, & ſupplicationibus luſtrare mos eſt.* *Antequam vndis naues committerentur Deo alicui dicabantur, & certis ritibus expiabantur.* Ioã. Pet. Maf.

Regni Carthaginis primordia nauibus floruiſſe refert his verbis ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 47. *Manifeſtum eſt, quod primordia regni Carthaginis* NAVIBVS *floruerunt, & ita floruerunt vt inter ceteras gentes excellerent negotiationibus, & nauigationibus. Nam quando Dido fugiens fratrem delapſa eſt ad terras Africa, vbi Carthaginem condidit, naues quæ paratæ erant ad mercationem in eius regione, aſſumpſerat ad fugam.* 1311. *Regni Carthaginis primordia nauibus vt floruerint.* S. Auguſt.

Pythagoræ ſymbolum eſt, non eſſe ſuper terram nauigandum, quod hac explicatione donat Clemens Alex. lib. 5. Strom. *Rurſus ſuper terram non eſſe* NAVIGANDVM *eſt ſymbolum Pythagoricum, ſignificat autem vectigalia, & ſimiles conductiones, quæ ſunt turbulenta, & inſtabiles eſſe recuſandas.* hæc Clem. addit: *propterea dicit Verbum publicanos difficulter ſalutem aſſecuturos.* *Pythagoræ ſymbolum. Non eſſe ſuper terram nauigandum quē habeat explicatum.* Clem. Alex.

Fuſca nauium vela malis ignominiæ fuiſſe inſignia indicat Nicetas Choniates lib. 5. in Manuele vbi Andronicum ſic alloquentem milites in medium adducit: *Nunc albis velis qualia* 1312. *Fuſca nauium vela ad ignominiam.* Nicet. Chon.

qualia Byzantio tulimus, redire non licebit, ſed FVSCIS NAVES OPERIEMVS *ob ignominiæ labem.*

In ſubmerſionis peri ulo iuſſi nauigantes ad collum pecuniam alligare Syneſ.

Nauigantes cum ſubmerſionis periculum adeſſet, iuſſos aliquando reperio pecuniam ad collum alligare, vt ſepulturæ ſecum pretium ferrent; Syneſius epiſt. 4. *Tunc proclamatum à quodam eſt, ſuſpenderent è collo quibuſcumque auri aliquid eſſet; huius autem rei gratia ſuæ ſepulturæ pretium ferri à naufragis conuenit.*

Qui puniti qui naues ad littus naufragas diripiebant. Nicet.

Qui naues ad littus naufragas diripiebat, in nauis malo pendebat ex edicto Andronici, vt in eius vita ſcribit Nicetas lib. 2.

1313. *Naues quædã Athenis non niſi graui vrgente neceſſitate deducebantur.* Plut.

Naues quædam Athenis non niſi graui vrgente neceſſitate deducebantur, quod ad negotiorum tractationem ſic quidam transferebat apud Plutarchum in præceptis politicis: *Critolaus Peripateticus cenſet, vt nauis Salaminia Athenis, & Paralus non quauis de cauſa, ſed ad vrgentes, & graues res deducebantur, ſic reſeruemur nos ad præcipua & ſumma negotia.*

Purpureum velum Imperatorium nauis inſigne. Plin.

Purpureum velum Imperatoriæ nauis inſigne fuiſſe docet Plinius lib. 19. cap. 1. *Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit. Hoc fuit* IMPERATORIÆ NAVIS INSIGNE.

Velociſſimè ad nos nauigat mors. D. Thom. à Vill.

Velociſſimè ad nos nauigat mors, quæ non velis tantum vtitur vento flante, ſed & remis; mortis nauigationem ita deſcribit B. Thomas à Villanoua conc. de S. Dorothea; *Verè cito, quia omne quod finitur breue eſt, adeſſe feſtinant tempora; & feſtina mors* VELO, & REMIGIO *accelerat quantum poteſt.*

1314. *Nauim corpus hoc noſtrum refert.* Procop.

Nauis corpus hoc veſtrum eſt; Procopius in Iſaiam cap. 60. ita ſcribit: *Significant autem* NAVES *Tharſis corpora ipſa, quibus animæ mortalis huius vita* PELAGVS *enatarunt.*

Nauis in medio pelagi perforata qui dicatur. Euſeb.

Quinam perforatam nauem in medio pelagi referant oſtendit Euſebius in vita Hieronymi: *Sacerdos & Monachus ſine ſcientia,* NAVIS EST IN MEDIO PELAGI *vndique perforata, ſunt hi Monachi ſolo habitu, & nomine, quorum vana eſt religio.*

Vita hæc nauigationi perſimilis. Pallad.

Vitam hanc nauigationi perſimilem eſſe cenſebat Pallad. apud Stobæum ſermon. 98. in hunc modum: *Vita eſt nauigatio periculoſa, tempeſtatibus enim oppreſſi in ipſa ſæpè miſerabilius ipſis* NAVFRAGIS *afficimur. Fortunam verò gubernatricem habentes vitæ, tanquam in pelago dubij nauigamus: alij quidem ſecundis ventis, alij verò contra, ſed ſimul omnes in vnum ſub terra portum appellimus.*

Qui religanda, qui trahenda mortalitatis noſtræ nauis. Marc. Vig.

Quî religanda, quî trahenda noſtræ mortalitatis nauis peritè explicat Marcus Vigerius chorda 4. cap. 1. in hæc verba: *Adorare volentes, ante omnia opus eſt adorandum inquirere, & ad illum accedere, qui dignus ſit adorationis honore. Accedito, inquit Propheta, ad illum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur: Dij gentium quoniam ſunt dæmonia, quoniam ſunt creaturæ ſuo creatori rebelles, & manufactis ſimulacris ſuam diuinitatem, quæ nulla eſt, contineri præſtigiis mentiuntur, ad ſuos vt ſic dicam, adoratores, & ipſa ſimulacra ſæpè tranſportant. Immo quoniam accedere nequeunt, ſe ſo in ſimulacris transferri præcipiunt. Sic ab Epidauro Romam, ſub Æſculapij nomine, dæmonium in ſerpente tranſlatum eſt: Sic longè prius Æneas Ilium in Italiam portat victoſque penates. Non ſic Dominus Deus noſter; æternus eſt, & immortalis, ſtabiliſque manens, dat cuncta moueri. Non ſibi vſurpat adorationis cultum, quia omni iure illi debitus. Vt adoretur Deus, nunquam ſui gratia veniet ad te, bonorum enim hominis non eget: non ſit glorioſior tuo cultu, ſed te efficiet meliorem. Si expectas ſui alicuius commodi gratia illũ ad te venire, falleris, quia infinitus eſt, immẽſus, & immobilis. Imitare nautas, qui cũ ſuas naues in portu recipi cupiunt, non ferentibus ventis, grandi & longo fune moli alligãt. Ita per trochleas nauis in portu recipitur. Religanda eſt nauis noſtræ mortalitatis funiculo triplici charitatis indiſſolubilis, immutabili moli diuinæ bonitatis, quæ niſi non bona data dare nouit poſtulantibus ſe. Ita pelago ærumnarum mundi huius enauigato, ventis eff ctuum nequicquam retinentibus, ſe ſe recipiet in portum, vbi tranquillitate potietur.*

Ad charitatem timoris naui nos vehi aſſerebat ſanctus Iſaac Propheta lib. 1. de mundi contemptu: *Impoſſibile eſt tranſire magnum mare* SINE NAVI, *ſine vaſculo, ſic non poteſt aliquis ſine timore transfretare ad charitatem.* 1315.

Ad charitatẽ timoris naui vehimur. S. Iſaac.

Nauigationi pauperum vita pariata. Ariſton.

Nauigationi pauperum vitam ita pariabat Ariſtonymus apud Stobæum ſerm. 97. *Pauperum vita ſimilis eſt* NAVIGATIONI *iuxta littus; diuitum autem ei, quæ in profundo pelago fit: Illis enim facile eſt funem eiicere, appellere, & nauim extrahere: diuitibus non item.*

Tutò ille nauigat, qui præſertim Deum ſibi propoſitum habet; hinc vetus illud adagium.

Cum Deo vel tenui NAVIGARIS *vimine.*

Tutò ille nauigat qui præſentem Deum, & propitium habet.

Spiritales naues attendant à quo gubernentur. S. Aug.

Non ſpectanda eſt imbecillitas nauis, ſed regentis potentia, maior omni procella, ac tempeſtate eſt, qui nos gubernat; tantum ſpei anchorâ animæ nauigium nõ deſtituatur; ſolet anchora nauem ſiſtere; hæc anchora etiam feliciſſimè vehit. Finio ſi illud addidero, quod de ſpiritali hac nauigatione, ſpiritali gubernatore attulit ſanctus Auguſtinus, afferam prius, ſic ille ſcribit in Pſalm. 103. *Non timeant* NAVES, *non valde attendant, vbi* NATENT, *ſed à quo* GVBERNENTVR; ille nos gubernat qui imperat ventis & mari, & famulatur hoc ſuo Domino, obſequuntur & illi.

Vtile monitũ ex nauigij fabrica. Demoſth.

Ex nauigij, ſicut & domûs fabricâ vtile monitum exſculpſit Demoſthenes, dum Olynth. 2. dixit: *Quemadmodum domus, &* NAVIGII, *& aliorum eiuſmodi partes inferiores firmiſſimas oportet eſſe; ſic & actionum initia, fundamentaque vera, & iuſta conuenit eſſe.*

Nauis anchoris, & funibus ſiſtitur ægrè ſermo. Plutarch.

Nauis vento acta anchoris funibuſque poteſt ſiſti; ſermonis verò impetus ex oris ſilentiique portu excurrentis ægre anchoræ vi poteſt coërceri. Pulchrè Plutarchus in cautionem lib. de Garrulitate: NAVI *quidem*, inquit, *vento correpta funibus & anchoris nautæ auxiliantur eius* CELERITATEM HEBETANTES: SERMONIS *autem, veluti ex portu excurrentis nulla eſt ſtatio vel anchoræ iactus ſed multo ſtrepitu, ſonitûque vectus allidit ſubmergitque in magnum, atroxque aliquod, qui loquutus eſt, periculum*; ſed qui ſilentium aliis ſuadeo, ſileo, ſermoniſque ratem hic ita ſiſto vtaliã, vt ita dicam, naui, aliò vehar.

CAPVT CXXXI.

Quædam de nauium tutelis, ſacris illuſtrandis etiam ex non ſacris afferuntur.

Nauium *Alexandrinarum munus, & velum.*

Supparum nauium *Alexandrinarum inſigne.*

Inſigne Caſtorum *quale*; Caſtrorum *aliqui ineptè legerunt.*

Caſtoris, *&* Pollucis *numina adiuuare periclitantes credebantur.*

Qui olim Caſtores *pingerentur?*

Qui pericula in mari euaſerant narrabant ſibi apparuiſſe Caſtorem *&* Pollucem.

Felicis nauigationis *prænuntiæ Caſtorum ſtellæ.*

Si ambo apparerent hæ ſtellæ ſecundæ nauigationis *indicia credebantur, ſecus ſi ſola.*

Caſtores *cur ambo dicerentur, cùm vnus frater Pollux eſſet.*

In nauibus *Alexandrinis Caſtorum inſigne.*

In nauibus *pictæ Deorum imagines.*

Deorum tutelæ *aliquando cælatæ.*

Sanctius Chriſtiani qui ſanctorum Martyrum effigies *in nauigiis locabant.*

Naues *à tutelis nomen ſumebant.*

Phœnices numina habebant nauibus *cuſtodiendis.*

Dei ornatus aliquando pro Deo in nauibus.

Animalia in nauium *tutelam.*

Partem illam nauis *in qua Dij locati, non cremabant.*

Nauis *tranſtra & templa qui cohærent.*

Pictura deſiderij *cum naui vt cohæreat.*

Nauis *tutela Chriſtus.*

Animæ tutela *timor Dei.*

Felix illius nauis nauigatio, *quæ cruce munita.*

1316. SCriptionis noſtræ ratem ſiſtit tanquam remora locus Actuum Apoſtolorum, in quo nauis Alexandrinæ mentio fit; ſic enim legitur cap. 28. 11. *Poſt menſes autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne Caſtorum*; Explicandum nobis eſt, quid peculiare præ aliis haberet nauis Alexandrina, & quale inſigne illud fuerit, quod habuiſſe dicta eſt, & quiſnam ritus in hac nauium tutelis à Gentilibus obſeruarentur; ſic enim fiet, vt & productus locus donetur ſua luce, & ab alienis ſenſibus, quibus fuerat inuolutus eximatur, & plerique Gentilium ritus notitiæ noſtræ offerantur, qui alioquin non adeo obuij, obſeruatique: Multa de vtroque hoc argumento poteram congerere, ſed quia noſtri calami cymba aliò vocatur, diu hîc ſiſtere, nec debemus, nec volumus.

Nauium Alexandrinarum munus, & velum.
Seneca.

De nauibus Alexandrinis audiendus eſt Seneca epiſt. . *Hodie nobis Alexandrinæ naues apparuerunt, quæ præmitti ſolent, & nuntiare ſecuturæ claſſis aduentum, tabellarias vocant*; hæc Lipſius: *Alexandrinæ naues frumentariæ*, inquit, Pergit Seneca, & de harum nauium velo hæc habet: *Gratus illarum Campaniæ aſpectus eſt; Omnis in pilis Puteolorum turba conſiſtit, & ex ipſo genere velorum Alexandrinas, quamuis in magna turba nauium, intelligit, Solis enim licet ſupparum intendere, quod in alto omnes habent naues: Nulla enim res æque adiuuat curſum, quam ſumma pars veli, illinc maximè nauis vrgetur*; hæc Seneca, ſupparum autem minuſculum velum, quod in venti flatu ſolent naues extendere, vt putat Lipſius, & alij; hoc autem erat nauium Alexandrinarum velut inſigne.

Pergit Seneca: *Cum intrauêre Capreas, & Promontorium, ex quo.* . 1317.

Alta procelloſo ſpeculatur vertice Pallas.

Supparum nauium Alexandrinarum inſigne.
Seneca.

Cætera velo iubentur eſſe contenta. Supparum Alexandrinarum inſigne eſt: Sed ad nauis inſigne accedemus, quod non leue negotium pluribus faceſſiuit.

Inſigne Caſtorum quale; caſtrorum ineptè aliqui legerunt.
Act. 28. 11.
Richard.
Rab.

Lucæ verba ſunt: *Cui erat inſigne Caſtorum*: hoc adeo obſcurum, dubiumque aliquibus, vt loco *Caſtorum*, *Caſtrorum* nomen obtruſerint; Richardus à ſancto Laurentio, quem ſæpè extuli, produxi ſæpius eum de Virgine lib. 11. de laudibus Virginis, ait: *Maria Caſtrum, poteſt hæc nauis deſignari per nauem Alexandrinam Actuum vltimo, cui erat inſigne* CASTRORVM; Rabanus apud Gloſſam: *Quia aliqua forſitan* CASTRA *ibi antiquitus fuerant ædificata, vel caſtrorum, id eſt naui, quia ſub forma Caſtrorum inſignia velis erant intexta nautarum*; apertus hic error; nam Caſtorum legendum eſt, non caſtrorum.

Ad horum verborum lucem præmittendum, per Caſtores intelligi falſa illa numina Caſtoris & Pollucis, quæ adeſſe in tempeſtatibus credebantur; Seneca lib. 1. Natural. quæſt. *Quod ſi media tempeſtate apparent, quaſi ſtellæ cælo inſidentes adiuuari ſe tunc periclitantes exiſtiment* CASTORIS, ET POLLVCIS NVMINA *credentes*: Lucianus in Dialogo Deorum Apollinis, & Mercurij hæc habet ad hanc rem his numinibus: *Iniunctum eſt illis, vt miniſtrent, & ſubſeruiant, & obequitare ipſos oportet pelagus, & ſicubi nautas tempeſtate periclitantes aſpexerint inſidentes nauigio præſtare incolumes nauigantes.* Apol. *Bonam, Mercuri, & ſalutarem narras artem*; ſic ille, ibidem ait fuiſſe adeo ſimiles vt internoſci vix poſſent. Apol. *Quomodo dignoſcis ſimiles enim ſunt.* Merc. *Quod ſi quidem* (Pollux) *habet in facie veſtigia vulnerum, quæ aliquando ab iis accepit, quibuſcumque pugillatu certauit.* Quomodo autem pingerentur oſtendit, cùm ait Apol. *Cætera certè omnia æqualia ſunt, oui pars dimidia, & ſtella supernè imminens & iaculum in manu, & equus vtrique candidus*; & Dialog. de mercede conductis, addit, nautas à tempeſtatis diſcrimine liberatos templa adiiſſe, raſoque capite, narrabant quæ pericula euaſiſſent, apparuiſſe Caſtorem, & Pollucem in auxilium, & ſalutis præſagium; Luciani verba hæc ſunt: *Quamobrem ſic liberati cum eſſent nautæ templa adeuntes deraſo capite, immanes vndas, procellas, ſublatos in altum fluctus, iactus, malos fractos, gubernacula reuulſa narrabant, ac in primis* CASTOREM, ET POLLVCEM APPARENTES,

1318.
Caſtoris, & Pollucis numina adiuuare periclitantes credebantur.
Seneca.
Lucian.

Qui olim Caſtores pingerentur.
Lucian.

Qui pericula in mari euaſerant narrabant ſibi apparuiſſe Caſtorem & Pollucem.
Lucian.

RENTIS, *nam hi peculiariter ad hanc tragœdiam pertinent.*

1319\. Felicis porrò nauigationis prænuntiæ hæ ſtellæ babebantur, eum apparerent: Plinius lib. 2. cap. 37. loquens de ſtellis Caſtoribus ait: *Gemina autem ſalutares, & proſperi curſus prænuncia, quarum aduentu fugari, diram illam, ac minacem appellatam Helenam ferunt. Et ob id* POLLVCI, ET CASTORI *id numen aſſignant, eoſque in mari Deos innocant.*

Felicis nauigationis prænuncia Caſtorum ſtella. Plin.

Signatè dixit Plinius, *gemina* nam hæc etiam ſuperſtitio Gentiles inualerat, vt putarent has ſtellas, ſi ambo ſimul apparerent, ſecundæ nauigationis eſſe prænuntias, ſi verò ſolæ diſcrimen præſagire: Beati Bedæ verba hoc ſibi volunt, ad productum locum Actuum Apoſtolorum: *Caſtores ſunt Caſtor, & Pollux, quos ideo Gentiles in mari Deos vocant, quia in tempeſtate* SI SOLÆ APPARVERINT IN NAVI, *vel in antennis periculoſi, ſi vero Gemina proſperi curſus ſunt nuntie.*

Si ambo apparerent hæ ſtella ſecunda nauigationis iudicia credebantur, ſecus ſi ſola. B. Beda.

1320\. Sed aliquis hîc reponat, cum vni falſorum iſtorum numinum nomen eſſet Caſtor, alteri Pollux, qui factum eſt vt ambo Caſtores dicerentur? ob eorum in rebus omnibus ſimilitudinē plerunque eodem nomine Caſtoris ambo ſignificantur; hinc etiam Plinius lib. 14. cap. 41. Caſtorum nomine geminos hos fratres intelligit; *Super ædem* CASTORVM *genitus pullus in oppoſitam ſutrinam deuolauit*, ædes quoque ambobus in foro conſtituta Caſtoris dicebatur: Suetonius in Caio Iulio Cæſare cap. 10. *Vt enim geminis fratribus ædes in foro conſtituta* TANTVM CASTORIS *vocaretur, ita ſuam, & Cæſaris magnificentiam vnius Cæſaris dici:* Hæc igitur nauis Alexandrina qua Paulus vehebatur Caſtorum inſigne præferebat, quia horum numinum imaginem referebat, vt ſub illorum tutela eſſe ſignificaretur; Addit Oecomenius hîc hunc morem maximè obſeruatum in nauibus Alexandrinis; ait enim: *Perpetui moris eſt, nauibus, præcipuè Alexandrinis ad proram dextra, ac ſiniſtra huiuſmodi eſſe picturas:* Intelligit παράσημον, nam loquitur de his de quibus Lucas. Procopius quoque in cap. 1. Iſaiæ, poſt productum Lucæ locum, addit; ADPINGEBANT SEMPER *in proris Deorum imagines.*

Caſtores cur ambo dicerentur cum vnus frater Pollux eſſet. Plin. Suet.

In nauibus Alexandrinis Caſtorum inſigne. Oecum.

Procop.

1321\. Pictas vniuerſe nauibus Deorum imagines vt eſſent in tutelam, etiam illa quæ ſubiicio, euincunt; Hecub. in Troad. apud Euripidem.

In nauibus picta Deorum imagines. Eurip.

Ipſa quidem nondum NAVIS *conſcendi ſcaphā,*
PICTVRÆ *credens.*

idest, Picto ibi numini. Ouid. in Epiſt.

Accipit, & PICTOS PVPPIS *adunca*
DEOS.

Horat.

Illud qood de pictis nauibus Horatius cecinit, de pictis in nauibus Deorum imaginibus probæ notæ auctores accipiunt; lib. 1. od. 14.

Nil PICTIS *timidus nauita* PVPPIBVS.
Fidit.

id eſt, non fidit numinibus, quæ picta ſunt in poppibus. Et ſe ſatis Horatius explicat, nam in illo præcedunt:

Non tibi ſunt integra lintea
Non DIIS *quos iterum preſſa voces malo.*

Virg.

Virgilius qooque ita capiendus 10. Æneid.

—— Et aurato fulgebat APPOLLINE
PVPPIS.

Ideſt Apollinis ſimulachrum, quo nauis erat inſignita; vt docti ſcholiaſtæ & interpretes notauêre.

Perſius:

Ingentes de PVPPE DEI.

Perſius.

Ouidius lib. 1. de Triſtibus eleg. 3.

Ouid.

Monte nec inferior prora, puppique recurua,
Inſilit, & PICTOS VERBERAT VNDA
DEOS.

Statius:

Stat.

INSCRIPTA DIVIS, *qui nauigat aluo.*

Silius:

Silius.

TVTELÆQVE DEVM *fluitant.*

Ouidius iterum in Epiſt.

Ouid.

Qua tamen ipſe vehor comitata CVPIDINE
PARVO.
Sponſa & coniugij ſtat DEA PICTA *ſui.*

1322\. Hæ Deorum tutelæ pictæ aliquando erant, aliquando & cælatæ; pictas oſtendunt ea, quæ ſupra tetigimus, cælatas indicat Seneca epiſt. 76. circa medium: *Nauis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum, aut aureum roſtrum eſt, nec cuius* TVTELA EBORE CÆLATA EST, *nec quæ fiſcis ac opibus regiis preſſa eſt, ſed ſtabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa.* Habes ex ebore tutelam, ac argenteum, aureúmque roſtrum: de qua re alibi fuſius, hîc inſignia tantum ac tutelas illuſtro.

Deorum tutela aliquando naues cælata. Seneca.

Ad Chriſtianos quoque hic mos tranſmiſſus, ſed amiſsâ ſuperſtitionis veſte, & inaniū Deorū cultio, nam pro falſorum numinum pictis, aut cælatis imaginibus ſanctorum Martyrum effigies in ſuis nauigiis ponebant, quod notabat quoque Procopius, & vſque ad noſtra tempora hic ritus peruenit, videmus quippe in nauigiis ſanctorum imagines.

Sanctius Chriſtiani qui ſanctorum Martyrum effigies in nauigiis locabant. Procop.

1323\. Adeò tutelas efferebant naues, vt ab ipſis quoque nomen ſumerent; Seruius huc ſpectauit in lib. 10. Æneid. *Solent*, inquit, *naues nomina accipere à* TVTELARVM PICTVRA. Lutatius ad Statij Thebaid. 8. *Habent* PICTOS *præſules, quorum nominibus nuncupantur &* NAVES.

Naues à tutelis nomen ſumebant. Seru. Lutat.

Phœnices ſua numina habuiſſe, quæ nauibus cuſtodiendis, nauibus apponerent, indicat Heſychius, hi autem Dij πάταικοι dicebantur, vt idem Auctor eſt in hac voce; Herodotus in Thalia huc ſpectabat his verbis: *Siquidem ſtatua Vulcani ſimillima eſt iis Diis quos Phœnices vocant Patæcos, quoſque in* TRIREMIVM PRORIS *circumferunt.*

Phœnices numina habebant nauibus cuſtodiendis. Heſych.

Interdum pro inſigni erant, non Deus aliquis, ſed ornatus Dei, vt in naui Ouidiana, non Mineruæ inſigne fuit, ſed eius galea, à qua & nomen accepit. Verſus eſt:

Dei ornatus aliquando pro Deo in nauibus. Ouid.

Eſt mihi, ſitque precor flauæ TVTELA MINERVÆ,
Nauis & à PICTA *Caſſide nomen habet.*

vbi caſſis fuit παράσημον.

1324\. Nō Deorū tātū imagines in nauibus depingebantur, ſed & animaliū, ſiue quia numinū loco habebātur, ſiue quia ea animalia ſacra illis Diis putabātur, quos Gentiles ſuperſtitioſè colebāt; Lactantius lib. 1. cap. 11. NAVIS TVTELAM *habuit in aquali figuratam.* Lucianus de Veris narrat. *In puppe anſerculus:* Fulgentius fabulam de tauro, quo vecta dicitur Europa de naui cui inſigne Taurus erat exponit lib. 1. Mytholog. art. Quippè: *Sicut Europam in Tauro rapuiſſe fertur (Iupiter) ideſt, in nauem, tauri picturam habentem, & Iridem in Vacca ſimiliter, in naue habente picturam*, &c.

Animalia in nauium tutelam. Lactant. Fulg.

Promiſcuè naues, & Deos, & animalia habuiſſe indicat etiam Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 2.

Alex. ab Alex.

cap. 2. *Tametſi ſingula* NAVES DEORVM IMAGINES FERRENT, *ſub quorum eſſent tutela:namque alia Neptiorum nonnulla priſtis, centauri equi, vel Draconis inſignia habuêre.*

Partem illam nauis in qua Dij locati non cremabant. Porrò poſitos in puppe Deos aden Gentiles venerabantur, vt partem illam nauis Græci appellarent ...... id eſt non cremanda, quod exuri illam nefas eſſe putarent, religione conſecratam.

1325. *Nauis tranſtra, & templa qui cohærent* Ezech 27. verſ. 6 L X X. Hæc quæ hocuſque attuli, vim mihi quandam inferunt vt LXX. lectionem cum Vulgato conciliaturi ad ritum iſtum nos conuertamus, Ezechielis 27. de nauis ſtructura agitur; & poſt multa additur verſ. 6. *Tranſtra ſua fecerunt ſibi ex ebore Indico*; L X X. non habent *tranſtra*, ſed *ἱερὰ templa*; ſed quid aliquis hîc reponat templa ad nauem, & ſacra ad tranſtra? lubens, vt indicaui, has tam diuerſas lectiones in concordiam vocarem illo more, quo nomina in nauibus aut pingebantur, aut cælabantur, vt ea pars nauis templo potuerit comparari, & templum dici, ſi haberem in hac re, quos ſequerer; ſed ægrè in hac re adeò noua ipſe mihi præire queo; nam ſimplicius alij de lignis tranſuerſis vbi ſedent Remiges L X X. lectionem intelligunt, cum templorum nomen hanc quoque notionem ferre aliqui obſeruarint.

Picturæ deſiderij cum naui vt cohæreant. Iſa. 2. Finiam ſi coniecturam aliam hîc appendero, ſed nudam coniecturam, circa locum Iſaiæ c. 2. vbi hæc habentur; *Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem; ſuper omnes cedros Libani, ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne quod viſu pulchrum eſt*: poſtrema hæc verba ita ex Hebræo vertebat Oleaſter hîc: *ſuper omnes picturas deſiderij, vel ſuper omnes picturas deſiderij*; additque ad explicatum: *ſi picturas deſiderij legas, ſenſus eſt ſuper omnes fabulas pictas figuris idolorum. Vnde & etiam Idolorum meminit*; Ego huic verſioni inſiſtens putarem poſſe locum explicari de pictis in nauibus eorum imaginibus, vt nexum hæc verba habeant cum illis quæ præmiſerat: *ſuper omnes naues Tharſis*; ſed nihil hîc certi ſtatuo, nec vltra coniecturæ limites excurro. Verùm vtili aliquo monito hoc caput obſignemus.

Oleaſt.

1326. *Nauis tutela Chriſtus.* Anon. Superbiſſima fuere Iulij verba apud Lucanum lib. 5. Pharſal. qui ſe dixit cymbæ tutelam quâ vehebatur; à ſolo tumore hæc fluxerunt; verè Chriſtus nauis illius cui præſidet, id eſt, Eccleſiæ ſuæ tutela eſt; vt verus ille fuerit qui dixit: *In* NAVICVLA DORMIEBAT CHRISTVS, *& excitatus ventis imperauit & naui, vt & Eccleſia, quæ vt naui fluctibus agitur* TVTELAM ESSE SCIREMVS, *& anima cuiuſlibet, quæ tribulationum æſtu iactatur.*

Animæ tutela timor Dei S. Ephræm. Opportuna tutela eſt & Dei timor; animæ nauis tutò nauigat, ſi hanc tutelã ferens feratur; ſanctus Ephræm lib. de imit. Prouerb. *Timor*, inquit, *Domini, animæ* TVTELA, quod nanium tutelam flectere leuiter poſſumus.

Felix illius nauis nauigatio, quæ cruce eſt munita. S. Chryſ. S. Paul. Felix eſt illa illius nauis nauigatio, quæ cruce munita eſt, & crucem refert; ſanctus Chryſoſtomus orat. quòd Chriſtus ſit Deus: *Crucem vbique celebrari videre licet, in mari*, IN NAVIGIIS, *in inſulis*; & ſanctus Paulinus carm. in reditum Nicetæ Epiſcopi Dacorum;

Et rate armata TITVLO SALVTIS
Victor antenna crucis ibis, vndis
Tutus & auſtris.

CAPVT CXXXII.

Trabs de arca, & de naui; aliæ circa naues obſeruationes.

Trabs *de arca. & naui.*
Zambicus *nauigij genus.*
Pellibus palea plenis aliqui pro ratibus *vtebantur.*
Nauibus *pedes tributi.*
In Aſſyria ex cupreſſis tantum naues *compingebantur.*
Indorum nauigia *cur non ferro ſed laqueis arctarentur.*
Vmbilicus in anchoræ modum *in vtero formatus.*
Cauatis arboribus aliqui nauigabant.
Naues *ex corticibus arborum ſtructa.*
Turres in nauibus.
Duæ naues *Athenæ publico vſui deſtinatæ.*
Nauis *quædam cur mundus dicta?*
Naues *pro deſcendentibus in naues.*
Nauis *Chriſti crux.*
Qui nauim *referat Eccleſia?*
Quo remigio vtatur Eccleſiæ nauis, *quibus funibus, quo velo, quibus anchoris?*
Corporis nauis *ieiunij pelago committenda qui ſit paranda?*
Nauigium *vitale vt Ionas ſubierit.*
Mariæ Virginis nauis.
Tutus nauigat, *qui crucis ligno fertur.*
Humana nauis *malorum ſentinam habet, quæ ſemper exhaurienda.*

NEQVEO portum appellere, dum de nauibus ago, de alia de nauibus agor; ferri lubens fero, cùm in lectoris vtilitatem pleraque reſilire debeant quæ hîc affero; exordium ab arca ſumo, quæ cognationem quandam cum naue habet. Arcam trabis nomine indigitatam obſeruo; In carminibus Sibyll. hæc habes de Arca 1327. *Trabs de arca, & naui.* Sibyll.

Tunc exiſtere humum cognouit Noë propinquam,
Hinc vbi diuinæ TRABS *huc, illucque natauit*
Arca.

Externis hypallage familiaris, vt trabis nomen adhibeant ad nauem ſignificandam Horat. lib. 1. Ode 1. Horat.

Vt TRABE *Cypriâ*
Myrtorum pauidus nauta ſecet mare.

id eſt naui Cypriâ.
Virg. 3. Æneid. Virg.

Vela damus, vaſtumque cauâ TRABE *currimus æquor.*

Alij quoque eadem phraſi vtuntur, ſed producta rei firmandæ ſufficiont; de nauibus alia adiicio; Zambicus nauigij quoddam genus erat, quo contra ſyrtes, ſcopuloſque vtebantur, vt indicat Godignus in vita Gonzali Sylueriæ lib. 2. cap. 3. quem ſi placet vide. *Zãbicus nauigij genus.* God.

Pellibus palea plenis pleroſque nauium loco, 1328.

Pellibus paleа plenis aliqui pro ratibus vtebantur. Niceph. Greg.

loco, quibus vehetentur vſos patet ex his Nicephori Gregoræ verbis, qui lib. 2. vbi ait: *Vnde & hi Scythico bello deſperato* PELLIBVS PALEA PLENIS *pro ratibus vſi cum vxoribus, & liberis Iſtrum tranſierunt.*

Nauibus pedes tributi. Nonn.

Obſeruabam nauibus quoque pedes tributos, ij autem ſunt remi; Hinc Nonius Marcellus: REMI, inquit, *ſunt nauales* PEDES; Antonius: REMIPSDEM nauem dixit.

In Aſſyria ex cupreſſis tantum naues compingebantur. Cælius Rhod.

In Aſſyria ex cupreſſis tantum naues compingi refert Cælius Rhodig. lib. 15. cap. 2. lect. antiq. *In Aſſyria ex cupreſſis modo compingi* NAVES, *auctor Ariſtobulus eſt, ac repetit Arrianus, reliqua materia inopia ſumma.*

Indorum nauigia non ferro, ſed laqueis arctabantur. Idem.

Indorum, & Æthiopum nauigium non ferro, ſed laqueis arctatum huc explicat Cælius Rhodiginus lib. 18. cap. 31. lect. antiq. vbi de Indorum ritibus agens ait: NAVIGIA, *Indis ſunt, & Æthiopibus nec iuncta, nec compacta ferro, ſed laqueis arctantur. Cauſam facti augurantur nonnulli, quia inſint in eo mari ferrum ad ſe pertrahentes petræ: id haud videtur verum, quoniam Romanorum claſſibus illic res gerentibus, nil obuenit eiuſmodi. Potior ratio eſt, quæ de metalli promitur inopiâ.*

Vmbilicus in anchoræ modum in vtero formatus. Plut.

Naues ſuperius in mulieris vtero fluctuantes dedimus; addo hîc & anchoram non deſiderari. Vmbilicum in vtero primùm in anchoræ modum formari ex Democrito referebat Plutarchus lib. de amore pat. erga. liber: *Ipſe autem* VMBILICVS *primùm in vtero, (vt ait Democritus)* ANCHORÆ MODO, *ne agitetur, iactitetúrque formatur ſtabilimentum quoddam & veluti ramus fructus qui nunc creſcit & expectatur exiſtit.*

1329. *Cauatis arboribus aliqui nauigabant.* Plin.

Olim nonnulli cauatis arboribus pro nauibus vtebantur; ita Plinius lib. 16. cap. 40. Germaniæ prædon. *Singulis arboribus cauatis nauigant quarum quædam, & triginta homines ferunt.*

Naues ex corticibus arborum ſtructa. Oſor.

Naues ex corticibus arborum ſtructas legimus; Oſorius lib. 2. de rebus Emmanuelis agens de motibus geotis Braſiliæ ita ſcribit: *Lintribus vtantur* E CORTICIBVS ARBORVM *ingentium factis, quæ tamen tanta ſunt interdum capacitate vt homines triginta ſuſtineant.*

Turres in nauibus. Plin. Cæſar. Liuius.

De Turribus in nauibus poſitis erectis hæc habet Plinius lib. 32. cap. 1. *Sed armata claſſes imponunt ſibi* TVRRIVM *propugnacula*; & Cæſarem lib. 2. de bello Ciuili, vbi ait: *Pluribus aggreſſus nauibus, in quibus ad libram fecerat* TVRRES; Accedit Liuius 4. Decad. lib. 7. in hæc verba: *Aſcendentes e* TVRRI *Prætoria nauis.*

Duæ naues Athenæ publico vſui deſtinatæ. Schol. Ariſt.

Scholia in Ariſtophane tradunt Athenis duas fuiſſe naues vſui publico deſtinatas, è quib' Salaminia ſubueheret ad iudicium euocans: Paralus auheheret: nam Theoris eos vehebat, qui voti, aut religionis erga Delphos, aut aliò quopiam proficiſcerentur.

1330. *Nauis quædam cur mundus dicta.* Nicet. Chon.

Mundi nomen nauem quandam ſortitam ob ſingularem magnitudinem, diſco ex Niceta Choniate lib. 3. in Alexio, vbi ita ſcribit: *Naues longæ LX. rotundæ vltra LXX. ſunt coactæ, quarum vnam ob inſignem magnitudinem* MVNDVS *ab eis appellabatur.*

Naues pro deſcendentibus in naues. Iſa 23. 14. Chald.

Naues aliquando pro deſcendentibus in naues accipiuntur, certe illud Iſaiæ 23. v. 14. *Vlulate naues maris*, Chaldæus verbebat: *Vlulate deſcendentes in naues maris.*

Nauis Chriſti crux. S. Ant. Vlyſſ. Matth. 8.

Nauis eſt Chriſti crux, qua merces ſuas Chriſtus vexit, omnibuſque expoſuit, negauit nulli, tanquam ſpiritales nundinas celebrans; Accinit ſanctus Antonius Vlyſſiponenſis ſermon. 5. in dom. 4. poſt Epiph. ad illud: *Aſcendente Ieſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius*; ſubdit enim: *Iſta* NAVICVLA *eſt* CRVX CHRISTI, *hæc eſt* NAVIS *inſtitoris, in qua celebrauit nundinas ſuas exponendo merces glorioſas, ſcilicet patientiam, indulgentiam, manſuetudinem.*

Qui nauim referat Eccleſia. Alb. Mag.

Quì nauim referat Eccleſia, non erit abs re ſi ab Alberto excipiamus, qui ſerm. in Dom. 4. poſt 1331.
Epiph. ad illud: *Aſcendente Ieſu in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius*, ita ſcribit: *Per* NAVICVLAM *ſancta Eccleſia figuratur. Sicut enim nauicula in principio, & in fine ſtricta eſt, & anguſta, in medio ſpatioſa, & magis extenta: ita etiam ſancta Eccleſia in principio ſui paucos habuit viros fideles, paucos etiam in fine ſui, qui Deum verè colant, habebit. Multorum enim charitas in fine ſæculi refrigeſcet; veruntamen ſicut prima pars nauiculæ, & poſterior eminentior eſt, quàm ſit media, ita etiam ſancti Apoſtoli, & Martyres.*

Quo remigio vtatur Eccleſia nauis quibus funibus, quo velo, quibus anchoris. S. Chryſ.

Quo remigio vtatur Eccleſiæ nauis, quibus funibus, quo velo; quibus anchoris, quibus tabulis, & quid denique pro arbore habeat, quid picis vice, quid ſtuppæ, ab vno Chryſoſtomo habemus, qui hom. 1. in Symbolum Apoſt. ita ſcribit: *Quia velut nauis eſt in mari poſita hæc Eccleſia, portat epibatas, portat credentes in vna charitate, in vna modulatione, in vno remigio ſanctitatis, in funibus charitatis, in velo orationis, in arbore crucis, in pice pœnitentiæ, in ſtuppa caſtitatis, in tabulis pacis, in anchora fidei.*

Corporis nauis ieiunij pelago committenda qui ſit paranda. S. Pet. Chryſ.

Corporis nauis ieiunij pelago committenda, 1332.
quî ſit paranda, & inſtruenda eleganter ſuo more docet ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 8. *Ingreſſi, inquit, inter abſtinentiæ, ieiunij pelagus, quadrageſimæ viam,* NAVIM CORPORIS NOSTRI *ſoluamus à littore mundano: ſæcularis patriæ renunciemus curis: in crucis arbore tota mentis vela tendamus, virtutum funibus, ſapientiæ remis; gubernaculis diſciplinæ, nauigij noſtri muniamus incepta.*

Nauigium vitale vt Ionas ſubierit. S. Zeno.

A ligneo ad vitale nauigium tranſlatum Ionam nobis exhibet ſanctus Zeno ſerm. de Iona, vbi ita loquitur: *Tam Ionas forte ductus* NAVFRAGVS *redditur, imo à ligneo ad* NAVIGIVM VITALE *transfertur, qui vt eſt demiſſus in altum, ferinæque voraginis eſt receptus hoſpitio, vigilat in ceto, qui ſtertebat in naui: mira res poſt naufragium poſt* NATATILE SEPVLCHRVM *incolumis tertio poſt die Niniuitas illuſtrat.*

Maria Virginis nauis. S. Bonauent. Richard. à S. Laur.

Nauis fuit Virgo Maria, ſanctus Bonauentu- 1333.
ra in Pſalm. 106. ita ſcribit: *Nauis quandoque ſignificat vterum Virginis, vnde hoc? aſcendit Ieſus in nauiculam, & venit in ciuitatem ſuam, id eſt introiuit in vterum, & venit in mundum, qui dicitur eius ciuitas.* Richardus à ſancto Laurentio lib. 11. de laudibus Virginis ita loquitur: *De hac* NAVI *(Maria) dicitur Prouerb. in fine. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. Verſiculus iſte continetur ſub littera He, quod interpretatur eſſe, vel viuere, vel ſuſcipiens, aut ſuſceptio, quod totum bene conuenit huic naui. Maria ſiquidem per panem vitæ, quem de cœlo ſuſcepit, & in vtero portauit, habuit quoad ſe eſſe verum in vita præſenti, & modò habet viuere ſempiternum, & ab illo ſuſcepta eſt in æternum in gloria, quem de cæleſtibus venientem ſuſcepit in hoſpitio glorioſo. Nos etiam per filium eius, qui dicit Exod. 3. Ego ſum qui ſum, & qui eſt miſit me ad vos, habemus verum eſſe, quamdiu ſumus in eo.*

Tutus nauigat, qui crucis ligno fertur. S. Aug.

Maris mundi huius vndæ tumeant, fluctus in nos ſurgant, in periculis ſine periculo eſt, qui crucis naui fertur; ſanctus Auguſtinus conc. 4. in Pſalm. 103. ait: *Ad Patriam, qua itari ſumus*

ſiemus per ipſum mare, ſed in ligno. Noli timere periculum, LIGNVM TE PORTAT, *quod continet ſeculum.*

Humana nauis malorum ſentinam habet quæ ſemper exhaurienda. S. Baſil.

Vt probè compacta nauis ſit, & rimas nullas habere videatur aquæ bibendæ, trahit tamen ſemper aquam ſentina, quæ ſemper exhaurienda, ne nauis mergatur; humana quoque nauis ſentinam ſuam habet, quæ ſemper exhaurienda, ne merſionis ſit cauſa; ſanctus Baſilius homil. 11. Exam. *Ab ipſa mox effuſione vteri materni ad extremam ſenectæ lineam, agmen ſecum trahens inexplicabilium malorum veluti* SENTINAM QVANDAM *exhaurit*; Sed à nauibus ad nauium ductores calamum quoque flectamus.

CAPVT CXXXIII.

De nauium ductoribus aliqua, aliqua de nauigatione, ac nauibus.

Olim apud nonnullos in illius faciem inſpuebant, qui nauim *regens aberraſſet.*

Carthaginenſes duos rectores ſingulis nauibus *aſſignabant.*

Gubernatorum mos in nauigatione, *quam matutinam appellabant.*

Attici nautæ *nauem vehementius vrgebant, cùm portui eſſent vicini.*

Naucleri *munus Angeli exercuêre.*

Cauendum animæ tanquam gubernatori, *ne cum ipſo corpore deliciis obruto mergatur.*

In rebus aduerſis hominis peritia apparet, vt gubernatoris *in tempeſtate.*

Sancti Spiritus aura præter alia in prædicationis nauigatione *neceſſaria.*

In hominis nauigio *gubernatoris munus exercere Ratio debet.*

Felix illa nauigatio, *in qua gubernator eſt Chriſtus.*

Qui Rempublicam regunt nauis *gubernatoribus pares.*

Aduerſitatis, & conuitiorum ventis *ferri tanquam nauis debemus ad portum.*

Sacerdotis vitia quàm noxia cæteris, gubernatoris *ſimilitudine probatur.*

Boni gubernatoris *munus quinam exerceat.*

Felix nauigatio, *quæ innocentiæ nauigio fit.*

Dei ſermonem pro gubernaculo *in huius vitæ nauigatione habere debemus.*

1334. *Olim apud nonnullos in illius faciem inſpuebant qui nauim regens aberraſſet.* Nicol.

APud nonnullos hic mos vigebat, vt in illius faciem omnes inſpuerent, qui nauim regens aberraſſet; diſco id ex Nicolai ſcriptis de moribus Gentium apud Stobæum ſerm. 44. *Cerceræ illos, qui crimen quodcunque commiſerunt, ſacris interdicunt: ſi quis autem* NAVIM GVBERNANS ABERRARIT, *ſinguli accedentes in faciem eius inſpuunt.*

Carthaginenſes hunc morem ſeruabant, vt duos rectores ſingulis nauibus aſſignarent, indicat iſtuc Ælianus de varia hiſtoria lib. 9. *Carthaginenſes duos rectores* SINGVLIS NAVIBVS *decernebant.*

Carthaginenſes duos rectores ſingulis nauibus aſſignabant. Ælian.

Gubernatores in nauigatione, quam matutinam appellabant, iubere conſueuerant, vt qui naue vehebantur in latere ſederent, quod in vndas declinabat: meminit huius ritus ſanctus Nilus in Aſceticis, vbi ita loquitur: *Porro coniectura rarò aſſequitur veritatem, ſed plerunque aberrat a rectitudine, & facile fallitur, atque decipitur. Quid enim primo aſpectu videtur abſurdius, quam cum* GVBERNATOR *in ea nauigatione, quam nautæ matutinam appellabant iubet, vt vectores, naui in obliquum vergente in eo latere conſidāt, quod vndis obruitur.*

Gubernatorum mos in nauigatione quam matutinam appellabant. S. Nilus.

Attici nautæ vehementiùs vrgebant, alacriùs remigabant, cùm portui eſſent vicini, vt res in prouerbium abierit; Zenob. cent. 2. prouerb. 10. ATTICVS IN PORTVM, *in eos iactatum prouerbium, qui* IN PORTV *fortitudinem ſuam oſtentant, nautæ enim Attici domum nauigantes alacriùs ſolito remigabant, ita familiaribus ſeſe oſtentantes.* Iactantiam, & oſtentationem ſi tollas, res ad bonum ſenſum traduci poteſt; ſi, quò morti tanquam portui viciniores, eò alacrius in Dei obſequio ſimus. 1335.

Attici nautæ nauem vehementius vrgebant, cum portui eſſent vicini. Zenob.

Naucleri munus, Angelos non ſemel exercuiſſe certum eſt; ſingulare huius nauigationis exemplū habemus apud Petrum de Natalibus lib. 8. cap. 38 vbi de S. Bertino Abbate ita ſcribit: *Sanctus verò Bertinus aptiorem ſibi* Deo *ſeruiendi locum requirens, Dei ſe diſpoſitioni committens nauem aſcendit. Et Angelico ductu ſine remo, vel remige contra ictum fluminis vſque ad locum à* Deo *præciſum deuenit*; Et illud apud eundem lib. 8. cap. 75. de ſancto Maurilio Epiſcopo: *Dum in portu Lydi fluminis cum quibuſdam tranſire vellet, nec* NAVEM HABERET. *Nauicula quædam ab alia parte fluuij poſita ſine aliquo ductore ad eum peruenerunt, & ipſe cum omnibus Angelico ducatu tranſiuit.*

Naucleri munus Angeli exercuêre. Pet. de Nat.

Cauendum animæ tanquam gubernatori ne cum ipſo corpore mergatur, nimiſque oppreſſa terrenarum deliciarum onere ſuccumbat; ſanctus Chryſoſtomus huc flectebat homil. 39. in epiſt. 1. ad Corinth. *Sicut* GVBERNATOR, *ſi tempeſtas vicerit artem, cum ipſa naue, & vectoribus ſubmergitur: ita etiam anima cum corpore demergitur in grauem abyſſum ſenſuum egeſtatis: & ſicut quandam molam Deus nobis ventrem indidit, data facultate iuſta ſymmetria ei conueniente, & certa conſtituta menſura, quam ipſum quotidie oportet molere. Si quiſquam ergo plura iniecit, ea non confecta vniuerſo exitium afferunt.* Eòdem ſpectant & illa eiuſdem ſancti Patris verba homil. 10. in Geneſ. *Nam ſicut nauis, quæ aquis ita impletur, vt exhauriri nequeat; ita & homo quando per crapulam, & ebrietatem vini plurimum excipit, in præceps vadit, & rationem ſuam ſubmergit.* 1336.

Cauendum animæ tanquam gubernatori, ne cum ipſo corpore deliciis obruto mergatur. S. Chryſoſt.

Veræ peritiæ, virtutiſque in ſpiritali nauigatione conſignatio eſt, ſi in rebus aduerſis non minus ac in ſecundis feliciter quis nauiget, adeò vt nec iſtis extollatur, nec frangatur illis; bonus ſui gubernator eſt, qui ſui nomen dirigit tanta dexteritate in tempeſtate, vt nauis non mergatur; Audiamus ſanctum Ambroſium, qui in Pſalm. 118. oct. 8. ita de hac re loquebatur: *Laudauerim virtutem* GVBERNATORIS, *qui nullas procellas ſenſerit, & curſum nauigij direxerit nulla tempeſtate iactatus? ſed illum laudauerim*

In rebus aduerſis hominis peritia apparet vt gubernatoris in tempeſtate. S. Ambroſ.

rim qui aduerſus ventos renititur; ita & ille laudandus eſt gubernator ſui, qui ea quæ aduerſa ſunt vincit patientiâ, virtute ſuperat, ſecundis non extollitur, aduerſis non frangitur.

1337. *Sancti Spiritus aura præter alia in prædicationis nauigatione neceſſaria.* S. Baſil.

In rerum diuinarum, prædicationiſque nauigatione præter gubernatorem reliquum nauis apparatum neceſſariam præcipuè eſſe Spiritus ſancti auram in hunc modum aſſerebat ſanctus Baſilius homil. de Spiritu ſancto: *Da mihi nauim vacuam,* GVBERNATOREM, *nautas, funes, anchoras, omnia diſpoſita, & nuſquam eſſe ſpiritum venti; nonne ceſſat omnis qualiſcunque apparatus, ſi deſit operatio ſpiritus? ita licet ſit ſermonis ampla ſupellex, mens profunda, & eloquentia, & intelligentia; ſi non adſit Spiritus ſanctus, qui vim ſuppeditet, otioſa ſunt omnia.*

In hominis nauigio gubernatoris munus exercere ratio debet. S. Iſid. Peluſ.

In hominis nauigio gubernatoris munus exercere ratio debet, cui paſſiones, & affectus par eſt obtemperare, alioquin & ipſi cum ipſa mergentur, miſerumque omnes ſubibunt naufragium; Religio eſſet hìc deſiderari ſancti Iſidori Peluſiotæ verba qui lib. 5. epiſt. 88. ita rem verſat: *Probum, ſpectatumque virum omni ſuperiorem eſſe calamitate decet. Id accidet, ſi ratio in illo perturbationibus dominetur, eamque ſiuerit, vt* NAVI CLAVVM GVBERNATOR *dirigit, habenas moderari, & regere. Si verò mari gubernator mergatur, naufragium eueniet moleſtiſſimum, paſſionibus imperantibus, & rationem in ipſum pelagi fundum demergentibus.*

Felix illa nauigatio, in qua gubernator eſt Chriſtus. S. Auguſt.

Felix illa nauigatio eſt, in quo gubernator eſt Chriſtus; Peritè & verè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 103. ad illud: *Illic naues pertranſibunt,* vel vt ille vertit: *commeabunt*; addit ſtatim: GVBERNATOR EST CHRISTVS *in ligno crucis ſua. Illic naues commeabunt, non timeant naues, non valde attendant vbi natent, ſed à quo gubernentur.*

1338. *Qui Rempublicam regunt nauis gubernatori pares.* Epict.

Eos, qui Rempublicam regunt nauis gubernatoribus comparabat Epictetus apud Stobæũ ſerm. 46. *Quemadmodum ſi* GVBERNARE NAVIM *conareris, omnino prius artem gubernandi perdiſceres: ita ciuitatem recturus, regendi diſciplinam addiſcito. Vt enim illic nauis vniuerſa tuæ fidei committitur, ita hic tota Reſpublica gubernanda tibi eſt.*

Aduerſi etiã, & conuitiorũ ventis ferri tanquam nauis debemus ad portum. B. Vmb.

Naues vento flante aguntur ad littus; nauem referet, qui tanquam nauis aduerſitatis ventis ſe ſinit ferri, & conuitiorum auris ad littus duci; Rectè Beatus Vmbertus cap. 43. docens qualis eſſe debeat verus patiens, ait: *Sitis* NAVIS *quam ventus non impedit, ſed ad littus agitat. Sitis gemma quam ſculptura non deſtruit, ſed decorat. Ad perfectam igitur patientiam venire cupientes gradibus his vtamur, vt videlicet malum pro malo nunquam reddamus, malo reſiſtamus, mala toleremus, iniuriantem placemus, bonum pro malo rependamus, gaudenter iniurias ſuſcipiamus.*

Sacerdotũ vitia quàm noxia cæteris gubernatoris ſimilitudine probatur. S. Iſid. Peluſ.

Sacerdotum vitia, quàm noxia cæteris ſint, nautarum, & gubernatoris ſimilitudine explicat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 322. *Vt in* NAVIGIO *ſi quis nauta delinquat minus id nauigantibus adfert incommodum; ſi vero gubernator communem procurat interitum. Ad eundem modum ſubditorum peccata non tam aliis, quam ſuo ipſi capiti malum arceſſunt. At Sacerdotum vitia in omnes exemplo redundant.*

1339 *Boni gubernatoris munus quinam exerceat.* Ariſton.

Quinam boni gubernatoris munus exerceat docet Ariſtonymus apud Stobæum ſerm. 3. dum ait: BONI GVBERNATORIS EST, *ventorum ſe mutationibus accommodare, viri autem ſapientis, fortunæ; Nauigando gubernatori auſcultandum eſt: viuendo, illi qui plus ratione valet.*

Felix nauigatio quæ innocentiæ nauigio fit. S. Ioa. Clim.

Felix, & ſecunda nauigatio eſt, quæ in innocentiæ nauigio fit; Scitè ſanctus Ioannes Climacus in ſua ſcala gradu 26. *Cor rectum ab omni curioſa rerum varietate liberum eſt, & in* NAVIGIO INNOCENTIÆ *ſecurè nauigat.*

Dei ſermonem pro gubernaculo in huius vitæ nauigatione habere debemus. Abſalon.

Nauis vita humana eſt, quæ in huius mundi pelago nauigat; felix & tuta nauigatio erit, ſi Dei ſermonem habuerit pro gubernaculo; Abſalon Abbas ſerm. 6. de Natali Domini: *Nam quid aliud eſt*, inquit, *vita humana, quam* NAVIS QVÆDAM, *quæ bonis operibus, velut quibuſdam mercibus onuſta, ad diem futuri iudicij tendere debet? Huius gubernaculum ſermo Dei eſt, qui in mari vitæ huius inter proſpera, & aduerſa, & varias tentationes, conducere eam debet ad portum ſalutis. Sed cum anima peccatrix verbum* Dei *repulerit à corde ſuo, tunc ventis, & procellis irruentibus vndique quaſi fracto gubernaculo periclitatur tempeſtate vitiorum*; periclitatur nauis quæ hoc caret gubernaculo, & vndarum ludibrium fit, quæ verbo Dei non regitur, vt ad Deum feratur.

EXCVRSVS XCVI.

Vtilia quædam ex nauibus, ex nauigatione monita.

Quænam viatica in huius vitæ nauigatione.
Vtilis ex nautica *lege monitio.*
Patientia virtus inter fluctus *elucet.*
Qualia actionum initia eſſe debeant ex nauigiis *docemur.*
In iuuene continentiam maximè laudandam, minus in ſene, nauis ſimilitudine *oſtenditur.*
Intemperantiæ damna naue *ventis actâ indicantur.*
Mentis anchora, *timor.*
Anchora *quænam paranda in huius vitæ nauigatione.*
Vlyſſis ad arborem *alligati fabula ad crucem translata.*
Voluptas tãquam remora *mentis nauẽ ſiſtit.*
Rationis *potius ratio habenda quàm* diuitiarum, *nauis ſimilitudine.*
Oneratæ naui, *& mergi facili par eſt diues.*
Vtile ex nauigatione *monitum.*
Neceſſaria humilitatis nauis.
Iræ, & cæteris perturbationibus reſiſtendum ex nauigio *elicitur.*
Crux gubernatoris *munus exercet.*
Tutè nauigant *qui crucem Chriſti vt arborem præferunt.*
Vtilis ex nauſeabundis *cautio.*
In ampla domo curis angi idem eſt ac in pulchra naui *mergi.*

NOnnulla ex nauibus ſalubria moribus informandis monita paſſim ſuperius in ha- 1340.

ſum paginarum, vt ita loquar littus exonerauimus, ſuperſunt adhuc alia, quæ hîc in lectoris profectum exhibeo.

Quænam viatica in huius vitæ nauigatione paranda. Ariſtip.

Quæ viatica in nauigatione huius vitæ paranda rectè docebat Ariſtippus, cuius verba refert Stobæus ſerm. 3. *Ariſtippus Cyrenenſis Philoſophus adoleſcentes hortabatur, huiuſcemodi viatica compararent: quæ* NAVFRAGOS *enatantes ſequerentur.*

Vtile ex nautica lege monitio. S.Greg. Naz.

Ex nautica lege vtile eliciebat monitum ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. in laudem Baſilij; paulatim nimirum ad grandia munera eundum nec inexpertos, & imparatos debere ſe in ſummas dignitates obtrudere; hæc illius verba ſunt: *Verum* NAVTICAM LEGEM *præclaram cenſeo quæ committit, deinde ad proram collocat: Sicque prioribus muneribus ipſi commiſſis, tandem eum poſt diuturnam maris verberationem ac ventorum obſeruationem ad gubernacula conſtituit. Eadem rei militaris eſt ratio, miles primum, deinde Centurio, tum Imperator. Hic optimus ordo eſt, iiſque qui ſubſunt in primis conducibilis: quam præclarè nobiſcum ageretur ſi eodem ſtatu res noſtræ eſſent.*

1341\. *Patientia virtus inter fluctus elucet.* S Chryſoſt.

Patientiæ virtus, bonæque voluntatis in Deum affectus tunc bene oſtenditur cùm malis, & tribulationibus acti, à Deo gratias agimus, Deum benedicimus, quod cymbæ periclitantis ſimilitudine ſic explicabat ſanctus Chryſoſtomus homil. 1. de patientia Iob: *Secundis ſeſe rebus habentibus gratias referre Deo, non admodum mirabile; porro cum multus fuerit* FLVCTVS, *cymbáque circumacta periclitatur, tunc magna, atque excellens eſt patientia, atque bonæ voluntatis oſtenſio.*

Qualia actionum initia eſſe debeant ex nauigiis docemur. Demoſth.

Qualia actionum initia eſſe debeant ex domibus, ex nauigiis colligebat Demoſthenes, cuius mentem his verbis referebat Stobæus ſerm. 9. *Quemadmodum domus, &* NAVIGII, *& aliorum huiuſmodi, partes inferiores firmiſſimas oportet eſſe: ſic & actionum initia fundamentaque, & iuſta conuenit eſſe.*

In iuuene continentiam maximè laudandam, minus in ſene, nauis ſimilitudine oſtenditur. S.Iſid. Peluſ.

Continentia in iuuene maximè laudanda, in ſene vix laudem meretur, id quod nauis metaphora explicabat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5 epiſt. 9. in confirmationem Ieremiæ verba adducens, qui virum effert, qui iugum non in ſenectute portauerit, ſed ab adoleſcentia ſua; *Qui*, inquit, *in ipſo vigore procellarum nauim ſeruat, & naturam libidinum vitiis æſtuantem refrænat, dignus eſt, qui millies beatus prædicetur, & coronis exornetur. Continentia enim in* SENECTVTE, *non ex temperantia, ſed libidinis impotentia procedit. Idcirco Ieremias Propheta priorem illum prædicans: bonum, inquit, eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: poſteriorem vero nemo felicem prædicare dignatus eſt; ſed omnes ſine præconij præmio ingloriam relinquere. Ne ergo ſenectutem expectes, quaſi in ipſa temperans futurus ſis. Præterquam enim quod incertum ſit, te ad illam peruenturum, res ipſa honore coniuncta eſt.*

1342\. *Intemperantiæ damna naui ventis actæ indicantur.* Euſeb.

Intemperantiæ damna nauis ventis actæ ſimilitudine ſic explicabat Euſebius apud Stobæum ſerm. 6. *Velut*, inquit, *venti* NAVEM *correptam huc illuc ferentes quaſſant, & inobedientem efficiunt gubernatori, item animam agitans, & menti immorigeram eſſe cogens intemperantia tranquillam eſſe, & in tranquillo ac tutiſſimo ceu portu quieſcere non permittit.*

Mentis anchora timor. B. Laur. Iuſt.

Anchora mentis naui neceſſaria præter alia timor Dei, qui firmam eam, ac ſtabilem reddit; Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba, hæc mens cap. 3. de perſeuerantia: *Timor ſtabilem animum reddit, ſicut* ANCHORA NAVEM STARE FACIT. *Anchora namque mentis eſt* PONDVS TIMORIS.

Anchora quænam paranda in huius vitæ nauigatione. Pythag.

Dum in hac vita nauigamus quærenda nobis anchora eſt, quæ nauem firmet, quæ autem opportuna ſit, & quæ inutilis præter illam quam ſuperius dedimus explicat Pythagoras apud Stobæum ſerm. 1. qui ait: *Pythagoras ait optimam nobis vitam eſſe deligendam, quam ſuauem mox ipſa conſuetudo ſit effectura. Diuitiæ anchora ſunt infirma, gloria etiam infirmior, corpus itidem, magiſtratus, honores, omnia hæc imbecilla, & viribus deſtituta. Quæ ergo ſunt* ANCHORÆ FIRMÆ? *prudentia, magnanimitas, fortitudo, eas nulla tempeſtas agitat. Hæc Dei eſt lex virtutem ſolam eſſe quæ potens, ſolidaque ſit; cætera omnia nugas, & ineptias.*

1343\. *Vlyſſis ad arborem alligati fabula ad crucem tranſlata.* S. Ambroſ.

Vlyſſis fabulam, qua fertur ad nauis arborem alligatum à periculis exemptum, ad omnes homines, qui per crucem à mortis periculo ſunt erepti elegantiſſimè transfert ſanctus Ambroſius ſerm. 55 vbi poſt narratam Vlyſſis fabulam ſubdit: *Si ergo de* VLYSSE ILLO *refert* FABVLA, *quod eum arboris religatio de periculo liberauit, quanto magis prædicandum eſt, quod verè factum eſt, hoc eſt quod hodie omne genus hominum de mortis periculo* CRVCIS ARBOR *eripuit.*

Voluptas tanquam remora mentis nauem ſiſtit.

Voluptas etiam exigua remora quædam eſt quæ mentis nauem ſecundo curſu euntem ſiſtit: audiendus hic ille:

Vt REMORA *ingentem potis eſt retinere carinam,*
Hanc licet optato nauiget vſque Noto.
Ingeniis obſtat ſic magnis parua VOLVPTAS,
Maximus & paruo ventus ab imbre perit.

Rationis potius ratio habenda quam diuitiarum nauis ſimilitudine oſtenditur. Epict.

Rationis potius rationem hominibus habendam, quam diuitiarum nauis ſimilitudine, in qua aliquis natus ſit, ſic explicabat Epictetus apud Stobæum ſerm. 5. *Quemadmodum ſi conceptus, aut natus eſſes in* NAVI *non ideo ſtatim eius gubernator fieri velles; neque enim natura ad te nauis pertineret. Sic neque diuitiæ, ſed ratio. Id igitur, quod tibi naturale, & cognatum eſt, videlicet rationem: proprium tibi cenſere, & eius curam ſuſcipere debes.*

1344\. *Oneratæ naui, & mergi facili par eſt diues.* S. Nilus.

Oneratæ naui, & mergi facili par eſt diues, vt quod de monacho aſſeruit ſanctus Nilus ad omnes porrigere poſſumus; orat. 4. de auaritia ſic loquitur: *Monachus qui multa poſſidet eſt veluti* NAVIS *onerata, quæ in fluctuum tempeſtate facile ſubmergitur: quemadmodum enim illa ſingulis vndis aſpergitur, ſic opulentus ſollicitudinibus opprimitur.*

Vtile ex nauigatione monitum. Socrat.

Vtile ex nauigatione monitum colligebat Socrates, cuius hæc ſunt verba apud Stobæum ſerm. 4. *Vt qui* NAVIGANT *ventis ſecundis, inſtrumenta quoque parata habent, quibus ſe contra tempeſtatem aduerſam muniant: ita qui cum bona fortuna ſapiunt, etiam ad infortunia ſibi auxilia præparant.*

Neceſſaria humilitas nauis. S. Nilus.

Neceſſaria nauis humilitas eſt; ſanctus Nilus orat. de ſuperbia: *Quemadmodum fieri nequit, vt ſine* NAVI *quiſquam mare traiiciat, ſic nec etiam vt* SINE HVMILITATE *ſalutem conſequatur.*

Iræ & cæteris perturbationibus reſiſtendum ex nauigio elicitur. Sotion.

Iræ, cæteriſque animi perturbationibus reſiſtendum eſt, virtus vera, vera fortitudo hîc proditur, quod nauigiorum exemplo ita explicabat Sotion apud Stobæum ſerm. 20. *Sapientibus iræ loco, Heraclito quidem lachrymæ, Democrito autem riſus obuiabantur. Quemadmodum* NA-

VIGIA

vigia præclaru indicantur, non quæ in tranquillitate NAVIGANT, *ſed quæ tempeſtatibus obſiſtunt, & euadunt: ſic & homines, qui iræ, & perturbationibus reſiſtere valent, magni, forteſque habentur.*

1345. Nauis ita crux eſt, vt etiam gubernatoris vicem ſubeat, ſanctus Andreas Cretenſis orat. 1. de exaltat. S. crucis: *Crux in tentationibus auxiliatur, in periculis dans ſalutem, in mæſtitia ſolans, in neceſſitatibus opitulans,* IN MARI GVBERNATRIX, *in calamitatibus refrigerium.*

Crux gubernatoris munus exercet.
S. And. Cret.

Crucem nauis arborem referre, cuius vſu felix, & tuta nauigatio ſit etiam ſanctus Ambroſius cenſet in Pſalm. 37. vbi hæc habet: BENE NAVIGANT, *qui in nauibus Chriſti crucem ſicut arborem præferunt, atque inde explorant flabra ventorum, vt corpora ſua dirigant ad ſancti Spiritus gratiam, in ligno Domini ſui, atque ſecuri, nec permittunt naues ſuas vago fluctu errare per maria.*

Tutè nauigãt qui crucem Chriſti, vt arborem præferunt.
S. Ambroſ.

Vtile eſt, quod ex nauſeabundis, qui nauis mutatione nauſeæ occurrere ſe putant, & à nauſea liberari, colligit Plutarchus apud Stobæum ſerm. 4. dum ait: *Quemadmodum timidi, & qui nauſeæ* NAVIGANDO OBNOXII SVNT, *exiſtimantes ſe meliuſculè habituros, ſi ex acatio in gaulum, rurſumque ſi in triremem commigrarint: nihil tamen proficiunt, bilem, timiditatemque ſecum circumferentes: ita aliud vitæ genus, non eximit animo ea quibus grauatur, & perturbatur, hoc eſt rerum inſcitiam, & rationis imperfectionem, ac id vitium quod non poteſt, neque callet rectè præſentibus vti.*

Vtilis ex nauſeabundis cautio.
Plut.

Nihil refert, ſi quis amplam domum inhabiret ſi curis, & ſolicitudinibus obruatur, non ſecus ac ſi quis pulchra naui veheretur, & mergatur, ſentiebat Epictetus apud Stobæum ſerm. 3. in hæc verba: *Quemadmodum nolles in magna, pulchraque naui, & onuſta auro* NAVIGANS SVBMERGI, *ſic etiam non deſiderare debes, in ampla, magnificâque domo ſedens curis obrui.* Vide quæ contra ſuperflua ædificia ſcripſi in riſu Sardonico, vbi veram lætitiam ædificia non ædificare probo.

In ampla domo curis angi idem eſt ac in pulchra naui mergi.
Epict.

EXCVRSVS XCVII.

In portu naufragium facit, qui poſt operis boni abſolutionem iactantiâ corripitur.

Qui in virtutibus intumeſcit in portu *naufragium facit.*
A iactantia *vt abeſſet Paulus.*
Miſerum ſuperbi *Phariſæi* naufragium.
Boni operis fœtus à iactantiæ fluctibus *vt eximatur.*
Nullus de ſua ſe iuſtitia iactet.
Iactantiam *cauendam exemplo docuit Dauid.*
A formicu diſcimus noſtra non paſſim exponere.
Iactantiæ *occaſionem, vt homini auferret Deus, hominem vltimo loco condidit.*
Etiam in lachrymarum fuſu iactantiæ *naufragium cauendum.*
Theſauro *operum, operum theſaurum addit,*

qui eorum quæ fecit obliuiſcitur.
Opus eò plus lucet, quò cautius *à luce eximitur.*
Latentes animæ opes prodere *quàm noxium.*
Stultitia eorum reprehenſa, qui ſua exponunt *diſcrimini, dum exponunt.*
Cantillanti gallinæ, ſimiles qui ſua iactant.

VNiuersè in portu naufragium facere eſt in tuto loco periclitari; ſanctus Nilus ad illos flectit, qui poſt virtutum indeptionem efferuntur; hæc eius verba in Paræneticis: *Gaude quando virtutes exerces, verum ne efferaris, ne quando in* PORTV NAVFRAGIVM FACIAS. Lampridius Heliogabalo de Heliogabalo ſcribit: *Naues onuſtas merſit in portu, magnanimitatis hoc eſſe dicens*; verè non magnanimitaris fuit, ſed ſtultitiæ, à qua non abeunt, qui poſt virtutis opus in tumorem feruntur. 1346.

Qui in virtutibus intumeſcit in portu naufragium facit.
S. Nilus.
Lamprid.

Ab hoc iactantiæ naufragio aberat Paulus, indicant hæc illius verba 1. Cor. 1. *In timore, & tremore multo fui apud vos*; timorem, tremoremque audis, non audis iactantiam; Rectè Primaſius hîc; *In timore fuit non* IN IACTANTIA.

A iactantia vt abeſſet Paulus.
1. Cor. 1.
Primaſ.

Miſerum ſubiit naufragium Phariſæus dum ſe, dum ſua iactauit, dum ſe extulit; Rem his verbis expendebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 25. in epiſt ad Corinth. *Cum omnibus etiam virtutibus, muneribus perfuncti, inutiles tamen nos vocare debeamus, qua tandem is venia dignus eſſe queat, qui nulla neceſſaria cauſa impulſus ſeipſum attollit, ac iactat? ob eam cauſam Phariſæus quoque ea paſſus eſt, quæ paſſus eſt, atque in* PORTV NAVFRAGIVM SVBIIT, *quod ad hunc ſcopulum ratem ſuam alliſiſſet.*

Miſerum ſuperbi Phariſæi naufragium.
S. Chryſoſt.

Ne boni operis fœtus iactantiæ fluctibus mergatur cautio illa nobis neceſſaria, qua vſa dicitur filia Pharaonis; nam vt habetur Exod. 1. *Videns infantem eſſe elegantem occultauit eum menſibus tribus*; quò erat infans elegantior, eò diligentior ipſa fuit vt occultaret, idem in bonis operibus fiat; Huc flexit Origenes homil. 1. in Exodum, vbi hæc habet ad hanc mentem: *Vide ſi non propterea nobis præcipitur ne bonos actus* IN PVBLICO GERAMVS, *ne iuſtitiam noſtram coram hominibus faciamus; niſi enim in occulto fuerit diripietur ab Ægyptiis, inuadetur, in flumen iactabitur, vndis, & fluctibus ſubmergetur.* 1347.

Boni operis fœtus à iactãtiæ fluctibus vt eximatur.
Exod. 1.
Orig.

Nemo de ſua ſe iactet iuſtitia, vt verè iuſtus audiat; Dauidis verba ſunt: Pſalm. 96. 11. *Lux ortu eſt iuſto*; cohæret cum iuſto lux, cohæret cum iuſtitia, lux gratiam ſignat, quæ iuſtitiæ fons & origo, adeo vt decipiat, qui ſua iactat, qui ſe; Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 1. de virtute iuſtitiæ hæc habet: *Lux ortu eſt iuſto, & rectis corde lætitia: Hanc ſententiam* Dauid *plenus Spiritu ſancto eructauit, inſinuans ex quo fonte pullulet iuſtitia, & quo fine ad amorem iuſtitiæ prouocet legentem: Lucem namque præmiſit ortam eſſe iuſto, lucem vtique gratiæ,* NE INANITER IVSTVS DE SVA SE IACTARET IVSTITIA.

Nullus de ſua ſe iuſtitia iactet.
Pſal. 96. 11.
B. Laur. Iuſt.

Iactantiam in bonis operibus fugiendam docet Dauid paſſim, nec docet tantum verbis, docet exemplo, Pſalm. 10. 3. ait: *Vt ſagittent in obſcuro rectos corde*; de ſe loquuturus numero vtitur multitudinis, vt ſe aliis annumeraret, ſéque non iactaret, non ſua; quod expendens noſter Agellius hîc ait: *In eo autem quod ait rectos corde* MODESTIA DAVID INTELLIGEN- 1348.

Iactantiam cauendam exemplo docuit Dauid.
Pſal. 10. 3.
Agell.

DA EST A IACTANTIA PROCVL REMOTA. *Sic namque de ſe tanquam alio loquitur, & vt magis à ſui prædicatione abſit laudes ſuas ne ſingulariter emineat cum multis coniungit; neque enim ait: me qui recto ſum corde, neque rectum corde quod ipſum modeſtè diceretur, ſed tanquam de pluribus (Rectos corde.)*

A formica diſcimus noſtra non poſſim exponere. Vel à formica homo diſcat ſua non exponere, cum periculum aliquod, aut damnum imminet; formica humidum frumentum non exponit, cùm caſura eſt pluuia; nec nos proferre in lucem publicam noſtra debemus, cum damnum aliquod, aliqua iactura ab illa expoſitione timenda.

Iactantiæ occaſionem vt homini auferret Deus, hominem vltimo loco condidit. Gen. 2. Procop. Iactantiæ amoliendæ, ac vitandæ, animam hominis poſt aliarum rerum molitionem, quin & poſt corporis formationem Deus creauit, ne iactare vnquam ſe poſſet, quod fuerit Dei cooperatrix: quod tetigit etiam Procopius in cap. 2. Geneſis ad illud: *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Gen. 2. 7. qui legit: *Inſufflauit in nares eius flatum vitæ.* poſt pauca inquit: *nec Deus animam ante formationem corporis creat; videlicet ne ſit eorum*, QVÆ FIEBANT INSPECTRIX: *nec condit animam Deus, vt ea adſit creationi rerum, ſcilicet, ne glorietur, & ſe quaſi* IACTARET COOPERATRICEM *Dei.*

1349. *Etiam in lachrymarum fuſione iactantiæ naufragium cauendum.* Luc 7. 38. B. Euch. In lachrymarum fluentis, quas effuderat naufragari noluit Magdalena; iactantiam fugit; cùm lachrymas quibus irrigauerat Chriſti ſui pedes, ſuis ſtatim capillis terſit Luc 7. 38. ne eas oſtentare videretur, ne inani gloriæ litans omnia perderet; hanc mentem in pœnitentis huius officio vidit Beatus Eucherius ſermon. Feriæ V. poſt Dominicam Paſſionis; vbi ita diſſerit: *Et quoniam eaſdem lachrymas capillis tergit, &* TERGINDO NE VIDEANTVR ABSCONDIT, *& dolet, ſe ſe vtique de illis non eſſe oſtendit, qui omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus, de quibus* Dominus *ait: Quia receperunt mercedem ſuam.* Riſu imo etiam lachrymis digni ſunt, qui lachrymas ſuas oſtentant, & videri ſtudent ab aliis quicquid operis effuderint, quod pietatem redoleat, virtutem ſapiat.

Theſauro operum, operum theſaurũ addit qui eorum quæ fecit obliuiſcitur. S. Chryſ. Bonorum operum theſauro theſaurum addit, qui ea non iactat, & eorum, quæ fecit, tanquam non feciſſet obliuiſcitur, alioquin qui memoriæ libro exarata circumfert, & oſtentat, furto illa exponit; ſanctus Chryſoſtomus homil. 3. in Matth. *Satis*, inquit, *certus rectè factorum eſt theſaurus ipſa rectè factorum obliuio. Quia ſicut aurum, veſtemque pretioſam cum in publico ponimus, plurimos ad inſidias prouocamus: ſic ſunt etiam diuitiæ virtutum ſi eas in memoria quaſi venales aſſiduè portemus, irritamus Dominum, armamus hoſtem, & inuitamus ad furtum.*

1350. *Opus eò plus lucet, quo cautius à luce eximitur.* S. Nilus. Solent quæ à ſole ſubducuntur minus ſplendere, & tenebris inuolui; in bonis operibus aliter accidit, hoc plus ſplendent, & lucent, quo cautius ab humanæ laudis luce ſubducũtur; ſanctus Nilus de inani gloria orat. 7. *Manus*, inquit, *in ſinu latens fit candida, & opus* ABSCONDITVM *luce nitet ſplendidius.* nimirum hoc amplius lucet opus, quo cautius ab humano luce abſconditur.

Latentes animæ opes prodere quam noxium. Latentis animæ opes aliis prodere quanti ſit diſcriminis colligit Oleaſter ex illo quod accidit Ezechiæ, qui cum theſauros, opeſque ſuas nuntiis à Rege Babylonis ad eum miſſis oſtendiſſet, vt nihil auri, argenti, odoramentorum, rerumque aliarum illis ſubduxerit, omnia in pœnam proditionis huius amiſit Iſa. 38. 6 ſic igitur Oleaſter ad hunc locum: Iſa 38 6. Oleaſt. *Opes ſuas, vaſa, & aromata, principibus Babylonis oſtendit, Deo vero inceſſum ſuum, in veritate, & corde perfecto. ſi enim ſibi tam diſpendioſum fuit, hæc externa hominibus oſtendere, quid putas pateretur, ſi illis* OSTENDERET INTERIORA? Eorum ſtultitiam qui ſua produnt, ſua non futura quia produntur, in hunc modum perſtringebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 5. in Geneſim circa medium: *Stultitia eorũ reprehenſa qui ſua exponunt diſcrimini dum exponunt.* S. Chryſ. *Quid damno hoc pernicioſius? quandoquidem à nobis auolare facit etiam ea quæ nos habere putamus: ſic Phariſæus ille Publicano minor factus eſt, eo quod lingua ſuæ imperare non potuit, ſed per illam, quaſi per feneſtram aliquam omnes diuitias ſuas effudit. Tantum eſt* INANIS GLORIÆ *malum.*

1351. *Cantillanti gallinæ ſimiles qui ſua iactant.* S. Vinc. Ferr. Cantillanti gallinæ, ouumque prodenti pariat hos iactatores ſanctus Vincentius Ferrerius, cuius hæc ipſiſſima verba ſunt ſermon. in Vigil. Natiuit. *Nota contra multas perſonas vanas, quæ non poſſunt tacere, ſi Deus dat eis aliquam gratiam, vel reuelationem, ſtatim reuelant, & malè, niſi ſuper hoc ſciant voluntatem Dei, maximè, quia quandoque credunt, quod diaboli illuſiones ſint diuinæ reuelationes. Tales ſunt* SIMILES GALLINÆ, *quæ non poteſt tacere quouſque prodit ouum, quod poſuit.* Vt ament perdere, dum amant prodere.

CAPVT CXXXIV.

Nauium, & calicum nexus; de nauibus nonnulla, & de naufragio afferuntur iis addenda, quæ iam allata.

Calices veluti naues *onerariæ.*
Nauium *funes ex mulierum capillis.*
Nauium *roſtra tribunali affixa.*
Nauis *Gabrielis nomine inſignita.*
Naufragi, *aut ex graui malo liberati radi conſueuerant.*
Naues *pudorem iis ingerunt qui rebus aduerſis vti neſciunt in Dei cultum.*
Nauem *mercibus ſpiritualibus onuſtam habet, qui ritè ieiunium abſoluit.*
Corpus nec grauiùs premendum, nec liberiùs laxandum nauis exemplo *oſtenditur.*
Vt nauis *gubernaculo carens qui vtilia monita non audit.*
Felix nauigat *qui Chriſtum tanquam gubernatorem reſpicit.*
Nauis *nexus*, *&* equi.
Nauis *virgo Deo dicata.*
Naufragium *paſſi ſuarum rerum ius amittebant.*
Hæc lex quando ablata?
Solis imaginem in naui *collocabant Ægyptij*
Naues *in templis ſuſpenſæ immenſæ magnitudinis.*
Nauium *materia varia.*
Triremes *ex cedro.*
Naues *ſolemni ritu purificatæ.*
Nauigia *vela, & veſtes ex papyro.*

Nauis

Nauis *inſtabilis mundanorum mens ſine legis onere.*

Nauibus *Tharſis mundani comparati.*

1352. QVIDNI bibendi verbum nos ad naues traxerit cùm naues cum calicibus cohæreant? Apud Athenæum lib. 11. Phærecrates dixit; *Profundos calices, velut* NAVES ONERARIAS *vinum vehentes.* Quin apud eundem eodem lib. 11. TRIREMIS *ſpecies fuit* POCVLI; ſed extra calices alia de nauibus, déque naufragio affetamus, digna, quæ ſilentij naufragio, quo perire multa ſolent, non pereant.

Calices velut naues oneraria. Athen.

Bizantij cum omnia defuiſſent, funibus ad naues vtebantur, quod ex capillis ſuatum fœminarum conficiebant; ſicut habetur in Topographia Constantinopolis.

Nauium funes ex mulierum capillis. Top.

Nauium roſtra tribunali præfixa refert Plinius lib. 16. cap. 4. de ciuica corona &c. *A... roſtra* NAVIVM *tribunali præfixa fori ...,* *veluti populo Romano corona impoſita.*

Nauium roſtra tribunali affixa. Plin.

Rex Luſitaniæ Emanuel naues tantum ... tuor adornari iuſſit, quarum primæ, & præ... riæ indictum eſt nomen à ſancto Gabriele. *Non ſine cauſa*, inquit lib. 1. hiſtoriarum Indicarum Maffeius, *vt quæ ex orbe noſtro ad antipodes ... Euangelio muniebat; ſub tutela, præſidioque ... ARCHANGELI *potiſſimum eius, qui primus ... terris olim attulit Euangelium. Secundam ... gelo Raphaeli viatorum duci, ac tutori dicarant.*

Nauis Gabrielis nomine inſignita. Io. Pet. Maff.

1353. Naufragi, aut ex graui aliquo morbo ſanati reſtituti radi olim conſueuerant; meminit huius moris Artemidorus lib. 1. cap. 13. NAVFRAGI, *aut ex magno morbo ſeruati homines raduntur, minimè verò mortui.*

Naufragi aut ex graui morbo liberati radi conſueuerunt. Theoph.

Naues tanta arte, & peritia pollent, vt contrario quoque vento vtantur tanquam minime contrario: puderem nobis iſtuc ingeri, qui rebus aduerſis vti neſcimus, vt in Dei cultuio, obſequiumque proficiamus: qui ſapit vento contrario vtetur tanquam ſecundo; Audi monentem, nec audi tantum, etiam ſequere; *Hinc fit quod mutemur toties, deſides ſimus tepidi, & parum proficiamus, quia vt* NAVTÆ *ventum ſpirantis ſpiritum deuotionis, & conſolationis; ſine qua detinemur, & qualibet aduerſitate, velut contrario flatu, retrocedimus. Inertiores etiam ſumus nautis, qui callent etiam obliquo, & aduerſo vento progredi. Sciamus ipſis aduerſitatibus, tædijs, & tribulationibus procedere.*

Naues pudori iis ingerunt qui rebus aduerſis vti neſciunt in Dei cultum. Io. Euſ. lib. 4. cap. 13.

1354. Nauem mercibus ſpiritualibus onuſtam habet, qui ritè ieiunium abſoluit, Audiendus hic ſanctus Chryſoſtomus hom. 8. de pœnitentia: *Tempus ad finem (ieiunij) euolat, atque de cætera* CYMBA *proſpicit. Sed quod quæritur non iam eſt ad portum peruenire, ſed nauem haud lucri vacuam trahere.*

Nauem mercibus ſpiritualibus onuſtam habet, ritè ieiun... abſol.

Nauis metaphora non grauius imponendum onus corpori, nec luxu liberius laxandum docebat ſanctus Ephræm ſerm. de vita, & exerc. monach. in hæc verba: *Teipſum igitur ſub diſcreta Patrum norma cuſtodi, & ne quid nimis vt perfectus in omnibus fias. Nunquamne (oro te) Circi ſpectator fuiſti? Num* SCAPHAM IN PELAGO *non aſpexiſti? Nempe enim equos ſi quis immoderatius agitet, ſolo poſtmodum strepitu terrentur. Contra ſi quis eos nimium remittat ac laxet habenas, aurigam etiam deijciunt, ac pertrahunt. Nauis item ſi ſupra tabulata pondus imponitur facile fluctibus quatitur atque demergitur. Sin vero leuis, ac ſine onere*

nauiget, ventorum vi cito diſſoluitur. Non diſſimili ratione, & anima, & corpus ſi eis vltra vires imponatur onus, cito ſuccumbunt, & in ea quæ prædiximus incidunt.

Qui vtilia monita non audit, nec legem Dei nouit ex Beati Cyrilli Alexandrini mente c. 5. 1355.
Planè NAVI *ſimilis eſt,* GVBERNACVLO *& nauclero carenti.*

Vt nauis gubernaculo carens, qui ... monita non audit. S. Cyrill. Alex.

Felix ille nauigat, qui Chriſtum tanquam gubernatorem reſpicit, cuiuſque nutibus paret; ſcitè Origenes hom. 20. in Ieremiam, ait quippe: *Et vitam ſuam rebus momentaneis præferant, & fixis oculis intueantur in Dominum tanquam boni* GVBERNATORIS *nutum expectantes quid velit, quid mandet, quid ſignificet, quam teſſeram det ſuis nautis, vbi, & vnde præmittat portum.*

Felix nauigat qui Chriſtum tanquam gubernatorem reſpicit. Orig.

De nauis, & equi nexu hæc habet Artemidorus lib. 1. cap. 58. *Similis* NAVIBVS *equus eſt, nam & poetæ naues equos dixit, & nos Neptunum Hippion, id eſt equeſtrem vocamus, & ſane quam rationem in terra equus habet, eandem habet nauis in mari.*

Nauis nexus, & equi. Artem.

Nauis, & virgo Deo dicata eſt, quæ regula tanquam gubernatore quodam regi debet, alioquin ſcopulis illiſa mergetur; Pulchre rem verſat ſanctus Athanaſius de virginitate, qui & vitis metaphora in hanc cenſens ait: *Bonum eſt iuuenculæ ſubeſſe anni. Væ virgini, quæ non ſubeſt regulæ; eſt enim tanquam* NAVIS GVBERNATORE DESTITVTA; *rapto ſiquidem cacumine nutatur a fluctibus horſum illorſum, cum ducem non habeat, donec offendat in ſcopulos, & ſtatim pereat. Contra beata eſt virgo, quæ ſub regula eſt: Eſt enim tanquam vitis fœcunda in horto, ad quam venient cultor eius, palmites ipſius putat, illamque irrigat, & putridas herbas circum circa euellit. Illa autem nacta operarium, fructum ſuum reddit pretioſum in tempore opportuno.* 1356.

Nauis virgo Deo dicata. S. Athan.

Olim apud nonnullos hæc lex vigebat, vt qui naufragium eſſent paſſi, ſuarum rerum ius amittebant, quæ fiſco adijciebantur; Hildebertus Epiſc. Cenom. epiſt. 65. *Quidquid euadebat* EX NAVFRAGIIS TOTVM SIBI FISCVS LEGE VINDICABAT PATRIÆ, *paſſóſque naufragium miſerabilius violentia principis ſpoliabat, quam maris rapina, quam procella.* Quæ lex apud Anglos olim in vſu, quin non res tantum, ſed & homines à naufragio ſeruati fiſci commodis adſcribebantur, inque ſeruitutem adducebantur; ita Albertus Abb. Stadenſis; *Friderici auia, & mater de Anglia* NAVIGANTES *in Comitatu Stadenſi* NAVFRAGIVM PASSÆ *ſunt, & ſecundum priſci iuris rigorem tam homines, quàm res regia ditioni ſunt mancipati;* & paulo poſt pergit: *Aui. & mater ſub prætextu naufragij ſeruituti ſunt addictæ;* has duriores leges humaniores reges abolere contrarijs edictis conati ſunt, Guilelmus Neubrig Hiſt. Anglic. lib. 4. c. 26. de Henrico hæc ſcribit: *Antiquam inhumanam circa* NAVFRAGOS *conſuetudinem in ipſis regni ſui initijs eximia pietate correxit: atque huiuſmodi hominibus ab æquoreo diſcrimine liberatis humanitatis officium exhiberi præcipiens graues in eos pœnas ſanxit, qui forte illis in aliquo moleſti eſſe, vel de rebus eorum quippiam vſurpare præſumerent.*

Naufragium paſſi ſuarum rerum ius amittebant. Hild.

Hæc lex quãdo ablata. Guilel.

Solis imaginem in naui collocabant Ægyptij 1357.
quæ crocodilo ferebatur. Euſeb. lib. 3. præparat. Euangelic. cap. 3 ita ſcribit: *Ex Porphyrio ſic ait de Ægyptiis: Solis imaginem* IN NAVI *collocant, quæ crocodilo fertur, vt per nauigium motus in humido, per*

Solis imaginẽ in naui collocabant Ægyptij. Euſeb.

CAPVT CXXXI.

Quædam de nauium tutelis, ſacris illuſtrandis etiam ex non ſacris afferuntur.

Nauium *Alexandrinarum munus, & velum.*
Supparum nauium *Alexandrinarum inſigne.*
Inſigne Caſtorum *quale;* Caſtrorum *aliqui ineptè legerunt.*
Caſtoris, *&* Pollucis *numina adiuuare periclitantes credebantur.*
Qui olim Caſtores *pingerentur?*
Qui pericula in mari euaſerant narrabant ſibi apparuiſſe Caſtorem, *&* Pollucem.
Felicis nauigationis *prænuntiæ Caſtorum ſtellæ.*
Si ambo apparerent hæ ſtellæ ſecundæ nauigationis *indicia credebantur, ſecus ſi ſolæ.*
Caſtores *cur ambo dicerentur, cùm vnus frater Pollux eſſet.*
In nauibus *Alexandrinis Caſtorum inſigne.*
In nauibus *pictæ Deorum imagines.*
Deorum tutelæ *aliquando cælatæ.*
Sanctius Chriſtiani qui ſanctorum Martyrum effigies *in nauigiis locabant.*
Naues *à tutelis nomen ſumebant.*
Phœnices numina habebant nauibus *cuſtodiendis.*
Dei ornatus aliquando pro Deo in nauibus.
Animalia in nauium *tutelam.*
Partem illam nauis in qua Dij locati, non cremabant.
Nauis *tranſtra & templa qui cohærent.*
Pictura deſiderij *cum naui vt cohæreat.*
Nauis *tutela Chriſtus.*
Animæ tutela *timor Dei.*
Felix illius nauis nauigatio, *quæ cruce munita.*

1316. SCriptionis noſtræ ratem ſiſtit tanquam remora locus Actuum Apoſtolorum, in quo nauis Alexandrinæ mentio fit; ſic enim legitur cap. 28. 11. *Poſt menſes autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne Caſtorum*; Explicandum nobis eſt, quid peculiare præ aliis haberet nauis Alexandrina, & quale inſigne illud fuerit, quod habuiſſe dicta eſt, & quiſnam ritus in hac nauium tutelis à Gentilibus obſeruarentur; ſic enim fiet, vt & productus locus donetur ſua luce, & ab alienis ſenſibus, quibus fuerat inuolutus eximatur, & pleriqve Gentilium ritus notitiæ noſtræ offerantur, qui alioquin non adeo obuij, obſeruatique: Multa de vtroque hoc argumento poteram congerere, ſed quia noſtri calami cymba aliò vocatur, diu hîc ſiſtere, nec debemus, nec volumus.

De nauibus Alexandrinis audiendus eſt Seneca epiſt. . *Hodie nobis Alexandrinæ naues apparuerunt, quæ præmitti ſolent, & nuntiare ſecuturæ claſſis aduentum, tabellarias vocant*; hæc Lipſius: *Alexandrinæ naues frumentariæ*, inquit, Pergit Seneca, & de harum nauium velo hæc habet: *Gratus illarum Campaniæ aſpectus eſt; Omnis in pilis Puteolorum turba conſiſtit, & ex ipſo genere velorum Alexandrinas, quamuis in magna turba nauium, intelligit, Solis enim licet ſupparum intendere, quod in alto omnes habent naues: Nulla enim res æque adiuuat curſum, quàm ſumma pars veli, illinc maximè nauis vrgetur*; hæc Seneca, ſupparum autem minuſculum velum, quod in venti flatu ſolent naues extendere, vt putat Lipſius, & alij; hoc autem erat nauium Alexandrinarum velut inſigne.

Nauium Alexandrinarũ munus, & velum. Seneca.

Pergit Seneca: *Cum intrauêre Capreas, & Promontorium, ex quo.* 1317.

Alta procelloſo ſpeculatur vertice Pallas.

Cætera velo iubentur eſſe contenta. Supparum Alexandrinarum inſigne eſt: Sed ad nauis inſigne accedemus, quod non leue negotium pluribus faceſſiuit.

Supparum nauium Alexandrinarum inſigne. Seneca.

Lucæ verba ſunt: *Cui erat inſigne Caſtorum*: hoc adeo obſcurum, dubiumque aliquibus, vt loco *Caſtorum*, *Caſtrorum* nomen obtruſerint; Richardus à ſancto Laurentio, quem ſæpè extuli, produxi ſæpius cum de Virgine lib. 1. de laudibus Virginis, ait: *Maria Caſtrum; poteſt hæc nauis deſignari per nauem Alexandrinam Actuum vltimo, cui erat inſigne* CASTRORVM; Rabanus apud Gloſſam: *Quia aliqua forſitan* CASTRA *ibi antiquitus fuerant ædificata, vel caſtrorum, id eſt naui, quia ſub forma Caſtrorum inſignia velis erant intexta nautarum*; apertus hic error; nam Caſtorum legendum eſt, non caſtrorum.

Inſigne Caſtorum quale; caſtrorum ineptè aliqui legerunt. Act. 28. 11. Richard. Rab.

Ad horum verborum lucem præmittendum, per Caſtores intelligi falſa illa numina Caſtoris & Pollucis, quæ adeſſe in tempeſtatibus credebantur; Seneca lib. 1. Natural. quæſt. *Quod ſi media tempeſtate apparent, quaſi ſtellæ cœlo inſidentes adiuuari ſe tunc periclitantes exiſtiment* CASTORIS, ET POLLVCIS NVMINA *credentes*: Lucianus in Dialogo Deorum Apollinis, & Mercurij hæc habet ad hanc rem his numinibus: *iniunctum eſt illis, vt miniſtrent, & ſubſeruiant, & obequitare ipſos oportet pelagus, & ſicubi nautas tempeſtate periclitantes aſpexerint inſidentes nauigio præſtare incolumes nauigantes.* Apol. *Bonam, Mercuri, & ſalutarem narras artem*; ſic ille, ibidem ait fuiſſe adeo ſimiles vt internoſci vix poſſent. Apol. *Quomodo dignoſcis ſimiles enim ſũt.* Merc. *Quod ſi quidem* (Pollux) *habet in facie veſtigia vulnerum, quæ aliquando ab iis accepit, quibuſcunque pugillatu certauit.* Quomodo autem pingerentur oſtendit, cum ait Apol. *Cætera certè omnia æqualia ſunt, ouis pars dimidia, & ſtella ſuperne imminens & iaculum in manu, & equus vtrique candidus*; & Dialog. de mercede conductis, addit, nautas à tempeſtatis diſcrimine liberatos templa adiiſſe, raſoque capite, narrabant quæ pericula euaſiſſent, apparuiſſe Caſtorem, & Pollucem in auxilium, & ſalutis præſagium; Luciani verba hæc ſunt: *Quamobrem ſi liberati cum eſſent nautæ templa adeuntes deraſo capite, immanes vndas, procellas, ſublatos in altum fluctus, iactus, malos fractos, gubernacula reuulſa narrabant, ac inprimis* CASTOREM, ET POLLVCEM APPARENTES, 1318.

Caſtoris, & Pollucis numina adiuuare periclitantes credebantur. Seneca. Lucian.

Qui olim Caſtores pingerentur. Lucian.

Qui pericula in mari euaſerant narrabant ſibi apparuiſſe Caſtorem & Pollucem. Lucian.

RENTES, *nam ſhi peculiariter ad hanc tragœdiam pertinent.*

Felicis nauigationis prænuntia Caſtorum ſtellæ. Plin.

1319. Felicis porrò nauigationis prænuntiæ hæ ſtellæ habebantur, cum apparerent: Plinius lib. 2. cap. 37. loquens de ſtellis Caſtoribus ait: *Gemina autem ſalutares, & proſperi curſus prænuncia, quarum aduentu fugari, diram illam, ac minacem appellatam Helenam ferunt. Et ob id* POLLVCI, ET CASTORI *id numen aſſignant, eoſque in mari Deos inuocant.*

Si ambo apparerent hæ ſtellæ ſecundæ nauigationis indicia credebantur, ſecus ſi ſolæ. B. Beda.

Signatè dixit Plinius, *gemina* nam hæc etiam ſuperſtitio Gentiles inualerat, vt putarent has ſtellas, ſi ambo ſimul apparerent, ſecundæ nauigationis eſſe prænuntias, ſi verò ſolæ diſcrimen præſagire: Beati Bedæ verba hoc ſibi volunt, ad productum locum Actuum Apoſtolorum: *Caſtores ſunt Caſtor, & Pollux, quos ideo Gentiles in mari Deos vocant, quia in tempeſtate* SI SOLÆ APPARVERINT IN NAVI, *vel in antennis periculoſi, ſi vero Gemina proſperi curſus ſunt nuntia.*

Caſtores cur ambo dicerentur cum vnus frater Pollux eſſet. Plin. Suet.

1320. Sed aliquis hîc reponat, cum vni falſorum iſtorum numinum nomen eſſet Caſtor, alteri Pollux, qui factum eſt vt ambo Caſtores dicerentur? ob eorum in rebus omnibus ſimilitudinē plerunque eodem nomine Caſtoris ambo ſignificantur; hinc etiam Plinius lib. 14. cap. 45. Caſtorum nomine geminos hos fratres intelligit; *Super ædem* CASTORVM *genitus pullus in oppoſitam ſutrinam deuolauit*, ædes quoque ambobus in foro conſtituta Caſtoris dicebatur: Suetonius in Caio Iulio Cæſare cap. 10. *Vt enim geminis fratribus ædes in foro conſtituta* TANTVM CASTORIS *vocaretur, ita ſuam, & Cæſaris magnificentiam vnius Cæſaris dici:* Hæc igitur nauis Alexandrina qua Paulus vehebatur Caſtorum inſigne præferebat, quia horum numinum imaginem referebat, vt ſub illorum tutela eſſe ſignificaretur; Addit Oecumenius hîc hunc morem maximè obſeruatum in nauibus Alexandrinis; ait enim: *Perpetui moris eſt, nauibus, præcipuè Alexandrinis ad proram dextra, ac ſiniſtra huiuſmodi eſſe picturas:* Intelligit παράσημον, nam loquitur de his de quibus Lucas. Procopius quoque in cap. 1. Iſaiæ, poſt productum Lucæ locum, addit; ADPINGEBANT SEMPER *in proris Deorum imagines.*

In nauibus Alexandrinis Caſtorum inſigne. Oecum.

Procop.

In nauibus pictæ Deorum imagines. Eurip.

1321. Pictas vniuerſe nauibus Deorum imagines vt eſſent in tutelam, etiam illa quæ ſubiicio, euincunt; Hecub. in Troad. apud Euripidem.

Ipſa quidem nondum NAVIS *conſcendi ſcaphā,*
PICTVRÆ *credens.*

ideſt, Picto ibi numini. Ouid. in Epiſt.

Accipit, & PICTOS PVPPIS *adunca*
DEOS.

Horat.

Illud qood de pictis nauibus Horatius cecinit, de pictis in nauibus Deorum imaginibus probæ notæ auctores accipiunt; lib. 1. od. 14.

Nil PICTIS *timidus nauita* PVPPIBVS.
Fidit.

id eſt, non fidit numinibus, quæ picta ſunt in puppibus. Et ſe ſatis Horatius explicat, nam in illo præcedunt:

Non tibi ſunt integra lintea
Non DIIS *quos iterum preſſa voces malo.*

Virg.

Virgilius quoque ita capiendus 10. Æneid.

—— Et aurato fulgebat APPOLLINE
PVPPIS.

Ideſt Apollinis ſimulachrum, quo nauis erat inſignita; vt docti ſcholiaſtæ & interpretes notauēre.

Perſius: Perſius.

Ingentes de PVPPE DEI.

Ouidius lib. 1. de Triſtibus eleg. 3. Ouid.

Monte nec inferior prora, puppique recurua,
Inſilit, & PICTOS VERBERAT VNDA
DEOS.

Statius: Stat.

INSCRIPTA DIVIS, *qui nauigat aluo.*

Silius: Silius.

TVTELÆQVE DEVM *fluitant.*

Ouidius iterum in Epiſt. Ouid.

Qua tamen ipſe vehor comitata CVPIDINE
PARVO.
Sponſa & coniugij ſtat DEA PICTA *ſui.*

Hæ Deorum tutelæ pictæ aliquando erant, aliquando & cælatæ; pictas oſtendunt ea, quæ ſupra tetigimus, cælatas indicat Seneca epiſt. 76. circa medium: *Nauis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum, aut aureum roſtrum eſt, nec cuius* TVTELA EBORE CÆLATA EST, *nec quæ fiſcis ac opibus regiis preſſa eſt, ſed ſtabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa.* Habes ex ebore tutelam, ac argenteum, aureúmque roſtrum: de qua re alibi fuſius, hîc inſignia tantum ac tutelas illuſtro. 1322.

Deorum tutelæ aliquando naues cælatæ. Seneca.

Ad Chriſtianos quoque hic mos tranſmiſſus, ſed amiſſâ ſuperſtitionis veſte, & inaniū Deorū cultu, nam pro falſorum numinum pictis, aut cælatis imaginibus ſanctorum Martyrum effigies in ſuis nauigiis ponebant, quod notabat quoque Procopius, & vſque ad noſtra tempora hic ritus peruenit, videmus quippe in nauigiis ſanctorum imagines.

Sanctius Chriſtiani qui ſanctorum Martyrum effigies in nauigiis locabant. Procop.

Adeò tutelas efferebant naues, vt ab ipſis quoque nomen ſumerent; Seruius huc ſpectauit in lib. 10. Æneid. *Solent*, inquit, *naues nomina accipere à* TVTELARVM PICTVRA. Lutatius ad Statij Thebaid. 8. *Habent* PICTOS *præſules, quorum nominibus nuncupantur &* NAVES. 1323.

Naues à tutelis nomen ſumebant. Seru. Lutat.

Phœnices ſua numina habuiſſe, quæ nauibus cuſtodiendis, nauibus apponerent, indicat Heſychius, hi autem Dij πάταικοι dicebantur, vt idem Auctor eſt in hac voce; Herodotus in Thalia huc ſpectabat his verbis: *Siquidem ſtatua Vulcani ſimillima eſt iis Diis quos Phœnices vocant Patæcos, quoſque in* TRIREMIVM PRORIS *circumferunt.*

Phœnices numina habebant nauibus cuſtodiendis. Heſych.

Interdum pro inſigni erant, non Deus aliquis, ſed ornatus Dei, vt in naui Ouidiana, non Mineruæ inſigne fuit, ſed eius galea, à qua & nomen accepit. Verſus eſt:

Dei ornatus aliquando pro Deo in nauibus. Ouid.

Eſt mihi, ſitque precor flauæ TVTELA MINERVÆ,
Nauis & à PICTA *Caſſide nomen habet.*

vbi caſſis fuit παράσημον.

Nō Deorū tātū imagines in nauibus depingebantur, ſed & animaliū, ſiue quia numinū loco habebātur, ſiue quia ea animalia ſacra illis Diis putabātur, quos Gentiles ſuperſtitioſè colebāt; Lactantius lib. 1. cap. 11. NAVIS TVTELAM *habuit in aquali figuratam.* Lucianus de Veris narrat. *In puppe anſerculus:* Fulgentius ſabulam de tauro, quo vecta dicitur Europa de naui cui inſigne Taurus erat exponit lib. 1. Mytholog. art. Quippè: *Sicut Europam in Tauro rapuiſſe fertur (Iupiter) ideſt, in nauem, tauri picturam habentem, & Iridem in Vacca ſimiliter, in naue habente picturam*, &c. 1324.

Animalia in nauium tutelam. Lactant. Fulg.

Promiſcuè naues, & Deos, & animalia habuiſſe indicat etiam Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 2. Alex. ab Alex.

cap. 2. *Tametſi ſingulæ* NAVES DEORVM IMAGINES FERRENT, *ſub quorum eſſent tutela: namque alia Neptunum nonnulla priſtis, centauri equi, vel Draconis inſignia habuêre.*

Partem illam nauis in qua Dij locati non cremabant.

Porrò poſitos in puppe Deos adeo Gentiles venerabantur, vt partem illam nauis Græci appellarent ...... id eſt non cremanda, quod exuri illam nefas eſſe putarent, religione conſecratam.

1325. *Nauis tranſtra, & templa qui cohærent* Ezech 27. verſ 6 LXX.

Hæc quæ hucuſque attuli, vim mihi quandam inferunt vt LXX. lectionem cum Vulgato conciliaturi ad ritum iſtum nos conuertamus, Ezechielis 27. de nauis ſtructura agitur; & poſt multa additur verſ.6. *Tranſtra ſua fecerunt tibi ex ebore Indico*; L X X. non habent *tranſtra*, ſed *ipſa templa*; ſed quid aliquis hîc reponat templa ad nauem, & ſacra ad tranſtra? lubens, vt indicaui, has tam diuerſas lectiones in concordiam vocarem illo more, quo nomina in nauibus aut pingebantur, aut cælabantur, vt ea pars nauis templo potuerit comparari, & templum dici, ſi haberem in hac re, quos ſequerer; ſed ægrè in hac re adeò noua ipſe mihi parire queo; nam ſimplicius alij de ſignis tranſuerſis vbi ſedent Remiges L X X. lectionem intelligunt, cum templorum nomen hanc quoque notionem ferre aliqui obſeruarint.

Pictura deſiderij cum naui vt cohæreant. Iſa. 2.

Finiam ſi coniecturam aliam hîc appendero, ſed nudam coniecturam, circa locum Iſaiæ c. 2. vbi hæc habentur; *Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem; ſuper omnes cedros Libani, ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne quod viſu pulchrum eſt*: poſtrema hæc verba ita ex Hebræo vertebat Oleaſter hîc: *ſuper omnes picturas deſiderij, vel ſuper omnes picturas deſiderij*; additque ad explicatum: *ſi picturas deſiderij legas, ſenſus eſt ſuper omnes fabulas pictas figuris idolorum. Vnde & etiam Idolorum meminit*; Ego huic verſioni inſiſtens putarem poſſe locum explicari de pictis in nauibus deorum imaginibus, vt nexum hæc verba habeant cum illis quæ præmiſerat: *ſuper omnes naues Tharſis*; ſed nihil hîc certi ſtatuo, nec vltra coniecturæ limites excurro. Verùm vtili aliquo monito hoc caput obſignemus. — Oleaſt.

1326. *Nauis tutela Chriſtus.* Anon.

Superbiſſima fuere Iulij verba apud Lucanum lib. 5. Pharſal. qui ſe dixit cymbæ tutelam quâ vehebatur; à ſolo tumore hæc fluxerunt; verè Chriſtus nauis illius cui præſidet, id eſt, Eccleſiæ ſuæ tutela eſt; vt verus ille fuerit qui dixit: *In* NAVICVLA DORMIEBAT CHRISTVS, *& excitatus ventis imperauit & naui, vt & Eccleſia, quæ vt nauis fluctibus agitur* TVTELAM ESSE SCIREMVS, *& animæ cuiuſlibet, quæ tribulationum æſtu iactatur.*

Animæ tutela timor Dei S. Ephræm.

Opportuna tutela eſt & Dei timor; animæ nauis tutò nauigat, ſi hanc tutelâ ferens feratur; ſanctus Ephræm lib. de imit. Prouerb. *Timor*, inquit, *Domini, animæ* TVTELA, quod nauium tutelam flectere leuiter poſſumus.

Felix illius nauis nauigatio, quæ cruce munita. S. Chryſ. S. Paul.

Felix eſt illa illius nauis nauigatio, quæ cruce munita eſt, & crucem refert; ſanctus Chryſoſtomus orat. quòd Chriſtus ſit Deus: *Crucem vbique celebrari videre licet, in mari*, IN NAVIGIIS, *in inſulis*; & ſanctus Paulinus carm. in reditum Nicetæ Epiſcopi Dacorum;

Et rate armata TITVLO SALVTIS
Victor antenna crucis ibis, vndis
Tutus & auſtris.

CAPVT CXXXII.

Trabs de arca, & de naui; aliæ circa naues obſeruationes.

Trabs *de arca, & naui.*
Zambicus *nauigij genus.*
Pellibus palea plenis aliqui pro ratibus *vtebantur.*
Nauibus *pedes tributi.*
In Aſſyria ex cupreſſis tantum naues *compingebantur.*
Indorum nauigia *cur non ferro ſed laqueis arctarentur.*
Vmbilicus in anchoræ modum *in vtero formatus.*
Cauatis arboribus aliqui nauigabant.
Naues *ex corticibus arborum ſtructæ.*
Turres in nauibus.
Duæ naues *Athenæ publico vſui deſtinatæ.*
Nauis *quædam cur mundus dicta?*
Naues *pro deſcendentibus in naues.*
Nauis *Chriſti crux.*
Qui nauim *referat Eccleſia?*
Quo remigio vtatur Eccleſiæ nauis, *quibus funibus, quo velo, quibus anchoris?*
Corporis nauis *ieiunij pelago committenda qui ſit paranda?*
Nauigium *vitale vt Ionas ſubierit.*
Mariæ Virginis nauis.
Tutus nauigat, *qui crucis ligno fertur.*
Humana nauis *malorum ſentinam habet, quæ ſemper exhauriendа.*

NEQVEO portum appellere, dum de nauibus ago, de alia de nauibus agor; ferri lubens fero, cùm in lectoris vtilitatem pleraque reſilire debeant quæ hic affero; exordium ab arca ſumo, quæ cognationem quandam cum naue habet. Arcam trabis nomine indigitatam obſeruo; In carminibus Sibyll. hæc habes de Arca — 1327. *Trabs de arca, & naui.* — Sibyll.

Tunc exiſtere humum cognouit Noë propinquam,
Hinc vbi diuinæ TRABS *huc, illucque natauit*
Arca.

Externis hypallage familiaris, vt trabis nomen adhibeant ad nauem ſignificandam Horat. lib. 1. Ode 1. — Horat.

Vt TRABE *Cypriâ*
Myrtorum pauidus nauta ſecet mare.

id eſt naui Cypriâ.
Virg. 3. Æneid. — Virg.

Vela damus, vaſtumque cauâ TRABE *currimus æquor.*

Alij quoque eadem phraſi vtuntur, ſed producta rei firmandæ ſufficiunt; de nauibus alia adiicio; Zambicus nauigij quoddam genus erat, quo contra ſyrtes, ſcopuloſque vtebantur, vt indicat Godignus in vita Gonzali Sylueriæ lib. 2. cap. 3. quem ſi placet vide. — *Zãbicus nauigij genus.* — God.

Pellibus palea plenis pleroſque nauium loco, 1328.

loco, quibus veherentur vſos patet ex his Nicephori Gregoræ verbis, qui lib. 2. vbi ait: *Vnde & hi Scythico bello deſperato* PSLLIBVS PALEA PLENIS *pro ratibus vſi cum vxoribus, & liberis Iſtrum tranſierunt.*

Pellibus paleæ plenis aliqui pro ratibus vtebantur. Niceph. Greg.

Nauibus pedes tributi. Nonn.
Obſeruabam nauibus quoque pedes tributos, ij autem ſunt remi; Hinc Nonius Marcellus: REMI, inquit, *ſunt nauales* PEDES; Antonius: REMIPSDEM nauem dixit.

In Aſſyria ex cupreſſis tantum naues compingebantur. Cælius Rhod.
In Aſſyria ex cupreſſis tantum naues compingi refert Cælius Rhodig. lib. 15. cap. 2. lect. antiq. *In Aſſyria ex cupreſſis modo compingi* NAVES, *auctor Ariſtobulus eſt, ac repetit Arrianus, reliqua materia inopia ſumma.*

Indorum nauigia non ferro, ſed laqueis arctantur. Idem.
Indotum, & Æthiopum nauigium nnn ferro, ſed laqueis arctatum huc explicat Cælius Rhodiginus lib. 18. cap. 31. lect. antiq. vbi de Indorum ritibus agens; ait: NAVIGIA, *Indis ſunt, & Æthiopibus nec iuncta, nec compacta ferro, ſed laqueis arctantur. Cauſam facti augurantur nonnulli, quia iaſint in eo mari ferrum ad ſe pertrahentes petræ: id haud videtur verum, quoniam Romanorum claſſibus illic res gerentibus, nil obuenit eiuſmodi. Potior ratio eſt, quæ de metalli premitur inopiâ.*

Vmbilicus in anchoræ modum in vtero formatus. Plut.
Naues ſuperius in mulieris vtero fluctuantes dedimus; addo hîc & anchoram non deſiderari. Vmbilicum in vtero primùm in anchoræ modum formari ex Democrito referebat Plutarchus lib. de amore par. erga. liber: *Ipſe autem* VMBILICVS *primùm in vtero, (vt ait Democritus)* ANCHORÆ MODO, *ne agitetur, iactitetúrque formatur ſtabilimentum quoddam & veluti ramus fructus qui nunc creſcit & expectatur exiſtit.*

1329.
Cauatis arboribus aliqui nauigabant. Plin.
Olim nonnulli cauatis arboribus pro nauibus vtebantur; ita Plinius lib. 16. cap. 40. Germaniæ prædon. *Singulis arboribus cauatis nauigant quarum quædam, & triginta homines ferunt.*

Naues ex corticibus arborum ſtructa. Oſor.
Naues ex corticibus arborum ſtructas legimus; Oſorius lib. 2. de rebus Emmanuelis agens de moribus gentis Braſiliæ ita ſcribit: *Lintribus vtuntur* E CORTICIBVS ARBORVM *ingentium factis, quæ tamen tanta ſunt interdum capacitate vt homines triginta ſuſtineant.*

Turres in nauibus. Plin. Cæſar.
De Turribus in nauibus poſitis erectis hæc habet Plinius lib. 32. cap. 1. *Sed armata claſſes imponunt ſibi* TVRRIVM *propugnacula*; & Cæſarem lib. 2. de belln Ciuili, vbi ait: *Pluribus aggreſſus nauibus, in quibus ad libram fecerat* TVRRES; Accedit Liuius 4. Decad. lib. 7. in hæc verba: *Aſcendentes è* TVRRI *Prætoria nauis.* Liuius.

Duæ naues Athenæ publico vſui deſtinata. Schol. Ariſt.
Scholia in Ariſtophane tradunt Athenis duas fuiſſe naues vſui publico deſtinatas, è quib⁹ Salaminia ſubueheret ad iudicium euocans: Paralus ueheret: nam Theoris eos vehebat, qui voti, aut religionis erga Delphos, aut aliò quopiam proficiſcerentur.

1330.
Nauis quædam mundus dicta. Nicet. Chon.
Mundi nomen nauem quandam ſortitam ob ſingularem magnitudinem, diſco ex Niceta Choniate lib. 3. in Alexio, vbi ita ſcribit: *Naues longæ L X. rotundæ vltra L X X. ſunt coactæ, quarum vnam ob inſignem magnitudinem* MVNDVS *ab eis appellabatur.*

Naues pro deſcendentibus in naues. Iſa. 23. 14. Chald.
Naues aliquando pro deſcendentibus in naues accipiuntur, certe illud Iſaiæ 23. v. 14. *Vlulate naues maris*, Chaldæus verbebat: *Vlulate deſcendentes in naues maris.*

Nauis Chriſti crux. S. Ant. Vlyſſ. Matth. 8.
Nauis eſt Chriſti crux, qua merces ſuas Chriſtus vexit, omnibuſque expoſuit, negauit nulli, tanquam ſpiritales nundinas celebrans; Accinit ſanctus Antonius Vlyſſiponenſis ſermon. 5. in dom. 4. poſt Epiph. ad illud: *Aſcendente Ieſu in nauiculam ſicuti ſunt eum diſcipuli eius*; ſubdit enim: *Iſta* NAVICVLA *eſt* CRVX CHRISTI, *hæc eſt* NAVIS *inſtitoris, in qua celebrauit nundinas ſuas exponendo merces glorioſas, ſcilicet patientiam, indulgentiam, manſuetudinem.*

1331.
Qui nauim referat Eccleſia. Alb. Mag.
Quî nauim referat Eccleſia, non erit abs re ſi ab Alberto excipiamus, qui ſerm. in Dom. 4. poſt Epiph. ad illud: *Aſcendente Ieſu in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius*, ita ſcribit: *Per* NAVICVLAM *ſancta Eccleſia figuratur. Sicut enim nauicula in principio, & in fine ſtricta eſt, & anguſta, in medio ſpatioſa, & magis extenta: ita etiam ſancta Eccleſia in principio ſui paucos habuit viros fideles, paucos etiam in fine ſui, qui Deum verè colant, habebit. Multorum enim charitas in fine ſæculi refrigeſcet; veruntamen ſicut prima pars nauiculæ, & poſterior eminentior eſt, quam ſit media, ita etiam ſancti Apoſtoli, & Martyres.*

Quo remigio vtatur Eccleſia nauis quibus funibus, quo velo, quibus anchoris. S. Chryſ.
Quo remigio vtatur Eccleſiæ nauis, quibus funibus, quo velo; quibus anchoris, quibus tabulis, & quid denique pro arbore habeat, quid picis vice, quid ſtuppæ, ab vno Chryſoſtomo habemus, qui hom. 1. in Symbolum Apoſt. ita ſcribit: *Quia velut nauis eſt in mari poſita hæc Eccleſia, portat epibatas, portat credentes in vna charitate, in vna modulatione, in vno remigio ſanctitatis, in funibus charitatis, in velo orationis, in arbore crucis, in pice pœnitentiæ, in ſtuppa caſtitatis, in tabulis pacis, in anchora fidei.*

1332.
Corporis nauis ieiunij pelago committenda qui ſit paranda. S. Pet. Chryſ.
Corporis nauis ieiunij pelago committenda, quî ſit paranda, & inſtruenda eleganter ſuo more docet ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 8. *Ingreſſi*, inquit, *inter abſtinentiæ, ieiunij pelagus, quadrageſimæ viam,* NAVIM CORPORIS NOSTRI *ſoluamus à littore mundano: ſæcularis patriæ renunciemus curis: in crucis arbore tota mentis vela tendamus, virtutum funibus, ſapientiæ remis; gubernaculis diſciplinæ, nauigij noſtri muniamus incœptum.*

Nauigium vitale vt Ionas ſubierit. S. Zeno.
A ligneo ad vitale nauigium tranſlatum Ionam nobis exhibet ſanctus Zeno ſerm. de Iona, vbi ita loquitur: *Tum Ionas ſorte ductus* NAVFRAGVS *redditur, imo à ligneo ad* NAVIGIVM VITALE *transfertur, qui vt eſt demiſſus in altum, ferinæque voraginis eſt receptus hoſpitio, vigilat in ceto, qui ſtertebat in naui: mira res poſt naufragium poſt* NATATILS SEPVLCHRVM *incolumis tertio poſt die Niniuitas illuſtrat.*

1333.
Maria Virginis nauis. S. Bonauent.
Nauis fuit Virgo Maria, ſanctus Bonauentura in Pſalm. 106. ita ſcribit: *Nauis quandoque ſignificat vterum Virginis, vnde hoc? aſcendit Ieſus in nauiculam, & venit in ciuitatem ſuam, id eſt introiuit in vterum, & venit in mundum, qui dicitur eius ciuitas.* Richardus à ſancto Laurentio lib. 11. de laudibus Virginis ita loquitur: *De hac* NAVI *(Maria) dicitur Prouerb. in fine. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. Verſiculus iſte continetur ſub littera He, quod interpretatur eſſe, vel viuere, vel ſuſcipiens, aut ſuſceptio, quod totum bene conuenit huic naui. Maria ſi quidem per panem vitæ, quem de cœlo ſuſcepit, & in vtero portauit, habuit quoad ſe eſſe verum in vita præſenti, & modò habet viuere ſempiternum, & ab illo ſuſcepta eſt in æternum in gloria, quem de cæleſtibus venientem ſuſcepit in hoſpitio glorioſe. Nos etiam per filium eius, qui dicit Exod. 3. Ego ſum qui ſum, & qui eſt miſit me ad vos, habemus verum eſſe, quamdiu ſumus in eo.* Richard. à S. Laur.

Tutus nauigat, qui crucis ligno fertur. S. Aug.
Maris mundi huius vndæ tumeant, fluctus in nos ſurgant, in periculis ſine periculo eſt, qui crucis naui fertur; ſanctus Auguſtinus conc. 4. in Pſalm. 103. ait: *Ad Patriam, quâ ituri*

ſumus?

Digitized by Google

ſumus? per ipſum mare, ſed in ligno. Noli timere periculum, LIGNVM TE PORTAT, *quod continet ſeculum.*

Humana nauis malorum ſentinam habet q ſemper exhaurienda. S. Baſil.

Vt probè compacta naois ſit, & rimas nullas habere videatur aquæ bibendæ, trahit tamen ſemper aquam ſentina, quæ ſemper exhaurienda, ne nauis mergatur; humana quoque nauis ſentinam ſuam habet, quæ ſemper exhaurienda, ne merſionis ſit cauſa; ſanctus Baſilius homil. 11. Exam. *Ab ipſa mox effuſione vteri materni ad extremam ſenectæ lineam, agmen ſecum trahens inexplicabilium malorum veluti* SENTINAM QVANDAM *exhaurit*; Sed à nauibos ad nauium ductores calamum quoque flectamus.

CAPVT CXXXIII.

De nauium ductoribus aliqua, aliqua de nauigatione, ac nauibus.

Olim apud nonnulles in illius faciem inſpuebant, qui nauim *regens aberraſſet.*

Carthaginenſes duos rectores ſingulis nauibus *aſſignabant.*

Gubernatorum mos in nauigatione, *quam matutinam appellabant.*

Attici nautæ *nauem vehementius vrgebant, cùm portui eſſent vicini.*

Naucleri *munus Angeli exercuêre.*

Cauendum animæ tanquam gubernatori, *ne cum ipſo corpore deliciis obruto mergatur.*

In rebus aduerſis hominis peritia apparet, vt gubernatoris *in tempeſtate.*

Sancti Spiritus aura præter alia in prædicationis nauigatione *neceſſaria.*

In hominis nauigio *gubernatoris munus exercere Ratio debet.*

Felix illa nauigatio, *in qua gubernator eſt Chriſtus.*

Qui Rempublicam regunt nauis *gubernatoribus pares.*

Aduerſitatis, & conuitiorum ventis *ferri tanquam nauis debemus ad portum.*

Sacerdotis vitia quàm noxia cæteris, gubernatoris *ſimilitudine probatur.*

Boni gubernatotis *munus quinam exerceat.*

Felix nauigatio, *quæ innocentia nauigio fit.*

Dei ſermonem pro gubernaculo *in huius vitæ nauigatione habere debemus.*

1334. *Olim apud nonnullos in illius faciem inſpuebant qui nauim regens aberraſſet.* Nicol.

APud nonnullos hic mos vigebat, vt in illius faciem omnes inſpuerent, qui nauim regens aberraſſet; diſco id ex Nicolai ſcriptis de moribus Gentium apud Stobæum ſerm. 44. *Cercetæ illos, qui crimen quodcunque commiſerunt, ſacris interdicunt: ſi quis autem* NAVIM GVBERNANS ABERRARIT, *ſinguli accedentes in faciem eius inſpuunt.*

Carthaginenſes duos rectores ſingulis nauibus aſſignabant. Ælian. *Gubernatorũ mos in nauigatione, quam matutinam appellabant.* S. Nilus.

Catthaginenſes hunc morem ſeruabant, vt duos rectores ſingulis nauibus aſſignarent, indicat iſtuc Ælianus de varia hiſtoria lib. 9. *Carthaginenſes duos rectores* SINGVLIS NAVIBVS *decernebant.*

Gubernatores in nauigatione, quam matutinam appellabant, iubere conſueuerant, vt qui naue vehebantur in latere ſedereot, quod in vndas declinabat: meminit huius ritus ſanctus Nilus in Aſceticis, vbi ita loquitur: *Porro coniectura raró aſſequitur veritatem, ſed plerunque aberrat a rectitudine, & facile fallitur, atque decipitur. Quid enim primo aſpectu videtur abſurdius, quam cum* GVBERNATOR *in ea nauigatione, quam nautæ matutinam appellabant iubet, vt vectores, naui in obliquum vergente in eo latere conſidẽãt, quod vndis obruitur.*

1335. *Attici nautæ nauem vehementius vrgebant, cum portui eſſent vicini.* Zenob.

Attici nautæ vehementiùs vrgebant, alacriùs remigabant, cùm portui eſſent vicini, vt res in prouerbium abierit; Zenob. cent. 2. prouerb. 10. ATTICVS IN PORTVM, *in eos iactatum prouerbium, qui* IN PORTV *fortitudinem ſuam oſtentant, nautæ enim Attici domum nauigantes alacrius ſolito remigabant, ita familiaribus ſeſe oſtentantes.* Iactantiam, & oſtentationem ſi tollas, res ad bonum ſenſum traduci poteſt; ſi, quò morti tanquam portui viciniores, eò alacriùs in Dei obſequio ſimus.

Naucleri munus Angeli exercuère. Pet. de Nat.

Naucleri munus, Angelos non ſemel exercuiſſe certum eſt; ſingulare huius nauigationis exemplũ habemus apud Petrum de Natalibus lib. 8. cap 38 vbi de S. Bertino Abbate ita ſcribit: *Sanctus verò Bertinus aptiorem ſibi* Deo *ſeruiendi locum requirens, Dei ſe diſpoſitioni committens nauem aſcendit. Et Angelico ductu ſine remo, vel remige contra ictum fluminis vſque ad locum à* Deo *præciſum deuenit*; Et illud apud eundem lib. 8. cap. 75. de ſancto Maurilio Epiſcopo: *Dum in portu Lydi fluminis cum quibuſdam tranſire vellet, nec* NAVEM HABERET. *Nauicula quadam ab alia parte fluuij poſita ſine aliquo ductore ad eum peruenerunt, & ipſe cum omnibus Angelico ducatu tranſiuit.*

1336. *Cauendum animæ tanquam gubernatori, ne cum ipſo corpore deliciis obruto mergatur.* S. Chryſoſt.

Cauendum animæ tanqoam gubernatori ne cum ipſo corpore mergatur, nimiſque oppreſſa terrenarum deliciarum onere ſuccumbat; ſanctus Chryſoſtomus huc flectebat homil. 39. in epiſt. 1. ad Corinth. *Sicut* GVBERNATOR, *ſi tempeſtas vicerit artem, cum ipſa naue, & vectoribus ſubmergitur: ita etiam anima cum corpore demergitur in grauem abyſſum ſenſuum egeſtatis: & ſicut quandam molam Deus nobis ventrem indidit, data facultate iuſta ſymmetria ei conueniente, & certa conſtituta menſura, quam ipſum quotidie oportet molere. Si quiſquam ergo plura iniecit, ea non confecta vniuerſo exitium afferunt.* Eódem ſpectant & illa eiuſdem ſancti Patris verba homil. 10. in Geneſ. *Nam ſicut nauis, quæ aquis ita impletur, vt exhauriri nequeat; ita & homo quando per crapulam, & ebrietatem vini plurimum excipit, in præceps vadit, & rationem ſuam ſubmergit.*

In rebus aduerſis hominis peritia apparet vt gubernatoris in tempeſtate. S. Ambroſ.

Veræ peritiæ, virtutiſque in ſpiritali nauigatione conſignatio eſt, ſi in rebus aduerſis non minus ac in ſecundis feliciter quis nauiget, adeò vt nec iſtis extollatur, nec frangator illis; bonus ſui gubernator eſt, qui ſui nomen dirigit tanta dexteritate in tempeſtate, vt nauis non mergatur; Audiamus ſanctum Ambroſium, qui in Pſalm. 118. oct 8. ita de hac re loquebatur: *Laudauerim virtutem* GVBERNATORIS, *qui nullas procellas ſenſerit, & curſum nauigij direxerit nulla tempeſtate iactatus? ſed illum laudauerim*

rim qui aduerſus ventos renititur, ita & ille laudandus eſt gubernator ſui, qui ea quæ aduerſa ſunt vincit patientiâ, virtute ſuperat, ſecundis non extollitur, aduerſis non frangitur.

1337. *Sancti Spiritus aura præter alia in prædicationis nauigatione neceſſaria.* S. Baſil.

In rerum diuinarum, prædicationiſque nauigatione præter gubernatorem reliquum nauis apparatum neceſſariam præcipuè eſſe Spiritus ſancti auram in hunc modum aſſerebat ſanctus Baſilius homil. de Spiritu ſancto: *Da mihi nauim vacuam,* GVBERNATOREM, *nautas, funes, anchoras, omnia diſpoſita, & nuſquam eſſe ſpiritum venti; nonne ceſſat omnis qualiſcunque apparatus, ſi deſit operatio ſpiritus? ita licet ſit ſermonis ampla ſupellex, mens profunda, & eloquentia, & intelligentia; ſi non adſit Spiritus ſanctus, qui vim ſuppeditet, otioſa ſunt omnia.*

In hominis nauigio gubernatoris munus exercere ratio debet. S. Iſid. Peluſ.

In hominis nauigio gubernatoris munus exercere ratio debet, cui paſſiones, & affectus par eſt obtemperare, alioquin & ipſi cum ipſa mergentur, miſerumque omnes ſubibunt naufragium; Religio eſſet hic deſiderari ſancti Iſidori Peluſiotæ verba qui lib. 5. epiſt. 88. ita rem verſat: *Probum, ſpectatumque virum omni ſuperiorem eſſe calamitate decet. Id accidet, ſi ratio in illo perturbationibus dominetur, eamque ſinerit,* VT NAVI CLAVVM GVBERNATOR *dirigit, habenas moderari, & regere. Si verò mari gubernator mergatur, naufragium eueniet moleſtiſſimum, paſſionibus imperantibus, & rationem in ipſum pelagi fundum demergentibus.*

Felix illa nauigatio, in qua gubernator eſt Chriſtus. S. Auguſt.

Felix illa nauigatio eſt, in quo gubernator eſt Chriſtus; Peritè & verè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 103. ad illud: *Illic naues pertranſibunt,* vel vt ille vertit: *commeabunt*; addit ſtatim: GVBERNATOR EST CHRISTVS *in ligno crucis ſuæ. Illic naues commeabunt, non timeant naues, non valde attendant vbi natent, ſed à quo gubernentur.*

1338. *Qui Rempublicam regunt nauis gubernatoribus pares.* Epict.

Eos, qui Rempublicam regunt nauis gubernatoribus comparabat Epictetus apud Stobæũ ſerm. 46. *Quemadmodum ſi* GVBERNARE NAVIM *conareris, omnino prius artem gubernandi perdiſceres: ita ciuitatem recturus, regendi diſciplinam addiſcito. Vt enim illic nauis vniuerſa tuæ fidei committitur, ita hic tota Reſpublica gubernanda tibi eſt.*

Aduerſitatis, & conuitiorum ventis ferri tanquam nauis debemus ad portum. B. Vmb.

Naues vento flante aguntur ad littus; nauem referet, qui tanquam nauis aduerſitatis ventis ſe ſinit ferri, & conuitiorum auris ad littus duci; Rectè Beatus Vmbertus cap. 43. docens qualis eſſe debeat verus patiens, ait: *Sitis* NAVIS *quam ventus non impedit, ſed ad littus agitat. Sitis gemma quam ſculptura non deſtruit, ſed decorat. Ad perfectam igitur patientiam venire cupientes gradibus his vtamur, vt videlicet malum pro malo nunquam reddamus, malo reſiſtamus, mala toleremus, iniuriantem placemus, bonum pro malo rependamus, gaudenter iniurias ſuſcipiamus.*

Sacerdotum vitia quam noxia cæteris gubernatoris ſimilitudine probatur. S. Iſid. Peluſ.

Sacerdotum vitia, quàm noxia cæteris ſint, nautarum, & gubernatoris ſimilitudine explicat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 322. *Vt in* NAVIGIO *ſi quis nauta delinquat minus id nauigantibus adfert incommodum; ſi vero gubernator communem procurat interitum. Ad eundem modum ſubditorum peccata non tam aliis, quam ſuo ipſi capiti malum arceſſunt. At Sacerdotum vitia in omnes exemplo redundant.*

1339. *Boni gubernatorum munus quinam exerceant.* Ariſton.

Quinam boni gubernatoris munus exerceat docet Ariſtonymus apud Stobæum ſerm. 3. dum ait: BONI GVBERNATORIS EST, *ventorum ſe mutationibus accommodare, viri autem ſapientis, fortunæ; Nauigando gubernatori auſcultandum eſt: viuendo, illi qui plus ratione valet.*

Felix nauigatio quæ innocentia nauigio fit. S. Ioã. Clim.

Felix, & ſecunda nauigatio eſt, quæ in innocentiæ nauigio fit; Scitè ſanctus Ioannes Climacus in ſua ſcala gradu 26. *Cor rectum ab omni curioſa rerum varietate liberum eſt, & in* NAVIGIO INNOCENTIÆ *ſecurè nauigat.*

Dei ſermonem pro gubernaculo in huius vitæ nauigatione habere debemus. Abſalon.

Nauis vita humana eſt, quæ in huius mundi pelago nauigat; felix & tuta nauigatio erit, ſi Dei ſermonem habuerit pro gubernaculo; Abſalon Abbas ſerm. 6. de Natali Domini: *Nam quid aliud eſt,* inquit, *vita humana, quam* NAVIS QVÆDAM, *quæ bonis operibus, velut quibuſdam mercibus onuſta, ad diem futuri iudicij tendere debet? Huius gubernaculum ſermo Dei eſt, qui in mari vitæ huius inter proſpera, & aduerſa, & varias tentationes, conducere eam debet ad portum ſalutis. Sed cum anima peccatrix verbum Dei repulerit à corde ſuo, tunc ventis, & procellis irruentibus vndique quaſi fracto gubernaculo periclitatur tempeſtate vitiorum*; periclitatur nauis quæ hoc caret gubernaculo, & vndarum ludibrium fit, quæ verbo Dei non regitur, vt ad Deum feratur.

EXCVRSVS XCVI.

Vtilia quædam ex nauibus, ex nauigatione monita.

Quænam viatica in huius vitæ nauigatione.
Vtilis ex nautica *lege monitio.*
Patientiæ virtus inter fluctus *elucet.*
Qualia actionum initia eſſe debeant ex nauigiis *docemur.*
In iuuene continentiam maximè laudandam, minus in ſene, nauis ſimilitudine *oſtenditur.*
Intemperantiæ damna naue *ventis actâ indicantur.*
Mentis anchora, *timor.*
Anchora *quænam paranda in huius vitæ nauigatione.*
Vlyſſis ad arborem *alligati fabula ad crucem translata.*
Voluptas tãquam remora *mentis nauẽ ſiſtit.*
Rationis *potius ratio habenda quàm* diuitiarum, *nauis ſimilitudine.*
Oneratæ naui, *& mergi facili par eſt diues.*
Vtile ex nauigatione *monitum.*
Neceſſaria humilitatis nauis.
Iræ, & cæteris perturbationibus reſiſtendum ex nauigio *elicitur.*
Crux gubernatoris *munus exercet.*
Tutè nauigant *qui crucem Chriſti vt arborem præferunt.*
Vtilis ex nauſeabundis *cautio.*
In ampla domo curis angi idem eſt ac in pulchra naui *mergi.*

NOnnulla ex nauibus ſalubria moribus informandis monita paſſim ſuperius in ha- 1340.

tum paginarum, vt ita loquar littus exonerauimus, ſuperſunt adhuc alia, quæ hic in lectoris profectum exhibeo.

Quanam viatica in huius vitæ nauigatione paranda. Ariſtip.

Quæ viatica in nauigatione huius vitæ paranda recte docebat Ariſtippus, cuius verba refert Stobæus ſerm. 3. *Ariſtippus Cyrenenſis Philoſophus adoleſcentes hortabatur, huiuſcemodi viatica compararent quæ* NAVFRAGOS *enatantes ſequerentur.*

Vtile ex nautica lege monitio. S. Greg. Naz.

Ex nautica lege vtile eliciebat monitum ſanctus Gregorius Nazianzenus orat in laudem Baſilij; paulatim nimirum ad grandia munera eundum nec inexpertos, & imparatos debere ſe in ſummas dignitates obtrudere; hæc illius verba ſunt: *Verum* NAVTICAM LEGEM *præclaram cenſeo quæ committit, deinde ad proram collocat: Sicque prioribus muneribus ipſi commiſſis, tandem eum poſt diuturnam maris verberationem ac ventorum obſeruationem ad gubernacula conſtituit. Eadem rei militaris eſt ratio, miles primum, deinde Centurio, tum Imperator. Hic optimus ordo eſt, iiſque qui ſubſunt in primis conducibilis: quam præclarè nobiſcum ageretur ſi eodem ſtatu rei noſtræ eſſent.*

1341. *Patientia virtus inter fluctus elucet.* S. Chryſoſt.

Patientiæ virtus, bonæque voluntatis in Deum affectus tunc bonè oſtenditur cùm malis, & tribulationibus acti, à Deo gratias agimus, Deum benedicimus, quod cymbæ periclitantis ſimilitudine ſic explicabat ſanctus Chryſoſtomus homil. 1. de patientia Iob: *Secundis ſeſe rebus habentibus gratias referre Deo, non admodum mirabile; porrò cum multus fuerit* FLVCTVS, *cymbáque circumacta periclitatur, tunc magna, atque excellens eſt patientia, atque bonæ voluntatis oſtenſio.*

Qualia actionum initia eſſe debeant ex nauigiis docemur. Demoſth.

Qualia actionum initia eſſe debeant ex domibus, ex nauigiis colligebat Demoſthenes, cuius mentem his verbis referebat Stobæus ſerm. 9. *Quemadmodum domus, &* NAVIGII, *& aliorum huiuſmodi, partes inferiores firmiſſimas oportet eſſe: ſic & actionum initia fundamentaque, & iuſta conuenit eſſe.*

In iuuene continentiam maximè laudandam, minus in ſene, nauis ſimilitudine oſtenditur. S. Iſid. Peluſ.

Continentia in iuuene maximè laudanda, in ſene vix laudem meretur, id quod nauis metaphora explicabat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5 epiſt. 9. in confirmationem Ieremiæ verba adducens, qui virum efferit, qui iugum non in ſenectute portauerit, ſed ab adoleſcentia ſua; *Qui,* inquit, *in ipſo vigore procellarum nauim ſeruat, & naturam libidinum furiis æſtuantem refrænat, dignus eſt, qui millies beatus prædicetur, & coronis exornetur. Continentia enim in* SENECTVTE, *non ex temperantia, ſed libidinis impotentia procedit. Idcirco Ieremias Propheta priorem illum prædicans: bonum, inquit, eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: poſteriorem vero nemo felicem prædicare dignatus eſt; ſed omnes ſine præconij præmio ingloriam relinquere. Ne ergo ſenectutem expectes, quaſi in ipſa temperans futurus ſis. Præterquam enim quod incertum ſit, te ad illam peruenturum, res ipſa honore coniuncta eſt.*

1342. *Intemperantiæ damna naui ventis actæ indicantur.* Euſeb.

Intemperantiæ damna nauis ventis actæ ſimilitudine ſic explicabat Euſebius apud Stobæum ſerm. 6. *Velut,* inquit, *venti* NAVEM *correptam huc illuc ferentes quaſſant, & inobedientem efficiunt gubernatori, item animam agitans, & menti immorigeram eſſe cogens intemperantia tranquillam eſſe, & in tranquillo ac tutiſſimo ceu portu quieſcere non permittit.*

Mentis anchora timor. B. Laur. Iuſt.

Anchora mentis naui neceſſaria præter alia timor Dei, qui firmam eam, ac ſtabilem reddit; Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba, hæc mens cap. 3. de perſeuerantia: *Timor ſtabilem animum reddit, ſicut* ANCHORA NAVEM STABILEM FACIT. *Anchora namque mentis eſt* PONDVS TIMORIS.

Anchora quænam paranda in huius vitæ nauigatione. Pythag.

Dum in hac vita nauigamus quærenda nobis anchora eſt, quæ nauem firmet, quæ autem opportuna ſit, & quæ inutilis præter illam quam ſuperius dedimus explicat Pythagoras apud Stobæum ſerm. 1. qui ait: *Pythagoras ait optimam nobis vitam eſſe deligendam, quam ſuauem mox ipſa conſuetudo ſit effectura. Diuitiæ anchora ſunt infirma, gloria etiam infirmior, corpus itidem, magiſtratus, honores, omnia hæc imbecilla, & viribus deſtituta. Quæ ergo ſunt* ANCHORÆ FIRMÆ? *prudentia, magnanimitas, fortitudo, eas nulla tempeſtas agitat. Hæc Dei eſt lex virtutem ſolam eſſe quæ potens, ſolidaque ſit; cætera omnia nugas, & ineptias.*

1343. *Vlyſſis ad arborem alligati fabula ad crucem translata.* S. Ambroſ.

Vlyſſis fabulam, qua fertur ad nauis arborem alligatum a periculis exemptum, ad omnes homines, qui per crucem à mortis periculo ſunt erepti elegantiſſimè transfert ſanctus Ambroſius ſerm. 55 vbi poſt narratam Vlyſſis fabulam ſubdit: *Si ergo de* VLYSSE ILLO *refert* FABVLA, *quod eum arboris religatio de periculo liberarit, quanto magis prædicandum eſt, quod verè factum eſt, hoc eſt quod hodie omne genus hominum de mortis periculo* CRVCIS ARBOR *eripuit.*

Voluptas tanquam remora mentis nauem ſiſtit.

Voluptas etiam exigua remora quædam eſt quæ mentis nauem ſecundo curſu euntem ſiſtit: audiendus hic ille:

Vt REMORA *ingentem potis eſt retinere carinam,*
Hac licet optato nauiget vſque Noto.
Ingeniis obſtat ſic magnis parua VOLVPTAS,
Maximus & paruo ventus ab imbre perit.

Rationis potius ratio habenda quam diuitiarum nauis ſimilitudine oſtenditur. Epict.

Rationis potius rationem hominibus habendam, quam diuitiarum nauis ſimilitudine, in qua aliquis natus ſit, ſic explicabat Epictetus apud Stobæum ſerm. 5. *Quemadmodum ſi conceptus, aut natus eſſes in* NAVI *non ideo ſtatim eius gubernator fieri velles; neque enim natura ad te nauis pertineret. Sic neque diuitiæ, ſed ratio. Id igitur, quod tibi naturale, & cognatum eſt, videlicet rationem: proprium tibi cenſere, & eius curam ſuſcipere debes.*

1344. *Oneratæ naui, & mergi facili par eſt diues.* S. Nilus.

Oneratæ naui, & mergi facili par eſt diues, vt quod de monacho aſſeruit ſanctus Nilus ad omnes porrigere poſſumus; orat. 3. de auaritia ſic loquitur: *Monachus qui multa poſſides eſt veluti* NAVIS *onerata, quæ in fluctuum tempeſtate facile ſubmergitur: quemadmodum enim illa ſingulis vndis aſpergitur, ſic opulentus ſolicitudinibus opprimitur.*

Vtile ex nauigatione monitum. Socrat.

Vtile ex nauigatione monitum colligebat Socrates, cuius hæc ſunt verba apud Stobæum ſerm. 3. *Vt qui* NAVIGANT *ventis ſecundis, inſtrumenta quoque parata habent, quibus ſe contra tempeſtatem aduerſam muniant: ita qui cum bona fortuna ſapiunt, etiam ad infortunia ſibi auxilia præparant.*

Neceſſaria humilitas nauis. S. Nilus.

Neceſſaria nauis humilitas eſt; ſanctus Nilus orat. de ſuperbia: *Quemadmodum fieri nequit, vt ſine* NAVI *quiſquam mare traiiciat, ſic nec etiam vt* SINE HVMILITATE *ſalutem conſequatur.*

Iræ & cæteris perturbationibus reſiſtendum ex nauigiis ostenditur. Sotion.

Iræ, cæteriſque animi perturbationibus reſiſtendum eſt, virtus vera, vera fortitudo hic proditur, quod nauigiorum exemplo ita explicabat Sotion apud Stobæum ſerm. 20. *Sapientibus iræ loco, Heraclito quidem lachrymæ, Democrito autem riſus obuiabantur. Quemadmodum* NA-

VIGIA

VIGIA *præclara iudicantur, non quæ in tranquillitate* NAVIGANT, *ſed quæ tempeſtatibus obſiſtunt, & euadunt: ſic & homines, qui iræ, & perturbationibus reſiſtere valent, magni, forteſque habentur.*

1345. Nauis ira crux eſt, vt etiam gubernatoris vicem ſubeat, ſanctus Andreas Cretenſis orat. 1. de exaltat. S. crucis: *Crux in tentationibus auxiliatur, in periculis dans ſalutem, in mæſtitia ſolans, in neceſſitatibus opitulans,* IN MARI GVBERNATRIX, *in calamitatibus refrigerium.*

Crux gubernatoris munus exercet. S. And. Cret.

Crucem nauis arborem referre, cuius vſu felix, & tuta nauigatio ſit etiam ſanctus Ambroſius cenſet in Pſalm. 37. vbi hæc habet: BENE NAVIGANT, *qui in nauibus Chriſti crucem ſicut arborem præferunt, atque inde explorant flabra ventorum, vt corpora ſua dirigant ad ſancti Spiritus gratiam, in ligno Domini tui, atque ſecuri, nec permittunt naues ſuas vago fluctu errare per maria.*

Tutò nauigāt qui crucem Chriſti, vt arborem præferunt. S. Ambroſ.

Vtile eſt, quod ex nauſeabundis, qui nauis mutatione nauſeæ occurrere ſe putant, & à nauſea liberari, colligit Plutarchus apud Stobæum ſerm. 4. dum ait: *Quemadmodum timidi, & qui nauſeæ* NAVIGANDO OBNOXII SVNT, *exiſtimantes ſe meliuſculè habituros, ſi ex acatio in gaulum, rurſumque ſi in triremem commigrarint: nihil tamen proficiunt, bilem, timiditatemque ſecum circumferentes: ita aliud vitæ genus, non eximit animo ea quibus grauatur, & perturbatur, hoc eſt rerum inſcitiam, & rationis imperfectionem, ac id vitium quod non poteſt, neque callet rectè præſentibus vti.*

Vtilis ex nauſeabundis cautio. Plut.

Nihil refert, ſi quis amplam domum inhabitet ſi curis, & ſolicitudinibus obruatur, non ſecus ac ſi quis pulchra naui veheretur, & mergatur, ſentiebat Epictetus apud Stobæum ſerm. 3. in hæc verba: *Quemadmodum nolles in magna, pulchraque naui, & onuſta auro* NAVIGANS SVBMERGI, *ſic etiam non deſiderare debes, in ampla, magnificâque domo ſedens curis obrui.* Vide quæ contra ſuperflua ædificia ſcripſi in riſu Sardonico, vbi veram lætitiam ædificia non ædificare probo.

In ampla domo curis angi idem eſt ac in pulchra naui mergi. Epict.

EXCVRSVS XCVII.

In portu naufragium facit, qui poſt operis boni abſolutionem iactantiâ corripitur.

Qui in virtutibus intumeſcit in portu *naufragium facit.*

A iactantia *vt abeſſet Paulus.*

Miſerum ſuperbi *Phariſæi* naufragium.

Boni operis fœtus à iactantiæ fluctibus *vt eximatur.*

Nullus de ſua ſe iuſtitia iactet.

Iactantiam *cauendam exemplo docuit Dauid.*

A formica diſcimus noſtra non paſſim exponere.

Iactantiæ *occaſionem, vt homini auferret Deus, hominem vltimo loco condidit.*

Etiam in lachrymarum fuſu iactantiæ *naufragium cauendum.*

Theſauro *operum, operum theſaurum addit,* *qui eorum quæ fecit obliniſcitur.*

Opus eò plus lucet, quò cautius *à luce eximitur.*

Latentes animæ opes prodere *quàm noxium.*

Stultitia eorum reprehenſa, qui ſua exponunt *diſcrimini, dum exponunt.*

Cantillanti gallinæ, ſimiles qui ſua iactant.

VNiuerſè in portu naufragium facere eſt in tuto loco periclitari; ſanctus Nilus ad illos flectit, qui poſt virtutum indeptionem efferuntur; hæc eius verba in Parænecticis: *Gaude quando virtutes exerces, verum ne efferaris, ne quando in* PORTV NAVFRAGIVM FACIAS. Lampridius Heliogabalo de Heliogabalo ſcribit: *Naues onuſtas merſit in portu, magnanimitatis hoc eſſe dicens*; verè non magnanimitatis fuit, ſed ſtultitiæ, à qua non abeunt, qui poſt virtutis opus in tumorem feruntur. 1346.

Qui in virtutibus intumeſcit in portu naufragium facit. S. Nilus. Lamprid.

Ab hoc iactantiæ naufragio aberat Paulus, indicant hæc illius verba 1. Cor. 2. *In timore, & tremore multo fui apud vos*; timorem, tremoremque audis, non audis iactantiam; Rectè Primaſius hic; *In timore fuit non* IN IACTANTIA.

A iactantia vt abeſſet Paulus. 1. Cor. 2. Primaſ.

Miſerum ſubiit naufragium Phariſæus dum ſe, dum ſua iactauit, dum ſe extulit; Rem his verbis expendebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 25. in epiſt ad Corinth. *Cum omnibus etiam virtutibus, muneribus perfuncti, inutiles tamen nos vocare debeamus, qua tandem is venia dignus eſſe queat, qui nulla neceſſaria cauſa impulſus ſeipſum attollit, ac iactat? ob eam cauſam Phariſæus quoque ea paſſus eſt, quæ paſſus eſt, atque in* PORTV NAVFRAGIVM SVBIIT, *quod ad hunc ſcopulum ratem ſuam alliſiſſet.*

Miſerum ſuperbi Phariſæi naufragium. S. Chryſoſt.

Ne boni operis fœtus iactantiæ fluctibus mergatur cautio illa nobis neceſſaria, qua vſa dicitur filia Pharaonis; nam vt habetur Exod. 1. *Videns infantem eſſe elegantem occultauit eum menſibus tribus*; quò erat infans elegantior, eò diligentior ipſa fuit vt occultaret, idem in bonis operibus fiat; Huc flexit Origenes homil. 1. in Exodum, vbi hæc habet ad hanc mentem: *Vide ſi non propterea nobis præcipitur ne bonos actus* IN PVBLICO GERAMVS, *ne iuſtitiam noſtram coram hominibus faciamus; niſi enim in occulto fuerit diripietur ab Ægyptiis, inuadetur, in flumen iactabitur, vndis, & fluctibus ſubmergetur.* 1347.

Boni operis fœtus à iactātia fluctibus vt eximatur. Exod. 1. Orig.

Nemo de ſua ſe iactet iuſtitia, vt verè iuſtus audiat; Dauidis verba ſunt: Pſalm. 96. 11. *Lux orta eſt iuſto*; cohæret cum iuſto lux, cohæret cum iuſtitia, lux gratiam ſignat, quæ iuſtitiæ fons & origo, adeo vt decipiat, qui ſua iactat, qui ſe; Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 1. de virtute iuſtitiæ hæc habet: *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia: Hanc ſententiam* Dauid *plenus Spiritu ſancto eructauit, inſinuans ex quo fonte pullulet iuſtitia, & quo fine ad amorem iuſtitiæ prouocet legentem: Lucem namque præmiſit ortam eſſe iuſto, lucem vtique gratiæ,* NE INANITER TVRTVR DE ſVA SE IACTARET IVSTITIA.

Nullus de ſua ſe iuſtitia iactet. Pſal. 96. 11. B. Laur. Iuſt.

Iactantiam in bonis operibus fugiendam docet Dauid paſſim, nec docet tantum verbis, docet exemplo, Pſalm. 10. 3. ait: *Vt ſagittent in obſcuro rectos corde*; de ſe loquuturus numero vtitur multitudinis, vt ſe aliis annumeraret, ſéque non iactaret, non ſua; quod expendens noſter Agellius hic ait: *In eo autem quod ait rectos corde* MODESTIA DAVID INTELLIGEN- 1348.

Iactantiam, cauendam exemplo docuit Dauid. Pſal. 10. 3. Agell.

DA EST A IACTANTIA PROCVL REMOTA. *Sic namque de ſe tanquam alio loquitur, & vt magis à ſui prædicatione abſit laudes ſuas ne ſingulariter emineat cum multis coniungit; neque enim ait: me qui rectò ſum corde, neque rectum corde quod ipſum modeſtè diceretur, ſed tanquam de pluribus (Rectos corde.)*

A formica diſcimus noſtra non paſſim exponere.

Vel à formica homo diſcat ſua non exponere, cum periculum aliquod, aut damnum imminet; formica humidum frumentum non exponit, cùm caſura eſt pluuia; nec nos proferre in lucem publicam noſtra debemus, cum damnum aliquod, aliqua iactura ab illa expoſitione timenda.

Iactantiæ occaſionem vt homini auferret Deus, hominem vltimo loco condidit. Gen. 2. Procop.

Iactantiæ amoliendæ, ac vitandæ, animam hominis poſt aliarum rerum molitionem, quin & poſt corporis formationem Deus creauit, ne iactare vnquam ſe poſſet, quod fuerit Dei cooperatrix: quod tetigit etiam Procopius in cap. 2. Geneſis ad illud: *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Gen. 2. 7. qui legit: *Inſufflauit in nares eius flatum vitæ.* poſt pauca inquit: *nec Deus animam ante formationem corporis creat; videlicet ne ſit eorum,* QVÆ FIEBANT INSPECTRIX: *nec condit animam Deus, vt ea adſit creationi rerum, ſcilicet, ne glorietur, & ſe quaſi* IACTARET COOPERATRICEM *Dei.*

Etiam in lachrymarum fuſ. iactantiæ naufragium cauendum. Luc 7. 38. B. Euch.

1349. In lachrymarum fluentis, quas effuderat naufragari noluit Magdalena; iactantiam fugit; cùm lachrymas quibus irrigauerat Chriſti ſui pedes, ſuis ſtatim capillis terſit Luc 7. 38. ne eas oſtentare videretur, ne inani gloriæ litans omnia perderet; hanc mentem in pœnitentis huius officio vidit Beatus Eucherius ſermon. Feriæ V. poſt Dominicam Paſſionis; vbi ita diſſerit: *Et quoniam eaſdem lachrymas capillis tergit, &* TERGENDO NE VIDEANTVR ABSCONDIT, *& dolet, ſe ſe vtique de illis non eſſe oſtendis, qui omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus, de quibus* Dominus *ait: Quia receperunt mercedem ſuam.* Riſu imo etiam lachrymis digni ſunt, qui lachrymas ſuas oſtentant, & videri ſtudent ab aliis quicquid operis effuderint, quod pietatem redoleat, virtutem ſapiat.

Theſauro operum, operum theſaurũ addit qui eorum quæ fecit obliuiſcitur. S. Chryſ.

Bonorum operum theſauro theſaurum addit, qui ea non iactat, & eorum, quæ fecit, tanquam non feciſſet obliuiſcitur, alioquin qui memoriæ libro exarata circumfert, & oſtentat, furto illa exponit; ſanctus Chryſoſtomus homil. 3. in Matth. *Satis*, inquit, *certus rectè factorum eſt theſaurus ipſa rectè factorum obliuio. Quia ſicut aurum, veſtemque pretioſam cum in publico ponimus, plurimos ad inſidias prouocamus: ſic ſunt etiam diuitiæ virtutum ſi eas in memoria quaſi venales aſſiduè portemus, irritamus Dominum, armamus hoſtem, & inuitamus ad furtum.*

Opus eò plus lucet, quo cautius à luce eximitur. S. Nilus.

1350. Solent quæ à ſole ſubducuntur minus ſplendere, & tenebris inuolui; in bonis operibus aliter accidit, hoc plus ſplendent, & lucent, quo cautius ab humanæ laudis luce ſubducũtur; ſanctus Nilus de inani gloria orat. 7. *Manus*, inquit, *in ſinu latens fit candida, & opus* ABSCONDITVM *luce nitet ſplendidius.* nimirum hoc amplius lucet opus, quo cautiùs ab humano luce abſconditur.

Latentes animæ opes prodere quam noxium.

Latentis animæ opes aliis prodere quanti ſit diſcriminis colligit Oleaſter ex illo quod accidit Ezechiæ, qui cum theſauros, opeſque ſuas nuntiis à Rege Babylonis ad eum miſſis oſtendiſſet, vt nihil auri, argenti, odoramentorum, rerumque aliarum illis ſubduxerit, omnia in pœnam proditionis huius amiſit Iſa. 38. 6. ſic igitur Oleaſter ad hunc locum: *Opes ſuas, vaſa, & aromata, principibus Babylonis oſtendit, Deo vero inceſſum ſuum, in veritate, & corde perfecto. ſi enim ſibi tam diſpendioſum fuit, hæc externa hominibus oſtendere, quid putas pateretur, ſi illis* OSTENDERET INTERIORA: Eorum ſtultitiam qui ſua produnt, ſua non futura quia produntur, in hunc modum perſtringebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 5. in Geneſim circa medium: *Quid damno hoc pernicioſius? quandoquidem a nobis auolare facit etiam ea quæ nos habere putamus: ſic Phariſæus ille Publicano minor factus eſt, eo quod lingua ſua imperare non potuit, ſed per illam, quaſi per feneſtram aliquam omnes diuitias ſuas effudit. Tantum eſt* INANIS GLORIÆ *malum.* Iſa 38 6 Oleaſt.

Stultitia eorũ reprehenſa qui ſua exponunt diſcrimine dum exponunt. S. Chryſ.

Cantillanti gallinæ ſimiles qui ſua iactant. S. Vinc. Ferr.

1351. Cantillanti gallinæ, ouumque prodenti pariat hos iactatores ſanctus Vincentius Ferrerius, cuius hæc ipſiſſima verba ſunt ſermon. in Vigil. Natiuit. *Nota contra multas perſonas vanas, quæ non poſſunt tacere, ſi Deus dat eis aliquam gratiam. vel reuelationem, ſtatim reuelant, & malè, niſi ſuper hoc ſciant voluntatem Dei, maximè, quia quandoque credunt, quod diaboli illuſiones ſint diuinæ reuelationes. Tales ſunt* SIMILES GALLINÆ, *quæ non poteſt tacere quouſque prodit ouum, quod poſuit.* Vt ament perdere, dum amant prodere.

CAPVT CXXXIV.

Nauium, & calicum nexus; de nauibus nonnulla, & de naufragio afferuntur iis addenda, quæ iam allata.

Calices veluti naues *onerariæ.*

Nauium *funes ex mulierum capillis.*

Nauium *roſtra tribunali affixa.*

Nauis *Gabrielis nomine inſignita.*

Naufragi, *aut ex graui malo liberati radi conſueuerant.*

Naues *pudorem iis ingerunt qui rebus aduerſis vti neſciunt in Dei cultum.*

Nauem *mercibus ſpiritualibus onuſtam habet, qui ritè ieiunium abſoluit.*

Corpus nec grauiùs premendum. nec liberiùs laxandum nauis exemplo *oſtenditur.*

Vt nauis *gubernaculo carens qui vtilia monita non audit.*

Felix nauigat *qui Chriſtum tanquam gubernatorem reſpicit.*

Nauis *nexus*, *&* equi.

Nauis *virgo Deo dicata.*

Naufragium *paſſi ſuarum rerum ius amittebant.*

Hæc lex quando ablata?

Solis imaginem in naui *collocabant Ægyptij*

Naues *in templis ſuſpenſæ immenſa magnitudinis.*

Nauium *materia varia.*

Triremes *ex cedro.*

Naues *ſolemni ritu purificatæ.*

Nauigia *vela, & veſtes ex papyro.*

Nauis *inſtabilis mundanorum mens ſine legis onere.*

Nauibus *Tharſis mundani comparati.*

Calices vini naues onerariæ Athen.

1352. QVIDNI bibendi verbum nos ad naues traxerit cùm naues cum calicibus cohæreant? Apud Athenæum lib. 11. Phærecrates dixit; *Profundos calices, velut* NAVES ONERARIAS *vinum vehentes.* Quin apud eundem eodem lib. 11. TRIREMIS *ſpecies fuit* POCVLI; ſed extra calices alia de nauibus, deque naufragio afferamus, digna, quæ ſilentij naufragio, quo perire multa ſolent, non pereant.

Nauium funes ex mulierum capillis. Top.

Bilantij cum omnia defuiſſent, funibus ad naues vtebantur, quod ex capillis ſuarum fœminarum conficiebant; ſicut habetur in Topologræco Conſtantinopolis.

Nauium roſtra tribunali affixa. Plin.

Nauium roſtra tribunali præfixa refert Plinius lib. 16. cap. 4. de ciuica corona &c. *A[...] ſtra* NAVIVM *tribunali præfixa fori de[...], veluti populo Romano corona impoſita.*

Nauis Gabrielis nomine inſignita. Io. Pet. Maff.

Rex Luſitaniæ Emanuel naues tantum [...]tuor adornari iuſſit, quarum primæ, & p[...]tiæ indictum eſt nomen à ſancto Gabriele, *Non ſine cauſa*, inquit lib. 1. hiſtoriarum Indic[...]m Maffeius, *vt quæ ex orbe noſtro ad antipodas [...] Euangelio muniebat; ſub tutela, præſidioque [...]* ARCHANGELI *potiſſimum eius, qui primus [...] terris olim attulit Euangelium. Secundam A[...]gelo Raphaeli viatorum duci, ac tutori dicarant.*

Naufragi aut ex graui morbo liberati rada conſueuerunt. Theoph.

1353. Naofragi, aut ex graui aliquo morbo ſanati reſtituti radi olim conſueuerant; meminit huius moris Artemidorus lib. 1. cap. 13. NAVFRAGI, *aut ex magno morbo ſeruati homines raduntur, minimè verò mortui.*

Naues pudorē iis ingerunt qui rebus aduerſis vti neſciunt in Dei cultum Io. Euſ. lib. 4. cap. 13.

Naues tanta arte, & peritia pollent, vt contrario quoque vento vtantur tanquam minime contrario: puderem nobis iſtuc ingeri, qui rebus aduerſis vti neſcamus, vt in Dei cultum, obſequiumque proficiamus: qui ſapit vento contrario vtetur tanquam ſecundo; Audi monentem, nec audi tantum, etiam ſequere; *Hinc fit quod mutemur toties, deſides ſimus tepidi, & parum proficiamus, quia vt* NAVTÆ *ventum, ſpirantus ſpiritum deuotionis, & conſolationis; ſine qua detinemur, & qualibet aduerſitate, velut contrario flatu, retrocedimus. Inertiores etiam ſumus nautis, qui callent etiam obliquo, & aduerſo vento progredi. Sciamus ipſis aduerſitatibus, tædijs, & tribulationibus procedere.*

Nauem mercibus ſpiritualibus onuſtam habet, qui ritè ieiunium abſoluit. S. Chryſ.

1354. Nauem mercibus ſpiritualibus onuſtam habet, qui ritè ieiunium abſoluit, Audiendus hic ſanctus Chryſoſtomus hom. 8. de pœnitentia: *Tempus ad finem (ieiunij) euolat, atque de cætera* CYMBA *proſpicit. Sed quod quæritur non iam eſt ad portum peruenire, ſed nauem haud lucriuacuam trahere.*

Corpus nec grauius premendum, nec liberius laxandum nauis exemplo oſtenditur. S. Ephræm.

Nauis metaphora non grauius imponendum onus corpori, nec luxu liberius laxandum docebat ſanctus Ephræm ſerm. de vita, & exerc. monach. in hæc verba: *Te ipſum igitur ſub diſcreta Patrum norma cuſtodi, & ne quid nimis vt perfectus in omnibus fias. Nunquamne (oro te) Circi ſpectator fuiſti? Num* SCAPHAM IN PELAGO *non aſpexiſti? Nempe enim equos ſi quis immoderatius agitet, ſolo poſtmodum crepitu terrentur. Contra ſi quis eos nimium remittat ac laxet habenas, aurigam etiam deijciunt, ac pertrahunt. Nauis item ſi ſupra tabulata pondus imponitur facile fluctibus quatitur atque demergitur. Sin vero leuis, ac ſine onere nauiget, ventorum vi cito diſſoluitur. Non diſſimili ratione, & anima, & corpus ſi eis vltra vires imponatur onus, cito ſuccumbunt, & in ea quæ prædiximus incidunt.*

Vt nauis gubernaculo carens, qui vtilia monita non audit. S. Cyrill. Alex.

1355. Qui vtilia monita non audit, nec legem Dei nouit ex Beati Cyrilli Alexandrini mente c. 5. *Planè* NAVI *ſimilis eſt,* GVBERNACVLO, *& nauclero carenti.*

Felix nauigat qui Chriſtum tanquam gubernatorem reſpicit. Orig.

Felix ille nauigat, qui Chriſtum tanquam gubernatorem reſpicit, eiuſque nutibus paret; ſcitè Origenes hom. 20. in Ieremiam, ait quippe: *Et vitam ſuam rebus momentaneis præficiam, & fixis oculis intueantur in Dominum tanquam boni* GVBERNATORIS *nutum expectantes quid velit, quid mandet, quid ſignificet, quam teſſeram det ſuis nautis, vbi, & vnde præmittat portum.*

Nauis nexus, & equi. Artem.

De nauis, & equi nexu hæc habet Artemidorus lib. 1. cap. 58. *Similis* NAVIBVS *equus eſt, nam & poetæ naues equos dixit, & nos Neptunum Hippion, id eſt equeſtrem vocamus, & ſanè quam rationem in terra equus habet, eandem habet nauis in mari.*

Nauis virgo Deo dicata. S. Athan.

1356. Nauis, & virgo Deo dicata eſt, quæ regula tanquam gubernatore quodam regi debet, alioquin ſcopulis illiſa mergetur; Pulchre rem verſat ſanctus Athanaſius de virginitate, qui & vitis metaphora in hanc cenſens ait: *Bonum eſt iuuenculæ ſubeſſe anni. Væ virgini, quæ non ſubeſt regulæ; eſt enim tanquam* NAVIS GVBERNATORE DESTITVTA; *vapto ſiquidem cacumine mali, iactatur a fluctibus horſum illorſum, cum du[c]em non habeat, donec offendat in ſcopulos, & ſtatim pereat. Contra beata eſt virgo, quæ ſub regula eſt: Eſt enim tanquam vitis fœcunda in horto, ad quam venient cultor eius, palmites ipſius putat, illamque irrigat, & putridas herbas circum circa euellit. Illa autem nacta operarium, fructum ſuum reddit pretioſum in tempore opportuno.*

Naufragium paſſi ſuarum rerum ius amittebant. Hild.

Olim apud nonnullos hæc lex vigebat, vt qui naufragium eſſent paſſi, ſuarum rerum ius amittebant, quæ fiſco adijciebantur; Hildebertus Epiſc. Cenom. epiſt. 65. *Quidquid euadebat* EX NAVFRAGIIS TOTVM SIBI FISCVS LEGE VINDICABAT PATRIÆ, *paſſoſque naufragium miſerabilius violentia principis ſpoliabat, quàm maris rapina, quàm procella.* Quæ lex apud Anglos olim in vſu, quin non res tantum, ſed & homines à naufragio ſeruati fiſci commodis adſeribebantur, inque ſeruitutem adducebantur; ita Albertus Abb Stadenſis; *Friderici auia, & mater de Anglia* NAVIGANTES *in Comitatu Stadenſi* NAVFRAGIVM PASSÆ *ſunt, & ſecundum priſci iuris rigorem tam homines, quàm res regiæ ditioni ſunt mancipati*; & paulo poſt pergit; *Aui, & mater ſub prætextu naufragij ſeruituti ſunt addicta*; has duriores leges humaniores reges abolere contrariis edictis conati ſunt, Guilelmus Neubrig Hiſt. Anglic. lib. 4. c. 16. de Henrico hæc ſcribit: *Antiquam inhumanam circa* NAVFRAGOS *conſuetudinem in ipſis regni ſui initijs eximia pietate correxit: atque huiuſmodi hominibus ab æquoreo diſcrimine liberatis humanitatis officium exhiberi præcipiens graues in eos pœnas ſanxit, qui forte illis in aliquo moleſti eſſe, vel de rebus eorum quippiam vſurpare præſumerent.*

Hæc lex quādo ablata. Guiel.

Solis imaginē in naui collocabant Ægyptij. Euſeb.

1357. Solis imaginem in naui collocabant Ægyptij quæ crocodilo ferebatur. Euſeb. lib. 3. præparat. Euangelic. cap. 3. ita ſcribit: *Ex Porphyrio ſic ait de Ægyptiis: Solis imaginem* IN NAVI *collocant, quæ crocodilo fertur, vt per nauigium motus in humido, per*

crocodilum autem potabilis aqua ſignificetur, in qua Solem ferri contendunt.

Nuces in templis ſuſpenſæ immenſæ magnitudinis. Philoſt.

Nuces in templis ſuſpenſas in immenſæ magnitudinis memoriam indicant hæc verba Philoſtrati lib. 3. de vita Apollonij cap. 1. *Præterea nuces tam craſſas iiſdem in locis* NASCI *perhibent, vt earum pleraſque in templis, apud nos videamus miraculi cauſa ſuſpenſas.*

Nauium materia varia, Theoph.

De varia variarum nauium materia hæc habet Theophraſtus lib. 6. de hiſtoria Plantarum cap. 8. *Abies, pinus, cedrus, (vt ſummatim contingam) ſunt aptiſſima* NAVIBVS, *triremes enim atque longua nauigia ex abiete, leuitatis gratia faciunt. Rotunda verò ex pino quoniam non putreſcat. Nonnulli etiam triremes ex eadem condunt, quod abiete carent. Qui Syriam Phœnicemque incolunt, cedro vtuntur, quia pino etiam egent: Cyprij picea.*

Triremes ex cedro. Idem.

1358. Triremes ex cedro aliquando ſtructas indicat Theophraſtus lib. 4. hiſt. Plant. cap. 6.

CEDRVM *Syria gignit, eàque ad triremes vtuntur.*

Naues ſolemni ritu purificata. Apul.

Naues ſolemni ritu purificari ſolitas indicant Apuleij verba, qui hæc habet in hanc rem: *Solebat interdum claſſis tota, aut* NAVIS PVRIFICARI, *adeo non contenti ſolo mari. Verba ſcriptoris Afri ſunt, nauem faberrimè factam, picturis miris Ægyptiorum variegatam ſummus Sacerdos tæda lucida, & ouo, & ſulphure ſollemniſſimas preces de caſto præfatus ore, quàm puriſſimè purificatam Deæ nuncupauit, dedicauitque.*

Nauigia, vela & veſtes ex papyro. Theoph.

Nauigia, vela, veſtes ex papyro textas indicat Theophraſtus de hiſtoria Plantarum lib. 4. cap. 10. vbi addit & in re cibaria viui alicubi fuiſſe. *Papyrus ipſe ad plurima vtilis. Etenim* EX EO NAVIGIA FACIVNT, *& è libro vela, tegeteſque texunt: & veſtem quandam, atque ſtragula ac funes, aliaque plura. Et quidem externis hominibus charta eruditiſſima habentur: ſed ſummum, frequentiſſimamque opem & in re cibaria præſtat. Omnes enim incolæ & crudum, & elixum, & aſſum manducant, & ſuccum deuorant: id autem quod manducarunt, expuunt.*

Nauis inſtabilis mundanorum mens ſine legis onere S. Chryſoſt.

1359. Nauis, quæ ſine onere inſtabilis eſt, & facilius fluctuat, idem in anima accidit, quæ Dei legem, præceptáque non ſeruat; Peritè ſanctus Chryſoſtomus homil. 3. in epiſt. 1. ad Theſſal. NAVIS SINE ONERE, *& mens ſine præcepto vtraque inſtabilis, ac mobilis eſt.*

Nauibus Tharſis mundani comparati S. Ant. Vlyſſ.

Nauibus Tharſis in hunc modum comparabat mundanorum mentes ſanctus Antonius Vlyſſiponenſis ſerm. 2. Dom. 1. Quadrag. NAVAS TNARSIS *ſunt mentes hominum ſecularium, quæ per mare huius mundi velo carnalis concupiſcentia, & vento vanæ gloria trahuntur ad explorandum gaudium proſperitatis mundanæ.* Ad quod dum feruntur infelix ſubeunt naufragium.

EXCVRSVS XCVIII.

Ieiunij nauigatio; Ieiunij portus, vtilitates, vires.

Intuta nauigatio *ſine ieiunio.*

Ieiunij pelagus *qui nauigat, iactantiæ naufragium vitet.*

Nauis *ſimilitudine ieiunium ſuadetur.*

Ieiunij nauis *virtutes vehat.*

Tuta nauigatio, *quæ ieiunij naue fit.*

Quadrageſimalis ieiunij tempus portum *refert.*

Ieiunij *figura in pomi abſtinentia Adamo iniuncta.*

In primis hominibus quamdiu fuit abſtinentia, *tandiu viguit caſtitas, & virginitas.*

Ieiunij *vis, & virtus.*

Ieiunij *vtilitas vt collecta.*

Breui ieiunio *redimi ſempiterna poſſunt.*

Sobrietas *inuulnerabile quodammodo corpus reddit.*

Imperterritum hominem reddit abſtinentia.

Ieiunium *decore ſuo deſtituitur, ſi charitatem non oleat.*

Ieiunium *in pectoris arce locandum, ne vitia nos quatiant.*

Ieiunij *commendatio.*

Frænum abſtinentia.

Corpus abſtinentia *exhauſtum animæ luxuriantis frænum.*

Ieiunij frænum.

Ætatem teneram ieiunia *frænant.*

Oris frænum ieiunium.

Pueri vt plantæ ieiunij *aquâ irrigantur.*

Ieiunium *miſericordiæ fluentis irrigandum.*

Ieiunium *ieiunum ſine pietatis cibo, potúque.*

Pietas ieiunium *ſplendere facit.*

Pauperis ſatietate ieiunium *nutriendum.*

Miſericordiæ, & ieiunij *nexus.*

Inani gloriâ *non paſcatur qui ieiunat.*

In corporis ieiunio *anima nutriri virtutibus debet.*

A culpis abſtineat *qui ieiunat.*

Ieiunium *orationis ferculis refici debet.*

Ieiunium *vitiis enecandis aptum.*

Corpus vallandum ieiuniis.

Ieiunium *vexillum fidei.*

Intuta nauigatio ſine ieiunio. Hie. Na. tract. 2. p. 2. § 14.

SEcunda illa nauigatio eſt, cui comes eſt ieiunium, quod carnis ſolet fluctus, procellâſque compeſcere. Pulchrè ille: *Eſt homo* NAVIS QVÆDAM, *quæ in mari carnis nauigat, deficiente ieiunio nullatenus tuta eſt nauigatio, impetuoſæ namque tempeſtates oriuntur, quæ homines mergunt in perditionem, excitatur luxuriæ affectus, impudicitiæ motus, concupiſcentiæ paſſio. Quid ergo agendum, vt tempeſtatis vis finem accipiat, & calus nauigantibus pateat? ſi multam adhibeas ieiunationem, ſedatur mare, compeſcuntur carnis fluctus, affectus, & paſſiones;* felixque ad honeſtatis, & pudicitiæ portum hominis nauis fertur. 1360.

Ieiunij pelagus qui nauigat iactantiæ naufragium vitet. S. Pet. Chryſ.

Benè ille per aquas fertur, enatat pelagi fluctus, qui ieiunium colit, ita tamen vt naufragium in portu non ſubeat, quod fiet ſi ieiunij cultu laudes humanas ſtudeat expiſcari; Pulchrè ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 7. *Hypocrita,* inquit, *elaboraſti ieiuniis: vt labor tibi ieiunij non prodeſſet. Hypocrita abſtinentiæ fluctus intraſti, continentiæ conſcendiſti vndas, enataſti ieiunij pelagus & in ipſo* PORTV IEIVNII NAV-

FRAGA

FRAGASTI: *quia non comparaſti lucrum, ſed mercatus et vanitatem qui de Dei credito humanum negotium perfeciſti. Hinc eſt quod Deo redditurus es rationem, qui ab hominibus percipiſti miſeræ fraudis vſuram. Fratres fugiendum eſt virus, peſtilentia cauenda, quæ de remediis creat morbos, conficit de medicina languorem, ſanctitatem vertit in crimen, placationem facit reatum, generat de propitiatione diſcrimen. Hypocriſim qui fugerit, vincit; qui incurrerit cadit. Fugiamus hypocriſim fugiamus fratres: ſit noſtrum de ſimplicitate ieiunium, de innocentia ſit ſanctum, de puritate purum, de ſinceritate ſincerum, ſit hominibus occultum, ignotum Diabolum, Deo notum.*

Nauis ſimilitudine ieiunium ſuadetur.
S. Baſil.

Nauis ſimilitudine in hunc modum eos ad ſobrietatem, & abſtinentiam vocabat, auocabat à ſatietate ſanctus Baſilius homil. 1. de ieiunio: NAVEM, *quæ copia preſſa eſt, modica vndæ inſolentia demergit: quæ vero moderatè oneribus onuſta eſt, facile fluctus ſuperat, nulla re impediente ipſam altiorem fieri. Itaque etiam hominum corpora aſſidua ſatietate degrauata facile per infirmitates ſubmerguntur. Quæ vero frugali, ac leui alimento vtuntur, etiam id quod ex morbo expectatur malum, velut exurgentem tempeſtatem effugiunt.*

1361.
Ieiunij nauis virtutes vehat.
S. Pet. Chryſ.

Bona nauis ieiunium, virtutes vehat, alioquin à virtutibus ieiunium vix, aut ne vix quidem ieiunium dici debet, nam vt ait ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 41. *Ieiunium eſt ſanctitatis hoſtia, ſacrificium caſtitatis, ſed ſine miſericordia incenſo ad diuinum non poteſt conſpectum in odorem ſuauitatis aſcendere. Quod anima eſt corpori, hoc miſericordiam conſtat eſſe ieiunio. Quando ieiunium ex miſericordia viuit: tunc viuificat ieiunantem, Ieiunium* VIRTVTVM NAVIS *portat queſtum vitæ, lucrum ſalutis aduectat.*

Tuta nauigatio, quæ ieiunij naue fit.
S. Chryſoſt.

Tuta nauigatio in huius vitæ pelago eſt quæ ieiunij naue fit; huc vocari poteſt illud ſancti Chryſoſtomi homil. 1. in Geneſ. *Quemadmodum* LEVIORES NAVES *maria velocius tranſeunt, contra multis omnibus grauatæ ſubmerguntur, ita ieiunium leuiorem reddens animam, efficit, vt facilius huius vitæ pelagus tranſmittat, & in cælum, atque ea, quæ in cælo ſunt reſpiciat*, &c.

Quadrageſimalis ieiunij tempus portū refert.
Theod. Stud.

Quadrageſimalis ieiunij tempus portus eſt, ad quem ſe recipere debet, qui a mundi tempeſtatibus ſe ſubducere cupit. Scitè ſanctus Theodorus Studita ſerm. 54. de ieiunio: *Fratres, fratreſque, quadrageſima tempus cum vniuerſo anno compoſitum ſimile eſt intempeſtueſi* PORTVS, *quo confluentes cuncti mortales tranquillitate fruantur ſpiritali.*

1362.
Ieiunij figura in pomi abſtinentia Adamo iniuncta.
S. Chryſoſt.

Præceptum, quo ab eſu pomi Adamum Deus auocauit, quandam ieiunij figuram fuiſſe notabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 1. in Gen. *Deus*, inquit, *cum ab initio hominem condidiſſet, & ſciret quod hoc remedio ad animæ ſalutem multum haberet, ſtatim, & in principio hoc mandatum protoplaſto dedit, dicens de omni ligno quod eſt in Paradiſo comedendo comedes, eſt etiam dicere hoc comede, & hoc ne comedas*, IEIVNII FIGVRA EST ac proinde primum præceptum quod à Deo fuit, ieiunij obſeruatio fuit.

In primis hominibus quamdiu fuit abſtinentia, ſemper viguit caſtitas, & virginitas.
S. Ambroſ.

In primis quoque hominibus quamdiu cum illis temperantia, & ieiunium fuit, fuit & caſtitas, quin & virginitas; nimirum fames amica virginitatis, inimica luxuriæ eſt; Peritè vt ſolet ſanctus Ambroſius ſerm. 37. de Quadrag. *Adam Euam non niſi intemperantia prouocante cognouit. Quamdiu autem manſit in illis intemerata* PARCITAS, *manſit & impolluta* VIRGINITAS; *& quandiu ieiunauerunt ab interdictis epulis tandiu, & a pudendis ieiunauère peccatis. Fames enim amica Virginitatis eſt, inimica laſciuiæ. Saturitas verò caſtitatem prodigit, nutrit illecebram.*

Ieiunij vim, ac virtutem ſic probus quidam auctor colligebat: *Adamo vt contineret eum Deus in obedientia ſua, promulgauit* PRIMOGENITAM IEIVNII LEGEM, *& vnigenitam illius feliciſſimi ſtatus, vt magis commendaret nobis amabilem abſtinentiam, quaſi quæ ſufficiens eſſet innocentiam cuſtodire, & reliquas dotes, & virtutes; & quæ aptum redderet hominem ad audiendum Deum, eique adhærendum. Non alij nutrici confidet Dominus filium ſuum Adamum dilectum, & Beniaminum creaturam niſi ieiunio, in cuius manus fideliſſimas commiſit illum, vt nutritius hominis eſſet, & pædagogus obedientiæ. At fracto ieiunio, ſtatim Adam fugit vocem Dei tam procul ab adhæſione diuina, vt non ſolum ad Deum non vellet accedere, & quærere, ſed Deum quærentem ſe fugeret.* 1363.

Ieiunij vis virtus.
Io. Euſ. lib. 3. cap. 12.

Vtile ieiunium fuit ante plagam, ante peccatum, cur non ſit poſt ipſam, poſt ipſum? rem vrget ſanctus Chryſoſtomus ſerm. de ieiunio: *Cum ante plagam* REMEDIVM *vtiliter demonſtratum eſt, multo magis ſauciatis appetendum eſt, vt præſtet vulneribus ſanitatem.*

Ieiunij vtilitas vt collecta.
S. Chryſoſt.

Ieiunio breui redimi ſempiterna notabat, & explicabat ſanctus Bernardinus ſerm. 4. de Quadrag. *Quid eſt condonari commiſſa niſi ieiunio breui* IEIVNIA *redimi ſempiterna: Gehennam enim meruimus, vbi nullus cibus eſt, conſolatio nulla eſt bonum ergo & ſalutare ieiunium, quo redimuntur æterna ſupplicia.* 1364.

Breui ieiunio redimi ſempiterna poſſunt.
S. Bern.

Sobrietas inuulnerabile quodammodo reddit illius corpus, qui ſobrietatem colit, & amat; quod in Daniele vidimus factum; id notabat Beatus Laurentius Iuſtinianus de ſobrietate, cap. 2. *Daniel trium hebdomadarum* ABSTINENTIA *leones miteſcere fecit miſſuſque in lacum in adamantinam ſoliditatem ſobrietatis, abſtinentiæque rigore armatus, non potuit vulnerari. Sic enim diſpoſuerant membra ieiunia, vt in eius corpore ferarum morſibus locus eſſe non poſſet. Clauſa tenebant leones ora, quæ abſtinentia propheticæ ſanctitatis comprimebantur, vt ea feræ aperire non poſſent, veluti quibuſdam vinculis alligata.*

Sobrietas inuulnerabile quodammodo corpus reddit.
B. Laur. Iuſt.

Animos adiicit ieiunium reddit imperterritum abſtinentia; Moſes fulgura non timuit, non tonitrua, quia ſe prius munierat ieiunio; Bellè ſanctus Laurentius Iuſtinianus de ſobrietate cap. 2. *Moſes quadraginta diebus* ABSTINVIT *ſe a cibo, vt legem accipere mereretur. Ipſum ieiunantem, & abſtinentem non voces magnæ, non fulgura, non nubes vmbroſa, & fumigans Sina perterruit. Neque enim intraſſet in nubem, nec vocem Dei loquentis de medio ignis ſine periculo ſalutis audiſſet, niſi munitus ſobrietatis, & ieiunij armis.* 1365.

Imperterritū hominem reddit abſtinentia.
Idem.

Ieiunium ſuo decore deſtituitur, ſua vita, ſi charitatem non oleat; Scitè ſanctus Cæſarius Epiſc. hom. 36. vbi addit, & ceterarum virtutum quodammodo animam eſſe charitatem: *Quomodo*, inquit, *caro ſine anima viuere non poteſt ſic reliquæ virtutes* SINE CHARITATE *figuram habere non poſſunt. Talia enim ſunt ſine charitate* IEIVNIA, *qualis ſine oleo lucerna: fumigare poteſt, fœtorem, vel putorem reddere poteſt, lucem verò habere non poteſt.*

Ieiunium decore ſuo deſtituitur, ſi charitatem non olеat.
S. Cæſarius.

Ieiunium in pectoris arce locandum eſt, ne vitia nos quatere audeant, ſic loquitur ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 7. *Ergo* IEIVNIVM *quod contra vitia prima virtus eſt nobis, in arce* 1366.

Ieiunium in pectoris arce locandum ne vitia nos quatiant.
S. Pet. Chryſ.

pectoris collocetur, quia illo in interioribus præſidente, vitia nos quatere in exterioribus non valebunt. Bene in arce pectoris, non extrà, nam ſi per iactantiam foras mittatur, vires ſuas amittit.

Ieiunij commendatio. S. Iſid. Peluſ.

Ieiunium efferens ſanctus Iſidorus Peluſiota quam ſublimem Paulum extulerit ieiunium, explicat hiſce verbis lib. 1. epiſt. 60. *An non* IEIVNIVM, *& nuditas, & chameunia, & corporis maceratio hoc Paulo attulit, vt Paradiſi arcanorum auditor eſſet?*

Frænum abſtinentia. S. Antioch.

1367. Frænum abſtinentiam vocat ſanctus Antiochus de abſtinentia homil. 6. *Abſtinentia* FRÆNVM *eſt impetum concupiſcibilis potentiæ præproperum, & alacrem frangens, & quaſi obtorto collo præfocans.* Sanctus quoque Ambroſius exhauſtum abſtinentia corpus animæ luxuriantis frænum vocat ſerm. 33. *Frænum enim quoddam eſt luxuriantis animæ corpus exhauſtum. Quiſquis enim ieiunat, & lucrum eſcarum feciſſe videtur, non ſalutis, & parcendo copiis repleſſe cellarium, non mentem saginaſſe virtutibus.* Ieiunium frænum vocat etiam ſanctus Ephræm, dum ait: *Ieiunium frænum eſt Monachi, quod qui reiicit equus inſanus comperietur*; & ſanctus Nilus orat. 1. de Gula: *Equus benè frænatus, corpus inedia domitum. Vt enim ille fræno cedit, & equitis paret imperio: Sic corpus fame vigiliaque ſubactum rationis obtemperat voluntati, nec cupiditatis impetu laſciniens reluctatur.*

Corpus abſtinentia exhauſtum animæ luxuriantis frænum. S. Ambroſ. *Ieiunij frænum.* S. Ephræm. S. Nilus.

Ætatem teneram ieiunia frænant. S. Ambroſ.

Infrænare ætatem teneram ieiunia docuit ſanctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus; ait enim: *Infrænant etiam teneram ætatem ieiunia, & parſimonia, vbi retinaculis quibuſdam indomitas cohibeat cupiditates.* Hæc ille.

Oris frænum ieiunium. S. Chryſoſt.

Frænum oris ieiunium dixit ſanctus Chryſoſtomus ſerm. 1. de ieiunio: *Ieiunium Angelorum imitatio eſt pro noſtro virili, contemptus præſentium, ſchola precum, alimonia animæ,* FRÆNVM ORIS, *& mitigat concupiſcentias:* huc faciunt & illa eiuſdem ſancti Patris ſerm. cum Preſbyter eſſet deſignatus, vbi ait: *Carnis laſciuiam temperantiæ remediis compreſſit, tanquam equo cuipiam, & habena rebelli ieiunij frænum iniiciens.* Loquitur de Moſe.

Pueri vt plantæ ieiunij aqua irrigantur. S. Baſil.

1368. Vtilis aqua, & puerorum plantis irrigandis opportuna ieiunium eſt; Pulchre ſanctus Baſilius homil. 2. de ieiunio: *Pueri velut plantæ virides* IEIVNII AQVA *irrigentur.*

Ieiunium miſericordiæ fluentis irrigandum. S. Pet. Chryſ.

Ieiunium miſericordiæ fluentis irrigandum pulchre docet ſanctus Petrus Chryſologus, ſerm. 43. *Ieiunium non germinat ſi de miſericordia non rigetur: ſiccatur ieiunium miſericordiæ ſiccitate, quod imber terris, hoc ieiunio miſericordia eſt.*

Ieiunium ieiunum ſine pietatis cibo, potuque. Idem.

Ieiunium eſurit, & ſitit, & vt ita dicam ieiunum eſt, ſi miſericordiæ, pietatis cibo, & potu non rigetur, non nutriatur, Feſtiue idem ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 8. de ieiunio, & eleemoſyna: *Fratres, eſurit ieiunium,* IEIVNIVM SITIT, *quod non pietatis cibo paſcitur, quod potu miſericordiæ non rigatur. Alget ieiunium, ieiunium deficit, quod non eleemoſynæ vellus tegit, quod non miſerationis operit veſtimentum.*

Pietas ieiunium ſplendere facit. S. Iulianus.

1369. Rem eandem alia ſimilitudine explicat ſanctus Iulianus in Nahum in calce: *Quod,* inquit, *oleum lucerna eſt, hoc* IEIVNIO *pietas; ſicut enim olei pinguedo lumen lucernæ facit prælucere, ſic pietas* IEIVNIVM FACIT SPLENDERE; *quod diei ſol eſt, hoc eleemoſyna ſentitur eſſe ieiunio.*

Pauperis ſatietate ieiunium nutriendum. S. Max.

Nutriri ieiunium debet, ſed pauperis ſatietate, ita ſentit, ita loquitur ſanctus Maximus hom. 4. de Ieiunio: *Bene ieiunat, quicunque eſuriem ſuam refecti pauperis ſatietate ſuſtentat.*

Huc voco illud, quod ex Apoſtolorum mente refert ſanctus Cyrillus Alexandrinus in Leuit. lib. 10. *Inuenimus in quodam libello ab Apoſtolis dictum: Beatus eſt, qui* IEIVNAT, *pro eo vt alat pauperem.* S. Cyril. Alex

De miſericordiæ, & ieiunij nexu ita ſentit ſanctus Petrus Chryſologus: *Ieiunium ſine miſericordia non eſt veritas, ſed* FIGVRA, *vbi autem miſericordia, ibi & veritas, probante Propheta cum dicit, miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi.* 1370.

Miſericordiæ, & ieiunij nexus. S. Pet. Chryſ.

Cauendum eſt, ne dum quis in ieiunio à cibis abſtinet, inani gloria paſcatur; Benè Beatus Vmbertus quomodo quis humilis debet apparere cap. 58. *Cum pro Chriſto quis* IEIVNAVERIT, *ſæpe vana gloria per hoc ſurgit: Vnde cum quidam frater quæreret, cur magis in congregatione, quam in ſolitudine ieiunare poſſet? Reſponſum eſt: Quia digitus in monaſterio eum paſceret, ſed in ſolitudine nullus ieiunij teſtis eſſet.*

Inani gloria non paſcatur qui ieiunat. B. Vmbertus.

In corporis ieiunio anima virtutibus nutriri debet, vt à voluptatum abſtineat ebrietate; Perite ſanctus Maximus hom. 3. de ieiunio: *Sic caſtigemus membra* IEIVNIIS, *vt animas virtutibus ſaginemus. Ieiunet in nobis pernitioſa luxuries, ieiunet omnis iniquitas, &c. Sic nos temperemus, ſic ſobrij ſimus a vino, vt nulla nobis voluptatum dominetur ebrietas.* 1371.

In corporis ieiunio anima nutriri virtutibus debet. S. Max.

Ita ieiunandum nobis eſt, vt dum à cibis abſtinemus Diabolum qui culpis ſaturatur, culpis non nutriamus; ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 12. ita loquitur; IEIVNANTIBVS *nobis, Diabolus eſurit, qui noſtris ſemper ſaturatur ex culpis, ille cibum noſtrum deducit in crapulam.*

A culpis abſtineat qui ieiunat. S. Pet. Chryſ.

Ieiunium ipſum non erit ieiunium ſi orationis ferculis non reficiatur; ſanctus Auguſtinus ſerm. 230. de tempore ita ſentit: *Oratio eſt refectio* IEIVNIORVM, *aduocat gratiam Spiritus ſancti. Oratio duritiam cordis mollit, auſteritatem temperat, ieiunium dulcificat. Sicut enim ſine potu non eſt plena refectio, ſic & ieiunium ſine oratione non poteſt animam perfectè nutrire.* 1372.

Ieiunium orationis ferculis refici debet. S. Auguſt.

Ieiunium vitiis enecandis aptum hac ſimilitudine probabat ſanctus Zeno ſerm. de ieiunio: *Sicut ſæpe videmus in pueris auſterioribus medicamentis, vel poculis collectas intrinſecus extingui beſtiolas, ita in interioribus animæ noſtræ viuificata peccato* IEIVNIVM *extinguit, & enecat.*

Ieiunium vitiis enecandis aptum. S. Zeno.

Corpus vallandum ieiuniis; Peritè Eucherius homil. 1. initio Quadrag. *Iam quidem fiducialiter proclamabat, an experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſtus? & tunc vt ſpiritualibus reſiſtere poſſis inimicis, continuatis ſtudet corpus vallare ieiuniis.*

Corpus vallandum ieiuniis. Eucher.

Denique vt definiam, *vexillum fidei* ieiunium dictum obſeruabam: hoc titulo illud donabat ſanctus Chryſoſtomus ſerm. 11. de ieiunio, & tentationibus Chriſti; *Ieiunium, fratres, ſcimus eſſe* VEXILLVM FIDEI; quo ſcilicet ad pugnam contra hoſtes vocamur.

Ieiunium vexillum fidei. S. Chryſoſt.

EXCVRSVS XCIX.

Aliæ circa ieiunium obſeruationes, alia de ieiunij vſu monita.

Animam incuruare *in diuinis litteris eſt ieiunare.*
Sacrum *ieiunium dicebatur.*
Radix gratiæ *& ſanctitatis ieiunium.*

Legit

Legis veteris radix *à ieiunio.*
Omnium bonorum cardo *ieiunium.*
Caſta *ieiunia dicta.*
Albus vultus ieiuniis *tributus.*
Ieiunij *pallor hoſtem Satanicum terret.*
Ante quadrageſima ieiunium *diſcordantes reconciliabant Sacerdotes.*
Lites à ieiuniis *exulent.*
In ieiuniis *panis appenſus in cœnula.*
Ieiunij *canities, & vetuſtas.*
Quadrageſima ſacra expiatio *dicta.*
Negotium ventris *agebant, qui abſtinentiam conuiuio præmittebant.*
Faciles ad ieiunium *mulieres.*
Ieiuniorum *dies ac feſti publicè indicti.*
Mira ſancti Othonis frugalitas.
Abſtinentia *quo ſale condiri debeat?*
Ieiunij *amaritudo qui auferenda.*
Ieiunii *acrimonia animæ ſordibus auferendis apta.*
Ieiunio *anima munienda contra Satanicum hoſtem.*
Timet abſtinentes *Dæmon.*
Bonus pædagogus ieiunium.
Serpentis exemplum ad ieiunium *nos vocat.*
Cibi parcitas *quâ indigemus ad altam vitam mentem allicit.*
Magna ieiunantis *hominis vis.*
Ieiunium *crucis loco amplecti debemus.*
Temperantiæ *plectro corpus percutiendum.*
Ieiunium *orationis ala.*
Sobrietatis *vomere caro exaranda.*
Ieiunium *ad patriam nos vocat.*
Anima in ieiuniis *epulatur.*

1373. *Animam incuruare in diuinis litteris ieiunare eſt.* Pſal 68. Agell.

INcuruare animam eſt ieiunare in ſacris litteris; quod his verbis notabat noſter Agellius: Nam incuruare animam de ieiunio dici teſtis eſt Pſalmus 68. *Et operui in ieiunio animã meam, quod in Græco Vaticano codice eſt συνέκαμψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. Incuruaui in ieiunio animam meam.* Et Pſal. 34. dixit: *humiliabam in* IEIVNIO *animam meam*; ſed alia de ieiunio a nobis obſeruata hic in omnium notitiam, & fructum implantemus.

Sacrum ieiunium dicebatur. Sophon.

Sacrum ieiunium dictum obſeruatum nobis eſt, hoc illud titulo inſignit Sophronius, qui addit eſſe nobile doloris omnis pharmacum; ſic ille ſcribit orat. 2. in adorationem venerandæ Crucis: *Pharmacum ſiquidem nobis ſuggerit doloris omnis delinitiuum,* SACRVM *nempe hoc ac longe optimum* IEIVNIVM.

1374. *Radix gratiæ, & caſtitatis ieiunium.* S.Ambroſ.

Radix gratiæ, & fundamentum caſtitatis dictum ieiunium eſt; ſanctus Ambroſius lib. de Elia, & ieiunio cap. 3. *Quid eſt ieiunium niſi vitæ imago cæleſtis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis eſt; ieiunium vita eſt Angelorum: ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium ſalutis,* RADIX GRATIÆ, *fundamentum eſt caſtitatis.*

Legis veteris radix à ieiunio. S.Chryſoſt.

Legis veteris radicem à ieiunio cœpiſſe docet ſanctus Chryſoſtomus ſerm. 1. de Ieiunio: *Iterum ieiunat Moſes, qui non peccarat, & ignoſcitur peccantibus peccatum.* VETERIS LEGIS RADIX A IEIVNIO CŒPIT. *Nam teſtamenti prædicatio à ieiunio initium ſumpſit.*

Nouarini Nuptiales Aquæ.

Omnium bonorum cardo ieiunium. Idem.

Omnium bonotum cardo ieiunium dictum eſt; hoc illud titulo donat ſanctus Chryſoſtomus ſerm. 1. de Ieiunio: *Cum* IEIVNIVM *aduerſariis noſtris obſiſtat, & iugum ſeruitutis expellat, & ingenuitatis ſecuritatẽ reſtituat: quid aliud argumenti eſt, omnium bonorum, atque beneficiorum cardinem eſſe, niſi ieiunium conſtitutum?*

1375. Caſta *ieiunia dicta.* S.Zeno.

Caſta ieiunia dici ſolita, præter ea quæ alibi in probationem attulimus eminent etiam hæc ſancti Zenonis verba, qui ſerm. 1. ad Neophytos ita loquitur: *Poſt deuotiſſima completa expiationis ſacra* CASTA IEIVNIA.

S.Hier.

Caſta ieiunia vocat etiam ſanctus Hieronymus epiſt. 2. quæ eſt ad Nepotianum vbi ait: *Sint tibi pura,* CASTA, *ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa* IEIVNIA.

Albus vultus ieiuniis tributus. Prud.

Album vultum ieiuniis tribuit Prudentius in Pſychomachia:

Iuſtitia eſt vbi ſẽper egens, & pauper Honeſtas:
Arida ſobrietas, ALBO IEIVNIA VVLTV,
Sanguine vix tenui Pudor interfuſus, aperta
Simplicitas, & ad omne patens ſine tegmine vulnus.

1376. *Ieiunij pallor hoſtem ſatanicum terret.* S.Ambroſ.

Ieiunium horret Satanicus hoſtis; & quod miretis hoſtis pallor animum hoſti adiicit, hũc terret; corporiſque noſtri infirmitas debilem ſatanicum reddit; Pulchrè ſanctus Ambroſius ſerm. 25. *Temulentum aggreditur Diabolus, luxurioſum oppugnat inimicus. Vbi autem* IEIVNVM *viderit, fugit, metuit, pertimeſcit, terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate proſternitur.*

Ante quadrageſima ieiunium diſcordantes reconciliabant ſacerdotes. Theodulph.

Ante quadrageſimæ ieiunium diſcordantes reconciliabant Sacerdotes; certè id præcipit Theodulphus Epiſcopus epiſt. ad preſbyteros: *Hebdomada vna ante* INITIVM QVAORAGESIMÆ CONFESSIONES SACEROOTIBVS DANOÆ SVNT, *pænitentia accipienda,* OISCORDANTES RECONCILIANOI, *& omnia iurgia ſedanda,* &c.

Lites à ieiuniis exulent. Idem.

Lites a ieiuniis abeſſe debere docet Theodulphus epiſt. ad preſbyteros de ieiunio quadrageſimæ loquens: *In his ieiuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones eſſe debent.*

1377. *In ieiunijs panis appenſus in cœnula.*

Apud nonnullos hæc lex vigebat, vt in die ieiunij panem appenderent in cœna, ne ſtatam menſuram tranſilirent, lanceſque huic rei in cella vnuſquiſque teneret; in inſtitutis Eremitarum hæc lego: *In diebus* IEIVNII, *quia vnuſquiſque frater lances habet in cella, illis ſemper librat, quod ſibimet cœnaturus apponat.*

Ieiunij canities, & vetuſtas. S.Baſil.

De ieiunij canitie, & vetuſtate hæc habet ſanctus Baſilius hom. de ieiunio: *Quicquid antiquitate excellit, venerabile eſt, reuera* IEIVNII CANITIEM, *coætaneum eſt humanitati ieiunium, in Paradiſo ſancitum eſt.*

Quadrageſima ſacra expiatio dicta. S Zeno.

Quadrageſima *ſacra expiatio* aliquando dicebatur: ſic illam circumſcribit ſãctus Zeno ſerm. 1. ad Neophytos poſt baptiſma: *Poſt deuotiſſima completa* EXPIATIONIS SACRÆ *caſta ieiunia.*

1378. *Negotium ventris agebant, qui abſtinentiam conuiuio præmittebant.* S.Auguſt.

Negotium ventris, & gutturis agunt, qui ad cœnam inuitati non prandebant; de hoc ieiunio ita loquitur, ita ſentit ſanctus Auguſtinus in Pſal. 86. *Sunt homines qui inuitantur ad cœnam optimam, vbi multa, & pretioſa ponenda ſunt: & non prandent:* IEIVNAMVS. *Magnum opus, Chriſtianum opus ieiunium: noli cito laudare; quære cauſam, negotium ventris agitur, non religionis. Quare ieiunant? ne ventrem præoccupent vilia, & non poſſint admittere precioſa. Ergo negotium gutturis gerit in ieiunio.*

De hoc eodem ieiunio, quod opiparæ cœ-

Pet. Bleſ.

næ præmittebatur: hoc habet Petrus Bleſenſis ſerm. 35. in feſto omnium ſanctorum: *Dies ieiuniorum dies afflictionis eſt. Vnde Dominus ait: Decima die ſeptimi menſis affligetis animas veſtras.* NON ENIM VERVM AGIT IEIVNIVM, QVI AD LVXVRIOSAM COENAM SERVAT VENTREM SVVM, *qui non parcius ſolito comedit, & auidius: qui ieiunio alas duas non facit, eleemoſynam ſcilicet, & orationem.*

Faciles ad ieiunium mulieres. S. Baſil.

Faciles ad ieiunium mulieres ac promptæ; mulieribus ita conuenire ieiunium dixit S. Baſilius non ſecus ac conueniat reſpiratio; hæc eius verba hom. 2. de ieiunio: *Mulieribus velut* RESPIRARE, *ita etiam* IEIVNARE *proprium eſt, & & ſecundum naturam.*

1379. *Ieiuniorum dies, ac feſti publicè indicti.* Reg. Ieſ.

Ieiuniorum dies, ac feſti in cœna diei Dominicæ publice indicuntur apud nonnullos, in regulis Societatis Ieſu de præfecto Eccleſiæ n. 2. hæc habentur. *Prabeat Æditu catalogum ſingulis diebus Sabbati, quo dies feſti, ac* IEIVNIORVM *proxima hebdomada continentur, vt eum in refectorio recitet in cœna diei Dominicæ ſequentis.*

Mira ſanctis Othonis frugalitas. Acta.

Mira S. Othonis Epiſc. frugalitas fuit, in eius vita lib. . c. 17. hæc leguntur, digna quæ hic inſerantur: *In victu quomodo ſe reſtrinxerit, vix vlli credibile videtur; nam dixiſſe hunc pro certo accipimus:* NVNQVAM SE AD SATIETATEM PANEM IN EPISCOPATV COMEDISSE; *ſemper enim ſobrius, ac penè ieiunus de cœna, vel prandio ſurrexit, appoſita omnia infirmis pauperibus, ac mendicis impertiens.*

Abſtinentia quo ſale condiri debeat. S. Ephræm.

Apud homines condiri ſale cibi ſolent, apud Deum condiri quoque ſale ciborum abſtinentia debet, S. Ephræm quo ſale vti debeamus oſtendit ſerm. 5. Quod non oporteat tidere; ait enim: *Diligamus* ABSTINENTIAM DIVINI AMORIS SALE CONDITAM; inſulſa abſtinentia eſt, quæ hoc ſale non adſpergitur.

1380. *Ieiunij amaritudo qui auferenda.* S. Chryſ.

Ieiunij amaritudo qui auferenda, ſic docet S. Chryſoſtomus hom 23. ad populum: *amarus es facit (tibi) ieiunium ebrietas quæ* MILLE BOVLCEDINEM *creauit, ſel prompter te guſtauit.*

Ieiunij acrimonia animæ ſordibus auferendis apta. S. Amb.

Ieiunij acrimoniam animæ ſordibus auferendis adhibendā veſtium abluēdarum ſimilitudine docet S. Ambroſius ſerm 1.. loquens de mulierculis quæ maculas veſtium curant abſtergere: *Illa quidem ſi adeò infecta, & obſcura ſordibus fuerint, vt maculas ſola* AQVA *non purget, adducunt mollitiem olei, ſaporis etiam acrimoniam: nos quoque ſi tam graue peccatum fuerit, vt minimè ſolis* FLETIBVS *abluatur, addamus miſericordia oleum, acrimoniamque ieiunij.*

Ieiunio animus muniendus contra ſatanicum hoſtem. Alb. Mag.

Ab hoſte ſatanico qoi ſcit ſe impugnari, mentis ſuæ ciuitatem ieiunio muniat, nam vt ait Albertus Mag. ſerm. Dom. 1. Quadrag. *Porta, & feneſtra per quas ſolitus eſt latro intrare, clauduntur, id eſt, loca infirma, per qua aliquando patuit aditus aduerſariis muniuntur, Pſalm. Operui in ieiunio animam meam, ne hoſtes* INVENIANT ADITVM *intrandi ad eam.*

1381. *Timet abſtinentes Dæmon.* B. Laur. Iuſt.

Audet illos impugnare Satanas, quos armatos ieiunio videt, munitos abſtinentia; Hinc illud B. Laur. Iuſt. de Caſto connubio cap. 6. *Nunquam niſi in ſolitudine legitur Saluatorem ieiunaſſe. Sobrietas quidem ciborum, tentationum tempore plurimum laudabilis eſt. Timet antiquus aduerſarius cum abſtinentibus habere conflictum.*

Bonus pædagogus ieiunium. S. Baſil.

Bonus pædagogus ieiunium eſt; hoc illud titulo donat ſanctus Baſilius hom. 1. de ieiunio: *Ieiunium,* inquit, *iuuentutis* PÆDAGOGVS.

Serpentis exemplum ad ieiunium nos vocat. S. Cyrill. Alex.

Serpentis exemplo ad ieiunium nos inhortabatur S. Cyrillus Hieroſol. Catecheſi 3. *Quilibet etiam ſerpens in anguſtum intrans deponit* SENECTVTEM, & VETVSTATEM, *per extruſionem exuit, corporéque denuo toto renouatur: ſic & tu intra per anguſtam portam & strictam, affligens te ipſum per* IEIVNIVM, *expelle tuam perditionem.*

1382. *Cibi parcitas qua indigemus ad aliam vitam mentem allicit.* S. Chryſ.

Ex cibi parcitate, qua expleri hominis venter poteſt ad aliam vitam, melioremque vocari colligebat in hunc modum S. Chryſoſtom. hom. 19. in epiſt. ad Epheſ. *Vini hemina, & vnus panis ſufficit ad implendum ventrem hominis, & eum qui in omnia bruta obtinet dominatum, fecit* PAVCIORIBVS INDIGERE *quam ipſa habita proportione, ad corpus breue, nihil aliud ſignificans quam quod ad aliam vitam properamus.*

Magna ieiunantis hominis vis. S. Baſil.

Magna ieiunantis hominis vis; Eliam per tres annos clauſiſſe cœlum legimus 4 Reg. 4. aliquis hic quærat vnde illi tanta vis? an quia vox illius olebat ieiunium? Ita S. Baſilius hom. 1. de Ieiuniis: IEIVNANS *reddit vidua filium, &c. à ieiunantis ore vox egreſſa populo contra leges Dei agenti* COELVM CONCLVSIT *per annos tres, ac menſes ſex.*

1383. *Ieiunium crucis loco amplecti debemus.* S. Chryſ.

Ieiunium crucis loco Dei amore amplecti debemus; ſcitè S. Chryſoſtomus ſerm. 1. de ieiunio: *Labor quidem nobis eſt ieiunando, at nondum pro Ieſu crucifixi ſumus. Quare* IEIVNIVM *pro cruce eſt? Maiora ipſe tulit, parua nos reddimus. Crucifixus eſt pro te, & ſitit, & bibit acetum cum felle, in fame educatio eſt magnum ieiunium: at nondum quantum id fellis. Et ſtas in labore? Nondum pependiſti in cruce.*

Temperantiæ plectro corpus percutiendum. Euthym.

Temperantiæ plectro corpus percutiendum à probo calamo diſce; Euthymius in Pſalm. 80. *Amplectimini diſciplinas Dei, ac pulſate, ac percutite corpus veſtrum plectro temperantiæ.*

Ieiunium orationis ala. S. Baſil.

Ieiunium orationis alam indigitat ſanctus Baſilius orat. 1. de ieiunio vbi ait: IEIVNIVM *orationem ad cœlum tranſmittit, inſtar alæ ipſi exiſtens ad perfectionem ſurſum verſus.*

Sobrietatis vomere caro exaranda. S. Laur. Iuſt.

Sobrietatis vomere caro exarata concupiſcētiarum ſpinas non facile germinat; huic ſimilitudini inſiſtens ſanctus Laurentius Iuſtin. de caſto connubio cap. 2. ait: *Quatenus caro attrita verberibus, laboribus flagellata, necnon* SOBRIETATIS EXARATA VOMERE, *concupiſcentiarum ſpinas, & tentationum aculeos germinare deſueſcat.*

1384. *Ieiunium ad patriam nos vocat.* S. Baſil. S. Zeno.

Ieiunium nos ad patriam reuocat; hoc illod ſancti Baſilij hom. 1. de ieiunio: *Quandoquidem non ieiunauimus excidimus è paradiſo, ieiunemus itaque quo rurſum ad ipſum reuertamur;* Eodem etiam ſpectat ſanctus Zeno ſerm. de ieiunio: *Expulſi ſumus de paradiſo, quia* NON IEIVNAVIMVS, *ieiunemus nunc, vt ad paradiſum reuertamur.*

Anima in ieiuniis epulatur. S. Chryſ.

Anima in ieioniis epulatur, animæ epulum ieiunium eſt, vſque adeo qui animæ vult conſultum, corpori animam præferet. & animam alet corporis abſtinentia; Pulchre S. Chryſoſtomus ſerm. . de Ieiunio: DOLET IN IEIVNIIS CARO, SED EPVLATVR ANIMA. *Quid melius in nobis, anima vel corpus? hæc accepit vt non doleat. Nutritur autem, & hoc pulchrius, & melius*; nimirum anima in ieiuniis epulatur, in epulis ieiunat.

EXCVR

EXCVRSVS C.

Naufragium in terra ſubiit, qui crapulæ, & ebrietatis fluctibus mergitur.

In continenti naufragium *facit, qui incontinens eſt, luxuque diffluit.*
Crapulæ, *&* ebrietatis *damna.*
Gulæ *pruritus coërcendus.*
Ventris *intemperantia, quàm nobis noxia.*
Regum exemplum qui erant certaturi ad frugalitatem *nos vocat.*
Libidinis materiam gula *miniſtrat.*
Gulæ, *&* libidinis *nexus.*
Per ingluuiem *in libidinem itur.*
Corporis caſtrum fame, *&* abſtinentia *expugnandum.*
Caſtitas cum ciborum *luxu non cohæret.*
Luxuriæ, *&* ebrietatis *germanitas.*
Multos morbos *multa fercula producunt.*
Cum voluptariis *conſuetudo haud habenda.*
Gulæ *vitium alia vitia fouet.*
A nimia ciborum *copia quæ nos nocent.*
Nimius luxus *cum legum obſeruantia non cohæret.*
Templum voracitati *ſacrum.*
Abſtinentia *ſapientiæ ſtudio opportuna.*
Gulam *vincere quàm vtile ſit.*
Gulæ, *non pietatis cauſa prandia mortuis præparabant.*

1385. NAufragij mẽtio monet, vt in gulæ vitium, quod in ſuos ſæuit, ſæuiamus, vt ſæuire deſinat, dũ dãnatur, & reiicitur; Naufragiũ in terra ſubit, qui crapulæ, & ebrietatis fluctibus mergitur; Hebraicus populus qui mare ſicco veſtigio tranſierat, miſerum naufragiũ in terra ſubiit ebrietate victus, & gulæ illecebris; Peritè ſanctus Chryſoſtomus hom. 13. ad Antiochenum: *Noui quomodo populus illius temporis, qui cum* IEIVNIO MARE TRANSGRESSVS AST, *ebrietate percuſſus, per continentem terram naufragium fecit. Reſpice illorum vitium, & ruinam refuge. Si enim naturalibus ramis Dominus non pepercit, neque tibi parcet negligenti.*

In continenti naufragium facit, qui incontinens eſt luxuque diffluit. S. Chryſoſt.

Crapulæ, & ebrietatis damna indicabat ſanctus Theophilus Alexãdrinus Epiſt. paſchali 3. dum ait: *Crapula, &* EBRIETAS, *& cætera huius vitæ illecebræ opulentiſſimum animarum theſaurum exhauriunt, & ſementem ſcientiæ, doctrinæque vberrimam, ſua admixtione ſuffocant.*

Crapulæ & ebrietatis damna. S. Theoph. Alex.

Gulæ pruritum coërcendum ita monebat sãctus Petrus Damianus epiſt. 11c. PRVRITVM *præterea* GVLÆ FRÆNVM *cohibebat diſciplinæ, incaſſum namque conatur ædificare faſtigium qui in arena, quæ diſſidet collocat fundamentum.*

Gulæ pruritus coërcendus. S. Pet. Dam.

1386. Ventris intemperantia quam noxia nobis ſit in hunc modum explicabat ſanctus Iſaac Presbyter lib. 1. de mundi contemptu: *Sicut* NVBES *operiunt lumen lunæ, ita & vapores ventris in anima ſapientiam Dei. Sicut eſt flamma ignis in ſiccis lignis, ita eſt in ventre repleto. Sicut auget pinguis materia flammam ignis, ita & diuerſitas* CIBORVM *corporis motum.*

Ventris intemperantia quã noxia. S. Iſaac.

Vel regum exemplo, qui erãt certaturi, nos ad frugalitatem in hunc modum inhortabatur ſanctus Chryſoſtomus hom. 17. in Act. Apoſt. *Non vides reges, qui* SCEPTRA *ferunt, in externis militiis frugaliter viuere? Non eſt vobis* CERTAMEN CONTRA CARNEM, *& ſanguinem. Tu autem impinguas te ipſum certaturus.*

Regum exemplum qui erãt certaturi ad frugalitatem nos vocat. S. Chryſoſt.

Libidinis materiam gulam miniſtrare docet S. Nilus orat. de Gula. *Vt ignis materia lignum eſt: Sic* LIBIDINIS MATERIA *eſt ingluuies, atque vt illud flammam excitat: eodem modo hæc turpem cupiditatem.* Rem eandem alia ſimilitudine explicat idẽ ſanctus Pater orat. de Gula. *Qui* VENTREM *implens pudicitiæ cultum profitetur, huic ſimilis eſt, qui ſe ignis impetum ſtuppa compreſſurum, aut flammam oleo extincturum pollicetur.* 1387.

Libidinis materiam gula miniſtrat. S. Nilus.

Gulæ, & libidinis nexũ ita explicabat ſanctus Gregorius Nazianzenus in ſententiis: *Quemadmodum hoc fert* IGNIS *natura, vt ad ſubiectam materiam ardeat: Sic etiam natura comparatum eſt, vt* IMMODICA SATIETATEM LIBIDO COMITETVR. *Vt influens materia flammæ vires addit: ita vinum languentem libidinem excitat.*

Gulæ, & libidinis nexus. S. Greg. Naz.

Ab ingluuie ſe ſubducat, qui labi in luxuriæ voraginem timet; docuit iſtuc etiam S. Iſidorus Peluſ. lib. 1. epiſt. 423. dũ ait: *Vide ne per* INGLVVIEM IN LIBIDINEM INCIDAS, *atque à duobus ad frænum contumacibus equuleis abreptus inueniaris, qui te in exitij voraginem præcipitem agant.* 1388.

Per ingluuiẽ in libidinem itur. S. Iſid. Peluſ.

Corpus caſtro ſolet comparari; hinc illud; *Bonum* CASTRVM *cuſtodit qui corpus ſuũ ſeruat;* de quo egi in adagiis ſanctorũ Patrum; hoc porrò caſtrum fame, & abſtinẽtia expugnandum, vt homini, & rationi ſubiiciatur; Feſtiuè Albertus Magnus ſerm in Dom. 1. Quadrag. *Caſtellanus fame ſubactus,* CASTRVM *tradit ad libitum impugnantis: ſic luxuria per famem domita corpus ad libitum hominis, & rationis tradit.*

Corporis caſtrum fame, & abſtinentia expugnãdum. Alb. Magn.

Caſtitatem cum ciborum luxu non cohærere ita explicat S. Nilus orat. 1. de luxuria: *Qui* VENTREM *impiẽs, ſe caſtè victurum profitetur, ei ſimilis eſt, qui dicit, in* STIPVLA *ſe flamma impetum fræno cohibiturum.* Huc facit, & illud ex Antiphane. 1389.

Vt ſaturitatis aſſecla eſt ſemper VENVS,
Sic refugit illos quos PREMIT PENVRIA.

Caſtitas cum ciborum luxu non cohæret. S. Nilus.

Habent inter ſe cognationem quandam, quãdam affinitatem ebrietas, & luxuria, nimirum facile ab ebrietate ad luxuriam itur; verus in hac re ſanctus Baechiarius in epiſt. de recipiendis lapſis: LVXVRIA, *inquit, atque* EBRIETAS *quadã ſibi in vitiorũ natiuitate* GERMANITAS *eſt.*

Luxuria & ebrietatis germanitas. S. Baechiar.

Multos morbos multa fercula produxerunt; ſaniores eſſemus, ſi magis abſtinentes; Senecæ verba ſunt epiſt. 95. *Nihil opus erat tam magna* MEDICORVM *ſupellectile, nec tot ferramentis atque pyxidibus: ſimplex erat & ſimplici cauſa valetudo, multos morbos multa fercula fecerunt. Vide quantum rerum per vnam gulam tranſiturarum permiſceat luxuria, terrarum, mariſque vaſtatrix.*

Multos morbos multa fercula producunt. Seneca.

Nemo gulæ voluptatem ſequatur, nemo gulæ mancipiis hæreat, vellem eandem omnibus mẽtẽ inſidere, quæ & Catoni; *Quum* VOLVPTVARIVS *quidã,* Plutarchi hæc ſunt verba in Catonis vitã, *contrahere cum eo cuperet conſuetudinem abnuens negabat viuere ſe poſſe cum homine, qui* PALATVM, *quàm* COR *haberet acriore ſenſu præditũ.* 1390.

Cum voluptuariis conſuetudo haud habenda. Plut.

Qui ferculis ventrem implet, ægrè à vitiis mentem vacuam circumferet; hinc illud Hebræorum: *Plenus* VENTER *omne genus morbi,* quod ſic explicat R. Nathan: *qui comedit, & replet* VENTREM *ſuum facit omnis generis mala.*

Gula vitium alia vitia fouet. Hebr.

A nimia ciborum copia quæ nos auocent.
Stob.

A nimia ciborum copia ſic nos avocabat Diogines apud Stobæum ſerm. 6. vbi eius verba referens, ait: *Diogines dicebat, earum domorum, in quibus* COPIA ALLIMENTS, *multos eſſe mures, & feles: ſic etiam corpora, quæ multum cibi capiant, morbos quoque pares aſciſcere.*

Nimius luxus cum legum obſeruantiâ non cohæret.
Ælian.

Nimium luxum, cum legibus legumque obſeruantia nõ cohærere indicat illud, quod Ælianus habet lib. 12. de varia hiſtoria: *Cyrenenſes vſque adeo* LVXV *ſe inquinauerunt, vt cum Platonem accerſiſſent vt ſibi* LEGES *poneret ipſe recuſarit, propter conſuetam, & inde vſque ad initio durantem laſciuiam, & ignauiam;* Ab hac cauſa & Moſem legis tabulas fregiſſe ob populi intemperantiam aliqui notauere.

1391. Templum voracitati quoque ſacrum in Sicilia olim fuiſſe docet Ælianus lib. 1. Variæ hiſtoriæ his verbis: *Dicitur autem in Sicilia* TEMPLVM *exiſtere* VORACITATI SACRVM, *& Cereris frumentaria ſimulacrum.*

Templum voracitati ſacrum.
Idem.

Abſtinentia ſapientiæ ſtudio opportuna.
Plut.

Abſtinentiam ſapientiæ ſtudio opportunam pluribus explicat Plutarchus orat. priori de eſu carnium dum ait: ANIMVS SICCVS *ex Heracliti ſententia ſapientiſſimus videtur. Quippe dolia inania pulſata reſonant, plena non reſpondent pulſantibus. Lebetes ſubtiles clangorem vndique reddunt, quod obſepias eas manu vagante plaga. Oculus nimio humore redundans hebetatur, nec munus ſuum implere valet. Solem cælo humente, & craſſis terræ reſpirationibus obducto non liquidum, non ſplendidum, ſed merſum caligine & inſtabiles radios cernimus reddentem. Perinde corpore turbido & ex ganea cibis degrauato natura ſuæ non conuenientibus ſplendor animi lumenque perſtringatur, & obnubiletur neceſſe eſt.*

1392. Gulam vincere quam ſit vtile docet S. Nilus orat. 1. de gula, dum ait: *Deuicta* GVLA FONS AQVÆ *gignitur, & ingluuie oppreſſa contemplationis vſus acquiritur. Tabernaculi clauus gulam aduerſariam tollit, & continentiæ ratio cupiditatem interficit.*

Gulam vincere quàm vtile ſit.
S. Nilus.

Gulæ cauſa non pietatis cœpiſſe homines mortuis prandia præparare aſſerit S. Gaudentius tract. 4. in Exodum dum ait: *Nam* GVLÆ SVÆ CAVSA *primum cœperunt homines prandia mortuis præparare, quæ ipſi comederent.* Prandia mortuis parata dum viui comedunt, iiſque gulæ ſeruiunt, in mortuorum cenſu referri gulæ mancipia poſſe, rectè oſtendunt.

Gula, non pietatis cauſa prandia mortuis præparabant
S. Gaud.

EXCVRSVS CI.

Quædam naufragia vitanda, quædam circa naufragia cautiones.

Ter omnes homines vt naufragium *ſubierint.*
Facto naufragio *monere, qua via currendum prouerbium de nimis ſera admonitione.*
Et ab exiguis labeculis timendum naufragium.
Religioſarum familiarum naufragium *à terrenorum amore.*
Diuitiarum merces antequam nauis *mergatur eiicienda.*
Qui naufragium *timet, plumbum non amplectatur.*
Tenens portum naufragium *quærit, qui in religioſis familiis mente in terrena fertur.*
Præſentis vitæ naufragium.
Luxuriæ procellas *qui timet crucis ſe arbori alliget.*
Figula *voluptatum concupiſcentia.*
Cautio contra noxias cogitationes à nauibus *deſumpta.*
In igne naufragium *cur ſubierint libidinis mancipia.*

VT ſe occaſio dedit, plura paſſim naufragia oſtendi, vt vitarentur, ſuperſunt adhuc alia, quæ hic ſubiiciam, vt ab his ad ſimilia per ſe ire lectoris mens poſſit in cautionem. 1393.

Ter omnes homines miſerum naufragium ſubiiſſe indicat S. Athanaſius q. 137. dum ait: *Ter* NAVFRAGIVM FECI, *quid eſt? Reſpon. latenter innuens dicit, quod ter naufragium paſſa ſit humanitas. Primum per tranſgreſſionem. Secundo in diluuio temporibus Noe. Tertio poſt acceptam legem, quum in idololatriam incidiſſet populus, vſque dum venit Chriſtus, gubernator animarum, qui erexit velum crucis, & tranquillam nobis nauigationem ad cælos parauit.*

Ter omnes homines vt naufragium ſubierint.
S. Athan.

De nimis ſera admonitione, & cautione poſt lapſum, ac ruinam prouerbiale hoc dictum vſurpabitur, *facto naufragio monere qua via currere nauis debeat*, quod ſumptum ex Ouid. lib. 2, de Ponto Eleg. 6.

Facto naufragio monere qua via currendum prouerbium de nimis ſera admonitione.
Ouid.

Corripis, vt debes ſtulti peccata ſodalis,
Et mala me meritis ferre minora doles.
Vera facis, ſed ſera meæ conuicia culpæ,
Aſpera confeſſo verba remitte reo.
Cùm poteram recto tranſire Ceraunia velo,
Vt fera vitarem ſaxa monendus eram.
Nũc mihi NAVFRAGIO, *quid prodeſt dicere, facto*
Quâ mea debuerit currere cymba viâ?

Etiam ab exiguis labeculis timendum naufragium ſi multæ ſint, ne animæ ratem quodammodo obruant, ita explicabat S. Aug. epiſt. 108. *Neque enim,* inquit, *ea nobis dimitti volumus, quæ dimiſſa non dubitamus in baptiſmo, ſed illa vtique quæ humanæ fragilitati quamuis parua tamen crebra ſubrepunt. Quæ ſi collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & opprimment ſicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim intereſt ad* NAVFRAGIVM, *verum vtrum grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur: an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligentiam derelicta, atque contempta impleat nauem atque ſubmergat.* 1394.

Et ab exiguis labeculis timendũ naufragium.
S. Aug.

Religioſarum familiarum naues naufragantur ſi terræ, terrenorum amore illidantur; quod fit aut cum doctrinarum aquis deſtituuntur, aut tribulationum; Implantari hic debent Vgonis Carenſis verba, qui in Pſal. 106. ita ſcribit: *Frangitur* NAVIS *Religionis quando ſubeſt parum aquæ, ideſt doctrinæ, & tribulationis tunc enim terræ colliditur, ideſt terrenorum amori, & ſic* FRANGITVR, quod coërceri ad ipſos religioſos poteſt.

Religioſarum familiarum naufragium à terrenorum amore.
Vgo Car.

Diuitiarum merces antequam nauis mergatur eiiciendas eſſe, inque alienas naues onerarias tranferendas peritè docebat S. Baſil. orat. 4. de pœnitentia in hæc verba: *Si quis olim ineſcatus, aut diuitiarũ puluerem ex iniquitate ſibi cumulauit, ac mentẽ harum curis implicauit, aut ſcelus petulantiæ, quod difficile deleri poſſit, naturæ affixit, aut reliquis criminibus ſeipſum addixit, is dum adhuc eſt tempus quàm ad perfectum interitum deueniat, grauiora onera deponat, & antequam* NAVIS IMMERGATVR *merces eiiciat, quas iniuſtè quæſiuit. Pecunia rectè eiectæ, non pereunt iis, qui eas abiecerunt, ſed quaſi in alienas naues onerarias magis tutas tranſlatæ,*

Diuitiarum merces antequam nauis mergatur eiicienda.
S. Baſil.

hoc

hoc eſt, Ventres pauperum ſeruantur, ad portũque appellunt, atque in hac vita adhuc permanent.

1395. Qui naufragium in huius mundi pelago timet plumbum non amplectatur, nõ hęreat terrenis, crucis tabulã apprehẽdat, crucis ligno feratur; Audiẽdus S. Auguſt. in Pſal. 51. NAVFRAGIVM *fugis & plumbũ amplecteris: ſi nõ vis* MERGI, *tabulam apprehende, ligno portare, Crux te perducat.*

Qui naufragium timet plumbum non amplectatur.
S. Auguſt.

Ille quoque tenẽs portum naufragiũ quærit, qui ſibi in religioſam familiam nomẽ dedit, tuto ibi futurus ſi totus eſſet, mẽte in terrena fertur cuius ſeculi ſe rurſus immiſcet; Egregiè rẽ verſat Abſalon Abbas ſerm. 1. de Aduentu: *Et quis eſuriens habuit piſcem appoſitũ, & comedit ſcorpionẽ? quis portum tenens affectauit* NAVFRAGIVM? *affectatum plane naufragium dixerim, ſi is, qui ſancta cõuerſationis, habitu imaginem Chriſti induit, & quaſi vna pede intrauit in gaudiũ Domini ſui, reſpiciẽs retro voluptatibus vitæ, & curis ſæcularibus velit implicari.*

Tenens portũ naufragium quærit qui in religioſa familia, mente in terrena fertur.
Abſal.

1396. A præſentis vitæ naufragio nos auocans B. Laurentius Iuſtinianus de incẽdio diuini amoris cap. 16. *Quid ergo,* inquit, *ad nos attinet inſania vitiorum. Sitire abſynthium huius mundi, ſequi* NAVFRAGIVM *vitæ præſentis, pati infortunium, impiæ tyrannidis ferre dominium, & non magis conuolare ad ſanctorum felicitatem, ad Angelorum ſocietatem, ad ſolemnitatem ſupernæ lætitiæ.*

Præſentis vitæ naufragiũ.
S. Laur. Iuſt.

Luxuriæ procellas qui timet in Eccleſiæ naui crucis ſe arbori alliget, aureſque ſuas diuinorum verborum verbis claudat, ne concupiſcentiæ velut ſirenarum cantu decipiatur; ſãctus Ambroſius ad Vlyſſis fabulam ſpectãs ſerm. 55. ita ſcribit: *Arbor quædã in naui eſt Crux in Eccleſia, quæ inter totius ſeculi blanda, & pernicioſa* NAVFRAGIA *incolumis ſola ſeruatur. In hac ergo naui quiſquis aut arbori crucis ſe religauerit, aut aures ſuas ſcripturis diuinis clauſerit, dulcem procellam luxuriæ non timebit: ſirenarum enim quædam ſuauis figula eſt mollis concupiſcentia voluptatũ.* Dulcis procella eſt luxuria, ſed procella, dulcedoque nihil aliud facit, quam vt facilius homines mergãtur; Pende & illud; *figula eſt mollis concupiſcentia voluptatum;* verè figula, quia ficta omnis voluptas, quæ à molli concupiſcentia eſt.

Luxuriæ procellas qui timet crucis ſe arbori alliget.
S. Ambroſ.

Figula voluptatum concupiſcentia.
Idem.

1397. Ad cogitationum curam, ſedulumque contra noxias cogitationes, inutileſque ſtudium nos inhortãs S. Athanaſius à naui ſimilitudinem ſumpſit: ait quippè in vita S. Syncleticæ: *In tempeſtatibus quæ ab externis fluctibus incumbunt, ad nautarũ voces ſæpè à vicinis* NAVIBVS *auxilium adeſt: at tẽtina nautis dormiẽtibus, marique quieto nauim ſæpè* SVBMERGIT, *eoſque nec opinantes opprimit. Eſt igitur aduerſus cogitationes diligentior cura adhibenda.*

Cautio contra noxias cogitationes à nauibus deſumpta.
S. Athan.

Naufragium in aqua fieri ſolet, ſed & in igne accidiſſe reperimus, ſicut & pluendi verbum ad ignem tranſlatũ; *Dominus,* inquit Moſes Gen. 19. *pluit ſuper Sodomã, & Gomorrham ſulphur, & ignẽ;* expendebat hanc phraſim S. Chryſoſt. hom. de Sodom. & Achab. *Erat iuſta retributio his, qui naturæ ſubuerterant* LEGES, *fœminas in maſculis quærentes, vt inuertatur, & in eis naturæ ordo, & fiat eis* NAVFRAGIVM EX IGNE, *quaſi ex aqua;* ordo in illis haud ſeruandus, qui contra ordinẽ peccant; hic ſtatus ordo ſit ſtatum ordinem non ſeruare.

In igne naufragium cur ſubierint libidinis mancipia.
Gen. 19.
S. Chryſoſt.

EXCVRSVS CII.

Tuti quidam portus, & frequenter adeundi.

Frequenter ad orationis portum *mentis nauis appellenda.*

Oratio portus *tranquillus.*

Oratio & tutela & portus.

In huius vitæ tempeſtatibus ad orationis portum *currendum.*

Orationis portu *caruit Iudas, & ideo merſus eſt.*

Etiam Chriſtus ad orationis portum *frequẽs acceſſit in aliorum exemplum.*

In huius vitæ mari *ne ſcopulis illidamur oratio nobis neceſſaria.*

Ad placidum orationis littus *eundum.*

In orationis portu *mentis nauis ſuis temporibus religanda.*

Tabulæ *vice fungitur oratio.*

In orationis fuſu *perſeuerandum.*

Orationis virtus *vt probata.*

Bonus portus *beneficus ſuis.*

ꝗn *quid? quid* ꝗn?

Portus *ſuorum rex, tyrannus ſuorum tẽpeſtas.*

Immundus eſt qui non eſt tectus *à Chriſti vmbra.*

Ad beatitudinis portum *feliciter nauigat paupertas.*

Tutus portus *bonus amicus.*

Placidus lachrymarum portus *quærendus Petri exemplo.*

POrtus metaphorã de oratione loquuntur auctores plerique, vt alibi etiã tetigi; cùm vita iſta fluctuans mare referat, non mirũ ſi orationis nobis portus adeo neceſſarius eſt, dũ hìc ſumus; In vitæ præſentis pelago qui nauigat, ne infelix ſubeat naufragium ad orationis portũ ſe frequẽter conſcrat, quò nos vocabat peritus gubernator, & nauclerus B. Laur. Iuſtin. de caſto connubio c. 21. *Non autem propriis debet homo inniti viribus, nec totaliter deſtitui. Agat quicquid valet ex ſe, totis animæ lacertis manum porrigat ad ſe erigentem Deum, non ore, non animo, non deſideriis deſinat ſuum inuocare adiutorem, & tãquam* NAVIS *inter vndas ſæculi velitãs frequẽter* IN ORATIONIS INGREDIATVR PORTVM, *quatenus ſi quid ex humana deperditũ eſt conuerſatione, ſi quid ex tentatione concuſſum impulſu, aut vetuſta vita diſſipatũ, reſtaurare queat;* Theodorus quoque Edeſſenus in aſceticis n. 30. *Hæc (oratio) munus eſt ſecuritatis,* PORTVS TRANQVILLVS, *virtutum cuſtodia, fatigatorũ requies.* S. Chryſoſt. orat. habita in magna hebdom. *Precatio tutela, &* PORTVS, *& theſaurus bonorũ indeprædabilis;* Simon de Caſſia lib. 10. *Oratio eſt in corpore incorporea operatio, portus peruagantis ſpiritus, in Deo cui aſſiſtitur ſucceſſiua, & orbiculata intẽtio,* Nauta olim tutelas habebãt, melior tutela oratio, quæ ad verũ Deum funditur, ſãctus quoque Bonauẽt. ad orationẽ vt ad portũ nos vocãs aiebat tract. de ſex alis c. 8. *Sicut* NAVTA *præuidens tempeſtatem feſtinat ſæpius ingredi portũ ſecurũ: ita religioſus ad* ORATIONIS PORTVM *continuè*

1398. *Frequenter ad orationis portum mentis nauis appellenda.*
B. Laur. Iuſt.

Oratio portus tranquillus.
Theod. Edeſ.

Oratio & tutela, & portus.
S. Chryſoſt.

In huius vitæ tempeſtatibus ad orationis portum currendum.
S. Bonauent.

confugiat , vbi omnes periculorum colluſiones euadat. quod ad religioſũ virũ ille coercer ad illos extẽdendum eſt, qui eiſdem periculis ſunt obnoxij.

1399. Hoc orationis portu caruit Iudas, cum illi oratio, vti prædixerat Dauid, in peccatum illi facta fuerit Pſal. 108. vt non mirum ſi in mediis vndis abiecta omni ſalutis ſpe miſer perierit; S. Chryſoſtomus in hũc Pſalmum ad illud: *Et oratio eius fiat in peccatum*, ait: *Neque id quidem ſiſtit, dicens, cũ iudicatus exeat condemnatus, Diabolus ſtet à dextris eius, ſed etiam ſolũ, qui erat ei* RELICTVA PORTVM OBSTRVIT, *rogans vt ne Dei quidem aſſequatur clementiam, dum dicit , & oratio eius fiat in peccatum.*

Orationis portu caruit Iudas, & ideo merſus eſt. Pſal. 108. S. Chryſoſt.

Ad hunc orationis portum accedendum docuit Christus dum acceſſit præſertim cum in Paſſionis ſuæ fluctibus ageretur; B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. in feſto Natiuit. Dom. de Christo loquẽs, ait: *Quod frequẽter* AD ORATIONIS SECESSERIT PORTVM *Euangeliorũ textus proloquitur, præcipuè tamen paſſionis tempore.*

Etiam Christus ad orationis portum frequenter acceſſit in aliorum exemplũ. B. Laur. Iuſt.

1400. In huius vitæ mari qui nauigat ne diſcriminũ ſcopulis animæ ratẽ illidat, oratione opus habet, Perite peritus ille gubernator; *Adſunt per ſingulos dies ſcopuli, & frequenter illiditur* AC ... PHA, ATQVE SVBMERGITVR: *propterea nobis opus eſt* ORATIONE *matutina præſertim & nocturna*; ita ſanctus Chryſoſtomus hom. 41. ad populum.

In huius vitæ mari ne ſcopulis illidamur oratio nobis neceſſaria. S. Chryſoſt.

Littori paríabat oratiõnẽ ſanctus Gregorius in præfat. ad lib. Iob. *Ad* ORATIONIS PLACIDVM LITTVS *quaſi anchoræ fune reſtringeres*; Nõ eſſe ab orationis fuſu ad negotium tanquã à pelago ad littus eundum, ſed potius è cõtra docebat S. Petrus Damianus, perſtringẽs eos, qui nimia celeritate pſallebant, vt ſe conferrent ad alia negotia; hæc illius verba opuſc. 15. cap 30. *Admonendus eſt, vt ſi quid agendum fortaſſis immineat, nõ propterea quorũdam more cœnobitarum, velociter pſallat: & ſic de pſalterio ad negotium vice peruerſa, tanquam de* PELAGO AD LITTVS *enatare contendat. Anxietatem quippe ſpiritus, callidus inſidiator immittit: quietum vero, & humilem animo, vbi requieſcat princeps pacis inquirit.*

Ad placidum orationis littus eundum. S. Greg. S. Pet. Dam.

1401. Mentis nauem in orationis portu religandã, ſtatiſque horis fundendam orationem eſſe eleganter in hac metaphora ſiſtens docebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſticæ conuerſationis c. 18. *Hanc etiã ſolerter obſeruet quiſquis in pacifica* ORATIONIS PORTV *a fluctibus huius naufragoſi ſæculi abſtractam nauem mentis religare deſiderat, ne ſtatutum orandi tempus vllo modo prætereat , ne pro opere manuum , aut quouis alio exercitio illud poſtponat, tenaciter , & irrefragabiliter cuſtodiat.*

In orationis portu mentis nauis ſuis temporibus religanda. B. Laur. Iuſt.

Tabulæ quoque vice fũgitur oratio ei neceſſaria qui in huius vitæ fluentis natat ne mergatur; S. Paulinus epiſt. 5. ſanctum Auguſtinũ alloquitur hac verborũ formula: *Interea me de periculis vitæ iſtius, & profundo peccatorum cuauere niſere* ORATIONIBVS TVIS TANQVAM TABVLA SVSTINE, *vt de hoc mũdo quaſi de* NAVFRAGIO *nudus euadam.* Eadem mente, eadem metaphorã ſic verſabat S. Gregorius 4. part. paſtoral. c. 1. *In huius quæſo vitæ naufragio* ORATIONIS TVÆ ME TABVLA SVSTINE, *vt quia põdus proprium me deprimit, tui meriti me manus leuet*; quod ſi aliena oratio tantum prodeſt , quantum proderit propria?

Tabula vice fungitur oratio. S. Paulin. S. Greg.

1402. Fundenda oratio eſt, & in orationis fuſo perſeuerandũ; dum differt cõcedere dona ſua Deus, nõ negat, ſed recipiẽdis donis aptos reddit; egregiè S. Auguſt. de verbis Dom. ſerm. 5. *Cũ aliquãdo tardius dat commendat dona, non negat: diu deſiderata, dulcius obtinẽtur; citius autẽ data vileſcũt. Pete, quære, inſta, petendo, & quærendo creſcis, vt capias.*

In orationis fuſu perſeuerandum. S. August.

Orationis virtutem ſic efferebat, ſic probabat S. Chryſoſtomus lib. 2. de orando Deum: *Paulus poſt miracula, poſt excitatos mortuos, ad* DEPRECATIONIS PRESIDIVM *accurrit, non aliter quam athleta à corona ad palæſtram, quãdoquidem & mortuorũ excitationẽ reliquaque omnia ſuppeditat deprecatio. Quam enim vim habent in arboribus aquæ, hãc in vita ſanctorũ habet deprecatio. Paulus medio noctis rigans animã, omnia facile perpeſſus eſt quamlibet acerba , non aliter præbens terga verberibus quam ſi fuiſſet ſtatua*; ſed quia hic ſumus alios etiam portus indicemus, qui adeantur;

Orationis virtus et probatio. S. Chryſoſt.

Bonus portus beneficus eſt, ad quem pauper tanquã in huius mũdi mari naufragus accurrit, aut potius occurrit ipſe naufragis; ſic enim loquitur S. Ambroſius in Pſal. 118. octon. 18. *Qui habet intellectum ipſe eſt verè pius, intelligit enim humanæ lubricum fragilitatis, intelligit commune nobis datum naturæ vſuſque conſortium, & ideo pauperibus tanquã debitũ ſoluit, nõ inficiatur tanquã indebitũ; Intelligit vicem eſſe calamitatum, & ideo* TANQVAM NAVFRAGIS *mundi iſtius portu quodam ſuæ humanitatis occurrit.* 1403.

Bonus portus beneficus ſuis. S. Ambroſ.

Hæc magnorũ virorũ cõſignatio eſt, & vetus Regum character, vt ſint pauperũ, & indigentiũ portus, ac protectio; Iob 38. 9. *Mũdus ſum ego, & abſque delicto, immaculatus*; in Hebræo vox חפ tectus; à qua radice dicitur Hoph ideſt portus, quod ſit locus abſcõditus, & protectus à ventis; igitur ex mente Eliu, dixit de ſe Iob: *Ego Hoph, ideſt protector , ego me præbui protectorẽ, ac defenſorẽ pauperum, & infirmorũ. Ego illis fui* VELVT PORTVS, *& fida ſtatio quo ſe recipiebant, qui Tyrannorum perſecutionibus, velut ſæua quadã tempeſtate, & ventorũ inclementia iactabãtur: Vbi vides comparari regiam, paternamque dominationem cum portu tranquillo, & fida nauium ſtatione, at vero violentiã Tyrannorum cum ſæua tempeſtate, aut cum maris æſtu, & perturbatione*; ita ferè etiam Pineda hîc; prætetea חפ dicitur nitidus, mũdus, cuius immũdicies tecta ſit; tectus eſt, qui immaculatus, quia niſi nos tegat, qui nos redemit, mera ſumus immũdicies.

חפ quid? quid חפ Iob 38. 9. *Portus inerm...rum, Tyrannus ...orum tempeſtas.* Io. Pin.

Immundus eſt qui non eſt tectus à Christi umbra.

Alium portũ pauperi, paupertatique deſtinatus eſt, cœleſtis nempe beatitudo, ad quã humilitatis gubernaculo, & charitatis velo vt loquitur. B. Aluinus feliciter nauigat; ſic enim ille ſcribit epiſt. 5. *Trãquilla eſt paupertas, quã feliciter olim amaſti. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Sed paupertas hæc humilitatis gubernaculo regatur , & charitatis velo. Flante ſancto Spiritu in eam, ad æternæ* BEATITVDINIS PORTVM *perueniet , vbi mei nominis memor, intercedere pro me mereatur.* 1404.

Ad beatitudinis portum feliciter nauigat paupertas. B. Aluin.

Tutus portus amicus bonus, & fidelis eſt; hinc illud ſancti Gregorij Nazianzeni õrat. 6. *Amicus fidelis ſolatij portus*; infidelis , & fictus non portus eſt, ſed ſcopulus, ſed vorago.

Tutus portus bonus amicus. S. Greg. Naz.

In aduerſitatum, & culparum fluctibus, quæ omni aduerſitate maiores, quærẽdus portus lachrymarum , reperit Petrus , de quo ita ſcribit S. Auguſtinus ſerm. 121. de temp. vbi ait: *Cũ nox media declinatum ſubito teneret incurſum, gallus cãtauit, & nocte naufragus reſpirauit ; contum inuenit fidei liberalem, quouſque impelleret* NAVEM , *vt in medio ſcopulorum* PORTVM *quæreret lachrymarũ*; quæſiuit, & inuenit , & quod in aliis non ſolet accidere , inuenit in portu hoc eas animæ merces,

Placidus lachrymarum portus quærendus Petri exemplo. S. August.

ces,quas negando magiſtrum perdiderat, inuenit ſe,inuenit ſua,imò ſua,quia ſe.

EXCVRSVS CIII.

Mulierum portus quis diceretur;alij quidam boni portus indicantur; inque ſilentij portu ſermonis tãdem nauis ſiſtitur, & volumen ipſum obſignatur.

Portus *mulierum quis,& vnde.*
Bonus portus *mors.*
Portum *in Chriſto habet,qui habet Chriſtum.*
Diuinæ voluntatis portus *ſanctorum virorum ope nobis adeundus.*
Ad ſapientiæ portum *peruenire debemus.*
Tutiſſimus ſilentij portus.
Verborum procellæ *ſilentio compeſcendæ.*
Silentium *in ſacris etiam apud Gentiles ſeruabatur.*
Silentii *cuſtodia in ſacris apud noſtros.*
Sacræ menſæ reuerentia.
Singulare ſilentij *exemplum in tẽplo ſeruati.*
Silentium *in templis commendatum.*
Silentium *in piſtoria officina.*
Silentij *vtilitas,& vis.*
Stylum inuaginare *quid ſit.*
Silentium *vaginæ comparatum.*
Sermonis nauis *crucis ſignaculo inſignita in ſilentij portum appellenda.*
Præſens volumen *vtili dicto obſignatur.*

1405. IN muliebribus aquis diu ſermonis noſtri nauis fluctuauit, ad portum appellendũ tandem eſt;expoſito,quis mulierum portus diceretur,poſtquã exhibitos optimos, tutoſque quoſdam portus ſcriptionis noſtræ nauem in ipſo ſilentij portu ſiſtemus, finem toti volumini impoſituri.

Portus mulierum quis,& vnde. Pet.Gill.

